BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE ROMA
8
15 — D
42

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

CANONES

CONSCIENTIÆ.

Digitized by Google

Digitized by Google

CANONES CONSCIENTIÆ

Ex vtroque iure

Et probatis D. D. cùm antiquorum, tùm recentium Sententijs collecti

P. D. THEOPHILO ALARIO

Clerico Regulari Barnabita

AVCTORE

Olim corrupto titulo, & Auctore fictitio Enchiridion Caſuum Conſcientiæ IO. FRANCISCI SVAREZ

Hac verò noua & germana impreſſione.
Ab infinitis mendis repurgati, nouiſq; doctrinis longè plurimùm aucti & locupletati

Quibus adiectę ſunt in calce, ac declaratę Clauſulę apponi ſolita in Diſpenſationibus tùm in Pœnitentiaria pro foro interno, tùm in Dataria pro Externo

Omnia ad exemplar Auctoris poſthumum.

STVDIO

IOANNIS BAPT. MANCINI CORTONENSIS.

Ad Illuſtriſ. & Reuerendiſ. D.

D. IO. BAPTISTAM CECCHIVM ANTISTITEM PISCIEN. &c.

S. Andrea della Valle.

LIBVRNI, In Officina Bonfiliana, apud Hæred. Dominici Minaſchi.
Superiorum permiſſu. 1651.

Digitized by Google

ILLVSTRISSIMO AC REVERENDISSIMO D. D. IO. BAPTISTÆ CECCHIO

PRAEPOSITO PISCIENSI

Ac totius Vallis Nebulæ, & Arrianæ Ordinario
Io. Baptiſta Mancinus Cortonenſis
F E L.

VENEROR cæleſte conſilium, Illuſtriſſime Præſul, (nam profiteri gratias fortunę fugit animus) quòd optatam diù obſeruantię tibi meæ teſtandæ opportunitatem importuna literatorum iactura mihi tandem quæſiuit. THEOPHILVM ALARIVM ex Ordine Clericorũ Regularium, quos Barnabitas vocant, lumen ſacræ doctrinæ noſtro ſęculo conſpicuum, nuper extinctum iure lugeamus; niſi monumentum egregium extaret, pretium funeris tanti Viri. Hic à diuturnis functionibus, quibus ſanctiſſimè, vt Clericum Regularem decet, inſiſtebat, ſubſeciuas colligens horas elucubrauerat CANONES CONSCIENTIAE ex vtroque Iure, ac probatis Doctorum cùm antiquorum, tùm recentium ſententijs coactos, priuatum vt ocium magis erudiret, quàm vt eruditorum album affectaret. Improbauit Amicus neſcio quis, ſed malè ſanus Cenſor, modeſtiam genij. Et vt erat intimus, clepſit facilè volumen, ac procul tranſmiſit infelici Typographo publicandum. Qui iu-

ſtam

Digitized by Google

ſtam Auctoris indignationem veritus, ſi reſciret, & nomen primò ſuppoſuit inuiſi in natura rerum hominis Io. Franciſci Suarez; & titulum Enchiridij mucidum ſubiecit fronti: præterea opus totum perpetuo de Contractibus titulo, & mendis toto corpore obſcęniſſimis, atq; innumerabilibus corrupit ad probrum Typorum, ac ſtudioſorum ſtomachum. Ingemuit rem aduertens Auctor tam candidus animo, quàm capillo (iam enim ſexagenarium excedebat) & peruolans in vulgum Opus vix è lineamentis ſuum agnitum (vſq; eo vitiatum prodierat) arripuit: Inſtitit excutere contractas ſordes, formę natiuę reſtituere: inde & locupletare additamento complurium obſeruationum, ac dogmatum; è quibus nonnulla planè noua inſperſit ęquè ac reliqua omnia ad libellam rectę rationis, ſaniorisq; doctrinę; Iuratus interea ſupprimere, ne alteri pateret fraudi; ac vel domeſticis tenebris habere deuotum, vel luci Vulcaniæ. Scilicet quàm ſatur otio deſudans in literis, tam ieiunus literarię gloriationis. Hoc igitur ad mortem ſenis optimi inuiolatum, quę octogenario maiori ſucceſſit; vtrum verò pernicioſius Reipublicę, an vtilius? Nam etſi foret viuentis ſanctitas, & eruditio norma omnibus integerrimę vitę; quia tamen ex mortalitate hæc norma fragilis, habere nos iubet gratias fato potius, quàm conceptam inuidiam: quando eruditione caduca vitę mortalis ſempiternum redemit fructum eruditiſſimi monumenti. Id quod ego cautè per amicos elicui, quaſi mox lectum redditurus. Sed ſtudioſior veritatis, ac publici commodi auſus ſum (honeſtiore certè fraude, quàm ille Typographus) in lucem committere, repoſito nomine germani Auctoris, tuo ſimul, Illuſtriſſime CECCHIE, dedicatum. Cui porrò iuſtiùs, quàm doctiſsimo Pręſuli opus doctiſſimum, aut quàm vindici morum reſtitutum Parenti legitimo fœtum? Non me equidem pellicit Amor, quamquam impellit, vt merita tua attingam hoc loco, quę iuſtis panegyricis, atq; hiſtorijs materiam præbuerint. Iſthæc enim, quam obtines, Epiſcopali ſuppar titulo, ſuperior re Dignitas neſcio quid ſingularis magnificentiæ ſuggerit rectis æſtimatoribus gloriæ. Quòd PISCIA

(cele-

(celebre quidem oppidum propter Reipublicę veteris potentiam, & bella cum finitimis geſta: pòſt extra inſigniora Italia numeratum) gloriatur ab Anno Decimo nono ſupra Milleſimum, & Quingenteſimum ex Dięceſi Lucana, Leonis X. Pont. Max. diplomate exemptam ſe fuiſſe cum ora iſta Vallium Nebulæ. atq; Arrianę Oppidis, Caſtris, Vicis florentiſſima: Antiſtitem Sacrorum habere Præpoſiti quidem titulo, iure autem Epiſcopali decoratum, vt in Clericos animaduertat, anathemate fulminet, Statuta condat, Synodum cogat, Concurſus proponat, Eccleſias viſitet, Beneficia conferat, Pontificalia exerceat, Indulgentias largiatur, Ordinibus minoribus initiet, Virgines conſecret, alia item priuilegia Epiſcopo Lucano contracta, ſibi ipſe ampla, integraq; conſeruet: Ad hęc Canonicorum Capitulum habere cum Dignitatibus ordinatum, qui ex Apoſtolicis literis tam Gratiæ, quàm Iuſtitiæ omnino inſtar Cathedralium delegari Iudices poſsint. Præterea nullius eſſe Diæceſeos, ſed Diui Petri protectioni commendatam, Apoſtolicæ ſedi proximè ſubdi: Quòd, inquam, PISCIA oppidis multis alioqui inferior, vrbibus tamen non paucis Eccleſiaſtico magiſtratu nobilior emineat, in quē potiſsimùm redundat hæc gloria, niſi in Gentiles tuos, qui Pontificio tam nobili proſpexere primò LAVRENTIVM CECCHIVM; vt, quamquam Ius Patronatus alternis reſeruaretur Tuæ cum Turina familia; auſpicium tamen à Tua fuerit virtus, & Cecchiam Laurum Mitratis temporibus fauſtiſsime adiunctam voluerit? Qualis enim Laurentius iſte fuerit, teſtatur non ipſa modò, quam primus capeſsiuit, dignior per eum facta Dignitas; ſed quòd eūdem Iuris vtriuſq; conſultiſsimum Philippus Decius Auditorem Romanæ Rotę propoſuit è plurimis candidatis vnum Paulo III. Pontifici Maximo. Hoc enimuerò tantum eſt, vt magni cuiuſq; enchomij loco ſufficere poſſe videatur. Cur autem miremur, floruiſſe tam crebros in Cecchia gente Iuriſperitos, vbi tam domeſtica fruticauit laurus? Quinquā (dicet aliquis) nō Togæ magis frondeſcit laurus, quàm Sago: amica non ſolùm iura dantis, ſed triumphantis quoque à bello Cęſaris. Ne hæc quidem

dem

dem à tuis Gentilibus aliena, fortunatiſſime CECCHIE, quorum tam multos enumeras in longa ætatum ſerie militari Prefectura, & Martiali gloria memorandos. Neq; verò eſt inſtituti mei proferre vtrinq; ſigillatim imagines; quippe locum alium, ac feliciorem ſtylum depoſcunt. Prefertim cùm ad tui nominis appellationem fama maiorum tuorum facilè conticeſcat, quorum virtutes, ac decora ſucceſſor ipſe, & heres ex aſſe tranſmittere paras poſteris non ſine fenore. Felix interim Piſcia, que te hodie Preſulem complectitur ex Cecchijs quartum: quæ Iuris vtriuſq; lauro inſignitum: que Diui Stephani Equitem, eundemq; FRANCISCI Equitis fratrem Ciuis vrbaniſſimi, & magnanimi: que prolis egregie dignum Patruum, atq; ad illius ingenue indolis diſciplinam exemplar optimum: que denique ſimulacrum virtutum omnium ſpirantiſſimum, vnde lineamenta Chriſtiane vite deſumere quiſque Diœceſanorum tuorum poſſit, & paſcua ſempiternæ beatitatis certo calle petere. Iam inuideant Piſciæ tue neceſſe eſt preſentem felicitatem ampliores Eccleſie, talem ſibi Preſulem anhelantes. Ego verò fore auguror, vt & ſanctiſſimis illarũ votis aliquando, & humeris tuis valentiſſimis fortune reſpondeat. Hec vtriſque dum apprecor à Deo immortali, accipe tu facilis hoc qualecunque obſeruantiſsimi animi in tua de me preclara merita teſtimonium.

Vale. Rome Cal. Ianuarijs 1651.

OECONOMIA OPERIS

TRactatus de Caſibus Conſcientiæ, de Actibus humanis, & de Peccato. pag. 1.

Liber primus de Contractibus, Vltimis voluntatibus, & Reſtitutione. pag. 31.

Liber Secundus de Eccleſia, & quæ ad Eccleſiaſticos pertinent. pag. 195.

Liber Tertius de Voto, Religione, & Iuramento. pag. 268.

Liber Quartus de Dominio, Subiectione, & Tyranno. pag. 321.

Liber Quintus de Sacramentis. pag. 374.

Liber Sextus de Cenſuris Eccleſiæ. pag. 597.

Liber Septimus Varius, ordine Alphabetico. pag. 661.

Clauſulæ apponi ſolitæ in diſpenſationibus tùm in Sacra Pœnitentiaria pro foro interno, tùm in Dataria pro foro externo, Cum ſuis declarationibus. pag. 803.

Decreta Sacræ Regularium Congregationis pro reſolutione Controuerſiarum inter Regulares Ciuitatis Mediolani, & Eiuſdem Ciuitatis Archiepiſcopum. pag. 814.

INDEX

INDEX MATERIARVM

A

Abbas } *Vide Religio*
Abbatiſſa }
Abſolutio à peccatis 524.
ab excommunicatione 610.
Actus lib. 7. A. num. 1. & ſeq. 661.
Actus humani 12.
Adoptio 582.
Adulterium. Vide Luxuria
Aduocatus 472. & *Verbo Iudicium* 458.
Aedificare lib. 7. A n. 4. 661.
Affinitas 588.
Alienatio 102.
Aliquis. Vide Interpretatio
Alius. Ibidem
Altare 201.
Annus lib. 7. A. num. 5. 661.
Antiquum ibi. num. 6. 672.
Apoſtata. Vide Religio
Aqua benedicta 203
Archidiaconus 211.
Archiepiſcopus. V. Confirmatio
Archipresbyter. Vide Archidiaconus, & Simon.

B.

Baptiſmus 478.
Bellum lib. 7. B. n. 1. & ſeq. 472.
Benedictio 202.
Beneficium 226.
Bigamia V. Irregularitas
Blaſphemare lib. 7. B. 474.
Bonus vir. V. Interpretatio
Bulla Cenę 614.

C

Calix 201.
Cambium 93.
Capitulum 211.
Cardinalis 210.
Caſus 43.
Caſus conſcientię 1.
Caſus referuatus 534. n. 82.
Cathedraticum. V. Epiſcopus
Cœmeterium 204.
Cenſus 57.
Charitas 674.
Chorea 120.
Circunſtantia human. act. 18.
Explicandę in Confeſſione. V. Confeſſio.
Clauſula in Diſpenſationibus 803. & 808.
Clericus 221.
Cognatio 581. & *ſeq.*
Collegium 673.
Columbarium 117.
Comedere 675.
Commodatum 68.
Communio. V. Euchariſtia
Conceſſum 676.
Concilium 210.
Conductio 63.
Confeſſio 514.
Confeſſor 524
Confirmatio 491.

Con-

Coniugale debitum 570.
Conſcientia 2.
Conſecratio 202.
Conſilium 676
Conſuetudo 349.
Contractus 31.
Contritio 511.
Contumelia lib. 7. I. n. 6. 696.
Copulatiua lib. 7. C. 676.
Correctio. V. Parochus, & lib. 7. C. 676.
Culpa 43.
Curator. V. Tutor
Curioſitas lib. 7. C. 487.
Cuſtos 119.

D.

Debitum 97.
Debitum coniugale 170.
Decalogus. V. Lex
Decimę 251.
Degradatio 647.
Delectatio Moroſa lib. 7. P. n. 2. & ſeq.
Delegatio 328.
Denunciatio. V. Correctio, Iudicium.
Depoſitio 647.
Depoſitum 68.
Detractio. V. Iniuria
Diabolus lib. 7. D. 677.
Dignitas. V. Beneficium
Diſcere lib. 7. D. 677.
Diſpenſatio 34.
In Matrimonio 591.
Diuortium 575.
Docere lib. 7. D. 677.
Doctor lib. 7. D. 677.
Damon lib. 7 D. 677.
Dolus 43
Domicilium lib. 7. D. 778.
Dominium 321.
Donatio 105.
Dos 567.
Dubium lib. 7. D. 778.
Duellum lib. 7. D. 679.

E.

Ebrietas lib. 7. E. 680.
Eccleſia 195.
Eccleſiaſtici 195.
Electio 207.
Eleemoſina lib. 7. E. 680.
Emphyteuſis 74.
Emptio 47.
Epiſcopus 211.
Eucharistia 493.
Excommunicatio 597.
Extrema vnctio 544.

F

Falſare. titulo vltimo libri tertij 318.
Fama. V. Reſtitutio 179. & 682.
Famulus. V. locatio, & Dominus
Feſtum lib. 7. F. num. 1. 682.
Feudum 72.
Fictio 318.
Fideicommiſſum 129.
Fidei iuſſio 101.
Fides 684.
Filij 142.
Famina lib. 7. F. 684.
Frequentatio lib. 7. F. 685.

Furtum

Furtum 112.

G

Gabella 330.
Gratia 452.
Gula. V. Comedere
Gubernare. V. Dominium

H

Hereditas 129.
Haresis lib. 7 H. 685.
Homicidium lib. 7. H. 687.
Honor lib. 7 H. 689.
Horę Canonica 256.
Hoſpitale 204.
Hypoteca 68.

I

Ieiunium lib. 7. I. 689.
Ignorantia 15.
Immunitas Eccleſiaſtica 199.
Impedimenta Matrimonÿ 578. *&* 593.
Impoſſibile lib. 7. I. 693.
Incerta. V. Reſtitutio 170.
Inceſtus. V. Luxuria
Indignatio lib. 7. I. 694.
Indulgentia 540.
Infamatio. V. Reſtitutio, & lib. 7. I. 694.
Infidelis lib. 7. I. 695.
Infirmus *ibidem.*
Ingratitudo *ibidem*
Iniuria *ibidem*
Inſignia lib. 7. I 696.
Interdictum 648.
Inuenta 115.
Ira. V. Indignatio
Irregularitas 652.
Iudęus lib. 7. I. 696.
Iudicium 458.
Iudiciũ temerariũ lib. 7. I. 698.
Iuramentum 308.
Iuriſdictio 326.
Ius patronatus 243.

L

Laus. V. Honor. Vanagloria
Legatum 129.
Legittima 142.
Lex 333.
Libellum. V. Emphyteuſis
Libellus famoſus 183.
Litera lib. 7, L. 699.
Locatio 63.
Ludus 120.
Luxuria lib. 7. L. 699.

M

Magiſter V. Doctor.
Maledictio lib. 7. M. 701.
Maleficium *ibidem.*
Mandatum 154.
Manifeſtum 457.
Martyrium lib. 7. M. 702.
Matrimonium 554.
Medicus lib. 7. M. 702.
Mendacium 318.
Metus 13. *& lib. 7. M.* 702.
Miles V. Bellum
Minor 142.
Miſſa 500.
Monachus V. Religio
Moneta 95.
Mora V. Obligatio
Mores lib. 7. M. 702.
Mutuum 77.

N

Nau-

N
Naufragium 112.
Notorium 457.
O
Obedientia 295. & 326
Oblatio 251.
Obligatio 37.
Obſes V. Bellum
Occaſio peccati lib. 7. P. 705.
Occultum 457.
Odium V. Charitas
Officium 328.
Officium Diuinum, ſeu hora canonica 256.
Opinio V. Dubium, & lib. 7. O. 704.
Oratio lib. 7. O. 703
Ordo 546.
Ornatus lib. 7. O. 703.
P
Pactum 35.
Papa 210.
Paraphernalia 567.
Parentes 142.
Parochus 219.
Peccatum 23.
Peculium 328.
Pecunia 93.
Penſio 239.
Pignus 68.
Piſcatio 117
Pœna 45.
Pœnitentia 511.
Pollutio V. luxuria
Populus V. Collegium
Poſſeſſio V. Dominium
Poteſtas 326.
Precarium 68.
Præceptum 333
Prædicare lib. 7. P. 706.
Prælatus 207.
Præſciptio 189.
Primitiæ 251.
Princeps V. Dominium
Priuilegium 452.
Primogenitus 152.
Promiſſio 39.
Proteſtatio lib. 7. P. 707.
Proximus V. Charitas
Purgatorium V. Indulgentia
Q
Quæſtores eleemoſinarum lib. 7. Q. 708
R
Rapina 112.
Raptus V. matrimonium
Ratihabitio lib. 7. R. 708.
Religio 288.
Repræſaliæ lib. 7. R. 709
Reſidentia 252.
Reſpublica lib. 7. R. 709
Reſtitutio 154
Rex V. Dominium
S
Sacramenta 574.
Sacrares 202.
Sacrilegium lib. 7. S. 709.
Satisfactio 538.
Scandalum lib. 7. S. 709.
Schiſma V. Hæreticus
Scrupulus V. Dubium
Secretum lib. 7. S. 800.
Sepul-

Sepultura 204.
Seruus V. Dominium
Simonia 262
Societas 88.
Sodomia V. luxuria
Sortes l. 7. S. 800.
Sponſalia 564.
Stabularius 119.
Statutum 333.
Subiectio 321.
Subrogatio lib. 7 S. 800.
Subſidium charitatiuum V. Epiſcopus
Suffragium 540.
Superior 326
Superſtitio lib. 7. S. 801.
Suſpenſio 636.
Suſpicio V. Iudicium temerariũ
Suſurratio V. Iniuria
Synodaticum. V. Epiſcopus

T

Templum lib. 7. T. 801.
Teſtamentum 124.
Teſtis V. Iudicium
Theſaurus 115.
Torneamentum 120.
Tributum 330.
Tutor 142.
Tyrannus 321.

V

Vanagloria lib. 7. V. 801.
Venatio 111.
Venditio 47
Verbera lib. 7. V. 802
Veſtis ibidem
Vicarius 119
Virginitas lib. 7. V. 802.
Vita ibidem
Voluntarium 13.
Votum 768.
Vſucapio 789.
Vſura 72.
Vſusfructus. V. Dubium. & Dominium aua
Vxor lib. 7. V. 802.

FINIS

Digitized by Google

TRACTATVS
DE CASIBVS CONSCIENTIAE, DE ACTIBVS HVMANIS, ET DE PECCATO.

1 CASVS, ſi nominis vim, & naturam ſpectes à cadendo dicitur, & prima ſui ſignificatione lapſum, & ruinã ſignificat, vt de caſu, & ruina Angelorum &c. Hinc à Theologis per metaphoram quandam dupliciter transfertur. Primò generaliter, & minus propriè; ita vt caſus conſcientiæ dicatur omnis quæſtio de moribus facta, ſiue pertineat ad peccata ſiue ad cẽſuras, ſiue ad vota, ſiue ad ſacramenta. Secundo ſpecialiter, & magis proprie, & ſic caſus dicitur ſolum peccatũ quo quis à virtutis rectitudine cadit. Qua ſignificatione cenſuræ tres, 1. Excommunicatio, ſuſpenſio, & interdictũ propriè caſus dici non poſſunt, quia non ſunt peccata, ſed peccatorũ pœnæ. Nec irregularitas, quia eſt tantum quoddam imperfectũ iure canonico inductũ, quo homines ab ordine ſuſcipiendo, vel ſuſcepto miniſtrando arcentur. Nec vota, nec iuramenta, quia non ſunt peccata, ſed potius actus virtutis. Silu. ver. Caſus initio.

2 Conſcientiæ nomen ſignificat internũ illud animi teſtimonium, quo quis ſibi conſcius eſt de benè, vel malè factis, & quo quis accuſatur, excuſatur, remordetur &c. Et ſic definitur à S. Tho. 1. 1. q. 79. art. 5. Eſt dictamen rationis applicatũ ad opus dictans aliquid eſſe faciendum, vel fugiendum.

3 Synderesis eſt habitus quidam generalis, ſiue lumen connaturale, cuius officiũ, & actus eſt inclinare, & inſtigare ad bonũ, & hominem à peccato retrahere murmurando de malo S. Tho. p. q. 79. art. 12. Vel eſt lumen innatum, & animæ concreatum, quo dirigimur, & mouemur ad faciendum ea, quæ pertinent ad vitationem culpæ, & adeptionem gloriæ. S. Aug. de baptis. paruul.

4 Recta ratio eſt participatio quædam, & confirmitas ordinationis diuinæ. Vnde ſicut ratio diuina eſt regula infallibilis omnis boni; ita recta ratio eſt norma operationum humanarum, qua honeſta, aut turpia iudicantur vniuerſa.

5 Recta ratio prudentialis eſt iudiciũ intellectus verũ de agendis. Cordub. lib. 3. qq. q. 3. Corrad. de contract. 1. q. 11. ſuppoſ. 1.

6 Lex naturalis eſt lumen rationis humanæ à Deo creatore, & conditore, vna cum natura mentibus hominis inſitum ad aliquid faciendum, vel non faciendum

7 Obſeruandum verò primò rationem, ſiue intellectum duplicem eſſe, ſpeculatiuam, & praticam, quæ non eſſentia, ſed ex fine tantum diſtinguuntur. Finis ſpeculatiuæ eſt intendere veritati cognoſcendæ. Finis verò praticæ dirigere operationem. Vt finis ſpeculatiuæ eſt demonſtrare virtutis pulchritudinem, & quàm ſit honeſtum illam ſequi. Praxis verò deinde concludit, bonum rationis ſequendum eſt.

8 Secundò notandum, ſicut intellectu ſpeculatiuo ponitur habitus quidam primorum principiorum quo aſſentimur primis principijs ſpeculabilibus, qui dicitur intellectus principiorum; ita in intellectu practico conſtituitur habitus primorum principiorum, quo aſſentimur primis principijs

cipijs practicis malum eſt fugiendum, bonum eſt ſequendum; qui habitus nominatur ſynderesis à S. Thom. p. 1. q. 7. art. 11. Et quia ratio, ſeu principia practica, & conſequenter ſynderesis, quæ illis aſſentitur, non verſatur circa particularia agibilia, ſed ſolū vniuerſalia quædam principia practica tradit, ex quibus in particulari poſtea iudicamus quid agendum, quid fugiendum nobis ſit, vltimo loco accedit conſcientia, quæ circa concluſiones particulares practicas verſatur, Vnde tunc ſolum dicimur agere contra conſcientiam, quando in particulari facimus contra, quod iudicamus agendum eſſe, vel non.

9 Conſcientiæ actus eſt triplex, primus eſt teſtificari de facto præterito, quod recognoſcimus nos feciſſe, vel non, quod vel bonum, vel malum fuit. Secundus eſt in ordine ad malum aliquod commiſſum, vel bonū ommiſſum, an ſit benè, vel malè factum, vel ommiſſum; & ſecundum hoc conſcientia dicitur vel excuſare, vel accuſare, vel remordere. Tertius eſt inſtigare, ligare, vel ſoluere, ſecundum quod per conſcientiā iudicamus, aliquid eſſe faciendum, vel non faciendum. S. Tho. vbis. ar. 13.

10 Eſt autem conſcientia multiplex Recta, Erronea, Dubia, Probabilis, & Scrupuloſa.

11 Conſcientia recta eſt, quæ per verum ſylogiſmum veram ſententiam concludit, vt omne mandatum Dei eſt ſeruandum, De dilectione proximi eſt mandatum Dei, ergo eſt ſeruandum. Et de hac nulla poteſt eſſe dubitatio.

12 Erronea conſcientia eſt, quæ per falſum ſylogiſmum falſam ſententiam concludit: Vel aliter, Conſcientia erronea eſt, quæ dictat verum, quod eſt falſum, & è contra.

13 Agere contra conſcietiam erroneam ſemper eſt peccatum, ſiue conſcientia erret circa ea, quæ ſunt per ſe bona, ſiue mala, ſiue indifferentia S. Tho. 1.2. q. 19. ar. 5. Silu. & Summiſtæ ver. conſcientia, & com. quia velle malum ſemper eſt malum, & peccatum; aut quotieſcunq; voluntas diſcordat à ratione, eſt mala, ſiue erret, ſiue non: eſt n. ratio immediata regula operationum noſtrarum, proponens, id quod agendum eſt. Dum igitur voluntas aliquid vult contra id, quod proponitur à ratione, quantum in ſe eſt, vult malum, & conſequenter peccat. Intelligit autem meritò Sanchez in ſum. lib. 1. c. 11. num. 13. quando actio, vel ommiſſio eſt libera. Si quis. n. carcere detentus in quo non eſt ſacrum, putaret ſe peccare non audiendo illud, minime peccaret, quia huiuſmodi ommiſſio caret libertate, quæ neceſſaria eſt ad peccatum.

14 Ideò autem eſt peccatum agere cōtra conſcientiam erroneam, quia obligat ad faciendum id, quod dictat, ſiue erret vincibiliter, ſiue inuincibiliter; quamuis non eodem modo de vtraq; conſcientia ſentiendum ſit. Nam conſcietia erronea ex ignorantia vincibili, & culpabili ligat, & obligat, non quidem, vt quis eam poſitiuè ſequatur, ſed ſaltem, vt non faciat contrarium eius, quod conſcientia dictat; quia aliquando conſcientia erronea dictat faciendum id, quod malum eſt, vt ſi quis culpabiliter exiſtimet neceſſarium eſſe mentiri ad ſuam, vel proximi vitam conſeruandam, quo caſu, non tenetur quis mentiri; tenetur tamen non facere contrarium, adeò vt non mentiendo peccet. habet n. in tali caſu duo dictamina in intellectu, vnum eſt Bonum eſſe mentiri pro conſeruanda vita; quod dictamen affirmatiuum, cum neq; bonum ſit, neq; ſufficienter proponat bonum, conſequenter conſcientia erronea non obligat ad ſui obſeruantiam. Alterum eſt, malum eſſe non mentiri, quæ conſcientia licet non excuſet à peccato, ſi mentiatur, obligat tamen, ne fiat contrarium. Quod ſi homo iſte eſt perplexus in vtráq; partem, ita vt quicquid faciat ſemper ſit peccatum, id culpa ſua accidit, quando ſcilicet ignorat, quod ſcire poteſt, & tenetur. Neq; tamen eſt ſimpliciter perplexus poteſt n. & tenetur eo caſu conſcientiam illam deponere, & contrariam ſcientiam habere. Conſcientia verò erronea ex ignorantia inuincibili obligat non ſolum, ne quis faciat contrarium, ſed etiam ſimpliciter ad

poſitiuam

poſitiuam ſui obſeruatiuam. Hinc tamen non ſequitur obligari hominem ad faciendum peccatum. quando n. ignorantia eſt inuincibilis, id quod aliàs eſſe peccatum, excuſatur, cum ignorantia hæc deponi nequeat, aut non debeat.

15 Ad cognitionem autem vtrum agere contra conſcientiam erroneam ſit peccatum mortale, vel veniale tres regulæ aſſignari ſolent.

Prima deſumitur ab ipſo falſo iudicio eius, qui à conſcientia erronea diſcordat ſi n. quis, quod alioqui bonum eſt, mortale putat, tunc faciendo peccat mortaliter: ſi verò ſolum putat eſſe veniale, peccat tantum venialiter. Et ſi quod veniale eſt, putet eſſe mortale, erit mortale id facere, quia voluntas fertur in id malum, vt apprehenſũ: vnde qui aliquid apprehendit vt mortale, etiam ſi non ſit, is, quantum in ſe eſt, vult peccare mortaliter.

16 Secunda regula eſt. Si falsò iudicat eſſe malum, illicitum in genere, licet Nau. in man. præl. 9. num. 9. & alij putent tantum veniale agere contra conſcientiam eò quòd velle id, quod in genere tantum iudicat illicitum, non videtur grauis malitia, cum voluntas ſe contineat intrà limites eius rationis, quæ eſt communis peccato mortali, & veniali: verius tamen docent Roder. in Sum. q. c. 71. concl. 4. Vaſq. 1. 2. q. 10. ar. 6. diſp. 54. c. 3. num. 10. Azot, p. 1. lib. 2. c. 8. q. 6. Sayr. cla. reg. lib. 1. c. 4. num. 17. Sanchez in ſum. lib. 1. c. 11. num. 6. & alij in hoc caſu peccare mortaliter; quia qui ita operatur abſq; alio examine, non dubitat ſe exponere periculo peccati mortalis, & illud velle committere, qualecumq; ſit.

17 Tertia regula eſt. Cum conſcientia non ſignificet iudicium praticum in communi, ſed in particulari; inde eſt, quòd licet quis in vniuerſali putet rem eſſe illicitam, ſi tamen in particulari hic, & nunc, non putet ſibi eſſe illicitam, faciendo non peccat contra conſcientiam erroneam; quia cum peccatum totum naſcatur ex illo errore. ſi error, vel non admittatur, vel deponatur, vel non perſeueret, ſed quotis modo ceſſet, nullum erit peccatum id facere. Cai. 1. 2. q. 19. ar. 6. in fi. & ibi B. Med. dub. 3. ante ſol. ad p. Nau in c. Si quis autem, de pœnit. d. 6. num. 61. Azor, vbi s c. 19. in fi. Sayr. c. 4. cit. num. 18. Hanc tamen non admittit Sanch. d. c. 11. num. 10. quia temerè vniuerſalis, & ſpeculatiua non applicatur praticè, & in particulari, cum tamen iuſta ratio exigat, vt id liceat. V. conſcientia dubia.

18 Reducitur autem peccatum contra conſcientiam commiſſum ad illud præceptum, quod exiſtimat ſe tranſgredi Sanch. de matr. lib. 2. diſp. 41. num. 7. Vt ſi quis accedat ad ſuam, quam putat alienã, peccat peccato fornicationis, aut adulterij, quod certè verum eſt, quoties agendo contra conſcientiam occurrit aliquod præceptum particulare, aut virtus, contra quod exiſtimat ſe peccare. Si verò non actu cogitaret ſe contra aliquam virtutem, aut præceptum ſpeciale facere: aut ſi quis ſolum in communi cogitaret eſſe malum id, quod facit, tunc peccaret tantum contra ſynderesim.

19 In dubijs, & indiferentibus, ſi poſt Prælati præceptum, ad huc ſubditus ignorantia inuincibili laborat circa legem aliquam naturalem, aut poſitiuam, quam Prælatus tollere nequit, quia eſt lex ſuperioris, & quia ſubdito non apparẽt ſufficientes rationes, quibus conſcientiam deponat; neque ipſe humana diligentia facta, veritatem percipere poteſt, neq; illam deponere ex illo communi principio, quod tutius ſit ſequi præceptum ſuperioris, tunc ſequendum eſt dictamen conſcientiæ, & relinquendum præceptum ſuperioris, quia Prælatus pro ſola ſua auctoritate tollere nõ poteſt legem illam quam ſubditus per cõſcientiam licet erroneam ex ignorantia inuincibili vigere putat. & ex alia parte nulla ratio apparet, quæ talem conſcientiam tollere poſſit.

20 Quoties conſtat præceptum Prælati eſſe contra Dei præceptũ; tunc plus obligat conſcentia, quã præceptũ Prælati Obligatio n. ſubditi erga Prælatum, ſiue ſit ex voto, ſiue ex iuramento, ſemper intelligenda

da eſt delictis, & honeſtis.

21 Quoties verò poſt Prælati præceptum, & admonitionem conſcientia Subditi culpabilis, & vincibilis manet, tunc Prælati præceptum omnino præualere debet, & conſcientiam erroneam tollere. Subditus n. tenetur iudicare, non de præcepto Prælati, ſed de impletione præcepti Say. cla. reg; lib. 1. c. 4. num. 35. At Sanchez. lib. 1. ſum. c. 11. num. 16. docet etiam hoc caſu plus obligare conſcentiam erroneam obligatione intenſiua, i. ſtrictiori præcepto, & grauiori culpa, quia agens contra conſcientiam peccat contra humanarum actionum regulam, qua mediante quæcunq; præcepta vim obligandi habent, at non obediens Prælato frangit directè præceptum humanum. Si tamen non facere quod dictat conſcientia ſit ſolu veniale, at non obedire Prælato credat eſſe mortale, magis obligabit præceptum Prælati, quia hoc caſu non ſunt omnia paria. Obligatione autem extenſiua plus obligat Superioris præceptum, quia ad plura obligat: imponit n. præceptum deponendi conſcientiam erroneam vincibilem, & obediendi: at conſcientia erronea ſolam illi parendi obligationē inducit.

22 Cōſcientia probabilis eſt cum quis probabiliter exiſtimat vnam partē eſſe veram, cui aſſenſum præbet; timet autem, ne contrarium verum eſſe poſſit, & quamuis aliqui putent conſcientiam dubiam, & conſcientiam, ſeu opinionē probabilem idem eſſe; verius tamen eſt inter ſe differre. Si quidem opinio, ſeu conſcientia probabilis ſemper eſt cum aſſenſu alterius partis, licet cum alterius partis formidine. Vnde in eo conſiſtit, quod rationes pro ea adductæ maiorem conuenientiam oſtendant extremorū inter ſe in vna parte cōtradictionis quàm in altera. Nec obſtat, quod ſit cu formidine, huiuſmodi n. formido aſſenſū alterius partis nō tollit, ſed in eo conſiſtit ſolū, q. quis exiſtimat partē oppoſitam eſſe verā, quod ei adhuc non oſtendunt rationes alterius partis. Qui verò dubitat nec verè aſſenſum habet, nec diſſenſum, ſed omnino dubius manet; & conſequenter conſcientia dubia ea eſt, quando rationes tales ſunt, quæ pro neutra parte contradictionis aſſenſu, vel diſſenſum generat, ſed intellectus ad vtramque partem anceps manet, ex S. Tho. 1. 2. q. 1. ar. 4. Silu. & Ang. ver. Opinio. au. me. Si quando de pen. 6. 7. num. 9.

23 Aduertendum autem huiuſmodi aſſenſum alicuius opinionis, ſeu conſcientiæ probabilis ob maiorem conformitatē prædicati in vna parte contradictionis, quam in altera ex duobus prouenire poſſe; vel primò quia talis propoſitio eſt per ſe nota, & euides; vel Secūdo quia eſt probabilis ob rationes probabiles, & veriſimiles, oſtendentes maiorem conformitatem in vna parte contradictionis, quàm in altera: qui duo modi ita inter ſe diſtincti ſunt, vt quis habere poſſit aſſenſum vnius probabilem primo modo, i. per principia intrinſeca, & etiam aſſenſum alterius partis oppoſitæ probabilem ſecundo modo, i. per principia extrinſeca. Principia intrinſeca alicuius concluſionis ſunt vel cauſæ illius, vel effectus, vel difinitio, vel aliquid ſimile; Principia verò extrinſeca ſunt, quòd ea propoſitio ſit aliquorum Doctorum quibus probabilis videtur, ex quo etiam credere poteſt opinionem illam eſſe rationabilem, atq; probabilem. Quæ principia extrinſeca ita ſunt communia, vt ad quamcumq; partem applicari poſſint: nec tamen in illius intellectu contrarij aſſenſus ſunt; quia non ex iiſdem principijs, nec de eadem prorſus propoſitione.

24 An liceat ſine peccato contra propriam opinionem, vel contra probabiliorem operari, 1. An manente opinione probabili propria non in particulari, ſed in comuni, & in vniuerſali, qua exiſtimat aliquid eſſe peccatum, poſſit aliunde habere rectum iudicium, licere hic, & nunc id facere? Omiſſis varijs Doctorum ſententijs: Notandum tria præcipue requiri, vt aliqua opinio probabilis dicatur Primò conſiderandum eſt, quinam, & cuius auctoritatis ſint, qui eam ſequuntur, ac defendunt, an docti, prudentes, timoratæ conſcientiæ, & in ea materia multum verſati. 2.

quot

quæ ſint, qui eam defendunt: neque n. ſufficere videtur contra communem vnius, aut alterius Doctoris licet grauis opinio; niſi opinio communis malè dicere, vera, & certa ratione conuincatur ſecundum Glo. in c. fide poenit. d. 1. & de conſtit. c. 1. Cordub. qq. Theol. lib. 4. de fide, & eccl. q. 1. vert. quod ſi concordari nequeunt: aut niſi agatur de fauore matrimonij, aut cauſæ piæ, tunc n. opinio ſingularis præfertur cõmuni, ſi probabili ratione nitatur: cõmunis verò nullo aperto textu fulciatur Nau. c. 27. num. 287. Sanchez. plures referens de matr lib. 1. diſp. 18. num. 6. Immo ſi ſit viri Docti, & pij, poteſt quiſque illam amplecti, modo non ſit contra fidem, & bonos mores Ang. ver. Opinio num. 2. Silu. eo. q. 1. Nau. c. 27. num. 88. S. Tho. quol. 3 art. 10 Sanchez in ſum. lib. 1. c. 9. num. 7. auctoritas n. viri Docti, & pij non eſt leue fundamentum; quæ autem opinio huiuſmodi fundamento innititur, probabilis eſt.

25 Notandum 2. quod vbi probabile ſcandali, aut infamiæ periculũ imminet, licet opinioni parum probabili adhærere, modum aliqualem probabilitatem habeat: quod n. alias probabile non iudicaretur. probabile facit vrgens neceſſitas, periculum &c. Sot. de teg. ſecr. memb. 3. q. 2. concl. 3. vt in matrimonio nullo propter impedimentum ratificando, ſufficit ſi alter coniux conſcius impedimenti perſuadeat ignoranti, vt ex tunc habeat ſe in coniugem, abſq; eo quòd impedimentum aperiat, quoties aperiendo timetur de aliquo ſcandalo, vt quia nollet alter ratificare, quamuis hæc opinio ſit alioqui parum probabilis Sanchez de matr. lib. 1. diſp. 36. num. 8.

26. Notandum Tertio non dici communem opinionẽ, quæ plures habet Doctores eã aſſerentes, nulla diſputatione præmiſſa, ſed perfunctorie illam ſequentes Nau. c. 27. num. 289. Sanchez vbi s. Immo aliquando vnius ſententia communi preualet, ſi meliori, ſubtiliori, ac firmiori ratione comprobetur vt ex l. Deo auctore c. de vet. iur. enucl. & c. Capellanus de for. docent Azor. p. 1. lib. 2. c. 3. in fine Sanch in ſum. lib. 1 c. 9. num. 9. Videndum tamen, an poſt eum alij plures ſcripſerint, eius vnius ſententiã cõmuni conſenſu refellẽtes, cõmunẽq; opinionẽ amplius corroborantes Azor vbi s. c. 16 q. 6. Adde ex Sanchez num. 9. cit. licere viro docto, qui vtriuſq; partis fundamenta expendit, ſuam ſingularem opinionẽ probabiliorem iudicare, & ſequi. Regulariter autem credendum non eſt Doctoribus quantumq; doctrina pollentibus, ſi careant fundamento Io. ſup. c. Per veſtras de don. inter vir & vxor. not. 3. 55. 5 num. 12. quem refert, & ſequitur Sanch. de matr. lib. diſp. 44. num. 2.

27. Notandum Quarto, quod cum varia ſint perſonarum genera; alij n. docti ſint, alij indocti, varie quoq; circa hæc ſentiendum eſſe iuxta perſonarum qualitatem, & ſtatum.

28. De Doctis in genere dicendum primò Quoties opinio quæ dicit aliquid non eſſe peccatum, vel eſt comunis opinio, vel ſaltem iudicio Doctorum, ac in ea artẽ peritorũ non iudicatur improbabilis, poteſt quicumq; Doctor in ſuis actionibus eam ſequi, relicta propria opinione, ac ſecundum illam alijs conſulere Arag. 2. 2. q 63. art. 4. & alij. Ex eo n. ſententia ſeu opinio dicitur probabilis, quia eſt ſecundum rectam rationem, & quam ſequi poſſumus ſine repræhenſione V. Suar: de cenſur. diſp. 40. ſect. 5. num. 6.

29. Dicendum ſecundò. Quando pars minus tuta alicui videtur probabilior, rationeq; aut alia via ad eam tenendam conuincitur, licet reliqui Doctores, non tamen omnes, contrarium doceant, ipſeq; doctus, & peritus in ea arte ſit, poſt adhibitam diligentiam, propriam oppinionem, licet minus tutam, ſequi poterit. Poſtquam n. quis adhibuit debitam diligentiam in veritate inquirenda, rationibuſq; ponderandis, eamq; partẽ probabiliorem iudicat, ſatis prudenter, & rationabiliter operatur, ſequendo illam partem. Nam in ijs, quæ non ſunt euidenter nota, in moralibus hæc diligentia ſufficere videtur.

30 Tertiò Agens contra propriam opinionem

nionem, ſequendo oppoſitam probabilem minus tamen tutam, nec peccat nec ſe peccandi periculo exponit, licèt forte in re ipſa peccatum ſit, aut prohibitum quod facit ſequendo contrariã opinioné, quoties cũ rationabili, & probabili fundaméto partem minus tutam contra propriam opinionem ſequitur; modò non dubitet ſe peccare ſequendo eam partem, ſed iudicet licitum illi eſſe hic, & nunc ita operari. Quamuis n. ex proprijs, & intrinſecis principijs habeat aſſenſum propriæ opinionis; quia tamen per extrinſeca principia habere poteſt dictamen, cum aſſenſu determinato, quod licitum ei ſit hic, & nunc ſequi opinionem oppoſitam minus tutam, non peccat, nec contra conſcientiam agit relinquendo opinionem propriam: nec duos ſimul aſſenſus contradictorios habet Azor. p. 1. lib. 2. c. 16. q. 4. & 5. & c. 17. q. 7. Immo, vt docet Sanchez ex ijſdem principijs variè conſideratis, poteſt vtraq; opinio æquè probabilis iudicare.

31. Quarto ſicut poteſt quis operari contra opinionem propriam, ſic etiam interrogatus contra opinionem propriam alijs conſulere poteſt, vel dicendo contrariam opinionem eſſe probabilem, vel ſecundum eam poſſe interrogantem operari; vel dicendo multos Doctores ita docere. Si n. licitum eſt ipſi contra opinionem propriam operari, id alijs conſulere poteſt Sanchez vbi s. n. 19.

32 In Sacramentis adminiſtrandis, ſiue conficiendis, ſi conſideremus ſolam dignitatem, licet probabilem ſententiam ſequi ommiſſa probabiliori, & tutiori. Vnde abſque peccato licet abſoluere pœnitentem accedenté cum attritione cognita, licet periculum in re ſit, an abſolutio futura ſit valida, nec ne. de quo iterum ver. Pœnitentia. V. Trident. ſeſſ. 14. c. 4. & can 5. In moralibus enim operationibus, vbi certitudo haberi non poteſt, ſatis rationabiliter operatur, qui probabilem opinionem ſequitur Vaſquez. 1. 2. diſp. 63. c. 2. Salon. 2. 2. q. 63. ar. 4. contr. 2. concl. 4. in ſol. ad 3. Si verò conſideremus vtilitatem proximi ex Sacraméto prouenientem, tunc ex Soto. in 4. diſt. 9. q. 1. & alijs tenentur miniſtrare Sacramenta citra omnem opinionem ſequendo probabiliorem, & tutiorem, vbi id ſine detriméto fieri poſſit. quod intelligèndum eſt ex parte miniſtrantis, quare cũ duæ ſint opiniones, An liceat baptizare in nomine Chriſti, tenetur Sacerdos baptizare in nomine Patris &c. cum hæc ſit probabilior, & tutior opinio, & aliter agens grauiter peccaret, quia exponeret periculo ſalutem ſpiritualem proximi. Id tamen intellige in materijs, & formis sacramentorum receptis, & vſitatis in Eccleſia; hoc n. caſu non licet ſequi minus probabilem, cum teneantur nõ agere cõtra præceptum, communemque vſum Ecclecleſiæ Salon. vbi s. Sanchez de matr. lib. 3. diſp. 20 num. 4. & in ſum. lib. 1. c. 9. n. 33. & ſeq.

33 Indocti ſequi poſſunt opinionem illam, quam ipſi putant probabilem, & quam probi, in eaque arte periti ſequuntur, quamuis illa minus tuta, minuſque communis ſit, Conrad. de couractq. vlt. concl. 2. caſc 2. Immo ſatisfaciunt ſequendo opinionem ſui Doctoris, quamuis affirmet contrariam eſſe magis communem, ſi aliàs de integritate, & doctrina illius bonam habeant opinionem Silu. ver. Opinio q. 1. in fi.

34 Confeſſarius ſiue ordinarius vt Parochus, ſiue extraordinarius, vt regulares, & alij habentes iuriſdictionem delegatam, poteſt contra opinionem propriam abſoluere pœnitentem habentem contrariam, licèt minus probabilem: non n. negare poteſt abſolutionem, niſi male diſpoſito, ſed pœnitens ſequendo opinionem probabilem non eſt male diſpoſitus, ſed eſt integrè confeſſus, nec quicquam agit contra conſcientiam Vict. in ſum. num. 178. Nau. in c. Si quis autem de pœnit. diſt. 7. num. 46. Suar. to. 4. diſp. 33. Sect. 5. Sãch. c. 9. ſect. 28. & dub. ſequen.

35 Medicus, vbi dubitat an aliquod medicamentum futurum ſit nocumento nec ne, tenetur partem tutiorem ſequi; alioqui n. infirmi vitam exponeret manifeſto mortis periculo, ſecundum Sot. de

iuſt

iuſt. lib. 3. q. 6. ar. 9. in fi Innoc in c. Tua nos, de Homic. num. 1. Sanchez tamen vbi s. num. 39. alijs cit. docet licere, cum ſalus infirmi deſperata eſt, tunc n. conformius prudentiæ, ac ipſius infirmi ſaluti videtur id medicamentum applicare. Eodemq; modo peccat, ſi vehementer credat profuturũ, ſi aliquid dubitationis habeat, aut habere debeat, ne noceat. Nau. c. 25. nu. 60. Azor. p. 2. lib. 2. c. 17. q. 11. Nec licet medico, vt experiatur applicare aliquod medicamentum infirmo, etiam ſi aliunde conſtet certum periculum mortis, vbi nulla habetur ratio probabilis, ex medicinæ regulis, & experientia, an profuturum ſit infirmo, vel non Nau. vbi s. Et vbi alia ſunt faciliora remedia, & abſq; opinione ſalutifera infirmo, ea eligenda ſunt, ac relinquenda illa, quæ ſunt ſub opinione. Sicut etiam vbi longa experientia probatum eſt, aliquod medicamentum eſſe ſalutiferum, non licebit ſequi opinionem ſpeculatiuè probabilem contrariam Sayr. cla. reg. lib. 1. c. 10. num. 12. Quod ſi dubium ſit de medicamento aliquo, ſit ne ſalutiferum, & idem ſit de omnibus alijs medicamentis propter opinionum, & rationum diuerſarum probabilitatem, tunc licebit medico eligere medicamentum ſecundum ſuam opinionem ſalutiferum, licet alij multi læthale iudicauerint. Cord. lib. 3. qq. q. 5. Verius tamen docent Sot. de iuſt. lib. 3. q. 3. art. 5. ad 4. Salon. 22. q. 63. ar. 4. contr. 2. ad 2. Sanch. c. 9. cit. num. 41. teneri eligere partem tutiorem, & probabiliorem; aliàs contra debitam charitatem proximo exhibendam agit, quæ meritò exigit, vt certiori medio illi ſubueniamus. Vbi verò nouit medicamentum minimè nociturum, dubitat autem an proderit, tenetur illud adhibere Valent. 2. 2. diſp. 3. q. 10. p. 2. vers. Altero modo.

36 Iudex ſecundum Silu. ver. opinio 55. 2. Cai. in ſum. eod. ver. Sot. vbi ſup. Sanch. l. cit. num. 47. & alios tenetur iudicare ſecundum probabiliorem, alioqui peccat. Iudicare n. debet ſecundum merita cauſæ, qui verò pro ſe habet opinionem probabiliorem maius ius, & maiora merita cauſæ habet. Alij tamen vt S. Anton. p. 1. tit. 3. c. 10 55. 10 reg. 6. in fi. Armill. ver. opinio num. 2. Arag. 2. 2. q. 63. art. 4. dub. vlt. Salon. ibi contr. 2. concl. 4. docent ſatis eſſe in actionibus moralibus ſequi opinionem probabilem, ſicut non tenemur ſemper agere quod melius eſt, ſed ſufficit agere quod bonum eſt. quòd Armil. intelligit quando ſe firmat in opinione alicuius Doctoris, quam veram credit, licet credat aliam opinionem eſſe probabilem: ſecus quando eſt cum formidine alterius partis. In conflictu autem opinionum illa eſt magis amplectenda, quæ fauet eccleſiæ c. ſi de re iud. Benintend. concl. 19. Ias. in l. ſi qua mulier C. de Sacr. Sanct. eu. num. 13. vbi quòd quando ſunt opiniones Doct. hinc inde, debet in iudicando, & conſulendo teneri illa opinio, quæ fauet religioni per l. Sunt perſona ff. de relig. & ſumptum. ſum. Dec. c. In præſentia de probat. num. 123.

37 Dicendum primo. Quando Iudex videt vtramq; partem ex parte iuris æquè probabilem ipſeq; ita eſſe iudicat, licite poteſt in amici gratiam iudicare ſecundum illam opinionem, quæ amico magis fauet Sot. vbi ſupra ar 4. ad 4. propoſ. 2. Arag. vbi ſupra ar. 4. & alij, quia cum in tali caſu ex vi iuſtitiæ diſtributiuæ, & officij ſui non teneatur bonum illud fauorabile vni magis, quæ alteri conferre, cum æquale ius vterq; habeat, liberum illi erit ſequi quam opinionem maluerit Immo ſecluſo ſcandalo poteſt amici gratia nunc ſecundum vnam, nunc ſecundum aliam opinionem iudicare, quia cum vtraq; opinio ſit æque probabilis, ita iudicando facit, quod licitum eſt ſemper, & licito nititur fundamento Doct. cit. & Sanchez vbi ſup. num. 45.

38. Dicendum ſecundo. Quando ſunt duæ opiniones ex parte iuris probabiles altera tamen probabilior, poteſt Iudex in iudicando ſequi probabilem, quam iudicat veram, omiſſa probabiliori. Eò n. ipſo

quod

quod opinio probabilis eſt, conformis eſt rectæ rationi, & conſequenter tuta conſcientia eam ſequi poteſt in iudicando.

39. Dicendum Tertio Quando ſunt duæ opiniones æque probabiles ex parte facti, quia vtraque pars æquè factum ſuum probat, in ciuilibus Iudicis officium erit partes inter ſe componere, vel rem, de qua agitur inter illas diuidere, ſi diuiſibilis ſit; quia cum vtraq; pars æquale ius habeat, & res ſit diuiſibilis dictat naturalis ratio, vt vel partes inter ſe componantur, vel res inter ipſas diuidatur. Quod ſi cauſa ſit criminalis, iudicandum in fauorem Rei: quia hoc caſu fiſcus ſe habet vt aggreſſor, reus vt aggreſſus, & ſe defendens Arag. vbi ſup.

40. Dicendum Quarto Quando ex parte facti ſunt duæ opiniones probabiles, vna tamen eſt probabilior, in ciuilibus tenetur Iudex iudicare in fauorem probabilioris; habet n. hæc maiora merita cauſæ, cum factum ſuum probet per teſtimonia meliora, & probabiliora. V. Glo. in. c. Cum ſunt partium de reg. iur. in 6. Conrad de contrac. q. vlt. concl. 1. In criminalibus verò, vbi iura partium non ſunt clariſſima, licet declinare in fauorem rei. Nam ad reum condemnandum, probationes eſſe debent luce clariores l. vlt. C. de probat. Cum verò defenſio rei manet adhuc probabilis, non ſunt ita claræ probationes contra eum.

41. Aduocatus quandiu cauſa eſt dubia aut iure, aut facto, ita vt non facile appareat, quæ pars iuſtior ſit, aduocare poteſt. Munus n. Aduocati eſt proponere Iudici rationes, & teſtimonia ſuæ partis, non autem iuſtitiam miniſtrare. Quoties verò vtriuſq. partis iuſtitia dubia eſt, ratio poſtulat vt Aduocatus Iudici proponat quæcumq; ſuæ partis iuſtitiam confirmare poſſunt. Et item in caſu, quo non ſolum vtraque pars æquè probabilis eſt, ſed etiam cum altera eſt probabilior Cyned. ad Decretum Collet. 18. num. 17. Sot de iuſt. lib. 5. q. 8. art. 3. Arag. 2. 2. q. 71. art. 3. Sanchez alios referens lib. 1. ſum. c. 9. num. 43. quia licet vnicuiq; iure naturæ defendere ius ſuum, quando non certo conſtat de iure alterius. Sicut ergo licet reo, ſe defendere, ita licet Aduocato illi patrocinari. Vide infra ver. Iudicium. n. 134. In cauſa mortis, aut infamiæ licet defendere minus probabilem in fauorem rei; modò non vtatur fraude, vel dolo Sot. & Arag. vbi ſup.

42 Subditus tenetur obedire Prælato contra propriam opinionem, modò habeat dictamen conſcientiæ, quòd id facere poſſit. Eo n. ipſo quod quis exiſtimat probabiliter id, quod Superior præcipit, eſſe bonum, quodq; aliàs ipſe propter probabilitatem contrariæ opinionis facere poterat, conſequenter illud facere poterit, ſi Prælatus id ei præcipiat: quòd ſi poteſt, ergo tenetur. In ijs n. quæ aliquis ſine peccato facere poteſt, Prælatus imponere poteſt præceptum, & ſubditus obedire tenetur. Intellige tamen quando eſt diuerſitas opinionum circa id, quod præcipitur, an ex ſe liceat, vel nō; ſecus ſi ſit diuerſitas opinionum, an Superior poſſit id præcipere, & an inferior teneatur parere; tunc n. quamuis ſubditus poſſit, non tamē tenetur obedire, & ratio diuerſitatis eſt, quia in priori caſu Superior habet ius præcipiendi: in poſteriori verò, cum dubitetur de poteſtate Superioris, non obligatur ſubditus Cordub. lib. 3. qq. 9. & quatuor ſeq Sayr. cla. reg. lib. 1. c. 12. Sanchez in ſum lib. 6 c. 3.

43 Conſcientia dubia illa eſt, quæ nec aſſentitur vni parti contradictionis, nec ab ea diſſentit, ſed in dubio manet.

44 Dubium aliud ſpeculatiuum, aliud practicum. Speculatiuum eſt, cum quis in genere dubitat, an aliquid ſi peccatum, an aliquid ſit ſuum, an aliquid ita ſit &c. Practicum eſt, cum quis in particulari dubitat hic, & nunc, an operatio quam facit ſit peccatum, nec ne Caiet. to. 1. opuſc. 3. reſp. 13. dub. 7. & 1. 2. q. 57. ar. 5. ad 3. Nau. in c. Si quis autem de poenit d. 7. num. 61. & in Man. prælud. 9. num. 9. & com.

45 Agere contra dubium ſpeculatiuum non eſt peccatum, licet Cord. vbi ſ q. 5. & alij plures recentiores contrarium doceant:

ceant: quia ſcientia, opinio, aut dubitatio ſpeculatiua non excludit bonam fidem, quando iuſta cauſa ſuadet oppoſitum iudicium practicum, nam actus humani circa particularia verſantur Sanchez de matr. lib. 2. diſp. 41. num. 8. Cai. vbi s. & alij plures relati à Sanchez. Poteſt n. Iudex ſpeculatiuè dubitare, an ſibi liceat. ſecundum allegata, & probata condemnare, quem ſcit innocentem, & tamen practice formare ſibi hunc conceptum licere condemnare, quia S. Tho. & alij docti, pijq; viri id docent, Roder. in ſum. p. 1. c. 71. concl. 3. & com. Aliud n. iudicium fit de re in vniuerſali conſiderata, ac in particulari. In vniuerſali n. Secundum ſe, & abſolutè conſideratur; in particulari autem ſecundum omnes circunſtantias hic, & nunc occurrentes, adeo vt quod aliquando propter vnam cauſam licet, alio tempore ab aliam cauſam non licebit. Et quia intellectus ſpeculatiuus nihil iudicat de operando, vel non, quantum ad conſcientiam attinet: ſed ratio practica, qua humanæ operationes diriguntur, ideo operans contra dubium ſpeculatiuum, non peccat, ſed ſolum contra dubium practicum. Vbi tamen cum Cord. q. 5. cit. dub. 5. & Sanch. vbi s. num. 5. Notandum ex ſcientia, vel opinione, vel dubitatione ſpeculatiua, quam quis habet, teneri formare ſimile iudicium practicum. Vt ſi ſpeculatiuè, & in cõmuni ſciat, aliquid eſſe vſuram, vel dubitet, tenetur practicè hic, & nunc ſcire, vel dubitare, niſi aliqua ſpecialis ratio cogat iudicium practicum variare. Alienum n. eſt à recta ratione, me credere omnem hominem teneri reſtituere, me verò in eodẽ caſu eximere nulla exiſtente peculiari ratione. Ratio autem eſt, quia cognitio ſpeculatiua dirigit voluntatẽ ad opus; tale ergo eſſe debet iudicium practicum, quale eſt ſpeculatiuum, niſi aliter ſuadeat ſpecialis ratio. V. Suar. de cenſur. tota diſp. 40.

46. Peccatum igitur mortale eſt facere id, de quo aliquis in particulari dubitat an ſit mortale; & facere id, de quo dubitat an ſit veniale, eſt veniale; quia faciendo rem, de qua dubitat, an bona, vel mala ſit, quantum in ipſo eſt, cenſetur velle malum, ſiquidem vult rem ſiue bona, ſiue mala ſit. Quòd verò res illa bona, & licita ſit in tali caſu, eſt omnino per accidens, quantum ad voluntatẽ attinet. Vnde inferunt S. Tho. quol. 8. art. 13. & Nau. c. Si quis autẽ de poenit. diſt. 7. num. 58. quod habens plures præbendas peccat, quoties dubius eſt, an ſibi liceat illas habere, quia manente dubitatione, committit ſe periculo peccandi, & magis conuincitur amare beneficium temporale, quam propriam ſalutem, eas cum tali dubio retinendo.

47 Vbi conſcientia in eo eſt dubio, & ſtatu, vt neceſſariò debeat alteram partem eligere, de quarum vtraq; dubitat an ſit peccatum, vt ſi quis ab altero gladium mutuò acceperit cum iuramento reſtituendi, & alter petat ad alterum iniuſte occidendum, reſtituendo, videtur reus homicidij, non reſtituendo reus efficitur periurij: in hoc caſu debet conſcientiam ſuam ad alteram partem determinare, & ſecundum illam agere, aliàs neceſſariò peccaret. Si verò dubitet tantum de altera parte, an ſit peccatum, nec ne, de altera verò certus ſit non eſſe peccatum, licitè poteſt eam partem eligere, in qua nullum eſt peccatum. Quia verò non adeo certum eſt, an ſemper teneatur eam partẽ eligere in vtroq; caſu, quando manent vtrinq; rationes probabiles, aſſignari ſolent à Doctoribus quattuor ſequentes regulæ.

48 Prima ſit. Quotieſcumq; aliquis incertus eſt, quid agere, & quam partem eligere debeat, omnem diligentiam adhibere debet ad inquirendam veritatem, donec per rationes probabiles inueniat quod verius videtur: id n. neceſſariò requiritur, ne in operando peccet.

49 Ex hac prima regula in materia iuſtitiæ ſequitur Primò quod ſi dubitans ommittat facere, quod in ſe eſt, vt veritatẽ aſſequatur, ommiſſioq; cauſa ſit, ne veritas in poſterum deprehendi poſſit, aut non tam benè, tenetur reſtituere prudentis arbitrio ei, de quo dubitat aut eo ignoto pauperibus, Quod ſi poſt eam ommiſſionem culpabilem appareat rem eſſe alie-

B nam,

nam, veritatemq; fuiſſe detegendam, ſi diligentia fuiſſet adhibita, tenebitur ex tunc fructus reſtituere; Nam ob diligentiæ omiſſionem extunc fuit malæ fidei poſſeſſor Molin. de iuſt. tract. 2. diſp. 36. conc. 1. & vers Reliqua Sanchez de mar. lib. 2. diſp. 4. num. 13.

50 Sequitur Secundo in pari dubio fauendum poſſidenti, c. In pari, de reg. iur. in 6. Salon. 22. q. 61. de dominio ad ſi.

51 Sequitur Tertio. Quòd vbi neuter poſſideat deſtribuenda ſit inter eos, de quibus dubitatur cuius ſit. Caiet. 2. 2. q. 62. art. 5. in ſolut. ad 3. Aragon ibidem, verſ. Circa tertiam propoſitionem, Salon. contr. 5. Ban. dub. 6. c. prima concluſ. Sot. de iuſt. lib. 7. q. 1. art. 5. ad. 3. verſ. De illo ergo. Petr. Nau. de reſt. lib. c. 2. dub. 8. num. 62. Quod ſi dubium æquale non ſit, diuidenda iuxta quantitatem dubij Arag. & Ban. cit. Si tamen res illa eſſet indiuidua, vt ſeruus ſorte eſt alteri applicanda, habito vtriuſque conſenſu, aut vni res, alteri æſtimatio applicetur, non quidem tota æſtimatio, ſed vel dimidium ſi paria ſint iura, vel proportionabiliter iuxta dubij quantitatem, vt docet Sanchez vbi ſup. num. 16.

52 Sequitur Quarto. In dubio an ex conſilio tuo ſecuta ſit actio iniuſta, vt homicidium, eximendum eſſe conſulentem, vt ex S. Tho. 2. 2. q. 61. art. 7. colligunt Io. Med. de reſt. q. 7. ante verſ. Si autem conſilium. Silu. 4. q. 6. dicto 2. P. Nau lib. 3. c. 4. dub. 4. quia in dubio melior eſt conditio poſſidentis. Alij tamen vt Felin in c. 1. de off. deleg. num. 13. Couar. in Clem. Si furioſus p. 1. parag. 2. n. 1. & alij quos ſequitur Aug. Barboſ. ad c. Ad audientiam de homic. num. 6. contrarium docent ea ratione, quod in hoc dubio non ſit poſſeſſio pro conſulente, cum conſtet de iniuſta actione ipſius apta ad effectum producendum: niſi fortè ex coniecturis appareat illum nihilominus facturum, tunc n. illa actio non ſequitur ex fraudolento conſilio Sanchez in ſum. lib. 1. cap. 10.

53 Sequitur Quinto. Ex Salon. 2. 2. q. 62. cont. 4. concl. 4. poſſeſſorem bonæ fidei, ſi poſt debitam diligentiam adhuc manet dubium in eam partem magis inclinans rem eſſe alienam teneri partem reſtituere pro ratione dubij, & illius maioris propenſionis, quia tunc non eſt par ratio. De quo tamen vide Salon. cit. & de dominio q. 6. art. 6. verſ. an bona fides, &c. concl. 4. Contrarium docent Sanchez in ſum lib. 1. c. 10. num. 9. Vaſquez, & Salas. vbi cit. ſcilicet huiuſmodi poſſeſſorem incipientem dubitare an res ſit ſua, licet in eam partem magis inclinet rem eſſe alienam, modò rationes non ſint adeo efficaces, vt aſſenſum generent, nihil teneri reſtituere. Vide etiam Molin. tract. 2. diſp. 16. in principio, & diſ. 63. & 103. infra ver. Præſcriptio; verſ. Dubitatio aduenìens. &c. num. 6.

54 Sequitur Sexto. Poſſeſſorem bonæ fidei dubitantem, an res ſit ſua, ante diligentiam adhibitam non poſſe illa vti; aut illam alienare, ſi tamen vſus ſit rei conſumptio, alioqui vti poteſt animo reſtituendi domino pretium illius vſus Sanchez vbi ſupra num. 21. licet Siln. vbi ſupra q. 7. dicto 3. dicat alienari poſſe, quia etiam ſi dubitet, adhuc tamen eſt poſſeſſor bonæ fidei, tantumque poſtea tenebitur, reperto vero domino, reſtituere in quantum factus eſt locupletior. Azor. p. 1. lib. 2. c. 19, q. 6. docet poſſe rem illam conſumi, & alienari, dummodò eo animo ſit, vt poſtea vero domino comparenti eam illi reddat, vel pretium, vel rem aliam eiuſdem valoris. Examine præmiſſo, docent Couar. in reg. Peccatum p. 3. initio num. 4. Io. Med. de reſt. q. 10. verſ. Dico ſecundo Salon. vbi ſupra in ratione quartæ concluſ. alienari quidem poſſe, ſed monendum eſſe emptorem de dubio, alioqui rem vitioſam venderet, tacito vitio.

55 Secunda regula eſt. Quando in huiuſmodi dubijs propria induſtria veritas rei inueniri non poteſt, ſequendum conſi-

ſilium bonorum, & doctorum virorum, inter quos præcipuum locum obtinent Prælati, Superiores, & Confeſſores pij, ac diſcreti; quorum copia, ſi in aliqua neceſſitate, & caſu vrgente non adſit, diligenti ſtudio, ac oratione ad Deum recurrendum eſt, quibus medijs adhibitis, vnam partem, quæ ſibi melior videbitur, eligendo tutus erit in conſcientia, licet à parte rei non ita vera, ac bona ſit.

56 Tertia regula. Quandò pro vna parte certum eſt, & pro altera dubium, peccatum eſt ſequi quod dubium eſt. Roder. in ſum. lib. 2. c. 51. concl. 2. quia committere ſe periculo peccandi: vt ſi ſcias te licitè ieiunare poſſe, dubites verò, an non ieiunando pecces, teneris ieiunare, cum in hoc nullum ſit peccatum. Limitant Sot. de reg. ſec. memb. 3. q. 2. concl. 1. B. Med. 1. 2. q. 19. ar. 6. dub. 4. concl. 3. niſi eo, quod non ſequar partem dubiam, magnum, & graue damnum incurrat; vt ſi quis petat à me fundum, quem tuta conſcientia poſſideo, ſi exinde dubitare incipiam, an reſtituere tenear, licet reſtituendo tutius agam, non tamen teneor, quia potior eſt conditio poſſidentis. Sanchez plures referens de matr. lib. 2. diſp. 4. num. 12.

57 Quarta regula. Qando ex vtraq; parte dubium eſt, & deponi non poteſt dubium ſequenda eſt pars tutior. quod ſi neutra tuta fuerit, ſequenda eſt pars minus periculoſa. Nau. in c. Si quis autem de pœnit. diſt. 7. num. 34. & in man. c. 27. num. 281. Silu. & Aug. ver. Dubium; niſi pars minus tuta ſit multò probabilior altera, tunc n. neceſſarium non eſſet ſequi tutiorem ex Silu. & Nau. loc. cit. Et generaliter vbi dicitur, In dubijs tutiorem partem eſſe amplectendam, vt in c. Ioannes de Sponſal. c. Ad audientiam, & c. pen. de homic. & c. Si quis autem cit. Intellige tamen de dubio practico, & quando verè dubium eſt. ſecus quando quis probabiliter opinatur alteram partem minus tutam; quo caſu conſilium eſt, non præceptum ſequi tutiorem. quare ex duabus opinionibus licet ſequi minus probabilem Sanchez vbi ſupra S. Ant. p. 2. tit. 3. c. 10. parag. 10. Aug. ver. opinio parag. 2. Silu. eo. q. 1. in fi. Nau. in c. Conſideret de pœnit. d. 5. num. 38. V. Cord. ubi ſup. q. 13. & ſeq.

58 Regulam illam In dubijs tutiorem partem eſſe eligendam, intelligit Suar. de relig. to. 2. tract. 6. lib. 4. c. 5 num. 14. & c. 8. num. 6. de parte tutiore reſpectu non tutæ. Si autem inter tutas fiat comparatio, conſilium continere, non præceptum, niſi in caſibus in iure expreſſis, ut idem in 3. p. to. 5. diſp. 40. ſect. 6. num. 8. & lib. 4. cit. c. 9. num. 14. & ſeqq. Sanchez. in ſum. lib. 1. c. 9. num. 14. ubi cum Azor. p. 1. lib. 2. c. 12. in fi. & c. 8. q. 2. in fi. intelligit tutiorem partem eligendam eſſe in dubijs, non in opinionibus. qui n. opinatur uni parti adhæret: in dubijs uerò ſecus.

59 Conſcientia ſcrupuloſa eſt, quæ alteri parti adheret, ſed cum formidine, & anxietate, quæ animum torquet. V. uer. Dubium.

DE ACTIBVS HVMANIS.

1 DVplex eſt actio humana. Vna quidem quantum ad ſubſtantiam operis, ea ſcilicet, quæ ſoli homini competit, qua à reliquis animantibus diſcernitur, quo ſenſu multæ actiones dicuntur humanæ, quæ tamen verè non ſunt liberæ, vt prima intellectio, primi motus &c. Alia actio humana eſt quo ad modum, quia ſcilicet homo illã cum libertate, & deliberatione exercet. Harum duarum operationum ſecundæ propriè humanæ dicuntur; his. n. tantum homo ſtudioſus, aut vitioſus, bonus, vel malus efficitur: laudem, vel vituperium meretur; beatitudinem perpetuamuè damnationem conſequitur. Habentq; duo principia; intellactum, & voluntatem. Intellectus eſt ſuprema quædam animæ noſtræ, potentia, & facultas, ſeu lumen quoddam, quo illa à nobis cognoſci, & cogitari poſſunt, quæ ſenſus omnes, & captum relinquorum animalium excedunt, diuiditurq; in intellectum ſpeculatiuum, & practicum. Ille rebus contemplandis ſolum intentus eſt, que à nobis operandæ non ſunt: Practicus verò rebus tantum à nobis agendis intendit. Non ſunt tamen diuerſæ potentiæ, ſed eiuſdem diuerſi actus: s Tho. p. 1. q. 74. ar. 11. Sicut etiam de ratione ſuperiori, & inferiori ar. 9. confirmat ex s. Aug. lib. 12. de Trinit. c. 7. Ratio ſuperior eſt pars illa, quæ intendit rebus æternis conſpiciendis, aut conſulendis: conſpiciendis quidem, ſecundum quod eas in ſeipſis ſpeculatur; conſulendis verò, ſecundum quod ab eis accipit regulas agendorum. Ratio verò inferior eſt, quæ intendit corporalibus rebus, ſicut cum cogitat quid quieti corporis, & paci, quid honeſtati conducat, idq; prout ſunt media ad ea cognoſcenda, quæ ſunt rationis ſuperioris. Sunt autem ratio, & intellectus in homine eadem potentia. Intelligere n. eſt ſimpliciter veritatem intelligibilẽ apprehendere: ratiocinari verò eſt procedere de vno intellectu ad aliud ad veritatem intelligibilem cognoſcendam s. Tho. p. 1. q. 79. ar. 8. Eſt autem ratio in communi ex s. Aug. de ſpir. & an. Aſpectus mentis, quæ malum, bonumq; diſcernit, virtutes eligit, Deum diligit.

2 Alia potentia eſt voluntas, quæ ſic definitur. Eſt inclinatio quædam qua proſequimur, & tendimus interiori animo in bona conuenientia, quæ per rationem cognita ſunt. Et eſt triplex, actualis, habitualis, virtualis. Actualis eſt, qua actu elicitur voluntas aliquid faciendi. Habitualis eſt, quando actu præceſſit voluntas aliquid faciendi, & poſtea nullo modo influit in effectum, ſeu actionem externam, quia nullo modo poſtea eſt in memoria, ſeu cogitatione hominis, nec per ſe, nec per aliquem effectum, ſeu virtutum relictam eſt cauſa talis actionis. Virtualis dicitur, quando præceſſit actualis intentio, quæ iam in ſe non exiſtit, quando fit talis actio, manet tamen aliquid ab ea relictum, per quod cenſetur virtute mouere ad talem effectum, & actionem & durat quandiu virtus exterior excitata à tali voluntate durat, vel in ſe, vel in alia, quam ipſa excitauit; ita vt per connexionẽ ipſarum actionum externarum vna excitet aliam, & hæc aliam, & ſic deinceps donec finiatur actio, vel ab ipſa ceſſetur Suar. to. 3. diſp. 13. ſect. 3. V. Sanch. in ſum. lib. 4. c. c. 5. num. 6.

3 Duo autem in agendo reſpicit voluntas, vt potentia eſt, finem ſcilicet, & media: in his n. inuenitur ratio boni, quod eſt obiectum voluntatis. Vt verò voluntas

tas dicit actum, reſpicit tantum finem, quia in eo ſolo eſt ſecundum ſe obiectum voluntatis, quod eſt bonum. Nam in his, quæ ſunt ad finem, non inuenitur proprie ratio boni, niſi prout dicunt ordinē ad finem; vnde voluntas in ea non fertur, niſi quatenus fertur in finem.

4 Quæ à ratione vt fines, & certa bona voluntati proponuntur, illa naturaliter voluntas ita appetit, vt circa hunc finem triplicem quaſi actum voluntas exerceat. Nam ſi eſt circa finem ſimpliciter nondum adeptum appellatur voluntas, ſeu velle. Si verò in fine iam adepto quieſcat, dicitur, fruitio, nam frui dicimur, cum aſſecuti rem aliquam, quam antea vt quoddam vltimum experiuimus in ea cum amore quodam conquieſcimus, & delectamur. S. Tho. 1. 2. q. 11. ar. 1. Si verò in ipſum finē tendat per media, dicitur intentio, quæ eſt actus voluntatis circa finē ab intellectu propoſitum, vt proſequendum per aliqua media.

5 Sunt præterea aliæ actiones rationis, & voluntatis circa media. Dum n. voluntas efficaciter vult finem, mouet etiam rationem efficaci ſuo imperio ad conſultandum, & inquirendum, quibus medijs finem ipſum conſequi valeat. Cumq; plura ſint media, conſulere, & inquirere monet, quod nam conuenientius ſit ad huiuſmodi finem conſequendum; vbi, cum intellectus practicus iudicium tulerit quid faciendum ſit, prima hæc eius operatio conſilium dicitur à S. Tho. vbi ſupra q. 14. ar. 1. Poſt hanc ſequitur in voluntate electio, cum ſcilicet voluntas efficaciter vult medium illud, quod ratio conuenientius eſſe iudicauit, & eſt appetitus conſultatiuus, qui conſilium, & deliberationem intellectus ſequitur.

DE VOLVNTARIO,

ET INVOLVNTARIO.

1 VOluntarium ex S. Tho. 1. 2. q. 6. ar. 1. Eſt id quod fit ab intrinſeco principio cum cognitione finis, & aliarum circunſtantiarum, circa quas eſt ipſa operatio. Per quam definitionem diſtinguitur voluntarium à violento, & motu naturali, & ab inuoluntario. Violentum n. eſt quod procedit ab extrinſeco principio. Et vis definitur eſſe maioris rei impetum, qui repelli non poteſt. Inuoluntarium verò illud dicitur, quod per violentiam, aut ignorantiam fit.

2 Voluntarium vt ſupra definitum in duas quaſi ſpecies diuiditur à S. Tho. vbi ſupra ar. 3. Vna eſt, iuxta quam voluntarium dicitur illud, cuius voluntas poſitiuè cauſa eſt, & dicitur voluntarium directè, quia ſcilicet directe procedit a voluntate, velut agente. Altera eſt, ſecundum quam voluntarium dicimus id, quod voluntas cum poſſet, & deberet impedire, non impediuit, ſed permiſit eſſe, vel fieri, quod voluntati aſcribitur, diciturq; voluntarium indirectè. Rurſus voluntarium directè duplex eſt, Vnum abſolutum, quod nulla impellente neceſſitate fit. Alterum conditionatum quod non ſponte, ſed inuiti facimus, vt periculum aliquod euitemus, vt cum inuadentem occidimus aliter vitam tueri non valentes. S. Tho. vbi ſupra art. 6.

3. Ad hoc autem, vt aliqua ommiſſio ſit voluntaria, & homini ad culpam imputetur, tres conditiones ex S. Tho. vbi ſupra ar. 3. requiruntur. Vna quòd poſſit facere. Secunda quod teneatur. Tertia quod non faciat; quarum ſi aliqua de ſit, effectus illi non imputabitur

4 Ex quibus infertur primo à violento ſtuprato pudicitiam non tolli, nec ei ad culpam imputari, iuxta 32. q. 2 per tot. quod intelligit B. Med. prima 2. q. 6. ar. 5. modò violentiam paſſus exterius reſiſtat, ſi poteſt, & debet.

5. Infertur ſecundo actus ex metu factos ſimpliciter volontarios eſſe, & ſecundum quid inuoluntarios: licet n. metus ex ſua ratione minuat voluntarium, quod n. ex metu fit, nequaquam fieret, ſi non adeſſet metus, id tamen, quod ex metu fit, ſimpliciter uoluntarium eſt S. Tho. ubi ſupra

ar. 6. qui n. metu mortis fornicatur, peccat, vt docent comuniter Doct. ergo metus non tollit voluntarium, alioqui non eſſet ibi peccatum.

6 Ad ſciendum autem quando metus à peccato excuſet, aut contractum nullum reddat, Notandum primo metum alium eſſe leuem, alium grauem. leuis eſt, quo perturbatur homo meticulolus, & inconſtans. Grauis verò, qui, & in virum conſtantem cadere dicitur, is eſt, quando quis eligit minus malum ad vitandum maius. De quo vide infra ver. matrimonium, vers. Vis.

7 Notandum Secundo id quod ex metu fit, vel eſſe intrinſece malum; aut id eò eſſe malum, quia iure humano, vel naturali, aut diuino prohibitum.

8 Notandum Vltimo, minorem metum excuſare fœminam, quàm virum, propter ſexus fragilitatem. glo. in c. Cum locum ver. metus de ſponſal. & com. His ſic notatis

9 Prima regula ſit, Metus leuis nec excuſat à peccato, quamuis aliquando illud minuat, vt cum quis mentitur ad ſaluandam vitam; nec contractum irritat, vt vult Med. de reſt. q. 3. cauſa 2. Alij tamen rectius docent in foro conſcientiæ contractus factos ex metu etiam leui ad id incuſſo irritos eſſe, quia deficit conſenſus, qui eſt de ſubſtantia contractus ſic Ang. ver. metus num. 13. & is. Sanchez alios referens de matr. lib. 4. diſp. 9. à num. 4. V. ver. Contractus num. 21.

10. Secunda regula. Quæ ſunt intrinſecè mala, vt adulterium, periurium nullo metu à peccato excuſari poſſunt.

11 Tertia regula. Quæ ex graui metu fiunt non imputantur ad culpam, quoties ius, quod violatur ex metu, nō obligat cum diſcrimine tanti mali, quantum timetur ex obſeruatione. Poteſt n. Deus, & Superior obligare ad legis ſuæ obſeruantiam cum periculo; & diſcrimine.

12. Quarta regula. Contractus ex graui metu celebrati, licet de iure naturæ, obligent, validiq; ſint, iure tamen poſitiuo irritantur. ratio pro priori parte eſt, quia huiuſmodi contractus, licèt ſecundum quid inuoluntarij ſint, ſimpliciter tamen ſunt voluntarij, omnis autem voluntaria promiſſio obligat ad ſui obſeruantiam. Quare iuramentum factum latroni ex metu mortis valet, c. Ad aures, de his quæ vi. Sot. in. 4. diſt. 29. q. 1. art. 1. vers. Aliud de inde ſubſequitur. Sic etiam valet matrimonium quando quis metu grauis infirmitatis duxit vxorem quam habuit concubinam Sot. cit. parag. Regula ergo generalis. Secūda pars probatur, quia huiuſmodi contractus omnes[excepto iuramento. quod propter eius ſanctitatē ſemper ſeruandum eſt, quando eſt de re licita, & ſeruari poteſt ſine diſpendio ſalutis c. Si verò de iureiur.] iure tam ē poſitiuo irritantur. Sic, & matrimonium ex tali metu contractum c. Cum locum, &c. Conſultationi de ſponſal. Sic votum ſolemne religionis, c. 1. de his quæ vi. Sic iuramentum de rebus eccleſiæ tradendis, vel non repetendis c. 1. 15. q. 6. Excipe caſum primæ regulæ. Alios caſus, in quibus geſta per metum non tenent, vide apud Glos. in c. Abbas, ver. coactè, de his quæ vi. & Azor. p. 3. lib. 4. c. 13.

13. Quinta regula. Quoties dubium eſt, an aliqua actio, huiuſmodi metu non obſtante, voluntaria ſimpliciter ſit, nec ne, & conſequenter an valida ſit, diligenter conſiderandum eſt, an facta ſolum ſit voluntariè ſimpliciter, & validè, non obſtante tali metu. Contingit n. aliquando, vt id, quod ex metu factū, & intentum eſſe videtur, minime factum, & intentum ſit, ſed ſolum aliquid aliud, quod cum eo ſolet eſſe coniunctum, vt ſi latroni metu mortis centum des, non cenſeris eorum dominium in latronem transferre, ſed exterius tantum exhibere, quod ſatis erat ad euitandam mortem.

14. Infertur Tertio Ex S. Tho. vbi ſupra ar. 7. & alijs communiter Concupiſcentiam non ſolum non cauſare inuoluntarium, ſed potius voluntarium augere, & conſequenter magis peccare. qui peccat ex maiori concupiſcentia. Voluntarium n. eſt quod procedit ex inclinatione voluntatis, & magis voluntarium eſt, in quod voluntas magis inclinatur, at concupiſcentia conſequens

ſequens voluntatem facit voluntatem magis inclinare in rem deſideratam, facit n. concupiſcentia, vt obiectum, in quod fertur voluntas, magis iucundum, magis conueniens, & magis proſequendum appareat.

15. Infertur Quarto ex Sanchez, & alijs ab eo cit de matr. lib. 4. diſp. 7. num. 5. preces importunas, quæ ſcilicet ſunt inſtantiſſimæ, ac ſæpius repetitæ, & inculcatæ vnà cum metu reuerentiali incutere metum cadentem inconſtantem. Cum n. ex vna parte huiuſmodi præces valde vrgeant, vexent &, opprimant, & ex altera parte reuerentia perſonæ petentis puſilanimem, & timidum, nec audentem contradicere rogatum reddant, meritò vtraq; cauſa coniuncta prudentem, ac conſtantem coget. V. infra, ver. Reſtit. bonor. corp. num. 10.

16 Infertur Quinto. ex S. Tho. vbi ſup. art. vlt. Ignorantiam, quam idem q. 76. ar. 2. definit eſſe neſcire quod ſcire teneris, cauſare inuoluntarium ea ratione, qua priuat cognitione, quæ præexigitur ad voluntarium. Quia tamen non omnis ignorantia huiuſmodi cognitione prouat: ideo ad clariorem eius notitiam ſciendum multiplicem eſſe ignorantiam, vt ex eodem, & alijs Doct. colligitur. Primò n. alia eſt ignorantia negationis, quia ſcientia negatur, & dicitur Neſcientia. Alia priuationis, quando ſcilicet poteſt ſcire, & dicitur propriè ignorantia. Alia prauæ diſpoſitionis, quando habes errorem ſcientiæ contrarium, & eſt error. Silu. & Summiſtæ ver. Ignorantia ſecundo alia eſt iuris, alia facti c. Ignorantia de reg. iur. in 6. Iuris quam vocat Ariſt. ſcientiam vniuerſalium, eſt cum neſcis eſſe prohibitum quod facis, vt cum fornicaris, neſciens fornicationem eſſe peccatum. facti, cum ſcis actum eſſe prohibitum, ſed neſcis id quod agis eſſe illum actum, vt ſciens a[illegible]terium eſſe peccatum, accedit ad alienan[illegible]itans eſſe ſuam Adde tertiam electionis, quæ eſt in omni peccato, ſecundum quam omnis malus dicitur ignorans; quia ſcilicet cum hic, & nunc iudicet eſſe faciendum malun quod facit, errat. Peccare autè ex electione, ideſt ex induſtia, ſeu malitia eſt, quando ipſa voluntas ex ſe ipſa mouetur ad malum, vel Eſt peccatum commiſſum non aſſiſtente ignorantia peccati, vel inclinatione alicuius inſtigantis, ſeu impellentis Cordub. lib. 2. qq. q. 8. propos. 3. Vide q. 15. propos. 13.

17. Notandum verò, quod cum tria ſint principia humanorum actuum, ſcilicet intellectus, ſeu ratio, appetitus ſenſitiuus, & rationalis, qui dicitur voluntas; quando in actibus humanis peccatum accidit ex defectu intellectus, dicitur peccatum ex ignorantia, quando ex inclinatione appetitus ſenſitiui, dicitur peccatum ex infirmitate. quando verò ex inordinatione ſeu corruptione uoluntatis, dicitur peccatum ex malitia, ſeu induſtria, uel electione Cordub. ubi ſupra.

18. Tertia diuiſio. Alia eſt cauſa eius quod ignorãter fit, quando ſcilicet ſi ſciuiſſes nõ feciſſes. Alia non eſt cauſa, quando nihilominus feciſſes, licet cognouiſſes id quod facis eſſe peccatum, & uocatur concomitans, quia ſcilicet comitatur id quod fit, ſed non eſt eius cauſa Ariſt. 3. Et hic. c. 1 aliud ignoranter facere aliud ex ignorãtia facere.

19. Quarta. Alia eſt antecedens, alia concomitans, alia conſequens. Antecedens eſt, quando nullo modo uis, eſt tamen cauſa uolendi, quod aliàs non uelles, ut ſi diligentia ad hibita, neſciens aliquem tranſire per uiam, proijcis lapidem, quo interficis tranſeuntem. Conſequens eſt, quando ipſa ignorantia eſt uolita. Et poteſt eſſe duplex, primo cum directè uis ignorare, ut non retraharis à peccato, uel ut excuſationem habeas peccandi. Secundo indirectè, quando ſcilicet potes, & debes ſcire, ut cum non curas acquirere notitiam quam debes habere; uel cum actu non conſideras, quando conſiderare potes, & debes, uel ex paſſione, uel ex habitu Cõcomitans eſt, quando ignorãtia eſt de eo quod agitur, tamen etiã ſi ſciretur, fieret ut occidens hoſtẽ, putans occidere feram S. Tho. 1. 2. q. 6. art. 8. Et hæc ſi ſit inuincibilis

ſiue

ſiue ſit iuris, ſiue facti, omnino excuſat à culpa homicidij Cord. ubi ſupra q. 19. Dicitur ergo antecedens, &c. reſpectu actus uoluntatis ante factum, quatenus ſcilicet uoluntatem antecedit, ſeu non eſt uoluntaria. Si uerò ſequatur uoluntatem, quatenus ſcilicet directè, uel indirectè eſt uoluntaria, dicitur conſequens: Si uerò cum ipſa uoluntate ſit, ſed nec eſt cauſa illius actus uoluntarij dicitur concomitans.

20 Quinta. Alia eſt uincibilis, alia inuincibilis. Inuincibilis eadem eſt ac inuoluntaria, & antecedens, quæ ſcilicet uinci non poteſt, & per hominem non ſtat quominus ſuperetur, atq; adeo contraria cognitio acquiratur, Vincibilis eſt uoluntaria, & conſequens, quæ ſuperari potuiſſet, & per hominem ſtat, &c.

21. Sexta. Vincibilis eſt triplex, uel quia dedita opera uult ignorare, & dicitur ignorantia affectata; uel quia cum poſſit aliquo ſtudio ad rei cognitionem perueniré, negligit hoc facere, & quidem ſi cum facillime potuiſſet, nullam ad hibuit diligentiam, dicitur ignorantia ſupina, uel craſſa; ſi autem aliquam ad hibuit diligentiam, ſed non ſufficientem, aut ualdè difficile erat rem cognoſcere, dicitur communiter ignorantia uincibilis, & culpabilis tantum. Quæ autem diligentia ſufficiat, relinquitur arbitrio prudentis Sanchez in ſum. lib. 1. c. 16. à num. 34.

22. Dupliciter autem cognoſcitur quis ignorantia inuincibili laborare. primo quando res eſt ab homine cognoſcibilis; ſed tamen homo, aut non poteſt ullum ſtudium adhibere ad rem cognoſcendam: uel ſi poteſt certe adhibito eo, quod attentis circumſtantijs perſonæ, & negotij ad hibere potuit, moraliter, & per ſe ſufficiens eſt ad talem cognitionem acquirendam, ignorantiam non ſuperauit. Immo ſecundum Pánor. in c. Apoſtolicæ de cler. excom. numero, 2. Cord. lib. 2. qq de ignor. q. 1. non requiritur, quod quis ſit multum curioſus in ſciendo, modò non ſit nimis deſidioſus. Secundo Cum res ipſa ab homine ſciri nequit, & ille neq; putat poſſe à ſe ſciri, neq; etiam dubitat utrum poſſit; atque adeo nullum ſtudium adhibet ad rem cognoſcendam. Si n. dubitaret poſſe à ſe ſciri aliquo ſtudio, & illud ſtudium non adhiberet, erit ei ignorantia uincibilis ſecundum conſcientiam dubiam, aut euentum, & conſequenter illum non excuſabit. Valent. 1. 2. q. 6. diſp. 6. p. 1. Sanchez ubi ſupra num. 37.

23 Poteſt etiam eſſe ignorantia inuincibilis, quando cauſa ignorantiæ fuit aliquod peccatum, ut ſi quis in die feſto, quo promulgatur in templo lex aliqua, ommittit audire miſſam. Hic n. nihil audiuit, ut ſupponitur, de promulganda lege. V. Cord. lib. 2. cit. q. 22. Sanchez ubi ſupra n. 31. ubi alios citat.

24. Et ignorantia unius rei eodem tempore poteſt eſſe uni inuincibilis, alteri uincibilis. Vt Iuri ſperitus uincibiliter ignorare poteſt aliquem canonem, quia conditio ſtatus, & officij ſui dat illi facultatem, ut poſſit illius canonis notitiam acquirere: ruſtico autem, & alicui Ciui erit inuincibiliter ignoratus.

25. Eſſe autem poteſt ignorantia inuincibilis primo circa quod cumq; factum pertinens ad ius diuinum, & naturale. Vnde poteſt quis ſaluari non baptizatus inuincibiliter putans ſe baptizatum, ut in c. Apoſtolicam, & c Veniens de presb. non bapt. Cord. ubi ſupra q 4 oropos. 5. Secundo circa quodcumq; ius etiam pertinens ad peculiare alicuius officium, aut ſtatum, ſi id non nonit, nec aliquod dubium, aut ſaltem ſcrupulum de hoc concepit, ſed operatur nil cogitans, Sanchez ubi ſupra num. 27. Excipe prima principia legis naturæ, qualia ſunt Bonum eſſe faciendum, malum fugiendum. Quod tibi non fieri, &c. Item excipe precepta illa quæ ex huiuſmodi principijs ſine difficultate à quouis homine deducuntur, ut Deum eſſe colendũ parentes amandos Sanchez ubi ſupra num. 33 Tertio poteſt eſſe ignorantia circa præcepta quædam obſcuriora, ut Vſuram eſſe peccatum, mendacium pro uita tuenda, uindictam, & c. Sicut etiam circa unitatem Dei. Cum enim circa illam fuerint uariæ Philoſophorum opiniones, ſignum eſt non

eſſe

eſſe adeò facilem ad cognoſcendum. Vnde per aliquod tempus poterit homo rudis ab idololatria per ignorantiam inuincibilem excuſari Valent. vbi ſupra. Et idiota in dogmatibus à Docto deceptus excuſatur, quandiu non fuerit monitus ab Epiſcopo, vel Inquiſitore, aut alio, qui admonere tenetur Si tamē deceptus ſit in ijs, quæ nō ſunt in eccleſia ita euulgata, quæ non tenetur explicite credere. In alis n. non excuſatur Pegna ad Direct. p. 2. coment. 21. Vnde eundem p. 1. coment. vlt.

26. Excuſat autem ignorantia inuincibilis à peccato, quia cum ignoras inuincibiliter factum, aut ius, ignoras etiam, quod facis eſſe contra legem, & conſequenter non facis voluntariè quod ſit contra legem S. Tho. 1. 2. tota q. 76. Couar. in c. Alma mr. p. 1. parag. 10. num. 12. Et quidem ſi tota malitia actus prouenit ratione illius, de quo habetur ignorantia, excuſat à tota culpa. Si autem ignorantia ſit ſolum de aliqua circumſtantia aggrauante, ſi ſciretur, nunc excuſat à malitia, quæ proueniret ex parte illius circumſtantiæ ignoratæ, vt ſi quis fornicetur cum non ſua, inuincibiliter ignorans non eſſe ſuam; excuſatur n. tunc à peccato adulterij. Si tamen illa circumſtantia eſſet impertinens ad rationem peccati, ideſt nec aggrauans, nec alleuians, ſi cognoſceretur, tunc non excuſat, vt ſi velis furari centum Ioannis, ignorans eſſe Petri. Idem de ſciente aliquid eſſe peccatū, ignorat tamen eſſe mortale. V. Cord. vbi s. q. 17.

27. Peccare ex ignorantia vincibili, ſi ſit affectata, potius auget peccatū fertur enim voluntas in vehemētius illud obiectū S. Tho. vbi ſupra art. 4. Si non eſt affectata, minuit peccatum, quia voluntas per accidens fertur in peccatum, cum aliquid non cognoſcitur eſſe peccatū vnde cū ibi ſit minor cōtēmptus, eſt etiā minus peccatū. ibid.

28. Si ignorantia vincibilis ſit peccatum veniale, & quod ſit ex natura ſua ſit mortale; vt qui per ignorantiam iurat falſum, credens ſe iurare verum, peccat tantum venialiter. Nau. c. 12. num. 7. Niſi ignorantia ſit craſſa vel ſupina iuris, uel facti, tunc n. peccat mortaliter. Angel. uer. periuriū, initio. Silu eo q. 1. uers 2.

29. Excuſat à peccato ſiue detur opera rei licitæ, ſiue illicitæ. Inuincibilis quidem à toto; uincibilis non affectata à tanto, idem facit peccatum eſſe leuius, modò tamen ad rem illam illicitam per ſe ex natura talis actus illiciti non ſit illi coniunctum tale peccatum Cai. prima. 2. q. 76. ar. 4. & 2. 2. q 64. art 8. Sayr. cla. reg. lib. 2. c. 2. a num. 14. & c 9. V. Alphons. Caſtr. de leg. pœn. lib. 12. c. 14. & Sanchez ſum. lib. 1. c. 16 num. 38.

30 Ignorantia iuris valde dubij. & cōtrouerſi æquiparatur ignorātiæ facti Rota corā Buratto decis. 899. Azor. p. 3. lib. 1. c. 18 q. 6.

31 Qui ignorantia inuincibili laborans peccatum committit, cui adiuncta eſt aliqua pœna, ordinarie pœnam incurrit, licet ignoret pœnam eſſe adiunctam, Per accidens tamen poteſt eſſe liber, quando peccatum, cui annexa eſt pœna, tale eſt, vt ſi inuincibiliter pœnam ignores, nequeas peccatum committere, vt accidit in excommunicatione: hæc enim non incurritur, niſi propter contumaciam contemnens nimirum ipſam ſententiam excommunicationis, atq; adeo ipſam cognoſcens, aut uincibiliter ignorans. Vnde laici ſæpe à iuris excommunicatione excuſantur Valent. 1, 2. q. 6. diſp. 6. p. 1. Suar. de cenſur. diſp. 4. ſect. 9 num. 9. & quia excommunicatio eſt pœna extraordinaria, & exorbitans Nau. de ſepult. cons. 10. & in man. c. 23. num. 47. & c. 27. num. 16. & 274. qui primum dictum concedit de pœna ordinaria, & proportionata delicto, quam quilibet diſcretus præuidere poteſt per legem naturalem dictantem delicta mediocriter punienda. Et ſecundum Couar in c. Alma mr. p. 2. parag. 10. num. 12. Si ignoret quis factum cui pœna eſt ad iuncta, eſſe iure humano, non autem diuino damnatum, & ignorantia in eo contingat, an actus ille reprobus ſit, non incurrit pœnam: Secus autem ſi ſciat actum eſſe illicitum, ignoret vero pœnā. V. uer. Excomun. num. 23.

& Anchar in c. ſi. qui matr. accuſ. poſt num. 12.

32 Complacere in actibus malis ſed per ignorantiam, aut impotentiam à culpa excuſat, licet ob finem bonum; peccatum eſt mortale, ſi de actu mortali ſit lege diuina, vel naturali prohibito; quia obiectum illius complacentiæ eſt malum abſoluiè, licet per ignorantiam à culpa excuſetur alioqui liceret id ante deſiderare, quod eſt falſum. Non n. licet Virgini deſiderare, vt per violentiã defloretur. Secus tamen in iure humano tantum, quæ cum in poteſtate humana ſit, vt non ſint prohibita ſit, vl liceat velle, vt non ſint prohibita, & in ipſis complacere quatenus prohibita non ſunt. Dum igitur in tales actus à culpa eexcuſatos per ignorantiam deliberatè quis conſentit, non videtur contra ius aliquid facere ſic multis citatis Cord. vbi ſup. num. 40.

33 Ad hoc caput reducitur inconſideratio actualis prorſus inuoluntaria, quæ naturalis obliuio dici poteſt, & hæc omnino excuſat à peccato. Non n. eſt in poteſtate hominis facere, vt quæ habitu ſcit, aut memoria retinet, ſibi actu occurrat. Quando ergo obiectum conſiderandum nullo modo ſe offert confusè, aut diſtinctè, tunc non poteſt obliuio eius eſſe voluntaria ſecundum præſentem ſtatum voluntatis. Cai. in ſum. ver. inconſideratio & 1. 2. q. 6. ar. 8. Valent. diſp. 2. q 2. p. 6. Cord. vbi ſupra q. 7. dub. 1. Sayr. cla. reg. lib. 2. c. 2. nu. 23. Salaſs. ar. 8. cit. diſp. 4. Sect. 3. V. Azor. p. 1. lib. 1 cap. 16.

DE CIRCVSTANTIIS
HVMANORVM ACTVVM.

1 CIrccuſtantiæ nomen ex s. Tho. 1. 2. art. 1. metaphoricum eſt, à rebus corporalibus ad actus humanos, & morales translatum. Vt in localibus aliquid circumſtare dicitur, quod eſt quidem extrinſecum à re, tamen ipſam attingit, vel ei appropinquat ſecundum locum; ita metaphoricè quæcumque conditiones ſint extra ſubſtantiam actus & tamen actum humanum aliquo modo attingunt, dicuntur circunſtantiæ, ſeu actuũ humanorum. Quare circunſtantia dicitur eſſe accidens operationi adiacens, quod eius qualitatem variat.

2 Eſt autem conſideranda, & expendenda circunſtantia humanorum actuum ex regula, & norma actuum humanorum, quæ eſt recta, & prudens ratio, non autem, vt eſt talis actus in genere naturæ, vt n. tales ſunt, vt plurimum impertinentes ſunt, & parum, aut nihil ad mores pertinent. Occidere v. g. hominem ante prandium, vel poſt, eſt circunſtantia plane impertinens: at verò celebrare Miſſam ante vel poſt prandium, licet ſecundum naturam operis in ſe, & ſecundum eſſe naturæ ſit eadem actio, diuerſa tamen eſt in genere moris, & aliter, ac alter in his recta ratio iudicat.

3 Circunſtantiarum tres ſun differentiæ, quædam n. ſunt impertinentes .i. nec augentes, nec minuentes. Aliæ pertinentes, quæ augent. aliæ pertinentes, quæ minuunt.

4 Primæ non ſunt confitendæ, quia nihil faciunt ad exprimendam qualitatẽ peccati; immo earum confeſſio eſt contra confeſſionis virtutem, quæ eſt vt ſit ſimplex. Aggrauantium quædam ſic ſunt circunſtantiæ, vt per ſe ſint ipſa peccata contra diſtincta præcepta, atque adeo mutantes ſpeciem in genere moris, vt fornicari in eccleſia, quod eſt particulare peccatum ſacrilegij, & hæ ſunt neceſſariò confitendæ, quia ſunt per ſe peccata. Aliæ ſunt quæ aggrauant quidem, ſed non mutant ſpeciem, vt ſi fureris centum, mille, &c. Et hæc ſi iudicio prudentium notabiliter aggrauant, ſunt neceſſariò confitende Suar. de pœnit. diſp. 21. Sect. 3 num. 6. Caiet. 1. 2. q. 7. art. Sanchez. in ſum. lib. cap. 11. num. 24. Sot. alios referens in 4. diſt. 17. q. 2. art. 4. licet S. Tho. & S. Bonau. in 4. & allij contrarium doceant. Circunſtantiæ pertinentes, quæ minuunt, ſunt

in

Digitized by Google

in duplici differentia. nam quædã ita minuunt, vt de mortali faciant veniale, aut omnino tollant rationem culpæ, & hæ quoque ſunt confitendæ, ut ſi alterum occidis cum moderamine inculpatæ tutelæ, alienum accipias extrema neceſſitate preſſus, &c. Quædam verò parum minuunt, & hæ non ſunt neceſſariò confitendæ Suar. vbi ſupra V. ver. Confeſſio à num 42.

5 Circunſtantiæ ſunt ſeptem. Quis .i. perſona eccleſiaſtica, an ſecularis Quid .i. quod crimen furtum, an adulterium. Vbi .i. quo loco ſacro, an prophano. Quibus auxilijs, vel per quos, alios ad peccandum traxit, aut quos poſuit mediatores, vel cum quibus, vel pro quibus, vel contra quos S. Ant. p. 3. tit. 14. c. 19. parag. 7. Cur i. qua intentione fecit, vtrum inopia preſſus furtum fecerit an verò vt alteri iniuriam faceret. Quando, i. in ſacro tempore, vt in diebus feſtis, aut ieiuniorum. Hæc tamen circunſtantia, ſecundum Thomiſtas, dicitur aggrauans, eſt tamen confitenda, quando opus ſeruile fecit in die feſto, vel carnes comedit, aut ſæpius in die ieiunij Quommodo, i. vtrum fraude, per inſidias, an crimen cõmiſerit naturali, vel innaturali modo, &c. Ratio autem huius enumerationis ex s. Tho. 1. 2. q. 7. art. 3. in corp. ſic accipi poteſt. Nam circunſtantia dicitur quaſi extra ſubſtantiam actus exiſtens. ita tamen quod ipſum aliquo modo attingit, quod fit tripliciter. Vno modo prout attingit ipſum actum. Secundo vt attingit cauſam actus. Tertio pro vt attingit ipſum effectum. Actum attingit, vel per modum menſuræ, ſicut locus, & tempus, & ſunt illæ duæ. Quando, & Vbi. Vel per modum qualitatis actus ſicut modus agendi, & eſt illa quæ dicitur. Quomodo, refert n. an quis clericũ leuiter, aut grauiter percuſſerit. Ex parte effectus eſt illa circunſtantia quæ dicitur. Quid. Ex parte verò cauſæ actus quãtum ad cauſam finalem; accipitur. Propter quid, vel Cur. Aliud n. eſt dediſſe eleemoſynam ex vanagloria, aliud ex pietate. Ex parte cauſæ materialis, ſiue obiecti accipitur Circa quid. Ex parte cauſæ agẽtis principalis accipitur Quis egerit, an religioſus, an laicus, an ſolutus à matrimonio, &c. Ex parte cauſæ agentis inſtrumentalis accipitur Quibus auxilijs. Quarum omnium circumſtantiarum prima eſt finis, ſecundaria verò Quid. Aliæ verò ſunt magis, vel minus principales pro vt magis, vel minus ad has appropinquant.

6 Cum ex Concilio Trid. ſeſſ. 14 c. 5. de fide ſit circunſtantias omnes, quæ ſpeciem peccati mutant eſſe neceſſariò confitendas quod Chathechiſ. Rom. de confeſ. num 48. extendit etiam ad circunſtantias illas quæ peccatum intra eandem ſpeciem valde augent, vel minuunt; ad cognoſcendum, quænam ſint huiuſmodi circunſtantiæ. Notandæ ſunt duæ regulæ.

7 Prima eſt. Quando circunſtantia nouam conformitatem, aut deformitatem actui tribuit, ita vt peculiariter conueniat, vel repugnet rectæ rationi, nouam ſpeciem conſtituit hoc n. caſu circunſtantia tranſit in rationem obiecti. Tollere n. alienum ex ratione alieni conſtituitur in ſpecie furti: ſi præterea conſideretur ratio loci, vt ſi quis alienum in loco ſacro furetur; circunſtantia loci ſacri conſtituit furtum in ſpecie ſacrilegij, quia nouam deformitatem, & ſpecialem repugnantiam ad rectam rationem addit. Eſt com. V. uer. Confeſſio à num 42.

8 Secunda regula. Quotieſcumque circunſtantia non reſpicit ſpecialem ordinem rationis in bono, uel in malo, niſi præſuppoſita alia circunſtantia, à qua actus moralis habet ſpeciem boni, uel mali quam ſolum intra eandem ſpeciem auget, uel minuit, tota circunſtantia illa cenſenda eſt aggrauans, uel diminuens, non autem ſpeciem mutans, ut furtum rei paruæ, uel magnæ, & iniuria alicui facta coram Iudice pro tribunali ſedente grauior eſt illa quæ fit in loco priuato, licet vtraq; ſit eiuſdem ſpeciei, & hæ ſicut etiam primæ ſunt neceſſariò explicandæ in confeſſione. Aliæ verò, quæ nihil horum habent, vt percutere haſta, aut gladio cum priorem circumſtantiam non

augeant, nec diminuant, ſed omnino impertinentes ſint, ſubiceri poſſunt V. Silu. ver Circumſtantiæ. Suar. to. 4. diſp. 22. Sect. num. 16.

DE BONITATE, ET MALITIA HVMANORVM ACTVVM.

1 CVM certum ſit actuum humanorum quoſdam eſſe bonos moraliter quoſdam verò malos: videndum eſt primo, quis actus dicatur moralis, & quare. ſecundo, in quo bonitas, vel malitia moralis conſiſtat. tertio vnde actus moralis habeat ſuam bonitatem, vel malitiam.

Quoàd primum aduertendum humanam actionem illam eſſe, & dici, quæ a voluntate humana, & libera procedit, libera quidem quatenus in hominis poteſtate eſt, eiuſq; dominio ſubijcitur: humana verò, quatenus à ratione procedit, quæ, & moralis actio dicitur, quia proprium eſt actuum humanorũ dependere ex conſuetudine, & conſuetudinis facilitate, omneſq; huiuſmodi actus liberi ſunt, quod tamen actibus naturalibus conuenire non poteſt. Vnde, & Virtus moralis dicitur etiam à more, vt dicit conſuetudinem: Nam conſuetudo quodammodo vertitur in naturam, licèt principalius dicat inclinationem naturalem, vel quaſi naturalem ad aliquid agendum, conuenitq; propriè appetitiuæ virtuti, cuius eſt mouere omnes potentias ad agendum. S. Tho. 1. 2. q. 58. ar. 1. Eſtq; circa ad omne, quod contingit ratione ordinari, & moderari circa paſſiones, ſiue circa operationes. Idem q. 59. ar. 4. & ab Ariſt. 2. Ethic. Sic definitur Eſt habitus eligendi bonum in mediocritate conſiſtens, pro ut ſapiens decernit. Quamuis autem morales actus ſint res quædam in eſſe naturæ, dicuntur tamen actus morales, quia aſſueſcimus ſic, vel ſic operari. Et quamuis hoc eſſe morale nihil addat reale ſupra naturalem entitatem moralium actuum: aliter tamen de is iudicamus ſecundum eſſe naturæ, & ſecundum eſſe morale. Nam actus temperatus, & intemperatus ſunt eiuſdem ſpeciei ſecundum eſſe naturæ, at ſecundum eſſe morale ſunt contrarij.

2 Quoad ſecundũ ſciendum eſt quod cũ ratio boni ſit ratio conuenientis, ſicut bonum naturæ conſiſtit in eſſe conueniens naturæ; Sic bonus moralis actus voluntatis conſiſtit in conuenientia eius ad rectam rationem. Quare ſicut bonitas eſſe naturalis in eo conſiſtit, vt nihil rei deſit in genere naturæ, ſed ſit in ſuo genere perfecta; ita bonitas eſſe moralis in eo ſi ita eſt, vt nulla perfectio ei deſit, quam debeat homo illi adhibere, quatenus voluntate, & ratione vtitur in agendo circa hanc, vel illam materiam. Sed ſit actio rectæ rationi proſſus conſentanea: & è contra, ratio malitiæ moralis in eo conſiſtit, vt actio deficiat à perfectione ei debita. Vnde & bonum morale dicitur, quod rectæ rationi eſt conſentaneum, quod ſcilicet habet bonum obiectum, ac debitum finem, omneſq; circumſtantias, eſt que medium inter peccatum, & meritum, quia non eſt peccatum, cum in nulla re deficiat à recta ratione, non tamen eſt meritum, quia caret illa excellentia ſupernaturali, quæ ad conſtituendum meritum vitæ æternæ neceſſaria eſt B. Med. 2. 2. q. 109. art. 2.

3 Quoad tertium dicendum ex tribus habere actum moralem bonitatem, vel malitiam ſuam, ex obiecto ſcilicet, circunſtantijs, & fine. Nam quia propria natura, & perfectio actuum noſtrorum eſt ex conuenientia, & conformitate ad rationem, quicquid à ratione diſſentit, vel conſentit facit bonitatem, vel malitiam. Quia verò actus noſtri primò ſpeciem, & entitatem accipiunt ab obiecto circa quod fiunt, prima eorum bonitas, & malitia ex obiecto eſt, ſecundum quod conforme, vel deforme eſt rectæ rationi, quæ dicitur

tur bonitas, vel malitia ex genere, vel ſpecie. Obiectum autem dicitur res illa circa quam verſatur actio, vt conueniens, vel diſconueniens regulæ rationis.

4 Non tamen omnis differentia, obiecti in moralibus ſpeciem conſtituit, ſed illa tantum, quæ ſpecialem conformitatem ad rationem dicit. Pro quo notandæ ſunt ſequentes regulæ traditæ à B. Med. 1. 2. q. 8. art. 2,

Prima. Quādo vnus actus eſt conformis rectæ rationi, & alter difformis, differunt ſpecie, vt habere rem cum propria, vel cum aliena. obiecta enim differunt in ordine ad rationem.

Secunda. Quando vterque actus eſt difformis rectæ rationi ex cauſa diuerſa, differunt ſpecie in genere moris, vt habere rem cum ſoluta, & cum maritata.

Tertia. Quando vterque eſt conformis rationi ex cauſa diuerſa differunt ſpecie, vt credere Deum, & Deum amare.

Quarta. Quando actus ſunt conformes, aut difformes rectæ rationi ex eadem cauſa, licèt maximè diſtent in genere naturæ, ſunt tamen eiuſdem ſpeciei, vt vendere triticum iuſto pretio, & vendere vinum iuſto pretio, eſt idem ſpecie actus in genere moris, licèt differant in genere naturæ.

5 Quia verò bonitas, & malitia in omnibus rebus non tantum pendet ex eſſentia, ſed rei accidentibus; ita etiam tota bonitas, & malitia actus moralis non eſt ex obiecto ſolo, ſed etiam ex circunſtantijs, quarum aliquæ ſi deſint, aut adſint, actio illa bona, vel mala etiam erit earum ratione.

6 Ex fine etiam ſumitur bonitas, vel malitia actus humani. Vt enim probat S. Tho. 1. 2. q. 18. ar. 4. bonitas rei, cuius eſſe ab alio tamquam à cauſa dependet, attenditur etiam ex fine, ad quem res ipſa per cauſam ſuam ordinatur. Et licèt actus humanus, vt egreditur ab agente, vnicum tantum habeat obiectum à quo ſpecificatur; poteſt tamen ad alios fines remotos, & accidentarios deſtinari, vt ſi quis interficiat hominem vt eius domum diripiat. Quare vnus, idemq; actus poteſt habere diuerſas ſpecies iuxta diuerſos fines, in quos refertur, & conſequenter plures bonitates, vel malitias.

7 Ex dictis infertur primo ex S. Tho. loco cit. & alijs, Actionum humanarum quaſdam eſſe bonas ex genere, prout ſcilicet eſt actio, quia quantum de actione, & entitate, tantum habet de bonitate. Alias verò eſſe bonas ex ſpecie, quæ accipitur ſecundum obiectum conueniens. Alias eſſe malas ex ſpecie, quando earum obiectum includit aliquid repugnans ordini rationis. Alias eſſe indifferentes ſecundum ſpeciem, quando ſcilicet earum obiectum non includit aliquid pertinens ad ordinem rationis, vt leuare feſtucam de terra. In indiuiduo tamen quilibet actus humanus bonus, vel malus eſt, vt S. Tho. vbi ſ. ar. 9. docet. Actus enim moralis habet bonitatem nō ſolū ex obiecto ſed etiam ex circūſtātijs, quæ ſunt quaſi quædā accidentia. Oportet autem quod quilibet indiuidualis actus habeat aliquam circunſtantiam per quam trahatur ad bonum, vel malum ad minus ex parte intentionis finis. Cum n. rationis ſit ordinare, actus à deliberatiua ratione procedens ſi non ſit ad debitum finem ordinatus, ex hoc ipſo repugnat rationi, & ideo habet rationem mali; Si verò ordinetur ad debitum finem, conuenit cum ordine rationis, vnde habet rationem boni. Neceſſe eſt autem, vel ordinari, vel non ordinari ad debitum finem: vnde conſequenter omnis actus humanus deliberatus in indiuiduo conſideratus bonus eſt, vel malus. Quòd ſi non procedit à ratione deliberatiua, ſed ſolum ex quadam imaginatione, vt cum quis fricat barbam, talis actus propriè non eſt humanus, & moralis, & ſic erit indifferens quaſi extra genus moralium actionum exiſtens.

8 Infertur Secundo. Quod cum in moralibus actionibus conſiderari poſſit bonitas, & malitia actus interioris, & exterioris; interior actus ſuā bonitatē primò, & per ſe id eſt bonitatē ſuam ſpecificā, & eſſentialē primariam, & inuariabilem à ſolo obie-

cio

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

cto habet, accidentariam verò à circumſtantijs. Actus n. interioris ſpecificæ differentiæ ſunt bonitas, & malitia, ſpecies autem ex obiecto ſumitur; vnde primò & per ſe ab illo deſumenda eſt bonitas, ex circunſtantijs, maximè verò à fine, accidentaria quædam bonitas, & malitia ſuper additur. At verò actus exterior, cum bonus, & malus eſſe poſſit vel ſecundum genus ſuum, ſecundum circumſtantias in ipſo conſideratas, vt dare eleemoſynam ſeruatis debitis circumſtantijs eſt bonus; vel in ordine ad finem, vt facere eleemoſynam propter vanam gloriam eſt malus; bonitas & malitia, quæ eſt ſecundum ordinem ad finem, tota dependet, & à voluntate, in qua prius inuenitur, & ad exteriorem actum deriuatur: actus n. exterior mediante actu interiori tendit in finem, cum voluntatis ſit finem reſpicere. Quæ verò ex debita materia, & circunſtantijs eſt, dependet ex ordine rationis, quæ prior eſt actu voluntatis, ita vt actus exterior ab interiori, & è contra quo ad bonitatem, & malitiam dependeat; actus n. exterior eleemoſynæ bonus eſt ex obiecto, & ex natura ſua, & vt ad debitum finem refertur; bonitas, quæ eſt ex obiecto prius in actu illo exteriori reperitur, quàm in interiori, cuius obiectum eſt actus exterior, à quo tamquam obiecto pendet; proponitur n. à ratione voluntati tamquam bonum quoddã apprehenſum, & per rationem ordinatum; atque adeò huiuſmodi actus interior voluntatis, ſcilicet velle dare eleemoſynam bonus eſt, quia eſt de actu exteriori bono. E contra verò, quia actus exterior ex ſe nec liber eſt, nec ad aliquem debitum finem refertur, ſed id totum à voluntate procedit, hæc poſterior bonitas ab actu interiori voluntatis ad exteriorem deriuatur; ideo enim actus elemoſynæ exterior ob gloriam Dei bonus eſt ex eo fine, quia intentio talis finis eſt bona.

9 Infertur Tertiò ad bonitatem actus requiri, & voluntatem bonam, & obiectum bonum, cum debitis circumſtantijs, quorum ſi aliquid deſit, actus erit malus: bonum n. ex integra cauſa, malum verò ex quocumq; ſingulari defectu.

10. Infertur quarto. Actum interiorem, & actum exteriorem voluntatis, quamuis in genere naturæ ſint diuerſi, vnum eſſe in genere moris, ita vt interior ſit forma exterioris. Qui actus vnicus aliquando plures bonitates, vel malitias habet, aliquando verò vnam tantum, vt furtum factum ad mechandnm, vel in loco ſacro vel ad emendum gladium, vt occidat S. Tho. 2. q. 20. ar. 3.

11. Infertur Quinto Bonitatẽ, aut malitiam quam habet exterior ex fine, eandem eſſe cum bonitate, & malitia actus interni circa finem, nihilq; bonitatis aut malitiæ actui interiori virtutis, aut uitij circa eundem finem addere. Nam actus exterior non denominatur bonus tali bonitate ex fine, niſi ab illa eadẽ bonitate, quæ eſt in actu interiori voluntatis circa finem, ſicut medicina non denominatur ſana, niſi ab illa ſanitate animalis, ad quam habet ordinem. S. Tho vbi ſupra Per accidens tamen actus exterior actum interiorem meliorem, vel peiorem tripliciter reddere poteſt ex S. Tho. vbi ſupra primo ſecundum numerum, vt cum quis vult facere bono fine, vel malo, & tunc quidem non facit, poſt modum verò vult, & facit duplicatur actus voluntatis, & ſic fit duplex bonum, vel malum. Secundo quantum ad extenſionem, puta cũ aliquis uult facere bono fine, uel malo, & propter aliquod impedimentum deſiſtit, alius autem continuat actum uoluntatis quouſque opus perficiat; tunc quantò uoluntas diuturnior in bono, uel malo, tanto melior, uel peior eſt. Tertio ſecundum intenſionem, ſunt n quidam actus exteriores, qui in quantum ſunt delectabiles, uel pænoſi, nati ſunt uoluntatem intendere, uel remittere. Conſtat autem quòd quanto uoluntas intenſius tendit in bonum, uel malum, tantò eſt melior, uel peior.

12. Quod ſi loquamur de bonitate actus exterioris, quam habet ſecundum obiectum, & debitas circumſtantias, ſic comparatur ad uoluntatem ut terminus, & finis, & hoc modo addit ad bonitatem, & malitiam uoluntatis. Nam omnis inclinatio,

vel

uel motus perficitur in hoc, quod conſequitur finem, uel attingit terminum. Vnde non eſt perfecta uoluntas, niſi ſit talis, quæ opportunitate data operetur: Si uerò poſſibilitas deſit, uoluntate exiſtente perfecta, ut operaretur, ſi poſſet, defectus perfectionis, quæ eſt ex actu exteriori, eſt ſimpliciter inuoluntarius: inuoluntarium autem ſicut non meretur pœnam, uel præmium in operando bonum, uel malum, ita non tollit aliquid de præmio, aut pœna, ſi homo inuoluntariè ſimpliciter deficiat ad faciendum bonum, uel malum S. Tho. ubi ſupra.

13. Vltimò infertur euentum ſequentem, ſi ſit præcogitatus, addere ad bonitatem, & malitiam actus. Cum n. aliquis cogitans, quod ex opere ſuo multa mala poſſunt ſequi, nec tamen dimittit, ex hoc apparet uoluntas eius magis inclinata. Quod ſi euentus ſequens non ſit præcogitatus, per ſe tamen ſequitur ex tali actu, & ut in pluribus, ſecundum hoc addit ad bonitate uel malitiam actus. Melior eſt n. actus ex ſuo genere, ex quo plura bona ſequi poſſunt, & peior ex quo nata ſunt plura mala ſequi. Si uerò per accidens, & ut in paucioribus, tunc euentus ſequens non addit, &c. Non n. datur iudicium de re aliqua ſecundum, illud, quod eſt per accidens, ſed ſolum ſecundum id, quod eſt per ſe S. Tho. ubi ſupra ar. 5. Caiet. 2. 2. q 15. ar. 4.

DE PECCATI NATVRA,

DIFFERENTIIS, EFFECTIBVS &c.

1 PEccatum eſt dictum factum, uel concupitum contra legem æternam S. Aug. lib. 22. contra Fauſtum. Vel ſecundum alios, Eſt actus uoluntarius recedens à diuina regula. Intelligendus eſt autem S. Aug. non de re, quæ concupiſcitur &c. non n. eſt peccatum uxor aliena, quæ concupiſcitur; ſed intelligi debet de actu quo concupiſcimus, &c. ita ut peccatum ſit actus, quê aut cócupiſcendo, &c. contra rectâ ratione elicimus Azor. p. 1. lib. 4 c. 1. q. 1 Diffe-

2. Differentiæ peccatorum aliæ ſunt eſſentiales, aliæ accidentales. Et quia ad eſſentiam peccati duo præcipuè pertinent, defectus ſcilicet voluntatis, & defectus debitæ perfectionis: Ex primo capite diuiditur in peccatum originale, & perſonale. Originale eſt quod voluntate communi, idem primi parentis commiſſum eſt. Perſonale verò quod propria voluntate perſonæ committitur. Ex ſecundo capite, quatenus peccatum dicit defectum perfectionis debitæ in eſſe actui, diuiditur in peccatum actuale, & habituale. Actuale eſt defectus perfectionis actualis debitæ. Habituale eſt illud, quo, tranſacto actu, peccator dicitur, & manet in homine, & hæret in anima per modum habitus, & ſic definitur, Eſt priuatio, ſeu defectus gratiæ, & charitatis debitæ in eſſe homini. Ratio autem peccati habitualis perſonalis ex venialibus relicti conſiſtit in priuatione cuiuſdam facultatis, ſiue habilitatis hominis iuſti ad facilem, & expeditum vſum, & exercitium gratiæ, & charitatis.

3. Peccata mortalia actualia ſiue commiſſionis, ſiue ommiſſionis non diſtinguuntur ſpecie penes præcepta ex eodem motiuo, & ratione eiuſdem obiecti, materiæ, & circumſtantiarum. Nam furtum prohibetur lege diuina, naturali, & humana, & tamen eſt vnum peccatum. Et ommiſſio audiendi miſſam, ad quam renebatur duplici præcepto ex eodem motiuo eſt vnum peccatum; ſicut non ieiunare in vigilia, quæ occurrit in quadrageſima contra Nau. in man. c. 11. num. 4. & Roder. in ſum. lib. 1. c. 23. concl. 3. & optimè probat. Sanchez de matr. lib. 9. diſp. 15. num. 5. & ſeq. V. ver Confeſſio vers. Si coniugatus num 48. &c. Nec ex diuerſitate pœnæ, vt furtum mortale, & veniale; illud n. æterna, hoc temporali pœna punitur, & tamen non differunt ſpecie.

4 Diſtinguuntur verò primo cum diuerſa præcepta reſpiciunt diuerſas virtutes, ſiue quando lex particularis addita ſupra alteram legem, actum transfert ad aliam virtutem, vt ſi religioſus teneatur ex virtute iuſtitiæ alienum reſtituere, accedente Præ-

Prælati præcepto, quo actus transfertur ad virtutem obedientiæ, duplex erit peccatum non reddere alienum, idq; in confeſſione explicandum. Secundo quando ſunt diuerſa præcepta eiuſdem virtutis ex diuerſo obiecto, & motiuo, vt quando lex diuina prohibet furtum ex motiuo iuſtitiæ erga proximum, & lex humana eccleſiaſtica prohibet furtum rei ſacræ, non ſolum eſt contra iuſtitiam, ſed etiam contra religionē Sanchez in ſum. lib. 1. c. 14. num. 9. Azor. p. 2. lib. 4. c. 2. q. 6. & lib. 7. c. 31. q. 7. Vel quando, licèt idem actus pertineat ad vnam, eandemq; virtutem, id tamen diuerſa ratione formali, vt votum, & iuramentum de eadem re; quia votum obligat, vt fides Deo debita ſeruetur; iuramentum verò, ne Deus adducatur in teſtem falſi Sanchez vbi ſupra, & lib. 7 de matr diſp. 27. num. 26. & beneficiatus, & in ſacris conſtitutus, ſi horas canonicas non recitat. duplex peccatum cōmittit ſcilicet contra religionē ratione ordinis ſacri, & contra iuſtitiam ratione beneficij, & idem beneficiatus ſimul tenetur ad reſtitutionem fructuum. ſic. Marchin. de ord. trac. 2. p. 6. c. 12. diffic. 8. vbi citat. Sanchez de matr. lib. 9. diſp. 15. num. 6. Suar. de relig. to. 2. lib. 4. c. 13. Bonac. & alios. Tertio diſtinguuntur ſpecie ex diuerſitate obiectorum contrariorum diuerſis virtutibus circa quæ committuntur; Vnde ſi quis bibit vinum ex delectatione, intemperatus eſt; ſi ex auaritia, auarus; ſi vt rapiat aliena, iniuſtus S. Tho. 1. 2. q 72. ar. 1. vbi Caiet. & B. Med & Valent. diſp. 6. q. 2. p. 1.

5. Differentiæ accidentales peccatorum ſunt. prima Aliud eſt mortale, aliud veniale; quia in eadem ſpecie contingit aliquem peccare mortaliter, vel venialiter; quod non eſſet ſi peccatum mortale, & veniale eſſentialiter differrent S. Tho. vbi ſupra ad primum. Secunda. Alia ſunt contra Deum, alia contra proximum, alia contra ipſum peccatum. Illa ſunt contra Deum, quæ auerſantur virtutibus, quarum ſcopus eſt Deus, vt virtutes Theologicæ, & Religio. Quæ verò contra iuſtitiam, & alias virtutes ad proximum pertinentes dicuntur fieri contra proximum. Quæ verò violant earum virtutum rectitudinem, quæ propriæ paſſiones moderantur, contra ipſum peccantem eſſe dicuntur S. Tho. vbi ſupra ar. 4. Tertia. Alia ſunt ſpiritualia, alia carnalia. Illa ſunt, quæ cum in materia ſpirituali verſentur, delectationem tantum internam habent, vt Superbia, Ira, &c. Carnalia verò ſunt, quæ in delectatione, & tactu corporali, ſeu in materia ſenſibili perficiuntur, vt gula, luxuria, & huiuſmodi. Hæ duæ diſtinctiones ideo accidentales dicuntur, quia accidit peccato eſſe carnale, vel ſpirituale, vel contra Deum; &c. quamuis moraliter iſtæ differentiæ habeant quoq; eſſentialem differentiā adiunctā. Nam ſpirituale peccatum differt etiā eſſentialiter à Carnali quatenus verſatur circa diuerſā etiā materiā in genre moris. & repugnat diuerſæ virtuti. Primū Peccatū aliud eſt cordis, aliud oris, aliud operis S. Tho. vbi ſup. a. 17. Circa quam diſtinctionē

6 Notandum primo alia eſſe peccata, quæ corde perficiuntur, & conſumantur, vt odium, hereſis, &c. alia quæ ore conſumātur, vt contumelia, &c. alia quæ opere perpetrantur, ut furtum, homicidium quæ tamen differentia non eſt eſſentialis, ſed accidentalis, quatenus extrinſecè quodam modo, & in communi refertur ad peccatum oris, cordis, & operis, licet dicta peccata ſpecie diſtinguantur S. Tho. p. 3. q. 9. ar. 3. ad primum.

7 Notandum Secundo in uno eodemq; peccato illa tria inueniri poſſe, ita ut unum ſit quaſi gradus, diſpoſitio, & præparatio ad alterum; ut iracundus primo perturbatur in corde, Secundo prorumpit in uerba contumelioſa. Tertio procedit ad uindictam facto.

Secunda diſtinctio. Alia ſunt commiſſionis, alia ommiſſionis. Peccatum commiſſionis eſt defectus perfectionis debitæ in eſſe actui, quem quis circa materiam aliquam exercet. Peccatum uerò ommiſſionis, eſt defectus uoluntarius perfectionis actualis debitæ abſolute. Notandum verò commiſſionem, & ommiſſionem, quæ ſe neceſſariò concomitantur, eſſe eiuſdem ſpe-

ſpeciei, ut v. g. non ieiunare, & comedere tempore indebito non reſtituere, & retinere alienum. Si uerò non neceſſariò ſe cócomitantur, differunt ſpecie, ut non amare Deum, & illum odio habere; Non audire miſſam tẽpore debito, & blaſphemare contra miſſam S. Tho. 1. 2. q. 72. ar. 6.

8 Porrò ommiſſio uerè proprie, & formaliter eſt ſolum, quando implendum eſt præceptum, etiam ſi ſit in ſomnis aut ebrius, quia tunc ſolum, & non prius, aut poſt adeſt obiectum ommiſſionis S. Tho. 2. 2. q. 79. art. 3. ad 3. Et quia peccatum debet eſſe uoluntarium, ut ommiſſio ſit peccatum, requiritur primo ut quis poſſit non omittere. Secundo quod teneatur. Tertio quòd vere ommitat Azor. p. 1. lib. 4 c. 3. q. 4.

9 Peccat peccato omiſſionis, qui culpabiliter præbet cauſam ſufficiẽtẽ omiſſionis præcepti. ut qui culpabiliter ſe inebriat, ex quo poſtmodum ſequitur, quod miſſam non audiat, peccat nõ ſolũ ſe inebriando, ſed etiã dando cauſã ſufficiẽte omiſſionis præcepti de audiẽda miſſa: quia licet inebriatio illa non ſit proprè omiſſio, eſt tamen cauſa omiſſionis; & omiſſio poſtea præcepti non imputatur ad culpã præciſe, ſed propter cauſam præcedẽtem S. Tho. vbi ſupra qua ratione qui dormit, & caſu excitatur, ita ut adimpleat præc- piũ, licet propriè non peccet peccato omiſſionis, peccauit tamẽ prius dãdo cauſã ſufficiẽtẽ illius: quia ex parte ſua ita ſe habuit in cauſa ac ſi reipſa ommitteret

10 Quando actu eſt ipſa omiſſio, non committitur nouum peccatum formaliter, ſed tantum materialiter; quod tamen nõ eſt peccatum, & culpa, niſi per illam ipſam culpam, quæ fuit in cauſa, quia ſcilicet eſſe uoluntarium, unde deſumitur eſſe culpabile, & peccatum, eſt unum numero tantum.

11 Actus qui eſt cauſa omiſſionis, quamuis aliunde malus non ſit quantenus tamẽ eſt cauſa omiſſionis præcepti, malus eſt, & peccatum, non quidem formaliter peccatum omiſſionis, ſed tantũ reductiuè, & unũ peccatum cum omiſſione ut uigilare in ſtudio, aut oratione, unde cauſatur omiſſio miſſæ. Notandum tamen poſſe actum eſſe bonum ex præcepto, qui propter omiſſionẽ al. terius præcepti inde ſecutam non incipiat eſſe malus, quando ſcilicet actus ille ex præcepto eſt maioris obligationis, & derogat ſecundo: ut ſi quis propter extremam neceſſitatem detineatur, ne miſſam audiat tempore debito.

12 Quando aliquis dedit cauſam peccato, ſi antequã eueniat, illum poeniteat cauſæ, nõ imputabitur actus ſequens ad peccatum, ut ſi cui ex cogitatione libidinoſa in uigilia, in ſomnis oriatur pollutio, ſi antequam ſomnium capiat, eum delectationis poeniteat, illa pollutio non imputabitur ad culpam, quia non eſt uoluntaria in ſe, cum ſit in ſomnis nec in ſua cauſa, cum iam ſit nolita, & per poenitentiam remiſſa. Idem in propinante uenenum, niſi propinaretur clerico, quo caſu non euitaret excommunicatiõẽ, & irregularitatem quoad Eccleſiam, quæ de occultis non iudicat. Et qui ſe uoluntariè præcipitaret, ſi in præcipitio poeniteret, quo ad Deum à peccato excuſaretur. V. Sanchez in ſum. lib. 1. c. 16. in fi.

13 Peccatã quamuis inter ſe colligationem habeat; nam in uno actu multæ ſunt deformitates, ut in adulterio eſt deformitas contra iuſtitiam, & contra caſtitatem: nihilominus peccata omnia nullo modo connexa ſunt S. Tho. 1. 2. q. 73. art. 1. Nam in quoduis peccatum ferri poteſt uoluntas liberè ſine alio: & quædam peccata ſunt inter ſe contraria, ut auaritia, & prodigalitas. hoc artem intelligit idem S. Tho. p. 3. q. 86. ar. 3. ad 3. quantum ad conuerſionem ad bonum commutabile: nam quantum ad auerſionem a bono incommutabili omnia peccata mortalia conueniunt, & propterea unum ſine alio non remittitur.

14 Nec etiam inter ſe æqualia ſunt S. Tho. ubi ſupra ar. 2. quæ inæqualitas oritur primo ex conditione obiecti magis, uel minus repugnantis rationi, ex quo etiam ſpecies peccati ſumitur. Et cum ratio in agibilibus ordinet omnia ad finem, & obiecta actuum ſint fines eorum, ex hoc capite eò grauius peccatum eſt, quò obiectũ dignus eſt, & finis eminentior. Qua ratione

infidelitas, & blaſphemia ſunt grauiſſima peccata, quia contra Deum S. Tho. art. 3. cit. Secundo oritur ex dignitate, & perfectione uirtutis, cui opponitur ex ratione allata S. Tho art. . Tertio ex natura, & conditione actus peccati: ex quo fit ut ceteris paribus peccata ſpiritualia grauiora ſint, quàm carnalia, primo ratione ſubiecti quia peccata ſpiritualia pertinent ad ſpiritum, cuius eſt conuerti ad Deum, & ab eo auerti, peccata uerò carnalia conſumantur in delectatione appetitus carnalis, qui principaliter conuertitur ad bonum corporale. Secundo ex parte eius in quem peccatur. Nam peccatum carnale, inquantum tale, eſt in corpus proprium, quod eſt minus diligendum quam Deus, & proximus, in quos peccatur per peccata ſpiritualia. Tertio ex parte motiui; quia quantò eſt grauius impulſiuum ad peccandum, tantò homo minus peccat: peccata verò carnalia habent maius impulſum ad peccandum, propter concupiſcentiam carnis nobis innatam S. Tho. ubi ſupra ar. 5. Quarto attenditur inæqualitas peccatorum ex cauſa peccati; & ſic ubi voluntas eſt maior ad peccandum, ibi grauius eſt peccatum: uoluntas enim eſt propria, & per ſe cauſa peccati; aliæ verò cauſæ peccati, accipiuntur quaſi extrinſecè, & remotè, ex quibus inclinatur uoluntas ad peccandum. Et ex his quædam inducunt voluntatem ad peccandum ſecundum naturam voluntatis, ſicut finis, qui eſt proprium obiectū voluntatis, & ex tali augetur peccatum: grauius enim peccat, qui ex voluntate intenſiore peioris finis inclinatur ad peccandum. Hæc tamen grauitas non eſt de neceſſitate confeſſionis, niſi notabiliter aggrauaret, vt ſi quis amaret mulierem vt Deum B. Med. 1. 2. q. 22. art. 5. Quædam verò inclinant voluntatem ad peccandum præter ordinem, & naturam ipſius voluntatis, quæ nata eſt moueri liberè ex ſe ipſa ſecundum iudicium rationis: quare cauſæ, quæ diminuunt iudicium rationis, ſicut ignorantia, vel quæ diminuunt liberum motum voluntatis, ſicut infirmitas, violentia metus, & concupiſcentia, minuunt peccatum, in tantum, quod ſi actus ſit omnino inuoluntarius, non habet rationem peccati.

15 Concupiſcentia etiam conſequens voluntatem, ideſt quam quis volũtate ſua excitat in appetitu ſuo, vt inde promptius in peccatum feratur, auget peccatum, ſicut auget voluntarium. Et ſic vbi maior eſt concupiſcentia, maius eſt peccatum. Quæ verò antecedit voluntatem, & iudicium rationis, ideſt qua voluntas excitatur, & mouetur ad iram, &c. minuit peccatum, ſicut minuit voluntarium. adeò vt aliquando totam rationem voluntarij, & peccati tollat S. Tho vbi ſupra ar. 5. ad 2.

Quinto attenditur inæqualitas ex dignitate perſonæ peccantis, idq; propter quatuor primo qui ſcientia, & virtute excellunt facilius peccato reſiſtere poſſunt. Secundo propter ingratitudinem; Omne enim bonum, quo quis magnificatur, donum dei eſt, cui homo fit ingratus peccando. Tertio propter ſpecialem repugnantiam actus peccati ad peccantem, ſicut ſi Princeps iuſtitiam violet, qui ponitur iuſtitiæ cuſtos. Quarto propter exemplum, & ſcandalum S. Tho. 1. 2. q 7. 3. ar. 10.

Sexto attenditur inæqualitas ex dignitate perſonæ in quam peccatur. Cum enim grauitas peccati attendatur ex parte obiecti, perſona verò, in quam peccatur, quodammodo ſit obiectum peccati eò grauius peccatum eſt, quò principalior eſt perſona offenſa S. Tho. ar 9. Septimo ex nocumento corporali ſiue temporali, ſiue ſpirituali, quod peccans ſibi, vel alteri infert, ſi tamen id præuidere potuerit, & debuerit; vel certe ſi per ſe ſequatur ex genere peccati quod committitur S. Tho. vbi ſupra art. 8. Vltimò ex omnibus circumſtantijs, de quibus S. Tho. ar. 7. & ſupra dictum eſt.

16 Cauſæ peccatorum internæ ſunt ignorantia rationis, malitia voluntatis, & infirmitas, ac concupiſcentia appetitus ſenſitiui. Ratio enim ſæpè, aut per ignorantiam, aut per errorem deficit, dirigendo voluntatem ad aliquod illicitum ſub ratione boni vtilis vel delectabilis. Et denique appetitus ſenſitiuus nonnumquam inclinat voluntatem ad delectationes prohibitas. Peccatum

tamen

tamen diuerſimodè ab his tribus cauſis producitur, Nam à ratione, & voluntate immediatè & efficienter emanat; à potentia ſenſitiua, mediatè, & inductiuè. De ignorantia ſatis in ſuperioribus.

17 Concupiſcentia appetitus ſenſitiui, alio nomine, infirmitas, voluntatem quidem mouere poteſt, ſed indirectè tantum duobus modis. Primo ſecundum quandam abſtractionem, quia ſcilicet neceſſe eſt, vt quando vna potentia animæ intenditur in ſuo actu, altera in ſuo actu remittatur, vel etiam totaliter impediatur, & quia omnis virtus ad multa diſperſa fit minor. Secundo ex parte obiecti voluntatis, quod eſt bonum ratione appræhenſum: impeditur enim iudicium, & appræhenſio rationis propter vehementem appræhenſionẽ imaginationis, & iudicium virtutis æſtimatiuæ; conſequenter iudicium rationis plerunq; ſequitur paſſionem appetitus ſenſitiui, & per conſequens motus voluntatis, qui natus eſt ſemper ſequi iudicium rationis. S. Tho. q. 77. art. 1. Cordub. lib. 2. qq. q 8.

18 Iuxta hanc cauſam alia etiam radix, & origo peccati conſtituitur, videlicet amor inordinatus ſui ipſius, ideſt inordinatus ille affectus quo nos iuxta corpus tantum conſiderantes ommiſſa, & neglecta anima, bona corporis inordinatè amamus S. Tho. vbi ſupra art. 4.

19 Sicut autem paſſio mouere poteſt voluntatem ad expetendam rem, illicitam mortaliter, ita etiam cauſa mortalis peccati eſſe poteſt. Quod contingit, quando ex paſſione aliquis procedit ad actum exteriorem peccati mortalis, vel ad conſenſum deliberatum; id enim non fit ſubitò, ſed ratio deliberans huic poteſt occurrere S. Tho. vbi ſupra ar. 8. Quod ſi paſſio ſit tanta, vt omnino priuet vſu rationis, conſequenter totaliter excuſat à peccato, vt qui præ nimia ægritudine incidit in amentiam, excuſatur ab homicidio tempore amentiæ perpetrato, cum hic actus omnino ſit inuoluntarius, niſi paſſio illa à principio ſaltem indirectè eſſet volita; vt ſi quis præ ira, aut amore, quẽ à principio vitare poterat, & tenebatur, inſaniret, & in inſania fornicaretur, fornicatio illa ad culpam illi imputabitur quia actus fuit voluntarius in ſua cauſa s. Tho. vbi ſupra art. 7. Illud certum eſt apud omnes, paſſionem antecedentem peccatum ipſum ſemper minuere, non quidem vt auferat ſui generis malitiam, ſed quia leuius facit, & magis dignum miſericordia.

20 Peccatum ex malitia illud eſt, quod nec ex ignorantia, nec ex aliqua præcedente paſſione, ſed tantum ex libertate, & ex certa ſcientia committitur, quia ſcienter malum ſub ratione boni eligit s. Tho. vbi ſupra q. 78. art. 1

21 Peccans ex malitia cæteris paribus, grauius peccat, quam qui ex paſſione, quia peccatum eò grauius eſt, cæteris paribus, quò magis voluntarium, & liberum, cum autem ex malitia peccatur, motus pro peccati eſt magis proprius voluntati, quæ ex ſe ipſa in malum mouetur S. Tho. vbi ſupra art. vlt. Cord. lib. 2. qq. q. 19.

22 Contingit autem hæc inordinatio voluntatis præcipuè ex duobus. Primo ex peccandi conſuetudine; fit enim peccatum per conſuetudinem, & habitum quaſi connaturale, adeò vt ipſum ſolum per ſe delectet. Secundo propter remotionem impedientium malum, puta ſi aliquis prohibeatur peccare, non quia peccatum per ſe illi diſpliceat, ſed propter ſpem vitæ æternæ, vel propter timorem inferni, remota ſpe per deſperationem, vel timore per præſumptionem, ſequitur quod ex certa malitia, quaſi abſq; fræno peccet. Et ſic patet quod peccatum ex certa malitia ſemper præſupponit in homine aliquam deordinationem, quæ tamen non ſemper eſt habitus. Non enim eſt neceſſarium vt quicunq; ex malitia peccat, ex habitu peccet S. Tho. vbi ſupra ar. 5.

23 Cauſæ externæ peccatorum plerunq; ſunt homo, dæmon, & obiectum ſenſibile. Immo, & vnum peccatum alterius peccati cauſa eſſe poteſt S. Tho 1. 2. tota q. 75. Et quidem de homine res eſt certa: poteſt enim quis conſilio ſua ſuaſione alijsq modis, & vijs alterum ad peccandum inducere, Diabolus autem vna cum homine

non eſt cauſa pececcati directè, ita vt producat, & efficiat ipſum actum voluntarium hominis, cui annexum eſt malum culpæ, nihil enim eſſe poteſt cauſa peccati, niſi quod uoluntatē ipſam ad agendum mouere poteſt, cū propriū principiū actus peccati ſit uoluntarium; uoluntas autem ad uolendum nōniſi à ſe ipſa, uel à Deo intrinſecè moueri poteſt. Multoq; minus homini ad peccandum neceſſitatē aliquam inducere poteſt; alioqui iam non eſſet hominis peccatum, cum peccatum debeat eſſe uoluntarium. Solum igitur poteſt eſſe cauſa peccati indirectè ſuggerendo, & proponendo exterius obiecta aliqua, quæ hominem ad peccandum moueant; poteſt enim corpus ipſum hominis alterare, & maiores in ipſo paſſiones accendere, & concitare imaginationes, & appetitum ſenſitiuum ad uarios motus quibus homo ad peccandum inclinetur.

24 Res exteriores, & obiecta ſenſibilia nonnumquam eſſe ſolent cauſa peccati, non quidem neceſſitatem inducendo, ſed tantum diſponendo; mouent enim appetitum ſenſitiuum, nimirum quia ſenſus per obiecta exteriora moti appetitum ſenſitiuum concitant; & appetitus deinde uoluntate ad peccandum inclinat. S. Tho. 1. 2. q. 75. art. 3.

25 Vnum etiam peccatum alterius peccati cauſa eſſe poteſt, non ſolum, quia amiſſa gratia per peccatum, facile, ac citò in aliud incidit; ſed etiam quia nonnunquam amiſſa uerecundia, aut timore uel alio ſimili à peccato retrahente, ex hoc facile in aliud incidit; & ſic vnum peccatum, hoc eſt primum eſt cauſa ſecundi per accidens, ſicut remouens prohibens. Eſt etiam cauſa per ſe, efficiens quidem quantenus ex multis actibus, V. g. libidinoſis generatur habitus incontinentiæ, quibus peccator ad ſimiles actus diſponitur, & inclinatur. Materialis autem in quantum ei præparat materiam alterius peccati, vt auaritia eſt cauſa inimicitiarum. Finalis, quatenus vnum peccatum propter aliud committitur, vt ſi quis furetur, vt committat adulterium S. Tho. vbi ſupra art. 4.

26 Effectus peccati ſunt primo corruptio naturæ. Secundo macula in anima, poſt peccatum relicta, ideſt priuatio nitoris animæ. Tertio reatus pœnæ S. Tho. 1. 2. q. 85. art. 1. & 2. & q. 86. art. 1. & 2. & q. 87. art. 1. B. med. 1. 2. q. 113. art. 2. dub. 2. ad 1.

DE PECCATO

Mortali, & veniali

EORVMQVE DIFFERENTIIS.

1 PEccatum veniale tribus modis dici poteſt. primò ab euentu, quomodo quodcumq; peccatum etiam grauiſſimum, ſi illius veniam conſequamur, veniale dicitur. Secundo ex cauſa, quia licet ſit mortale, habet tamen aliquam cauſam ſuæ veniæ annexam, & hoc modo peccata ex ignorantia, infirmitate, &c. dicuntur venialia. Tertio ex propria natura, & eſt quod ſuapte natura leue, exiguum, & diminutum eſt, rectæq; rationi parum diſſonum S. Tho. 1. 2. q. 88. art. 2.

2 Peccatum etiam mortale iiſdem modis dicitur, primo ab euentu, quod ſcilicet numquam habiturum eſt veniam. Secundo ex cauſa, vt peccatum ex malitia, & de induſtria commiſſum. Tertio ex propria natura mortale eſt, quod recte rationi vehementer diſſonum. Et de hoc tertio tum mortali, tum veniali peccato nobis eſt ſermo.

3 Mortale igitur peccatum illud eſt quod mortem infert animæ; ſeu quod ſpirituali morte dignum eſt. Et ſic definitur à Toleto lib. 7. c. 1. Eſt receſſus voluntarius à lege diuina, Dei gratia peccantem priuans, & æternæ morti adiudicans: veniale verò quod ita leue eſt, vel defectu voluntarij, vel deliberationis plenæ, vel defectu materiæ, vt nec amicitiam cum Deo, nec ſpiritualem vitam auferat, nec ex ſe reum faciat pœnæ æternæ.

4 Peccatum mortale, & veniale duplex eſſe poteſt, vel ex ſuo genere, vel ex cauſa;

ſa. Mortale ex genere eſt, quod ſecundum ſe repugnat charitati, per quam homo in vltimum finem ordinatur Veniale ex genere eſt, quod licet habeat in ſe aliquam deordinationem, eius tamen obiectum non eſt contra dilectionem Dei, & proximi. S. Tho. ar. 2. cit

5 Porrò peccatum mortale ex genere uarijs modis poteſt fieri ueniale, primo propter actus imperfectionem, quia ſcilicet, non perfectè pertingit ad rationem actus moralis, cum non ſit deliberatus, ſed ſubitaneus ut in ſubitis motibus infidelitatis S.Tho. vbi ſupra art 2.& 6.& in actibus illis, qui non procedunt ex ſufficienti iudicio, quales ſunt qui procedunt ex ſemidormientibus, vel ab eis, qui adeo turbati ſunt, ut non aduertant, aut ſciant quod faciunt, aut dicunt. Secundo propter actus imperfectionem, ut furtum rei minimæ Tertio quod fit ex ignorantia. Quarto fit ueniale, uel nullum ex occurrente neceſſitate; quod uerificatur tantum in peccatis, furti, homicidij, & obſeruatione diei feſti: licet enim pro extrema neceſſitate aliena rapere, & inualo, ſi aliter mortem uitare non valet inuaſorem occ d:re, & magna ne-ceſſitate preſſo licet in die feſto laborare. Cœterum in alijs peccatis nõ ualet dictum. Puella enim licet fame pereat, non ideò fornicari poteſt, ut uitæ ſuccurrat, cum hoc & ſimilia, nullo honeſto fine, aut circunſtantia iuſtificari poſſint.

6 Peccatum autem veniale ex genere eſſe poteſt mortale primo ſi in eo conſtituatur ultimus finis, adeo ut quis paratus ſit potius peccare mortaliter, ſi de hoc cogitaret, quam id relinquere S. Tho. ubi ſupra ar. 2. & 4. Secundo quando id, quod eſt ex ſe ueniale ordinatur à peccante ad peccatum mortale, ut ſi quis proferret iocoſa uerba ludens cum muliere, intendens eam prouocare ad fornicationem; quod tamen uerificari non poteſt in mortali ex genere; non enim fieri poteſt ueniale ratione uenialis intentionis. Tertio ſi fiat contra conſcientiam erroneam dictantem id eſſe mortale, uel de eo dubitantem in ſpecie, non tantum in genere, ut ſupradictũ eſt. Quarto quando fit in contẽptum conſilij diuini, vel regulæ, vel legis etiam non obligantis ad mortale. Quinto ratione ſcandali. Nau. prælud. 9. num. 18. vt ſi conferas munera concubinæ Iudicis, vt pro te intercedat; quia illum inuiſere, vel illi ſcribere, aut nuntium mittere, mortale eſt, attentis circunſtantijs tunc concurrentibus, eſt enim turpem amorem fouere: Alia vide apud Sanchez in ſum. lib. 1. c. 7.

7 Ex his ſequitur peccatum veniale manens idem in genere moris, non poſſe vlla ex cauſa, vel modo fieri mortale, vel contra. S. Tho. ar. 4. cit & Com. quia hæc peccata omnino inter ſe differunt in genere moris, quomodocumq; conſiderentur. Vnum enim tollit gratiam, & auertit à Deo; alterum verò cum gratia conſiſtit, nec à Deo vltimo fine auertit, ergo impoſſibile eſt, vnum numero manens idem moraliter, fieri aliud, & quia peccatum conſiſtit principaliter in actu voluntatis, ſicut, & quilibet actus moralis, ſi voluntas mutetur: Si vero voluntas non mutetur, non poteſt eſſe quod de veniali fiat mortale. Quod verificatur non ſolum de actibus internis, ſed etiam externis, & alijs potentijs præter voluntatem, quia actio exterior habet eſſe moris ab affectu, & voluntate: Vnde dicitur eadem numero in genere moris, quæ ab eodem affectu, & voluntate procedit. Veniale tamen ex imperfectione, quod ex genere mortale eſt, ſi ducatur in conſuetudinem erit mortale, eò quod frequentando efficitur verè, vel interpretatiuè, ſciens v. g. illum potum eſſe inebriatiuum, & per conſequens interpretatiuè, uel uerè uolens incurrere ſubuerſionẽ rationis, volens autem mortale ex genere committere, ſi illud verè, uel interpretatiuè uelit, peccat mortaliter. Conrad. de contrac. q. 51. circa med.

8 Peccatum veniale ex genere diſponit ad mortale per quandam conſecutionem, quatenus ſcilicet augente, & creſcente diſpoſitione, uel habitu per actus peccatorum uenialium; in tantum etiam creſcere poteſt peccandi libido, ut facilè prolabatur in eã malitiam, ut non curet etiam tranſgredi præceptũ diuinũ, uel humanũ, qui enim aſſuefactus

factus eſt, verba otioſa proferre, facilè incidet in verba pernicioſa S. Tho. vbi ſupra ar. 3.

9 Numquam tamen ex pluribus venialibus quomodocunq; multiplicatis fieri poteſt vnum mortale; neq; omnia venialia ſimul tantum malitiæ habere poſſunt, quantum vnum mortale; quia mortale tollit amicitiam Dei, veniale autem non tollit. Vnde ſicut vnum veniale non tollit, ita nec omnia venialia ſimul S. Tho. vbi ſupra ar. 4.

10 Differunt autem peccatum mortale, & veniale, non ex voluntate Dei ita ſtatuentis, vt quidam putauerunt ſed ex rei natura. Nam ſi omnia peccata ex natura ipſorum eſſent mortalia, omnia tollerent amicitiam Dei: abſurdum eſt autem dicere quocunq. leui peccato tolli amicitiam diuinam, cum ex ſacris litteris conſtet aliquos eſſe iuſtos, qui tamen peccant venialiter; iuſti autem non eſſent, ſi in gratia Dei non eſſent S. Aug. de nat. & grat. c. 36. & 38. Ratio autem huius differentiæ ſumitur primo quia mortale tollit ordinem ad vltimum finem, quia priuat charitate, & gratia Dei: veniale verò tollit ordinem circa media, conſeruato ordine circa finem. Secundo quia mortale eſt contra præceptum neceſſarium ad charitatem conſeruandam, & ſalutem cōnſequendam: veniale verò non item. Tertio quia mortale finem vltimum in creatura conſtituit; Veniale verò non quòd ita intelligendum eſt, non quod creatura diligatur propter ſe, & in alium finem non dirigatur, hoc enim in veniali etiam reperitur: ſed quia eius amor opponitur amori charitatis, quo Deus à nobis vt finis vltimus propter ſe ipſum amatur, ideoq; amor creaturæ opponitur amori Dei, qui non tollitur per peccatum veniale. Primo quia peccatum mortale pœnam æternam meretur, cum tollat vitam animæ. ideſt gratiam Dei; veniale autem non niſi pœnam temporalem, cum gratiam Dei, & ſanctitatis principium non tollat.

11 Cognoſcitur autem an aliquod peccatum ſit mortale, aut veniale, primo ex ſacris litteris; quæ enim in ſcripturis abhominabilia, execranda, Deo exoſa, digna morte, aut cauſam mortis, vel mortem inferre, vel à regno ceolorum excludere dicuntur & quibus pœnam æternam, vel ſaltem pœna corporis comminatur, aut quando ponitur comminatio væ, ea pro certo mortalia ſunt. Vbi verò in ſcripturis peccata prohibentur abſq; aliquo dictorum ſignorum, venialia cenſenda ſunt. Secundo ex traditione eccleſiæ, & ipſius Doctorum. Quæ enim Doctores, & uiri graues communi conſenſu tradunt, & docent eſſe mortalia; uel à pijs, & doctis, ac timoratis uiris ut talia uitantur, uel exiſtimantur; mortalia cenſenda ſunt. Tertio ex lumine naturali ex quo hanc regulam certam haurire poſſumus. Quæ ex directo & grauiter repugnant charitati Dei, uel proximi, ea mortalia cenſentur Quæ uerò rationi quidem diſſonant, non tamen contrariantur dilectioni Dei, & proximi, ut uerbum otioſum, riſus ſuperfluus, & alia huiuſmodi, ea uenialia iudicanda ſunt. Et de peccato, eiuſq; natura, qualitatibus, cauſis, effectibus, diuiſionibus, ac differentijs in communi, pro modo compendij latis, &c.

LIBER

LIBER PRIMVS

In quo de' Contractibus, Vltimis voluntatibus, & Reſtitutione, & primo

DE CONTRACTIBVS IN GENERE

V. Alienatio, Culpa, Depoſitum, Ludus, Pœna, Societas, Venditio.

1 Contractus eſt ultrò, citroq; obligatio l. labeo ff. de uerb. oblig. ideſt Contractus eſt quidam actus, ex quo actu, uel facto oritur obligatio ex utraq; parte, addunt alij, ut Silue. ver. contractus num. 2. ex uoluntate partium ſurgens.

2 Quaſi contractus eſt obligatio ueniens non ex contractu, aut maleficio ſed qua quis obligatur alicui ex officio, uel facto licito, & honeſto, ut tutela, cura negot. geſt, &c. l. cit. Vide plenius apud Monetam de commut. ult. uol. c. 2. q. 2. a num. 28.

3 Contractus ex S. Tho. 2. 2. q. 61. ar. 3. pertinet ad iuſtitiam commutatiuam. Commutationum autem aliæ ſunt uoluntariæ, aliæ inuoluntariæ. Ad uoluntarias reducitur contractus hoc modo, Aut enim quis alteri rem ſuam, eiuſq; dominium transfert, accepto pretio, & eſt Venditio, & Emptio: aut rem quidem confert, ſed non transfert dominium, ſed recuperare conſtituit, & hoc uel gratis, gratis etiam recepturus; aut cum aliqua utilitate, & lucro; primo modo, uel in ſolum bonum recipientis, & eſt Mutuum; aut ut illa melius conſeruetur, & eſt Depoſitum; aut ut accipiens reddatur ſecurus de re aliqua ſibi debita, & eſt fideiuſſio, ſiue Pignus. Secundo modo ideſt cum accepturus eſt cum aliquo lucro; aut res illa ex illis eſt, quæ uſu conſumuntur, & eſt Vſura; aut ex illis, quæ uſu non conſumuntur, & eſt locatio, & Conductio. Et ſic colliguntur ſex commutationes uoluntariæ Emptio, & Venditio, Mutuum Depoſitum, Fideiuſſio, Locatio, & Vſura.

4 Inuoluntariæ uerò commutationes ſic colliguntur. Aut enim fiunt in rebus & in perſona, aut in his, qui nobis coniuncti ſunt. Si in rebus, uel occulte, & eſt furtum; aut manifeſtè, & cum ui, & eſt Rapina. Si in perſona, ſiue occultè fiat, ſiue per inſidias, uel uenenum, ſiue manifeſtè per inuaſionem, & uim, ſi inferatur damnum in uita, eſt homicidium; ſi in membris, eſt Mutilatio, aut Verberatio. Si in Dignitate, &c. aut occultè per infamiam, vel detractionem, aut manifeſtè per Conuitium, aut apud Iudicem, ad quem reducitur falſum teſtimonium. Si in nobis coniunctis, aut hi ſunt liberi, aut ſerui. Serui inter bona temporalia computantur, quare illos ſeducens furtum committit, Si liberi, aut eſt

pro-

propria uxor, aut affines, & conſanguinei, & in his ſe habent eodem modo damna illis illata, ac ea quæ nobis ipſis: quare ſi ſit uxor propria dicitur Adulterium, cum ſit una caro cum viro, grauiſſimaq; ei inferatur iniuria. Ita colliguntur decem commutationes Inuoluntariæ, Furtum, Rapina, Homicidium, Mutilatio, Verberatio, Infamia, Detractio, Conuitium, & Adulterium, de quibus in hoc primo libro, & alibi ſparſim.

5 Dicuntur autem primæ commutationes voluntariæ, quia utroq; conſentiente fiunt. Inuoluntariæ uerò quia utroq, diſſentiente, uel illo Saltem, cuius bona ſurripiuntur, differuntq; ſolo aſſenſu, & diſſenſu. licet conueniant in obiecto, quia utriuſq; obiectum eſt bonum debitum particulari perſonæ ut illi actui proprium, & ſuum. Plures modos enumerandi contractus, eoſq; diſtinguendi uide apud Conrad. de contract. queſt. 17.

6 Diuiditur primo in contractum nominatum, & innominatum Prioris generis ſunt Vẽditio, Locatio, Societas, Commodatum, Mutuum, Sponſalia, Matrimonium & his ſimilia, Poſterioris uerò ſunt Emphyteuſis, Feudum, Stipulatio, Acceptilatio. Eſt autem Acceptilatio liberatio ab obligatione per hoc, quòd debitor acceptum habet debitorem illi ſoluiſſe; ut ſi ego obligatus ex ſtipulatione dicam creditori, Vis acceptum habere, quòd ego tibi ſoluerim, & ille dicat, Acceptum habeo. Dicuntur autem nominati, qui in nomine generalis pactionis, aut contractus non ſtant, ſed tranſeunt in proprium, & ſpecificum nomen contractus l. Iuris gentium ff. de pact. Innominati uerò ſunt, qui proprio, & ſpecifico contractus nomine carent, eorumq, nomina poſſunt alijs contractibus conuenire & ſequuntur naturam contractuum, quibus aſſimilantur. Silu. uer. Contractus q. 4.

7 Secundò Alij ſunt reſpectiui, quibus unus obligatur, ut alter ſe obliget, ut uenditio, locatio, Societas, Commodatum, Sponſalia, Matrimonium. Alij non reſpectiui, qui non pariunt utrinq: obligationem. Reſpectiui innominati ad quattuor reducuntur Dò ut des, Dò ut facias, Facio ut des; Facio ut facias.

8 Tertio, Alij dicuntur contractus bonæ fidei, alij ſtricti iuris. Bonæ fidei ſunt, in quibus Iudicis officium, ac diſpoſitio iuxta id, quod æquitas, & natura rei poſtulat, plurimum poteſt. In contractibus verò ſtricti iuris iudicare non poteſt Iudex niſi iuxta expreſſa in conuentione. Prioris generis ſunt Venditio, Emptio, Locatio, Conductio, Negotiorum geſtio, Mandatum, Depoſitum, Tutela, Commodatum, Pignus & alij qui numerãtur Inſtit de action. Secundi generis ſunt Emphyteuſis, Ias in l. Si quid id quod ff. de iuriſdi. omn. Iud. & feudum Iul. Clar parag feudum q. 6. & ſtipulatio, & Mutuum, & his ſimilia, Glo in c. Cũ venerabilis ver. bonæ fidei de except. Ang. uer. contractus num: 5. Silu. eo. q. 1.

9 Quarto, alij dicuntur lucratiui. quibus abſq; vllo onere, aut recompenſatione ex mera liberalitate aliquid conceditur, aut permittitur, vt Donatio, Acceptilatio, Commodatũ, Precarium. Alij dicuntur oneroſi, quibus onus vicſſim imponitur, ut Venditio, Locatio. &c.

10 Quinto, Alij ſunt, quibus transferrur dominium etiam directum, vt Donatio, Permutatio, Venditio; Mutuũ, &c. Alij quibus transferũ dominiũ tantũ vtile, vt feudum Emphyteuſis etiam perpetua. Quidam quibus conceditur ſolum Vſusfructus, vt multæ ex locationibus. Quidam, quibus conceditur tantum vſus, vt Commodatum, & Locatio v. g iumentorum ad iter. Quidam quibus nil horum conceditur, vt Depoſitum, Pignus, Hypotheca.

11 Si ſeruetur ius naturale, etiam omiſſa iuris ſolemnitate, tenet actus in conſcientia Silu. verb. Alienatio parag. 12. & 13. Pan. in c. 1. de in integ reſt. & in c. Quia plerique de immun. eccl. num. 31. & alij plures, quos pro prima ſententia refert Azor, p. 3. lib. 6. c. 9. ſunt enim inuentæ ſolemnitates ad vitandas fraudes Silu. ubi ſupra Ang. eo. parag. 14. limitat Sot. de iuſt. lib. 4 q. 5. ar. 3. niſi lex omnino impediat dominij translationem, ut à pupillo, ſic etiam Sanchez de matrim. lib. 1. diſp. 7.

num.

num. 18. limitant alij niſi illæ ſolemnitates ſint contractus eſſentiales, quod colligitur ex illis verbis, aliter nullus ſit, irritus ſit, pro infecto habeatur, ſic Salon. 2. 2. q. 2. de dominio ar. 4. Azor. vbi ſupra Couar. c. Cũ eſſes de teſtamentis num. 6. & alij quos refert. Vide infra ver. Teſtamenta n. 19.

12 Contractus minoris doli capacis validantur iuramento S. Tho. 2. 2. q. 89. art. 7. leſſ. lib 2. c. 17. num. 56. in fi. Sanchez de matr. lib. 6. diſp. 38. q. 2. contra Cou. in 4. decretal. p. 1. c. 5. parag. 1. num. 4. & Molin. de iuſt. diſp. 138. & 161. tract. 2. Niſi alterius vi, vel dolo ſit extortum c. Cum contingat de iureiur. in art. & c. licet eo. in 6. aut niſi ſit læſus vltra dimidium Angel. iuram 5. parag. 24. & 26. Couar. num. 4. cit. quod Sanchez de matr. lib. 4. diſp. 9. num. 16. in fi intelligit in contractibus gratuitis, in quibus non conſideratur enormis læſio, quia donator clare intelligit ſe læſum in toto V. Gouar. in c. Quamuis pactum p. 3. parag. 4. Azon. in ſum. C. ſi ad vers. vẽd. Pan. in c. Cũ cauſa de empt. num 6. & 11

13 In contractibus, ex quibus oriri ſolet mutua obligatio, vt in emptionibus, locationibus, mandatis, &c, tenet contractus maioris cum minori, Si minor voluerit, etiam ſine auctoritate Tutoris Molin. vbi ſupra diſp 124 parag. In contractibus. Non enim tenetur minor ſtare contractui Inſtit. de auct. Tutor. parag. Vnde in ijs cauſis, Sanchez in ſum. lib. 7. c. 31. num 28. & trib. ſeqq vbi num. 30 quod teneatur minor aut totum contractum ratum habere, aut totum irritum, & num. 31. poſſe cogi, vt ſolemniter declaret

14 Cõdemnatus ad triremes etiã perpetuò, nõ efficitur ſeruus pœnæ, e& eo poteſt validè contrahere, cum non amm dtat bona, & libertatẽ Rora decis. 402. apud Farin. p. 2. Auth. Sed hodie C. de don. inter. vir. & vx. & parag. Quod autẽ Auth. denu p. coll. 4.

15 Dolo inductus ad contractum ſpiritualem, vt religionis, tenetur, c. Conſtituit 20. q. 3. 1. ibi Glo. ver. cogantur, idem aſſerit dicendum in matrimonio c. 2. & c. Veniens de conuers. coniung. c. Dilectus de his quæ vi, & ibi Glo. fi. & Pan. num. 11. Nau. de regul. conſ. 46. Si tamen dolus ſit talis, quo prudens circumueniri poſſet, non tenet contractus Pan. loc. cit. Nau. de regul. cõmẽt. 2. num. 31. V. ver. Votum num. 60.

16 Contractus facti inter ludentes aleis prohibitis nõ tenent, Aug. ver. ludus parag. ſi: Silu. eo. parag. 9. Vnde nec valet tranſactio in ludo facta Pan. in c. Clericis de vita, & hon. cler. num. 16.

17 Succeſſor in Dignitate tenetur ex contractu prædeceſſoris inito nomine Dignitatis, Pan. in c. 1. de probat. Silu. ver. Dignitas q. 1. Ang. eo. parag. 1.

18 Contractus facti ab hæretico rati, & firmi nõ ſunt Idem in crimine læſe Mai. pẽdent enim ex conditione futura, ſcilicet ex condemnatione delicti. Si tamen nunquã probetur delictum, nunquam dirimuntur Azor. p. 1. lib. 5. c. 7. q. 7. & generaliter, vbi lex pro aliquo delicto imponit pœnam confiſcationis bonorum ipſo facto quo caſu non poteſt ſic dilinquens contrahere, aut aliter bona ſua dilapidare in præiudicium fiſci, Suar. de legib. l. 5 c. 5. num. 9 Valent. 1. 2. diſp. 7. q. 4. p. 3. verſ. Ex quo deinde conſequitur. Farinac. de hæreſi q. 190. parag 5. Quod ſi alienauit etiam titulo oneroſo, repetit fiſcus, etiam non reſtituto pretio ſecundum eoſdem, & Silu. hereſis 1. num. 14. Niſi pretium inueniatur in bonis ipſius damnati Azor. vbi ſupra q. 8.

19 In contractu, qui italicè dicitur Scommeſſa, qui certus eſt de re, tenetur reſtituere: eſt enim periculũ de natura huius cõtractus Io: medin. de reſt. q. 22. Boniſign. de ludo q. 14. Alij tamẽ vt Nau. in man. c. 20. n. 18. Dec. conſ. 115. quẽ refert, & ſequitur Couar. in reg. Peccatũ p 2. parag. 4 n. 6. docẽt nõ tẽeri reſtituere ſi abſit dolus; abeſt verò ſi alterũ certificauit de veritate B Med. inſtruct. l. 1. parag. 18 Grazia de cõtract c. 42. num 7. Azor. p 3. lib. 11. c. 19. dub. 5.

20 Nõ eſt cõdẽnãdus cõtractus qui cõmuniter fit, & eſt vtilis Reip. niſi cõſtet eſſe illicitũ, Nã in dubio præſumend. m eſt iuſte fieri arg. extrau 1. de empt. inter cõ. & pluribus probat Caſtracã. de ſocie off. c. c. 4 n. 19

21 Quæ requirunt liberum conſenſum facta metu etiam leui, ad id tamen incuſſo, & qui ſit cauſa illius actus, non tenent in

E con-

propria uxor, aut affines, & conſanguinei, & in his ſe habent eodem modo damna illis illata, ac ea quæ nobis ipſis: quare ſi ſit uxor propria dicitur Adulterium, cum ſit una caro cum uiro, grauiſſimaq; ei inferatur iniuria. Ita colliguntur decem commutationes inuoluntariæ; Furtum, Rapina, Homicidium, Mutilatio. Verberatio, Infamia, Detractio, Conuitium, & Adulterium, de quibus in hoc primo libro, & alibi ſparſim.

5 Dicuntur autem primæ commutationes uoluntariæ, quia utroq; conſentiente fiunt. Inuoluntariæ uerò quia utroq; diſſentiente, uel illo Saltem, cuius bona ſurripiuntur, differuntq; ſolo aſſenſu, & diſſenſu. licet conueniat in obiecto, quia utriuſq; obiectum eſt bonum debitum particulari perſonæ ut illi actui proprium, & ſuum. Plures modos enumerandi contractus, eoſq; diſtinguendi uide apud Conrad. de contract. queſt. 17.

6 Diuiditur primo in contractum nominatum, & innominatum Prioris generis ſunt Vēditio, Locatio, Societas, Commodatum, Mutuum, Sponſalia, Matrimonium & his ſimilia, Poſterioris uerò ſunt Emphyteuſis, Feudum, Stipulatio, Acceptilatio. Eſt autem Acceptilatio liberatio ab obligatione per hoc, quòd debitor acceptum habet debitorem illū ſoluiſſe; ut ſi ego obligatus ex ſtipulatione dicam creditori, Vis acceptum habere, quòd ego tibi ſoluerim, & ille dicat, Acceptum habeo. Dicuntur autem nominati, qui in nomine generalis pactionis, aut contractus non ſtant, ſed tranſeunt in proprium, & ſpecificum nomen contractus l. Iuris gentium ff. de pact. Innominati uerò ſunt, qui proprio, & ſpecifico contractus nomine carent, eorumq; nomina poſſunt alijs contractibus conuenire & ſequuntur naturam contractuum, quibus aſſimilantur. Silu. uer. Contractus q. 4.

7 Secundò Alij ſunt reſpectiui, quibus unus obligatur, ut alter ſe obliget, ut uenditio, locatio, Societas, Commodatum, Sponſalia, Matrimonium. Alij non reſpectiui, qui non pariunt utrinq; obligationem. Reſpectiui innominati ad quatuor reducuntur Dò ut des, Dò ut facias, Facio ut des; Facio ut facias.

8 Tertio, Alij dicuntur contractus bonæ fidei, alij ſtricti iuris. Bonæ fidei ſunt, in quibus Iudicis officium, ac diſpoſitio iuxta id, quod æquitas, & natura rei poſtulat, plurimum poteſt. In contractibus uerò ſtricti iuris iudicare non poteſt Iudex niſi iuxta expreſſa in conuentione. Prioris generis ſunt Venditio, Emptio, Locatio, Conductio, Negotiorum geſtio, Mandatum, Depoſitum, Tutela, Commodatum, Pignus & alij qui numerātur Inſtit de action. Secundi generis ſunt Emphyteuſis, Ias in l. Si quid id quod ff. de iuriſdi. omn. Iud. & feudum Iul. Clar parag feudum q. 6. & ſtipulatio, & Mutuum, & his ſimilia, Glo in c. Cū venerabilis ver. bonæ fidei de except. Ang. uer. contractus num. 5. Silu. eo. q. 1.

9 Quarto, alij dicuntur lucratiui, quibus abſq; ullo onere, aut recompenſatione ex mera liberalitate aliquid conceditur, aut permittitur, vt Donatio, Acceptilatio, Commodatū, Precarium. Alij dicuntur onéroſi, quibus onus vicſſim imponitur, ut Venditio, Locatio. &c.

10 Quinto, Alij ſunt, quibus transfertur dominium etiam directum, vt Donatio, Permutatio. Venditio, Mutuū, &c. Alij quibus transfertū dominiū tantū vtile, vt feudum Emphyteuſis etiam perpetua. Quidam quibus conceditur ſolum Vſusfructus, vt multæ ex locationibus. Quidam, quibus conceditur tantum vſus, vt Commodatum, & Locatio v. g iumentorum ad iter Quidam quibus nil horum conceditur, vt Depoſitum, Pignus, Hypotheca.

11 Si ſeruetur ius naturale, etiam omiſſa iuris ſolemnitate, tenet actus in conſcientia. Silu. verb. Alienatio parag. 12. & 13. Pan. in c. 1. de in integ reſt. & in c. Quia plerique de immun. eccl. num. 31. & alij plures, quos pro prima ſententia refert Azor 1. p. 3. lib 6. c. 9. ſunt enim inuentæ ſolemnitates ad vitandas fraudes Silu. ubi ſupra Ang. eo. parag. 14. limitat Sot. de iuſt. lib. 4 q. 5. ar. 3. niſi lex omnino impediat dominij translationem, ut à pupillo, ſic etiam Sanchez de matrim. lib. 1. diſp. 71

num.

Digitized by Google

num. 18. limitant alij niſi illæ ſolemnitates ſint contractus eſſentiales, quod colligitur ex illis verbis, aliter nullus ſit, irritus ſit, pro infecto habeatur, ſic Salon. 2. 2. q. 2. de dominio ar. 4. Azor. vbi ſupra Couar. c. Cũ eſſes de teſtamentis num. 6. & alij quos refert. Vide infra ver. Teſtamenta n. 19.

12 Contractus minoris doli capacis validantur iuramento S. Tho. 2. 2. q. 89. art. 7. leſſ. lib 2. c. 17. num. 56. in fi. Sanchez de matr. lib. 6. diſp. 38. q. 2. contra Cou. in 4. decretal. p. 1. c. 5. parag. 1. num. 4. & Molin. de iuſt. diſp. 138. & 161. tract. 2. Niſi alterius vi, vel dolo ſit extortum c. Cum contingat de iureiur. in art. & c. licet eo. in 6. aut niſi ſit læſus vltra dimidium Angel. iuram 5. parag. 24. & 26. Couar. num. 4. cit. quod Sanchez de matr. lib. 4. diſp. 9. num. 16. in fi intelligit in contractibus gratuitis, in quibus non conſideratur enormis læſio, quia donator clare intelligit ſe læſum in toto V. Gouar. in c. Quamuis pactum p. 3. parag. 4. Azon. in ſum. C. ſi ad vers. vẽd. Pan. in c. Cũ cauſa de empt. num 6. & 11

13 In contractibus, ex quibus oriri ſolet mutua obligatio, vt in emptionibus, locationibus, mandatis, &c, tenet contractus maioris cum minori, Si minor voluerit, etiam ſine auctoritate Tutoris Molin. vbi ſupra diſp 124 parag. In contractibus. Non enim tenetur minor ſtare contractui Inſtit. de auct. Tutor. parag. Vnde in ijs cauſis, Sanchez in ſum. lib. 7. c. 31. num 28. & trib. ſeqq vbi num. 30 quod teneatur minor aut totum contractum ratum habere, aut totum irritum, & num. 31. poſſe cogi, vt ſolemniter declaret

14 Cõdemnatus ad triremes etiã perpetuò, nõ efficitur ſeruus pœnæ, e& eo poteſt validè contrahere, cum non ammittat bona, & libertatẽ Rota decis. 402. apud Farin. p. 2. Auth. Sed hodie C. de don. inter. vir. & vx. & parag. Quod autẽ Auth. denu· p. coll. 4.

15 Dolo inductus ad contractum ſpiritualem, vt religionis, tenetur, c. Conſtituit 20. q. 3. 1. vbi Glo. ver. cogantur, idem aſſerit dicendum in matrimonio c. 2. & c. Veniens de conuers. coniung. c. Dilectus de his quæ vi, & ibi Glo. fi. & Pan. num. 11. Nau. de regul. conſ. 46. Si tamen dolus ſit talis, quo prudens circumueniri poſſet, non tenet contractus Pan. loc. cit. Nau. de regul. cõmẽt. 2. num. 31. V. ver. Votum num. 60.

16 Contractus facti inter ludentes aleis prohibitis nõ tenent, Aug. ver. ludus parag. fi. Silu. eo. parag. 9. Vnde nec valet tranſactio in ludo facta Pan. in c. Clericis de vita, & hon. cler. num. 16.

17 Succeſſor in Dignitate tenetur ex contractu prædeceſſoris inito nomine Dignitatis, Pan. in c. 1. de probat. Silu. ver. Dignitas q. 1. Ang. eo. parag. 1.

18 Contractus facti ab hæretico rati, & firmi nõ ſunt Idem in crimine læſe Mai. pẽdent enim ex conditione futura, ſcilicet ex condemnatione delicti. Si tamen nunquã probetur delictum, nunquam dirimuntur Azor. p. 1. lib. 5. c. 7. q. 7. & generaliter, vbi lex pro aliquo delicto imponit pœnam confiſcationis bonorum ipſo facto quo caſu non poteſt ſic dilinquens contrahere, aut aliter bona ſua dilapidare in præiudicium fiſci, Suar. de legib. l. 5. c. 5. num. 9 Valent. 1. 2. diſp. 7. q. 4. p. 3. verſ. Ex quo deinde conſequitur. Farinac. de heresi q. 190. parag 5. Quod ſi alienauit etiam titulo oneroſo, repetit fiſcus, etiam non reſtituto pretio ſecundum eoſdem, & Silu. hereſis 1. num. 14. Niſi pretium inueniatur in bonis ipſius damnati Azor. vbi ſupra q. 8.

19 In contractu, qui italicè dicitur Scomeſſa, qui certus eſt de re, tenetur reſtituere: eſt enim periculũ de natura huius cõtractus Io: medin. de reſt. q. 22. Boninſign. de ludo q. 14. Alij tamẽ vt Nau. in man. c. 20. n. 18. Dec. conſ. 115. quẽ refert, & ſequitur Couar. in reg. Peccatũ p 2. parag. 4. n. 6. docẽt nõ teneri reſtituere ſi abſit dolus; abeſt verò ſi alterũ certificauit de veritate B. Med. inſtruct. l. 1. parag. 28 Grazia de cõtract c. 42. num 7. Azor. p 3. lib. 11. c. 19. dub. 5.

20 Nõ eſt cõdẽnãdus cõtractus qui cõmuniter fit, & eſt vtilis Reip. niſi cõſtet eſſe illicitũ, Nã in dubio præſumendum eſt iuſtè fieri arg. extrau. 1. de empt. inter cõ. & pluribus probat Caſtracã. de ſociet. offc. c. 4 n. 19

12 Quæ requirunt liberum conſenſum facta metu etiam leui, ad id tamen incuſſo, & qui ſit cauſa illius actus, non tenent in

conſcientia; deficit enim illa qualitas libertatis, quæ eſt de ſubſtantia contractus Nau. in man c. 17. num. 5. 15. & 30. & c. 22. num. 51. & de elect. conſ. 5. num. 3. Angel. ver. metus parag. 13. & 15. Silu. eo q. 2. & reſtit. 2. parag. 7. Couar. vbi ſupra parag. 7. num. 7. Sanchez de matr. lib. 4. diſp. 9. à num. 4. etiam ſi interueniat iuramentum, petenda tamen ab Epiſcopo relaxatio Sanchez ibid num. 13,

22 In rebus temporalibus dolus, qui cauſam dat, annullat contractum; in ſpiritualibus autem metus. Nau. de regul. com. 2. num. 31, Glo. in c. conſtituit 20. q. 3. Quod verum eſt in contractibus bonæ fidei; Nam qui conſentit propter dolum errat in cauſa contractus, cum verum non ſit id, propter quod conſentit ad contrahendum; & ideo deficit conſenſus ſecus autem in contractibus ſtricti iuris, in quibus cauſa, in qua erratur, eſt extra contractum. Sanchez de matr. lib. 4. diſp. 8. num. 10. ad. 5.

23 Poſt contractum donationis apponi poſſunt conditiones, modò vel in ipſo contractu, vel ſtatim poſt contractum, nullo medio temporis interuallo, & hoc non modò in fauorem ipſius donantis, ſed etiam tertij Couar. 1. var. reſol. c. 14. num. 1. & 2.

24 Contractus in eccleſia celebrati, licet prohibeantur per c. Decet, de immun. eccl. in 6. & peccent mort. ſic contrahentes, niſi magna neceſſitas excuſet Glo. in 6. c. Decet. Pan. in c. Qua fonte de appell. recus num. 2. Silu. ver. negotiatio q. 2. Ang. eo parag. 2. quia tamen in 6. c. Decet non irritantur, tenent; niſi fiant per Iudicem per viam contentioſæ iuriſdictionis Pan. in c. Cum eccleſia, de immun. eccl. num. 8. per cit. c. Decet.

25 Conditio contra ſubſtantiam actus poſita à principio per ambas partes, vitiat contractum. Si autem non eſt contra, ſed impoſſibilis, aut turpis, reijcitur in ſpiritualibus c. fi. de condit. appos. at verò in temporalibus communiter vitiat Ang. ver. conditio parag. vlt. Silu. eo num. 8.

26 Conditio impoſſibilis reijcitur tantum in vltimis voluntatibus, non autem in donatione irreuocabili, & alijs contractibus; ſecus de modo; hic enim habetur pro non adiecto Molin. alios referens de iuſt. trac. 2. diſp. 208. verſ. modus impoſſibilis

27 In contractibus ſeruandæ leges loci, vbi fiunt, quo ad ſolemnitates in ipſis requiſitas: cum ratione contractus quilibet ſortiatur forum in loco contractus c. fi. de for. comp. Pan. in c. 2. de ſponſal. & com. Quare contractus abſolute initus, cenſetur celebratus iuxta ſtatuta, & conſuetudines loci, in quo initur. Pan. in c. Cum M. de conſtit. num. 5. Angel. ver. Contractus num. 4. Silu. eo. q. 8. mol. vbi ſupra diſp. 260. num. 1. Excipe contractum dotis, in quo attenditur ſtatutum loci, in quo vir habet domicilium l. Exigere ff. de iudic. Sanchez de matrim. lib. 3. diſp. 18. num 11. Vide Addit. ad Afflictum decis. 224 & eiuſdem decis. 256. cum ibi not. per Vrſill.

28 Clauſula, quæ in aliqua diſpoſitione contra naturam actus, qui celebratur, apponitur, habetur pro non appoſita, & diſpoſitio, quæ principaliter geritur, rata manet Anchar. cons. 207. num. 13, Et, ſi illa clauſula, aut pacta contra naturam actus qui geritur, ſapiunt naturam alterius contractus, cenſeri non debet contractus ille, cuius nomine vocitatur, ſed alterius, ad cuius ſubſtantiam accedit pactum ſuſe Conrad. de contrac. q. 33. 34. & 45. in Tertio modo dicendi Pan. in c. Conſtitutus 1. de relig. dom. num. 22. & in c. 1. de commod. num. 10. Vt ſi in inſtrumento dicatur contractus Emphyteoticus, cum reuera eſſet cenſualis, quia translatum vniuerſum ius, dici debet cenſualis Afflic. decis. 72. modò translatum ſit dominum Idem decis 80. num. 6. Vide etiam Molin. de iuſt. trac. 2. diſp. 155. verſ. his ita explicatis Gratian. diſcep. for. c. 657. num 2. Rotam coram Burato in finitos cogerentem decis. 334.

29 An poſſit Princeps ſecularis lege ſua cauere, ne iuramentum in contractibus vel pactis interponatur, & quod tale iuramentum non firmet contractum lege hu-

mana

mana prohibitum; affirmatiuam tuetur, relatis ſolis Doctoribus Hiſpanis ad legum regiarum defenſionem Sanchez in ſum. lib. 3. c. 22. Azor vero pluribus in vtramq; partem citatis p. 2. lib. 10. c. 7. q. 11. & p. 3. lib. 6. c. 6. q. 3. negatiuam tenet, cum huiuſmodi leges fiant in fraudem iuriſdictionis eccleſiaſticæ, ne ratione iuramenti, laicorum cauſæ ad eccleſiaſticum forum deferantur, Nec poſſit lex ciuilis de iuramento aliquid ſtatuere. V. Ias. in Auth. Sacramenta puber. C. ſi aduerſus venditorem in ſi.

30 Clauſulæ, quæ de more, & conſuetudine apponi ſolent in contractibus, intelligendæ veniunt, licèt non exprimantur, id enim dicitur actum, quod eſt ſolitum fieri Azor. p. 3. lib. 9. c. 11. de ſociet. q. 1. per l. Quod ſi ſolet ff. de ædilit. edic. & l. Si prius parag. rectè placuit ff. de aqu. plu arcen. Pan. in c. Cum M. de conſt. num. 5. Vide ibi annotantes.

31 Conſenſus in contractibus requiſitus, ſi ſit intrinſecus, i. voluntate partium interueniens, aut de iure naturali gentium non poteſt per Principem ſuppleri: ſecus in his, quæ à mera facultate pendent, vt in alienatione rerum eccleſiaſticarum. Riccius alios referens p. 3. decis. 64. num. 5. Si verò ſit extrinſecus, qui pro ſolemnitate, aut etiam forma iure humano introductus eſt, ſuppleri poteſt. Moneta de commut. vlt. vol. c. 7. num. 315. vbi à num. 318. ad 323. de conſenſu tacito, & expreſſo quid, & quotuplex, & c. 8. num. 675. & ſeqq. notat, quod tacitus conſenſus idē operatur, quod expreſſus, niſi lex, aliauè diſpoſitio requirat expreſſum, vel pro forma.

PACTVM

V. Alienatio. Culpa. Depoſitum Audus: Pœna Societas Venditio:

Est duorum, vel plurium in idem placitum, & conſenſus l. 1. ff. de pactis

1 Pactum eſt duplex, veſtitum, & nudum Veſtitum dicitur ſex modis, Primo re, vt in Commodato, Mutuo, Depoſito, & huiuſmodi. Secundo verbis in ſtipulando. Tertio litteris, vt quando in litteris confitetur ſe recepiſſe aliquid, quod non recepit. Quarto ſolo conſenſu, vt in Societate, Mandato, Venditione, Locatione, &c. in his enim non requiritur ſcriptura, nec præſentia, ſed ſufficit contrahentium conſenſus per ſe, vel per nuntium, aut litteras. Quinto cohærentia contractus, vt ſi vendidi tibi domum cum pacto, vt mihi liceat in ea ad annum commorari. Sexto interuentu rei, vt ſi promiſſi tibi aliquid dare, aut facere, vt faceres, aut dares mihi aliud; ſtatim enim ac promiſſum impleuero, veſtitur pactum ex parte mea Ang. ver. pactum parag 3. Pan. in c. 1. de pact. num. 3. & in c. Si cautio de fid. inſtrum. Septimo iuramento Rom cons. 76. Nudum dicitur primo quando non veſtitur aliquo prædictorum, ſed eſt in puris finibus conuentionis. Secundo quando non continent cauſam; traditio enim rei ſine cauſa nullius eſt efficaciæ Angel. vbi ſupra. Obligat autem pactum nudum ad ſui obſeruantiam ſub mortali, quando exprimitur cauſa aliàs nō, quia præſumitur per errorem promiſiſſe, & ſic allegari non poteſt naturalis obligatio, cum nihil ita ſit conſenſui contrarium ſicut error. Pan. in c. Prudentes de donat. & in c. Si cautio cit. Ex eo tamen oritur ciuilis obligatio, ſi iuramento firmetur Couar. in c. Quamuis pactum p 1. parag. 2. à num 3. & p. 2. parag. 4. num. 15. & ſeq ſi quis tamen promittat donare alicui centum, aut ſi promittat loco pio, obligatur. Nam in pri-

mo liberalitas præſumitur cauſa donandi:in Secundo verò præſumitur ſe obligaſſe fauore piæ cauſæ,ſi tamẽhabuit animũ ſe obligãdi Ang. vbi ſupra parag. 4. Alij tamen vt Silu. ver. pactum q 4. Nau. in man. c. 18. num.16.Sanchez de matrim. lib. 1. diſp. 5. num. 21. docent in foro conſcientiæ, in quo veritas præualet præſumptioni, obligari ex nudo pacto, licet non inferatur cauſa, cum hæc requiratur tantum pro foro exteriori.

2 Per clauſulam generalem Non obſtantibus quibuſq; non tollitur pactum iuratum, Glo in Clem. Dudum de ſepult. ver. pacta Felyn. in c. Conſtitutus de reſcrip. & in c Nonnulli eo. num. 8. Couar. rubr. de teſtam p. 2. num. 9. verſ. Inferrur. Molin. de iuſt. trac. 2. diſp. 153. Glo. in c. Cum non deceat, de elect. in 6. Ang. ver. Statutũ parag.4.Silu. eo. q. 14. v. Pan. in cit.cap. conſtitutus. Nec tollitur conſtitutio Concilij generalis, Roder. de regul. to. 1. q. 8. ar. 10. c. Ex parte de capell. mon. & c. Nonnulli de reſcrip. Mandos in regul. 19. q. 17. num. 12. Nec regula Cancellariæ Gomez. in proemio reg. Cacell. q. 5. Vbi quod nec priuilegia iuri communi inſerta. Nec priuilegia miſerationis, vel pietatis, ſeu alimentorum cauſa conceſſa Nau. de priuil. conſ. 5. num. 7. Nec alia priuilegia c. Cum ordinem de reſcrip. Nec priuilegium, aut lex præcedens habens clauſula m derogatoriam Felyn. in c. Nonnulli de reſcrip. num. 4. Suar. de legib. c. 38. num. 2. Debet enim in his omnibus fieri ſpecialis, & expreſſa mentio, ſaltem per æquipollentia, vt Non obſtante lege in contrarium, etiam ſi de ipſa oporteret fieri mentionem Felin. vbi ſupra num. 6. Pan. in c. Cum inſtantia num. 5. de cenſib. Nec tolluntur ſtatuta particularia iurata, etiam per Papam confirmata, niſi ſimul fiat mentio de iuramento, etiam ſi dicatur, non obſtante tali ſtatuto talis eccleſiæ. Nec particulares ordinationes in beneficij fundatione appoſitæ, etiam per clericos fundantes de bonis eccleſiæ Monet. de commut. vlt. vol. c. 10. num. 260. Vide eundem fuſius diſputantem c. 7 q. 3. Caſſador. ad regul. Cancell. decis 38. Intellige niſi de ipſis nominatim, & expreſſe fiat mentio, Glo. in extrau. Sedes Apoſtolica, de off. deleg. inter com. ver. immutare. Huiuſmodi enim non obſtantiæ tendunt tantum ad tollendum vitium ſurreptionis non ad huiuſmodi iura ſpecialia perimenda, vt ibi. Vide Ex com. Bullæ in ſi & Monetam vbi ſupra c. 5. num. 168; vbi quòd in diſpoſitionibus.& gratijs contra Trid. propria manu Papæ ſignatis non requiritur generalis, aut ſpecialis derogatio, ſed ſufficit clauſula Non obſtantibus. Notat autem Mandos loco cit. illam dici conſtitutionem conciliarem, quando dicitur Ex concilio. Quando verò dicitur, in Concilio, eſſe conſtitutionem Papæ, vt ſunt Clementinæ in concilio Vienenſi, & huiuſmodi.

3 Si conuentum eſt iuxta alicuius arbitrium, illud pactum intelligi debet, ſicut bonus vir arbitrabitur, etiam ſi interueniat pœna, vel iuramentum Io: Andr. in c. Scienti de reg. iur. in 6. relatus à Silu. ver. Arbitor q.7. Quare ſi conuentum eſt v. g. de mercede famuli iuxta Domini arbitrium; taxanda eſt arbitrio boni viri Silu. ver. familia q. 5. Ang. eo in ſi. Nau. in mãn. c. 17. num. 108.

4 Si paciſcaris de ſoluenda certa ſumma pro veriſimili intereſſe, vel periculo, potes iuſte accipere, licet vltro mutuaueris, modò abſit dolus, vel fraus palliandi vſuras, & intereſſe æſtimetur vt res in ſpe, quæ poteſt multis modis impediri Nau. vbi infra num. 211. & de vſur. num. 42. quod ampliat Arag. 22. q. 78. ar. 2. in ſol. ad 4. vers. His ergo, & alijs licet intereſſe non ſequatur V. Vſura num. 16.

5 Pactum non reuocandi donationem ob ingratitudinem donatarij non valet, quia præbet anſam delinquendi. Ias de vſib. feud. num. 19. Silu. donatio 1. q. 20. Ang. eo. parag. 45. Imitat Molin. de contract. diſp. 281. niſi firmetur iuramento quod directè cadat ſuper donationem, vt ſi iuret non reuocare, etiam in caſu ingratitudinis. ſed hoc ego non approbo per c. non eſt obligatorium de reg. iur. in 6. & per multa exempla, quæ ibi congerit Glo. & quia eſt

pactum

pactum turpe, & de re turpi, quod non valet, c. fi. de pact. quod ſcilicet aliquis impunè ingratitudinis vitium committat. V. glo. in c. Quemadmodum, ver. crimine, de iureiur. & in c. Vnusquiſq; 21. q. 4. & eundem Molin. Sibi contrarium diſp. 271. Anchar. in c. fi. de donat. in fi. Suar. de relig. to. 2. lib. 2. c. 17. à num. 14. Sanchez in ſum. lib. 2. c. 18. num. 38. Dolus enim de futuro remitti non poteſt, quia ſic inuitaretur quis ad delinquendum Ias. in l. Si vnus parag. Si illud num. 3. ff. de pact. Marta de clauſul p. 1. cl. 351. cum ibi cit. Dolus autem de præterito remitti poteſt Ias ibid Rota coram Coccino in vna Hiſpalen, diſtribut. 2. maij 1603. Myns inger. Iuſtit. de donat parag. ſciendum eſt Gratian. diſcep. fot. c. 96. num. 36. & ſeqq.

6 Pactum factum Patri à filia dum nuptui traditur, vt dote contenta, nullum habeat regreſſum ad bona paterna, non tenet. l. Pactum C. de collat. Si tamen firmetur iuramento non vi, nec dolo præſtito, ſeruandum eſt, c. 2. de pact. in 6.

Pactum cantra bonos mores etiam iuramento firmatum, non valet, ſi turpitudo verſetur ex parte vtriuſq; ſcilicet iurantis, & recipientis, aut ſaltem iurantis, 22. q. 4. per totam Secus ſi ex parte tantum recipientis, c. Debitores de iureiur. Ang. ver. pactum parag 8. Si tamen ideo eſt contra bonos mores, quia manifeſtam tribuit peccati etiam venialis occaſionem; vel præiudicium affert, facileuè afferre poteſt moribus, quos expedit eſſe in bene inſtituta Repuplica, tunc enim nullum eſt, nec ſeruandum. Et ſi pactum huiuſmodi iure humano irritum, homini fiat, obligat niſi eodem iure irritetur etiam iuramentum. Vbi verò non irritatur iuramentum iure humano neceſſe eſt pactum huiuſmodi eſſe de re mala iure diuino, vel humano prohibita non tantum fieri, ſed etiam executioni mandari Molin. de contract. diſp. 271.

7 Pactum eſt contra ſubſtantiā actus, quod facit illum tranſire de vna ſpeciè in aliam Rota coram Coccino, quam refert Cencius de cenſib, in fi. decis 146. & ſeq.

OBLIGATIO

V. Alienatio. Culpa. Depoſitum. Ludus. Pœna. Societas. Venditio.

1 OBligatio eſt iuris vinculū, quo neceſſitate Aſtringimur ad aliquid dandū, vel faciendū. Inſtit. de oblig. initio.

2 Duplex eſt obligatio. Vna naturalis tantum, quæ oritur ex ipſa rei natura, neque iure poſitiuo impeditur, iure tamen ciuili non fouetur, vt in læſione citra dumidium. Dicitur etiam naturalis obligatio illa, quam Doct. vocant Antidoralem, quæ conſiſtit ſolum in quadam decentia ex gratitudinis virtute, oriturq: ex natura beneficij Molin. de contract. diſp. 308. num. 2. Nau. in man. c. 17. nū. 113. & de redd eccl. q 1. mon. 36. num. 1. & de dat. & promiſ. nū. 11. Altera naturalis, & ciuilis ſimul, quæ & oritur ex ipſa rei natura, & iure ciuili fouetur. Tertiam addit Ang. ver. obligatio parag. 2. quæ dicitur ciuilis tantum, cum quis ciuili iure tantū eſt aſtrictus, ſed naturalis æquitas diſſuadet eū teneri, vt in cōfeſſione facta per inſtrumētū ſub ſpe futuræ numerationis, & hæc non obligat in cōſcientia, niſi cogatur à Prælato.

3 Secunda obligatio oritur primo ex cōtractu. vt emptione &c. Secundo ex quaſi contractu vt cū quis alterius negotia gerit ſine mandato. Tertiò ex maleficio, vt furto. Quarto ex quaſi maleficio, vt cum quis non directè, & doloſè deliquit, fuit tamē in culpa vt aliquod malū accideret. Inſtit. & Ang. v. s.

4 In generali obligatione non veniūt ea, quæ ſi cogitaſſes, non te ſpecialiter obligaſſes c. In generali de reg. iur. in 6. Ang. vbi s. parag. 4. Silu. eo. num. 3. Vt ſi aliquid turpe ſuperueniat c. Quemadmodum de iureiur. Pan. in c. litteras de coniug lepros nū. 2.

5 Si quis negotia tua vtiliter geſſit, illi obligaris, niſi cōtra ſis proteſtatus, l. Quæ vtiliter ff. de neg. geſt. Ias. in l. Rogaſtis parag. ſi à furioſo ff. ſi cert. pet, nū. 1. Init. de oblig quæ ex quaſi cōtr. parag. Igitur. Silu. vbi ſupra nū. 7. Molin. diſp. 503.

6 Obligatur Pater ex filij contractu conuerſo in ipſius Patris vtilitatem, vt ſi mutuò

accepit

accepit pecuniam vt ſe veſtiret ſecundum conuenientiam ſuam Inſt. quod cum eo, parag. Præterea,& ſeqq. Ang. vbi ſupra parag. 13. Silu. q. 6. aut ſi habet peculium filij Inſt. de action. parag. Actiones autem Aret. Inſt. Qui teſt. tutor dari poſ parag. Dari autem num. 4. & in parag. Si filius familias, de oblig. quæ ex quaſi del. Nau. de regul. com. 1. num. 62. aut ſi geſſit negotia Patris ipſo ſciente,& non contradicente, Affl c. cum ibi not. per Vrſill. decis. 3c8. Idem dic de mercatoribus, qui præponunt inſtitores. qui tenentur de contractibus ſuo nomine factis Ang. vbi ſupra, Cum auté Pater tenetur de peculio, prius ex ipſo deducendum quod Patri debetur, parag. Præterea cit.

7 Obligatus v. g. coquere pro familia certo pretio, tenetur, etiam ſi augeatur. Si tamen augmentum eſſet notabile, aut decrementum, mutandum pretium c. Quanio de cenſib. vbi Anchar. & Pan. Ang. ver. familia parag. 8. Silu. eo. q. 3.& ver. locatio q. 12. Armill. ver. familia parag. 8. fuſe Ias. in l. Sugeſtioni C. de verb. ſign. à num. 3.

8 Moroſus debitor tenetur de damno, & lucro ceſſante, & intereſſe Angel. ver. mora parag. 1. & Vſura 1. parag. 15. 16. & 30. Nau. de vſur. conſ. 29. in fi. Molin. de de contract. diſp. 299. num. 6.& ſeq. & diſp. 315. num. 2. & 3. Excipitur Vſurarius, qui tantum tenetur de damno emergente, ſi res illa non ſit lucroſa quæ tranſiuit in eius dominium: acquiſitum enim ex tali re non eſt fructus rei ſed humanæ induſtriæ S. Tho. 2. 2. q. 78. art. 3. Silu. vſura 6. q. 2. V. infra ver. vſura num. 35. Nou eſt autem in mora, quem iuſta cauſa excuſat c. Non eſt in mora de reg. iur. in 6. Silu. ver. mora q. 1. Armill. eo. parag. 2. Tolet. lib. 5. c. 25. reg. 4. licet Molin. diſp. 315. conetur probare non excuſari, eſto abſq, culpa, etiam iuridica ſolutio ſit ommiſſa. Obligatus ex delicto ſemper eſt in mora Ang. ver. furtum parag. 44. Silu. eo. parag. 10. & ver. mora parag. 1.

9 Falſum eſt teneri aliquem ſine pacto ad intereſſe damni emergentis ante moră Couar. 3. ver reſol. c 4 num. 6. in fin. aut ad lucrum ceſſans Molin. diſp 314. num 6. Nau. de vſur. num. 46. fortè enim mutuatarius non accepiſſet cum illo onere, quare imputandum mutuanti, quod de eo expreſſe non cauerit. Immo etiam poſt moram non teneri, niſi à creditore ſaltem extraiudicialiter moneatur, docet Salon. 2. 2. q. 88. art. 2. contr. 8. num. 17.

10 Quoties contrahuntur duo vincula æqualis potentiæ incompaſſibilis, primum præiudicat Secundo Quod ſi ſint diſparis potentiæ incompaſſibilis, fortius repellit minus forte, vt in ſponſal. v. g. Si enim ſponſalia præcedat votum ſimplex caſtitatis, impedit, & dirimit etiam irrita; eſt enim hoc caſu illicitum iuramentum Si verò ſponſalia præcedunt, nec impediuntur, nec dirimuntur Sil. ver. ſponſalia q. 7.& votū 2. q. 17. Glo. in c. Sicut ex litteris de ſponſal. Exemplum 2. ſi iuraui aliquam ducere, poſt modum cum alia contrhaxi de præſenti, tenet enim matrimonium non obſtante iuramento, c Ex litteris cit.

11 Moroſus non liberatur ab obligatione reſtitutionis rei interitu, ſi conſtat vel dubium ſit, an fuiſſet perinde apud dominum peritura Silu. ver mora q. 4. & reſt. 7. q. 5. verſ. 3. Ang. ver. mora in fi. In dubio enim fit interpretatio contra moroſum l. Cum res ff. de lega 1.

12 Obligatus præſtare operas certo tempore, & impeditus, non obligatur pro alio tempore, quia non ſunt eædem operæ, ſed variantur ex tempore l. ſi non fortem ff. de condict. indeb Silu. ver. ieiunium num. 27. & ver. obligatio q. 8. Pan. in c. Significauerunt de iudic, & c. Ex parte num. 2. de obſeru. ieiun.

13 Obligatio non diſſoluitur adueniente termino, ſi terminus appoſitus ſit ad ſolicitandum complementum contractus, vt quando apponitur perfecto contractu: Secus ſi ad limitandam, ſeu finiendam obligationem vbi per promittentem non ſtetit, quin adimpleret in termino, Silu. ver. obligatio q. 11. Ang. eo parag. 7. Pan. in c. ex litteris de ſponſal. num. 1.

14 Minor obligatur naturaliter, & in conſcien-

conſcientia, licèt ſine Curatoris auctoritate contrahat Sanchez alijs cit. de matr. lib. 6. diſp. 38. num. 21. & ſi interueniat iuramentum, obligatur etiam ciuiliter Molin. de contract. diſp. 573. num. 34. Sed datur Reſtitutio in integrum, in primo quidem caſu probata minoritate, in Secundo verò ſi ſit enormiter læſus, & abſolutus à iuramento Riccius p. 2. decis. 264. Afflict. decis. 249. Theſaur. decis. 66. Panor. in c. Cum cauſa de empt. Amittit autem priuilegium reſtitutionis, ſi maior factus ratificauit, aut intra quinquennium non petijt reſtitutionem; aut contraxit obtenta prius ætatis venia Molin. loco citato.

PROMISSIO

V. Contractus. Fideiuſſio. Obligatio. Iuramentum. Pactum Reſtitutio.

1 EST affirmatio vel negatio, qua quis præcedente rogatione ſe aliquid facturum, vel dicturum affirmat, vel negat. Silu. ver. pactum q. 1.

2 Promiſſionum alia eſt mutua, & reciproca, vt in venditione. Alia Simplex vt donatio.

3 Primam vult Sot. de iuſt. lib. 4. q. 1. ar. 1. & lib. 7 q. 2. ar. 1. non obligare in foro conſcientiæ, niſi verbis, aut ſignis ſufficienter exprimatur. Secundam verò obligare, niſi lex humana ob publicum bonum aliter ſtatuerit. Immo probabile eſſe, teneri promittentem ſuam voluntatem, & huiuſmodi ſimplicem promiſſionem patefacere. In primo dicto conueniunt omnes; cum enim ſit mutua requiritur ea, quæ vtriq; parti per exteriora ſigna conſtet. S. Tho. 2. 2. q. 88. ar. 1. & ibi Arag. ar. 3. in ſolut. ad 2. Salon. de dominio q. 5. ar. 1. Garzia de contract. c. 3. Sanchez de matr. lib. 1. diſp. 5. & 6. In Secundo vero dicto communior eſt contra Sot. qnia cum dare, & accipere ſint relatiua, quandiu non eſt qui accipiat, neq; eſt donatio, neq; tranſlatio dominij per actum verò internum nihilhorum præſtatur. Salon. & Garz. vbi ſupra Arag. de dominio dub. 2. Si quis tamen ſtatuat interno actu dare v. g. centum puellæ vt nubat, ſimulq; habeat animum ſe obligandi, in conſcientia tenetur: implicitè namq; huiuſmodi promiſſio facta eſt Deo. Idem de omni alia deliberatione interna facta de aliquo opere pio. Molin. de contract. diſp. 266. num. 8.

4 Promiſſio externa, vel eſt cum iuramento vel eſt Simplex, & hæc vel omnino eſt ſimplex, quæ nec fit ratione alicuius debiti præcedentis, nec ſub conditione vel conuentione, ſed ex mera promittentis liberalitate, & dicitur pactum nudum: vel cum cauſa, quæ fit vel ratione alicuius debiti, vel vt alter aliquid faciat, & item quæ fit eccleſiæ, & locis pijs, in qua Dei obſequium eſt veluti cauſa & debitum.

5 Hæ promiſſiones fieri poſſunt, aut verè animo adimplendi, aut ſine tali animo item vel præſenti, & acceptanti, vel abſenti.

6 Fiunt autem non ſolum per uerba promiſſoria, vt promitto, fidem do, &c. ſed multoties per aſſertoria, vt quando per ea animum habeo me obligandi: vel quando iuxta communem conceptum prudentum, illa verba habent ſenſum promiſſorium, vt cum aliquid à me poſcenti reſpondeo faciam.

7 Vt vero promiſſio ſit valida, & obliget, requiritur, vt ſit vera, deliberata, & voluntaria rei licitæ, poſſibilis, & quam mutatio rerum, vel ſtatus non euertet. S. Tho. 2. 2. q. 100. ar. 5. Nau. in man. c. 18. num. 6.

8 Non obligat promiſſio ante acceptationem S. Tho. & Arag. vbi ſupra Molin. diſp. 263. num. 1. Sot vbi ſupra, Sanchez de matr. lib. 1. diſp. 5. & ſeq. & com. etiam ſi ſit fauore piæ cauſæ: eſt enim acceptatio de natura promiſſionis, vt multis probat Sanchez diſp. 6. num. 16. licet Felin. c. 1. de pact. num. 7. & alij contrarium ſentiant. Ampliat Sanchez multis relatis diſp. 7. num. 24. etiam in promiſſione iurata de non reuocanda, cum iuramentum ſequatur naturam primordialem actus, ſuper quo interponitur,

ponitur, cuiuſmodi eſt donatio facta abſenti. Couar. tamen in c. Quamuis pactum p. 2. parag. 4. num. 11. & 16. Molin. diſp. 263. Et alij multi contrarium docent. Dicitur autem acceptata etiam quæ fit præſenti, & tacenti. quoties n. de tacentis commodo agitur, cenſetur tacens in ſui fauorem conſentire. Glo. in c. Qui tacet de reg. iur. in 6. Sanchez de matr. lib. 1. diſp. 6. num 11. Azor. p. 3. lib. 11. c. 16. q. 2. verſ. quæres. Molin. de contract diſp. 264. & diſp. 274. verſ. In foro autem conſcientiæ Iul. Clar. aſſer. de com. parag. Donatio q. 14. verſ. ſed pone. licèt Roder. in ſũ. p. 2. c. 27. concl. 4. & alij quos refert, & ſequitur Tiraquell. l. Si vnquam ver libertis num. 66. C. de reuoc. donat, velint requiri expreſſam acceptationem.

9 Si promiſſio ſimplex fiat abſenti, ſitq; promiſſario vtilis, reuocari non poteſt, ſi acceptata ſit eius nomine à quouis. Salon de dominio q. 5. ar. 3. quod Couar. rubr. de teſtam p. 3. num. 13. & 1. var. reſ. c. 14. num. 11. & 13. Iul. Clar. parag. Donatio q. 14. Molin. diſp. 264. num. 7. & alij multi concedunt quando acceptatio fit per alium à iure conceſſum. Si verò ſit reciproca, requiritur expreſſa acceptatio promiſſarij ſiue per ſe, ſiue per nuntium, aut per epiſtolam, ſiue per procuratorem ſpeciale mãdatum habentem. Quare liberum eſt promittenti ante acceptationem reuocare; cum ſint contractus oneroſi Sanchez diſp. 6. cit. num. 12. Salon. d. ar. 3 Molin. diſp. 264. num. 10 verſ. Quinto quando. Nunciũ intellige ad id deſtinatum Sanchez vbi ſupra num. 3. & alij relati a Molin. diſp. cit. num. 5. Acceptare autem poſſunt pro alijs ij qui ſub aliorum poteſtate ſunt, eorum reſpectu, ſub quorum ſunt poteſtate, vt mancipium pro Domino, licèt mancipium ſit alterum, poſſeſſum tamen bona fide. Item filius pro Patre, dum eſt ſub patria poteſtate Item Religioſus pro Abbate, & Monaſterio. Item conceſſum eſt Iudici, & Tabellioni, vt perſonæ publicæ, etiam extra iudicium. Item Pater pro filio non verò Mater cum non habeat filios in poteſtate, niſi ſua interſit. Similiter Tutor pro pupillo & curator pro minore: Intellige tamen hos acceptare poſſe promiſſionem, & donationem lucratiuam; ſecus reſpectiuam, & oneroſam. V. Sanchez diſp. 7. à num. 4. Molin diſp. 264. cit.

10 Mortuo promittente ante acceptationem poteſt nihilominus promiſſarius acceptare, quamuis hæredes reuocauerint, cum facultas reuocandi ad eos minime tranſeat, vt docent Couar. 1. var. reſol. c. 14. num. 17. Iul. Clar. parag. Donatio q. 15. Henric. Boich. in c. Propter de donat. num. 4. & 5. quod tamen rectè limitant Sanchez vbi ſupra num. 5. Leſſ. lib. 2. c. 18. num. 46. Capell. Tholoſ. q. 384. modò donans ante mortem nuntium, vel epiſtolam miſerit ad intimandam promiſſionem.

11 Mortuo promiſſario docent Couar. vbi ſupra Sanchez num. 5. & 6. Azor. p. 3. lib. 11. c. 5. q. 3. non poſſe eius hæredes acceptare. Ego tamen cenſeo veriorem eſſe Molinæ ſententiam, qui diſp. 264. num. 12. docet ad hæredes promiſſarij tranſire vtilem actionem ad rem promiſſam, quando per Tabellionem acceptata fuerat viuente promiſſario, aliàs minimè. Idem dic de donatione.

12 Acceptata licèt probari non poſſit, obligat tamen in conſcientia ex virtute fidelitatis, & iuſtitiæ commutatiuæ, & in re graui ſub mortali. Si verò probari poſſit, obligat etiam ex iuſtitia legali Arag. 2. 2. ar. 88. ar. 3. Sot. de iuſt. lib. 7. q. 2 ar. 1. Ban. de dominio diſp. 5. in princ. Salon. vbi ſupra Dicitur autem etiam acceptata, ſi fiat præſenti, & tacenti Sanchez lib. 1. de matr. diſp. 6. num. 11. Si tamen promiſſio ſit gratuita Molin. vbi ſupra num. 6.

13 Promiſſio ficta, ideſt ſine animo ſe obligandi, non obligat S. Tho. 2. 2. q. 88. ar. 1. Nau. c. 12. num. 26. & c. 18. num. 6. & in c. Reuertebatur de pœnit d. 2. num. 1. Pan. in c. litteraturam de vot. num. 3. Sanchez lib diſp. 9. num. 5. Salon. de dominio q. 5. ar 3. verſ. An promiſſio ficta, etiam ſi ſit iurata Sanchez ibid num. 9. Poteſt igitur ex cauſa mutari Roder. in Sum. lib. 2. c. 20. Peccat tamen mortaliter fictè promittens, ſi alicui notabiliter noceat, aut

nocere intendat Nau. num. 6. cit. Vt ſi promiſit puellæ ſe illam ducturum, ſi copiam ſui faceret, & illa conſenſit, nec erat inæqualis conditionis, & tunc tenetur eam ducere, iuxta dicenda ver. reſtitutio c. 11. num. 61: Item ſi res promiſſa erat ex contractu mutuo, aut ex cauſa præcedente, tunc enim tenetur habere animum, ſe obligandi, quem ſi non habeat, tamen obligatur Salon. vbi ſupra Gara. c. 3. num. 4. Silu. ver. pactum q. 4. Ang: eo parag. 4. Sanchez vbi ſupra, & diſp 20.

14 Promittens animo quidem promittendi, ſed non implendi tenetur, hoc enim ipſo quòd promiſit, ſe obligauit, & peccat dupliciter, Primo quia mentitur contrarium loquens, ac habens in mente Secundo quia propoſitum habet non implendi promiſſum, vt tenetur eo ipſo, quod habuit animum promittendi Nauar. c. 12. num. 13. & 27. Molin. diſp. 268. num. 7.

15 Promittens vſuras ſoluere, non tenetur, niſi firmauerit iuramento, c. De bitores de iureiur vbi Glo. Pan. & alij Nau.. c 17. num. 246. Siul. ver. obligatio q 4. & com. Poteſt tamen eo iuramento non obſtante, repetere in iudicio, illeq; cogendus reſtituere, iuxta cit. c. Debitores. vel petere abſolutionem à iuramento, quam dare poteſt Epiſcopus, Silu. iuram. 5. q. 24. vbi habes plura remedia tum ante, tum poſt ſolutionem

16 Promittens aliquid etiam cum iuramento, intelligitur, niſi enormiter lædatur Pan. in c. Quintauallis de iureiur. num. 31. 8: Ant. p. 2. tit 20. c. 6. darag. 7. faciet c. Venies & d. c. Quintauallis, c. In generali de reg. iur. in 6. V. Nau. c. 18. num. 7. Leſſ. lib. 2. c. 27. num. 20.

17 Promiſſio rei notabilis obligat ſub mortali S. Tho. 2. 2. q. 110. ar. 3. ad 5. Aragon. 2. 2. q. 88. ar. 3. Salon. de dominio q. 5: ar. 8. vers. An promiſſio facta præſenti, &c. Garg. v. 3. num. 10. Silu. ver. pactum q. 4. Ang. eo parag. 4. Sot. de iuſt. lib. 7. q: 2. ar. 1. Nau. c. 18. num. 7. Limita ſecundum eoſdem, niſi res ita ſint mutatæ, vt ſi cogitaſſes, non promiſiſſes; intelligitur enim, niſi mutatæ ſint conditiones rerum, & perſonarum: rerum, vt ſi res fiat illicita c: In malis 2. 2 q. 4. aut impoſſibilis c. Nemo ad impoſſibile de reg. iur. in 6; Perſonarum vt ſi inſaniuerit, cui enſem promiſi; ſi fornicetur, quam deſponſaui; ſi factus ſit inimicus, cui aliquid promiſi, aut ſi exhibuit ſigna ingratitudinis; aut ſi res promiſſa facta eſt mihi perniciosa, aut promiſſario inutilis V. Sayr. cla. reg. lib. 4. c. 6. dub. 8. & Sanchez in ſum. lib. 2. c. 2. à num. 20.

18 Qui ſic promiſit, vt ſi ab eo requireretur, vt ſe obligaret ſub mortali id negaret, non tenetur, quia non propriè promiſit Caiet. 2. 2. q. 88. art. 1. dub. 1.

19 Qui dicit faciam, ſed non diceret promitto, cenſendus non eſt ſe obligaſſe ſed tantum facere propoſuiſſe Sot. vbi ſupra. q. 1. ar. 2. Molin. diſp. 262. num. 1. Solum autem propoſitum non obligat, c. Litterarum de voto Caiet. loco cit.

20 Promiſſio extorta vi, aut dolo non obligat, eſt enim inuoluntaria Gara. c. 3. num 6. & ſeq. Nau c. 18. Agzo. 3. lib. 11. c. 16. q. 3. Molin. diſp. 29. Niſi ceſſante vi, aut dolo voluntarie adimpleat promiſſionē, Molin. ibid. aut niſi firmetur iuramento, quod ſeruari poſſit ſine diſpendio ſalutis æternæ c. Verum, & c. Si verò de iureiur S. Tho. 2. 2 q. 89. ar. 7. ad 3. Nau. & alij cit. ſed abſoluit Epiſcopus, iur. cit. Idem de promiſſione facta metu cadente in conſtantem. Azor. q. 3. cit. Molin. vbi ſupra num. 5. & 6. de quo vide infra ver. reſtitutio parag. Quid reſtituendum num. 8. Valet tamen ſi ſit iurata, ſed poteſt repetere in iudicio, quod ſoluit, vel Prælato denunciare, non obſtante, quod iurauit contrarium S. Tho. vbi ſupra Silu. tamen iuram 4. q. 7. & 8. dicit non obligare iuramentum vi, aut metu extortum niſi iurans intendiſſet ſe obligare. Iuramentum vero dolo extortum non obligare, ſi ſit de re illicita, vt potè à iure reprobata, aut ſi non reprobata, dolus tamen eſt tantus, quod excipit mentem iurantis, quia ceſſante dolo non ſe obligaret.

21 Non peccat mortaliter, qui promiſſionem non implet ex cauſa, quæ ſibi videtur rationabilis, niſi proximo notabiliter noceat, aut ſcandalum generet. Caiet. in ſum. ver. perfidia.

22 Promittens aliquid pro facienda re illicita, vt pro fornicatione, opere ſecuto, tenetur implere, niſi ipſa donatio ſit lege prohibita, vt in ſimonia Caiet. 2. 2. q. 32. ar. 7. Couar. in reg. Peccatum p. 2. parag. 2. num. 1. Ban. 2. 2. q. 62. ar. 5. dub 5. Sayr. cla. reg. lib. 10. trac. 5. c. 2. num. 34. Molin. de iuſt. trac. 2. diſp. 94. contra Nau. in man. c. 17. num. 40. & ſeq. V. infra Cui reſtituendum, num. 4. & Azor. p. 3. lib. 11. c. 14 q. vlt. & c. 17. per tot.

23 Ad promiſſionem rei, quam dare illicitum eſt, non teneris, quando ipſa datio eſt peccatum; ſecus ſi peccatum ſit tantum in ipſa promiſſione, vt in promiſſione facta ex prodigalitate, in cuius ad impletione nullum eſt peccatum, immo executio debiti iam contracti Molin. diſp. 271. num. 4. Sanchez de matr. lib. 1. diſp. 14. num. 5.

24 Probabile eſt non tenere promiſſionem etiam iuratam factam nominatim excommunicato, Io: med. de reſt. q. 3. cauſa 4. & alij plures: idq; intellige ſiue excommunicatio præcedat, ſiue ſuperueniat; ſemper enim intelligitur, ſi res in eodem ſtatu permanſerit c. Quemadmodum de iureiur. V. infra Quæ excuſent à reſtitutione num. 18.

25 Promiſſio iurata per falſos Deos, ſi non ſeruetur, an incurratur crimen periurij, vide c. Ecce dico 22. q 5. & c. Mouet. ead. cauſa q. 1. & ibi Aug. Barbos plurimos referentem, & Couar. in c. Quamuis pactum p. 1. parag. 1. num. 7. & ſeq.

26 Promittens factum alienum etiam cum iuramento, de iure communi, & ciuili ſatisfacit procurando vt fiat, Glo. in c. Eleutherius diſt. 91. & in c. Sicut ex litteris, ver. iurantis de ſponſal, & in c. Ex reſcripto ver. in hibentis de iureiur, & ibi Pan. num. 16. & Felin. num. 14. Couar. vbi ſupra p. 2. parag. 5. Item Pan. vol. 1. conſ. 90. & in c. Ex litteris 2. de ſponſal. num 2. & 6. Azor. p. 3. lib. 11. c. 17 q. 12. Si tamen cum promiſit ſciebat ſe implere non poſſe, vel probabilem cauſam non habebat credendi, quod poſſet facere, peccauit mortaliter iurando: in primo enim defuit veritas, in ſecundo iudicium, & ſic eſt periurus Ang. iuram 5. parag. 31. Silu. iuram. 4. q. 18.

27 Poteſt quis promiſſum non implere compenſando, ſi alter non det quod promiſit Molin. diſp. 272. num. 11. etiam ſi promiſſio ſit iurata, ſi ambæ promiſſiones ſint reciprocæ, & mutuæ, vt ſi alter promittat equum, propter quod alter promiſit centum, aut ſi promiſſio ſit conditionalis, vt promiſi ire Romam ſi centum dederis: ſecus ſi obligationes illæ non referantur ad inuicem ſed ad diuerſa Pan. in c. Peruenit 2. de iureiur. num. 2. Angel. iuram. 5. parag. 17. Nau. c. 18. num 7. Leſſ. verò lib. 2. c. 18. num. 75. & Sanchez in ſum. lib. 3. c. 17. num. 16. docent idem dicendum in promiſſione non reciproca, quia hæc iura, & debita ſunt eiuſdem rationis, & ideo datur compenſatio; & promiſſio iurata patitur eaſdem exceptiones, quas non iurata. V. infra. ver; Iuramentum num. 55. Quod ſi alter non ſeruet promiſſum ex aliqua neceſſitate, vt quia non potuit, ſecundum Silu. vbi ſupra q. 13. alter nihilominus tenetur Sed alij verius docent non teneri, quia videtur tacitè ſub illa conditione iuraſſe Pan. in c. Sicut 3. num. 6. de iureiur. Ang. vbi ſupra parag. 18. Sayr. cla. reg. lib. c. 5. num 17.

28 Non omnis materia furti mortalis, eſt ſufficiens materia promiſſionis obligantis ad mortale, Lopez inſtruct. p. 2. c. 30. conc. 3. Vnde infert Sanchez de matr lib. 1. diſp. 5. num. 24. quadruplò maiorem quantitatem requiri in promiſſione, quàm in furto. Limitat Sayr. vbi ſupra lib. 6. c. 6. num: 19. niſi ex defectu adimpletionis alter notabile damnum pateretur.

29 Promiſſio facta ex errore non valet, quia videlicet error fuit in cauſa finali, vt mulier, quæ putans ex errore maritum à pœnis non eximendum, donec eius debita ſoluantur, promittit ſe ſoluturam, aliàs non promiſſura; deficit enim conſenſus Molin. de iuſt. tract. 2. diſp. 209. Sanchez de

de matr. lib. 4. diſp. 9. num. 15. in fi.

30 Promittens aliquid etiam cum iuramento, ſi intendit ſe tantùm obligare ad veniale, non ſeruando peccat ſolum venialiter, etiam in re graui, Sanchez de matr. lib. 1. diſp. 9. num. 5. 6. & 9. Suar. de relig. tract. 6. lib. 4. c. 4. promiſſio enim eſt lex priuata, quam promittens ſibi imponit. Poteſt autem legislator & in re graui obligare tantum ſub veniali. Vide infra Lex num. 12.

31 Qui promiſit ſeruire per annum, ſi ægrotat aliquo tempore, tenetur minuere ſtipendium, non tamen ſupplere. Silu. ver. familia q. 5.

32 Non tenet promiſſio rei indeterminatæ quoad ſpeciem, aut quantitatem vt ſi promiſi animal, vel frumentum, l. Titium, & l. Stipulatus, in principio ff. de verb. oblig. Niſi facta ſit fauore piæ cauſæ Sanchez alios referens lib. 4. Sum. c. 13. num. 4. At Pan. alijs cit. in c. ex parte de cenſib. num. 5. docet de æquitate canonica idem dicendum in omni promiſſione, nec arctandum ad ſolum votum, ſed quantitatem taxandam eſſe arbitrio boni viri. V. Glo. in c. In obſcuris de reg. iur. in 6. In voto tamen ſi ſit de re non plenè determinata vt ſi, quis voueat menſuram tritici, non explicando quam, vel cuius bonitatis, deberi pretioſiorem docent Couar. c. Indicante de teſtam num. 4. Menoch. præſump. lib. 4. præſump. 106. num. 33. Pan. in 6. c. Indicante num. 4. Alij verò vt Ang. Votũ 3. parag. 22. Silu. Votum 2. q. 15. docent deberi minimam menſuram, vel illam, quam vouens tempore voti cogitabat. Et quod debeatur minima docent Dec. Bald. Imol. & Ias. relati à Couar. vbi ſupra.

CVLPA, DOLVS, CASVS

V. Commodatum. Iudicium. Lex. Locatio. Obligatio. Peccatum. Reſtitutio.

1 CVLPA eſt duplex Theologica, & Iuridica. Theologica eſt deuiatio a recta ratione, & lege Dei. Iuridica ſecundum Pan. in c. vn. de commod. eſt deuiatio ab eo, quod eſt bonum, & per hominem diligentem poterat præuideri, & eſt triplex, lata, leuis, & leuiſſima Lata eſt, quã omnes cõmuniter vitant, leuis, quã diligẽtes, leuiſſima, quã diligentiſſimi. Exemplũ primæ, Cõmodaui tibi librũ, dimiſiſti extra domũ in banco, & ſublatus eſt; id enim non feciſſent tuæ profeſſionis homines. Exemplum ſecundæ Si rem commodatam in cubiculo repoſuiſti, ſed oſtium apertum reliquiſti. Exemplum tertiæ Si rem commodatam in cubiculo, & arca repoſuiſti, ſed arcam claue non firmaſti, & ſublata eſt Silu. ver. culpa num. 2. & com.

2 Dolus eſt executio ſolertiæ, ſeu aſtutiæ dicendo faciendo, aut ommittendo aliquid, quo rectè, aut non rectè aliquis decipiatur in aliquo, ſiue ſit in damnum illius, ſiue non & eſt duplex, primus, qui dat cauſam contractui: alius qui non dat cauſam, ſed tantum incidit. Dare cauſam dicitur dolus, quo ceſſante, ac cognita veritate, non fuiſſet factus contractus; ſed renuiſſet alter cõtrahentiũ conſentire; cõſẽtit autẽ, quia illum omnino latet dolus. Incidere verò dicitur, quando licèt dolus defuiſſet, vel fuiſſet cognitus, nihilominus contractus factus fuiſſet. Salon. 2. 2. q. 77. art. 3. contr. 1. Conrad. de contract. q. 54. concl. 1 in fi. & in primo caſu non tenet contractus, ſi ſit bonæ fidei Pan. in c. Cum dilecti, de empt. In Secundo vero caſu, vbi contractus eſt bonæ fidei, agitur ad ſupplementũ vbi prætiũ ſit diminutũ; aut ad reſtitutionem pluris quando prætiũ fuit exceſſiuũ l. Iulianus parag. ſi venditor ff. de act. empt. & vend.

3 Caſus ſecundũ Pan. in c. vn. de commod. Eſt inopinatæ rei euentus, qui præuideri non potuit, vt hoſtium incurſus, naufragium.

4 Quando in aliquo contractu, quis tenetur ſolum de dolo, vt in depoſito, & in commodato facto in gratiam commodantis, acceptio mercedis pro cuſtodia facit vt teneatur de leui c. 2. de loca. Si verò tenetur de leui, vt in locato, acceptio mercedis pro cuſtodia, facit, vt teneatur de leuiſſima, immo, & de culpa eorum quo-

rum opera vtitur, ſi ipſe diligentiam non adhibuit. Si quis tamen locat operas ſuas artes, quæ diligentiſſimam curam requirit, vt in gemma expolienda tenetur de leuiſſima, alias tantum de leui Silu. ver. Cuſtos q. 2. & ver. locatio q. 17. Armill. ver. locatio parag. 22. Angel. eod. parag. 23. Fallit tamen in paſtore, qui cum in curando grege tam multa præſtare teneatur, latum eſt, ſi de leui Molin. diſp. 494. num. 19.

4 Vbi contractus eſt in fauorem alterius tantum, tenetur is de culpa etiam leuiſſima c. vn. de commod. alter verò de dolo. Si verò in fauorem vtriuſque, vterq; tenetur de leui, non de leuiſſima Silu. ver. Commodatum q. 8. Ang. eo parag. 11. Sot. de iuſt. lib. 4. q. 7. ar. 2. Nau. c. 17. num. 179. Excipe Precarium, quod licet in gratiam tantum recipientis, accipiens tamē tenetur de dolo, & lata culpa l. Contractus ff. de reg. iur. & l. Quæſitū ff. de precar.

5 Ingereus ſe tenetur de exacta diligentia; requiſitus de mediocri: quare ille de leuiſſima, hic tantum de lata; Niſi Dominus diligentem fuiſſet quæſiturus; niſi fuiſſet deceptus, eò quod ſe peritum profitebatur, quia tunc tenetur tantum de leui. Si verò quæſijſſet diligētiſſimum, tenetur de leuiſſima Silu. ver. Culpa q. 4. Azor. p. 3. lib. 4. c. 6. q. 2.

6 Inferens damnum non tenetur in conſcientia de leui. Innoc. in c. Sicut dignum de homicid. Silu. ver. Aduocatus q. vlt. & ver. culpa q. 4. in fi. & reſtit. 2. q. 12. & 17. & alij quos refert Couar. in 4. decret. p. 2. c. 6. parag. 8. num. 12. qui tamen docens teneri de leui, dubitat de leuiſſima, maximè vbi natura contractus ex legis diſpoſitione etiam leuiſſimam conſiderat Idem Arag. 2. 2. q. 62. ar. 2.

7 Dolo procurans delictum non poteſt tenere ad ſe pertinentia ex ſtatuto ob illius delictum Pan. in c. Poſtulaſti de conceſſ. præb. & fauet idem textus in fi. Anchar. cōs 408. Silu. ver. culpa p. 8.

8 Communiter nemo tenetur de damno, quod caſu fortuito contingit, niſi in tribus caſibus, primus quando præceſſit culpa; ſecundus poſt morā c. Bona fides de depoſ. tertius cum fit de eo pactum c. vn. de commod. Silu. ver. Caſus fort. q. 2. in ſecundo caſu dicunt Silu ibidem, Ang. eo Nau. c. 17. num. 179. teneri moroſum, niſi res fuiſſet eodem modo apud dominum peritura, quicquid Glo. in 6. c. vn. in contrarium dicat. In tertio caſu Ang. & Silu. affirmant non teneri, ſi caſus eueniant culpa eius, cui res illa erat reſtituenda per l. Cum proponas C. de naut. fœnore.

9 Pactum generale quod quis teneatur de omni caſu, non intelligitur de caſu fortuito, facit c. In generali de reg. iur. in 6. Quod ſi in ſpecie renunciauit aliquibus caſibus; & ſecuta fuit clauſula generalis de omnibus alijs; tunc ſub illa clauſula generali veniunt caſus ſimiles expreſſis, non maiores. Clem. non poteſt de procur. Silu. & Ang. vbi ſupra Molin. de contrac. diſp. 495. vers. quintus euentus Pan. in c. vn. de commod num. 18. & hoc in odioſis, vt ibi. Rota coram Buratto decis 359. aſſerens de com. qui omnes id concedunt etiam vbi illa generali renunciatio eſt iuramento firmata. V. Infra ver. interpretatio, num. 16. & Azor. p. 2. lib. 8. c. 12. qui & p. 3. lib. 6. c. 8. q.

10 Mandans tenetur mādatario de omni damno ex caſu fortuito, qui veriſimilit er cogitari potuit Pan. in c. Sicut de iureiur. Molin. diſp. 549. Azor. p. 3. lib. 4. c. 10. q. 2. vers. quid verò. Niſi mandatarius feciſſet ob ſtipendium, aut ex pietate, aut ratione parentelæ, aut alicuius debiti præcedentis Ang. ver. mandatum parag. 5. Silu. eo q. 6. aut niſi mandatarius exceſſiſſet fines mandati, cum in eius poteſtate eſſet ſeruare: vt ſi mandauit percutere ligno, & ipſe enſe percuſſit Azor. vbi ſupra q. 4. & lib. 2. c. 8. not. 5.

11 Perdens pecuniam mutuatam caſu fortuito tenetur, quia in ipſum erat tranſlatum dominium, res autem ſuo domino perit. Silu. ver. commodatum q. 10. Ang. ver. mutuum parag. 1.

12 Officiales à ſuperioribus electi, qui nec ſe ipſos locauerunt, nec officium quæſierunt, nec operam ſuam ſub aliqu mer-

cede

ſede promiſerunt; aut etiam ipſi aſſumunt ex mera liberalitate, & pietate, facturi quod potuerant, tenentur tantum de dolo, & lata culpa & graui. Reliqui verò, qui ſtipendia accipiunt, & ſe ipſos locant, tenentur de leui Sayr. cla reg. lib. 10. tract. 2. c. 14. num. 6. Et qui officium quæſiuit, vt Iudex, & huiuſmodi, vbi alius diligentior fuiſſet, tenetur de leui Ang. ver. culpa parag. 5.

13 Qui ex munere & officio ſuo aliquid facit in gratiam alterius, tenetur de dolo, & lata culpa, non autem de leui, niſi adeſſet alius diligentior, iſq; cauta fuit, ne ille eligeretur, tunc enim tenetur de leui. Si verò faciat mercede conductus, tenetur de leui tantum. Si tamen profitetur ſe valdè peritum, vt propterea cliens deceptus peritiorem non adijt, tenetur de leuiſſima Silu. & Ang. ver. culpa parag. 5. Azor. p. 3. lib. 4. c. 6. q. 8.

14 Caſus fortuiti qui ſint, & quomodo differant a caſu improuiſo V. Corſett. ad Indic. Pan. ver. Caſus.

De dolo fusè Molin. de cõtract diſp. 352.

POENA

V. Ignorantia. Interpretatio. Lex. Excom.

1 POENA eſt id quod pro culpa infertur. vel Eſt quæ punit, & vindicat quod quiſque cõmiſit Silu. ver. pœna nũ. 1.

2 Pœna impoſita ipſo iure, vel facto non incurritur ante condemnationẽ S. Tho. 2. 2. q. 62. ar. 3. Sot. de iuſt. lib. 1. q. 6. ar. 4. Salon. ar. 3. cit. contr. 1. concl. 3. Silu. vbi ſupra q. 15. Ang. eo parag. 3. Nau. in man c. 23. num. 66. & ſeqq. Adde, etiam poſt ſententiam criminis declaratoriam, quod ſit commiſſum crimen: immo vbi lex dicat non requiri ſententiam, aut declarationem, ſatisfacit enim reus, ſi Iudici exequenti obediat non reſiſtendo Ang. ver. Aſſaſſinus parag. vlt. Couar. in 4. decretal. p. 2. c. 6. parag. 8. num. 10. verſ. ſecundo infertur contra Silu. ver. aſſaſſinus in fi. Fallit primo ſi Iudex ipſum condemnaret ad ſoluendum, ſeu aliquid agendum citra corporalem læſionem, Sot. vbi ſupra concl. 5 Fallit ſecundo in ſententia excommunicationis, ſuſpenſionis, interdicti, irregularitatis priuationis vocis actiuæ, & paſſiuæ, huiuſmodi enim pœnæ ſecum trahunt executionem Caiet. in ſum. ver. pœna. De cenſuris concedit Molin. de iuſt. tract. 2. diſp. 96. De inhabilitate verò ad officia, & beneficia, & priuatione vocis actiuæ, &c. negat, niſi lex dicat, ſoluendam eſſe pœnam in foro conſcientiæ De quo vide Sanchez in ſum. lib. 2. c. 39. num. 32. & lib. 6. c. 15. num. 10. 66. & ſeq. vbi docet omnino requiri ſententiam. Fallit tertio in bonis, quorum delinquens non eſt dominus, & pœna in mera priuatione conſiſtit, vt in legato relicto vxori, vt caſtè viuat; in Clerico curato non reſidente, aut non recitante officium Caiet. vbi ſupra. V. Reginald. lib. 13. ſect. 3 & 4.

3 Probabile ac iuri antiquo conſentaneum eſt, nullum crimen ſubijci pœnæ eccleſiaſticæ niſi de illo planè conſtet, ſaltem cum non poteſt legitimè probari, vt cum vnus ſcit, immo, & cum ſunt pauci teſtes, & res non eſt ad iudicium adducta; Sed nunc vſus repugnat Caſtr. de lege poen. lib. 2. c. 15. concl. 3. & conſtat ex Trid. ſeſſ. 14. c. 7. de reform.

4 Nemo tenetur ad pœnã conuẽtionalẽ, niſi petatur; præſumitur enim nolle pœnã recipere non petendo Couar. vbi ſupra nũ. 11. Nau. c. 23. nũ. 67. Azor. p. 1. lib. 5. c. 8. q. 7.

5 Qui non eſt in culpa non tenetur ſoluere pœnam appoſitam non ſoluenti tempore conuento, Silu. vſura 1. q. 28. verſ. ſciendum tertio. Ang. eo num. 31. Reginald. lib. 25. num. 230. Garz. de contract. c. 12. num. 7. Idem in ſoluente parte debiti, quia non tenetur ad totam pœnam, ſaltem quando obligatio eſt diuidua Silu. ver. pœna q. 19. Nau. c. 17. num. 15. V. Conrad. de contrac. q. 32. concl. 3. & clarius concl. 5. & 11.

6 Non tenetur quis ad pœnam ſtatuti excludentis à Collegio, vel municipio antequam iubeatur abire Nau. c. 23. num. 63. Molin. vbi ſupra Azor. p. 1. lib. 5. c. 8 q. 3. Alij tamen vt Sot. de iuſt. lib. 5. q. 6. ar. 4. in reſp. ad 4. Salon. vbi ſupra verſ. an lex

pœna-

pœnalis, docent teneri, quia non eſt pœna, ſed conditio, ſub qua inſtitutor collegij inſtituit. Prima tamen opinio mitior, & iuri communi magis conſentana Azor. vbi ſupra

7 Pœna impoſita præſumenti requirit dolum Nau. de reb. eccl. non al. cons. vlt. & de ſepult. conſ. 10. & de dat. & promis. num. 38.

8 Mutuans poteſt recipere à moroſo debitore præter lucrum ceſſans, & damnum emergens, etiam pœnam conuentionalem moderatam; id enim non ex mutuo prouenit, ſed ex mora debitoris. Cui inſum. ver. Vſura exterior in fi. Silu. vſura 1. q. 28. & ver. pœna q. 15. vers. 7. Nau c. 17. num. 212. Ang. ver. pœna parag 12. Garz. de contract. c. 12. num. 5. Niſi ſit in fraudem vſurarum Silu. & Ang. loc. cit. Pan. in c. Dilecti de arbitr. num. 4. & ſeq. Si tamen moroſus non ſit in culpa, non poteſt ab eo exigi huiuſmodi pœna. Eſt autem in culpa, qui bona ſua dilapidando efficitur non ſoluendo Molin. de contract. diſp 117. num. 5. V. ſupra ver. obligatio num 8.

9 Inhabilis ob crimen ad officia, aut beneficia, non eſt ipſo iure priuatus obtentis, ſed eſt priuandus, & inhabilis ad obtinenda Nau. c. 17. num. 151.

10 Pœna impoſita facienti aliquid non ligat, niſi ſecuto effectu Pan. in c. 1. de eo qui mitt. in poſſ. caus. rei ſer. num. 13. quare non ligat conantem facere c. Hæc verba de pœnit. d. 1. Nec mandantem, auxiliantem, fauentem, conſulentem Nau. in c. Si quis non dicam de pœnit. d. 1. num. 17. & in man. c. 27. num. 51 & de ſent. exc. cons. 19. & 20. V. Glo. in c. fi. de ſponſal. ver. conatus. Ang. ver. pœna parag. 6. fusè Anchar in c. 1. de homic. in 6. V. ver. lex num. 37.

11 Careat ſignificat latam ſententiam Gemin. in c. 1. de cler. coniug. in 6. Ammittat non ſignificat ipſo iure. Couar. in c. Si hæredes, de teſtam num. 8 Non valeat eſt latæ ſententiæ, ſi ponatur propter omiſſam ſolemnitatem, quæ in ipſo actu interuenire debet Felin. in c. Rodulphus, de reſcrip. num. 24. Caſtro de leg. pœn. cap. 7.

12 Subiaceat excommunicationi ſignificat ipſo iure Pan. in c. licet de vitãda; num. 7. de elect. & in c. Clericis num. 14. ne cler. vel mon. dicens ſic tenere communiter. Doct. Idem Significat, Noueris ſe ſuſpenſum, excommunicatum. Idem in c. Si quorundam num. 7. de Solut.

13 An pœna extendatur extra territorium ſtatuentis? Pan. in c. Poſtulaſti de for. comp. citato Bart. in l. cunctos populos C. de ſum. Trin. dicit quod aut pœna reſpicit perſonam; & hoc tripliciter, aut diminuendo eius ſtatum ſicut infamia, excommunicatio, interdictum. & huiuſmodi, & ſic extenditur, cum ſit affectiua perſonæ, & ipſam ſequatur, ſicut lepra leproſum. Quare infert quod ſemel condemnatus, licet effugiat, remanet nihilominus ſeruus pœnæ, vbicunque fuerit, & idem non poteſt teſtamentum facere, nec contrahere, & huiuſmodi. Aut interdicendo certum locum, aut ne moretur in tali loco, & ſic extenditur tantum per quandam conſequentiam, quia ſcilicet detentus in loco habitationis, videtur etiam interdictus ei locus originis, licet ſit extra territorium. Non poteſt tamen Ciuitas imponere ſuo ciui, vt moretur in tali loco non ſubdito, aut ne eat ad aliquem locum ſtatuenti non ſubditum, ſi ſit in pœnam eius, contra quem fertur ſententia. Si tamen ſtatuatur, ne ſubditi eant ad talem locum non ſubditum; vel propter commoditatem Ciuitatis, vel propter odium eorum, ad quos iret, valet. Aut interdicendo certam artem, & ſic non porrigitur Aut ſententia reſpicit bona, quia videlicet publicat, & tunc, ſi ſit de iure communi, porrigitur ad bona extra territorium ſita, & remanent ibi tamq; vacantia, & occupabuntur per Iudicem illius territorij. Si verò ſit de iure ſpeciali, vel municipali, non porrigitur.

VLN-

VENDITIO, EMPTIO

V. Furtum. Officium. Reſtitutio. Vſura.

1 VEnditio eſt contractus, quo dominium transfertur per traditionẽ ipſius domini, pro ipſo ſoluto pretio Silu. ver. emptio, initio

2 Doctiores licitè carius vendunt operas ſuas, eſt enim ſcientia non gratis data ſed multo labore acquiſita Arag. 2. 2. q. 100. ar. 1. Sot. de iuſt. lib. 9. q. 5. ar. 1.

3 Officia ſecularia ſunt venalia ſpeculatiuè; practicè verò abhominabile eſt Secundum Caiet. in ſum. ver. officia venalia Sot. vbi ſupra lib. 6. q. 6. ar. 4. Pan. in c. 1. & 2. ne Præl. uic. ſuas ſecundum alios licita eſt huiuſmodi venditio, modò non vendantur perſonis, de quibus probabiliter dubitari poſſit, quòd malè vtentur, & prætium non ſit exceſſiuum, ſic Nau. c. 25 num. 7. Garz. de contract. c. 18. Silu. verò dominium q. 4. verſ. 2. Azor. alios referens p. 3. lib. 8. c. 7. q. 1. Secundum Arag. 2. 2. q. 63. ar. 2. dub. vlt. licita eſt ſi ex iuſta, & rationabili cauſa fiat, & quinq; concurrant, primo quòd non vendantur niſi in magna neceſſitate Reipublicæ Secundo quod non vendantur iudicaturæ, ſed alia officia inferiora, quibus non tam pendet adminiſtratio, quam executio iuſtitiæ. Tertio quod contrahatur poteſtas huiusmodi officialium inferiorum, taxenturq; moderata Stipendia. Quarto quod non vendantur exceſſiuo pretio, ne emptor pro recuperãdo pretio populum deprædari cogatur. quod etiam docent Silu. & Nau. vbi ſupra. Quinto quod non vendandantur minus dignis, quàm par eſt, aut quã eligendi eſſent, ſi citra venditionem fieret. Secundum alios, licet vendi poſſint non tamen expedit s. Tho. opuſc. 1. ad Duciſſam Brabantiæ, Silu. vbi ſupra Cordub. in ſum. q. 117. vbi plures refert. Certè inferiores, niſi de conſenſu Regis, aut ex præſcripta conſuetudine, vendere non poſſunt: Nec qui à Rege emerunt in alterum transferre ſine ipſius Regis licentia. Arag. & Nau. vbi ſupra.

4 Chriſtianus bello captus emi non poteſt Silu. verbo emptio q. 4. Garz. c. 17. num 2.

5. Licitum eſt emere pretio communiter currente, licèt res ob aliquod extraordinarium plus valeat, vt faſcem herbarũ à ruſtico, licet ſcias ibi eſſe herbam medicinalem multi pretij; aut agrum, in quo ſcias eſſe auri venam: Nam alioqui etiam pharmacopola teneretur reſtituere, ſi huiuſmodi herbas colligeret in agro animalium paſtui deputato Molin. de contrac. diſp. 353. num. 13. Garz. c. 15. num. 2 Eſt. enim is valor rei accidentarius, & contingens V. P. Nau. de reſt. lib. 3. c. 2. num. 61. & ſeq. Azor. p. 3. lib 8. c. 24. q. 2. Nec tenetur manifeſtare virtutem rei, quam ipſe ſolus peculiariter ex ſingulari ſua peritia nouit Salon. 2. 2. q. 77. ar. 3. contr. num. 3.

6 Cũ venditur res quotidie fructificans, vt domus, cenſum, &c. ſi nihil eſt expreſsè conuentum, fructus pro rata diuidendi, nempe vſq; ad tempus rei traditæ ſunt venditoris, reliqui verò emptoris, ſecus eſt in vinea. omnes enim nondum collecti ſunt emptoris Couar 1. var reſol. c. 15. num 3. Molin. diſp. 398. idem affirmantes ex plurimorum Doct. ſententia de penſioue, quam pro his ſoluit conductor Azor. p. 3. lib. 8. c. 19. q. 4. licet penſio iam eſſet ſoluta, aut dies ſolutionis iam aduenisſet, nam tunc tenetur venditor emptori ad penſionem pro rata V. Francum decis. 79.

7 Obtinens priuilegium, vt ſolus vendat certi generis merces cum populi damno, pecat mort. nec poteſt eo vti Nau. c. 23. num 92. Garz. c. 13. num. 5 Sot. de iuſt. lib. 6. q. 2. art. 3. Conrad de contrac. q. 51. circa fi. Leſſ. lib. 2. c. 21. num. 148: & ſeq. Nec poteſt Princeps, aut Magiſtratus huiusmodi prinilegia concedere in rebus victui humano neceſſarijs Salon 2. 2. q. de monopol. num. 3. niſi neceſſitas Reip. & boni communis aliud poſtulet, vt quia deſunt victui neceſſara, nec eſt qui curet illa aliunde aſportare, tunc enim iuſte obtineri poteſt Ibid. & tunc ſtatuendum eſt à Principe,

cipe, vel Repub. pretium, ne grauentur ementes Nau. vbi ſupra Roder. in ſum. lib. 2. c. 82. num. 1.

8 Si quid emiſti minoris iuſto pretio ſatisfacis reſtituendo defectum pretij: fructus autem non teneris reſtituere; niſi pro rata pretij non ſoluti Molin. diſp. 349. num. 10. Melius tamen Silu. vſura 2. q. 15. verſ. 4. docet teneri tantum de reſiduo, quia ſi contractus tenet, res eſt ſua, & conſequenter omnes rei fructus: Adde, niſi venditor aliquod inde damnum paſſus ſit.

9 Vendens cum probabili periculo perdendi rem ipſam, aut pretium, vt quia debitor pauper fugitiuus, & periculoſus eſt, licitè poteſt pro eo tāto amplius accipere, quātum á prudente æſtimatur. Nec illicitum, quod poſtea debitū in tempore ſoluat; recipitur enim auctarium pro dubietate, & periculo, quod re vera paſſus eſt creditor. Arag. 2. 2. q. 77. ar. 4. verſ. Circa tertiam verò cauſam. Silu. vſura 1. q. 3. 4. & vſura 7. q. 6. Valent. to. 3. diſp. 5. q. 20. p. 2 concl. 4. Idem dicendum ratione expenſarum, laboris, & anxietatis in recuperando pretio docent Arag. vbi ſupra verſ. circa quartam, & verſ. ex dictis omnibus, &c. Io: med C. de reſt. q. 38. cauſa 3. & 4. Valent. & Silu. loc. cit licet Sot. de iuſt. lib. 6 q. 4. ar. 1. concedat tantum ratione periculi, & expenſarum in eo, qui iniuſtè, ac inuoluntariè damnum patitur, non in eo, qui voluntariè ſe ſe offert. & Nau. c. 23. num. 81. Azor. p. 3. lib. 8. c. 8. q. 7. abſolutè negent concluſionem. Salon. verò 2. 2. q. 78. art. 2. cont. 20 concedit, vbi debitor fideiuſſorem, aut pignus non habet, quo debitorem ſecurum reddat.

10 Mercator non inueniens iuſtum rei pretium ex aliorum culpa, vt quia adſunt multi fraudolenter pretium commune minorantes, poteſt dilata ſolutione carius vēdere, non tamen plus iuſto, vt ſe indemnē ſeruet Silu: vſura 2. q. 1. & Valent. vbi ſupra p. 4. concl. 5. docet poſſe venditorem eo caſu minuere menſuram, dareq; emptori v. g. tantum tritici, quantum iuſte meretur pretium quod ille dat.

11 Poteſt ad tempus vendi carius, quod ita communiter, & frequentius ſolet vendi Couar. 2. var. res c. 3. num. 6. Licet etiam vilius emere, quæ niſi anticipata ſolutione emi non poſſunt, v. g. merces maritimæ, que nequeunt niſi in tanta copia traduci, quanta ſimul præſenti pecunia vendi non poteſt Sot. de iuſt. lib. 6. q. 4. ar. 1. Adde, Et quando non ſolet communiter aliter vendi Cord. in ſum. q. 85. V. Arag. 2. 2. q. 77. ar. 4.

12 Si vendas quæ non eras ſeruaturus, non potes creditò vendere pretio currente tempore ſolutionis c. Nauiganti, de vſur. Io. med. de reſt. q. 3. cauſa 5. Sot. vbi ſupra ar. 2. Molin. de contract. diſp. 355. num. 7. Arag vbi ſupra, verſ. c. quintam Addunt, & rectè Nau. c. 17. num 219 Couar. v. l. ſi credas tempore ſolutionis plus eſſe valituram: ſecus ſi dubium ſit. an plus, an minus: & modo nō auferas debitori facultatē ſe liberandi quādo voluerit Ang. vſura 1. parag 36. Caiet verò 22. q. 78. ar. 2. ad 7. & multi recentiores Thomiſtæ præcipuè Vict. relect. in 6. ar. 2. dicunt poſſe vendi pretio currente tempore ſolutionis, quòd tunc dicatur perfecta venditio. Quam ſententiam licèt probabilem dicat Sot. vbi ſupra, contra eam tamen diſputant Arag. vbi ſupra, & Salon. ibid contr. 22. Rebell. p. 2, lib. 9. q. 12. num 4 Si autem vendas quæ eras ſeruaturus, deducendæ expenſæ ac labores in mercibus conſeruandis, pericula, quibus forte ſunt expoſitæ Vict. med. Silu. Arag. Salon. vbi ſupra, & contr. 25.

13 Iuſtum pretium rei venditæ ſub haſta eſt, quod non excedit dimidium iuſti pretij in plus, aut minus Garz. c. 21. concl. 2. Cord. in ſum. q. 8. Roder. in ſum. lib. 1. c. 78 & quod pro illa ceſſante fraude repertum fuerit Arag. q. 77 cit. art. 1. verſ. tertio aduertendum Nau. c. 23. num. 79. & ſeq. Sot. lib. 6. q. 2. art. 3. Azor. p. 3. lib. 8. c. 16. Molin. de contract. diſp. 349. P. Nau. lib. 3. c. 2. num. 34. & ſeq. An autem detur minori, fiſco, & Eccleſiaſticæ reſtitutio in integrum contra huiuſmodi venditionem, quando læſio eſt vltra, vel citra dimidium iuſti pretij, vide notata per Vrſillum ad Afflic. decis 40. Venditores,

quorum

auctoritate bona venduntur, poſſunt alium ſupponere, qui prætium offerat, ne res minoris vendantur, quàm valeant, ſi bona fide credant minoris emptum iri Azor. vbi ſupra q. 3.

14 Licet anticipata ſolutione minoris emere, quando veriſimiliter dubium eſt, an tempore traditionis ſit plus, minuſuè valitura Silu. vſura. 2. q. 2. Ang. eo. parag. 33. perc. In ciuitate, & c. Nauigantı de vſur. Sot. vbi ſupra Arag. ar. 1. cit. verſ. circa quintam. Et ſi tempore traditionis creſcat, aut decreſcat valor, non ideo variandum in pretio Molin. diſp. 398.

15 Extorquenti venditionem licet tantò carius vendere quantum eſt damnum, quod illi dat Nau. c. 23. num. 83. Arag. vbi ſupra, verſ. his non obſtantibus arg. vlt. Silu. ver. emptio q. 6. & 7. Admonet tamen Sot. de iuſt. lib. 6. q. 3. art. 1. concl 3. monendū eſſe emptorem, an velit ea lege emere, alioqui iniuſtitiam committi V. Molin. diſp. 348. num. 5.

16 Poteſt vilius emere, qui emit in gratiam venditoris Silu. q. 7. cit. Caiet. 2. 2. q. 77. art. 1. verſ. quoad Secundum Sot. vbi ſupra Nau. 6 num. 83.

17 Vendens non tenetur vitium rei manifeſtum prodere, præſumitur enim emptor ſciens emere S. Tho. 2. 2. q. 77. ar. 3. Nau. c. 23. num. 89. & com. etiam ſi emptor non aduertit, modo res illa non ſit prorſus inutilis emptori, Sot. vbi ſupra ar. 2. concl. 6. cuius contrarium docent Arag. vbi ſupra ar. 3. Valent. to 3. diſp. 5. q. 20. p. 4. concl. 3. Conrad. de contract. q. 54. concl. 2. quando emens ignorantia inuincibili laborat. Occultum non tenetur prodere; ſi emptor nullum inde patitur damnum Sot. ar. 2. cit concl. 5. tenetur tamen minuere de pretio quantum valet defectus. S. Tho. vbi ſupra Silu. ver. emptio q. 10. Nau. vbi ſupra, ut ſi uendat uinum limphatum; quia purum, cum ſit fumoſum, uendi non poteſt, aut alias res ſophiſticatas, ut ſe ſeruet indemnem, quia pura non inuenimus emptorem S. Ant. p. 2. tit. 1. c. 4. in fi. Conrad. ubi ſupra Coroll. 3. ſecus ſi emptor emeret uinum cauſa medicinæ uel alterius rei; nam talis defectus directè aduerſatur intentioni emptoris Valent. vbi ſupra concl. 5. Idem dicendum, cum emptor eſt vinum ſeruaturus. & non ſtatim bibiturus, quia limphatum difficilè ſeruatur. Vbi autem nullum eſt damnum, licet quærenti de vitio, mentiatur, non videtur perniciosum Sot. vbi ſupra concl. 6. in reſpons. ad arg. Niſi res illa ſit ementi inutilis Salon. 2. 2. q. 77. art. 3. contr. 1. num. 20. aut niſi emptor in particulari quærat de tali vitio, aliàs non empturus num. 19. Tenetur tamen poſt ea per ſe, vel alium monere de uitio; ne poſtea alij uendendo tamquem non uitioſam, illum damnificet Caiet. ubi ſupra art. 3. Garz. c. 14. num. 5. Sot. ubi ſupra Salon. 2. 2. q. 77. art. 3. quòd ſi res illa inutilis ſit ad finem, quem uult emptor, tenetur illum monere aliàs peccat mort. Arag. ubi ſupra uerſ. Infero 3. Nau c. 23. num. 89. Toler. de ſeptem pecc. mort. c. 49 Garz. ubi ſupra num. 12. Conrad, q. 54. cit.

18 Si uenditor ignorans rei defectum, eam bona fide uendit ut ſanam, cognito uitio, tenetur ad petitionem emptoris uel contractum reſcindere, uel eum ad æqualitatem reducere; optio autem datur uenditori, niſi defectus talis eſſet, quod emptor illum ſciens nullo modo emeret, tunc enim optio erit ementis Io: Med. de reſt q. 34. concl. 4. Salon. vbi ſupra contr. 1. num. 14. Arag. ibid concl. 5. Idem in omni venditione, in qua ſit læſio vltra, vel citra dimidium iuſti pretij; quo caſu ſi deceptio ſit citra dimidium: optio erit emptoris uel reſcindere contractum, vel æquare pretium. Si verò ſit vltra dimidium, optio erit vendentis Silu. ver. emptio num. 9. Molin. diſp. 349. Si tamen dolus ex parte lædentis interuenit, optio erit læſi Molin. loco cit. & diſp. 352. num. 14. contra Silu. ver. culpa q. 7. & Ang. ver. dolus num. 9.

19 Eſt autem deceptio vltra dimidium quando venditur vltra dimidium ſupra iuſtum vt ſi rem valentem decem pretio rigoroſo, vendans ſexdecim. Citra verò dimidiū,

quando rem valentem decem, vendis pro quatuor. Molin. & Silu. loco cit. Reginald. lib. 25. num. 188. & com. In foro tamen conſcientiæ tenetur lædens ad iuſtū pretium, licet deceptio ſit citra dimidium. Doct. cit S. Thom 2.2. q. 77. art. 1.

20 Illicitum eſt emere quod probabiliter dubitatur eſſe alienum. Furtum enim committit, rem alienam inuito domino contrectando. Silu. reſt. 3. q. 7. Nau. c. 17. num. 84. B med. in ſum. lib. 1. c. 15. parag. 20. Garz. c. 17. num. 4. Dubitare autem debet emptor rem heſſe alienam, quando rumor eſt aut vehemens ſuſpicio vendentem multa vendere furto ablata. quo caſu emptor non dicitur bonæ fidei poſſeſſor: ſed præter peccatum, tenetur debitam adhibere diligentiam; quæ ſi nulla poſſibilis occurrat, perſeueretq; dubium, tenetur reſtituere pro quantitate dubij vel illi, quem dubitat dominum, vel eo ignoto pauperibus Molin. tract. 2. diſp. 35. concl. 2. in fi. & vers. tota hæc concluſio. Sanchez de matr. lib. 2. diſp. 41. num. 25. vbi præterea docet, ementem mala fide, credendo rem eſſe furtiuam, ſi adhibita diligentia adhuc adſit iuſta dubitandi ratio, teneri tantum reſtituere pro quantitate dubij vel domino, vel pauperibus, & nū. 28. cum Molin. diſp. 36 concl. 1. & 3. docet ementem cum dubia fide ab eo, qui iuſtè poſſidet, non peccare, nec teneri reſtituere, ſi adhibita diligentia non inueniat rem illam eſſe alienam: ſecus ſi à fure, aut alio, qui mala fide poſſidet.

21 Venditor dubitans rem eſſe furtiuam, debet id emptori manifeſtare, nam alioquin damnum illi inferret, exponendo periculo rem illam amittendi. Io. med. de reſt. q. 10. & 34. Couar. in reg. Peccatum initio num. 4 & alij

22 Poteſt fieri pactum, vt in reuenditione detur maius pretium, ſi res tunc plus valebit. Immo poteſt à principio fieri pactum de certo incremento, ſi res exiſtimatur tunc plus, minuſuè valitura Couar. 3. r. res. c. 9. num. 3. Io: Med. de vſur. q. vlt. Molin. de contract. diſp. 316. contra Conrad. de contract. q. 84. concl 4. Roder. in ſum. lib. 2. c. 25. & Nau. c. 17. num. 242. de quo vide Azor. p. 3. lib. 8. c. 12. Admonet tamen Medin, quod ſi in primo contractu, propter pactum de retrouendendo, aliquid imminutum ſit de pretio alioqui iuſto, in redemptione non petatur, niſi quantum res ſperatur plus, minuſuè valitura ſupra pretium quo res eadem in prima venditione ſine pacto de retrouendendo venderetur. Et ſi venditio fiat contra voluntatem venditoris, ſed rogatu emptoris, poteſt fieri eodem met pretio, ac ſi abſolutè ſine pacto reuenditionis fieret. Roder. vbi ſupra concl. 3. At Garz. c. 20. num. 6. docet redimendum omnino eſſe pretio, quo res valebat tempore redemptionis; quia fieri poteſt, vt eo tempore ſit res deteriorata, vel meliorata: quare iniquum eſſet eodem pretio redimere deterioratam, cum minus valeat, aut melioratam, cum pluris; deterioratur enim vel melioratur res ſuo domino; & conſentit Reginald lib. 25. num. 295. ſi res ſit meliorata induſtria emptoris, aut ipſius negligentia deteriorata; ſecus ſi id accidat curſu vel lapſu temporis. Azor. p. 3. lib. 8. c. 12. q 4 concedit etiam quando res fortuitò melioratur, &c. id tamen non accidiſſet apud venditorem.

23 In venditione licitum eſt pactum, quod poſſit redimi ex vtraque parte; ſunt enim ibi paria contrahentium iura. Couar. vbi ſupra Res tamen vendita cum pacto redimendi ad voluntatem emptoris pluris valet. Fructus autem percepti interim dum non redimitur, non computantur in ſortem, percepit enim illos ex re ſua Molin. diſput. 377. num. 8. Couar. vbi ſupra Medin. de vſur. q. vlt. quicquid Pan. in c. Illo vos de pignor in fi. & Sot. de iuſt. lib. 6. q. 5. ar. 3. in contrarium dicant. Monent tamen & rectè. Molin. Couar. & Med. diſſuadendos huiuſmodi contractus propter ſuſpicionem vſurarum; quamuis verè liciti ſint, ſi pretium redemptionis ſit iuſtum, ſi abſit praua intentio occultandi vſuras, & abſit ſcandalum.

24 Pactum vt non redimatur venditum ante, vel poſt certum tempus, licitum eſt, ſed res pluris valet, quam ſi venderetur cum

pacto

pactum redimendi quandocumq; Sot. vbi ſupra Nau. c. 27. num. 250. & concedit Couar, 3. var. res c. 8. num. 8. ſi vendantur prædia, aut alia, mobilia, ſiue immobilia; ſecus ſi annui reditus. Vide Io. med. de reſt. c. de cenſib.

25 Res tanti valet, quantũ vendi poteſt, ceſſante fraude, & vtriuſq; neceſſitate, & ignorantia Silu. ver. emptio q. 9. Sot. vbi ſupra q. 2. ar. 5. De fraude, & ignorantia eſt com. quia tollunt voluntarium. De neceſſitate docet Caiet. 2. 2. q. 77. ar. 1. verſ. quoad tertium, & in ſum. ver. Emptio, & alij, neceſſitatem venditoris non reddere emptionem iniuſtam, cum ille voluntariè vendat, & pretium ſit iuſtum, quod hic, & nunc, & ſub hoc modo vendendi, & emendi communiter inuenitur.

26 Qui excedens pretium dat ſine coactione, & neceſſitate, præſumitur donare Io. med. de reſt. q. 31. ad ſi. Nau. in c. Nouit. de iudic. not. 6. num. 63. & in man. c. 23. num. 85.

27 Omnes vendentes tenentur ad pretium in eo loco legitimè conſtitutum Io. Med. vbi ſupra q. 36. Caſt. de leg. pœn lib. 2. c. 12. Sot. de iuſt. lib. 6. q. 2. art. 3. Couar. 2. var. res. c. 3. num. 4. etiam clerici Sot. ibid. Nau. de empt. cons. 3. alioqui peccant mort. & reſtituere tenentur, licet legiſlator non habeant animum obligandi ad mortale; peccant enim contra legem naturalem de non vendendo vltra iuſtum pretium Mol. diſp. 364. Salon. 2. 2. q. 77. ar. contr. 10.

28 Proxeneta, aut alius vendens rem pluris, quam dominus rei conſtituerat, tenetur ei ad incrementum, quia pertinet ad rei pretium Molin. diſp. 363. num. 1. Niſi dominus tacitè donaſſet, aut eius opera non debita illud plus meruit, vt ſi v. g. facta morali diligentia in loco in quo vendere rogatus eſt, & non inueniens niſi decem, accedat ad locum valdè diſtantem, & ibi vendat duodecim, poteſt ſibi retinere illa duo Nau. c. 23. num. 97. Armill. ver. emptio parag. 30. Silu. eo. q. 24. & ſic intelligendus Ang. ver. emptio parag. 28 qui dicit ideò poſſe ſibi incrementum retinere, quia eſt induſtria ſua. Quod ſi huiuſmodi proxeneta gratis ſuſcepit curam ſibi commiſſam, aut ſi mercedẽ accepit ob laborem, &c. aut ſi ſit famulus, non poteſt ſibi retinere incrementum Azor. p. 3. lib. 8. c. 23. q. 8. vbi in ſi. docet mandatarium cui ab amico mandatum eſt aliquid emendi, ſi emat viliori pretio, quem alij ſoleant, non poſſe ſibi retinere quod mercator de iuſto pretio deduxit, licèt etiam iureiurando dicat, ſe in eius gratiam minuere de pretio. Item ſi dominus mandet, vt vendat veſtem tribus aureis, & ille vẽdidit quinque, aut ſi mãdet emi pro ſex, & ille emit pro quatuor, non poteſt incrementum ſibi retinere, Azor. ubi ſupra lib. 9. c. 6. q. 3. de mandato Ad uitandos uerò ſcrupulos placet cõſilium Leſſ. qui lib. 2. de iuſt. c. 29. docet famulum, aut proxenetam debere rem illam ſibi comparare pretio ſibi à Domino indicato, ut ſic uendens proprio nomine, auctarium ſuum efficiat.

29 Peccat mortaliter uendens arma, ſi dubitet emi ad bellum iniuſtum Silu. uer. Ars q. 3. Io. med. ubi ſupra q. 31. Nau. c. 23. num. 90. Item ſi credit emi ad uſum peccati mort. Silu. ibidem. Alij tamen ut S. Tho. 2. 2. q. 169. art. 7. ad 4. Nau. de Iudæ cons. 1. Salon. 2. 2. q. 77. art. 4. contr. 5. Arag. ibidem uers. Et ſi quis contra docent non eſſe mortale uendere id, quo alter poſſit benè, & malè vti. Caiet. 2. 2. q. 147. art. 4. dub. ulti. docet non peccare, qui uendit cœnam in die ieiunij; ſed hoc non probat Nau. c. 21. num. 26. niſi ille probabiliter credat habere iuſtam cauſam non ieiunandi, & occultè miniſtret, aut ſine ſcandalo. Salon, & Arag. ubi ſupra docent peccare mort. ſi uendens ſciat, aut ſaltem probabiliter præſumat alium emere in damnum tertij, quia cooperatur peccato, quod ipſe uitare tenebatur.

30 Vendens agrum, tradensq; emptori, ſecundum aliquos, poteſt recipere fructus pro rata pretij non ſoluti ſic Glo. in c. Conqueſtus, uer. de feudo, de uſur. Nau. eo tit. conſ. parag. 5. & 21. & concedit Ang. uer. emptio 5. ſi à principio deducatur in pactum, aliàs minimè, niſi poſt moram

 debi-

debitoris. Couar 3. var. reſ. c. 5. num. 6 Silu. vſura 2. q. 11. At Garz. de contract. c. 13. multis probat non poſſe ſi dominium ſit tranſlatū; quia tunc cum rei periculum pertineat ad ementem, ſic etiam pertinent rei fructus, & ſic vendens ex re non ſua nihil capere poteſt. Couar. vbi ſupra duo docet, primum, quod licèt tranſlatum ſit dominium poteſt deducere in pactum vſuras pretij non ſoluti vſq; ad quantitatem fructuum, quos venditor colligere potuiſſet, quod ſint vſuræ compenſatoriæ nullo iure prohibitæ. Secundum poſſe vendentem in pignus accipere agrum venditum vſq; ad ſolutionem pretij, non computando fructus in ſortem. Contra primum optimè concludit Garz. cit. Contra ſecundum eſt communis, præcipue Gabr. in 4. 6. 15. q. 11. Nau. de vſur. cons. 19. Nam res ſuo domino fructificat, pignus autem eſt dantis, ergò ei fructificat. Nec Couar. alio nititur fundamento, quem ſola impij Molinæi auctoritate. Melius Azor. p. 3. lib. 8. c. 15. q. 1. in fi. Reginald. lib. 25. num. 301. & ſeq. docent licitam eſſe huiuſmodi venditionem, modò habeatur non pro venditione, ſed pro locatione, idem dummodo emptor fundi habeat illum pro conducto dum pretium non ſoluit, & ſoluat quotannis certam penſionem, & ſoluto pretio, habeat illum pro empto, non antea. V. Pan. vol. 1. cons. 5. vbi caſus in terminis

31 Licitum eſt pluris vendere, quam res valeat uendenti, non quia pluris emit ſed quia commoda tantum eſt ſibi, ſi tamen rogatus uendat Cai. in ſum. uer. uenditio, & 2. 2. q. 77. art. 1. Garz. c. 8. num. 3. & c. 9. num 4. B. Med. in ſum. c. 14. parag. 15. s. Ant. p. 2. tit. 1. c. 16. parag. 3. uers. Tertio innoteſcit latitudo. Ang. uer. Emptio parag. 9. Sot. de iuſt. lib. 6. q. 3. art. 1. concl. 5. Azor. p. 3. lib. 8. c. 21. q. 10. Molin. de contract. diſp. 348. num. 5. qui tres poſtremi docent monendum eſſe emptorem, alioquin deficiente alterius partis conſenſu claudicaret contractus: fortè enim ille nollet emere uendentis incommoda. Rebell. p. 2. lib. 9. q. 11.

32 Qui rem alienam bona fide emit, & uendit, comperta ueritate non tenetur emptori de pretio, niſi de eo, in quo factus eſt locupletior, ut ſi pluris uendidit quam emit Cai. in ſum. uer. reſtitutio c. 2. & 2. 2. q. 62. ar. 6. Nau. c. 17. num. 8. ubi docet liberari uenditorem, cedendo actionem de euictione, quam contra eum habet, à quo bona fide emit. Sot. uerò de iuſt. lib. 4. q. 7. ar. 2. Io Med. de reſt. q. 10. concl. 2. Rebell. p. 1. lib. 2. q. 3. Molin. diſp. 721. num. 10. contra Nau. loco cit. & alij docent teneri ad pretium, & ueriorem dicit P. Nau. lib. 3. c. 4 num. 204. tenetur enim ſeruare emptorem indemnem addit Sot modò ſecūdus emptor petat, alioqui ſi uitium agnoſcat, & uoluntariè taceat, ad nihil tenebitur uenditor. V. Arag. 2. 2. q. 62. ar. 6. & infra uers. Emens à fure.

33 Poteſt ſe quis uendere ob grauem neceſſitatem; ſed poteſt deinde per ſe, uel per alium reddito pretio ſe redimere, eo ſaltem, quo ualebit tempore redemptionis, etiam inuito poſſeſſore, & redemptus ſit liber, non libertus Nau. c. 23. num. 95. & ſeq.

34 Agrum, aut domum neceſſariam cōſtructioni loci ſacri, aut eiuſdem ampliationi, aut etiam utilem tantum, cum paruo domini detrimento, poteſt Iudex cogere uendi Couar. 3. uar. res. c. 14. num. 7. & ſeq. affirmans eſſe communem poſſe Iudicem omnino cogere, etiam ubi domus &c. non ſit ſimpliciter neceſſaria, ſed tantum vtilis. Ampliat Rota decis 2. 23. apud Farinac. p. 2. etiam quod domus non ſit contigua Eccleſiæ, ſed ad ſit via intermedia, ſcilicet pro paranda via commodiori ad Eccleſiam. Couar. tamen retenta priori opinione, docet in vtili tantum poſſe Principem cogere, non verò Iudicem inferiorem. V. Molin. tract. 2. diſp. 341. Rebell. p. 2. q. 18. ſect. vlt. lib. 9.

35 In rebus ad vitam non neceſſarijs, vt ſunt Margaritæ, ſi pretium non eſt taxatum, poteſt accipi quantum emens ſciens, & prudens dat. Sot. de iuſt. lib. 6. q. 2. art. 3. in fi. Salon. 2. 2. q. 77. art. 1. num. 3. Arag. ibid vers. Huc; vſque Garz. c. 9. num. 11. Azor. p. 3. lib. 8. c. 21. q. 8.

36 Sciēs rem perituā emptori, & tacēs

tenetur

tenetur reſcindere contractum, vbi damnũ ex ijs ſit, quæ pecunia reparari nequeunt, vt ſi vendit ſeruum laborantem morbo incurabili. Si verò damnum reparari poteſt, non reuocata venditione, ſufficit reducere ad æqualitatem Salon vbi ſupra art. 3. concl. 1. num. 24. Silu. uer. emptio q. 19. verſ. 3 & 10.

37 Poteſt in venditione fieri pactum de retrouendo, & quod emptor interim tenetur locare venditori Molin. diſp. 376. Nau. c. 17. num. 248. Caiet 2, 2. q. 77. art. 1. Silu vſura 2. q. 15. vers. 2. Garz. c. 10. Imminuendum tamen eſt de pretio c. Cum Ioannes de fid. inſtrum. & vbi Pan. num. 5. & Felin. num. 4. l. fundi partem ff. de contrah. empt. Cyned. ad Decretal. collect. 28. inſ. Couar. vbi ſupra c. 20. num. 1. & com. Locari autem poteſt eodem mei pretio, ac ſi abſolute emiſſet; cum emptor ſit verus, ac legitimus dominus illus fundi, ac ſi iuſto pretio, ac ſine illis oneribus emiſſet. cauendum tamen ne inſtrumento apponatur ad rationem v. g. decem pro centenario, quia in foro exteriori præſumeretur vſura Nau. de empt. conſ. 7.

38. Si res aliqua determinata, quæ in pondere, numero, & menſura conſiſtit, vendatur tota vnico pretio, quod dicitur vendi ad corpus, quia ſciliter incipitur à corpore; & additur menſura, ſeu quantitas, totum periculum pertinet ad emptorem. Idem cum aliqua determinata in indiuiduo venduntur vt hic equus, vel hi boues; celebrata enim venditione, periculum pertinent ad emptorem; niſi facta ſit venditio cum conditione pendente in futurum Molin. diſp. 366. Inſt. de empt. parag. cum autem Azor. p. 3. lib. 8. c. 26. initio. Si verò venditior determinato pretio pro unoquoq; pondere, menſura, aut re numeranda (dicitur autem vendi ad menſuram, ideſt cum incipitur à menſura, & additur res) non perit emptori, niſi poſt menſurationem. &c. Emptæ enim cenſetur ſingulæ amphoræ, ſingula pondera, &c. ſub tacita conditione, ſi menſurentur. Idem dicendum, cum emitur res, quæ guſtari conſueuit: ſi enim tacitè ſub ea conditione conuentum eſt, ſi guſtatum placeret, non pertinet periculum ad emptorem, niſi poſt deguſtationem. Molin. ubi ſupra Silu. uer. ẽptio q. 2. Afflic. deciſ. 390. Couar. pract. qq. cap. 3. Ang. uer. emptio parag. 11 & com Idem dicendum cum emuntur v. g. decem oues ex tali grege; Si enim ante conſignationem totus grex periret, venditori perit, & ſic de ſimilibus Molin. ubi ſupra num. 8.

39 Tutor emere nõ poteſt rem pupilli, l. Si in emptione parag. ult. ff. de contrac. empt. Niſi iam deſierit eſſe tutor, aut interueniat Iudicis auctoritas, aut fiat cum conſenſu aliorum contutorum Glo. in d. l. Si in emptione V. Molin diſp. 224. uerſ. Res minoris: aut niſi palam emerit, cum videlicet res ſub haſta uenduntur; aut cum neceſſe eſſet rem pupilli uendere, alius non eſſet, qui eam iuſto pretio emeret Azor. ubi ſupra c. 3. uerſ. Res pupilli.

40 Notarius faciens inſtrumentum, in quo alter fraudatur citra dimidium iuſti pretij non tenetur quidquam reſtituere, ſi tamen inſtrumentum ſit ſimplex, ideſt ex quo aperte conſtet de ipſa defraudatione Io: Med. de reb. per uſur. acquiſ. q. 4. uerſ. Sed obijcit in quarto Arg. principali Arag. 2. 2. q. 78. art. 3. in fi.

41 Venditor tenetur tradere uacuam poſſeſione rei uenditæ. Vacua uerò dicitur, quæ à nemine detinetur l. 2. parag. Vacua ff. de actio. empt. & quæ auocari non poteſt l. 3. ff. eo. Quòd ſi res uacua tradatur, & ſatisfactũ fuerit de pretio, uel fides de ea habita (Non eſt tamen neceſſaria fideiuſſio, aut pignus, ſed ſufficit ipſi emptori fidem habere. l quod uendidi ff. de contrah empt.) efficitur emptor dominus, & conſequenter ipſi perit. Venditor tamen ſemper tenetur de euictione; id enim eſt de natura contractus Hoſt. in ſum. de contrah. empt. num. 6. At Ias in l. Traditionibus C. de pact. num. 21. docet non eſſe neceſſariam uacuam poſſeſſionem ad transferendum dominium, niſi aliud ſit expreſſum, ſed ſufficere traditionem.

42 Res duobus uendita eſt ſecundi, ſi ei tradatur, l. Quoties ff. de rei uendic. ubi Ias. num. 33. & in l. Traditionibus cit. Silu. uer. Emptio q. 23. Couar. 2. uar. reſ. c. 19. Molin. diſp. 369. Fallit primo in re uendita Eccleſiæ, uel Ciuitati, in quas ex priuilegio dominium ſine traditione transfertur l. Vt inter diuinum C. de ſacroſan. Eccl. Fallit ſecundo in pauperibus, in fiſco, in ultimis uoluntatibus, Ias. in 6. l. Traditionibus, ubi uide alias fallentias. Fallit ultimo ex Molin ubi ſupra, ubi is, cui res tradita eſt, pretium non ſoluit, neque obtulit, neque uenditor illud habuit pro ſoluto; nam præferendum eſſe docet illum qui ſoluit, eſto res ei non fuerit tradita. Sed uerius docet Silu. ubi ſupra q. 5. præferendum eſſe cui primò res fuit tradita, licèt pretium ſolutum non fuerit; quia uenditor tradendo rem, uidetur fidem habere de pretio.

43 Si fiat pactum de pretio currente aliquo die, ſi uarietur, ſtabitur medio ſi ſeptimana, aut menſe, ſtabitur diutius duranti Silu. uſura 2. q. 2. uers. 3. Garz. c. 24. num. 9. Nau. autem c. 17. num. 239. & de vſur. conſ. 14. docet ſemper ſtandum eſſe medio. Quòd ſi uelet quantum plus ualeret Maio, eſſet uſura aperta Ang. uſure 1. parag. 34.

44 Pretium reiest, quo æſtimatur res cum traditur Sot. de iuſt. lib. 6. q. 4. art. 2. Molin. diſp. 358.

45 Debitum poſt annum ſoluendum minus ualet, & ideò poteſt minoris emi Cai. in ſum uer. Pagas certas Nau. c. 17. num. 231. & de uſur. conſ. 15. Negant s. Ant. p. 2. tit. c. 8. parag. 12. Silu. uſura 2. q. 14. uerſ. 4. Garz. c. 19 num. 2 Io. med. de reſt. q. 38. in fi. Azor p. 3. lib. 8. c. 10. q. 5. & communior, licet dicant contrariam non eſſe condemnandam, & concedit Mol. ſi debitum non eſt liquidum, aut certum; aut quia emens exponit ſe periculo perdendi capitale, aut expenſas faciendi in recuperatione: uel quia aliquod intereſſe damni, uel lucri ceſſantis patitur, & emptio fit ad inſtantiam venditoris. Sic etiam docet Salon. 2. 2. q. 78 art. 2. contr. 17.

46 Si anticipans tui debiti ſolutionem minus ſoluis, vſura eſt Cai. in ſum. ver. vſura implicita, verſ. Tertius caſus Silu. vbi ſupra verſ. 3. s. Ant. parag. 4. Azor. q. 6. niſi id faceres, quia debitum non eſt liquidum; aut ratione intereſſe, quia cum haberes pecuniam negotiationi, aut frugiferorum emptioni deſtinatam, rogatu creditoris id facis Nau. vbi ſupra num. 230. Io. Med. vbi ſupra in fi. aut ratione abſentiæ, & periculi, non ratione temporis id facis, quia verè pecunia præſens plus valet quem abſens. Tolet. lib. 5. c. 31. Tertius poteſt minoris emere, ſi labor, impenſæ, aut periculum ſubeunda ſunt in recuperando capitali, aut ratione intereſſe Nau. vbi ſupra Molin. diſp. 361. num. 2. vt v. g. Si militi ſtipendium debetur, & creditor timet aut non totum, aut non ſine expenſis, aut moleſtia ſe recepturum Sot. lib 6. q. 4 art. 2. in ſolut. 3. Silu. vbi ſupra verſ. 2. Obſeruat autem Mol. centum ita debita aliquando valere quinquaginta. & aliquando minus, pro quantitate eorum quæ timentur. Obſeruat ſecundo quod ſi debitum creditori parum valeat, ut quia parua eſt ſpes recuperandi, alius autem ſua induſtria, & fauore ſperat ſe facilè recuperaturum, iuſtum illius pretium erit, quãtũ creditori valet, licet ille totum recuperet. Garz vbi ſupra num. 3. dicit ſecluſis periculis, impenſis, &c poſſe redimi proprium debitum minoris, modò intra limites iuſti pretij, vt ſi vendidiſti viginti, quod erat ſummum, potes redimere pro 18 quod erat pium.

47 Emens a fure etiam bona fide, tenetur reſtituere vero domino etiam cum amiſſione pretij Caiet. in ſum. ver reſtitutio cap. 1. Io: Med. de reſt. q. 10. initio Sot. lib. 4. q. 7. art. 2. Molin. diſp. 722. Alij, vt Nau. c 17. num 9. Salon. 2. 2. q. 62. art. 6. cont. 1. P. Nau lib. 4. c. 2. dub. 3. docent ementem bona fide poſſe reſtituere furi, vt pretium recuperet. de quo fusè Rebell. p. 2. lib. 2. q. 91 Silu. reſt. 3. q. 7. verſ. 1. & alij, quos refert, & ſequitur Leſſ. lib. 2. c. 14. num. 22. dicunt non requiri bonam fidem, ſed ſatis facere inducendo furem, vt verò domino reſtituat. Si tamen ex quacumque cauſa recuperare non poteſt pretium, nequit alteri vendere, ne pretium ammittat,

ſed

Digitized by Google

ſed tenetur eo caſu vero domino reſtituere, Leſſ. vbi ſupra dub. 3. Azor. p. 3. lib. 4. c. 3. q. 1. Quòd ſi vendat, tenetur pretium domino reſtituere ſi rem ipſam recuperare nequit, Salon. vbi ſupra; Niſi vendiderit durante bona fide, etiam ſi pluris vendiderit, cum id ſit fructus induſtriæ. Et ſi res ipſa vel conſumpta ſit, vel ſecundus emptor diſparuit, vnde illa recuperari non poteſt, nihil tenetur reſtituere, cum res iam euinci non poſſit Molin. diſp. 721. Idem cum res illa perijt etiam culpabiliter. Tenetur autem emptori de euictione ſi res extet ibid ſed non ratione rei acceptæ, ſed ratione contractus Rebell. p. 1. lib. 2. q. 3. num. 3. Et contra Salon. loco cit. decet Molin. vbi ſupra num. 6. ad nihil teneri domino venditorem bonæ fidei, quia nec ratione rei acceptæ, nec ratione acceptionis, & quia inde non eſt factus locupletior: Si probabilis ſit coniectura quod fur reſtituet verò domino, docet Couar. in reg. Peccatum p. 3. initio num. 3. poſſe furi reſtituere, aliàs minimè quod Salon. vbi ſupra intelligit de emptore malæ fidei, eſt enim velut fur, rem alienam inuito domino ſcienter contrectando. Reginal. lib. to 1. lib. 10. c. 5. q. 1. docet opiniones Soti, & Silu. eſſe probabiles v. infra cui reſtituendum num. 2.

48 Venditor quando teneatur de euictione, & quando non vide c. vlt. de vendit vbi Glo. & Aug. Barbos Couar. 3. var. res. c. 17.

49 Merces expoſitæ, etiam à neceſſitate coacto, viliori pretio emi poſſunt Cai. in ſum. ver. Venditio Nau. c. 23. num. 79. Sot. lib. 4. q. 2. ar. 3. Salon. 2. 2. q. 77. ar. 1. contr. 6. & com.

50 Poſſum vendere triticum, & alia precio nunc currente; licèt ſciam propter aduentum multarum mercium breui minuendum pretium, nec teneor emptori denunciare S. Tho. 2. 2. q. 77. ar. 3. Arag. & Salon. ibid Sot. lib. 6. q. 3. ar. 2. in fi. Silu. ver. emptio q. 15. Ang eo parag 26. Couar. vbi ſupra p. 2. parag. 4. num. 6. Mol. diſp. 354. Menoch. de arbitr. caſu 185. num. 22. Azor. p. 3. lib. 8. c. 23. q. 4. Leſſ. lib. 2. c. 21. dub. 5. contra Io. med. de reſt. q. 35. & probabilem dicit Conrad. de contract. q. 62. licet contrariam de iure veriorem aſſirmet. Idem dicendum ſi ſciam Senatus decreto diminuendum pretium, vel menſuram, aut pondus, aut valorem monetæ Garz. c. 14. num. 8. Azor. & Leſſ. vbi ſupra, licet Molin. loco cit. contrarium dicat V. Cordub. lib. 1. qq. q. 14. Secus ſecundum eoſdem ſi iam merces ſint deportatæ, aut Senatus decreto iam immutatum pretium, vel menſura, me ſciente, alijs verò ignorantibus. Item, ſecundum eoſdem, poſſum locare domum communi pretio; licet ſcias deceſſu Curiæ breui mercedem locationis minorem futuram, contrarium tamen docet Valent. tom. 3. diſp. 5. q. 10. p. 4. ad 4.

51 Mercator infimo pretio vendens, ſed partem mercis ſibi retinens in compenſationem pretij rigoroſi, aut aliam compenſationem faciens, reſtituere tenetur. Molin. diſp. 351.

52 Tempore careſtiæ compelli poſſunt habentes annonam vendere etiam pretio viliori Ias. in l. Nec mere. C. de liber. num. 3. Pan. in c. 1. de vend. & alij. Poſſunt etiam ad ſterilitatem vitandam cogi mercatores alias regiones adire, vt ement frumenta in communi vendenda, & alij ad mutuandam pecuniam. Silu. ver. Emptio q. 5. Pan. vbi ſupra V. Couar. 1. var. reſ. c. 3. num. 5. & lib. 3. c. 14. num. 2. vbi docet eo caſu taxandum eſſe pretium à Principe, vel Magiſtratu.

53 Principe indigente poteſt Eccleſia cogi rem ſuam permutare, ſi quod Principi expedit euidens eſt, & Eccleſia non damnificatur, hoc enim eſt priuilegium Principis, & ſufficere debet Eccleſiæ, quod aliunde habeat tantundem, Non tamen poteſt cogi per Principem ſecularem, ſed per Eccleſiaſticum c. 1. de rer. permut. vbi Boich. & alij ab ipſo relati, & Panor V. Ancar. in d. c. 1.

54 Quibus caſibus cogatur quis rem ſuam vendere, vide apud Couar. num. 3. & & apoſtill. ad Pan. in c. 1. de empt.

55 Cum aliquid pluris vendis iuſto pretio ratione damni emergentis, aut lucri ceſſantis aut affectionis, &c. teneris emptorem monere

monere idcircò te pluris vendere, alioqui iniuſtitiam committis: fortè enim emens intendit res tuas, non damna emere Sor. lib. 6. q. 1. ar. 3. & q. 3. art. 1. Molin. diſp. 3. 8. num. 7. Nau. c. 17. num. 211. & c. 23. num. 82. Garz. c. 10. condit. 3. & 7. Aragon. 2. 2. q. 78. ar. 2. Valent. to. 3. diſp. 5. q. 10. p. concl. 4 Rebell. p. 2. lib. 9. q. 8. num. 4. vbi docet non poſſe mercatorem paciſci de lucro ceſſante, niſi quando in præſenti numerata pecunia eras venditurus, ſed gratia ementis, illi creditò vendis.

56 Res ab alio empta ex pecunia mea, non eſt mea, ideoq; eam vendicare non poſſum, l. Si ex ea pecunia C. de rei vendic. intellige, niſi mandato, aut nomine meo empta ſit; aut niſi pecunia ſit Eccleſiæ, aut pupilli, aut militis Silu. ver. Emptio q. 22.

57 Non licet vendere Iudæis agnos, ramos, &c. quia præſumendũ eſt Iudæum illa emere ad ſuos ritus & feſtiuitates Roſell ver. Iudæus parag. 2. Rebell. p. 2. lib. 9. q. 18. ſect. 3. in fi. Licere, ſi bono fine vendas, aſſerit Ang. ver. infidelitas parag. 2. Adde primo cum Silu. eo q. 4. & Nau. de Iudæ. conſ. 1. licere ex cauſa rationabili, puta ex magna neceſſitate, aut vtilitate, quia ad hoc ſunt parati, vt cum ab vſurario accipio mutuum ſub vſura Adde ſecundo cum Caiet. 2. 2. q. 10. art. 4. & q. 147. art. 4. & q. 160. ar 2. ad 3. modò abuſus ille tolleretur ab Eccleſia, & vendas, non eo animo, vt alieni peccato ſeruiant, ſed tantum vt res tuas vendas. Addit Azor. p. 2. lib 12. c. 18. q. 10. etiamſi ſcias emi ab infideli ad cultum infidelem, ſi res ſunt communes, & indifferentes. Sed q. 9. clarius docet, quod ſi vendas ijs quos credere debes male vſuros, eiſq; ad malum vſum, peccas, cum conſentias illorum peccato. Si verò promiſcuè vendas ijs, quos probabiliter vides aut putas ad malum vſum emere, peccas: ſecus, ſi dubium, aut incertum ſit, an emptor ad bonum, vel malum vſum emat, Nemo enim præſumendus malus, niſi conſtet ſic etiam Conrad. de contract. q. 53. in fi. Clarius Salon: 2. 2. q. 77. ar. 4. contr. vlt. ſi rerum indifferentium abuſus ſit tantum in damnum ipſius abutentis, non peccas res huiuſmodi vendens, & ſic non peccas vendens Iudæis agnos, &c ſi verò ſit in damnum tertij, vel probabiliter dubitetur peccas mort. cum tenearis ex præcepto charitatis vitare damnum proximi. Ego verò cenſeo peccare contra iuſtitiam, & conſequenter teneri ad reſtitutionem, quia concurrit ad damnum non ſolum tãquã non impediens, ſed tamquã miniſtrans materiam proximam Si tamen adſit iuſta cauſa ſubminiſtrandi huiuſmodi indifferentia, & talis, quæ meritò præferri poſſit damno alterius, non peccas, nec teneris reſtituere. fusè, & optimè Sanchez in ſum. lib. 7.

58 Si vendita res euincatur, idem ſi interpoſito Iudicis decreto, ab emente, aliouè titulo poſſidente auferatur, tenetur venditor de euictione, idem tenetur proprijs expenſis rem illam tueri, & defendere. Fallit tamen primo ſi emptor non denuntiauit venditori litem motam. Secundo ſi emptor à Iudice vocatus contumaciter abſuit. Tertio ſi per iniuriam ſententia lata fuit contra emptorem. Quarto quando emptor compromiſit, & contra ipſũ lata fuit ſententia. Quinto Quando emptor nõ vſucæpit cum poſſet. Sexto quando ſcienter emit rem alienam, niſi de euictione ſpecialiter ſibi cauerit. Septimo ſi aliquid caſu contingat Octauo quando per ſpeciale pactum venditor cauit ſe nolle teneri de euictione, vt ſi dicat ſe nolle teneri, ſi res euincatur à certa perſona, vel in cauſa certa: ſecus ſi generaliter tantum pactum fecerit; tunc enim eo non obſtante, tenetur venditor Silu. ver. emptio q. 27. Ang. eo parag. 21. Molin. de contr. diſp. 380. num. 11. Azor. p. 3. lib. 8. c. 30. Immo Fel. in c. Si diligenti de for. comp. num 23. docet regreſſui contra venditorem de euictione renuntiari non poſſe, per Glo in l. Non dubitatur C. de euict. licet Io. And. à Fel. relatus limitet dictum Glo. vbi venditor ſcienter occultauit vitium rei, aliàs non.

59 Mercator nollens mutuare, ſi petenti mutuum vendat merces ſummo pretio, ſtatimq; rogatus emat infimo, non peccat,

ſunt

ſunt enim ibi duæ venditiones iuſto pretio factæ Nau. in man. c. 23. num. 90. P. Nau. de reſt. lib. 3. c. 2. num. 170. Leſſ. lib. 2. c. 21. dub. 16. qui tamen docent diſſuadendas eſſe huiuſmodi emptiones propter periculum ſcandali, & propriæ infamiæ. Eandem ſententiam tenet. Reginald. lib. 25. num. 296.

60 Emens à Turcis aut Piratis, quæ ipſi à Chriſtianis ſurripuerunt, poteſt ſibi retinere, nec tenetur ea priori domino reſtituere Roſel ver. Bellum num. 29. Azor. p. 3. lib. 4. c. 4. q. 12.

61 Emens tempore meſſis, aut vindemiæ, aut alio, quo rerum eſt abundantia, tantam eorum copiam in aliud tempus conſeruandam, quo carius vendentur, vnde in Republica caritas oriatur, peccat mort. Nau. c. 23. num. 91. Silu. ver. emptio q 10. Angel. ver. negotiatio num. 3. Sot. de iuſt. lib. 6. q. 2. art. 2. Io; Med. de reſt. q. 36. Leſſ. lib. c. 21. num. 150. An verò contra iuſtitiam, vt propterea reſtituere teneatur? Med. Silu & Ang. affirmant, quando fuit cauſa augumenti pretij, quod alias non fuiſſet. Negant verò Leſſ. & Rebell. p. 2 lib. 9. cap. 18. ſect. 4. At Molin. de iuſt. tract. 2. diſp. 344. num. 5. duo dicit. Primum nullum eſſe peccatum, ſi iuſto pretio emãt, & reuendant; modo ſingulis de Republica impedimento non ſint, quominus tempore abundantiæ ſibi neceſſaria emant, & copia earum rerum, quas emunt tanta non ſit, vt proptera earum pretium augeatur. Secundo non teneri huiuſmodi inducentẽ caritatem aliquid reſtituere, quia non peccauit contra iuſtitiam; vitur enim iure ſuo, intra iuſtitiæ limites emendo tempore abundantiæ iuſto pretio alijs de Republica ex iuſtitia minimè debita. Et in hoc etiam expreſſe conſent Leſſ. loco cit.

CENSVS.

1 EST ius exigendi penſionem in fructibus. vel pecunia ex re vtili alterius Sot. de iuſt. lib. 6 q. 5 art. 1. Nau de vſur. num. 69. vel vt definit. Salon. 22. tract. de cenſib nũ. 1. Eſt cõtractus emptionis, & vẽditionis, in quo reddita pecunia tãquam pretio emitur, & venditur ius percipiendi aliquem annuum redditum, re aliqua ad ſecuritatem illi ſubiecta. Ideò autem hic Autor dicit, re aliqua, &c quia cẽſet obligationem in cenſu eſſe perſonalem. Eſt vero contractus innominatus do, vt des Garz. de contrac. c. 29. num. 5.

2 Cẽſus ex modo, quo inſtituitur diuiditur primo in reſeruatiuũ, & conſignatiuũ Sot. vbi ſupra Salon. art. 1. Cõrad. de contrac. q. 12. Reſeruatiuus eſt cum quis cõcedit aliquid alicui quoad omne, quod poteſt concedere, reſeruata ſibi annua mẽſtruauè penſione, quæ modica ſolet reſeruari in memoriam antiqui dominij, & beneficij collati, transferturq; non ſolum vtile dominium, vt in emphyteuſi, ſed etiam directum. Conſignatiuus dicitur, quod conſignatur, conſtituitur, ac exhibetur in rebus eius, qui illum conſtituit, manente vtroq; dominio penes ipſum concedentem, qui ſi pretio concedatur, erit vera emptio. poteſt verò concedi alijs titulis, vt permutatione, donatione, in recompenſationem, &c.

3 Diuiditur] ſecũdo ex parte rei, cui imponitur. qua ratione eſt triplex, realis perſonalis, & mixtus. Realis eſt, qui in aliqua re ita eſt collocatus, vt in illa, & ex illa debeatur. Perſonalis duplex, vel perſonalis ſimpliciter, cui nulla reſpondet obligatio realis, eò quod ſola perſona ſit obligata vel perſonalis non merè, quando vltra perſonam eſt aliquid obligatum, tamquam hypoteca ad cenſum, illiuſque aſſecurationem. Mixtus eſt quãdo obligationi reali adiungitur obligatio perſonalis.

4 Diuiditur tertio ratione rei, in qua penſio reddenda eſt, in fructuarium, vel pecuniarium. Ille eſt cum penſio redenda

cipe, vel Repub. pretium, ne grauentur ementes Nau. vbi ſupra Roder. in ſum. lib. 2. c. 82. num. 1.

8 Si quid emiſti minoris iuſto pretio ſatisfacis reſtituendo defectum pretij: fructus autem non teneris reſtituere; niſi pro rata pretij non ſoluti Molin. diſp. 349. num. 10. Melius tamen Silu. vſura 2. q. 15. verſ. 4. docet teneri tantum de reſiduo, quia ſi contractus tenet, res eſt ſua, & conſequenter omnes rei fructus: Adde, niſi venditor aliquod inde damnum paſſus ſit.

9 Vendens cum probabili periculo perdendi rem ipſam, aut pretium, vt quia debitor pauper fugitiuus, & periculoſus eſt, licitè poteſt pro eo tãto amplius accipere, quãtum à prudente æſtimatur. Nec illicitum, quod poſtea debitũ in tempore ſoluat; recipitur enim auctarium pro dubietate, & periculo, quod re vera paſſus eſt creditor. Arag. 2. 2. q. 77. ar. 4. verſ. Circa tertiam verò cauſam. Silu. vſura 1. q. 3. 4. & vſura 7. q. 6. Valent. to. 3. diſp. 5. q. 20. p. 2 concl. 4. Idem dicendum ratione expenſarum, laboris, & anxietatis in recuperando pretio docent Arag. vbi ſupra verſ. circa quartam, & verſ. ex dictis omnibus, &c. Io: med C. de reſt. q. 38. cauſa 3. & 4. Valent. & Silu. loc. cit. licet Sot. de iuſt. lib. 6. q. 4. ar. 1. concedat tantum ratione periculi, & expenſarum in eo, qui iniuſtè, ac inuoluntariè damnum patitur, non in eo, qui voluntariè ſe ſe offert. & Nau. c. 23. num. 81. Azor. p. 3. lib. 8. c. 8. q. 7. abſolutè negent concluſionem. Salon. verò 2. 2. q. 78. art. 2. cont. 20 concedit, vbi debitor fideiuſſorem, aut pignus non habet, quo debitorem ſecurum reddat.

10 Mercator non inueniens iuſtum rei pretium ex aliorum culpa, vt quia adſunt multi fraudolenter pretium commune minorantes, poteſt dilata ſolutione carius vẽdere, non tamen plus iuſto, vt ſe indemnẽ ſeruet Silu. vſura 2. q. 1. & Valent. vbi ſupra p. 4. concl. 5. docet poſſe venditorem eo caſu minuere menſuram, dareq; emptori v.g. tantum tritici, quantum iuſte meretur pretium quod ille dat.

11 Poteſt ad tempus vendi carius, quod ita communiter, & frequentius ſolet vendi Couar. 2. var. reſ c. 3. num. 6. Licet etiam vilius emere, quæ niſi anticipata ſolutione emi non poſſunt, v.g. merces maritimæ, quæ nequeunt niſi in tanta copia traduci, quanta ſimul præſenti pecunia vendi non poteſt Sot. de iuſt. lib. 6. q. 4. ar. 1. Adde, Et quando non ſolet communiter aliter vendi Cord. in ſum. q. 85. V. Arag. 2. 2. q. 77. ar. 4.

12 Si vendas quæ non eras ſeruaturus, non potes creditò vendere pretio currente tempore ſolutionis c. Nauiganti, de vſur. Io. med. de reſt. q. 3. cauſa 5. Sot. vbi ſupra ar. 2. Molin. de contract. diſp. 355. num. 7. Arag vbi ſupra, verſ c. quintam Addunt, & rectè Nau. c. 17. num 219 Couar. v. ſ. ſi credas tempore ſolutionis plus eſſe valituram: ſecus ſi dubium ſit, an plus ualiturae: & modo nõ auferas debitori facultatẽ ſe liberandi quãdo voluerit. Ang. vſura 1. parag 36. Caiet verò 22. q. 78. ar. 2. ad 7. & multi recentiores Thomiſtæ præcipuè Vict. relect. in 6. ar. 2. dicunt poſſe vendi pretio currente tempore ſolutionis, quòd tunc dicatur perfecta venditio. Quam ſententiam licèt probabilem dicat Sot. vbi ſupra, contra eam tamen diſputant Arag. vbi ſupra, & Salon. ibid contr. 21. Rebell. p. 2, lib. 9. q. 12. num. 4 Si autem vendas quæ eras ſeruaturus, deducendæ expenſæ ac labores in mercibus conſeruandis, pericula, quibus forte ſunt expoſitæ Vict. med. Silu. Arag. Salon. vbi ſupra, & contr. 25.

13 Iuſtum pretium rei venditæ ſub haſta eſt, quod non excedit dimidium iuſti pretij in plus, aut minus Garz. c. 21. concl. 2. Cord. in ſum. q. 8. Roder. in ſum. lib. 2. c. 78. & quod pro illa ceſſante fraude repertum fuerit Arag. q. 77 cit. art. 1. verſ. tertio aduertendum Nau. c. 23. num. 79. & ſeq. Sot. lib. 6. q. 2. art. 3. Azor. p. 3. lib. 8. c. 16. Molin. de contract. diſp. 349. P. Nau. lib. 3. c. 2. num. 34. & ſeq. An autem detur minori, fiſco, & Eccleſiaſticæ reſtitutio in integrum contra huiuſmodi venditionem, quando læſio eſt vltra, vel citra dimidium iuſti pretij, vide notata per Vrſillum ad Afflic. decis 40. Venditores,

quorum

auctoritate bona venduntur, poſſunt alium ſupponere, qui prætium offerat, ne res minoris vendantur, quàm valeant, ſi bona fide credant minoris emptum iri Azor. vbi ſupra q. 3.

14 Licet anticipata ſolutione minoris emere, quando veriſimiliter dubium eſt, an tempore traditionis ſit plus, minuſuè valitura Silu. vſura 2. q. 2. Arg. eo. parag. 33. perc. In ciuitate, & c. Nauigans de vſur. Sot. vbi ſupra Arag. ar. 1. cit. verſ. circa quintam. Et ſi tempore traditionis creſcat, aut decreſcat valor, non ideo variandum in pretio Molin. diſp. 358.

15 Extorquenti venditionem licet tantò carius vendere quantum eſt damnum, quod illi dat Nau. c. 23. num. 83. Arag. vbi ſupra, verſ. his non obſtantibus arg. vlt. Siluaver. emptio q. 6. & 7. Admonet tamen Sot. de iuſt. lib. 6. q. 3. art. 1. concl 3. monendū eſſe emptorem, an velit ea lege emere, alioqui iniuſtitiam committi V. Molin. diſp. 348. num. 5.

16 Poteſt vilius emere, qui emit in gratiam venditoris Silu. q. 7. cit. Caiet. 2. 2. q. 77. art. 1. verſ. quoad Secundum Sot. vbi ſupra Nau. 6 num. 83.

17 Vendens non tenetur vitium rei manifeſtum prodere, præſumitur enim emptor ſciens emere S. Tho. 2. 2. q. 77. ar. 3. Nau. c. 23. num. 89. & com. etiam ſi emptor non aduertit, modo res illa non ſit prorſus inutilis emptori, Sot. vbi ſupra ar. 2. concl. 6. cuius contrarium docent Arag. vbi ſupra ar. 3. Valent. to 3. diſp. 5. q. 10. p. 4. concl. 3. Conrad. de contract. q. 54. concl. 2. quando emens ignorantia inuincibili laborat. Occultum non tenetur prodere, ſi emptor nullum inde patitur damnum Sot. ar. 2. cit. concl. 5. tenetur tamen minuere de pretio quantum valet defectus. S. Tho. vbi ſupra Silu. ver. emptio q. 10. Nau. vbi ſupra, ut ſi uendat uinum limphatum, quia purum, cum ſit fumoſum, uendi non poteſt, aut alias res ſophiſticatas, ut ſe ſeruet indemnem, quia pura non inueninut emptorem S. Ant. p. 2. tit. 1. c. 4. in fi. Conrad. ubi ſupra Coroll. 3. ſecus ſi emptor emeret uinum cauſa medicinæ uel alterius rei; nam talis defectus directè aduerſatur intentioni emptoris Valent. vbi ſupra concl. 5. Idem dicendum, cum emptor eſt vinum ſeruaturus, & non ſtatim bibiturus, quia limphatum difficilè ſeruatur: Vbi autem nullum eſt damnum, licet quærenti de vitio, mentiatur, non videtur perniciosum Sot. vbi ſupra concl. 6. in reſpons. ad arg. Niſi res illa ſitementi inutilis Salon. 2. 2. q. 77. art. 3. contr. 1. num. 20. aut niſi emptor in particulari quærat de tali vitio; aliàs non empturus num. 19. Tenetur tamen poſt ea per ſe, vel alium monere de uitio; ne poſtea alij uendendo tamquem non uitioſam, illum damnificet Caiet. ubi ſupra art 3. Garz. c. 14. num. 5. Sot. ubi ſupra Salon. 2. 2. q. 77. art. 3. quòd ſi res illa inutilis ſit ad finem, quem uult emptor, tenetur illum monere aliàs peccat mort. Arag. ubi ſupra uerſ. Infero 3. Nau c. 23. num. 89. Tolet. de ſeptem pecc. mort. c. 49 Garz. ubi ſupra num. 12. Conrad, q. 54. cit.

18 Si uenditor ignorans rei defectum, eam bona fide uendit utiliam, cognito uitio, tenetur ad petitionem emptoris uel contractum reſcindere, uel eum ad æqualitatem reducere; optio autem datur uendi ori, niſi defectus talis eſſet, quod emptor illum ſciens nullo modo emeret, tunc enim optio erit ementis Io: Med. de reſt. q. 34. concl. 4. Salon. vbi ſupra contr. 1. num. 14. Arag. ibid concl. 5. Idem in omni venditione, in qua ſit læſio vltra, vel citra dimidium iuſti pretij; quo caſu ſi deceptio ſit citra dimidium, optio erit emptoris uel reſcindere contractum, vel æquare pretium. Si verò ſit vltra dimidium, optio erit vendentis Silu. ver. emptio num. 9. Molin. diſp. 349. Si tamen dolus ex parte lædentis interuenit, optio erit læſi Molin. loco cit. & diſp. 352. num. 14. contra Silu. ver. culpa q. 7. & Arg. ver. dolus num. 9.

19 Eſt autem deceptio vltra dimidium quando venditur vltra dimidium ſupra iuſtum vt ſi rem valentem decem pretio rigoroſo, vendans ſexdecim. Citra verò dimidiū,

quando rem valentem decem, vendis pro quatuor. Molin. & Silu. loco cit. Reginald. lib. 25. num. 188. & com. In foro tamen conſcientiæ tenetur lædens ad iuſtũ pretium, licet deceptio ſit citra dimidium. Doct. cit S. Thom 2.2. q. 77. art. 1.

20 Illicitum eſt emere quod probabiliter dubitatur eſſe alienum. Furtum enim committit, rem alienam inuito domino contractando, Silu. reſt. 3. q. 7. Nau. c. 17. num. 84. B med. in ſum. lib. 1. c. 15. parag. 20. Garz. c. 17. num. 4. Dubitare autem debet emptor rem heſſe alienam, quando rumor eſt aut vehemens ſuſpicio vendentem multa vendere furto ablata. quo caſu emptor non dicitur bonæ fidei poſſeſſor: ſed præter peccatum, tenetur debitam adhibere diligentiam; quæ ſi nulla poſſibilis occurrat, perſeueretq; dubium, tenetur reſtituere pro quantitate dubij vel illi, quem dubitat dominum, vel eo ignoto pauperibus Molin. tract. 2. diſp. 35. concl. 2. in fi. & vers. tota hæc concluſio. Sanchez de matr. lib. 2. diſp. 41. num. 25. vbi præterea docet, ementem mala fide, credendo rem eſſe furtiuam, ſi adhibita diligentia adhuc adſit iuſta dubitandi ratio, teneri tantum reſtituere pro quantitate dubij vel domino, vel pauperibus, & nũ. 28. cum Molin. diſp. 36 concl. 1. & 3. docet ementem cum dubia fide ab eo, qui iuſtè poſſidet, non peccare, nec teneri reſtituere, ſi adhibita diligentia non inueniat rem illam eſſe alienam: ſecus ſi à fure, aut alio, qui mala fide poſſidet.

21 Venditor dubitans rem eſſe furtiuam, debet id emptori manifeſtare, nam alioquin damnum illi inferret, exponendo periculo rem illam amittendi. Io. med. de reſt. q. 10. & 34. Couar. in reg. Peccatum initio num. 4 & alij

22 Poteſt fieri pactum, vt in reuenditione detur maius pretium, ſi res tunc plus valebit. Immo poteſt à principio fieri pactum de certo incremento, ſi res exiſtimatur tunc plus, minuſuè valitura Couar. 3. r. res. c. 9. num. 3. Io. Med. de vſur. q. vlt. Molin. de contract. diſp. 316. contra Conrad. de contract. q. 84. concl 4. Roder. in ſum. lib. 2. c. 55. & Nau. c. 17. num. 248. de quo vide Azor. p. 3. lib. 8, c. 12. Admonet tamen Medin, quod ſi in primo contractu, propter pactum de retrouendendo, aliquid imminutum ſit de pretio alioqui iuſto, in redemptione non petatur, niſi quantum res ſperatur plus, minuſuè valitura ſupra pretium quo res eadem in prima venditione ſine pacto de retrouendendo venderetur. Et ſi venditio fiat contra voluntatem venditoris, ſed rogatu emptoris, poteſt fieri eodemmet pretio, ac ſi abſolutè ſine pacto reuenditionis fieret. Roder. vbi ſupra concl. 3. At Garz. c. 20. num. 6. docet redimendum omnino eſſe pretio, quo res valebat tempore redemptionis; quia fieri poteſt, vt eo tempore ſit res deteriorata, vel meliorata: quare iniquum eſſet eodem pretio redimere deterioratam, cum minus valeat, aut melioratam, cum pluris; deterioratur enim vel melioratur res ſuo domino; & conſentit Reginald lib. 25. num. 295. ſi res ſit meliorata induſtria emptoris, aut ipſius negligentia deteriorata; ſecus ſi id accidat curſu vel lapſu temporis. Azor. p. 3. lib. 8. c. 12. q 4 concedit etiam quando res fortuitò melioratur, &c. id tamen non accidiſſet apud venditorem.

23 In venditione licitum eſt pactum, quod poſſit redimi ex vtraque parte; ſunt enim ibi paria contrahentium iura. Couar. vbi ſupra Res tamen vendita cum pacto redimendi ad voluntatem emptoris pluris valet. Fructus autem percepti interim dum non redimitur, non computantur in ſortem, percepit enim illos ex re ſua Molin. diſput. 377. num. 8. Couar. vbi ſupra Medin. de vſur. q. vlt. quicquid Pan. in c. Illo vos de pignor in fi. & Sot. de iuſt. lib. 6. q. 5. ar. 3. in contrarium dicant. Monent tamen & rectè. Molin. Couar. & Med. diſſuadendos huiuſmodi contractus propter ſuſpicionem vſurarum; quamuis verè liciti ſint, ſi pretium redemptionis ſit iuſtum, ſi abſit praua intentio occultandi vſuras, & abſit ſcandalum.

24 Pactum vt non redimatur venditum ante, vel poſt certum tempus, licitum eſt, ſed res pluris valet, quam ſi venderetur cum pacto

pactum redimendi quandocumq; Sot. vbi ſupra Nau. c. 17. num. 250. & concedit Couar, 3. var. res c. 8. num. 8. ſi vendantur prædia, aut alia, mobilia, ſiue immobilia; ſecus ſi annui reditus. Vide Io. med. de reſt. c. de cenſib.

25 Res tanti valet, quanti vendi poteſt, ceſſante fraude, & vtriuſq; neceſſitate, & ignorantia Silu. ver. emptio q. 9. Sot. vbi ſupra q. 2. ar. 3. De fraude, & ignorantia eſt com. quia tollunt voluntarium. De neceſſitate docet Caiet. 2. 2. q. 77. ar. 1. verſ. quoad tertium, & in ſum. ver. Emptio, & alij, neceſſitatem venditoris non reddere emptionem iniuſtam, cum ille voluntariè vendat, & pretium ſit iuſtum, quod hic, & nunc, & ſub hoc modo vendendi, & emendi communiter inuenitur.

26 Qui excedens pretium dat ſine coactione, & neceſſitate, præſumitur donare Io. med. de reſt. q. 31. ad fi. Nau. in c. Nouit. de iudic. not. 6. num. 63. & in man. c. 23. num. 85.

27 Omnes vendentes tenentur ad pretium in eo loco legitimè conſtitutum Io. Med. vbi ſupra q. 36. Caſt. de leg. pœn lib. 2. c. 12. Sot. de iuſt. lib. 6. q. 2. art. 3. Couar. 2. var. res. c. 3. num. 4. etiam clerici Sot. ibid. Nau. de empt. cons. 3. alioqui peccant mort. & reſtituere tenentur, licet legiſlator non habeant animum obligandi ad mortale; peccant enim contra legem naturalem de non vendendo vltra iuſtum pretium Mol. diſp. 364. Salon. 2. 2. q. 77. ar. contr. 10.

28 Proxeneta, aut alius vendens rem pluris, quam dominus rei conſtituerat, tenetur ei ad incrementum, quia pertinet ad rei pretium Molin. diſp. 363. num. 1. Niſi dominus tacitè donaſſet, aut eius opera non debita illud plus meruit, vt ſi v. g. facta morali diligentia in loco in quo vendere rogatus eſt, & non inueniens niſi decem, accedat ad locum valdè diſtantem, & ibi vendat duodecim, poteſt ſibi retinere illa duo Nau. c. 23. num. 97. Armill. ver. emptio parag. 30. Silu. eo. q. 24. & ſic intelligendus Ang. ver. emptio parag. 28 qui dicit ideò poſſe ſibi incrementum retinere, quia eſt induſtria ſua: Quod ſi huiuſmodi proxeneta gratis ſuſcepit curam ſibi commiſſam, aut ſi mercedē accepit ob laborem, &c. aut ſi ſit famulus, non poteſt ſibi retinere incrementum Azor. p. 3. lib. 8. c. 23. q. 8. vbi in fi. docet mandatarium cui ab amico mandatum eſt aliquid emendi, ſi emat viliori pretio, quem alij ſoleant, non poſſe ſibi retinere quod mercator de iuſto pretio deduxit, licèt etiam iureiurando dicat, ſe in eius gratiam minuere de pretio. Item ſi dominus mandet, vt vendat veſtem tribus aureis, & ille vēdidit quinque, aut ſi mādet emi pro ſex, & ille emit pro quatuor, non poteſt incrementum ſibi retinere, Azor. ubi ſupra lib. 9. c. 6. q. 3. de mandato. Ad uitandos uerò ſcrupulos placet cōſilium Leſſ. qui lib. 2. de iuſt. c. 29. docet famulum, aut proxenetam debere rem illam ſibi comparare pretio ſibi à Domino indicato, ut ſic uendens proprio nomine, auctarium ſuum efficiat.

29 Peccat mortaliter uendens arma, ſi dubitet emi ad bellum iniuſtum Silu. uer. Ars q. 3. Io. med. ubi ſupra q. 31. Nau. c. 23. num. 90. Item ſi credit emi ad uſum peccati mort. Silu. ibidem. Alij tamen ut S. Tho. 2. 2. q. 169. art. 7. ad 4. Nau. de Iudæ cons. 1. Salon. 2. 2. q. 77. art. 4. contr. 5. Arag. ibidem uers. Et ſi quis contra docent non eſſe mortale uendere id, quo alter poſſit benè, & malè vti. Caiet. 2. 2. q. 147. art. 4. dub. ulti. docet non peccare, qui uendit cœnam in die ieiunij; ſed hoc non probat Nau. c. 21. num. 16. niſi ille probabiliter credat habere iuſtam cauſam non ieiunandi, & occultè miniſtret, aut ſine ſcandalo. Salon, & Arag. ubi ſupra docent peccare mort. ſi uendens ſciat, aut ſaltem probabiliter præſumat alium emere in damnum tertij, quia cooperatur peccato, quod ipſe uitare tenebatur.

30 Vendens agrum, tradensq; emptori, ſecundum aliquos, poteſt recipere fructus pro rata pretij non ſoluti ſic Glo. in c. Conqueſtus, uer. de feudo, de uſur. Nau. eo tit. conſ. parag. 5. & 21. & concedit Ang. uer. emptio 5. ſi à principio deducatur in pactum, aliàs minimè, niſi poſt moram debi-

debitoris. Couar 3. var. reſ. c. 5. num. 6 Silu. vſura 2. q. 11. At Garz. de contract. c. 13. multis probat non poſſe ſi dominium ſit tranſlatũ; quia tunc cum rei periculum pertineat ad ementem, ſic etiam pertineat rei fructus, & ſic vendens ex re non ſua nihil capere poteſt. Couar. vbi ſupra duo docet, primum, quod licèt tranſlatum ſit dominium poteſt deducere in pactum vſuras pretij non ſoluti vſq; ad quantitatem fructuum, quos venditor colligere potuiſſet, quod ſint vſuræ compenſatoriæ nullo iure prohibitæ. Secundum poſſe vendentem in pignus accipere agrum venditum vſq; ad ſolutionem pretij, non computando fructus in ſortem. Contra primum optimè concludit Garz. cit. Contra ſecundum eſt communis, præcipue Gabr. in 4. d. 15. q. 11. Nau. de vſur. cons. 19. Nam res ſuo domino fructificat, pignus autem eſt dantis, ergo ei fructificat. Nec Couar. alio nititur fundamento, quem ſola impij Molinæi auctoritate. Melius Azor. p. 3. lib. 8. c. 15. q. 1. in fi. Reginald. lib. 25. num. 301. & ſeq. docent licitam eſſe huiuſmodi venditionem, modò habeatur non pro venditione, ſed pro locatione, idem dummodo emptor fundi habeat illum pro conducto dum pretium non ſoluit, & ſoluat quotannis certam penſionem, & ſoluto pretio, habeat illum pro empto, non antea. V. Pan. vol. 1. cons. 5. vbi caſus in terminis.

31 Licitum eſt pluris vendere, quam res valeat uendenti, non quia pluris emit ſed quia commoda tantum eſt ſibi, ſi tamen rogatus uendat Cai. in ſum. uer. uenditio, & 2. 2. q. 77. art. 1. Garz. c. 8. num. 3. & c. 9. num. 4. B. Med. in ſum. c. 14. parag. 15. S. Ant. p. 2. tit. 1. c. 16. parag. 3. uers. Tertio innoteſcit latitudo. Ang. uer. Emptio parag. 9. Sot. de iuſt. lib. 6. q. 3. art. 1. concl. 5. Azor. p. 3. lib. 8. c. 21. q. 10. Molin. de contract. diſp. 348. num. 5. qui tres poſtremi docent monendum eſſe emptorem, alioquin deficiente alterius partis conſenſu claudicaret contractus: fortè enim ille nollet emere uendentis incommoda. Rebell. p. 2. lib. 9. q. 11.

32 Qui rem alienam bona fide emit, & uendit, comperta ueritate non tenetur emptori de pretio, niſi de eo, in quo factus eſt locupletior, ut ſi pluris uendidit quam emit Cai. in ſum. uer. reſtitutio c. 2. & 2. 2. q. 62. ar. 6. Nau. c. 17. num. 8. ubi docet liberari uenditorem, cedendo actionem de euictione, quam contra eum habet, à quo bona fide emit. Sot. uerò de iuſt. lib. 4. q. 7. ar. 2. Io. Med. de reſt. q. 10. concl. 2. Rebell. p. 1. lib. 2. q. 3. Molin. diſp. 721. num. 10. contra Nau. loco cit. & alij docent teneri ad pretium, & ueriorem dicit P. Nau. lib. 3. c. 4. num. 204. tenetur enim ſeruare emptorem indemnem addit Sot. modò ſecũdus emptor petat; alioqui ſi uitium agnoſcat, & uoluntariè taceat, ad nihil tenebitur uenditor. V. Arag. 2. 2. q. 62. ar. 6. & infra uers. Emens à fure.

33 Poteſt ſe quis uendere ob grauem neceſſitatem; ſed poteſt deinde per ſe, uel per alium reddito pretio ſe redimere, eo ſaltem, quo ualebit tempore redemptionis, etiam inuito poſſeſſore, & redemptus fit liber, non libertus Nau. c. 23. num. 95. & ſeq.

34 Agrum, aut domum neceſſariam conſtructioni loci ſacri, aut eiuſdem ampliationi, aut etiam utilem tantum, cum paruo domini detrimento, poteſt Iudex cogere uendi Couar. 3. uar. reſ. c. 14. num. 7. & ſeq. affirmans eſſe communem poſſe Iudicem omnino cogere, etiam ubi domus &c. non ſit ſimpliciter neceſſaria, ſed tantum vtilis. Ampliat Rota decis. 2. 23. apud Farinac. p. 2. etiam quod domus non ſit contigua Eccleſiæ, ſed ad ſit via intermedia, ſcilicet pro paranda via commodiori ad Eccleſiam. Couar. tamen retenta priori opinione, docet in vtili tantum poſſe Principem cogere, non verò Iudicem inferiorem. V. Molin. tract. 2. diſp. 341. Rebell. p. 2. q. 18. ſect. vlt. lib. 9.

35 In rebus ad vitam non neceſſarijs, vt ſunt Margaritæ, ſi pretium non eſt taxatum, poteſt accipi quantum emens ſciens, & prudens dat. Sot. de iuſt. lib. 6. q. 2. art. 3. in fi. Salon. 2. 2. q. 77. art. 1. num. 3. Arag. ibid vers. Huc vſque Garz. c. 9. num. 11. Azor. p. 3. lib. 8. c. 21. q. 8.

36 Sciẽs rem periturã emptori, & tacẽs

tenetur

tenetur reſcindere contractum, vbi damnũ ex ijs ſit, quæ pecunia reparari nequeunt, vt ſi vendit ſeruum laborantem morbo incurabili. Si verò damnum reparari poteſt, non reuocata venditione, ſufficit reducere ad æqualitatem Salon vbi ſupra art. 3. concłr. 1. num. 24. Silu. uer. emptio q. 19. verſ. 3 & 10.

37 Poteſt in venditione fieri pactum de retrouendo, & quod emptor interim tenetur locare venditori Molin. diſp. 376. Nau. c. 17. num. 248. Caiet 2, 2. q. 77. art. 1. Silu vſura 2. q. 15. vers. 2. Garz. c. 10. Imminuendum tamen eſt de pretio c. Cum Ioannes de fid. inſtrum. & vbi Pan. num. 5. & Felin. num. 4. l. fundi partem ff. de contrah. empt. Cyned. ad Decretal. collect. 28. inſt. Couar. vbi ſupra c. 20. num. 1. & com. Locari autem poteſt eodemmet pretio, ac ſi abſolute emiſſet; cum emptor ſit verus, ac legitimus dominus illus fundi, ac ſi iuſt o pretio, ac ſine illis oneribus emiſſet. cauendum tamen ne inſtrumento apponatur ad rationem v. g. decem pro centenario, quia in foro exteriori præſumeretur vſura Nau. de empt. conſ. 7.

38. Si res aliqua determinata, quæ in pondere, numero, & menſura conſiſtit, vendatur tota vnico pretio, quod dicitur vendi ad corpus, quia ſcilicet incipitur à corpore; & additur menſura, ſeu quantitas, totum periculum pertinet ad emptorem. Idem cum aliqua determinata in indiuiduo venduntur vt hic equus, vel hi boues; celebratâ enim venditione, periculum pertinent ad emptorem; niſi facta ſit uenditio cum conditione pendente in futurum Molin. diſp. 366. Inſt. de empt. parag. cum autem Azor. p. 3. lib. 8. c. 26. initio. Si uerò uenditior determinato pretio pro unoquoq: pondere, menſura, aut re numeranda (dicitur autem uendi ad menſuram, ideſt cum incipitur à menſura, & additur res) non perit emptori, niſi poſt menſurationem. &c. Emptæ enim cenſetur ſingulæ amphoræ, ſingula pondera, &c. ſub tacita conditione, ſi menſurentur. Idem dicendum, cum emitur res, quæ guſtari conſueuit: ſi enim tacitè ſub ea conditione conuentum eſt, ſi guſtatum placeret, non pertinet periculum ad emptorem, niſi poſt deguſtationem. Molin. ubi ſupra Silu. uer ẽptio q. 2. Afflic. deciſ. 390. Couar. pract. qq. cap. 3. Ang. uer. emptio parag. 11 & com Idem dicendum cum emuntur v. g. decem oues ex tali grege; Si enim ante conſignationem totus grex periret, uenditori perit, & ſic de ſimilibus Molin. ubi ſupra num. 8.

39 Tutor emere nõ poteſt rem pupilli, l. Si in emptione parag. vlt ff. de contrac. empt. Niſi iam deſierit eſſe tutor, aut interueniat Iudicis auctoritas, aut fiat cum conſenſu aliorum contutorum Glo. in d. l. Si in emptione V. Molin diſp. 224. uers. Res minoris: aut niſi palam emerit, cum uidelicet res ſub haſta uenduntur; aut cum neceſſe eſſet rem pupilli uendere, alius non eſſet, qui eam iuſto pretio emeret Azor. ubi ſupra c. 3. uerſ. Res pupilli.

40 Notarius faciens inſtrumentum, in quo alter fraudatur citra dimidium iuſti pretij non tenetur quidquam reſtituere, ſi tamen inſtrumentum ſit ſimplex, ideſt ex quo aperte conſtet de ipſa defraudatione Io: Med. de reb. per uſur. acquiſ. q. 4. uerſ. Sed obijcit in quarto Arg. principali Arag. 2. 2. q. 78. art. 3. in fi.

41 Venditor tenetur tradere uacuam poſſeſione rei uenditæ. Vacua uerò dicitur, quæ à nemine detinetur l. 1. parag. Vacua ff. de actio. empt. & quæ auocari non poteſt l. 3. ff. eo. Quòd ſi res uacua tradatur, & ſatisfactũ fuerit de pretio, uel fides de ea habita (Non eſt tamen neceſſaria fideiuſſio, aut pignus, ſed ſufficit ipſi emptori fidem habere. l quod uendidi ff. de contrah empt.) efficitur emptor dominus, & conſequenter ipſi perit. Venditor tamen ſemper tenetur de euictione; id enim eſt de natura contractus Hoſt. in ſum. de contrah. empt. num. 6. At Ias in l. Traditionibus C. de pact. num. 21. docet non eſſe neceſſariam uacuam poſſeſſionem ad transferendum dominium, niſi aliud ſit expreſſum, ſed ſufficere traditionem.

42 Res

42 Res duobus uendita eſt ſecundi, ſi ei tradatur, l. Quoties ff. de rei uendic. ubi Ias. num. 33. & in l. Traditionibus cit. Silu. uer. Emptio q. 23. Couar. 2. uar. reſ. c. 19. Molin. diſp. 369. Fallit primo in re uendita Eccleſiæ, uel Ciuitati, in quas ex priuilegio dominium ſine traditione transfertur l. Vt inter diuinum C. de ſacroſan. Eccl. Fallit ſecundo in pauperibus, in fiſco, in ultimis uoluntatibus, Ias. in 6. l. Traditionibus, ubi uide alias fallentias. Fallit ultimo ex Molin ubi ſupra, ubi is, cui res tradita eſt, pretium non ſoluit, neque obtulit, neque uenditor illud habuit pro ſoluto; uam præferendum eſſe docet illum qui ſoluit, eſto res ei non fuerit tradita. Sed uerius docet Silu. ubi ſupra q. 5. præferendum eſſe cui primò res fuit tradita, licèt pretium ſolutum non fuerit; quia uenditor tradendo rem, uidetur fidem habere de pretio.

43 Si fiat pactum de pretio currente aliquo die, ſi uarietur, ſtabitur medio ſi ſeptimana, aut menſe, ſtabitur diutius duranti Silu. uſura 2. q. 2. uers. 3. Garz. c. 24. num. 9. Nau. autem c. 17. num. 239. & de vſur. conſ. 14. docet ſemper ſtandum eſſe medio. Quòd ſi uelet quantum plus ualeret Maio, eſſet uſura aperta Ang. uſure 1. parag. 34.

44 Pretium rei eſt, quo æſtimatur res cum traditur Sot. de iuſt. lib. 6. q. 4. art. 2. Molin. diſp. 358.

45 Debitum poſt annum ſoluendum minus ualet, & ideò poteſt minoris emi Cai. in ſum uer. Pagas certas Nau. c. 17. num. 231. & de uſur. conſ. 15. Negant s. Ant. p. 2. tit. c. 8. parag. 12. Silu. uſura 2. q. 14. uerſ. 4. Garz. c. 19 num. 2 Io. med. de reſt. q. 38. in fi. Azor. p. 3. lib. 8. c. 10. q. 5. & communior, licet dicant contrariam non eſſe condemnandam, & concedit Mol. ſi debitum non eſt liquidum, aut certum; aut quia emens exponit ſe periculo perdendi capitale, aut expenſas faciendi in recuperatione: uel quia aliquod intereſſe damni, uel lucri ceſſantis patitur, & emptio fit ad inſtantiam venditoris. Sic etiam docet Salon. 2. 2. q. 78 art. 2. contr. 17.

46 Si anticipans tui debiti ſolutionem minus ſoluis, vſura eſt Cai. in ſum. ver. vſura implicita, verſ. Tertius caſus Silu. vbi ſupra verſ. 3. s. Ant. parag. 4. Azor. q. 6. niſi id faceres, quia debitum non eſt liquidum; aut ratione intereſſe, quia cum haberes pecuniam negotiationi, aut frugiferorum emptioni deſtinatam, rogatu creditoris id facis Nau. vbi ſupra num. 230. Io. Med. vbi ſupra in fi. aut ratione abſentiæ, & periculi, non ratione temporis id facis, quia verè pecunia præſens plus valet quem abſens. Tolet. lib. 5. c. 31. Tertius poteſt minoris emere, ſi labor, impenſæ, aut periculum ſubeunda ſunt in recuperando capitali, aut ratione intereſſe Nau. vbi ſupra Molin. diſp. 361. num. 2. vt v. g. Si militi ſtipendium debetur, & creditor timet aut non totum, aut non ſine expenſis, aut moleſtia ſe recepturum Sot. lib. 6. q. 4 art. 2. in ſolut. 3. Silu. vbi ſupra verſ. 2. Obſeruat autem Mol. centum ita debita aliquando valere quinquaginta, & aliquando minus, pro quantitate eorum quæ timentur. Obſeruat ſecundo quod ſi debitum creditori parum valeat, vt quia parua eſt ſpes recuperandi, alius autem ſua induſtria, & fauore ſperat ſe facilè recuperaturum, iuſtum illius pretium erit, quãtũ creditori valet, licet ille totum recuperet. Garz vbi ſupra num. 3. dicit ſecluſis periculis, impenſis, &c poſſe redimi proprium debitum minoris, modò intra limites iuſti pretij, vt ſi vendidiſti viginti, quod erat ſummum, potes redimere pro 18 quod erat pium.

47 Emens à fure etiam bona fide, tenetur reſtituere vero domino etiam cum amiſſione pretij Caiet. in ſum. ver reſtitutio cap. 1. Io: Med. de reſt. q. 10. initio Sot. lib. 4. q. 7. art. 2. Molin. diſp. 722. Alij, vt Nau. c 17. num 9. Salon. 2. 2. q. 62. art. 6. cont. 1. P. Nau lib. 4 c. 2. dub. 3. docent ementem bona fide poſſe reſtituere furi, vt pretium recuperet. de quo fusè Rebell. p. 2. lib. 2. q. 91 Silu. reſt. 3. q. 7. verſ. 1. & alij, quos refert, & ſequitur Leſſ. lib. 2. c. 14. num. 22. dicunt non requiri bonam fidem, ſed ſatis facere inducendo furem, vt verò domino reſtituat. Si tamen ex quacumque cauſa recuperare non poteſt pretium, nequit alteri vendere, ne pretium amittat,

ſed tenetur eo caſu vero domino reſtituere, Leſſ. vbi ſupra dub. 3. Azor. p. 3. lib. 4. c. 3. q. 1. Quòd ſi vendat, tenetur pretium domino reſtituere ſi rem ipſam recuperare nequit, Salon. vbi ſupra; Niſi vendiderit durante bona fide, etiam ſi pluris vendiderit, cum id ſit fructus induſtriæ. Et ſi res ipſa vel conſumpta ſit, vel ſecundus emptor diſparuit, vnde illa recuperari non poteſt, nihil tenetur reſtituere, cum res iam euinci non poſſit Molin. diſp. 721. Idem cum res illa perijt etiam culpabiliter. Tenetur autem emptori de euictione ſi res extet. ibid ſed non ratione rei acceptæ, ſed ratione contractus Rebell. p. 1. lib. 2. q. 3. num. 3. Et contra Salon. loco cit. docet Molin. vbi ſupra num. 6. ad nihil teneri domino venditorem bonæ fidei, quia nec ratione rei acceptæ, nec ratione acceptionis, & quia inde non eſt factus locupletior. Si probabilis ſit coniectura quod fur reſtituet verò domino, docet Couar. in reg. Peccatum p. 3. initio num. 3. poſſe furi reſtituere, aliàs minimè quod Salon. vbi ſupra intelligit de emptore malæ fidei, eſt enim velut fur, rem alienam inuito domino ſcienter contrectando. Reginal. lib. to 1. lib. 10. c. 5. q. 1. docet opiniones Soti, & Silu. eſſe probabiles v. infra cui reſtituendum num. 2.

48 Venditor quando teneatur de euictione, & quando non vide c. vlt. de vendit vbi Glo. & Aug. Barbos Couar. 3. var. res. c. 17.

49 Merces expoſitæ, etiam à neceſſitate coacto, viliori pretio emi poſſunt Cai. in ſum. ver. Venditio Nau. c. 23. num. 79. Sot. lib. 4. q. 2. ar. 3. Salon. 2. 2. q. 77. ar. 1. contr. 6. & com.

50 Poſſum vendere triticum, & alia precio nunc currente, licet ſciam propter aduentum multarum mercium breui minuendum pretium, nec teneor emptori denunciare S. Tho. 2. 2. q. 77. ar. 3, Arag. & Salon. ibid Sot. lib. 6. q. 3. ar. 2. in fi. Silu. ver. emptio q. 15. Ang eo parag 26. Couar. vbi ſupra p. 2. parag. 4. num. 6. Mol. diſp. 354. Menoch. de arbitr. caſu 185. num. 22. Azor. p. 3. lib. 8. c. 23. q. 4 Leſſ. lib. 2. c. 21. dub. 5. contra Io. med. de reſt. q. 35. & probabilem dicit Conrad. de contract. q. 62. licet contrariam de iure veriorem affirmet. Idem dicendum ſi ſciam Senatus decreto diminuendum pretium, vel menſuram, aut pondus, aut valorem monetæ Gar. c. 14. num. 8. Azor. & Leſſ. vbi ſupra, licet Molin. loco cit. contrarium dicat V. Cordub. lib. 1. qq. q. 14. Secus ſecundum eoſdem ſi iam merces ſint deportatæ, aut Senatus decreto iam immutatum pretium, vel menſura, me ſciente, alijs verò ignorantibus. Item, ſecundum eoſdem, poſſum locare domum communi pretio; licet ſcias deceſſu Curiæ breui mercedem locationis minorem futuram, contrarium tamen docet Valent. tom. 3. diſp. 5. q. 20. p. 4. ad 4.

51 Mercator infimo pretio vendens, ſed partem mercis ſibi retinens in compenſationem pretij rigoroſi, aut aliam compenſationem faciens, reſtituere tenetur. Molin. diſp. 351.

52 Tempore careſtiæ compelli poſſunt habentes annonam vendere etiam pretio viliori Ias. in l. Nec mere. C. de liber. num. 3. Pan. in c. 1. de vend. & alij. Poſſunt etiam ad ſterilitatem euitandam cogi mercatores alias regiones adire, vt ement frumēta in communi vendenda, & alij ad mutuandam pecuniam. Silu. ver. Emptio q. 5. Pan. vbi ſupra V. Couar 1. var. reſ. c. 3. num. 5. & lib. 3. c. 14. num. 2. vbi docet eo caſu taxandum eſſe pretium à Principe, vel Magiſtratu

53 Principe indigente poteſt Eccleſia cogi rem ſuam permutare, ſi quod Principi expedit euidens eſt, & Eccleſia non damnificatur; hoc enim eſt priuilegium Principis, & ſufficere debet Eccleſiæ, quod aliunde habeat tantundem, Non tamen poteſt cogi per Principem ſecularem, ſed per Eccleſiaſticum c. 1. de rer. permut. vbi Boich, & alij ab ipſo relati, & Panor V. Ancar. in d. c. 1.

54 Quibus caſibus cogatur quis rem ſuam vendere, vide apud Couar. num. 3. & & apoſtill. ad Pan. in c. 1 de empt.

55 Cum aliquid pluris vendis iuſto pretio ratione damni emergentis, aut lucri ceſſantis aut affectionis, &c. teneris emptorem monere

Digitized by Google

monere idcircò te pluris vendere, alioqui iniuſtitiam committis: fortè enim emens intendit res tuas, non damna emere Sot. lib. 6. q. 1. ar. 3. & q. 3. art. 1. Molin. diſp. 3. 8. num. 7. Nau. c. 17. num. 211. & c. 23. num. 82. Garz. c. 10. condit. 3. & 7. Aragon. 2. 2 q. 78. ar. 2. Valent. to. 3. diſp. 5. q. 10. p. concl. 4 Rebell. p. 2. lib. 9. q. 8. num. 4. vbi docet non poſſe mercatorem paciſci de lucro ceſſante, niſi quando in præſenti numerata pecunia eras venditurus, ſed gratia ementis, illi creditò vendis.

56 Res ab alio empta ex pecunia mea, non eſt mea, ideoq; eam vendicare non poſſum, l. Si ex ea pecunia C. de rei vendic. intellige, niſi mandato, aut nomine meo empta ſit; aut niſi pecunia ſit Eccleſiæ, aut pupilli, aut militis Silu. ver. Emptio q. 22.

57 Non licet vendere Iudæis agnos, ramos, &c. quia præſumendũ eſt Iudæum illa emere ad ſuos ritus & feſtiuitates Roſell ver Iudæus parag. 2. Rebell. p. 2. lib. 9. q. 18. ſect. 3. in fi. Licere, ſi bono fine vendas, aſſerit Ang. ver. infidelitas parag. 2. Adde primo cum Silu. eo q. 4. & Nau. de Iudæ. conſ. 1. licere ex cauſa rationabili, puta ex magna neceſſitate, aut vtilitate, quia ad hoc ſunt parati, vt cum ab vſurario accipio mutuum ſub vſura Adde ſecundo cum Caiet. 2. 2. q. 10. art. 4. & q. 147. art. 4. & q. 160. ar 2. ad 3. modò abuſus ille tolleretur ab Eccleſia, & vendas, non eo animo, vt alicui peccato ſeruiant, ſed tantum vt res tuas vendas. Addit Azor. p. 2. lib 12. c. 18. q. 10. etiam ſi ſcias emi ab infideli ad cultum infidelem, ſi res ſunt communes, & indifferentes. Sed q. 9. clarius docet, quod ſi vendas ijs quos credere debes male vſuros, emiq; ad malum vſum, peccas, cum conſentias illorum peccato. Si verò promiſcuè vendas ijs, quos probabiliter vides aut putas ad malum vſum emere peccas: ſecus, ſi dubium, aut incertum ſit, an emptor ad bonum, vel malum vſum emat, Nemo enim præſumendus malus, niſi conſteſſic etiam Contad. de contract. q 53. in fi. Clarius Salon: 2. 2 .q. 77. ar. 4. contr. vlt. ſi rerum indifferentium abuſus ſit tantum in damnum ipſius abutentis, non peccas res huiuſmodi vendens, & ſic non peccas vendens Iudæis agnos, &c ſi verò ſit in damnum tertij, vel probabiliter dubitetur peccas mort. cum tenearis ex præcepto charitatis vitare damnum proximi. Ego verò cenſeo peccare contra iuſtitiam, & conſequenter teneri ad reſtitutionem, quia concurrit ad damnum non ſolum tãquã non impediens, ſed tamquã miniſtrans materiam proximam Si tamen ad ſit iuſta cauſa ſubminiſtrandi huiuſmodi indifferentia, & talis, quæ meritò præferri poſſit damno alterius, non peccas, nec teneris reſtituere. fusè, & optimè Sanchez in ſum. lib. 7.

58 Si vendita res euincatur, idem ſi interpoſito Iudicis decreto, ab emente, alioue titulo poſſidente auferatur, tenetur venditor de euictione, idem tenetur proprijs expenſis rem illam tueri, & defendere. Fallit tamen primo ſi emptor non denunciauit venditori litem motam. Secundo ſi emptor à Iudice vocatus contumaciter abſuit. Tertio ſi per iniuriam ſententia lata fuit contra emptorem. Quarto quando emptor compromiſit, & cont a ipsũ lata fuit ſententia. Quinto Quando emptor nõ vſucæpit cum poſſet. Sexto quando ſcienter emit rem alicuam, niſi de euictione ſpecialiter ſibi cauerit. Septimo ſi aliquid caſu contingat Octauo quando per ſpeciale pactum venditor cauit ſe nolle teneri de euictione, vt ſi dicat ſe nolle teneri, ſi res euincatur à certa perſona, vel in cauſa certa; ſecus ſi generaliter tantum pactum fecerit; tunc enim eo non obſtante, tenetur venditor Silu. ver. emptio q. 27. Ang. eo parag. 21. Molin. de contr. diſp. 380 num. 11. Azor. p. 3. lib. 8 c. 30. Immo Fel. in c. Si diligenti de for. comp. num 23, docet regreſſui contra venditorem de euictione renunciari non poſſe, per Glo in l. Non dubitatur C. de euict. licet Io. And. à Fel. relatus limitet dictum Glo. vbi venditor ſcienter occultauit vitium rei, alias non.

59 Mercator nollens mutuare, ſi petenti mutuum vendat merces ſummo pretio, ſtatimq; rogatus emat infimo, non peccat,

ſunt

Sunt enim ibi duæ venditiones iuſto pretio factæ Nau. in man. c. 23. num. 90. P. Nau. de reſt. lib. 3. c. 2. num. 170. Leſſ. lib. 2. c. 21. dub. 16. qui tamen docent diſſuadendas eſſe huiuſmodi emptiones propter periculum ſcandali, & propriæ infamiæ. Eandem ſententiam tenet. Reginald. lib. 25. num. 296.

60 Emens à Turcis aut Piratis, quæ ipſi à Chriſtianis ſurripuerunt, poteſt ſibi retinere, nec tenetur ea priori domino reſtituere Roſel ver. Bellum num. 29. Azor. p. 3. lib. 4. c. 4. q. 12.

61 Emens tempore meſſis, aut vindemiæ, aut alio, quo rerum eſt abundantia, tantam eorum copiam in aliud tempus conſeruandam, quo carius vendentur, vnde in Republica caritas oriatur, peccat mort. Nau. c. 23. num. 91. Silu. ver. emptio q 10. Angel. ver. negotiatio num. 3. Sot. de iuſt. lib. 6. q. 2. art. 2. Io: Med. de reſt. q. 36. Leſſ. lib. c. 21. num. 150. An verò contra iuſtitiam, vt propterea reſtituere teneatur? Med. Silu. & Ang. affirmant, quando fuit cauſa augumenti pretij, quod alias non fuiſſet. Negant verò Leſſ. & Rebell. p. 2 lib. 9. cap. 18. ſect. 4. At Molin. de iuſt. tract. 2. diſp. 344. num. 5. duo dicit. Primum nullum eſſe peccatum, ſi iuſto pretio emãt, & reuendant; modo ſingulis de Republica impedimento non ſint, quominus tempore abundantiæ ſibi neceſſaria emant, & copia earum rerum, quas emunt tanta non ſit, vt propterea earum pretium augeatur. Secundo non teneri huiuſmodi inducentẽ caritatem aliquid reſtituere, quia non peccauit contra iuſtitiam; vtitur enim iure ſuo, intra iuſtitiæ limites emendo tempore abundantiæ iuſto pretio alijs de Republica ex iuſtitia minimè debita. Et in hoc etiam expreſſe conſent Leſſ. loco cit.

CENSVS.

1 EST ius exigendi penſionem in fructibus. vel pecunia ex re vtili alterius Sot. de iuſt. lib. 6 q. 5 art. 1. Nau de vſur num. 69. vel vt definit. Salon. 22. tract. de cenſib nũ. 3. Eſt cõtractus emptionis & vẽditionis, in quo reddita pecunia tãquam pretio emitur, & venditur ius percipiendi aliquem annuum redditum, re aliqua ad ſecuritatem illi ſubiecta. Ideò autem hic Autor dicit, re aliqua, &c quia cẽſet obligationem in cenſu eſſe perſonalem. Eſt vero contractus innominatus do, vt des Garz. de contrac. c. 29. num. 5.

2 Cẽſus ex modo, quo inſtituitur diuiditur primo in reſeruatiuũ, & conſignatiuũ Sot. vbi ſupra Salon. art. 1. Cõrad. de contrac. q. 12. Reſeruatiuus eſt cum quis cõcedit aliquid alicui quoad omne, quod poteſt concedere, reſeruata ſibi annua mẽſtruauè penſione, quæ modica ſolet reſeruari in memoriam antiqui dominij. & beneficij collati, transferturq; non ſolum vtile dominium, vt in emphyteuſi, ſed etiam directum. Conſignatiuus dicitur, quod conſignatur, conſtituitur, ac exhibetur in rebus eius, qui illum conſtituit, manente vtroq; dominio penes ipſum concedentem, qui ſi pretio concedatur, erit vera emptio. poteſt verò concedi alijs titulis, vt permutatione, donatione, in recompenſationem, &c.

3 Diuiditur ſecũdo ex parte rei, cui imponitur. qua ratione eſt triplex, realis perſonalis, & mixtus. Realis eſt qui in aliqua re ita eſt collocatus, vt in illa, & ex illa debeatur. Perſonalis duplex, vel perſonalis ſimpliciter, cui nulla reſpondet obligatio realis, eò quod ſola perſona ſit obligata vel perſonalis non merè, quando vltra perſonam eſt aliquid obligatum, tamquam hypoteca ad cenſum, illiuſque aſſecurationem. Mixtus eſt quãdo obligationi reali adiungitur obligatio perſonalis.

4 Diuiditur tertio ratione rei, in qua penſio reddenda eſt, in fructuarium, vel pecuniarium. Ille eſt cum penſio redenda

eſt in fructibus ; & hoc vel certè, ac determinatè, vt cum certa fructuum quota aſſignata eſt, vel incertè, vt cum quarta, vel quinta pars fructuum colligendorum aſſignatur. Pecuniarius eſt, quando penſio ſoluenda eſt in pecunia.

5 Diuiditur quarto ratione durationis, qua ratione alius eſt redimibilis, vel ad tempus determinatũ, vel perpetuo. Alius eſt irredimibilis, alius eſt ad vitam ementis, aut vendentis, aut alterius, vel etiam plurium. ſiue ſimul, ſiue ſucceſſiue, qui Vitalitius dicitur: qui ſi realis ſit, licitus eſt, iuſtumque illius pretium taxandum eſt prudentis arbitrio, attenta ætate, complexione, & periculis vitæ eius, pro quo vitalitium emitur, deſcendendo de pretio, quo in eadẽ regione iuſte emeretur cenſus realis perpetuus. Si verò ſit perſonalis, eius pretium taxandum eſt attendendo ad vltimum terminum, quo moraliter, & naturaliter peruenire poteſt vita eius, in qua conceditur ſumendo dimidium annorum à die, qua vitalitium incipit vſque ad terminum illum, ita vt pretium illius adæquet in quantitate penſiones omnium illorum annorum. Si alio modo fiat, cenſet Molin. diſp. 381. eſſe vſuram, & prohibitos per Bullam Pij V. Alij verò docent licitum eſſe, licèt penſiones excedant. Sic Leſſ. lib. 2. c. 22. num. 20. & Garz. de contrac. c. 29. num. 4. dicens hunc cenſum iuſtificari propter periculum, cui vterq; contrahentium ſic exponit, ſi tamen periculum ſit æquale. Vnde infert iniuſtum eſſe, ſi à ſene, vel infirmo, qui ad decennium tantum probabiliter ſint victuri, petas mille pro penſione annua decem, cum maxima ſit inæqualitas. Conſtituenda igitur penſio talis, vt vterq; ſubiaceat periculo lucrandi, vel admittendi V. Azor. p. 3. lib. 10. c 17. q. 6. & ſeq. Nau. de empt. conſ. 10. Couar 3. var. reſ. c. 9 num. 7. Valent. to. 3. diſp. 21 q. 22. punct. 5.

6 Ad iuſtitiam huius contractus ex Bulla Pij V. oportet rem, cui cenſus imponitur, eſſe ex natura ſua frugiferam, immobilem, aut pro immobili habitam, & nominatim certis finibus, idest limitibus deſignatam: totum pretium recipi in celebratione inſtrumenti, non autem prius, & numerari coram Notario, & teſtibus: non poſſe augeri, aut minui pretium, aut cenſum augeri: perire cenſum pro rata re pereunte, aut ſterili facta: poſſe redimi ſemper eodem pretio, denuntiando per bimeſtre; & poſt denunciationem poſſe etiam ab inuito intra annum repeti, ſi res cenſui ſubiecta vendenda ſit, præferendus dominus cenſus eiq; explicandæ omnes rei vendendæ conditiones, & integrum menſem expectandus: Non poſſe creari cenſum ſuper eadem re, aut ſuper quacunq; alia in fauorẽ cuiuſcũq; perſonæ pro pẽſionibus non ſolutis, aut in futurum non ſoluendis. Non obligari ad aliquod intereſſe, aut onera ante ſolutionem, aut pœnam in caſu, in quo aliàs non tenebatur. Solutiones anticipatas fieri, aut in pactum deduci non poſſe: conuentiones directè, aut indirectè obligantes ad caſus fortuitos eum, qui alias ex natura contractus non tenebatur apponi non poſſe.

7 Pretium cenſus non poteſt ab inuito repeti ex Bulla cit. Fallit primo quando debitor cenſus denuntiauit creditori futuram illius redemptionem iuxta Bullam Secundo quando ignorante, & non conſentiente emptore, cenſus impoſitus eſt ſuper re aliena], tunc enim cogitur venditor vel pretium reſtituere, vel rem propriam liberam ſubijcere etiam non ſecuta euictione. Rota coram Seraph. p. 1. deciſ 321. Tertio quando cenſus impoſitus fuit ſuper re ſubiecta fidei commiſſo, & reſtitutioni ſubiecta Rota coram Pegna in vna Romana cenſus: aut ſuper re feundali, aut emphyteutica, de quo infra; nam aperto feudo reſoluitur contractus Leſſ. de iuſt. lib. 2 c. 24. dub. 12. Quarto quando dominus fundi cenſualis dolo, & fraude fundum deſtruxit, ac penitus infructuoſum reddidit Leſſ. vbi ſupra num. 91. Quinto quando domino cenſus non fuerunt adimpleta promiſſa tempore conſtitutionis cenſus circa dationem fideiuſſoris, & ſimilium; tunc enim petitur capitale, non

vt

vt pretium, ſed vt intereſſe, Gratian. diſcep. for. c. 301. num. 6. Sexto quando inter partes conuentum eſt ſub iureiurando, vt non ſoluente ipſo venditore cenſum tempore debito, poſſit dominus cenſus repetere ſortem principalem, Rota coram Pegna in vna Vrbeuetana cenſus 31. Maij 1581. Septimo quando inter venditorem, & fideiuſſorem pactum fuit, vt venditor teneatur infra certum aliquod tempus cenſum redimere; tranſacto enim eo tempore poteſt venditor à fideiuſſore compelli ad redimendum Cencius de cenſib. p. 2. c. 1. q. 3. ar. 8. num. 52. Octauo quando contractus ab initio fuit nullus, & inualidus Rota corã Pegna in Romana cenſus 18. Iunij 1593. Nono quando prædium cenſui ſubiectum emptum erat cum pacto de retro: facta enim retrouenditione euaneſcit cenſus, ſed venditor tenetur ad pretij reſtitutionem. Vltimo quando dominus cenſus emit prædium, tunc enim poteſt liberè pretium repetere Cenc. p. 3. c. 1 q. 5. Vide eundem vbi ſupra q. 3. art. 4.

8 In cenſu creando pro aſſignanda dote, neceſſariam non eſſe pecuniæ actualis numerationem coram Notario, & teſtibus, vbi pecunia ad manum haberi non poteſt, declarauit Pius V. an. 1570. vt in Bull. nouo poſt bullam de cenſib.

9 In contractu cenſus iuxta Bullam Pij V. de ſubſtantia contractus eſſe tantum creationem ſuper re immobili certis finibus deſignata, & in pecuniam numeratam; cetera verò tamquam accidentalia vitiari, non vitiare contractum cenſuit Rota coram D. Coccino apud Farin. p. 1. decis 674. vbi num. 5. quòd prohibitio Bullæ Quòd debitor cenſus non teneatur ad damna, & intereſſe intelligitur de intereſſe extrinſeco, non intrinſeco. Et num. 4. quòd pactum de redimendo cenſum per emptorem factum in euentum quod venditor eſſet moroſus in ſolutione, non improbatur, ſi ſimpliciter eſt adiectum, quia contractus eſt purus, licet ſub conditione reſoluendus. Vide locum.

10 Vt cenſus redimi poſſit ad voluntatem emptoris, an liceat ex natura rei Negant Sot. lib. 4. q. 5. ar. 5. Azor. p. 3. lib. 10. c 17. q. 4. Nau. de vſur. num. 22. & alij. Non pugnare aſſerunt alij quos refert Azor. loco cit. Certè poſt Bullam Pij V. illicitum eſt.

11 Si res in qua cenſus eſt collocatus, non producat fructus conſuetos, ex ſterilitate, aut alio caſu fortuito, ſed longe pauciores, debetur integra penſio ex ijs fructibus, ſi ſufficiant, eſto domino rei nihil remaneat Nau. de vſur num. 117. Molin. diſp. 291. Idem ſi bello, peſte, aeris intemperie, hoſtium incurſu vno, aut pluribus annis nullum fructum reddit, quia non emuntur fructus, ſed ius eos percipiendi. Corad. de contract. q. 83. concl. 12. Io. Med. de reb. per vſur. acq. q. vlt. Azor. p. 3. lib. 10. c. 6. q. 5. de cenſib. ſecus ſi dicta impedimenta præcedant, quia tunc habenda eſt tamquam res infrugifera, ſi ſint crebra, & perpetua. Azor. q. 4. Si verò res in parte pereat, aut perpetuò infructuoſa reddatur, ſaltem debetur penſio pro rata eius, quod ex illis remanet, eſto plures fructus ferat quàm qui ad integram penſionem ſufficiant. Nau. & Med. vbi ſupra Contrarium tamen tenuit. Rota coram Card Mellino 30. oct. 1602. vt teſtatur eadem Rota in vna Romana fideicom. apud Farinac. p. 1. decis 232. nempe non eſſe curandum, ſi pars fundi cenſualis perierit, modo fructus illius partis, quæ remanet, ſufficiant pro ſolutione cenſus.

12 Oportet fructum non eſſe minorem cenſu, alioqui eſſet vſura, ſicut emere pecora ab eo qui non habet Nau. de vſur. num. 79 & de empt. conſ. 18. Tolet. lib. 5. c. 47. Garz. c. 28. num. 4. Ang. vſura 1. parag. 78. Silu. vſura 2. q. 12. Azor. vbi ſupra q. 1. quicquid Sot. vbi ſupra in contrarium dicat, ea ratione quod emitur ius ad fructus, non ipſi fructus. Attendenda regionis conſuetudo Gratia. diſcep. for. c. 142

13 Vbi Bulla Pij V. non eſt recepta, licere cenſum ſuper perſona, modò ſit vtilis, & frugifera, aſſerunt Sot. lib. 6. q. 5. art. 1. Salon. de cenſib. art. 3. contr.

4. Toler. vbi ſupra. Negant S. Ant. p. 2. tit. 1. c. 8. parag. 10. Ang. vſura 4. parag. 78. Nauar vbi ſupra num. 81. Couar 3. var. reſol. c. 7. num. 5. Azor. p. vbi ſupra c. 5. q. 1. Leſſ. lib 1 b. . c. 21 num. 18. Vide Molin disp. 387. Rebell p. 2. lib. 10. q 3.

14 Non poteſt cenſus conſtitui ſuper duobus, tribuſue prædijs, ſi vnum ſufficiat; id enim videtur prohibitum per Bullam cit. licèt non ſit contra naturam contractus, ſi ita in pluribus prædijs conſtituatur, vt vno pereunte, pereat cenſus pro rata Azor. vbi ſupra q 6. Dicendum tamen vt ſupra num. 11. in fi.

15 Si cenſus perpetuus ſit, poteſt ſuper eo alius cenſus conſtitui; habetur enim inter immobilia Nau. de vſur. num. 87. Azor. vbi ſupra c. 7. q. 1.

16 Non poteſt nouus cenſus imponi ſuper eadem re. Quod ſi inſcio ſecundo emptore imponatur, tenetur venditor vtrumq; ſoluere nec ſecundus emptor tenetur reſtituere penſiones bona fide acceptas: ceſſante autem illa ignorantia, tenetur vel reſcindere contractum, vel primi emptoris conſenſum petere, ſi fundus vtriuſq; cenſus ſit capax Azor. vbi ſupra q. 2.

17 An vendi poſſit cenſus ſuper re emphyteotica, vel feudali, Gratian diſcept. for. c. 43. num. 20. & c 920 num. 24. citato Follerio de cenſib affirmat durante vita emphyteutæ, nam aperto fundo Domino, vel agnatis, omnes obligationes peribunt. ipſe tamen dicit hoc verum tantum de impoſitione cenſus ſuper fructibus, non autem in re emphyteotica cum hypoteca. Rota in nouiſſ. diuers. p. 1. decis. 480. Emphyteuta enim ſolum prohibetur vendere ius emphyteoticum, aut in alium transferre: quæ tranſlatio non fit per conſtitutionem cenſus ſuper fructibus, qui pleno iure ſunt ipſius emphyteutæ, & ideo valebat obligatio reſpectu perſonalis obligationis, non autem vt conſtituatur ius in re. Surd. de alim. q. 10. tit. 4. à num. 25. ad 34. Vlterius, dicendum, quod ſi emphyteuſis ſit hæreditaria, poteſt conſtitui cenſus ſuper fructibus, durante vita imponentis, quia hoc caſu volens ſuccedere debet eſſe hæres, qui tenetur ſatisfacere pro defuncto, cuius perſonam repreſentat, & ſic fructus ad eum pertinent ex perſona anteceſſoris. Gratian c. 43 cit. num. 15. loquens in ſpecie de feudo valere autem argumentum de feudo ad emphyteuſim docent idem Gratian. num. 12. & Surd. decis 188. num. 5. Cencius de cenſib. p. 1. q. 2. c. 2. ar 2. duas contrarias opiniones conatur ſic conciliare, vt ſi directus Dominus in conceſſione expreſſè prohibuit alienationem, cenſus ſit ipſo iure nullus, quia tunc eſt etiam prohibita hypoteca, & obligatio rei emphyteoticæ. Si vero dominus directus contentus fuit ſola legali prohibitione, tunc validus eſt cenſus, ſed reſoluendus cum iure ipſius emphyteutæ, iuxta Rotam pluries ita diſtinguentem, ut refert idem Cencius. Et in hoc ſecundo caſu dicendum id uerum eſſe, ſi ius empytheoticũ finiatur ex proprio iure domini directi, puta oblineam finitam, uel ob lapſum temporis, uel ex delicto ipſius emphyteutæ: ſecus ſi res emphyteotica reuertatur ad dominium ex cauſa uoluntaria, ut ex donatione, uel uenditione ipſi domino facta, ſucceſſione ex teſtamento, uel ab inteſtato, uel aliter, ut multis cit. docet idem Cencius ubi ſupra num. 9.

18 Idem de clerico ratione beneficij & de marito reſpectu rei dotalis. Ille quidem, quia cum fructus beneficij, reſpectu illius, perpetui non ſint; non dicitur cenſus conſtitui ſuper re pro immobili habita. Maritus uerò, quia ſine uxoris conſenſu, non poteſt fundum dotalem obligare, Azor. p. 3. lib. 10. c. 5. q. 5. & 6.

19 Nec Vſufructuarius ſuper Vſufructu Riccius p. 2. decis 74. Intellige ſuper Vſufructu formali, idem ſuper iure utendi, fruendi, &c. ſecus ſuper commoditate percipiendi fructus durante iure ipſius Vſufructuarij. Cencius aliòs referens de cenſib. p. 1 c. 2. q. 3. art 3.

20 Nec fideicommiſſarius ſuper re ſubiecta fideicommiſſo. ſuſtinetur tamen in præiudicium eius, qui cenſum impoſuit, licet cenſus nullus ſit, Rota coram Gipſio, & coram Ludouiſio apud Cencium decis 59. & 60. Gratian. c. 175.

21 Re cenſui ſubiecta legatⁱ, onus, ſoluendi cenſum tranſit ad legatarium pro cenſibus decurrendis: onera enim realia ſemper tranſeunt cum re legata & ad perſonas, quæ huiuſmodi res poſſident: ſecus in cenſibus decurſis ante mortem Teſtatoris, aut in legato facto fauore piæ cauſæ, vt pro miſſis dicendis, tunc enim præſumptio eſt, quod voluerit Teſtator rem illam legare Eccleſiæ Gratian. alios referens, & de communi aſſerens diſcep. for. c. 611. à num. 1. ad 8.

22 Emens cenſum ſuper re aliena, ignorans huiuſmodi defectum poteſt exigere penſiones pro tempore ignorantiæ: debet enim ſic ignorans a damno excuſari c. 2. de conſtit. imo poteſt venditorem compellere ad pretij reſtitutionem Nau. de vſur. num. 118. q. 16. & ſeq. Molin diſp. 394 Azor vbi ſupra c. 7. q. 7. Gratian. diſcep. for. c. 175.

23 Si emptor cenſus pecuniam non habens alium rogat, vt pecuniam ſibi det, quam venditori numeret, pollicitus ſe ſtatim eam redditurum, quia in id conſentit venditor, ſimulatè & fictè ſoluit; non enim cenſetur ſolutum, quod ſtatim recuperatur l. Qui ſic ſoluit ff. de ſolut. Secus dicendū ſi emptor mutuo accipiat, vt ſoluat, quia tunc de ſuo ſoluit. quare modò pactum nō ſit de ſtatim reſtituenda, vera eſt ſolutio. Idē dicendum cum venditor cenſus debitor emenus, accipit quidem totum pretium, ſed cum pacto ſtatim reſtituendi quod debebat; nam perinde eſt, ac ſi pretium non ſoluat, ſi ea pactione det, vt ſtatim recuperet, In hoc tamen poſtremo contrarium verius docent Nau. de vſuris num. 88. Molin. diſp. 390. num. 2.

24 Emens cenſum tutus eſt in conſcientia, ſi verè iuſtum pretium ſoluit, licet non in præſentia Notarij, & teſtium, nec in pecunia numerata, ſed per liquidi, & iuſti pretij recompenſationem, vel ſine fraude in mercibus quas tunc venditor cenſus emere volebat Nau vſur. num. 88. & 121. Bonſign. trac. de cabib. à num. 5. Salon. de caſib. art. 3. contr. 8. Azor. p. 3. lib. 10. c. 8. q 6. Leſſ. lib. 2. c. 22. num. 80. Roder. in Bullam cruc. trac. de cenſib. condit. 3. & 4. vbi concl. 5. negat in mercibus, &c. Alij tamen docent id iam non licere poſt Bullam Pij V. Sic Molin. vbi ſupra in ſi. B. Med. in ſum. lib. 1. c. 14. parag. 26. Garz. c. 28. num. 11. Ban. 2. 2. q. 78. ar 4. dub. 5. Valent. 10. 3. diſp. 5. q 25 p. 2. Nau. ſibi contrarius de emp. conſ. 13. Vtrumq; probabile.

25 Cenſus debitorius idest cum venditur fundus domus, vel alia res frugifera, & quia non ſtatim ſoluitur pretium, ſed venditore conſentiente, differtur in aliquot annos interim contrahentes ſimul conueniunt, vt quandiu pretium non ſoluitur, emptor eandem, vel ſimilem penſionem venditori perſoluat, quam redditurus eſſet, ſi ex eo pretio fuiſſet cenſus ſuper ea re conſtitutus, iniquus eſt. Silu vſura 2. q. 11. dicto 2. Salon. alios referens vbi ſupra art. 6. num. 3. Pan. uol. 1 conſ. 3: Couar tamen, & alij quòs refert. 3. var. res. c 4. num. 5. & 6. & c. 11. num. 5. huiuſmodi contractum probant, & vt licitum multis defendunt, & fatetur Salon à multis Theologis approbatum Roder. in Bulla cruc. tract. de cenſib. condit. 4. in ſi.

26 Debens centum v. g poteſt conſtituere cenſum ſuper bonis ſuis, illumq; creditori in ſolutum dare modò vere debita ſint, & ex iuſto contractu, ceſſetq; fraus Salon. contrau. 8. cit.

27 Pretium cenſus eſt quod conſuetudine, aut communi vſu ſon ſine dolo receptum eſt, vbi lege non ſit taxatum S. Ant. p. 2. tit. 1. c. 8. parag. 14. Sot. lib. 6. q. 5. art. 3. in ſi. Couar. 3. var. res. c. 9. 10. Nau. de vſur. num. 104. Tolet. lib. 5. c. 47. V. Salon. art. 3. cit. contr. 9.

28 Ad vitam ementis ſolent dari octo pro vno, atq; adeò pro centum aureis emitur cenſus circiter duodecim Couar. vbi ſupra c. 9.

29 Emere potes cenſum duodecim, & quatuordecim pretio centum cum pacto redimendi perpetuo, qui ſine illo valeret ducenta, & amplius Nau. in man. c. 23. num.

c. 13. num. 86. per extrau: 1. & 2. de empt.

30 Non eſt neceſſe pretium cenſus numerari coram Notario, & teſtibus, ſed ſatis eſt, ſi coram eis ſoluatur pretium, quia nihil fit in fraudem legis Azor. p. 3. lib. 10. c. 8. in fi.

31 Iniquum eſt pactum, vt penſiones anticipatè ſoluantur, quia verè non emeretur cenſus iuſto pretio. Si enim emas decem pro centum; ſi decem ſtatim ſoluantur, certè non dantur niſi nonaginta. Tolet. lib 5. c. 48. in fi. Salon. vbi ſupra contr. 12. Azor. vbi ſupra c. 9 Leſſ. lib. 2. c. 22. num. 81. Si tamen anticipata ſolutio fiat ex liberalitate, ſuſtinetur. Rota coram Card. Larzet loro, quæ eſt 95. poſt tractatum Cencij de cenſib. & docet idem Cencius p. 2. c. 1. q. 3. ar. 2.

32 Ad tributa, quæ ſoluuntur pro ratione bonorum cuiuſq; aut pro quantitate redditunm prædiorum, ex quibus tributa exiguntur, tenetur etiam dominus cenſus pro rata, & quantitate iuris, quod habet ad fructus eius prædij Mol. diſp. 391. Alij tamen vt Nau. de vſur. num: 131. Boninſigna. de cenſib. num. 22. Azor. vbi ſupra c. 15. docent ad venditorem, non ad emptorem cenſus ſpectare ſolutionem dictorum tributorum, quia cum ſit onus prædio impoſitum, pertinet ad dominum prædij.

33 Poſſe in cenſu fideiuſſorem accipi non tantum pro euictione, ſed etiam pro ſolutione penſionis, docent Nau. de empt. cons. 18 & de vſur. num. 77. per c. ſi de empt. Valent. 103. diſp. 5. q. 22. punct. 6. vers. quarto ſequitur: Molin. vbi ſupra. Garz. verò c. 68. docent quatuor modis poſſe fideiuſſorem accipi, primo vt deficiente fundo fideiuſſor ſoluat. & hoc non licet. Secundo vt non ſoluente cenſualiſta, poſſit ad fideiſſſorem recurri. Tertio rem cenſuatam eſſe ipſius cenſualiſtæ, & talem, vt onus penſionis ſuſtinere poſſit. Quarto vt tutus ſit de damnis, quæ poſſet incurrere, qui cenſum emit, vt quia fundus fortè non eſt liber: & hæc tria licent, ſunt enim de natura contractus idem docent Lopez inſtruc. lib. 1. c. 57. Salon. vbi ſupra contr. 14. num. 1. Reginald. lib. 25. num. 417.

34 In cenſu fructuario poteſt emptor tuta conſcientia percipere fructus in menſura, & quantitate conuenta, licet in pretio plus notabiliter creuerint, quam tempore contractus: Nam etiam ſi tempore venditionis eorum pretium eſſet valde diminutum. non ideo obligandus venditor ad aliquid reſtituendum Nau. de vſur. num. 119. Azor. p. 3. lib. 10. c. 20. q. 3.

35 Licitum eſt pactum, vt non redimatur niſi totum ſimul Sot. de iuſt. lib. 6. q. 5. ar. 3. concl. 4. Immo, ſecluſa conſuetudine, non poteſt venditor inuito emptore per partes redimere Roder. in ſum. p. 1. c. 44. concl. vlt. Reginald. lib. 25. num. 424. niſi in pactum deducatur Molin. diſp. 363. & concedunt Nau. de vſur. num. 78. & Sot. vbi ſupra concl. vlt. modò pro eo grauamine redimendi totum ſimul augeatur pretium cenſus, Certè Pius in ſua conſtitutione huius conditionis non meminit. Nec Martinus V. & Calixtus III. dicunt eſſe neceſſariam, ſed tantum approbant appoſitam in contractibus ſibi propoſitis, oppoſitum non damnantes Tolet. lib. 5. c. 45. in fi. Salon. de cenſib. art. 3. controu. 1. Et cum alioqui, & naturæ contractus, & communi Doct. doctrinæ magis conſenſentaneum ſit non niſi toto ſimul pretio reddito redimi poſſe, id omnino tamquem probabilius tenendum eſt, nec admittenda compenſatio, de qua Sot. & Nau. ſic Rebell. p. 2. lib. 10. q. 6. difficul. 5.

36 Licitum eſt pactum, vt ſi non redimatur intra certum tempus, ſit perpetuus, & quod non poſſit intra certum tempus redimi, modò pro eo grauamine pretium augeatur. Sot. vbi ſupra concl. 3. Tolet. lib. 5. c. 48. quòd tamen Molin. diſp. 395. num. 6. licet ex natura contractus dicat fieri poſſe; vbi tamen Bulla Pij V. recepta eſt, docet eſſe illicitum, cum ſtatuat Pontifex poſſe quocumq; tempore redimi, etiam immemorabili præſcriptione non obſtante, Azor. vbi ſupra c. 17. q. 5. relatis varijs Doct. ſententijs dicit non eſſe huiuſmodi pactum in Republica permittendum.

Digitized by Google

37 Bulla Pij non includit cenſus reales perpetuos ante ipſam factos, nec alios redimibiles per viam legati, fidei commiſſi, vel alterius vltimæ voluntatis: nec factos per contractus gratuitos, vt donationis, dotis, ſponſalitiæ largitatis, donationis alicui Eccleſiæ, aut Capellæ ad aliqua officia celebranda: ſed ſolum includit cenſus, qui fiunt per emptionem, & venditionem aut alium contractum æquipollentem, ob quē alteri conſtituit cenſum in re ſua ob aliquod pretium. Nau. de vſur. num. 98. Molin. vbi ſupra num. 8.

38 Cenſus irredimibiles ſecundum regulas Bullæ prædictæ conſtituendos eſſe docet Molin. loco cit. in clauſulam 9. Sed id negat Nau. vbi ſupra, & de empt. cons. 22. Si legitimè ſint conſtituti, qui ſcilicet longe maiori pretio, quam redimibiles conſtituuntur, eò quòd nulla penitus redimendi facultas fiat venditorij. Tolet. verò lib. 5. c. 43. & ſeq. Boninſign. de cenſib. num. 8. Molin. vbi ſupra Garz. c. 18 num. 13. volunt poſt dictam Bullam, vbi vſu recepta eſt, conſtitui non poſſe huiuſmodi cenſus irredimibiles per clauſulam 9. irritantem pacta directè, vel indirectè redimendi facultatem auferentia.

39 Non obſtante dicta Bulla licitus eſt cenſus in foro conſcientiæ, cum pacto redimendi ex vtraque parte: id enim ſenſerunt grauiſſimi Doctores, vt Io. Med de vſur. q 15. verſ. quibus non obſtantibus. Maior. Gabr. & Conrad. relati à Valent. to 3. diſp. 5. q. 25. p. 2. Glo. 3. Anchar. in c. Illo. vos. de pignor in fi. vbi Pan. num. 2. Imola, & alij; & nouiſſimè id approbatum eſſe Romæ à pleriſq; Theologis ſe præſente aſſerit Valent. licèt dicant non ſuadendum propter periculum. Pretium verò huiuſmodi cenſus, ubi lege, aut conſuetudine non eſt taxatum, eſſe poteſt idemmet, quod in cenſu redimibili ex parte uenditoris tantum. V. Valent. loc. cit. Azor. p. 3. lib. 10. c. 17. q. 7. Reginald. lib. 25. num. 416.

40 Etiam ſi conuentio præceſſerit de ſoluendo intereſſe, &c. tenetur tantum ad damnum emergens, & alia damna poſt moram. Nau. de uſur. num. 93 At Azorij ubi ſupra c. 13. q. 1. & 2. uerius cenſet prohiberi tantum per Bullam Pij V. pactum obligans moroſum: non uerò ne creditor poſſit uia Iudicis obtinere id omne quod ſua intereſt, quod ſibi in tempore non fuerit ſatiſfactum.

41 Vbi Bulla prædicta non eſt uſu recepta, debetur cenſus etiam re ſubiecta pereunte; obligatio enim eſt perſonalis, bona uerò aſſignantur pro ſecuritate Sot. lib. 6. q. 5. ar. 1. Couar. 3. uar. reſol. c. 7. num. 5. Salon. ubi ſupra ar. 3. controu. 18. contra Nau. de uſur. num. 115. q. 19. Fallit tamen in tribus caſibus. Primo quando cenſus eſt ſolum fructuarius. Secundo quando uenditor cum emptore conuenit ſe obligare tantum rem illam cenſui ſuppoſitam, eiuſq; fructus. Tertio quando uenditor cenſus rem ſuppoſitam alteri uendidit, cōſentiente Domino illius cenſus. Salon. cit.

42 Qui ſeruatis conditionibus de iure naturali ad iuſtitiam cenſus neceſſarijs, eum emit, licet alias à Pio V. poſitas ommittat, addatq; contrarias iuri tamen naturali non repugnantes, tutus eſt in conſcientia: poteſt enim conſtitui cenſus ſuper omnibus bonis, &c.

Cenſus cōſtitutus cum expreſſa proteſtatione quod contrahentes intendunt conſtitutionem Pij V. obſeruare, & non aliàs, aliter, nec alio modo contrahere: quodcunq; pactum fuerit appoſitum contra tenorem ipſius conſt. habetur pro non appoſito in inſtrumento: Rota coram Orano 13. Nou. 1589, & coram Mantica decis. 302.

LOCATIO

CONDVCTIO

V. Commodatum. Culpa. Dominium. Emptio. Furtum. Emphyteuſis.

1 LOCATIO eſt perſonæ, vel rei ad uſum facta conceſſio mercede

cede in pecunia numeranda Sil. ver. locatio.

2 Conductio eſt perſonæ, vel rei ad vsū acceptio interueniente pecuniaria mercede. Silu. vbi idem.

3 Extrau. Ambitioſæ de reb. Eccl. non al. vbi agit de non locanda re Eccleſiæ vltra trienium nō eſt vbique recepta quoad poenas extrinſecas excommunicationis, priuationis, &c. ſed in multis locis quoad poenas nullitatis contractus, quare ſeruandas eſſe locorum conſuetudines docet Nau c. 27. num. 149. excom. 52. Sunt qui putent dictam Extrau. intelligi de locatione rerum, vt agri, domus, &c. non verò de locatione fructaum, hanc enim fieri poſſe ad vitam. ſic multi, quos refert, & ſequitur Sanchez in ſum. lib. 7. c. 11. q. 3. & lib. 9. c. 2. q. 7. Azor. p. 3. lib. 8. c. 3. q. 5. Niſi conſuetudine receptum ſit, ne Clericus beneficij ſui fructus vltra triennium locet Barboſ. uerò ad d. Extrau. docet per eam prohiberi etiam locationem fructum ultra triennium. In quam ſententiam plurimos congerit.

4 Requiritur in locatione rei eccleſiaſticæ ſolemnitas; niſi res ſit ſolita locari; Et dicitur ſolita locari, quando præceſſit vnica locatio ſolemnis, & valida: uel, hac deficiente, adſunt duæ locationes cum ſpatio quadraginta annorum. Rota in una Zamorenſi Caſtri, ut refert Rubeus p. 1. ſingul. Rotæ decis. 434. ad Seraph Quarantaner. Alienatio num. 4. & quod res ſit modica, ut ibi. V. Clem. 1. de reb. eccl. non al Silu. uer. locatio q. 2. Arg. eo parag. 2. Per lapſum uerò triginta octo, uel quadraginta annorum cum continua quaſi poſſeſſione, ſeu ſolutione canonis præſumitur beneplacitum Sed. Ap. ex Puteo de reb. Eccl. non al. & alijs pluribus. Rota in una Romana S. Laurentij in Damaſo coram D. de Rubeis, & aliæ Neapol. Fundaci 1. Ian. 1576. quam ad uerbū refert Quaranta uer. alienatio num. 46. uerſ. Vt huius articuli.

5 Si ex re Eccleſiaſtica unicus fructus tota triennio colligatur, poteſt ad nouennium locari Couar. 1. uar. res. c. 16. num. 6. Azor. p. 2. lib. 7. c. 10. q. 8. Ricc. in ſua praxi decis 15, & ubi res eſt modica poteſt ultra triennium locari Ricc decis 163.

6 Locatio rei eccleſiaſticæ ad nouennium, cum pacto de renouanda locatione ſingulo triennio, non tenet, cum ſit in fraudem legis, & in totum nulla eſt, etiam quo ad primum triennium Couar. ubi ſupra num 5. & 6. Ricc. reſol. 106. Azor. ubi ſupra c. 5. & 6. Aug. Barbos. ad d. extrau. Ambitioſæ Idem tenuit Rota coram D. Penna, ut refert Rubeus p. 1. ſingul decis. 215. eiuſdem Pen. quam ad uerbum refert Farin. p. 1. decis. 30. Gratian. to. 1. diſcep. for. c. 162. num. 21. & to 4. c. 715. num. 16. V. Molin. de contract. diſp 467.

7 Locatio rei eccleſiaſticæ facta per Prælatum ad tempus à iure permiſſum nomine eccleſiæ, non poteſt per ſucceſſorem retractari. Si tamen Eccleſia notabiliter læſa comperiatur, petere poteſt reſtitutionem in integrum. Secus ſi Prælatus, aut beneficiatus locet res ſuæ Dignitati aut beneficio deputatas ad proprios ipſius redditus, & ſuſtentationem Couar ubi ſupra num. 6. Molin. loc. cit. Glo. in c. fi. Ne Præl. uic. ſuas.

8 Idem dicendum de Rectore Hoſpitalis, vel Ciuitatis, ſi ipſius uel Hoſpitalis nomine ſit facta locatio Couar. loco cit. Azor. p. 3. lib. 8. c. 5. q. 5. Molin. ubi ſupra in fi.

9 Locatio rei eccleſiaſticæ facta anticipata ſolutione, ſi ſit in præiudicium ſucceſſorum, nulla eſt. Conc. Trid. ſeſſ. 25. c. 11. de reform.

10 Locans domum meretrici in ea parte Ciuitatis, in qua huiuſmodi mulieres à publica poteſtate permittuntur, aut etiam Vſurario, non peccat modò non eo fine locet, ut meretricentur, &c. ſed tantum ut huiuſmodi perſonæ in ea habitent. Valent. to. 3. q. de uendi, quæ eſt 20. p. 5. diſp. 5. Nau. c. 17. num. 195. & de poenit. & rem. conſ. 4. 5. & 6. Molin. diſp. 500. Leſſ. lib. 2. c. 24. num. 4. Et de Vſurario intellige, modò non ſit alienigena, hnic enim

prohibi-

Digitized by Google

prohibitum eſt locare domum c.1. de vſur. in 6. Vide Sanchez fuſius de hac materia differntem lib. 1. Sum. c. 7. præcipuè num 20.

11 Conductor poteſt alteri æquè idoneo, & ad eundem finem locare rem conductam, niſi aliter ſit conuentum l. Nemo C. locati Glo. in c. Inter dilectos, ver. locatio in fi. vbi Felin. num. 24. de fid. inſtrum Silu. ver. locatio q. 2. parag. 5. Idem poteſt ſcholaris, ſi ſocij conſentiant. Fel. & Silu. vbi ſupra Pan. in d. c. Inter dilectos num. 17. Glo. Inſt: de locati in fi.

12 Illicitum eſt rem aliquam locare abuſuro ad mortale ſi ideò locetur, & cum rei locatæ vſus futurus eſt ad iniuriam læthalem proximi, etiam ſi locãtis intentio eam iniuriam, & peccatum non attingat. In primo enim caſu communicat alterius peccato, & ordinat actum ad finem mortiferum in. Secundo tenebatur ſub mortali cauere, & poterat. Molin. diſp. 500. Silu. ver. Locatio q. 3. dicto 5. Nau. c. 17. num. 125.

13 Locator ſi non impediatur caſu fortuito, tenetur conductori ad omne intereſſe, nec mercedem conſequetur. Silu. ver. Locatio q. 12. Ang eo. parag. 16. intellige intereſſe etiam extrinſecum, ideſt quantum conductor lucraturus erat, ſi non locaſſet quoniam verè locator in cauſa damni fuit Molin. diſp. 493. contra Greg. Lopez ibi citatum aſſerentem non teneri ad extrinſecum, niſi conductor eſſet mercator.

14 Vxor tenetur ſtare locationi rei dotalis factæ à marito conſtante matrimonio, ſi ſit facta ad modicum tempus Silu. ver. Locatio q. 11. Ang. eo. parag. 20. Couar. 2. var. res. c. 15. num. 5. Communis tamen, vt ibi aſſerit Couar. aſſerit ſufficere, ſi ſoluat intereſſe conductori; cum ea ratione ſeruet maritum indemnem, per l. ſi in quinquennium ff. ſol. matr. V. Molin. diſp. 492

15 Pupillus finita tutela tenetur ſtare locationi per Tutorem factæ l. Si tutela ff. de admin. tut Couar. Ang. & Silu. vbi ſupra. Si tamen minor ſit notabiliter læſus conceditur reſtitutio in integrum. Molin. vbi ſupra num. 1.

16 Iurans non alienare, poteſt ſine periurio locare ad longum tempus Cou. vbi ſupra c. 16. num. 9. Regulariter tamen ſecundum eum, prohibitus alienare cenſetur prohibitus locare ad longum tempus. Et ideò ſecundum Pan. in c. Intellecto de iureiur. num. 10. & Molin. diſp. 466. num. 6. eſt periurus, & periurij poenas incurrit.

17 Alienum torquem bona fide poſſidens, & locans, non tenetur pretium locationis reſtituere, cum non torqui, qui eſt res ſterilis, ſed humanæ induſtriæ imputandum ſit Nau. c. 17. num. 25. Silu. reſt. 3. q. 9. in fi. Ang. ver. reſtitutio parag. 16. vers. Poſſeſſor. Sot. de iuſt. lib. 4. q. 7. ar. 2. concl. 4. Teneri docent Roder. in ſum. p. 2. c. 42. concl. 3. Azor. p. 3. lib 4. c. 4. dub. 3. P. Nau. lib. 4. c. 1. num. 49. Leſſ. lib. 2. c. 12. num. 114. Alij vt Couar. aſſerens de comuni 1. var. res. c. 3. num. 6. Sayr. cla. reg. lib. 10. trac. 3. c. 14. num. 6. volunt teneri ſolum in quantum factus eſt locupletior. Mihi magis placet prima ſententia, Niſi dominus fuiſſet locaturus

18 Singularis ſucceſſor expellere non poteſt inquilinum, qui rem ipſam, vel omnia locãtis bona habet hypotecata pro obſeruatione contractus: ſufficit verò hypoteca generalis Molin. diſp. 490. num. 8. At ſecundum Couar. 2. var. res. c. 15. num. 3. Niſi expreſſè cautum ſit de non alienando, non cogitur emptor ſtare locationi, ſed ſoluitur hypoteca eo ipſo, quod ipſi conductori ſoluitur intereſſe, niſi pactum fuerit iuramento firmatum, aut hypoteca ſit ſpecialis. V. Capell. Tholos. cum ibi not. q. 421.

19 Si res locata detur æſtimata ad hoc, vt qui accepit eandem rem, vel eius pretium reddere teneatur transit in venditionem. Si verò detur ſimpliciter æſtimata, eſt locatio, datur enim æſtimata, vt ſi culpa conductoris perierit, reddatur æſtimatio. Azor. alijs cit. p. 3. lib 8 c. 11. q 8. Bart. ver. ibi relatus hanc regulam aſſignat: Si res detur æſtimata per

Digitized by Google

contractum, cui non repugnet, vt dominium transferatur ad accipientem, vt ſi detur dos æſtimata, hoc caſu tranſit in venditionem: ſi verò repugnet transferri dominium in accipientem, vt in locato; tunc æſtimatio non facit venditionem, ſed tantum vt qui ex l[illegible] ille, qui prætenebatur teneatur de leuiſſima, & qui de leuiſſima teneatur de dolo. Et hoc placet etiam Io: Andr. & Pan. in c. 1. de commod.

20 Conductor tenetur de leui, non de leuiſſima, aut caſu fortuito niſi aliud ſit deductum in pactum Molin. diſp. 494. Tenetur de leui in parte pro ratione culpæ, & de graui, in totum Sot. de iuſt. lib. 4. q. 7. ar... concl. 4. Tenetur etiam de culpa ſuorum, atq; etiam externorum quos ſi duxit in prædium locatũ & domum, ſi vita & moribus probati nõ fuerint & quos conſideratus Paterfam. improbaſſet l. Videamus in princ. ff. loca. Azor p. 3. lib. 8. c. 7. de locato q. 4.

21 Cum timetur conductoris negligentia res peritura, poteſt is cogi ſuſcipere in ſe periculum; ſed tunc imminuendum eſt pretium, quantum valet illa obligatio Io: Med. de reſt. q. 38. cauſa 3. Azor vbi ſupra c. 18.

22 Conductor poteſt domo pelli ob nouam locatoris neceſſitatem habitandi, quæ non imminebat tempore locationis c. Propter parag. Verum de loca. Couar. 2. var. res. c. 15. num 4. Item ſi peruersè ibi conuerſetur, vt ſi admittat meretrices Couar. ibidem, & hoc caſu nihil imminuendum de penſione ſecundum Nau. c 17. num. 194. Hoſt. in d. c. Propter. Anger. ver. locatio parag. 13. Sed hoc non videtur ſuſtinendum, quia poteſt Dominus agere contra inquilinum pro damno dato, glo. in d parag. Verum, ver. peruersè. Et ſi locans malam conuerſationem antea ſciebat, expellere non poteſt conductorem Anchar. in d. c. Propter num. 12. Silu. ver. locatio q. 9. Nec cum domus eſt propè lupanaria poſita l. Cum ſupra C. de remiſſ. lib. 12. Molin. diſp. 493. Item ſi malè vtatur cædendo arbores, & tunc de penſione remittendum pro rata; ſed aget locator pro damnis Nau. & Silu. vbi ſupra. Hoſt. in ſum. de loca num. 7. Pan. in 6. c. Propter num. 16. Ang. vbi ſupra. Item ſi canonem non ſoluit per biennium, nec moram purgauit celeri ſolutione parag. Verum cit. etiam ſi iuraſſet non expellere; habet enim is contractus tacitam conditionem, vt conductor per biennium non ſoluens expelli poſſit l. Quaro, parag. Inter locatorem ff. loca, & docent cit. Doct.

23 Famulo ægrotanti non debes ſtipendium temporis, quo ægrotauit l. Si vno anno parag. Item cum quidam ff. loca. Silu. ver. familia q. 12. Nau. c. 17. num. 108. Pan. in c. 1. de cleric. ægr. num. 9. Couar. 3. var. res. c. 13. num. 8. V. Ias. in l. Diem functo ff. de off. Aſſeſſ. num. 47. & ſeq. Anchar. in c. 1. cit. Azor. vbi ſupra c. 14. in fi. Capell. Tholos. cum ibi not. q. 360.

24 Famulo ſuas operas locanti ad annum, & exactis ſex menſibus diſcedenti, non debetur dimidium mercedis, ſed paulo minus arbitrio boni iuri Azor. p. 2. lib. 2. c. 39 q. 7. quod Silu. ver. familia q. 5. rectè intelligit, quando exactis ſex menſibus hyemis vult diſcedere. Idem videtur ſentire Ias. qui loco cit. num. 46. citato Baldo docet de rigore iuris nihil deberi. de æquitate tamen ſoluendum Salarium temporis præteriti niſi Dominum multum intereſt propter receſſum famuli.

25 Si famulo nullam certam mercedem pactus es; teneris tamen tandundem illi ſoluere, quantum alij pro more patriæ huiuſmodi ſeruis ſoluere ſolent Azor. vbi ſupra q. 8. Intellige ſecundum Silu. vbi ſupra. q. 4. Ang. parag. 10. citato feder. conſ. 18. Si famulus ſolitus erat locare operas ſuas, & tu conducere: tunc enim teneris ſaltem ad eam mercedem, qua alios fuiſſes conducturus. Quòd ſi conduxiſti mercede taxanda, & ſoluenda arbitrio tuo, intelligitur arbitrio boni uiri, Doct. cit Sayr. cla. reg. lib. 9. c. 14. num. 6. V. Cord. lib. 1. qq. q. 34.

26 Tene-

26 Tenetur conductor ad penſionem, ſi ipſius odio, cuius ipſe cauſa fuit, damnum ab inimico inferatur prædio. quòd ſi ipſe cauſa non fuit, ſolum tenetur, ſi non adhibuit debitam cuſtodiam, ac curam, ne huiuſmodi damnum inferretur, l. Si merces parag. Culpæ, iuncta Glo. ver. inimicitias ff. loca. Silu. ver. locatio q. 8. Ang. eo. parag. 19. Nau. c. 17. num. 198. Molin. diſp. 494. num. 5.

27 Si colonus, & inquilinus impediatur ob peſtem, vel bellum vbi re locata, remittenda penſio pro rata Silu. vbi ſup. q. 10. Roder. in ſum. p. 1. c. 20. concl. 3. Rota coram Mantic. decis. 35. Idem dicendum vbi alia iuſta de cauſa cogitur non vti re locata Silu. q. 12. Molin. diſp. 393. Nau. c. 17. num. 187.

28 Ob ſterilitatem facienda remiſſio, quando ſi ſolueretur, eſſet vltra dimidium iuſti pretij, v. g. ſecundum Couar. pract. quæſt. c. 30. ſi non colligitur dimidia pars penſionis deductis expenſis, vel dimidium ſoliti fructus Nauar. vbi ſupra num 188. Armil. ver. locatio parag. 12. Leſſ. lib. 2. c. 24 num. 17. Rota coram Coccino, & coram Cordub. vt refert Gratian. diſcep. for. to. 3. c. 534. num. 39. V. Hoſt. in ſum. de loca.

29 In ſterilitate fortuita remittenda penſio pro rata v. g. Si ex tribus partibus ſolitis vix duæ colligantur Molin. 495. num. Couar. ubi ſupra Intellige ſi non ſit compenſatio cum præcedentis, & ſequentis anni fertilitate c. Propter de loca. Quòd ſi ſterilitas contingat ex culpa conductoris ut quia illi fugiendum fuit, nec id circò frui potuit re locata, tenetur ad integram penſionem Nau ubi ſupra num: 197. & ſeq. Molin. diſp. 493. num. 5. Non ſit autem remiſſio ſi res data ſit in longum tempus: ſcilicet decem annorum, aut in Vitam, aut in perpetuum quando exigua penſio ſoluitur potius in recognitionem directi dominij Nau. ubi ſupra. num. 190. Armilla ubi ſupra parag. 17.

30 Non dicitur ſterilitas, ſi collecti fructus pereunt, nec fertilitas, ſi fructus multũ ualeant; ſicut nec fieret minutio, ſi minus ualerent; uel ſi id fiat induſtria conductoris; uel ſi id contingat propter bonitatem rei locatæ. Silu. uer. locatio q. 13. & ſeq. Ang. eo parag. 16. & 17. Pan. in c. Propter de loca. num. 20. & ibi Anchar num. 16. Secus ſi fertilitas contingat caſu fortuito, ut ſi locaui Molendinum, ex quo conductor percipiebat quinquaginta, & poſtea propter alia molendia uicina deſtructa percipit centum, tunc enim augenda penſio, ſicut fit remiſſio propter ſterilitatem contingentem. Silu. q. 14. cit. Ang. parag. 17. Nau. c. 17. num. 191.

31 In caſu fortuito ex parte conductoris contingente ſoluenda penſio, ſi locator alteri locando uerisimiliter penſionem habuiſſet, aliàs non Silu. ubi ſupra q. 12: Ang. parag. 16. quam tamen limitationem non admittit Nau. ubi ſupra num. 198. Leſſ. uer. lib. 2. c. 2. dicit de æquitate aliquid remittendum; cum eo caſu conductor poteſtatem faciat locandi alteri: & ubi uerè locauerit, tantumdem de pretio prioris locationis detrahendum.

32 Tenetur conductor ſoluere locatori operarum, ſi per eum non ſteterit, quominus eas ſoluerit l. Qui operas ff loca. Nau. ubi ſupra num. 197

33 Lectori publico ob peſtis, aut belli ſuſcipionem impedito legere, uel à loco infecto diſcendenti, debetur integrum ſalarium, ſi iam cæpit legere, aut ſaltem ad locum ſtudij ſe contulit. Dec. conſ. 70. & alij plures, quos refert & ſequitur Marchin. de bello diu. p. 9. c. 1. limitan. num. 27. Niſi graſſante peſte in loco, ubi legere ſolebat, operas ſuas locauerit alteri Vniuerſitati, ab eaq; ſalarium acceperit De Aduocato, Procuratore, Canonico Beneficiario, an idem dicendum. Idem ubi ſupra cap. 4.

34 Pro penſione, & deteriorationem domus locatæ, uia executiua competit in bonis inuectis, modo non peruenerint ad tertium titulo oneróſo: Secus ſi titulo lucratiuo, ut iure hæreditario aut alio titulo lucratiuo in fraudem: aut quando conductor detulit bona ſua clanculò extra domum quo caſu agi poteſt contra eum, ut illa reportet. licet enim fuerint amota bona,

I 2 non

non tamen præiudicatur Domino, cum ſemel inciderint in obligationem. Gratian. diſcep. for c. 117. vbi num. 2. refert Bald. in l. Cum domini ff. loca. docent em pro cautela quòd locator adeat domum locatam aſſumpto Notario, qui deſcribat res conductoris ibi repertas, vt ſi facta deſcriptione penſio non ſoluatur, poſſint prædicta capi. Et quãdo colonus ob deteriorationem poſſit expelli, & quæ deterioratio requiratur, vide eundem Gratian. c. 142.

35 Si domus locata ſit pro conſeruatione rei, vt ſunt horrea, & apothecæ, pro penſione præfertur dominus in rebus inuectis etiam creditoribus anterioribus. Secus ſi domus ſit conducta ad habitandum; tunc enim non præfertur, ſic plurimis cit. Gratian. vbi ſupra c. 68. num. 4. vbi num. 5. ampliat licèt res inuéctæ eſſent minoris; & num. 15. etiam ſi res inuécta eſſet aliena, patiente domino; modo ſit inuecta, vt ibi ſit totó tempore locationis ibidem num. 29. V. eundem to. 4 c. 713. & to. 1. c. 117.

36 Famulus ſub certo ſalario conductus ſi finito tempore locationis ſeruire continuat cenſetur pro eodem ſalario continuare. Rota in Rom. mercedis coram Pamphilio iun. Item electo ad certum ſeruitium, ſi poſtea etiam aliud demandetur, duplex ſalarium ei debetur Rota p. 1. recent. decis 354. num. 2. & aliàs ſæpe vt refert Ferentil: ad Buratt. decis: 508. Barboſ. ad c. Singula diſt. 89.

37 Doctores, & Scholares facultatem habẽt expellẽdi obſtrepentes, & malleãtes, ne per tales ſtrepitus diſtrahantur à ſuis ſtudijs. Idẽ in ſimilibus impedimẽtis, vt in malis odoribus, importuno ſono campanæ, ſibilationibus, & vocibus infeſtis. Idem propter infermum vicinum, qui moleſtatur propter ſtrepitum. Intellige tamen, quãdo Doctor præuenit eum, quem vult expellere. Barbſ. ad c. Propter ſterilitatem num 43. de loca.

COMMODATVM.
DEPOSITVM. PIGNVS. HYPOTHECA. PRECARIVM.

V. Locatio. Mutuum. Culpa. Stabularius.

1 COmmodatum eſt alicuius rei ad aliquem ſpecialem vſum gratuitò facta conceſſio. glo. in. c. vn. de commod.

2 Depoſitum eſt quid cuſtodiẽdum alicuis fidei datum, vel creditum l. 1. ff. depoſ. & habet locum tantum in mobilibus.

3 Pignus eſt obligatio rei licitæ pro debito facta ad ſecuritatem Hoſt. in ſum. de pignor Silu. ver. pignus initio.

4 Hypotheca idem eſt quod pignus, ſed differunt primo, quia pignus eſt de re mobili, hypotecha de immobili. Silu. vbi ſupra. Secundo rei traditione, quia in hypoteca, res ipſas hypotecata remanet penes dominum, ſecus in pignore Garz. de contrac. c. 40. num. 17.

5 Precarium eſt quod precibus petenti vtendum traditur, quandiù patitur is, qui conceſſit, c. ſi de precar.

6 Præcariæ femi. gen. & numer. plur. dicitur contractus ad preces alicuius, vel aliquorum initus vſque ad certum tempus, prout partes conuenerunt, nec ante illud reuocari poteſt. Vel dicitur Precaria ad preces aliquorum facta donatio vſque ad mortem naturalem accipientis c. Precariæ 10. q. 2. Et in omnibus, & per omnia eſt eiuſdem naturæ cum contractu emphyteotico. Differunt tamen quod precaria reuocatur de quinquennio in quinquennium d. c. Precariæ, & c. Precariæ de precar. non ſic in Emphyteuſi. Et ſit aliquando gratis, aliquando non Ang. & Silu. ver. precarium. Eſt etiam precaria fæm. gen. habens num. ſingul. & plur. Et eſt quædam præſtatio vſufructus in recompenſationem eius proprietatis, quæ datur Eccleſiæ. fit autem ſic ex c. Precariæ 1. 10. q. 2. Si quis donet Eccleſiæ proprietatem, retento vſufructu, duplum accipis ex rebus Eccleſiæ ipſo tantum viuente. Si verò ſtatim transfe-

rat

rat in Eccleſiam proprietatim, accipit ab Eccleſia triplum, ipſo tantum viuente. V. Conrad. de contrac. q. 17.

7 Commodatum ad certum vſum non poteſt ante vſum expletum reuocari. Seruanda enim fides c. vn. de commod. niſi commodans tantundem damni paterettur non repetendo Ang. ver. commodatum parag. 4. Et Commodatarius etiam alias ſine re commodata ſibi prouidere potuiſſet Silu. ver. commodatum q. 4. Sed hanc limitationem reijcit Nau. per c. vn. cit. quod indiſtinctè loquitur; Et quia commodans ſua voluntate vſum rei ſuæ alteri conceſſit, & ideo ſeruare tenetur. Quod ſi repetat ante tempus, tenetur Commodatario ad omnia damna l. In commodato parag Sicut ff. cōmod. Silu. & Ang. vbi ſupra Garz. c. 5. num. 13.

8 Commodatum, Pignus, Depoſitum, aut locatum miſſum per hominem communiter habitum fidelem, domino perit c. ſignificante de pignor. vbi Pan. num. 8 glo. in c. vn. de commod. l. Argentum ff. commod. Niſi dolus, pactum culpa, aut mora præcedat Nau. vbi ſupra num. 185. Salon. 2. 2. q. 62. ar 5. contr. 5 concl. 2. Silu. ver. Commodatum q. 10. & ver. Solutio q. 5. verſ. 5. Tolet. lib. 5. c. 24. num. 4. Intellige quando res illa neceſſariò per nuntium mittenda erat, alioqui tenetur, cum fuerit in culpa mittendo cum non oporteret Garz. c. 5. num. 23. verſ. quarta cauſa. V. infra ver. Debitum num. 11. Item perit domino, ſi perit apud te ſine culpa tua, aut caſu fortuito; aut ſi perinde fuerat apud dominum peritura, quo caſu teneris ad intereſſe, ſi quod dominus paſſus eſt poſt morā Silu. vbi ſupra q. 9. Ang. parag. 14. Nau. num. 183. Garz. num. 23. cit. Molin. diſp. 295. & com. De caſu fortuito teneris primo ſi caſus accidat culpa tua, vt ſi equum accepiſti iturus ad villam, & ad bellū profectus es, ibiq; caſu perijt. Secundo ſi interuenit pactum. Tertio ſi fuiſti in mora, niſi eſſet apud dominum eodē modo peritura, c. vn. cit. Docet ſupra cit.

9 Commodans ſcienter rem vitioſam tenetur de damno ſecuto l. In rebus parag. Item ff commod. Silu. vbi ſupra q. 8. Ang. parag. 7. Nau. c. 17 num. 96.

10 In commodato datur compenſatio, ſi debitum ſit liquidum Pan in c. fi. de depoſ. num. 12. Silu. vbi ſupra q 3. Nau. num. 186. & licèt contrarium ſtatuat l. fi. C. cōmod. glo. tamen ibi. ver. debiti declarat nō procedere vbi res cōmodata reſtituenda non ſit in ſpecie, ſed eius æſtimatio propter rei deteriorationem ſiue eius intereſſe, aut ſi cōmodata ſit pecunia; aut ſi retineatur propter impenſas probabiliter in re factas, & debitum ſit liquidum. Et Pan loco cit. dicit. Doct. communiter tenere dari compenſationem. V. Garz. c. 5 num. 19.

11 Non videtur cōmodatarius teneri in conſcientia niſi de culpa mortali Sot de iuſt. lib. 4. q. 7. ar 7. ſi cōmodatum ſit in gratiam cōmodantis, vt ſi eſſem cōmodauit, vt ſe defendat tenetur cōmodatarius tantum de culpa lata. ſi verò ſit in gratiam commodatarij tenetur is de culpa leuiſſima c vn. de commod ſi ingratiam vtriuſq; vt ſi commodaui vaſa ad excipiendum communem amicum, tunc commodatarius tenetur de leui non de leuiſſima Molin. diſp. 295. Garz vbi ſupra Silu. ver. commodatum q. 8 & com. Culpa in materia contractuum, non Theologico ſed iuridico modo conſideratur; ideoq; quæ apud Iuriſtas leuis eſt, apud Theologos mortalis erit. Sot. vbi ſupra.

12 Depoſita apud te, aut commodata gratia deponentis, & commodantis in periculo poſtponere potes tuis omnibus etiam viliorbus. Si gratia tui ſolum, tuis pretioſioribus, non uerò æqualibus. Si gratia vtriuſq; tuis omnibus Sil. ubi ſupra q. 12. Secundum Molin. diſp 296. teneris præponere pretioſiora cōmodantis, compenſando tamen rem tuam uiliorem, ſi in gratiam commodantis, uel deponentis res fuit depoſita, uel commodata. V. P. Nau. lib. 3. c. 1. num. 380. Leſſ. lib. 2. c. 2. dub. 20. In Secūdo caſu præponere debes res cōmodatas

æqua-

æquales, alioqui teneris ad earum æſtimationem. In primo item, & tertio caſu præponere potes res tuas æquè pretioſas abſq; onere reſtitutionis. Garz. verſ. c. 5. num. 24. docet ſemper teneri commodatarium ad rerum commodatarum æſtimationem, licèt viliores ſint, ſi, vt ſuas ſaluet, illas periculo expoſuit, ſiue periculum ſit facti, vt ſi iter faciens incidat in latrones, à quibus equo ſpolietur; ſiue ſit iuris, vt res debitis grauatæ, quæ cum ſint creditoribus pro debitis hypotecatæ, in periculo ſunt; ne via iuris ſibi auferantur. neq; enim ſi fur equum tuum poſtulet, alienum offerre potes: neq; ſi Iudex rem tuam velit, vt tuis debitis ſatisfiat, aliena apud te depoſita illi exhibere potes: neque in tempeſtatis, aut incendij caſu potes aliena proiicere, vt tua ſalua maneant. Secus ſi in periculo conſtitutas non ſalues, vt tua liberes. Sat eſt curare, ne tua culpa in id periculi adducantur. Eſt hoc placet.

12 Tenetur Eccleſia de depoſito apud Sacriſtam ad cuſtodiam depoſitorum à Prælato, & Capitulo deputatum, quia dicitur factum eccleſiæ Pan. in c. Ea quæ de off. Archid. num. 3. Ang. ver depoſitum parag. 4. Silu. eo. q. 2.

13 Depoſitarius reddens depoſitum familiari deponentis ad nihil tenetur, niſi res ſit pretioſa, & dederit afferenti ſignum, quia de facili ſimplici ſigno credere non debet Silu. vbi ſupra q. 8. & ver. pignus in fi.

14 Depoſitum dandum fiſco, non deponenti, vbi omnia eius bona ſunt publicata l. bona fides in princ. ff. depoſ. Ang. vbi ſupra parag. 10. Silu. q. 10.

15 Depoſitum rei numero, pondere, & menſura conſtitutæ data facultate vtendi, fit mutuũ ſimul ac depoſitarius incipit vti l. certi cõditio parag. fi. & l. Rogaſti ff. de reb. cred. Brun. de augm. mon. concl. vlt. vers. ſecundò præmittendum. Silu. vbi ſupra q. 9. Nau. c. 17. num. 181. & de empt. conſ. 2. & de depoſ. conſ. 1. & trib. ſeq. & de vſur. conſ. 22. Secundum alios, quos tacito nomine refert Azor. p. 3. lib. 7. c. 7. de depoſ. excedit terminos depoſiti, non tamen mutat eius naturam. At ipſe Azor. docet in huiuſmodi depoſito reperiri aliquid quod eſt proprium depoſiti, quia deponens poteſt nihilominus repetere quandocunq; voluerit: & aliquid, quod eſt proprium mutui, quia depoſitarius poteſt illo vti, & cum ſit res vſu conſumptibilis, tranſit in dominium eius qui accepit.

16 Si depoſita pecunia auctoritate Principis, vel Reipublicæ aucta eſt, ſi eius dominium apud depoſitarium eſt tranſlatum, vt quia non obſignata, vel clauſa in aliquo, nec ex conuentione eadem omnino pecunia reddenda eſt, tunc reddi debet æſtimatione temporis depoſiti & conſequenter incrementum cedit in vtilitatem depoſitarij. Secus autem ſi eiuſdem pecuniæ dominium remanet penes deponentem Silu. ver. ſolutio q. 2. verſ. 2. V. Angel eo Pan. in c. Quanto de iureiur. & in c. Olim de cenſib.

17 Pactum quòd Depoſitarius de dolo non teneatur, illicitum eſt; eſt enim contra bonos mores, & bonam fidem l. In commodato ff. Commod. Silu. vbi ſupra q. 2. Ang. parag. 3. Molin. diſp. 395. num. 3.

18 In depoſito non datur compenſatio: quare non poteſt pro debito teneri, eſt enim in hoc priuilegium c. Bona fides eo tit. Silu. vbi ſupra q. 22. Garz. c. 2. num. 7. quod intelligunt alij de directa compenſatione, id concedentes in indirecta quia ſcilicet poteſt retineri donec deponens ſoluat Silu. vbi ſupra, & ver. Compenſatio q. 2 Ang. eo parag. 2. & ver. Depoſitum num. 17. vbi in anuot. vide quibus caſibus fieri poſſit indirecta compenſatio. Contrarium tamen meritò docet Molin. de contract. diſp. 526. Reginald. to. 2. lib. 2. c. 46. ſect. 2. Eſt enim ſpeciale priuilegium depoſiti, vt retineri non poſſit in totum vel in parte, ſed ſtatim repetenti ſit reſtituendum. Nec admittenda eſt indirecta compenſatio, prohibetur enim per c. Cum quid el. 1. & c. Cum quid el. 2. de reg. iur. in 6. vbi Cum quid vna via prohibetur alicui, ad id alia non debet admitti, ſi ergo prohibetur, directa, etiam indirecta. In alijs datur compenſatio vtroq; modo & ſic clarè loquitur Silu. vbi ſupra V. infra

ver-

Digitized by Google

ver. Interpretatio num. 34. Eſt autem compenſatio debiti, & crediti inter ſe contributio Anchar. in 6. c. Bona fides num. 37. Pan.num. 12.

19 Offerens ſe depoſito tenetur de leui, & leuiſſima, quia contractus videtur celebratus gratia offerentis. Si verò mercedem accepit pro cuſtodia, tenetur de leui, non de leuiſſima, quia eſt in gratiam vtriuſque Anchar. vbi ſupra num. 2. Pan. num. 3. Si verò præceſſit mora in reſtituendo, vel culpa, vel pactum, tenetur de caſu fortuito Anchar. num. 3. Pan. num. 4

20 Ex depoſita pecunia poteſt depoſitarius aliquid lucrari, ac lucrum ſibi retinere, modò non ſit contra voluntatem ſaltem præſumptam deponentis vt quia in ſacculo obſignato depoſuit, & ſtatim reddat, ſi repetatur l. Si ea pecunia C. de rei vendic. Silu. ver. depoſitum q. 9. Garz. c. 2. num. 12. Molin. diſp. 527.

21 Liber homo ſi accipiatur in pignus pro debito, perditur debitum. Auth. Vt nulli Iudicum parag. Quia vero. Silu. ver. pignus q. 3. eſt enim prohibitum, etiã iure can. c. 2. de pignor. vbi Pan. & l. Qui filias. C. quæ res pign. oblig. poſſ.

22 Pignus pignori dari poteſt pro eadem quantitate, quam prius debitor debet c. Cum contra iuncta Glo. ver. extenuaſſent, de pignor. l. fin. C. ſi pignus pign. dat. Nau. c. 17. num. 205. Sed prius debitori notificandum Silu. vbi ſupra q. 8.

23 Pignus, ſi fuerit alteri pignoratum, & ille alter pignorauit tertio, quidiſceſſit cum re primus liberatur cedendo actionē, quam habet contra ſecundum; quia cum legitimè pignorauerit, definit ſine dolo poſſidere, & idem dicendum in ſecundo reſpectu tertij Pan. dicens id notandum in c. Cum contra num. 8. de pignor.

24 Res Eccleſiæ immobiles, vel mobiles pretioſæ, quæ ſeruari poſſunt, nequeunt pignorari Pan. in c. 1. de pignor. vbi Anchar. & Boich. & in c. Nulli liceat, de reb. Eccl. non al. Quæ enim prohibentur alienari, prohibentur etiam obligari, & appellatione alienationis pignoris obligatio continetur, vt in 6. c. Nulli in caſu tamen grauis neceſſitatis, licet, c. 1. de pignor. V. Quarant ver. alienatio num. 27. Azor. p 3. lib. 7. c. 6. q. 4. Pan. in c. In cauſis num. 10. de pignor. l. In quorum ff. eo. tit.

25 Clericus accipiens rem eccleſiæ in pignus, non tenetur computare fructus in ſortem, ſecundum Silu. vſura 3. q. 10. Alij tamen negant, & meritò; quia c. Conqueſtus de Vſur. loquitur tantum in caſu, quo datur in pignus res feudalis. Si tamen intelligatur de re Eccleſiæ, iniuſtè ab alio poſſeſſa, quæ Clerico data fuerat in beneficium; aut ſi non ſit ſibi aſſignata, id tamen facit de licentia Eccleſiæ, quaſi recipiendo fructus nomine eccleſiæ, licet. Glo. in c. 1. de vſur. ver. beneficium. Valent. to. 3. diſp. 5. q. 21. p. 5. & ſic poteſt intelligi Silu. loc. cit. Conrad. de contract. q. 32. concl. 2. per c. 1. cit. & c. fin. de decim. docet huiuſmodi clericum non teneri computare fructus in ſortem, quando res eccleſiæ ab alio iniuſtè detenta ſibi datur in pignus, quia recepit fructus rei ſibi debitæ Azor. vbi ſupra de pignor. c. 9. in fi. Addit Conrad. coroll. 1. quòd ſi recipiam in pignus non ſolum agrum meum ab alio iniuſtè detentum, ſed alios etiam ex fructibus agri mei emptos, poſſum etiam fructus horum agrorum percipere non computandos in ſortem, quia etiam illi agri mei ſunt, quia empti de rebus ad me ſpectantibus Immo idem dicit in caſu, quo illi agri empti ſunt ex propria pecunia dantis pignus, quia tunc poſſum retinere fructus in compenſationem pro fructibus, quos ille ex agro meo percepit, nec vult reſtituere. Pan. in c. Conqueſtus num. 3. & 5. de vſur. docet quod habens proprietatem rei poteſt capere in pignus rem, cuius vſusfructus pertinet ad alium non computando fructus in ſortem, quaſi conſolidetur tunc vſusfructus cum proprietate.

26 In pignore pactum legis commiſſoriæ reprobatum eſt, niſi interuenerit iuramentum c. Significante, de pignor. aut niſi fiat per modum poenæ, aut vt venditum ſit iuſto pretio legali, id eſt vltra dimidium iuſti pretij; & ideò ſi non fiat in fraudem

vſura-

ſoc. com. num. 7. & 15. Anchar. conſ. 174. Iaſ. de vſib. feud. num. 6

4 Si feudum deuoluatur ad Dominum per mortem Vaſalli poſt Cal. Martij vſq; ad finem Auguſti, fructus illius anni pertinent ad hæredes eius. Si verò ante dictas Cal. ad Dominum Couar. 1. vars. res. c. 15. num. 14. Glo. in c. Si propter ver. primi anni de reſcrip. in 6. Franch. decis 571.

4 Si feudum alio modo, quam morte ammittatur, fructus pendentes ad eum pertinent, ad quem feudum deuoluitur Couar. vbi ſupra.

5 Conceſſo feudo pro ſe, & deſcendentibus maſculis, & fœminis, maſculus præfertur, nec fœmina cum ipſo admittitur. Quod ſi nepos dictæ filiæ decedat ſine filijs, feudum reuertitur ad Dominum; quia fœmina ſemel excluſa per maſculum non admittitur: niſi feudum conceſſum ſit ad certum ſeruitium, quod ipſa per ſe, vel alium præſtare poſſit tunc enim cum maſculo admittitur. Silu. vbi ſupra q. 7. Non tamen quando adeſt maſculus, aut alia fœmina propinquior vltimo poſſeſſori. Iul. Clar. parag. feudum q. 30. Molin. diſp. 474 num. 8.

6 Si Pater obtineat feudum pro ſe, & ſuis hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumq; non tranſit ad extraneos, nec ad legatarios Silu. vbi ſupra q. 10. Ang. eo. parag. 17. Bald. in cap. 4. parag ponere qual. olim feud. poſſ. alie. vt refert Iaſ. vbi ſupra num. 47. qui tamen alios referens docet tranſire etiam in extraneum cum eo caſu non retineat propriam naturam feudi.

7 Alienans feudum ſine conſenſu domini, ſecuta traditione perdit ipſo facto; niſi in alienatione apponat clauſulam. Saluo iure Domini, & aliter, vel alio modo alienare non intendo. Si tamen capto aliqua Domino poſſet interuenire vt ſi daret Caſtellum tali, quem Dominus expellere non poſſet, cadit. Silu. vbi ſupra q. 18. Ang parag. 20. Pan. in c. ſi. de feud.

Non poteſt pignori dari. quæ enim prohibentur alienari, prohibentur pignori dari Silu. q. 21. Ang parag. 24. Panor. vbi ſupra, & ſecuta traditione perditur ipſo facto Iul. Clar. vbi ſupra q. 35. Poteſt tamen dari in dotem in tempus vitæ feudatarij. Pan. & Glo. in 6. c. ſi. ver. feudum c. Nuper de donat. inter iur. & nx.

9 Si duo fratres obtineant feudum, quandiu ipſi, vel eorum hæredes maſculi viuerent, vel deficientibus maſculis fœminæ; vno dictorum fratrum moriente relicta filia, ipſa ſuccedit excluſo patruo in portione patris lib. 1. feud. c. 8. Regulariter autem fœminæ excluduntur extantibus maculis lib. 1. cit c. 8 parag. filia. V. Pan. in c. Licet de vot. num. 7. Anchar. conſ. 174. & 339. Azor. p. 3. lib. 10. c. 8.

10 Religio poſſidens immobilia in communi ſuccedit in feudum, quando ſeruitium eſt reale, aut perſonale, quod a Religione honeſtè exhiberi poteſt, aut per ſubſtitutum, durante vita religioſi, in cuius perſona Monaſterium ſuccedit: Niſi in ipſa feudi conſtitutione expreſſe excluderetur monaſterium Sanchez plurimos referens in ſum. lib. 7. c. 15. à num 30. ad 40. V. Roſental. de feud. & Molin. de iuſt. trac. 2. diſp. 40. parag. Regulam.

11 Filius natus antequam Pater adeptus ſit Regnum non dicitur filius Regis, nec dicitur primogenitus Regis, ſed is, qui primò natus eſt poſt adeptum Regnum. Glo. in c. Iam itaque 1. q. 4. ver. reatum Dec. in c. Inter ceteras num. 4. & 5. de reſcrip. & facit text in c. Non imputatur ea q. l. Si Senator. C. de Dignit. lib. 12. l. Si Decurio 3. l. Doctrij, l. pen. & l. vlt. C. de Decur. lib. 10. Felin. in c. Prudentiam num. 8. de off. Deleg. Quare hic ſecundus ſuccedit in Regno, non ille prior, ſecundum eundem, & alios ab ipſo relatos. Idem dic de alijs Magnatibus. V. Pan. in c licet de voto, num. 11. Sanchez in ſum. p. 2. lib. 11 c. 27. & Azor lib. 11. c. 2. q. 10. p. 2.

K EMPHY.

9 Emphiteuta vendens rem emphyteoticam irrequiſito domino, re tradita, incidit in commiſſum, & perdit meliorationes Pan. in c. fi. de loca. Silu. vbi ſupra Failit, ſi venditio ſit nulla, & inualida Felin. in c. Ex tenore de reſcrip. num. 6. Molin. vbi ſupra num. 13. Tiraquell. alios referens de retrac. lignag. parag. 1. Glo. 2. num. 6. Sanchez de matr. lib. 3. diſp. 2. num. 5. ratione 4. Quòd ſi in inueſtitura actum fuerit, vt poſſit vendere cuiq. voluerit, non tenetur requirere conſenſum pro venditione, ſed tantum pro immiſſione emptoris in poſſeſſionem; & expectandus dominus per bimeſtre, & ſoluendum nihilominus laudemium Corbull. de emphyt. cauſa 14. ampliat 2. vbi alios in contrarium refert.

10 Emphyteuta vendes rem emphyteoticam potentiori, & qui facilè conueniri non poteſt, expelli poteſt c. fi. de loca. & ibi Panor. Iul. Clar. parag. Emphyt. q. 22. & Com. Eſt etiam prohibitum alienare in militem, mulierem, pauperem notabiliter, Clericum propter mutationem fori, Eccleſiam, vt retineat, non verò vt habeat æſtimationem & Curiales, & generaliter in Emphyteuſi etiam Eccleſiaſtica omnes illas perſonas, per quas deterior fieret conditio domini Ias. vbi ſupra à num. 90. ad 100.

11 Emphyteuta deteriorem faciens rem emphyteoticam poteſt expelli. Auth. Qui rem. C. de ſacroſan Eccl. Intelligo tamen, quando eſſet notabilis deterioratio, vt ſi incidat arbores fructiferas Ias. in l. 1. C. de iur. emphit. num. 49. Iul. Clar. vbi ſupra q. 26. Silu. q. 5. Ang. parag. 41. Niſi aliæ vtiliores ſubrogentur Molin diſp. 457. aut niſi incidat Syluam, vt rem emphyteoticam ad culturam, vel pratum redigendo efficiat meliorem; Vbi tamen cautum non ſit de ſoluendo canone ex ipſa ſylua, vel aliter, Corbul. vbi ſupra cauſa 13. num. 30.

12 Emphyteuta etiam eccleſiæ poteſt rem emphiteoticam legare, aut donare, modò id non fiat in perſonam prohibitam, & nulla ſubſit fraus, & requiratur conſenſus domini, qui tenetur præſtare, & fiat ſaluo iure domini Iul. Clar. vbi ſupra q. 15. De conſenſu docent Ias, in l. Cum dubitatur C. de iur. Emphyt. à num. 70. Silu. q. 14. & ſeq. & Molin. diſp. 461. non requiri.

13 Si emphyteuta leget vni fundum, alteri vſum fructum, ſi durante vſufructu, alienetur res emphiteotica, debetur laudemium vſufructuario. ſoluit autem laudemium acquirens propter nouam inueſtituram. Iul. Clar. vbi ſupra q. 23. & com.

14 Si bona data in Emphiteuſim redeant ad Eccleſiam pleno iure, vt quia finitum eſt tempus conceſſionis, vel propter defectum hæredum Emphiteutæ, vel propter eorum delictum iuxta c. Potuit de loca. non poſſunt de nouo licitè concedi, ſine ſolemnitate, licèt nondum fuerint menſæ incorporata, niſi adhuc prima cauſa perſeueret, vt quia bona illa nondum ſunt ad culturam redacta. Dicuntur autem menſæ applicata cum primum Prælatus, vel Conuentus ſtatuens non amplius tradere in Emphiteuſim illa menſæ applicat: aut ſi vacent poſtquam ad culturam ſunt redacta, fructuoſaq; effecta, neque legitima cauſa adeſt ea iterum emphiteoticandi Pan. in c. Vt ſuper de reb. eccl. non al. num. 11. Molin. diſp 468. V. Silu. ver. Emphit. parag 2. Azor. p. 3. lib. 10. c. 2. de emphit. q. 8. in fi. & c. 3 q. 2. Anch. conſ. 176. num. 2. Suar. de relig. trac. 2 lib. 2. c. 26. num. 9.

15 Si res emphiteotica pro parte pereat, tenetur nihilominus emphiteuta integrum canonem ſoluere; ſecus ſi tota pereat l. 1. C. de iur. emphit. Inſt. de loca. parag. Adeo. Glo in c. fi. de loca. & ibi Pan. num. 6. Silu. vbi ſupra q. 1. Ampliat Corbul. de cauſ. quib. emphit. iur ſuo cadit. ampl. 12. alios referens; etiam ſi penſio reſpondeat fructibus, alios tamen refert contrarium ſentientes. V. Silu. loc cit. Molin diſp. 504.

16 Propter ſterilitatem non fit remiſ-

ſio, Glo. in c. ſi. de loca. ver. expelli niſi caſum ſterilitatis exceperit Corbul. vbi ſupra num 8. aut niſi penſio correſpondeat fructibus, & ſit pro vſu rei, non in ſignum recognitionis dominij, tunc enim facienda remiſſio, nam aliàs nihil haberet emphyteuta in recompenſationem Silu. vbi ſupra.

17 Maſculinum in emphytheuſi non concipit foemininum Com. apud Corbul. cauſa 12. Addunt alij; niſi emphyteuſis conceſſa ſit à foemina; ſed id non approbat Corbul. ibidem Alij tamen, vt Couar. 3. var reſol. c. 18 num. 1. Iul. Clar. q. 32. Molin. diſp. 474 num 10. docent ſub maſculino comprehendi foeminium, licet non fuerit expreſſum.

18 Poteſt Emphiteuta rem Emphiteoticam impignorare ſine conſenſu domini, non enim alienat, cum pignus in bonis debitoris remaneat. Ias. in l. Cum dubitatur de iur. Emphit. num 78. Niſi ſit Eccleſiæ Silu. q. 17. Molin. diſp. 519. num. 12.

19 Emphiteuta tenetur ad onera realia, & perſonalia tam præterita, quàm futura, niſi aliquid extraordinariè imponatur concernens perpetuam vtilitatem rei Emphiteoticæ, tunc enim tenetur proprietarius; aut niſi imponatur ſubditis pro ratione bonorum cuiuſq; quia tunc Emphiteuta ſolum tenetur pro vtili dominio, deducta penſione, aut penſionis onere, ſic multis legibus citatis Molin. diſp. 456. num 3.

20 Non poteſt Emphiteuta rem emphiteoticam proprietario relinquere, ſed cogi poteſt perſeuerare Silu. vbi ſupra q. 6. Molin. diſp 453. num. 22. Pan. in c. Indicatum, de immun. Eccl. num. 1. Azor. aſſerens de com. p. 3. lib. 10. de emphit. c. 9. q. 6.

21 Conceſſa Emphiteuſi pro ſe, & filijs, ſi emphiteuſis ſit laica, admittuntur naturales Clar. vbi ſupra q. 30 & Com. vt teſtatur Dec. in c. In præſentia de probat num. 136. & legitimati priuilegio Principis Clar dicens eſſe Com. q. 31. & legitimati per ſubſequens matrimonium Pan. in c. Tanta, qui fil. ſint legit. ſi verò ſit Eccleſiaſtica excluduntur naturales Clar. 6. q. 30. & legitimati à Principe, niſi ſint à Papa quoad omnia Azor. p. 3. lib. 10. c. 10. q. 6. de emphit.

22 Emphiteuſis hæreditaria computãda in legitimam, ſecus ſi hæreditaria non ſit Azor. vbi ſupra c. 14. q. 7. dicens eſſe communem. Eſt autem hæreditaria, quæ etiam ad hæredes extraneos, & voluntarios, ſiue neceſſarios, & naturales transfertur. Non hæreditaria, quæ habetur donatione, venditione, permutatione, præſcriptione, vel nominatione Azor. c. 5. in ſi.

23 Proprietarius accipiens rem Emphiteoticam in pignus facit fructus ſuos Silu. ver. feudum q. 30. Ang. eo parag. 33. modò tria concurrant Secundum Nau. c. 17. num. 218. primo quòd nihil aliud præter fructus recipiat ab emphiteuta, Secundo vt res illa non ſit meliorata àb Emphiteuta, vt ait Silu. Quod tamen limitandum eſt ad partem fructuum habitam non ex melioramentis, hi enim ſunt Emphiteutæ. Tertio quod Emphiteuta obtinuerit dominium vtile gratis, aut quaſi gratis, alioqui, ſi data ſit pecunia, capere non poteſt fructus reſpondentes pretio dato, Idem ſi datum ſit pro obſequijs docet Molin. diſp. 323.

24 Emphiteuta ſi religionem profiteatur, donans Monaſterio omnia bona ſua transfert etiam Emphiteuſim Anchar. alios referens conſ. 420. At ſecundum Ias. in l. 3. C. de iure Emphit. & Io. And. c. In patientia de probat. Et Com. tranſit ſi intra biennium non reuocet Eccleſia, & conſtat ex Auth. de alie. & Emphit. Iul. Clar. vbi ſupra q. 33. abſolute docet Emphiteuſim, quæ non eſt ſimpliciter hæreditaria, idest in quam extraneus non ſuccedit, ſiue ſit priuati, ſiue Eccleſiæ non tranſire ſaltem vt monaſterium retineat, quia tenetur alteri vendere V. Molin. diſp. 482. Pan. in c. In præſentia num. 70. Dec. num. 294. Felin. num. 49. Intellige autem ſi monaſterium ſit capax. Azor. vbi ſupra c. 10. q. 5.

25 Ec-

25 Ecclefia poteſt pro ſe retinere Emphiteuſim ad ſe reuerſam ob lineam ſinitam, nec eo caſu tenetur admittere agnatos petentes renouationem Gratian. diſcep. for. 1. c. 88. Si autem uult alteri de nouo in Emphiteuſim dare, præponuntur agnati. Benintend. concl. 19. Pan. in c. Bonæ 2. num. 28. de postul. Præl. Clar q. 43. ſi tamen petierint renouationem intra annum à die ſcientiæ quod ſit finita emphiteuſis, Clar q. 42. cit. Quod ſi interim extraneo data ſit, non audiuntur agnati, quodiam ſit alteri ius quæſitum. Clar. ibidem.

26 Si bona Emphiteutæ ob eius delictum publicentur emphiteuſis laica hæreditaria ad fiscum tranſit ſed is cogitur in alium transferre, ne deterior fiat conditio domini, cum fiſcus ſit perpetuus, ac perſona potentior. Non hæreditaria uerò non tranſit, ſed ſtatim ad uocatos defertur, aut eis deficientibus, ad dominum. Eccleſiaſtica uerò etiam ſi poſſit ad extraneos tranſmitti, non tamen ad fiſcum tranſire poteſt. Iul. Clar. ubi ſupra q. 27. V. Sanchez de hoc fuſius diſputantem in ſum. lib. 2. c. 19. per totum.

27 Emphiteuta non cadit ſi deficiat in re minima à ſolutione canonis Benintend. concl. 6 Clar. q. 8. Non poteſt tamen inuito Domino ſoluere per partes Benintend. concl. 4. Nec cogitur dominus plures anticipatas ſolutiones recipere Silu. q. 8 Azor ubi ſupra c. 7. q. 8.

28 Si res Emphiteotica inter plures diuidatur, omnes tenentur in ſolidum ad integrum canonem, quia Emphiteuſis de ſui natura eſt indiuidua, atq; adeò vno eorũ non ſoluente partẽ ſuam, omnes incidunt in cõmiſſum Clar. q. 8. cit. Molin. diſp. 452. Silu. q. 4. uers. primo, & Com. ut teſtatur Ias in l. ſi. C. de iure Emphit. Glo. in l. Communi diuidundo, uer. confunderetur ff. com. diuid. Ad uitandam pœnam caducitatis ſoluat alter pro non ſoluente, & deinde contra illum agat. Silu. cit. Si Dominus conſenſiſſet diuiſioni, ſibi præiudicat Afflic. decis. 153 niſi dixiſſet, Saluo iure meo. Vrſill. ad deciſ. cit.

29 Renouatio Emphiteuſis locum non habet, ubi Dominus directus declarauit uelle pro ſe retinere, qui cogi non poteſt ad renouandam proximioribus. Gratian. diſcep. for. to. 1. c. 88.

M V T V V M

V S V R A.

V. Commodatum. Debitum. Iudęus. Iudex. Obligatio. Pactum. Pęna. Promiſſio. Reſtitutio. Societas. Vẽditio.

1 MVTVVM eſt traditio rei ad uſũ, ut ſtatim fiat accipientis, & reſtituat poſtea tantundem eiuſdem rationis, & qualitatis Molin. diſp. 299.

2 Vſura, eſt lucrum ex mutuo 14. q 3. per tot. Cai. in ſum. uer. uſura. Addunt alij, ui mutui principaliter intentum. Sed hæc definitio conuenit tantum Vſuræ materialiter ſumptæ, ideſt rei circa quam committitur peccatum uſuræ Vſura uerò formaliter, ideſt prout eſt peccatum, ſic definitur à Reginaldo lib. 10 c. 10. num. 391. Eſt mutuatio, ob quam pretium aliquod ſupra id, quod datum eſt petitur, uel accipitur.

3 Mutuum, in quo committi poteſt Vſura, eſt duplex, Expreſſum, & virtuale ſiue tacitum. Expreſſum eſt, quando apertè, & explicitè celebratur contractus mutui, & aliquid vltra ſortem exigitur: & dicitur Vſura aperta. Virtuale eſt v. g. Si quis carius iuſto pretio rigoroſo uendat credito, illudq; incrementum ob dilatam ſolutionem recipiat; ſi tamen venditor non erat ſeruaturus, iuxta ver-

Digitized by Google

ver. emptio dicta ſunt. Item ſi quis anticipata ſolutione vilius emat iuſto pretio infimo, & dicitur Vſura palliata. Armill. ver. Vſura parag. 11. Quoties igitur accipitur lucrum non ex mutuo, licet iniuſtè accipiatur, non erit Vſura.

4 Vſura pro vitio, & peccato, eſt acceptio, aut voluntas accipiendi lucrum ex mutuo, & diuiditur communiter in realem, & mentalem, non quidem per pactum expreſſum, & tacitum, quaſi realis ſit ex pacto expreſſo, mentalis verò ex pacto tacito: neq; vt in alijs, actus interior, & exterior, quaſi realis ſit, quæ exterius exercetur in actu mutui: interior verò ſit propoſitum dandi ad vſuram, ſed diuiduntur per ſolum pactum, ita vt ex vtraque parte requiratur actus mutui, ſed ita, vt in reali interueniat pactum expreſſum, vel tacitum; ſi verò nullum interueniat pactũ, ſed ſola ſpes, & intentio animo concepta ratione mutui aliquid vltra ſortem accipiendi, eſt mentalis. Quare duplex quodammodo conſtitui poteſt vſura mentalis vna, quæ eſt ſolum propoſitum dandi cum fœnore, & hæc licèt ſit peccatum mortale, aut veniale pro qualitate illius propoſiti, de hac tamen hic non eſt ſermo. Altera, quæ eſt non ſolum propoſitum mutuandi cum auctoritate, ſed re vera facto mutuo, nulloque interueniente pacto, adeſt ſola intentio, & ſpes interior accipiendi aliquid vltra ſortem, & de hac loquimur V. Salon. 2. 2. q. 78. art. 2. Conrad. de contrac. q. 21.

5 Tria requiruntur ad Vſuram ex Sot. de iuſt. lib. 6. q. 1. art. 2. primo vt ſit mutuum expreſſum, aut tacitum, ita vt propria actio, in qua vſura exercetur, ſit mutuatio alicuis rei earum, quæ vſu conſumuntur, vt vini, pecuniæ, &c. Secundo, vt mutuans aliquid vltra ſortem ratione mutui intendat accipere tamquam pretium illius mutui per quod excluditur ab vſura, qui mutuat alicui centum, vt alia centum iam debita ſimul ſoluantur Conrad. ubi ſupra, vers. tertium dictum, & qui mutuat alicui, vt is ab iniuſta vexatione deſiſtat. Idem q. 37. tertio vt interueniat pactum, aut aliqua ciuilis obligatio, qua poſſit mutuatarius in exteriori foro ad ſoluendum auctarium obligari.

6 Hoc pactum poteſt eſſe duplex, aut explicitum, aut implicitum. Implicitum eſt cum mutuans dicit, Optime noſti te mihi gratum eſſe debere, & me ex his pecunijs viuere. Et hoc pactum implicitum contingere poteſt vel ex parte vtriuſque, vt cum vterque nutibus, & ſignis, aut verbis ambiguis ſibi viciſſim illud pactum ſignificant, & tunc accipiens tenetur reſtituere danti, vel ex altera tantum parte, & hoc vel ex parte tantum mutuantis intendentis ſub illis ſignis, & verbis ambiguis mutuatarium obligare ad aliquid vltra ſortem, & hoc eſt vſura, propter ſolam intentionem mutuantis, licet mutuatarius id non intelligat: vel ex parte mutuatarij, ita vt is exiſtimet ſe obligatum ad auctarium ſoluendum, cum tamen mutuans id non intendat: quo caſu, cum tantum ſit error mutuatarij, non interuenit Vſura. Si tamen tempore ſolutionis exiſtimet, aut ſuſpicetur mutuans quod ſibi vltra ſortem exhibetur, id fieri ratione mutui, recipere non debet, & acceptum tenetur reſtituere; accipit enim ratione mutui in quo conſiſtit iniquitas Vſuræ. De hoc infra vers. Mutuans ſine pacto &c. num. 20.

7 Et quia duobus modis poteſt mutuans lucrum ex mutuo ſperare aut intentione primaria, ita vt niſi ex mutuo lucrum ſperaret, nequaquam mutuaret; vel intentione ſecundaria, & concomitanter, quando mutuaret quidem, quamuis lucrum non expectaret, ſed ex amicitia, & beneuolentia expectat tamen ex illo mutuo, & vi illius aliquod lucrum; vtroq; modo lucrum ſperans & intendens eſt vſurarius ſecundum Salon. 2. 2. q. 88. art. 2. contr. 1. & art. 3. contr. 10. (Per intendere autem lucrum vi mutui, intelligit intendere tamq; debitum obligatione ciuili, vt apertè dicit de cont. 1. conclus. 1. & 2.) & hæc opinio eſt S. Tho. 2. 2. q. 78. ar. 2. ad primum Cai. in ſum. ver. Vſura. Salon. contr. 1. cit. Sot. de iuſt. lib. 6. q. 1. ar. 2. Nau. in man. c. 17. num. 209. & de vſur. not. 11.

num.

Digitized by Google

num. 22. P. Nau. de reſt. lib. 2. c. 2. num. 197. & ſeq. Molin. de contrac diſp. 505. num. 2. Cum enim lucrum immediatè terminat mutuationem ſiue vt cauſa præciſe, ſiue vt concauſa ſimul, ex æquo tamen cum amicitia, neceſſe eſt, lucrum non liberaliter ſperari, & titulo gratioſo, ſed ex debito cauſa mutui, & titulo iniuſto, & nullo. Contra verò ſpes, ac intentio comparandi per mutuum lucrum aliquod aut commodum vltra ſortem, quod ex beneuolentia, gratitudine, ac liberalitate proueniat, non efficit mutuantem vſurarium, eſto intendatur lucrum tamquam principalior finis, ad quem mutuum ordinatur, & eſto mutuans non eſſet alias mutuaturus. quare ea via acceptum non eſt obnoxium reſtitutioni, eſt S. Tho. Molin. & aliorum cit. & probat Caiet. art. 1. Nam remuneratio ſperata non eſt ratio, vt mutuet, ſed eſt conditio, quare huic magis, quem illi mutuet, quia hic gratus, ille non. Et quoniam facere, & deſiderare ſunt eiuſdem rationis; ſi quis non ſolum hæc intus ſperet, ſed etiam extra demonſtret talem ſpẽ vt ſupra moderatam, & ſequatur effectus gratuitæ remunerationis, nullum eſt peccatum vſuræ. At Io. med. de reb. per vſur. acqu. q. 1. & Couar. 1. var. reſ. c. 20. num. 3. & in reg. Peccatum p. 2. initio num. 3. & videtur Silu. vſura 1. in princ. dicunt Vſuram committi, quoties ſpes illa fuerit cauſa primana, & vltima, & finalis mutui; ſecus ſi tantum impulſiua. Prior ſententia verior, quã ſequitur Azor. p. 3. lib. 5, c. 16. in fi. V. Conrad. de contrac. q. 21. concl. 5.

8 Ad maiorem autem prædictorum intelligentiam Notandum ex Nauar in man. c. 17. num. 209. Cauſam principalem ſeu finalem in aliquo actu illam eſſe, quæ per ſe appetitur, & propter quam aliud appetitur, id enim eſt de ratione finis, vt per ſe deſideretur, & ex illius affectu alia ſint volita, tamq; media ad illum, quæ enim ſunt ad finem, non tam propter ſe, quam ex amore, & cupiditate finis ſunt volita. Vnde fit, cauſam principalem, & finalem pro eodem à Doct. reputari. at cauſa minus principalis, ſiue impulſiua eſt, quæ non affectu per ſe, ſed alterius eſt volita, & concupita, quamuis eſſet cauſa, ſine qua non.

9 Notandum Secundo intentionem, vt ait. San. Thom. 1. 2. q. 12. & Com. ſemper eſſe de fine cum enim intentio ſit actus voluntatis, cuius obiectum eſt bonum; ideo voluntas per ſe, & principaliter tendit in finem, in quo ſolo eſt ſecundum ſe bonum. in media verò, quia non inueniturin eis propriè ratio boni, niſi vt dicunt ordinem ad finem, non fertur voluntas, niſi quatenus fertur in finem, ad quem illa conducunt. Quando igitur dicimus non licere intendere lucrum ex mutuo, & vi mutui, intelligitur lucrum eſſe cauſam finalem, & principalem mutui, &c amicitiam autem volumus tamquam medium conducens ad finem, ideſt lucrum.

10 Licitum eſt aliquid accipere pro obligatione mutuandi; eſt enim obligatio pretio æſtimabilis S. Tho. 2. 2. q. 78. ar. 2. ad 4. & ibi Cai. & Valent. Sot. de iuſt. lib. 6. q. 1. ar. 2. ad prima, & art. 6. in fi.

11 Mutuatum triticum reſtituendum eadem menſura, & bonitate, aut pretium quo valebit tempore reſtitutionis, ſiue pretium ſit auctum, ſiue diminutum Sot. ar. 2 cit. Salon. 2. 2. q. 78. ar. 2. contr. 15 num. 3. Quòd ſi non eſt præfinitum tempus ſolutionis, peti poteſt tempore, quo carius eſt niſi mutuans det operam, ne antea ſoluatur: Sot. cit. Pecuniæ verò mutuatæ valor, an attendendus ſit tempore, quo data eſt, an tempore ſolutionis V. ver. Debitum.

12 Mutuare triticum cum pacto, vt tempore ſolutionis reddatur pretio quo tunc valebit, non eſt vſura: eſt enim venditio cum dilatione ſolutionis Nau. c. 17. num. 125. intellige, ſi erat in id tempus ſeruaturus, c. Nauiganti parag. vlt. de vſur. Conrad. de contrac. q 38.

13 Non potes vi mutui alterum ad aliquid pecunia æſtimabile obligare, vt v. g. ad colendum agrum tuum iuſto pretio, ad frequentandum tabernam, ſiue molendinum tuum &c. S. Tho. vbi ſupra ar. 1. & ibi Arag. Sot. ar. 2. cit cit. Silu. vſura 1. g. q. 7. Nau. c. 17. num. 220. Licet autem obligare ad alium contractum ſtatim ineundum;

ſtheundum, ſine damno tamen ipſius mutuatarij P. Nau. de reſt. lib 3. c. 2. num. 241. & ſeq Reginald. to.2. lib. 25. num. 192. contra Sot. vbi ſupra Io. med. de reb. per vſur. acquiſ. q. 4. vers. ſuppoſito ergo, Azor. p. 3. lib. 5. c. 7. de vſur. q. 5. Molin. de contrac. diſp. 310. vbi num. 2. excipit caſum, in quo mutuatarius volebat huiuſmodi contractum v. g. colendi agros, &c. celebrare, ſed neceſſariá illi erant 100. quæ ideo mutuans illi mutuat, vt commodius colat, &c.

14 Licet alicui mutuare, donec v. g. frequentaueris ſcholas meas, vel tabernam &c. quia hic tantum deſignatur, tempus, ad quod ſit mutuum, nec adimitur libertas, &c. Azor. p. 3 lib. 5. c. 7. de vſur. q. 2. & concedit Molin. diſp. 309. ſi animus dantis non ſit accipere illud tamq; pretium mutui. Diſuadenda tamen illa limitationis appoſitio tamq; periculoſa Cai. 2. 2. q. 78. ar. 2.

15 Vſura eſt mutuare Medico cum pacto, vt ſuos ægrotos curet temporibus debitus iuſto pretio Silu. vſura 1, q. 8. Nau. c. 17. num. 120 Cai. in ſum. ver. Vſura c. 2. caſu 7 & alij plures; licet alij velint quod ſit conductio operarum anticipata ſolutione. Sed id eſt extra caſum, cum iam non ſit mutuum.

16 Etiam vltro, rogatus tamen, mutuans pecuniam poteſt paciſci de lucro ceſſante intra terminum, ad quem mutuum conceditur Nau. c. 17 num. 211. & de vſur. not 13. & conſil. 3. Immo & ſponte non rogatus offerens indigenti pecuniam Io. Bapt. Conrad. p. 1. q 230. in addit. initio. Arag. art. 2. cit Intellige ſi pecuniam illam habebat negotiationi deſtinatam, nec eum ab eo ſtatu tranſtulit. Cai. vbi ſupra ad primam Molin. diſp. 315. Salon 6. ar. 2. contr. 9. Arag. vbi ſupra ad primam Nauar. not. 7. num. 58. de vſur. Immo etiam vbi aliam haberet pecuniam otioſam; non enim tenetur ex hac mutuare Azor. p 3. lib. 5 c 5. vers. Secundo notan. præcipuè ſi illam ad alios vſus, & ſines, vt ad fortuitas neceſſitates, deſtinaſſet. Nau. in man. c. 17. num. 212.

17 Mutuans coactus per vim, aut metum, poteſt propterea aliquid accipere Conrad. de contrac. q. 45. ad ſecundum modum dicendi Nau. nu 212. cit. qui id intelligit etiam de vi, & metu incuſſo à Rege, vel Ciuitate. & verum dicit de coacti one iniuſta; Nam Rex, vel Ciuitas pro communi bono cogere poteſt diuitem ad ſibi mutuandum, vt etiam idem docet Conrad. vers. Quarto defectus:

18 Poteſt mutuans à principio paſci de lucro ceſſante ſi tempore mutuationis veriſimiliter ratione mutui erat illi ceſſaturum, licet poſtea non ceſſet: idq; ſufficit vt intereſſe non ſit fictum Valent. to. 3. diſp. 5. q. 10. p. 2. concl. 4. & in compend contrac. Arag. vbi ſupra ad 4. verſ. His ergo, & alijs, & q. 77. art 4 verſ. circa tertiam cauſam, in reſp ad 2. Sot. vbi ſupra ar. 1. in ſolut. 2. Leſſ. lib. 2. c. 20. dub. 13. Molin. aſſerens de Com. diſp. 314. num. 5.

19 Licitum eſt aliquid vltra ſortẽ accipere ratione laboris in mutuando Silu. vſura 1. q. 41. Nau. de vſur. not. 12. in ſi. Conrad. de contrac. q. 46 verſ. 13. caſus Item ob grauamen, ob quod priuatus pecunia mutuata. eſt enim intereſſe quoddam Io. Med. de reſt. q. 32. vers. Infertur ſed meritò contradicit Arag. 2. 2. q. 77. art. 1. quiſq; enim id dicere poſſet cũ mutuat. & Leſſi. vbi ſupra dub. 14. dicit eſſe laxandas habenas, vbi aliud intereſſe non inuenitur.

20 Mutuans ſine pacto tacito, aut expreſſo, non peccat aliquid vltra ſortem accipiens vltrò. & liberè datum à mutuatario S. Tho 2 2 q 78. ar. 2. & ibi Salon. Couar. 1. var. reſ. c 20. num. 4. & in reg. Peccatum p. 2 in principio à num 4. Quòd ſi putet ſibi non libere datum, tenetur danti reſtituere, propter conſcientiæ læſionem, licèt verè animo libero datum ſit maneatq; huiuſmodi obligatio donec læſio conſcientiæ aliquo modo ceſſauerit Caiet. q. 78. cit. ar. 1. Couar. 6. c. 20 V. Cai. in ſum. ver. Vſura ment. Silu. uſura 1. q 4. Si uerò putet ſibi liberè datum, cum tamen non ſit, durante bona fide excuſatur à reſtitutione ratione bonæ fidei: hac uerò ceſſante tenetur reſtituere; niſi fortè ea durante conſum-

conſumpſerit, nec factus ſit locupletior. Arag. 2. 2. q.78.ar.1.de vſura ment. concl.3. Molin. tract.2. diſp. 246. & com.

21 Mutuatarius tenetur tantū ad intereſſe propinquū, non ad remotū, id enim infinitū Io. Med. de reb. per. vſr acqu. q. 3. caſu. 2 in fi.

22 Potes emere à genero tuo, quod habet in poſſeſſione ſibi à ſocero datā in pignus dote non ſoluta, modo non fraudulenter facias, fingēdo emere cū intēdas mutuare. Sil. vſu 3. q 5. Ang. vſ. 1. parag 17. v. Molin. diſp. 321. Soluto tamē matrimonio, aut ſoluta dote à ſocero, eo ipſo diſſoluitur cōtractus ēptionis. &c. Quare vſura erit, ſi deinceps accipias fruct⁹ pignoris.

23 Quod ſub vſuris accepiſti potes alteri mutuare, cū pacto ut reſtituat uſurario ſortem, & uſuras, ſi ex ea pecunia ſatisfacere uol bas uſurario, Sil. uſura 1. q. 20. id enim eſt, te indemnē ſeruare Ang. uſura 1. parag. 21. Archid. in c. De uſura 14. q. 3. Azor. p. 3. lib. 10. c. 10. de cenſib. q 4. Leſſ. lib. 2. c 20 dub 10 in fi. V. Cōrad hunc art. fuſe diſputātē de cōtrac. uſur. q. 41. Ego cū Anchar. conſ. 176. n. 10. id puto uerū ſi ſtatim eras Vſurario ſatiſfacturus Nam ſi ea pecunia erat tantū pars debiti, & ad annū futura erat otioſa, nō potes interim aliquid ratione mutui exigere: nullum enim damnum ſuſtines.

24 Mutuās nō poteſt lucrū ceſſans ſiue certū, ſiue incertū ſtatim exigere Io. Med. de uſu. q. 3. uerſ. ſeptima cōditio Arag. ubi ſup. ar. 2. P. Nau. lib. 3. c. 2. dub 9. quod Azor. p. 3. lib. 5. c. 5. q. 2. cōcedit, quādo mutuās ex ipſa pecunia mutuata ſtatim accipit īntereſſe, ſecus, ſi aliquid aliud, quæ opinio licèt nō careat probabilitate, mihi nō probatur, perinde enim eſt accipere oleum, uinum, &c. ac ſi acciperet pecuniam.

25 Mutuās ratione periculi reſtitutionis poteſt accipere quantū fideiuſſor pro eo poteſt accipere modò mutuatariū nō cogat, ut ſe in fideiuſſorē accipiat, & ſit probabile periculum Sil. uer. fideiuſſor. q. 17 & vſura 7. q. 6. Leſſ. ubi ſup. dub. 13. Molin diſp. 318. ubi de intelligētia c. Nauiganti. de uſur. de quo etiam Conrad.

26 Mutuās, aut cōmodans nullū debet damnum pati, niſi forte mutuatarij neceſſitas tāta ſit, ut teneatur mutuās id damnū pro illius ſubuentione ſuſtinere, quia ſcilicet neque hic neq, alibi habet Io Med. de reb. per uſur. acq. q. 3. V. Arag. ubi ſup. & ibidē cōtr 8. n. 18.

27 Si mutuum nō eſt cauſa amiſſionis lucri, nil ea ratione potes accipere quod cōtingit, quādo mutuans habet aliā pecuniā in arca, quā mutuò dare, uel negotiationi exponere poteſt; ipſe tamē nō uult niſi eā extrahere, quā habet negotiationi expoſitā. Niſi forte huiuſmodi pecunia ſibi ſit neceſſaria ad alias occurrētes neceſſitates utræq; ſubſidia. Nau c. 17. nu. 212 Arag. ar. 2. cit. uerſ. His ergo cōdit. 2. Petr. Nau. lib. 3. c. 2. nu. 301 V. ſupra nu. 16.

28 Mutuare pecuniā cū pacto, ut mutuatarius eā alibi reſtituat, aut tēpore meſſis uēdat mutuāti triticū pretio tūc currēti nō uidetur uſura. ratio primi eſt, quia id nō eſt mutuare, ſed cābire, quod licet vnicuiq; præſertim cū hic nulla ſit intereſſe ſolutio, ſed tātum uirtualis ſaltē trāſportatio, modo tamē mutuatarius habeat in loco ſolutionis, uel pecuniā uel aliū qui ſoluat, de quo Molin. diſp. 310. nu. 6 In ſecun. uerò caſu docet Mol. diſ 309. n. 9. eſſe ēptionē āticipatā tritici iuſto pretio, in quo nulla cernitur iniuſtitia. Sed id ego concedere nō audeo: quia ille mutuū petit, & accipit cum pacto, &c. & quia mutuatarius fortè nō erat uenditurus tēpore meſſis, quo uiliori pretio uendi ſolet frumētū. quare cogitur id damni ex mutuo ſuſtinere.

29 Mutuare cū pacto, ut mutuatarius ſoluat quod aliàs ipſe mutuāti ex iuſtitia ſoluere tenebatur, nō eſt uſura Io. Med ubi ſ. p. q. 7. Sot. de iuſt. li. 1. q. 1. ar. 3. Az. ubi ſ. q. 15. Ang. uſu. 1 par. 9

30 Mutuū retineri poteſt quatuor cōcurrentibus. Pri. ſi debitū ſit liquidū Secun ſi debitū & creditū ſint eiuſdē ſpeciei quātitatis, & qualitatis, hæc enim neceſſario requiri in cōpēſatione docet Pan. c. fi. de depoſ. nu. 12. ſed id communiter reprobari docēt Sayr. cla. reg. lib. 9. c. 14 nu. 5. P. Nau. lib. 3. c. 1. par. 4. nu 384 Tert. ſi aduenit tēpus ſolutionis debiti. Quar. ut nō teneatur mutuatarius ex pacto aliud a re mutuata in ſolutum recipere. Garz. c. 6. nu. 8. Vide Molin. diſp. 560. num 14.

31 Filius fam. nō tenetur ſoluere mutuū ſibi factū l. 1. & 2. ff. ad ſen. conſ. Maced. Inſt. Quod cū eo, qui in al. eſt por. para. pen etiā in foro cōſcietiæ Sāch. affirmās de cō. l. b. 6. de matr diſp. 38. n 3. & 10. 2. ſū lib. 7. c. 31. n. 2. Nec uerū eſt quod Rebell p 2. lib. 9. q 2. ſec. 2 docet in cōſciētia teneri filiū fam. ſoluere, licēt a Iudice ſit abſolutus V. Mich. Ferrū qq moral. & Vicar. p. 2. q. 10 & 105. n. 37 & ſeq. qui vult teneri in foro conſciētiæ mortuo Pat. cū eo caſu ceſſet ſu-

L ſpicio

ſpicio. Mac. Et de Clerico idē affirmat etiā viuēte Pat. ſi habeat bona eccl. Sed alij extēdūt priuilegiū ad eoſdem filios, ſui iuris effectos per mortē Pat. & ad parētes ipſos, etiā ſi filiorū peculiū habeāt & ad fideiuſſores niſi quo tēpore fideiuſſerūt habuiſſēt animū id donādi huiuſmodi filijs Mol. diſ. 301. n. 2. & ſeq. Pater tamē quādo fili⁹ erat ſolitus accipere mutuū, & ipſe ſolitus erat reſtituere, cogitur ſoluere Affic. decis 308. per l. Titianus ff. Quod cū eo. Nec. valet renūciatio huiuſmodi priuilegij, cū potius in parentū fauorē introductū ſit, ne filij in eorū necē machinarentur Mol nu. 4. In decē caſib⁹ locū non habet Sen. cons. Macd [quos vide ibi nu. 8. & Glo. Inſtit. loco cit. Tenetur tamen reſtituere id in quo factus eſt locupletior per huiuſmodi mutuum. Molin. diſp. 573. num. 15.

31 Vſurarij bona eſſe tacite hypothecata pro vſuris docent Glo. in c. Cum tu, &c Tua nos de vſur. in ant &c Quanuquam eo in 6. Io. Med. de reb. per vſur. acq q. 4. Negant Silu. vſura 6. q. 5. Sot lib. 6. q. 1. Nau. c 17. nu 265. Couar. 3. var reſol. c. 3. nu. 6. Hoſt. in ſum. de vſur. nu. 12. Pet. Nauar. de reſt. lib. 4. c. fi. nu. 7. Quòd Pan. & Ancar in d c. Cum tu ampliant etiam ſi acquiſita ſint per pecuniā vſurariam, & tranſierint ad tertiū ex cauſa lucratiua: quo tamen caſu dicunt poſſe per iudicis officium vēdi ex quadam æquitate. Couar. vbi ſu. in fi Caiet to. 1. opuſ 8. q. 4. Molin diſp. 329. docēt. hypothecata eſſe quæ alienauit, cum non eſſet ſoluendo, ſi accipiens id ſciebat. V. Salon. 2. 2 q. 78. art. 3, contr. 5.

33 Non valet donatio Vſurarij, nec alia eius alienatio, ſi tempore quo facta eſt, impotentē reddidit alienantem ad ſoluenda debita, quæ tunc habebat, quocunq; titulo alienauerit, & ſic alienata recipiens ſiquidem ſcienter, tenetur omnino reſtituere quia illa alienatio facta fuit in fraudem creditorum. Si autē ignoranter ad nihil tenetur, niſi obtinuerit titulo lucratiuo, tunc enim tenetur reſtituere rē ſi extat, aut in quātum factus eſt locupletior modo tamen a creditoribus petatur intra annum à die ſcientiæ alienationis factæ in ipſorū fraudem Silu. vſura 6. q. 11. Ang. reſt. 1. vers. Vſura à nu. 17. Molin. diſp. 330 nu. 4. & 12

34 Dos data ab Vſurario, cuius bona ſoluendis vſuris, quæ debet, non ſufficiunt, eſt reſtituenda ab accipiente, qui id ſcit, aut ſcire debet, etiam ſi data ſit in pecunia, aut alia re, cuius dominiū ſit translatu in ipſum Vſurariū quia capit ab eo, qui nec donare, nec dotare poteſt. Sot. de de iuſt lib 6. q. 1. art. 4. Nau. c. 271. Ang. vbi ſup. parag. 35. Si tamen bona fide accepit, & ea durante conſumpſit, nec factus eſt locupletior, ad nihil tenetur. Salō. vbi ſupra contr. 2. num. 8. At ſecundum Molin. num. 12. cit ad nihil tenetur, licèt adhuc poſſideat. Si bona fide accepit, retinere poteſt quantum alendæ uxori eſt neceſſarium cum huiuſmodi alimenta ſint Vxori debita Azor. p. 3. lib. 5 c. 14. de vſur.

35 Dominium rei per vſuram acquiſitæ transfertur in vſurarium Nau. c. 17. num 265. & concedunt Ang. Vſura 2. parag. 18. Silu. vſura 6. q. 1. in rebus vſu conſumptibilibus cōſiſtentibus in numero, pondere, & menſura, vt pecunia, grano, vino, &c. Si enim cum rebus vſurarij permixta ſunt, aut cōſumpta cum hæc recipiant functionem in genere ſuo. In rebus verò mobilibus, quæ vſu non conſumuntur, aut mobilibus, aut mobilibus non mixtis, nec conſumptis, ſiquidem ipſa ſunt immediatè per vſuram extorta, non transfertur dominium, ſed reſtituenda eſt res ipſa cum fructibus quos dominus percepiſſet, ſi res ſit lucroſa: ſi verò non ſit lucroſa, reſtituenda eſt tantum res ipſa, non verò fructus, ſunt enim induſtriales: niſi forte per detentionem talis rei alter ſit damnificatus, tunc enim tenetur damnum reſarcire. Quod ſi iam non extet res ipſa, quia v. g. alij vendidit, poteſt dominus illam de manu ementis euincere. Si autem ſunt mediatè acquiſita, vt quia ex pecunia vſuraria fundum emit, tenentur tantum ad pecuniam extantem; niſi ſoluenti vel lucrum ceſſauerit, aut damnum emerſerit, tunc enim ad vtrumq; tenetur S. Thom. 2. 2. q 78. art. 3. & ibi Ara. & Salon. contr 1. & trib. ſeqq. Molin. diſp. 316. & ſeq. Silu. & Ang. vbi ſupra Couar. 1. var. reſol. c. 3. num. 6. Sot. lib. 6. q. 2. art. 4.

36 Poteſt gener, aut alius cui ſit promiſſa dos percipere fructus pignoris ſibi dati donec ſoluatur dos, c. Salubriter de vſur. ſot. vbi ſupra art. 1. quamuis ſocero dederit ſolutionis dilationem Couar. vbi

ſupra

ſupra c. 1. num. 3. Anchar. & Pan. in d. c. Salubriter. Niſi ſocer exprimat ſe tradere pignus tantum in ſecuritatem dotis non verò fructus, ipſo genero liberè conſentiente Salon. 2. 2. q. 78. art. 2. contr. 14. num. 5. Amplia etiam ſi fructus excedant onera matrimonij, modo non excedant fructus dotis Nau. de vſur. not. 21. contra Silu. vſura 3. q. 2. Ang. vſura 1. parag. 25. Arag. ar. 2. cit. circa finem Reginald. lib. 25. num. 223. Poteſt item Vidua, donec ei dos detur, licet à mariti domo receſſerit Arag. loco cit. Idem Vir mortua vxore, & viri hæredes, ſi omnes hi ſuſtineant onera matrimonij Armilla Ver. Vſura parag. 23. Salon. vbi ſupra contr. 15. De hæredibus viri negat Ang. vbi ſup parag. 24. de Vidua concedit Silu. vbi ſupar q. 7. & ver. Dos ſi accipiat ratione intereſſe, quia ſcilicet mallet dotem, ſed eam non accipit, vel quia non poteſt, vel quia hæredibus compatitur. De hæredibus verò concedit, ſi Viduæ præſtent alimenta q. 7. cit. Poteſt autem loco fructuum tantundem in pecunia accipi Couar. & Sot. vbi ſupra, Nau. not. 21. cit. num. 67. Salon. contr. 14. contra Silu. vſura 3. q. 3. qui id concedit tantum vbi Gener ſolitus ſit mercari aut deponere pecuniam apud mercatorem, & ex dote ſoluta fuerat probabiliter fructum reportaturus. V. Couar. vbi ſupra Molin. diſp. 321. Azor. p. 3. lib. 7. c. 9.

37 Iuſta ſunt ſtatuta decernentia, vt certum quid ſoluatur viduæ, donec ei dos reddatur Nau. vbi ſupra num. 68. & in man. c. 17. num. 213. Salon. contr. 15. num. 3. Silu. Vſura 3. q. 8. Ang. ver. dos. parag. 28. Couar. vbi ſupra verſ. 7. licèt ipſe cum Silu. concedat tantum ratione intereſſe, quia potius vellet habere dotem, vt poſſeſſiones, vel annuos redditus emeret. Et Pan. vol. 1. conſil. 39. conſuluit huiuſmodi ſtatuta condi non poſſe. Addit Molin. diſp. 322. num. 7. non debere plus taxari à ſtatuto, quàm ſint alimenta debita, vel fructus dotis, vel lucrum ceſſans. Quòd ſi vidua, aut Gener eſt in cauſa, vt dos à ſocero, aut hærede retineatur, vt non poterit huiuſmodi priuilegio Cai. 2. 2. q. 78. ar. 2. in reſp. ad 6. V. Rotam coram Card. Mantica decis 171. Gratian. diſcep for. to. 1 c. 143.

38 Qui per vſuram acquiſiuit officium aliquod temporale, non tenetur reſtituere fructus perceptos ex eodem officio, ſunt enim præmium laborum Nau. c. 17. num. 223. vers 94. Immo nec officium ipſum, ſed tantum aliquid pro grauamine obligationis, quam vltra ſortem accepit ad arbitrium boni viri Arag. ar. 2. cit. At P. Nau. lib. 3. c. 2. num. 273. docet, quod ſi officium illud ſit vendibile, ſiue ex natura rei, ſiue ex lege, ſiue ex conſuetudine, ſi gratis non ſit dandum, licèt operæ æquent redditus, reſtituendum eſſe valorem illius officij. Idem ego dicerem de fructibus, quia cum officium ſit lucroſum, ſi reſtituendum eſt officium, ergo, & omnia ex illo lucra; ſicut tenetur reſtituere fructus ex agro immediatè per vſuram acquiſito collectos. Limito tam cum Arag. Niſi labores æquent fructus ipſius officij deducendæ enim expenſæ, & labores neceſſarij Salon. vbi ſupra art. 2. conts. 4. num. 13. docens reſtitueudum eſſe officium circa fructus, & ſtipendium diſtinguit duplicia eſſe, quædam honorifica, quæ non tam pro laboribus, quàm pro dignitate illius muneris, & officij conferuntur. alia quæ directè, & propriè in mercedem, & precium laborum redduntur. Stipendia primi generis, cum non reſpiciant labores officij. docet non poſſe tuta conſcientia recipere, & retinere, niſi qui iuſtè officium obtinet. Stipendia verò ſecundi generis, quia ſunt premium laborum, qui in officio ſuſtinentur poſſe iuſtè retineri.

39 Pecunia poteſt locari, & vendi, vt aurum, & argentum S. Tho. de regim. Princ. lib. 2. c. 14. Silu. vſura 1. q. 12 & vſura 4. q. 2. & 3 Nau. c. 17. num. 187. Tolet. lib. 5. cap. 51. Salon. de camb. q. 3. art. 1. & q. 4 art. 2. contr. 1. num. 22. Mercad. de camb. c. 2. num. 4. & com.

40 Non eſt mortale accipere ad vſuram a parato, etiam ſine neceſſitate, aut vtilitate Cai. 2. 2. q. 78 ar. 4. modò ſcandalum abſit, vt in Epiſcopo, aut ſi propte-

rea neceſſaria familia debitis fraudatur obſequijs Sot. lib. 6. q. 1. ar. 5. Nau c. 14. num. 39. & c. 17. num. 262. Eſſe mortale accipere ad vſuram, etiam à parato ſine neceſſitate docet Molin. diſp 335. cum det alteri occaſionem noui peccati mortalis. Certè mortale eſt petere ad vſuram etiam à parato, eſt enim ad peccatum inducere S. Thom. 2. 2. q. 78. ar. 4. Caſtr. de iuſt. Hæret. pun. lib 5. c. 15. Armill. ver. vſura parag. 39. niſi in extrema neceſſitate, cum ſciret ſe aliter fruſtra petiturum. Nau. num. 262. cit. Salon. d. q. 78. art. 4. contr. 1. in fi. modò id fiat ſine complacentia in peccatum, Idem contr. 2. & modò amicum non habeat, à quo gratis recipiat ibidem num. 7. Conrad. de contract. q. 47. V. Sanchez in ſum. lib. 3. c. 8. à num. 25.

41 Merus executor vſurarij non tenetur reſtituere: nullo enim modo cooperatur iniuſtæ actioni, aut contractui, quæ iam facta ſunt Sot. ubi ſupra artic. 4. Niſi aliquo modo cogat mutuatarium ſoluere, ſiue importunis verbis, & exactionibus, ſiuè minis &c. P. Nau. lib 3. c. 2. num. 417. Agentes autem ſemper tenentur, quia cauſam damni dant: niſi excuſet ignorantia, & & nihil retineant, Silu. vſura 7. q. 4. Nau. c. 17. num. 266. Sunt autem Agentes apud quos reſidet quaſi principalis poteſtas domini: & quia cum contrahitur, & ipſi taxant pretium, & cogunt ſoluere Silu. cit.

42 Emanuenſes, qui in Commentarios rationes dati, & accepti referunt, ad nihil teneri docet Sot. vbi ſupra. Contrarium docet P. Nau. vbi ſupra numero 435. quia cooperantur exactioni iniuſte, & iuuant Vſurarium ad extorſionem proſequendam, & conſequenenter tenentur ad reſtitutionem principali non reſtituente.

43 Famuli cuſtodientes pecunias, & vt ait Palud. in 4. d. 15. q. 2. art. 3. numero 17. ſolum derigrantes manus in computanda pecunia vſuraria, nullam tamen habentes à dominio auctoritatem ad aliquos contractus exercendos, cum ſe habeant merè materialiter, nec effectiuè concurrant ad contractum vſurarium, vel ad ſolutionem, non tenentur ad reſtitutionem Salon. vbi ſupra contr. 9. num. 9. Azor. p. 3. lib. 4. c. 19. q. 7. idem dicens de emanuenſibus.

44 Notarius conficiens inſtrumentum contractus vſurarij ſimulati, in quo v. g. Si mutuum eſſet mille, & centum vſurarum, fidem faceret mutuata eſſe mille, & centum, tenetur ad centum. Idem de teſtibus, qui ſcienter huiſmodi contractibus aſſiſtunt Sot. & Salon. vbi ſupra P. Nau. c. 3. cit. num. 434. Secus ſi in inſtrumento conſtat de vſuris Io. Med. de reb. per vſur. acqu. circa quintum Arg. coroll. 3. Niſi in ijs locis vigeret conſuetudo, aut ſtatutum, quibus per tale inſtrumentum cogerentur homines vſuras ſoluere. quo caſu, præter peccatum mortale, tenetur ad reſtitutionem Sayr. cla. reg lib. 12. c. 25. num. 13. Secus item ſi ad petitionem mutuatarij confecit, quia aliàs mutuans nolebat mutuare, & mutuatarius indigebat, gratiam enim ei præſtat. Sayr. & P. Nau. vbi ſupra Silu. vſura 7. q. 7. &. 9. Nau c. 17. num. 276. Aug. reſt. 1. vers. Vſurarius num. 6. Armill. ver. vſura parag. 42. Molin diſp. 331. num. 6. & ſeq. Salon. vbi ſupra Azor p. 3. lib. 5. c. 17. q. 6. peccat tamen mort etiam cum inſtrumentum conficit in gratiam mutuatarij Nauar Silu. Azor. cit.

45 De vſuris non alienis in ſpecie, quarum dominium in eum tranſijt puls tenetur Vſurarius vxori, & filijs quàm creditoribus modo aliunde vxor victum habere non poſſit, & ſumptuoſius quàm eius ſtatum doceat, non viuat. Filij

vbi

ubi ſupra contr. 6. famuli ſi ſint omnino Domino neceſſarij ad tuenda, & conſeruanda bona, eauè augenda, unde reſtituendæ ſunt uſuræ, ut illæ melius reſtitueantur, uiuere poſſunt ex bonis prædictis, & ſtipendium accipere Molin. & Salon. ubi ſupra. Limitant Nau. & Azor. ubi ſupra Ang. num. 21 modi non alantur, aut ſtipendium de bonis alienis in ſpecie V. Anchar. in c. Peccatum de reg. iur. in 6. num. 26.

46 Hæredes uſurarij tenentur reſtituere uſuras ſolum pro rata, idem qui ex dimidio dimidium, qui ex tertia tertiam, licet al.j non reſtituant Cai. opuſc. de uſur. q. 1. Sot. lib. 6. q. 1. ar. 4. Arag. 2. 2. q. 78. ar. 3. Silu uſura 6. q 10. uerſ. 2. Azor. ubi ſupra c. 17. q. 11. Leſſ. lib. 2. c. 20. dub. 20. quod Ang reſt 1. uerſ. Vſura num. 16. intelligit de uſuris non alienis in ſpecie, nec de emptis ex pecunia per uſuram extorta. Quòd ſi unus hæredum fiat non ſoluendo, alius ad id quantum fert ſua hæreditatis pars obligabitur Nau. c. 17. num. 298. per c Tua nos de uſur. Couar. 3. uar. reſol c. 3. num. 7. Priorem opinionem cenſent ueriorem, & amplectendam Malin. diſp. 332. num. 3. Salon. 2. 2. q. 78 art. 3. contr. 8.

47 Vſurario manifeſto nullum debet adminiſtrari ſacramentum ante ſatisfactionem ſaltem fideiuſſoriam, aut iuratoriam iuxta c. Quamquam parag. vlt de vſur. in 6. & eius teſtamentum ipſo iure nullum eſt, niſi præuia ſaltem cautione iuratoria Nau. vbi ſupra num 279. & de vſur. conſ. 4. ſufficit autem relinquere Procuratorem, qui præſtet cautionem poſt mortem Vſurarij; tunc enim præſtita cautione conualeſcit teſtamentum Gratian. diſcep. for. c. 79. num. 14. Valent tamen legata ad pias cauſas, ſi decedat cum ſignis contritionis, non potens præſtare cautionem Silu. vſura 6. q. 7. Couar. vbi ſupra in fi. Intellige ſolutis prius vſuris, de quibus conſtiterit eſſe debitas Molin. trac. 2. diſp. 137. Abſoluens huiuſmodi Vſurarium ſine præuia ſatisfactione tenetur de proprio ſecundum Nau. vbi ſupra. V. ver. reſtitutio vers. Non obſtans.

48 Eſt autem Vſurarius manifeſtus, qui ita palam dat ad vſuram, vt nulla ſe poſſit tergiuerſatione celare. & qui per ſententiam condemnatus eſt de hoc crimine, vel in iudicio confeſſus Nau. c 17. num. 280. Molin. diſp. 334. num. 13. Et qui licet non poſſit conuinci teſtibus, conuincit tamen alijs præſumptionibus: Et qui habet menſam paratam ad mutuandum omnibus Pan. in c. Cum in Dioceſi de vſur. Vide

49 Tenetur Vſurarius mutuatario ad omnia d mna etiam lucri ceſſantis ex ſolutione vel detentione rei per vſuram acquiſitæ S Tho. 2. 2. q. 78. ar. 3. Silu vſura 6. q. 2. Molin. diſp. 327. & 395. num. 5. Sot. vbi ſupra; licet Couar. vbi ſupra num. 6. dicat ſatis eſſe, ſi reſtituat id, in quo mutuatarium læſit, ideſt uſuras non uerò alia damna.

50 Inducens uſurariū ad fœnerādū nō tenetur reſtituere, niſi quantū ad eum peruenit; in exigendo enim non inuadendo damnificatur proximus. Silu. vſura 2. q. 2. Contrarium docent Nau. c. 17. num. 265 Sot. ar. 4. cit circa finem Molin. diſp. 331. num. 3. Vaſto. 2. diſp. 5. q 6. p. V. salon. 2. 2. q. 26. artic. 3. contr. 16. Azor. p. 3. lib. 5. c. 12. de vſur. q. 1. & eos qui de reſtitutione tractant ex iniquo conſilio.

51 Ceſſante iure poſitiuo, poſſunt Domini ſine peccato tollerar Vſurarios moderate exigentes, ſi expediant bono communi. Quòd ſi repetantur vſuræ, & iuſtitiam negent, tenentur reſtituere. Nau. c. 17. numero 275. & de vſur. conſ. 73. & dub. ſeq. Molin. diſp. 231. num. 5. Ang. vſura 1. paragrafo 1. Tolet lib

tene-

tenetur reſtituere, niſi quantũ ad eum peruenit; in exigendo enim non in dando damnificatur proximus. Silu. vſura 2. q. 2. Contrarium docent Nau. c. 17. num. 265. Sot. ar. 4. cit circa finem Molin. diſp. 331. num. 3. Valent. to. 3. diſp. 5. q. 6. p. 3. V. Salon. 2. 2. q. 62. art. 7. contr. 6. Azor. p. 3. lib. 5. c. 12. de vſur. q. 1. & eos qui de reſtitutione tractant ex iniquo conſilio

51 Ceſſante iure poſitiuo, poſſunt Domini ſine peccato tolerare Vſurarios moderatè exigentes, ſi expediat bono communi. Quòd ſi repetantur vſuræ, & iuſtitiam negent, tenentur reſtituere Nau. c. 17 num. 275. & de vſur. conſ. 73. & duob. ſeq. Molin. diſp. 231. num. 5. Ang. vſura 1. parag. 1. Tolet. lib. 1. c. 36. & eſt in cap. Poſt miſerabilem de vſur. & in Clem. 1. eo. tit. V. Silu. vſura 9. q. 21.

52 De vſura inter laicos cognoſcit etiam Iudex ſecularis, vbi quæſtio eſt facti, ideſt an ſit ſolutum nec ne. Vbi verò quæſtio eſt de iure, ideſt an id quod petitur, ſit vſura, necne, pertinet ad Eccleſiaſticum Silu. vſura 9. in principio Anchar. conſ. 17. num. 4. & in d. c. Poſt miſerabilem num. 2. vbi Pan. num. 2. Azor. p. 3. lib. 5. c. 18. q. 1. Salon. 2. 2. q. 78. ar. 3. contr. vlt felin. in c. Cum ſit num 1. de for. comp. Conrad. de contrac. q. 25. verſ. primo arguitur. Item cohibere vitium Eccleſiaſticis pœnis, & aliquibus temporalibus, ſi animarum ſaluti expediat, ad Eccleſiaſticum ſpectat Molin. diſp. 333. in princ. Idem vbi pro crimine vſurarum agitur criminaliter. Iul. Clar. prac. crim. q. 57. verſ. quæro igitur. Eſſe mixti fori vbi quæſtio eſt facti docent Pan. in d. c. Cũ ſit num. 16. & in d. c. Poſt miſerabilẽ num. 2. & alij plures, quos refert. Couar. 3. var. res. c. 3. num. 1. vbi, & de ſponſal. p. 2. c. 6. num 19. & c. 8. parag. 12. num. 4. & ſeq. cum dixiſſet priorem eſſe communem, docet Iudicem laicum poſſe de hoc crimine cognoſcere tam vbi agitur de iure quàm de facto. Certè ad ſolum Eccleſiaſticum ſpectare, præter Doct. cit. docent Nau in c. Nouit de iudic. not. 6. num. 11. poſt Glo. in d. c. Cum ſit & in Clem. Diſpendioſam de iudic. & alij relati à Couar. c. 3. cit. V. Anchar. conſ. 234. & 236.

53 Mutuum repeti non poteſt ante eius vſum expletum, vel ante tempus conſtitutum, niſi mutuans pari neceſſitate vrgente prematur, aut in æquale damnum incurrat Nec poteſt etiam ſtatim repeti vt datum eſt, etiam ſi datum ſit ad beneplacitum dantis, quia eſſet inutile, vt docent Barr. Bald. in l. Si parum ff. de verb. oblig & Pan. in c. Præcarium num. 1. de præcar, quos refert, & ſequitur Azor. p. 3. lib. 7. c. 6. vers. Secunda obligatio

54 Vendens merces petenti mutuum credita pecunia ad tempus, & ſtatim eas emens præſenti pecunia cum lucro, vſuram committit, quia eſt mutuum cum lucro; Secus ſi egens pecunia ſponte ſua emat merces. vt granum, &c. intentione eas ſtatim vendendi, quò pecunias habeat ad ſua negotia: tunc enim ſi prior ille vendens rogatus illas emat currenti pretio, licitè facit Bernard. Iuſtin. de camb. q. 6. num. 6 contra leſſ. lib. 2. c. 21. dub. 16. & Salaſſ. de camb. dub. 17.

55 Vſura non eſt dare mercatori pecunias, vt eas retineat in cambijs. licet mercator ſumat in ſe periculum dictarum pecuniarum; id enim intelligitur de periculo ex accidenti, & præter naturam negotij vt per decoctionem mercatorum, quibus dantur pecuniæ ad cambiendum; non autem de periculo proueniente ex natura negotij licitaq; eſt dicta aſſecuratio data competenti mercede iuxta Dec. conſ. 7. Ne per negligentiam, culpam, aut dolum eorum, qui alienas pecunias cãbiunt, fiant cambia cum perſonis minus idoneis, aut fraudes in hoc committantur, de quo Molin de contrac. diſp. 417. Eſt autem hic contractus vel locatio operarum, vel quædam inſtitoria, vel mandatum in gratiam vtriuſq; vel innominatus, in quibus cadit quædam recompenſatio Rota apud farinac. p. 2. decis 304. & 556. V. Bern. Iuſtin. de camb. q. 10.

56 Mutuatario non ſoluente tempore debito, ſi mutuans ad id compulſus eſt ſub vſuris accipere pecunias, tenetur mutuatarius

rius huiuſmodi vſuras ſoluere, modò mutuans pecunias accipiat ad vſus neceſſarios tantum, & moneatur debitor ſe velle mutuum ſub vſuris accipere: Pan. in c. Plures num. 6. de vſur. Ang. vſura 1. num. 20. quem ſequitur Azor. p. 3. lib 5. c. 4. q. 3. de vſer.

57 Abbatiſſa poteſt recipere certam pecuniæ quantitatem, donec dos promiſſa pro Nouitia profitente ſoluatur Rodrig. quæſt. regul. to. 2. q. 48. ar. 7. Barbos. ad c. Salubriter de vſur num. 6. V. Gratian. diſcep for. c. 143. num. 4. Ang. ver. ſimonia num. 4. Silu. eo q. 15

58 Dans alicui pecuniam cum intentione generali lucrandi eo meliori modo, quo iuſtè poteſt licitè, & abſque vſuræ labe paſci poteſt de certo lucro ſaluo capitali, modo hæc concurrant, Primo vt illa perſona, cui datur pecunia, habeat bona fructifera vel ſit induſtria Secundo vt illa clauſula generalis (aliquo iuſto titulo) non ſolum apponatur à Notario de Stylo, ſed etiam ſit ex vtriuſq; contrahentium intentione expreſſa, & vtrique nota. Tertio vt vterque ſibi perſuadeat poſſe ſe aliquo modo iuſto contrahere, conſideratis facti, & perſonarum circunſtantijs, vt quòd habeat bona, vel ſit induſtria: tunc enim ex vi illius generalis intentionis erit contractus vel emptionis cenſus realis vtrinque redimibilis, ſi pecunia detur habenti bona fructifera; aut ſocietatis, cum aſſecuratione capitalis, & lucri certi ſi ille ſit induſtrius Valent. to. 3. diſp. 5. q. 15. p. 2. aſſerens ſic à grauiſſimis Theologis iudicatum Romæ ſe præſente. ſic etiam Leſſ. lib 2. cap. 20. dub. 12. V. Conrad. de contrac. q. 34. in ſolut. arg Molin. diſp. 417.

59 Teſtatore grauante hæredem vt ſingulis annis ſoluat decem Vxori, donec dotem ſoluerit, poſſe Vxorem illa decem accipere ſine vſura docent Couar. 3 var. res. c. 1. in fi. Petr. foller. de contrac. cenſuar. num. 77. & alij, quia (inquiunt) hoc procedit ex mera liberalitate Teſtatoris: & contraria opinio procedit, quando deducitur in pactum inter ſocerum, & Generum, qui ſocero dat dilationem pro dote ſoluenda, & non eſt ſolitus negotiari de quo ſupra num. 36. Contrarium veriùs docent Anchar. cons. 93. Port. ad Inſtit. de lega num. 46. Conrad. de contrac. trac. 2. q. 34. in ſolut 6. Alex. conſil. 27. lib. 4. & alij ibi cit. Nald. in ſua ſum. ver. Teſtam. num. 14. Nec diſſentit Gratian. diſcep. for to. 1. c. 34 à num. 34. licet enim contrarium prima facie docere videatur, verè tamen non contradicit. Nam caſus illius cap. diuerſus eſt. ibi enim teſtator legauit centum ſoluenda poſt biennium, cum onere illa inueſtiendi ad commodum legatarij, & interim donec ſoluatur legatum, quinq; in ſingulos annos dentur legatario: Et quia non eſt in facultate legatarij exigere ſortem à principio, ideò licitè per eum percipitur quicquid ſibi à Teſtatore fuit relictum, quaſi tunc adſit ratio excluſiua vſurarum cum ceſſet voluntas differendi executionem, propter quam inducitur vſura. In caſu vero noſtro in facultate vxoris eſt tranſacto anno luctus exigere dotem, quare, ſi non petat, nec faciat quod poteſt, vt ſibi præſtetur dos, eius culpa hæres non ſoluit, & ſic ſibi non debetur legatum, quia eſſet vſura.

60 Deponens pecuniam apud Vſurarium non habentem alias pecunias ad exercendas vſuras, peccat mort. quia eſt illum ad malum iuuare S. Tho. 2. 2. q. 78. ar. 4. ad 3. Sot. de iuſt. lib. 6. q. 1. ar. 5. in fi. Excuſatur autem, quando ob neceſſitatem vel vtilitatem ſuam deponit. vtitur enim tunc iure ſuo quod habet deponendi apud ipſum pecuniam ſuam. Reginald. lib. 10. c. 26 num. 407. Sanchez in ſum. lib. 1. c. 7. num. 36.

61 Non eſt vſura exigere remiſſionem iniuræ ex mutuo Silu. vſura 2 q. 11. Diſtinguit Nau. c. 17. num. 238 vt liceat quidem exigere gratiæ, & beneuolentiæ reconciliationem, non tamen remiſſionem pœnæ pro iniuria, aut damni per iniuriam illati niſi hæc debeantur tantum poſt Iudicis condemnationem. Sed Azor. p. 3. lib. 5. c. 7. de vſur. q 14. docet non poſſe exigi remiſſionem damni, ſi erat debitum ex iuſtitia: ſecus de remiſſione pœnæ, cum hæc

Digitized by Google

item caſtrenſia, vel quaſi iuxta l. Qui ſtipendia C. de procur. ſtipendia quoque, idem ſalaria l. Cum duobus parag. Idem Papinianus ff. pro ſocio. Horum omnium bonorum docent I.D. ſtatim acquiri dominium. At Theologi contrarium aſſerunt. Verum illi intelligunt de ſocietate illa quæ eſt in vniuerſum omnium bonorum. Theologi autem de ſocietate ad negotia.

5 Prima hæc ſocietas iuſta, & licita, eſt, licet bona tempore contractus ſint inæqualia, quòd induſtria eius, qui minora bona conferr, compenſare poteſt maiorem bonorum abundantiam, & in futurum etiam euenire poteſt, vt pauciora habenti plura accreſcant l. 3. parag. cum ſpecialiter l. Si fratres parag. Idem Pomponius, & l. Societatem vniuerſorum ff. pro ſocio Couar. 3. var. reſ. c. 2. num. 3. verſ. 5.

6 In ſecunda Societate non efficiuntur communia ea bona, quæ alicui ex ſocijs contingunt ex officijs, vel meritis perſonæ; vt quæ donatione, hæreditate, legato, aut alio quouis titulo à ſocietate diuerſo alicui obueniunt. Sicut nec damna, vel debita non ex ſocietatis cauſa contracta; debetq; verſari non circa certa, & definita negotia.

7 Hæ duæ ſocietates contrahi poſſunt non ſolum expreſsè, ſed tacitè etiam effectibus Silu. peculium 2. q 5. per doctrinam Bart. in l. Titium ff. de admin. & peric. tutor. parag. altero. Vide plura apud Salon. to. 2 trac. de ſociet De tertia hic potiſſimè agendum.

8 In Societate qui plus ponit plus lucri habere poteſt iudicio boni viri; vt ſi quis ponat bis mille, alter verò ſolam induſtriã æſtimatã mille Caiet. 2.2. q. 78 ar. 2 ad 5. Salon vbi ſupra ar. 4 contr. 3. num. 13. Silu. ſocietas 1. q. 1. & 6. Sot. lib. 6. q. 6. art. 1. Arag. 2. 2. q. 78. art. 2. Nau. c. 17. num. 202.

9 Societas intelligitur contracta iuxta conſuetudinem loci, in quo fit ſi aliud non exprimatur Silu. q. 6. cit. in fi. Molin. diſp. 416. num. 2. & diſp. 418. num. 2. & com.

10 Si ex pacto, & conſuetudine periculum capitalis eſt ſocijs commune, lucrum quoq; debet eſſe commune, & è contra. Quare quod in fine ſocietatis ſupereſt, diuidendum, & conſequenter ſi perit quilibet perdit partem ſuam Silu. vbi ſupra Ang. eo. parag. 20. Si verò ex capitali, & alterius opera æqualis ſors fuerit coacta, ita ſcilicet quod opera vnius æquet alterius capitale, erit etiam æquale damnum in capitali, & lucro. Si verò alter minus poſuit tunc pro rata parcipabit in lucro, & damno. Et ſimiliter, ſi opera perdita, maneat capitale, debet ei pro rata, vel ad æqualitatem recompenſari, qui operam perdidit P. Nau lib. 3. c. 2. num. 463. Nau. c. 17. num. 253. Armill. ver. ſocietas parag. 10. Rodrig. in ſum. p. 2. c. 46. num. 5. ſicq. intelligendum Couar. vbi ſup. nu. 4. Idem dicendũ quando cumulus conſtat ex cõmuni pecunia, ideſt quia vterque ponit pecuniam, & operam Valen. to 3. diſp. 5. q. 24. puncto. 1. verſ. circa tertium.

11 Secluſo pacto, & conſuetudine, damnum ad eum ſolum ſocium pertinet, ad quem conſtat pertinere ſortem, cuius iactura facta eſt in totum, vel in partem Cai. 2. 2. q. 78. art. 2. ad 5. Valent. vbi ſupra Sot. lib. 6. q. 6. art. 1. in fi. Silu. ſocietas 1. q. 20. Salon vbi ſupra. art. 4. concl. 3. num. 13.

12 Damnum ponentis operas debet eſſe commune, ſi ſocietas ſit eius cauſa propinqua, ut ſi deferens pecuniam à latronibus eſt vulneratus, & fecit expenſas, & perdit aliqua, quæ ſecum non tuliſſet niſi communi nomine profectus eſſet; ſi infirmetur, ſi naufragium faciat; ſi ab hoſtibus captus in ſeruitutem redigatur l. Cum duobus parag Quidam ſagariam .l. Si fratres parag Si quis ex ſocijs .l. Secundum Iulianum ff. pro ſocio. Silu. vbi ſupra q. 9. Molin diſp. 418. P. Nau. vbi ſupra

10. 3. diſp. 5. q. 25. p. 2. Cai. opuſc. 17. reſp. tt. Roder. in ſum. lib. 1. c. 46. concluſ. 2. & alij Et ſecundum hoc ſaluari poteſt conſuetudo in multis locis Viduarum, & pupillorum accipiendi quinq; pro centum vt ait Nau. & alij cit. Alij tamen vt Sot. lib. 9. q. 2. ar. 2. Arag. q. 78. ar. 2. ad 3. Rebell. lib 15. q 4. Pã. in c. Per veſtras de donat. inter. vir. & ux. dicunt celebrari quidem, poſſe cum diuerſis perſonis, non verò cum ſocio, ſed mutuo ſe deſtruere, ſiue ſimul fiant, ſiue ſucceſſiuè. Sed verior prima ſententia. Eoſdem contractus, eodemq, plane modo, & regulis paciſci poteſt ſocius apponens operas, & induſtriam cum ponente pecuniam, ſi vere ibi ſocietas ſit, non verò locatio operarum Salon. ar. 4. cit. contr. 2. dub. 4. V. Silu. ſocietas, 1. q. 4. Armill. eo. parag. 7.

19 Non tranſit ad hæredes, niſi quoad res, & negotia, quæ tempore mortis ſocij defuncti coepta erant. & pactum vt tranſeat, nullum eſt. l. Nam & ſeruius parag. ſi viuo Titio ff. de neg. geſt. l. Hæres ſocij ff pro ſocio Inſtit. de ſocietat parag. ſoluitur.

20 Societas vtrinq, libera, quæ dici ſolet vt etiam alios referens reprobat Gratian. diſcep. for. c 14. num. 10, & ſeq. godere, vt cum v. g. Ego dò tibi mille, & tui mihi dabis domum tuam ad vtendum, & liberum eſt vtriq; rem ſuam, vel pecuniam repetere, à pleriſq. approbatur; ab alijs vt vſuraria iudicatur. V. Azor. p. 3. lib. 9. c. 20. de ſociet. huiuſmodi contractum reprobantem.

21 Diſſoluitur ſocietas Primo morte naturali cuiuſuis ſociorum: niſi inter eos conuentio ſit, vt per mortem vnius, aut plurium eorum ſocietas non diſſolueretur quoad alios. Secundo morte ciuili vnius eorum, & vbi omnia eius bona confiſcãtur: Inſt. de ſociet. parag. ſoluitur, vers publicatione. Tertio ſi aliquis eorum cedat bonis, Inſtit. vbi ſupra vers. Item ſi quis Quarto ſi inſtituta ad aliquid præcisè illudq, finiatur verſ. Item ſi alicuius rei. Quinto conuentione, ideſt finito tempore, quo conuentum eſt, vel conſuetudine, ſi nihil de tempore conuentum eſt. Silu. ſocietas 1. q. 19. Sexto renuntiatione Inſt. vbi ſupra parag Manet autem, ſi videlicet aliquis eorum alijs ſignificat ſe velle à ſocietate diſcedere: ſed tunc tenetur ſocios omnes etiam abſentes cẽtiores facere, & non ante tempus renuntiare, ita vt renuntiatio ſit ſocietate damnoſa; ſed abſoluere tenetur cœpta negotia, opportunumq; tempus ad abſoluendum concedere. Quòd ſi ſocietati præſinito tempore contractæ ante tempus renunciet, ab eo tempore ſubit periculum ſolus, lucrum verò erit commune Molin. diſp. 414. num. 19 Niſi renunctiatio neceſſitate quadam facta ſit l. Actione parag. Diximus, vers. Item qui ſocietatem ff. pro ſocio Idem erit cum renunctiat altero abſente, & ignorante l. Sedet ſi ſocius parag. ſi abſenti ff. pro ſocio. Præterea cauere debet ne doloſè renunctiet, vt ipſe ſolus aliquo lucro participet, quod alioqui ex vi contractus futurum erat comune ſocietatis. quod ſi fiat, commodum erit commune damnum verò renunctaintis parag Manet autem cit. Sept. ſi vnus eorum in amentiam incidat, Curator poterit diſſoluere l. ſi. C. pro ſocio. Octauo Tacito conſenſu ſociorũ, vt ſi ſeparatim agere cœperunt in proprium commodum l. Itaq; cum ff. pro ſocio Vltimo perdito capitali: nec ſi parum ſupereſt, tenetur alter pro re parua magnas operas ponere Silu. ſocietas 1. q. 4. Armil. eo. parag. 15. P. Nau. lib. 3. c. 2. num. 469.

22 Societas circa animalia iiſdem regulis ineunda eſt vt pecudes ſtent periculo tradentis, nec altera pars iudicio boni viri nimis grauetur.

23 Si tradantur animalia maiora, poteſt fieri triplex pactum, ſcilicet circa ipſum animal, circa fructus, & circa tempus. Primo modo cum traditum ſint æſtimatum (nam alioqui eſſet venditio, non ſocietas) paciſci non poteſt, vt periculum ſit accipientis, niſi dans in alio grauaretur. Circa fructus, ſeruanda eſt iuſta, & rationabilis conſuetudo, de qua ſi non appareat, ſeruanda æquitas arbitrio boni viri. Quod

Quod idem ſeruandum eſt circa tempus. Si inter partes nullum pactum factum ſit, ſeruanda conſuetudo, modo ſit rationabilis. Si animal inæſtimatum tradatur, & ſine terra vt quia eſt equa, &c. capitale eſt ponentis periculo; poledri, & quod acquiretur tempore triturationis, ideſt omnes fructus, & vtilitates communes. Si verò tradatur cum terra cultiuanda, ponens bouem & terram paciſci poteſt de maiori parte fructuum. niſi induſtria, & opera ruſtici magis æſtimetur. Si verò dentur æſtimata & ſine terra, periculum erit commune, ſi ſit caſus fortuitus, cum hoc caſu æſtimatio faciat venditionem, & ſic dominium pro parte remanet apud ponentem, alia verò pars ratione communionis cenſetur ſocio mutuata & tunc non poteſt ponens percipere medietatem fructuum, cum ſocius participet in capitali, & amplius ponat operas, ſoluenda tamen in fine ſocietatis medietas illa tacitè mutuata. Silu. ſocietas, 2. per tot. Si tamen id circo dentur animalia æſtimata, vt conſtet quantum pro vnoquoq; ſoluere debeat ſi pereant. cum eorum dominium apud ponentem remaneat, non eſt ibi mutuum, ſed vera ſocietas, aut locatio operarum Molin diſp. 420. V. Azor. p. 3. lib. 9. c. 7. q. 8. & ſeq.

24 Si detur bos, & vitulus nutriendi ad annum, ſic quod eis venditis dans accipiat ſuum capitale, & lucrum diuidatur, ſi dans retineat in ſe periculum fortunæ, & accipiens non teneatur ſupplere, ſi minus valeant, licet Item ſi det duos boues ſub certa penſione ſingulo menſe, licita eſt locatio, ſi dans retinet in ſe periculum, & penſio ſi moderata arbitrio boni viri. Poteſt autem, retento in ſe fortunæ periculo, in ſocium reijcere periculum damni emergentis ſua, ſuorumuè culpa. Quod ſi det æſtimatos, cum pacto, vt arent ſibi annis ſingulis certa iugera terræ, & poſtea vendantur, & extracto prius capitali, lucrum ſi ſit, diuidatur, licèt; modò operas in agricultura arbitrio boni viri ſatisfaciat, & penes ipſum ſtet periculum Armill. ver. Societas.

25 Si detur vacca cum fructu nutrienda, & conſeruanda expenſis accipientis ſed periculo caſuali dantis, ſub conditione, quòd de primis fœtibus ſoluatur capitale, & reſiduum diuidatur, non licet. Nam ſoluto capitali ſi omnia perirent, accipiens perderent operas, & expenſas.

26 Dans duas vaccas ad arandum ſub conditione. Quod de primis earum fœtibus accipiat dimidium pretij deinde ſint communes etiam fructus, ita tamen quòd accipiens ſingulis annis ſoluat danti ſextarium frumenti, licitè facit, & eſt magis locatio, quam ſocietas. Dans enim locat vaccam, quæ ſua eſt, quæ arat, & fructificat pro ſextario frumenti, & loco paſtus accipiens habet fœtum. Immo ſi vacca arando paſtum lucratur, poteſt etiam fœtus eſſe dantis. Hæc ex Silu. vbi ſupra.

27 Circa animalia minuta, præter ea, quæ dicta ſunt poteſt fieri pactum, quòd de fœtibus recuperentur capita mortua; aut de velleribus emantur capita ad augendum gregem, ſi communicant omnia pericula, & damna, & lucra pro rata eius quod poſuerunt. Quòd ſi dentur certa capita æſtimata, cum pacto, vt ex primis fœtibus reſtituatur totum capitale, antequam accipiens percipiat aliquam vtilitatem, illicitum eſt, cum nimis grauetur accipiens. Quia tamen capitale ſtat periculo domini ponentis, non eſt ibi vſura, ſed iniuſtitia. Com.

De huiuſmodi ſocietatibus Vide Silu. Ang & Armill. loc. cit. Molin. de contr. diſp. 420. Salon. vbi ſupra art. 5. Nau. c. 17. à num. 151. & de vſur. conſil. 26. Pau. vol. 1. conſ 77. Azor. p. 3. toto ferè lib. 9. præcipuè cap. 7. Leſſ. lib. 2. c. 25. Et de ſociet. animal. Caſtrad. toto trac. de huiuſmodi ſociet. Couar. de contract. q. 92. Rebell. vbi ſupra q. 6.

28 Societates Officiorum fieri non

poſ-

poſſunt vltra officiorum valorem Bulla Pij V. totque ſocietates iniri poſſunt, quot officium valet Pius 4. qui præterea præcipit, vt Officialis rogatus ab eo, qui cum ipſo ſocietatem contrahit, debeat ſpecialiter exprimere, ſi quis alias ſocietates emerit. Quod ſi eas falſo negauerit, aut celauerit etiam pro parte, eo ipſo eſt priuatus officio, ſine præiudicio tamen creditorum. Debet etiam ſocius pecuniam numerare coram Notario, & teſtibus. Plures conditiones vide apud Azor. vbi ſupra c. 15. & ſeq.

29 Non poſſunt ſocij habere plures redditus quam obueniat ex officio. Bull. Pij V. cit. Poſſunt verò vendere partem ſuam alicui Tolet lib. 5. c. 40.

30 Cum officia habent aliquam induſtriam, ſine qua non ſacerent tot fructus, non poſſunt ſocij tantum recipere, quantum officialis qui laborat vltra ſortem Tolet. vbi ſupra. vbi habes plures modos contrahendi huiuſmodi ſocietatem. Vide etiam Nau. de vſur. conſ. 29. Sot. de iuſt. lib. 6. q. 6. art. 2. Azor. vbi ſuprà, & alios ibi relatos.

CAMBIVM.

PECVNIA. MONETA.

V. Debitum. Falſare. Mutuum.

1 CAMBIVM eſt negotiatio in commutatione numiſmatum Silu. vſura 4 q. 1.

2 Pecunia eſt menſura rerum venalium. S Tho 2. 2. q. 100

3 Cambiorum ex Nau. de camb. num. 10. ſeptem ſunt genera, ſiue modi Ratione officij. Per minutum. Ratione loci, ſiue per litteras. Ratione lucri, ſeu intereſſe. Ratione tranſlationis realis. Ratione cuſtodiæ. & per emptionem, permutationem, aut alium contractum innominatum.

4 Cambium ratione officij ſolet in nundinis hoc modo exerceri. Accedit Mercator ad nundinas, in quibus cum Mercatoribus multa ſit neceſſaria pecunia, obtenta, ſi opus ſit, à Magiſtratu licentia, multam parat, exponit ſeipſum, offert obligatq; ad eam conferendam negotiatoribus ad eas nundinas confluentibus, ita tamen vt ipſi in primis ſoluant cambium, quod communi vſu fori cenſetur iuſtum ex eo loco, vbi nundinæ celebrantur, in eum, in quo accepta pecunia eſt reſtituenda; & præterea ſtipendium illius obligationis cui ſe ex officio deuinxit Salon. to. 2. tract. de camb. q. 4. art. 1. num. 8 Item ob laborem, ac induſtriam, quam in quærendo, habendo, & ſeruando multas pecunias ad id neceſſarias, tum in referendis rationibus, periculis, moleſtijs, &c. poteſt certum quid accipere, ſunt enim omnia pretio digna Valent. to. diſp. 5. q. 23. p. 4. concl. 5. Salon. vbi ſupra q. 5. art. 1. conc. 1. Nau vbi ſupra num. 17. & ſeq. Molin. diſp 399.

5 Cambium minutum, quod fit commutando pecuniam grandiorem cum minuta, vel è contra, licitum eſt Sot. lib. 6. q. 9. art. un. Nau. vbi ſupra num. 19.

6 Obſonatores, & huiuſmodi auream pecuniam ad impendendum acceptam poſſunt cum argentea, aut ære commutare, & auctarium ſibi retinere; eſt enim cambium. Secus, ſi pecunia illa ſit apud alium depoſita periculo domini, quia auctarium eſt domini. Nau. de empt. conſ. 3. V. Molin. diſp. 402.

7 Qui non ex officio, ſed pro libito cambiunt pecunias cum pecunijs, non poſſunt excedere pretium legale, ſi pecunias ſub ratione pecuniæ commutant. Io: Med. de reſt. tract. da camb. q. 1. An pecunia vendi poſſit. Silu vſura 4. q. 3. Caiet. opuſc. de camb. initio. Licet tamen quatenus metallum eſt, nam tunc ratione materiæ vendi poteſt. poteſt enim eſſe metallum adeo pretioſum, vt ſuperet pretium legale S. lu. & ex. ubi ſupra Salon. q. 1. art. 3 num 9. Item ſi copia aut inopia metalli alicuius pecuniæ iam non eſt

eadem

eadem, quæ fuit, cum illius pretium eſt taxatum, licitum eſt variare pretium legale, etiam ſecluſo peculiari intereſſe. Limita primum dictum, niſi commutent pecuniam integram, perfectam, & expendibilem cum deformata & ferè inutili, ac in expendibili, aut pretioſiorem cum minus pretioſa Sot. vbi ſupra Cai. c. 6. Limita 2. niſi campſor recepturus ſit ex illa pecunia aliquas commoditates, quibus ideò priuatur, quòd alteri roganti cambit Cai. cit. Aut ſi Rex in illius taxatione illas commoditates non conſiderauit; vel ratione lucri ceſſantis Med. vbi ſupra Licere hoc cambium etiam priuatis affirmant Sot. vbi ſupra, Nau. num. 19. Tolet. lib. 5. c. 51. Molin. diſp. 405. num. 1.

8 Cambium per litteras eſt virtualis pecuniæ tranſportatio de vna Prouincia ad aliam, Vel Eſt illud in quo ſimpliciter commutatur pecunia præſens pro alia verè, & realiter abſente tradenda in alio loco. Et, ſi nihil doli admiſceatur, reale eſt, & vndequaq; iuſtum Sot. vbi ſupra q. 8. ar. 2. Nau de camb. num. 21. Salon. q. 4. art. 2. contr. 1. num. 3.

9 Fit hoc cambium per litteras tribus modis Primus quando propter vtriuſque cambientis vtilitatem, vel neceſſitatem fit permutatio pecuniarum in diuerſis locis, vt ſi ego indigeam Romæ mille aureis, alter Romanus indigeat Neapoli totidem, communi conſenſu illos inter nos commutamus. Secundus eſt quando ego Neapolim profecturus, vbi pecunia indigeo, nolo autem meam eò tranſferre propter pericula, & labores, trado campſori Romæ, litteris ab eo acceptis, per quas candem recipiam Neapoli. Tertius eſt quando ego indigens Romæ pecunia, illam recipio reſtituendam Neapoli, vel in illo loco ad quem huiuſmodi cambia, pecuniarumq. commutationes fieri ſolent Silu. vſura 4. q. 8 Tolet. lib. 5. q. 54.

10 Ad iuſtitiam huiuſmodi commutationum habenda ratio maioris vel minoris valoris pecuniæ; vt ſi ducatus Romæ pluris valet propter numorum penuriam, non accipiantur illic, niſi quot reſpondeant mille Neapolitanis, & è contra, alioqui eſſet iniuſtitia. Si autem commutatio fiat in eodem loco, licet accepta pecunia reddenda ſit alio tempore, quando ratione penuriæ plus valebit, eadem omnino quantitas reddenda eſt: Numquam enim eadem pecunia ratione loci, in quo eſt, habet rationem mercis, ſed ſemper retinet valorem, & pretium lege taxatum; ideoq; non plus valet vno tempore, quam alio: quare ſi hac ratione aliquid accipiatur, reſtituendum, niſi acceptum ſit ratione lucri ceſſantis, aut damni emergentis. Molin. diſp. 410. num. 2. id intelligens de diuerſo valore ratione penuriæ, aut abundantiæ, aut quando habet ſe ad inſtar mercis, de quo etiam agit tota diſp. 406. Si enim fiat comparatio maiorum monetarum cum æreis, aut minutis, tunc illa variatio in ratione ducati nihil operatur circa commutationem, ſed eadem omnino quantitas reddenda eſt, Idem diſp. 407. contra Nau de vſur. num. 60. & in man. c. 17. num. 295. & Sot. de iuſt. lib. 6. q. 2. ar. 2.

11 Poteſt campſor iuſtè lucrum recipere velut ſtipendium laborum, onerum, & expenſarum, quas facit in ea tranſportatione, licet faciat per litteras, & conſequenter ſine periculis, expenſis, & Salon vbi ſupra.

12 Licet cambium per litteras etiam in eodem Regno, etiam lege prohibente præſumit enim fraudem, modò tamen tantò minus lucri accipiat campſor, quantò minus interuallum inter vtramq; Ciuitatem interiacet. Sot. vbi ſupra q. 13. ar. 1. Nau. in man. c 17. num. 290, & de camb. num. 28. Tolet lib. 5. c. 54 Garz. c. 26. num. 7. Roder. in ſum. p. 2. c. 104. num. 4. Molin. diſp 405. num. 5 Quod Salon. vbi ſupra num. 6. non concedit, niſi in cambio primi, & ſecundi modi. In Tertio vero docet illicitum eſſe ſi iure humano prohibeatur. V. Mercado de camb. cap. 2. & 8.

13 Plus valet pecunia præſens abſente, quando vtraquæ eſt eiuſdem valoris Nau. de camb. num. 62. Tolet. vbi ſupra. Valent. to. 3. diſp. 5. q. 23. p. 5. Molin. diſp. 403. Silu. vſura. 4. q. 4. Salon. vbi ſupra num.

19. &

19 & com. Item cum multi accipiunt ad cambium, & pauci dant Nau. c. 17. num. 295. Valent. vbi ſupra Molin. diſp. 403. num 6. & diſp. 406. num. 3. Salon. vbi ſupra contr. 20. Sumenda vero copia vel penuria pecuniarum, & dantium, & accipientium ad cambium non ex vno, aut altero campſore abundante, neq, ex aliorum hominum ſtatibus, ſed ex communitate mercatorum, & ex maiori eorum parte, qui huiuſmodi negotia exercent: ſicut etiam abundantia, vel penuria cambientium, vel quærentium pecunias deſumenda eſt, quæ vt in pluribus, & maiori parte negotiantium reperitur Salon. contr. 16. num. 3. Mercado c. 8. cit. Item plus valet pecunia præſens abſente, aut alia propter diuerſitatem metalli: magis enim æſtimatur idem ducatus in auro, quam in argento. Item ob figuram, & pondus, & ob diuerſitatem regionum, & temporum, & dubium de valoris mutatione, ſiue per ſuperiores, ſiue per regionis conſuetudinem facienda Nau. c. 17. num. 294, & de camb. à num. 93. Item ob penuriam Valent. vbi ſupra p. 2. & com.

14 Vſura eſt dare ad cambium ad locum aliquem, ſi probabiliter credas accipientem non poſſe illic ſoluere, quòd ibi nec creditum, nec pecuniam habeat: ſed omnino hic ſoluturum cambium, & recambium. Salon. vbi ſupra contr. 7. num. 7. Nauar. de camb. num. 25. Garz. c. 37. Quòd ſi bona fide id fecit campſor, probabiliter putans Campſarium poſſe ſoluere in loco &c. poteſt, non quidem per recambium lucrari, ſed ratione intereſſe, &c. Mercado c. 10. num. 3. quantum ſcilicet ſua intererat dari ſibi pecuniam in loco conſtituto: poteſtq; eum cogere, ut ſuis ſumptibus pecuniam illam cum incremento ponat in eo loco. Molin. diſp. 404. num. 7.

15 Iniuſtum, & uſurarium eſt cambium, cum uel litteræ non mittuntur, ſed in arca aſſeruantur ad tempus, &c. uel ſi mittuntur, Campſarius tamen illic non habet, qui ſoluat, ſed remittuntur cum recambio Bulla Pij V. 1570. quia ibi uerè eſt mutuum Salon. ubi ſupra num. 9. Garz. c. 37. Niſi ratione ueri intereſſe Nau. de camb. num. 28. Sed ego ita intelligo, ſi uidelicet Campſor ignorabat Campſarium non habere in loco, qui ſolueret.

16 Licet monetam Romæ u. g. minus ualentem ob diminutionem emere iuſto ibi pretio, & aliò traasferre, vbi tanti valet, ac ſi eſſet integra, & auctarium illum iuſtè ſibi retinere S. Ant. p. 2. tit 1. c. 18. parag. 5. Silu. uer. falſarius num. 8. Nau. de camb. num. 31. Salon. ubi ſupra contr. 3. ad. 3. Non poteſt tamen habens huiuſmodi pecuniam diminutam uendere abſenti, ubi tanti ualet, ac ſi eſſet iuſti ponderis cum lucro. S. Tho. 2. 2. q. 77. ar. 1. Nau. in man. c. 23. num. 78. Quod ſi faciat tenetur reſtituere h's, quibus vendidit aut, illis non repertis, pauperibus, iuxta c. Cum tu, & ibi Glo. de uſur. Nau de empt. cons. 1. dub. 2. V. uer. fallare.

17 Licitum eſt cambium ratione cuſtodiæ, quo nummularins curam ſuſcipit cuſtodiendi pecunias apud ſe depoſitas, & habet rationes dati, & accepti, paratus reddere cum petuntur Nau c. 17. num. 293. & de camb. num. 36. Valent. to 3. diſp. 5. q. 23. p. 3.

18 Poteſt huiuſmodi campſor pro cuſtodia aliquod ſtipendium accipere Sot. lib. 6. q. 11. ar. un. Valent. ubi ſupra, etiamſi non ſit conuentum Nau. num. 293. cit. licèt leſſ. lib. 2. c. 23. dub. 8. id neget, quod alioqui non cenſeatur locaſſe operas ſuas ſed gratis, ut uſu pecuniæ frueretur. De huiuſmodi cambio, ut ſit innundinis Vide Mercado c. 13. Molin. diſp. 400.

19 Numularius, ſiue menſarius, qui deponentis nomine pecuniam alcui alteri ſoluit, poteſt quidem ab ipſo deponente ſtipendium accipere, huic enim operam ſuam locauit, non uerò ab eo, cui pecunia numeratur Valent. & Nau. ubi ſupra Molin. diſp. 409. num. 8. leſſ. ubi ſupra num. 79. Salon. q. 4. ar. 4. contr. 1.

20 Cambia,

20 Cambia, quæ præætermiſſis primis nundinis fiunt in alias ſequentes in quibus propter ſolutionis dilationem nulla ratione augetur pretium, ſed idem omnino accipitur. ac ſi ſtatim facienda ſit ſolutio, licèt de iure naturæ, & diuino, & ex natura rei iuſta ſint; iam tamen non licere poſt bullā Pij V. docet Salon. q. 4. ar. 2. contr. 20. num. 7. Sed verius Nau. c. 17. num. 301. not. 5. Molin. diſp. 404 num. 5. dicunt non non eſſe illicita, quoniam beneficium, & charitas eſt, maius illud tempus ſine maiori lucro concedere, ſic etiam Mercad. cap. 8. num. 5.

21 Proximæ nundinæ, de quibus in Bullæ prædicta, intelliguntur, non illæ quæ ita parum diſtant à tempore, in quo cambium fit, vt litteræ cambij peruenire non poſſint ad eas proximas nundinas, vt in illis ſolutio fiat; ſed quæ poſt illas ſequuntur. loquitur enim Bulla de proximis, in quibus poſſit fieri ſolutio Garz. c. 36. num. 4. Molin. vbi ſupra.

22 Iniqua ſunt Campſorum monopolia ſiue ita fiant, cum vnus, aut plures omnem ferè Ciuitatis, & loci pecuniam congerunt, & penes ſe habent, vt pauciſſimis exiſtentibus campſoribus, multis verò campſuarijs, augeantur cambiorum pretia, quod & re ipſa iniuſtum eſt, & Pij V. conſtitutione prohibitum. Siue cum communi conſenſu conſtituunt campſores iniqua, & iniuſta pretia ſibiq; ipſis ſpondent, ne vllus eorum cambiat, niſi pretio ab ipſis conſtituto Salon contr. 13. Azor. p. 3. lib 10. de camb. in fi. fi. Si tamen Campſores propriam pecuniam occultent, vt appareat illarum inopia, peccant quidem, ſed non contra iuſtitiam Salon. ar. 3. contr. 2.

23 Iniquè etiam agunt Campſuarium compellentes acceptam pecuniam reſtituere vbi maius eſt lucrum, & intereſſe; vt ſi Campſuarius recipiat Romæ mille reſtituenda Lugduni, vbi habet pecunias, velit Campſor, vt reſtituat Pariſijs, vbi nullas habet: Niſi Campſor in loco campſuario commodo nullum haberet factorem, vel negotium, quia tunc ibi accipere, illi noxium eſſet: Vel niſi alius poſtulet pecuniam eandem ſoluendam in loco Campſori commodiori, & viliori quia, & hoc caſu cum proprio damno cambiret Salon. contr. 13. cit

24 Licet Campſori exigere pignora, vel fideiuſſores, aut ſimilem ſecuritatem à Campſuario, non enim repugnat naturæ cambij Salon. q. 4 cit ar. 2. cont. 12 conclus. 3. Boninſign. de camb. c. 7 in reſp. ad 10. diffic. De fideiuſſoribus eſt com. poteſt enim accedere in omni obligatione Inſtit. de fideiuſſ. parag. In omnibus, & alios referens probat Cencius de cenſibus p. 2. c. 1. q. 2. De pignore concedit Azor. p 3 lib. 10. c. vlt. q. 11. de camb. ſed computandos eſſe fructus in ſortem, ſi pignus ſit frugiferum.

25 Facultate data creditori recambiendi vſq; ad debitam ſatisfactionem, tenetur debitor ad recambia abſq; aliqua interpellatione; quia hoc caſu creditor petit hoc intereſſe, non ratione moræ debitoris, ſed tamq; mandatarius ratione mandati; etiam ſi creditor cambia à ſe ipſo accipiat. quo caſo duplicem perſonam repræſentat, mandatarij ſcilicet. & creditoris dantis pecuniam ad cambium, quod non eſt nouum Rota decis 379. apud Farin. par. 2. Hoc tamen rectè limitant & interpretantur multi, quos refert & ſequitur P. Bernardus Iuſtinianus in ſuo tractatu de camb. q. 4. & 7. vt procedat quando mandatariu s de ſuo ſoluit, aut de pecunia ab alio accepta: Nam ſi de pecunia principalis campſoris, vſura eſt. Sufficit autem ſi mandatarius in proprio rationum libro deſcribat. V. eundem q. 4. cit. num. 13. De cambijs ad nundinas fusè, & optimè Ideſt Primum in dicto tractatu, & in Apologia eiuſd. operis

* *
*

Digitized by Google

DEBITVM

V. Beneficium. Commodatum. Eccleſia. Furtum. Mutuum. Obligatio. Pecunia. Religio. Reſtitutio. Votum Quæ excuſent à reſt.

1 DEBITVM ſoluendum æſtimatione pecuniæ currentis tempore contractus, niſi aliud ſit expreſſum Silu. ver. ſolutio parag. 2. Couar. coll. vet. numis. c. 7. parag. vn. Sot. de iuſt. lib. 6. q. 1. ar. 2. & eſt caſus in c. Cum olim. de cenſib. vbi Pan. & in c Cum Canonicis eo. Molin. diſp. 312. num. 2.

2 De augmento monetæ fusè tractant Pan. vbi ſupra, & in c. Quanto de iureiur. Anchar. in 6. c. Cum olim. & in c Cui de non de. præben. vers. Ad 3. quæſt. Curt. iunior conſ. 24. Alex. cons. 21. vol. 2. Abb. Brun. Colleg. Papien. Mart. de laude. Franc. Curt. Iac de puteo in tract. quæ ſunt inter opera ipſius Bruni Ant. Sola. Theſaurus, & alij multi, inter quos Molin. de contrac. diſp. 312. Rebell. de obligat. lib. 11. q. vlt. p. 2.

3 Vbi obligatio concepta fuit ſub certa ſpecie monetæ, ſufficit ſoluere, etiam in moneta diuerſæ formæ, & characteris, modo eiuſdem materiæ ſit, & ad eandem æſtimationem, quæ debetur Immo ſecundum quoſdam, ſufficit ſoluere æſtimationem in quauis moneta probata tam in materia, quàm in forma Couar, vbi ſupra num. 1. & 2.

4 Qui aurum dedit, aurum eiuſdem bonitatis intrinſecæ recipere debet, ſiue plus, ſiue minus valeat; etiam ſi nullum fecit pactum, & non fuerat ſeruaturus Nau. de camb. num. 49. Brun. vbi ſupra concl. vlt. declarat. 3.

5 Quando eſt obligatio ſoluendi certam pecuniæ quantitatem in certa nummorum ſpecie, vt ſi mutuaui mille libras ſoluendas in ducatis, facienda erit ſolutio deſignatæ quantitatis in eiſdem nummis expreſſis ſub numero incerto æſtimatis tamen ſecundum æſtimationem quæ currit tempore ſolutionis. Quare ſi mille libræ faciebant centum ducatos, & ducatus ante ſolutionem ſub duplo minus per legem valeat, reddendi ſunt ducenti & è contra ſi augeatur in duplum, reddendi ſunt tantum quinquaginta, & hoc, niſi aliud ſit conuentum Rebell. vbi ſupra num. 11.

6 Augmentum monetæ debetur in pluribus caſibus, vt apud Nau vbi ſupra num. 50. & in man. c. 17. num. 294. Salon. de camb. q. 4. ar. 2. contr. 4. Primus eſt quando dans erat ſeruaturus; modò non auferatur debitori libertas ſe liberandi cum voluerit, Silu. vſura 4. q. 14. Sed hoc non probat Molin. diſp 312. quia ſicut ſi decreſceret, vitaret damnum illud ratione mutui, ita ſubire debet iacturam illius augmenti. Secũdus quando expreſſè actũ eſt, vt tot. & tales, quot. & quales dedit ſibi reſtituantur, ſiue in pretio augeâtur ſiue diminuantur Silu. vſura c. q. 14. Tertius quando ita repente eorum pretium ſic creuit vt qui illam recepit iam in illo pretio ſic aucto expendit. Sed hoc ego probare non poſſum, quia translato dominio ſicut periculum pertinet ad accipientem, ita pertinere debet & lucrum, ut docent Nau Salon & com. Et ſi ſtatim accepta pecunia fuiſſet diminuta, aut reprobata, tenebatur nihilominus accipiens ad illius æſtimationem. V. c. Cum canonicis de cenſib. ubi Barbos. plures referens. Sot. lib. 6. q. 1. art. 2. Roder. in ſum. p. 2 c. 105.

6 Debitor u g. centum librarum ad rationem uiginti ſolidorum pro ſingula libra, non tenetur niſi ad ſolidos uiginti, etiam ſi libra creuit quoad bonitatem extrinſecam, uel intrinſecam. Nam libra eſt in facultate ſoluendi ſolidus in obligatione. Quòd ſi diminuatur, id erit in damnum debitoris; ſemper enim tenetur ad ſolidos uiginti Brun. & alij cit. Theſaur à num. 75. Silu. uer. ſolutio q. 2 uerſ. 5 Vide Gratian. diſcept. for. c. 417. ubi contrarium uidetur docere & Cencium de cenſib. p. 2. c. 2. q. 4. ar. 4. qui poſt alios ibi cit. num. 27. docet

ſolidorum mentionem fieri ſolum ad demonſtrandum de qua libra contrahentes intellexerint.

7 Cum pecunia minor mutatur in liga. vel pondere, & pecunia maior tantum in valore, ita vt plures ſolidos valeat, quam prius valebat, non poteſt debitor ſoluere in pecunia minuta ita deteriorata, & diminuta Brun. vbi ſupra declar. 6. verſ. Et prædicta. huiuſmodi enim deterioratio minutæ pecuniæ eſt cauſa augendi valorem extrinſecum maioris, vel minoris pecuniæ ibidem verſ. ſed maius dubium. Quare debitor ſolidorum Imperialium, quorum 80 faciebant ducatum, non poteſt loco antiquorũ ſoluere totidem de nouis, qui ſunt vilioris metalli, vel minoris ponderis, ſed debet ſoluere de antiquis ſi reperiantur, vel de nouis ad æſtimationẽ antiquorum hoc modo: quia cum 80. ex antiquis facerent ducatum, ex nouis verò ſint neceſſarij 90. tenentur ad 90 ex nouis. Et è contra ſi noui ſint meliores, &c. Et hoc vltimum niſi ex mandato Principis moneta noua, licet vilior, aut minoris ponderis ſucceſſerit loco antiquæ, ita vt pro tanto expendatur quanto antiqua melior. Nam ſi pro 80. nouis vilioribus poteſt haberi ducatus ſicut pro 80. antiquis, nullum eſt intereſſe creditoris. Niſi conuentum ſit de rendenda certa ſpecie pecuniæ, aut conſuetudo habeat quod ſolui non poſſit in altera materia Brun. vbi ſupra limit. 1. verſ. Ex prædictis, & alij quos refert V. Rotam coram Burat. decis. 790.

8 Si pecunia, quæ eſt in facultate ſoluendi ſit mutata quòd bonitatem extrinſecam, attenditur valor temporis ſolutionis: ſi verò quoad intrinſecam, tempus obligationis, niſi aliter ſit conuentum. Brun. vbi ſupra declar. 6. Couar. concl. 10. Pan. in c. Quanto de iureiur. Quòd ſi pecunia eodem pondere, & materia manentibus, vel augetur, vel minuitur extrinſecus, ea mutatio ante moram, & nocet, & prodeſt creditori Brun. limit. 1. concl. vlt. Couar. num. 3. & com. Mutatio verò poſt moram nocet ei qui fuit in mora; modo illa mutatio non ſit facta in moneta ita minuta, quod per aliam minutiorem æſtimari non poſſit, ſecundum Bartol. & alios relatos à Couar. num. 4. qui cum Bruno, Mart de laude, & alijs contrarium docet, Bart. limit. non admittens quod pecunia minuta poſſit per maiorem æſtimari.

9 Si tempore ſolutionis moneta ſit omnino reprobata, ſoluenda æſtimatio, & ſi debitor fuit in mora, ſoluenda æſtimatio temporis, quo ſoluenda erat. Sil ver. ſolutio q. 2. verſ. 1. in. fi. Immò ſecundum, eundẽ, etiam vbi reprobata ſit in partem, vt quia principis edicto non poteſt niſi pro tanto expendi. Immò ſolui debet valor, qui fuit maximus à die moræ l. In re furtiua. ff. de condict furt, quod Couar. in reg. Peccatum p. 2. parag. 6. num. 2. cum. ver. furtum. q. 16. limitat in foro conſcientiæ. Si Dominus eo tempore fuerat venditurus: quia ex vi iuſtitiæ commutatiuæ ſufficit reſtituere rem, & intereſſe.

10 Qui non eſt ſoluendo, ſi verberatur exigente id creditore, ãplius conueniri nõ poteſt: ſecus ſi pro maleficio. Quòd ſi conueniatur ex contractu, vel quaſi cedat bonis. Silu. ver ſolutio q. 5. Ang eo parag. 22 V. infra, cui reſtitmen.

11 Res in ſpecie debita, ideſt cuius dominium non eſt in debitorem translatum miſſa per hominem communiter habitum fidelem, de cuius fidelitate non erat cur dubitaretur, creditori perit, l Argentum ff commod. Pan. in c. Significante de pignor num. 8. & in c. vn de comod. num. 8. Ang. ver. commodatum parag. 15. & ver. ſolutio parag. 10 Silu. vbi ſupra q. 4. verſ, 5. Nau. c. 17. num. 67. & 185. Roder. in ſum. p. 2, c. 43. conc. 7. 8. Tolet lib. 5. c. 24 caſus enim fortuitus non imputatur ei, qui non fuit in culpa c. vn. de commod. Quod verum eſt, ſi debitum ſit ex contractu. ſecus ſi ex delicto, aut per moram, quia interceſſit culpa, per quam alius eſt damnificatus. Leſſ. lib 2. c. 16. dub 6. contrariam opinionem dicens probabilem, quod debitor ex delicto non teneatur cum detrimento ſuæ famæ reſtituere Salon

verò

verò q. 2. 2. q.62. art. 5. contr. 5. diſtinguit, quod ſi dominus eligit nuncium, aut mihi commiſit, vt eligerem, & fidelem elegit, tunc in vtroque ſoto liberor: Si verò ego pro meo arbitratu elegi, & tenebar ratione acceptionis, aut etiam ratione rei acceptæ, in conſcientia mihi perit. Nam ſi haberem rem illam paratam, vt domino reſtituerem, interimq; ſine culpa mea mihi ſurriperetur, tenerer nihilominus retinere in æquiualenti, ergo ſimiliter, ſi perit in via culpa nuncij. Si autem teneor ratione rei acceptæ ſuo domino perit. Quòd ſi furtò abſtuli, nec volo domino ſignificare, teneor id præſtare per confeſſarium, vel alium, vt committat dominus, cui danda ſit res illa. Item Perit creditori ſi rem obſignatam apud honeſtam perſonam depoſuiſti abſente, vel deficiente Iudice l. Si creditrici C. de vſur Item ſi creditor opportunè oblatum non vult recipere Silu. reſt 7. q. 4. & verb ſolutio q. 1. Molin diſp. 564. num. 5. Perit autem debitori, ſi eius culpa perit, aut mora nun purgata. Com. Purgat verò qui offert nollenti recipere Silu. uer. furtum. q. 16. & reſtit. 7. q. 5. ver. mora q. 9. V. P. Nau. lib. 4. c. 1. dub. 3. Io: Med. de reſt. q. 3 cauſa 6. Molin. diſp. 651. & ſupra ver commodatum num. 8.

12 Si res debita ex contractu, ſiue ex delicto erat perinde apud Dominum peritura nec antea futura vtilis debitor ad nihil tenetur reſpectu intereſſe cum nullum ſit Silu. reſt. 7. q. 5. in ſi Roder. in ſum. p. 2. c. 47. concl. 12 Couar. in reg. Peccatum. p. 2. Parag. 6. num 1. P. Nau. vbi ſupra num. 17. Nec reſpectu rei debitæ Leſſ. lib. 2. c. 18. dub. 6. Valent to. 3. diſp. 5. q. 6. p 7. Item ſi perit poſt moram ſine culpa debitoris Silu. vbi ſupra Nau. c. 17. num. 80. etiam ſi mala fide haberet B. Med. in ſum. lib. 1. c. 14. parag. 30. de ſecundo cap. reſt. reg. 5.

13 Si quis tenetur ſub alternatione, ad ipſum ſpectat eligere Silu. ver ſolutio q. 5. verſ 3, Ang. eo. parag. 16. Niſi aliter ſit conuentum Molin diſp. 569. num. 5.

14 Si debitor non habens pecuniam offert rem meliorem, tenetur creditor eam accipere, Auth. Hoc niſi C. de ſolut. Niſi debitor iurauerit ſoluere in pecunia numerata, quia tenetur ſeruare: Nec eo caſu cogitur creditor rē etiā meliorē accipere Seraphin de priuil. iuram. priuil. 241n. 33. cum aliis, quos refert Mancin. de iuram. effectu 138. limitans, niſi debitor facta diligentia non reperiret ſuorum bonorum emptorem. vt etiam docet Paris. decis. 64. num. 9 & 10. par. 2. dicens eſſe communem. quo caſu, vt tenuit Rota apud Farin. to. 1. decis. 42 offerat creditori bona, ad ipſius creditoris electionem, ac fideiubeat pro euictione, tradat inſtrumenta, & transferat dominium. Limitant alij, niſi conſuetudine receptum ſit, vt ſolutio fieri poſſit in alia bona, & probata moneta, & licet actum ſit de ſoluenda certa ſpecie; quo caſu attenditur valor ſpeciei debitæ tempore ſolutionis. Sic multi, quos refert, & ſequitur Raner. Bindel de monet. c. 15. num. 14. & ſeq. ubi numero 19. recte limitat, niſi accipiendo aliam conſtet de ipſius damno, ut ſi aliò migtandum ſit negotij gratia, & multam pecuniam argenteam ferre non poſſit. Adderem ego, aut ſi in loco negotij argentea illa expendi non poſſit, aut non niſi cum intereſſe, ut quia minus ibi ualeret. Regulariter autem, & de iure ſtandum eſt conuentis, & ſpecies promiſſa omnino ſoluenda eſt. Eccleſia non tenetur offerre meliorem, ut in Auth. Hoc ius C. de ſacroſ

15 Peccat mortaliter contra iuſtitiam debitor repudiando hæreditatem legatum, aut donationem in fraudem creditorum, & à die repudiationis tenetur ad lucrum ceſſans, & damnum emergens. Valet tamen repudiatio, nec reſcinditur ad inſtantiam creditorum Sa ch. 2 late probans de matrim. lib. 6. diſp. 4. num. 9. & in ſum lib. 2. c. 15. num 54.

16 Tenetur Prælatus ad debita præde ceſſoris contracta pro Eccleſiæ ſuæ utilitate, alias neo ipſe nec Eccleſia tenetur e;

de ſolut c. Quod quibuſdam de fideiuſſ. c. Hoc ius 16. q. 2. Idem de ſucceſſore in dominio temporali docet Silu vbi ſupra q. 3. Vide Nau. de fideiuſſ. conſ. 7.

17 Si alterius debitum ſoluiſti ipſo ignorante aut etiam nolente, tenetur tibi, ſi modò ſua intererat, vt ſolueres. l. Soluendo ff. de neg. geſt. Silu. reſt. 3 q. 8. vers. 5.

18 Soluens filio familias ſine conſenſu Patris, aut minori ſine conſenſu Tutoris, aut Curatoris, liberatur, ſi conuerſum ſit in vtilitatem Patris, vel minoris. Silu. ver. Solutio q. 4. Ang. eo. parag. 8.

19 Poteſt ſolutio fieri ſocio, ſi vtrique in ſolidum eſt obligatus Silu. & Ang. vbi ſupra. Immo, & filio, famulo, & mancipio expoſito adminiſtrationi, aut negotiationi l. Solutam ff. de ſolut. Molin. diſp. 563. num. 41. Et procuratori etiam reuocato, ſi eam reuocationem ignorabat. Silu. Ang. Mol. loc cit.

20 Soluens creditori creditoris ſui liberatur. Glo. inſtit. quib. mod. toll. oblig. in principio. Silu. vbi ſupra vers. 1. Ang. parag. 13. Nau de ſolut. conſ. vlt. 10. Medin. de reſt. q. 3 cauſa 5. Quod ſi faciat in fraudem immediati creditoris, peccat & tenetur de damno. Et quando res etiam in ſpecie reddenda eſt, ſi immediatus creditor iniuſtè retinet, non peccat, cum vero domino reſtituerit. Si verò iuſtè, vt quia ſibi locatam aut commodatam, &c. licet peccet, non tamen tenetur aliquid reſtituere P. Nau. lib. 4. c. 2. dub. 5.

21 Vbi debitor tenetur adire domum creditoris, ſufficit quærere apud vicinos, & notos, & in locis, in quibus eſt ſolitus conuerſari Pan in c. Significante de pignor. Silu. ver. ſolutio q. 5. verſ. 4. Tenetur autem adire. Primo vbi vult moram purgare l. Cum quid C. de condit inſert. Secundo ſi obligatio eſt ſolum ad hoc, ſi vult acquirere, etiam ſine monitione, ſecundum Bart quem citat Silu. vbi ſupra. Tertio in his quæ debentur, quibus annexa eſt recognitio dominij, & exhibitio reuerentiæ, vt Emphyteuſis, cenſus dominicalis, feudum Lup. in l. 2 comment. 2. parag. 1. num. 46. C. de pact. inter emptor. Porrò tenetur debitor ire ad domum creditoris, quando ſunt eiuſdem fori, & in eodem loco morantur. ſecus ſi ſint diuerſi fori, vt ſi vnus Bononien. alter Florentinus Pan. in c. Significante de pignor. num. 9. Mancin. de iuram. p. 4. effectu 219. Ang. ver. obligatio parag. 18. Silu. eo. q. 9.

22 Quando dies adiectus eſt ſolutioni fauore debitoris, præueniri non poteſt, & ſic non poteſt debitum repeti ante tempus c. vlt. de plus petit. Niſi in vergente ad inopiam, vel in debitore fugiente, vel in ſuſpecto, qui cogi poteſt ſatiſdare c. ſi. de fideuſſ. Ias. in l. Si ab arbitrio ff. qui ſatisd. cog. num. 6. & 7. Silu. vbi ſupra q. 6. Niſi eſſet ſuſpectus tempore contractus, quia tunc ſibi imputet, qui cum eo contraxit Molin. diſp. 571. num. 2.

23 Debitor fugiens, ſi alia bona competentia non habet ad debita ſoluenda, poteſt capi, & in vincula conijci, licet dies ſolutionis nondum aduenerit, Pan in c. lator de pignor. Anchar. cons. 85. etiam die feriato in honorem Dei, & à Iudice incompetente, immo, & auctoritate propria Mandos. in reg. 31. q. 3. num 5.

24 Vxor poteſt de bonis mariti nolentis ſoluere, creditoribus ſatisfacere, etiam contra mariti expreſſam voluntatem; modò id faciat ſine ſcandalo. & caueat ne maritas iterum ſoluat Nau. c. 17. num. 116. & de iniur. & dam. dat. conſ. 1.

25 Debita, & legata ſoluenda à proprietario de bonis relictis, non autem ab Vſufructuario omnium bonorum; vt voluit Bart. in l. ſi ff. de Vſufr. Silu. ver. Vſufruc. q 9. verſ. 4. & q. Tenetur tamen Vſufructuarius pati, vt de facultatibus hæreditatis ſatisfiat crxditoribus, & legatarijs Moned. de appell. decis. 4. alias 123. Silu. ver. vſus. 2. q 9. vers. 4. Couar. 2. var. res. c. 2. num. 7. parag. Ceterum. Si tamen legata annua ſint, ſoluenda ex fructibus. l. ſi. parag. ſin autem C. de bon. quæ liber. Ias, in l. Explicito Secunda lect. à num. 13. ff. ad Sen. conſ. Trebell. Couar. vbi ſupra Cyned. ad Decretal. collect. 114.

fiſcus

Fiſcus tenetur ad debita contracta ante ſententiam contra delinquentem cum in illum tranſeant omnia iura actiua, & paſſiua. Peregrin. de iure fiſci lib 5. trac. 1. num. 54. Nam ante ſententiam nullum ius habet in bonis delinquentis. Bart. in l. Poſt contractum ff de donat. num. 15. & ſeq. vbi quod pro pœnis non habet fiſcus bona obligata.

26 Si mandaſti mihi, vt certæ perſonæ crederem, teneris, etiam ſi aliàs crediturus eram Azon. in ſum. C. mandati.

27 Si ſit diuerſa conſuetudo inter locum contractus, & locum deſtinatum ſolutioni, vel locum, vbi eſt res vendita, attendi debet conſuetudo loci contractus Brun. vbi ſupra conſ vlt. parag. Secundũ præmittendum vers. Eſt tamen aduertendum.

28 Ad debita per Religioſum contracta non tenetur monaſterium. ſicut nec ex alio facto. delicto, vel contractu, niſi in duobus caſibus. Primo ſi verſum ſit in vtilitatem monaſterij. Secundo ſi commiſſa ei fuit adminiſtratio à monaſterio, in quantum ſe extendit adminiſtratio, & non plus. Et idem intellige de Abbate, & Superiore Silu. religio 8. q. 3. Ang ver. Monaſterium initio. fuſè Sanchez in ſum. lib. 7. c. 31. Molin. trac. c. 2. diſp. 140. verſ. Monaſterium ex delicto.

29 Solutio metu cenſurarum facta operatur, vt aquiratur exigenti quaſi poſſeſſio exigendi, ſi ſoluens in actu ſolutionis non proteſtetur Rota coram eraph. in vna Corduben. decim. & in alia Rom. donat. coram Ludouiſio, & in alia Rom. Cenſus coram Pegna, apud Farin. p. 1. decis. 24.

FIDEIVSSIO.

V. Iuramentum.

1 EST alienæ obligationis in ſuam fidem receptio, principali tamen manente obligato. Silu. ver fideiuſſio.

2 Fideiubere poteſt, qui habet bonorum ſuorum adminiſtrationem. Quare excluditur Religioſus niſi de licentia Abbatis, & maioris partis monaſterij aſſenſu c. pen. eo. tit. Item, Clericus pro laico, niſi in neceſſitate c. Te quidem, iuncta Glo. ver. fideiuſſor, 11. q. 1. num. 3. & c. 3. num. 11. de fideiuſſ. tenet tamen fideiuſſio quoad patrimonium, & fructus beneficij Ang. eo. tit. parag. 8. Silu q. 3. Azor. p. 3. lib. 11. c. 12. dub. 2. de fideiuſſ. Item excluditur mulier pro viro ſuo ſemper, nec etiam pro alio, niſi in ſex caſibus Primo quando fideiubet de pretio dando, vt quis ſeruum manumittat. Secundo quando pro dote alicuius mulieris. Tertio quando renuntiat certiorata priuilegio Velliani, præſertim cum iuramento, de quo Molin. diſp. 540. Pan in c. Ex reſcripto num. 9. de iureiur. Quarto quando pretium, vel aliquid loco pretij accepit pro fideiuſſione. Quinto quando fideiuſſit in fraudem. Sexto quando pignus, vel fideiuſſorem pro alio dedit, & poſt biennium à die primæ cautionis iterum ſe obligauit. V. Silu. vbi ſupra q. 6.

3 Poteſt fideiuſſor pro fideiuſſione aliquid accipere; eſt enim obligatio ciuilis pretio æſtimabilis Cai. 2. 2. q 78. art. 2. Nau. c. 17 nũ. 285. vers. In num. 6. Silu. vbi ſupra q. 17. Couar. 3. var. res. c. 2. num 6. Roder. in ſum. p. 1 c. 120. concl. 4. licèt Silu. & Couar. Rota coram Ludouiſio in Rom. affictus, 8. Martij 1604. id concedant, ſi inſpecta qualitate, & bonis debitoris exponat ſe periculo ſoluedi debita Alij tamen abſolute docent ſic Salon. 2. 2. q 78. art. 2. contr. 4. Azor. p. 3 lib. 5. c. 2 in fi. Arag. 2. 2. q. 77 art 4. circa tertiam cauſam. Item Azor. lib. 15. lib. 10. c. 22 dub. 6.

4 Succeſſor Prælati nõ eſt eius hæres: quare non obligatur pro eius fideiuſſione. Silu. vbi ſupra q. 5.

5 Promittens alterũ præſtare liberatur, ſi is, pro quo fideiuſſit, poſt fideiuſſit cõmiſit capitale crimen, pro quo condemnatus fuit ad mortem, uel bannitus, & fugit l. ſed. & ſi quis ff. ſi quis caution. in principio Niſi fideiuſſor eſſet in culpa lata reſpectu maleficij poſtea perpetrati quia in conſcientia tenetur ad reſtituendnm damnum Silu. ub ſubra q. 6. Ang. eo parag. 9.

6 Fideiuſſor non cogitur ſoluere principali debitore in diſcuſſo, euã quod cõſtituerit ſe principalẽ debitorem. Auth. Præſente

C. de

num. 464. limitans ſi aliquid remaneat de capitali, & bonis ipſius Societatis, nam de alijs non tenetur ſocij, niſi in ſocietate primi, & ſecundi generis. Si verò ſocietas ſit cauſa remota, non tenentur ſocij, vt quia cum cauſa ſocietatis abeſſet, eius conſanguineus alium inſtituit hæredem, ſicut nec ipſe tenetur ſocijs communicare, quæ non occaſione ſocietatis, ſed intuitu perſonæ illi obuenerunt; vt ſi eadem occaſione Regem adijt, qui ipſum caſtro donauit Silu. & P. Nau. vbi ſupra per l. Socium parag. Socius ff. pro ſocio.

13 Expenſæ neceſſariæ mercibus, ipſiſue rebus, in quibus verſatur ſocietatis negotium faciendæ ſunt de communibus bonis, niſi aliud ſit deductum in pactum, cum in communem omnium ſociorum vtilitatem fiant parag Si quis ex ſocijs cir. Simil t r quæ extra domum, & patriam ratione ſocietatis facit niſi aliud ſit conuentum: ſic enim habet communis vſus Nau. c. 17. num. 283. Molin diſp. 418 nu. 3. limitat P. Nau. vbi ſup num. 466. niſi forſan quando lucrum deberet eſſe æquale & ipſius induſtria nō tanti valeret; tūc enim labor, & expenſæ ſunt ipſius ponentis, habentq; rationem capitalis. Nec deducendæ expenſæ quas domi feciſſet, vt volunt Silu. & Aug. vbi ſupra num. 12. P. Nau. nu. 465. & ſeq. Sic Nau. & Salon. vbi ſupra ar. 4. num. 26. niſi aliud ſit conuentū Salon. num. 25. Perdito etiam capitali, & lucro, poteſt ſocius actione ſaltē neg. geſt. petere à ſocijs quæ de ſuo inſumpſit in cōſeruandis mercibus alioqui perituris. Molin. vbi ſupra num. 8.

14 Elemoſynæ factæ ab altero ſociorum, alijs neſcientibus, ſi ſint moderatæ, & intuitu ſocietatis ad eius felicem exitum pertinentes, de communi lucro ſoluendæ ſunt P. Nau. num. 467.

15 Diuiſa ſocietate, ſi aliud tacitè ſaltem non ſit conuentum, vt quia nulla eſt conſuetudo, reddito capitali ei, qui dedit, lucrum ſi ſit pro rata diuiditur Caiet. 2. 2. q. 78. art. 2. ad 5. Silu. q. 20. Armill. num. 3. Nau. c. 17. num. 251. Salon. art 4. cit. Nec ideo iniquum, quod huic ſalua maneat ſua pecunia, alteri verò nihil maneat laboris ſui, & operarum; nihil enim poſuit conſiſtens in ſorte; ſed fructum tantum ſuæ perſonæ, qui correſpondet vſufructui pecuniæ alterius Caiet. Ang. Silu loc. cit. Limitant Couar. & P. Nau. num. 462. niſi induſtria ſit tanta, quòd non ſolum æquiualeat vſui pecuniæ, ſed ipſimet; ſed hæc limitatio ab alijs communiter reijcitur. Limitat ſecundo P. Nau. ſi ſine culpa leui, aut ſaltem lata ſocij perdatur lucrum, alioqui tenetur alteri de damno. Non tenetur autem de leuiſſima, aut caſu fortuito, cum ſit contractus in fauorem vtriuſq; Molin. diſp. 413. num. 2. Quòd ſi aliter conuentum ſit, compenſandum grauamen. ibidē V. Garz. c. 41. Pan. vol. 1. conſil. 77.

16 Socio ſe male gerēti in alijs negotijs nō tenentur ſocij, licèt in lucro participent; ſolum enim tenentur pro negotijs propriæ ſocietatis Molin. diſp 418. num. 7. & ſeq.

17 Si ponens pecuniam eius partis ſolum vult ſubire periculum, non poteſt totius lucrum participare, ſed tantum illius partis, cuius periculum ſubit; reliquum enim cenſetur ſocijs mutuatum Sot lib. 6. q. 6. ar. 2. ad 2. Arag. 2. 2. q. 78. ar. 2. ad. 5. Salon. ar. 3. contr. 1. Armill. ſocietas 1. q. 6. docet totum contractum eſſe vitiatum quòd non concedo, Immo dico cum Corrad. de contrac q. 93. corall. 1. & Molin. diſp. 417. nu. 12. poſſe ponētē participare in lucro totius capitalis, ſi pro periculo, quod ſubit ſocius, in alio releuetur; quia tūc dicitur ſocius partem illam aſſecurare pro mercede.

18 Poteſt qui pro duodecim v.g. lucri veriſimilis accipere quatuor ſaluo capitali, reliqua enim data intelliguntur pro aſſicuratione capitalis, & lucri certi pro incerto. Licitum enim eſſe huiuſmodi contractum ad iungere ſocietati etiam cum eodem ſocio aſſerunt Nau. c. 17. num. 255. & de vſur. à num. 33. Garz. c. 41. num. 5. Tolet. lib. 5. c. 41. Ban. 2. 2. q. 78. art. 4 dub. 1. concl. 4. P. Nau. lib. 3. c. 2. dub. 2. Silu. vbi ſupra Couar. 3. var. res. c. 2. num. 4. Salon. ar. 3 cit. contr. 2. Molin diſp. 417. Val.

10

to. 3. diſp. 5. q. 25. p. 2. Cai. opuſc. 17. reſp. 11. Roder. in ſum. lib. 1. c. 46. concluſ. 2. & alij Et ſecundum hoc ſaluari poteſt conſuetudo in multis locis Viduarum, & pupillorum accipiendi quinq; pro centum vt ait Nau. & alij cit. Alij tamen vt Sot. lib. 9. q. 2. ar. 2. Arag. q. 78. ar. 2. ad 3. Rebell. lib. 15. q. 4. Pã. in c. Per veſtras de donat. inter. vir. & ux. dicunt celebrari quidem, poſſe cum diuerſis perſonis, non verò cum ſocio, ſed mutuo ſe deſtruere, ſiue ſimul fiant, ſiue ſucceſſiuè. Sed verior prima ſententia. Eoſdem contractus, eodemq; plane modo, & regulis paciſci poteſt ſocius apponens operas, & induſtriam cum ponente pecuniam, ſi vere ibi ſocietas ſit, non verò locatio operarum Salon. ar. 4. cit. contr. 2. dub. 4. V. Silu. ſocietas, 1. q. 4. Armill. eo. parag. 7.

19 Non tranſit ad hæredes, niſi quoad res, & negotia, quæ tempore mortis ſocij defuncti cœpta erant. & pactum vt tranſeat, nullum eſt. l. Nam & ſeruius parag. ſi viuo Titio ff. de neg. geſt. l. Hæres ſocij ff pro ſocio Inſtit. de ſocietat parag. ſoluitur.

20 Societas vtrinq; libera, quæ dici ſolet vt etiam alios referens reprobat Gratian. diſcep. for. c. 14. num. 10, & ſeq. godere, vt cum v. g. Ego dò tibi mille, & tu mihi dabis domum tuam ad vtendum, & liberum eſt vtriq; rem ſuam, vel pecuniam repetere, à pleriſq. approbatur; ab alijs vt vſuraria iudicatur. V. Azor. p. 3. lib. 9. c. 20. de ſociet. huiuſmodi contractum reprobantem.

21 Diſſoluitur ſocietas Primo morte naturali cuiuſuis ſociorum: niſi inter eos conuentio ſit, vt per mortem vnius, aut pluriũ eorum ſocietas non diſſolueretur quoad alios. Secundo morte ciuili vnius eorum, & vbi omnia eius bona confiſcãtur: Inſt. de ſociet. parag. ſoluitur, vers publicatione. Tertio ſi aliquis eorum cedat bonis, Inſtit. vbi ſupra vers. Item ſi quis Quarto ſi inſtituta ad aliquid præciſè illudq, finiatur verſ. Item ſi alicuius rei. Quinto conuentione, ideſt finito tempore, quo conuentum eſt, vel conſuetudine, ſi nihil de tempore conuentum eſt. Silu. ſocietas 1. q. 19. Sexto renuntiatione Inſt. vbi ſupra parag Manet autem, ſi videlicet aliquis eorum alijs ſignificat ſe velle à ſocietate diſcedere: ſed tunc tenetur ſocios omnes etiam abſentes cẽtiores facere, & non ante tempus renunciare, ita vt renuntiatio ſit ſocietate damnoſa; ſed abſoluere tenetur cæpta negotia, opportunumq; tempus ad abſoluendũ concedere. Quòd ſi ſocietati præfinito tempore contractæ ante tempus renunciet, ab eo tempore ſubit periculum ſolus, lucrum verò erit commune Molin. diſp. 414. num. 19. Niſi renunctiatio neceſſitate quadam facta ſit l. Actione parag. Diximus, vers. Item qui ſocietatem ff. pro ſocio Idem erit cum renunctiat altero abſente, & ignorante l. Sedet ſi ſocius parag. ſi abſenti ff. pro ſocio. Præterea cauere debet ne doloſè renunctiet, vt ipſe ſolus aliquo lucro participet, quod alioqui ex vi contractus futurum erat comune ſocietatis. quod ſi fiat, commodum erit commune, damnum verò renunctiantis parag. Manet autem cit. Sept. ſi vnus eorum in amentiam incidat, Curator poterit diſſoluere l. ſi. C. pro ſocio. Octauo, Tacito conſenſu ſociorũ, vt ſi ſeparatim agere cœperunt in proprium commodum l. Itaq; cum ff. pro ſocio Vltimo perdito capitali: nec ſi parum ſupereſt, tenetur alter pro re parua magnas operas ponere Silu. ſocietas 1. q. 4. Armil. eo. parag. 15. P. Nau. lib. 3. c. 2. num. 469.

22 Societas circa animalia iiſdem regulis ineunda eſt vt pecudes ſtent periculo tradentis, nec altera pars iudicio boni viri nimis grauetur.

23 Si tradantur animalia maiora, poteſt fieri triplex pactum, ſcilicet circa ipſum animal, circa fructus, & circa tempus. Primo modo cum traditum ſint æſtimatum (nam alioqui eſſet venditio, non ſocietas) paciſci non poteſt, vt periculum ſit accipientis, niſi dans in alio grauaretur. Circa fructus ſeruanda eſt iuſta, & rationabilis conſuetudo, de qua ſi non appareat, ſeruanda æquitas arbitrio boni viri. Quod

Digitized by Google

Quod idem ſeruandum eſt circa tempus. Si inter partes nullum pactum factum; ſit,ſeruanda conſuetudo,modo ſit rationabilis. Si animal inæſtimatum tradatur, & ſine terra, vt quia eſt equa, &c. capitale eſt ponentis periculo; poledri, & quod acquiretur tempore triturationis, ideſt omnes fructus, & vtilitates communes. Si verò tradatur cum terra cultiuanda, ponens bouem & terram paciſci poteſt de maiori parte fructuum, niſi induſtria,& opera ruſtici magis æſtimetur. Si verò dentur æſtimata & ſine terra,periculum erit commune, ſi ſit caſus fortuitus, cum hoc caſu æſtimatio faciat venditionem, & ſic dominium pro parte remanet apud ponentem, alia verò pars ratione communionis cenſetur ſocio mutuata & tunc non poteſt ponens percipere medietatem fructuum, cum ſocius participet in capitali, & amplius ponat operas, ſoluenda tamen in fine ſocietatis medietas illa tacitè mutuata. Silu. ſocietas,2. per tot. Si tamen id circo dentur animalia æſtimata, vt conſtet quantum pro vnoquoq; ſoluere debeat ſi pereant. cum eorum dominium apud ponentem remaneat, non eſt ibi mutuum, ſed vera ſocietas, aut locatio operarum Molin diſp. 420. V. Azor. p. 3. lib. 9. c. 7. q. 8. & ſeq.

24 Si detur bos, & vitulus nutriendi ad annum, ſic quod eis venditis dans accipiat ſuum capitale, & lucrum diuidatur, ſi dans retineat in ſe periculum fortunæ, & accipiens non teneatur ſupplere, ſi minus valeant, licet Item ſi det duos boues ſub certa penſione ſingulo menſe, licita eſt locatio, ſi dans retinet in ſe periculum, & penſio ſi moderata arbitrio boni viri. Poteſt autem, retento in ſe fortunæ periculo, in ſocium reijcere periculum damni emergentis ſua, ſuorumuè culpa. Quod ſi det æſtimatos, cum pacto, vt arent ſibi annis ſingulis certa iugera terræ, & poſtea vendantur, & extracto prius capitali, lucrum ſi ſit, diuidatur, licèt; modò operas in agricultura arbitrio boni viri ſatisfaciat, & penes ipſum ſtet periculum Armill. ver. Societas.

25 Si detur vacca cum fructu nutrienda, & conſeruanda expenſis accipientis ſed periculo caſuali dantis, ſub conditione, quòd de primis fœtibus ſoluatur capitale, & reſiduum diuidatur, non licet. Nam ſoluto capitali ſi omnia perirent, accipiens perderent operas, & expenſas.

26 Dans duas vaccas ad arandum ſub conditione. Quòd de primis earum fœtibus accipiat dimidium pretij deinde ſint communes etiam fructus, ita tamen quòd accipiens ſingulis annis ſoluat danti ſextarium frumenti, licitè facit, & eſt magis locatio, quam ſocietas. Dans enim locat vaccam, quæ ſua eſt, quæ arat, & fructificat pro ſextario frumenti, & loco paſtus accipiens habet fœtum. Immo ſi vacca arando paſtum lucratur, poteſt etiam fœtus eſſe dantis. Hæc ex Silu. vbi ſupra.

27 Circa animalia minuta, præter ea, quæ dicta ſunt poteſt fieri pactum, quòd de fœtibus recuperentur capita mortua; aut de velleribus emantur capita ad augendum gregem, ſi communicant omnia pericula, & damna, & lucra pro rata eius quod poſuerunt. Quòd ſi dentur certa capita æſtimata, cum pacto, vt ex primis fœtibus reſtituatur totum capitale, antequam accipiens percipiat aliquam vtilitatem, illicitum eſt, cum nimis grauetur accipiens. Quia tamen capitale ſtat periculo domini ponentis, non eſt ibi vſura, ſed iniuſtitia. Com.

De huiuſmodi ſocietatibus Vide Silu. Ang & Armill. loc. cit. Molin. de contr. diſp. 420. Salon. vbi ſupra art. 5. Nau. c. 17. à num. 151. & de vſur. conſil. 26. Pau. vol. 1. conſ 77. Azor. p. 3. toto ferè lib. 9. præcipuè cap. 7. Leſſ. lib. 2. c. 25. Et de ſociet. animal. Caſtrad. toto trac. de huiuſmodi ſociet. Couar. de contract. q. 92. Rebell. vbi ſupra q. 6.

28 Societates Officiorum fieri non

poſ-

Digitized by Google

poſſunt vltra officiorum valorem Bullæ Pij V. totque ſocietates iniri poſſunt, quot officium valet Pius 4. qui præterea præcipit, vt Officialis rogatus ab eo, qui cum ipſo ſocietatem contrahit, debeat ſpecialiter exprimere, ſi quis alias ſocietates emerit. Quod ſi eas falſo negauerit, aut celauerit etiam pro parte, eo ipſo eſt priuatus officio, ſine præiudicio tamen creditorum. Debet etiam ſocius pecuniam numerare coram Notario, & teſtibus. Plures conditiones vide apud Azor. vbi ſupra c. 15. & ſeq.

29 Non poſſunt ſocij habere plures redditus quam obueniat ex officio. Bull. Pij V. cit. Poſſunt verò vendere partem ſuam alicui Tolet lib. 5. c. 40.

30 Cum officia habent aliquam induſtriam, ſine qua non ſacerent tot fructus, non poſſunt ſocij tantum recipere, quantum officialis qui laborat vltra ſortem Tolet vbi ſupra vbi habes plures modos contrahendi huiuſmodi ſocietatem Vide etiam Nau. de vſur. conſ. 29. Sot. de iuſt. lib. 6. q. 6. art. 2. Azor. vbi ſupra, & alios ibi relatos.

CAMBIVM.
Pecvnia. Moneta.

V. Debitum. Falſare. Mutuum.

1 CAMBIVM eſt negotiatio in commutatione numiſmatum Silu. vſura 4. q. 1.

2 Pecunia eſt menſura rerum venalium. S. Tho. 2. 2. q. 100.

3 Cambiorum ex Nau. de camb. num. 10. ſeptem ſunt genera, ſiue modi Ratione officij. Per minutum. Ratione loci, ſiue per litteras. Ratione lucri, ſeu intereſſe. Ratione translationis realis. Ratione cuſtodiæ. & per emptionem, permutationem, aut alium contractum innominatum,

4 Cambium ratione officij ſolet in nundinis hoc modo exerceri. Accedit Mercator ad nundinas, in quibus cum Mercatoribus multa ſit neceſſaria pecunia, obtenta, ſi opus ſit, à Magiſtratu licentia, multam parat, exponit ſeipſum, offert obligatq; ad eam conferendam negotiatoribus ad eas nundinas confluentibus, ita tamen vt ipſi in primis ſoluant cambium, quod communi vſu fori cenſetur iuſtum ex eo loco, vbi nundinæ celebrantur, in eum, in quo accepta pecunia eſt reſtituenda; & præterea ſtipendium illius obligationis cui ſe ex officio deuinxit Salon. to. 2. tract. de camb. q. 4. art. 1. num. 8 Item ob laborem, ac induſtriam, quam in quærendo, habendo, & ſeruando multas pecunias ad id neceſſarias, tum in referendis rationibus, periculis, moleſtijs, &c. poteſt certum quid accipere, ſunt enim omnia pretio digna Valent. to. diſp. 5. q. 23. p. 4. concl. 5. Salon. vbi ſupra q. 5. art. 1. conc. 1. Nau vbi ſupra num. 17. & ſeq. Molin. diſp 399.

5 Cambium minutum, quod fit commutando pecuniam grandiorem cum minuta, vel è contra, licitum eſt Sot. lib. 6. q. 9. art. un. Nau. vbi ſupra num. 19.

6 Oblonatores, & huiuſmodi auream pecuniam ad impendendum acceptam poſſunt cum argentea, aut æra commutare, & auctarium ſibi retinere; eſt enim cambium. Secus; ſi pecunia illa ſit apud alium depoſita periculo domini, quia auctarium eſt domini. Nau. de empt. conſ. 3. V. Molin. diſp. 402.

7 Qui non ex officio, ſed pro libito cambiunt pecunias cum pecunijs, non poſſunt excedere pretium legale, ſi pecunias ſub ratione pecuniæ commutant. Io: Med. de reſt. tract. da camb. q. 1. An pecunia vendi poſſit. Silu vſura 4. q. 3. Caiet. opuſc. de camb. initio. Licet tamen quatenus metallum eſt, nam tunc ratione materiæ vendi poteſt. poteſt enim eſſe metallum adeo pretioſum, vt ſuperet pretium legale S lu. & ec. ubi ſupra Salon. q. 5. art. 3 num 9. Item ſi copia aut inopia metalli alicuius pecuniæ iam non eſt

eadem

Digitized by Google

19 & com. Item cum multi accipiunt ad cambium, & pauci dant Nau. c. 17. num. 295. Valent. vbi ſupra Molin. diſp. 403. num 6. & diſp. 406. num. 3. Salon. vbi ſupra contr. 20. Sumenda vero copia vel penuria pecuniarum, & dantium, & accipientium ad cambium non ex vno, aut altero campſore abundante, neq, ex aliorum hominum ſtatibus, ſed ex communitate mercatorum, & ex maiori eorum parte, qui huiuſmodi negotia exercent: ſicut etiam abundantia, vel penuria cambientium, vel quærentium pecunias deſumenda eſt, quæ vt in pluribus, & maiori parte negotiantium reperitur Salon. contr. 16. num. 3. Mercado c. 8. cir. Item plus valet pecunia præſens abſente, aut alia propter diuerſitatem metalli: magis enim æſtimatur idem ducatus in auro, quam in argento. Item ob figuram, & pondus, & ob diuerſitatem regionum, & temporum, & dubium de valoris mutatione, ſiue per ſuperiores, ſiue per regionis conſuetudinem facienda Nau. c. 17. num. 294, & de camb. à num. 93. Item ob penuriam Valent. vbi ſupra p. 2. & com.

14 Vſura eſt dare ad cambium ad locum aliquem, ſi probabiliter credas accipientem non poſſe illic ſoluere, quòd ibi nec creditum, nec pecuniam habeat: ſed omnino hic ſoluturum cambium, & recambium. Salon. vbi ſupra contr. 7. num. 7. Nauar. de camb. num. 25. Garz. c. 37. Quòd ſi bona fide id fecit campſor, probabiliter putans Campſarium poſſe ſoluere in loco &c. poteſt, non quidem per recambium lucrari, ſed ratione intereſſe, &c. Mercado c. 10. num. 3. quantum ſcilicet ſua intererat dari ſibi pecuniam in loco conſtituto: poteſtq; eum cogere, ut ſuis ſumptibus pecuniam illam cum incremento ponat in eo loco. Molin. diſp. 404. num. 7.

15 Iniuſtum, & uſurarium eſt cambium, cum uel litteræ non mittuntur, ſed in arca aſſeruantur ad tempus, &c. uel ſi mittuntur, Campſarius tamen illic non habet, qui ſoluat, ſed remittuntur cum recambio Bulla Pij V. 1570. quia ibi uerè eſt mutuum Salon. ubi ſupra num. 9. Garz. c. 37. Niſi ratione ueri intereſſe Nau. de camb. num. 28. Sed ego ita intelligo, ſi uidelicet Campſor ignorabat Campſarium non habere in loco, qui ſolueret.

16 Licet monetam Romæ u. g. minus ualentem ob diminutionem emere iuſto ibi pretio, & aliò transferre, vbi tanti valet, ac ſi eſſet integra, & auctarium illum iuſtè ſibi retinere S. Ant. p. 2. tit 1. c. 18. parag. 5. Silu. uer. falſarius num. 8. Nau. de camb. num. 31. Salon. ubi ſupra contr. 3. ad. 3. Non poteſt tamen habens huiuſmodi pecuniam diminutam uendere abſenti, ubi tanti ualet, ac ſi eſſet iuſti ponderis cum lucro. S. Tho. 2. 2. q. 77. ar. 1. Nau. in man. c. 23. num. 78. Quod ſi faciat tenetur reſtituere his, qui bus vendidit aut, illis non repertis, pauperibus, iuxta c. Cum tu, & ibi Glo. de uſur. Nau de empt. cons. 1. dub. 2. V. uer. fallare.

17 Licitum eſt cambium ratione cuſtodiæ, quo nummularius curam ſuſcipit cuſtodiendi pecunias apud ſe depoſitas, & habet rationes dati, & accepti, paratus reddere cum petuntur Nau c. 17. num. 293. & de camb. num. 36. Valent. to 3. diſp. 5. q. 23. p. 3.

18 Poteſt huiuſmodi campſor pro cuſtodia aliquod ſtipendium accipere Sot. lib. 6. q. 11. ar. un. Valent. ubi ſupra, etiamſi non ſit conuentum Nau. num. 293. cit. licèt leſſ. lib. 2. c. 23. dub. 8. id neget, quod alioqui non cenſeatur locaſſe operas ſuas ſed gratis, ut uſu pecuniæ frueretur. De huiuſmodi cambio, ut ſit innundinis Vide Mercado c. 13. Molin. diſp. 400.

19 Numularius, ſiue menſarius, qui deponentis nomine pecuniam alicui alteri ſoluit, poteſt quidem ab ipſo deponente ſtipendium accipere, huic enim operam ſuam locauit, non uerò ab eo, cui pecunia numeratur Valent. & Nau. ubi ſupra Molin. diſp. 409. num. 8. leſſ. ubi ſupra num. 79. Salon. q. 4. ar. 4. contr. 1.

20 Cambia,

20 Cambia, quæ prætermiſſis primis nundinis fiunt in alias ſequentes in quibus propter ſolutionis dilationem nulla ratione augetur pretium, ſed idem omnino accipitur. ac ſi ſtatim facienda ſit ſolutio, licèt de iure naturæ, & diuino, & ex natura rei iuſta ſint; iam tamen non licere poſt bullā Pij V. docet Salon. q. 4. ar. 2. contr. 20. num. 7. Sed verius Nau. c. 17. num. 301. not. 5. Molin. diſp. 404 num. 5. dicunt non non eſſe illicita, quoniam beneficium, & charitas eſt, maius illud tempus ſine maiori lucro concedere, ſic etiam Mercad. cap. 8. num. 5.

21 Proximæ nundinæ, de quibus in Bulla prædicta, intelliguntur, non illæ quæ ita parum diſtant à tempore, in quo cambium fit. vt litteræ cambij peruenire non poſſint ad eas proximas nundinas, vt in illis ſolutio fiat; ſed quæ poſt illas ſequuntur. loquitur enim Bulla de proximis, in quibus poſſit fieri ſolutio Garz. c. 36. num. 4. Molin. vbi ſupra.

22 Iniqua ſunt Campſorum monopolia ſiue ita fiant, cum vnus, aut plures omnem ferè Ciuitatis, & loci pecuniam congerunt, & penes ſe habent, vt pauciſſimis exiſtentibus campſoribus, multis verò campſuarijs, augeantur cambiorum pretia, quod & re ipſa iniuſtum eſt, & Pij V. conſtitutione prohibitum. Siue cum communi conſenſu conſtituunt campſores iniqua, & iniuſta pretia ſibiq; ipſis ſpondent, ne vllus eorum cambiat, niſi pretio ab ipſis conſtituto Salon contr. 13. Azor. p. 3. lib 10. de camb. in fi. fi. Si tamen Campſores propriam pecuniam occultent. vt appareat illarum inopia, peccant quidem, ſed non contra iuſtitiam Salon. ar. 3. contr. 2.

23 Iniquè etiam agunt Campſuarium compellentes acceptam pecuniam reſtituere vbi maius eſt lucrum, & intereſſe; vt ſi Campſuarius recipiat Romæ mille reſtituenda Lugduni, vbi habet pecunias, velit Campſor, vt reſtituat Pariſijs, vbi nullas habet; Niſi Camſpor in loco campſuario commodo nullum haberet factorem, vel negotium, quia tunc ibi accipere, illi noxium eſſet: Vel niſi alius poſtulet pecuniam eandem ſoluendam in loco Campſori commodiori, & viliori quia, & hoc caſu cum proprio damno cambiret Salon. contr. 13. cit

24 Licet Campſori exigere pignora, vel fideiuſſores, aut ſimilem ſecuritatem à Campſuario, non enim repugnat naturæ cambij Salon. q. 4 cit ar. 2. cont. 12 conclus. 3. Boninſign. de camb. c. 7 in reſp. ad 10. diffic. De fideiuſſoribus eſt com. poteſt enim accedere in omni obligatione Inſtit. de fideiuſſ. parag. In omnibus, & alios referens probat Cencius de cenſibus p. 2. c. 1. q. 2. De pignore concedit Azor. p 3 lib. 10. c. vlt. q. 11. de camb. ſed computandos eſſe fructus in ſortem, ſi pignus ſit frugiferum.

25 Facultate data creditori recambiendi vſq; ad debitam ſatisfactionem, tenetur debitor ad recambia abſq; aliqua interpellatione; quia hoc caſu creditor petit hoc intereſſe, non ratione moræ debitoris, ſed tamq; mandatarius ratione mandati; etiam ſi creditor cambia à ſe ipſo accipiat. quo caſo duplicem perſonam repræſentat, mandatarij ſcilicet & creditoris dantis pecuniam ad cambium, quod non eſt nouum Rota decis 379. apud Farin. par. 2. Hoc tamen rectè limitant & interpretantur multi, quos refert & ſequitur P. Bernardus Iuſtinianus in ſuo tractatu de camb. q. 4. & 7. vt procedat quando mandatariu s de ſuo ſoluit, aut de pecunia ab alio accepta: Nam ſi de pecunia principalis campſoris, vſura eſt. Sufficit autem ſi mandatarius in proprio rationum libro deſcribat. V. eundem q. 4. cit. num. 13. De cambijs ad nundinas fusè, & optimè Ideſt Primum in dicto tractatu, & in Apologia eiuſd. operis

* *
*

DE

DEBITVM

V. Beneficium. Commodatum. Eccleſia. Furtum. Mutuum. Obligatio. Pecunia. Religio. Reſtitutio. Votum Quæ excuſent à reſt.

1 DEBITVM ſoluendum æſtimatione pecuniæ currentis tempore contractus, niſi aliud ſit expreſſum Silu. ver. ſolutio parag. 2. Couar. coll. ver. numis. c. 7. parag. vn. Sot. de iuſt. lib. 6. q. 1. ar. 2. & eſt caſus in c. Cum olim. de cenſib. vbi Pan. & in c Cum Canonicis eo. Molin. diſp. 312. num. 2.

2 De augmento monetæ fusè tractant Pan. vbi ſupra, & in c. Quanto de iureiur. Anchar. in 6. c. Cum olim. & in c Cui de non de præben. vers. Ad 3. quæſt. Curt. iunior conſ. 24. Alex. cons. 21. vol. 2. Abb. Brun. Colleg. Papien. Mart. de laude. Franc. Curt. Iac. de puteo in tract. quæ ſunt inter opera ipſius Bruni Ant. Sola. Theſaurus, & alij multi, inter quos Molin. de contrac. diſp. 312. Rebell. de obligat. lib. 11. q. vlt. p. 2.

3 Vbi obligatio concepta fuit ſub certa ſpecie monetæ, ſufficit ſoluere, etiam in moneta diuerſæ formæ, & characteris, modo eiuſdem materiæ ſit, & ad eandem æſtimationem, quæ debetur. Immo ſecundum quoſdam, ſufficit ſoluere æſtimationem in quauis moneta probata tam in materia, quàm in forma Couar, vbi ſupra num. 1. & 2.

4 Qui aurum dedit, aurum eiuſdem bonitatis intrinſecæ recipere debet, ſiue plus, ſiue minus valeat; etiam ſi nullum fecit pactum, & non fuerat ſeruaturus Nau. de camb. num. 49. Brun. vbi ſupra concl. vlt. declarat. 3.

5 Quando eſt obligatio ſoluendi certam pecuniæ quantitatem in certa nummorum ſpecie, vt ſi mutuaui mille libras ſoluendas in ducatis, facienda erit ſolutio deſignatæ quantitatis in eiſdem nummis expreſſis ſub numero incerto æſtimatis tamen ſecundum æſtimationem quæ currit tempore ſolutionis. Quare ſi mille libræ faciebant centum ducatos, & ducatus ante ſolutionem ſub duplo minus per legem valeat, reddendi ſunt ducenti & è contra ſi augeatur in duplum, reddendi ſunt tantum quinquaginta, & hoc, niſi aliud ſit conuentum Rebell. vbi ſupra num. 11.

6 Augmentum monetæ debetur in pluribus caſibus, vt apud Nau vbi ſupra num. 50. & in man. c. 17. num. 294. Salon. de camb. q. 4. ar. 2. contr. 4. Primus eſt quando dans erat ſeruaturus; modò non auferatur debitori libertas ſe liberandi cum voluerit, Silu. vſura 4. q. 14. Sed hoc non probat Molin. diſp 312. quia ſicut ſi decreſceret, vitaret damnum illud ratione mutui, ita ſubire debet iacturam illius augmenti. Secūdus quando expreſſè actū eſt, vt tot. & tales, quot. & quales dedit ſibi reſtituantur, ſiue in pretio augeātur ſiue diminuantur Silu. vſura c. q. 14. Tertius quando ita repente eorum pretium ſic creuit vt qui illam recepit iam in illo pretio ſic aucto expendit. Sed hoc ego probare non poſſum, quia translato dominio ſicut periculum pertinet ad accipientem, ita pertinere debet & lucrum, ut docent Nau Salon & com. Et ſi ſtatim accepta pecunia fuiſſet diminuta, aut reprobata, tenebatur nihilominus accipiens ad illius æſtimationem V. c. Cum canonicis de cenſib. ubi Barbos. plures referens. Sot. lib. 6. q. 1. art. 2. Roder. in ſum. p. 2 c. 105.

6 Debitor u g. centum librarum ad rationem uiginti ſolidorum pro ſingula libra, non tenetur niſi ad ſolidos uiginti, etiam ſi libra creuit quoad bonitatem extrinſecam, uel intrinſecam. Nam libra eſt in facultate ſoluendi ſolidus in obligatione. Quòd ſi diminuatur, id erit in damnum debitoris; ſemper enim tenetur ad ſolidos uiginti Brun. & alij cit. Theſaur à num 75. Silu. uer. ſolutio q. 2 uerſ. 5 Vide Gratian. diſcept. for. c. 417. ubi contrarium uidetur docere, & Cencium de cenſib. p. 2. c. 2. q. 4. ar. 4. qui poſt alios ibi cit. num. 27. docet

ſolidorum mentionem fieri ſolum ad demonſtrandum de qua libra contrahentes intellexerint.

7 Cum pecunia minor mutatur in liga, vel pondere, & pecunia maior tantum in valore, ita vt plures ſolidos valeat, quam prius valebat, non poteſt debitor ſoluere in pecunia minuta ita deteriorata, & diminuta Brun. vbi ſupra declar. 6. verſ. Et prædicta. huiuſmodi enim deterioratio minutæ pecuniæ eſt cauſa augendi valorem extrinſecum maioris, vel minoris pecuniæ ibidem verſ. ſed maius dubium. Quare debitor ſolidorum Imperialium, quorum 80 faciebant ducatum, non poteſt loco antiquorũ ſoluere totidem de nouis, qui ſunt vilioris metalli, vel minoris ponderis, ſed debet ſoluere de antiquis ſi reperiantur, vel de nouis ad æſtimationẽ antiquorum hoc modo: quia cum 80. ex antiquis facerent ducatum, ex nouis verò ſint neceſſarij 90. tenentur ad 90 ex nouis. Etè contra ſi noui ſint meliores, &c. Et hoc vltimum niſi ex mandato Principis moneta noua, licet vilior, aut minoris ponderis ſucceſſerit loco antiquæ, ita vt pro tanto expendatur quanto antiqua melior. Nam ſi pro 80. nouis vilioribus poteſt haberi ducatus ſicut pro 80. antiquis, nullum eſt intereſſe creditoris. Niſi conuentum ſit de rendenda certa ſpecie pecuniæ, aut conſuetudo habeat quod ſolui non poſſit in altera materia Brun. vbi ſupra limit. 1. verſ. Ex prædictis, & alij quos refert V. Rotam coram Burat. decis. 790.

8 Si pecunia, quæ eſt in facultate ſoluendi ſit mutata quòd bonitatem extrinſecam, attenditur valor temporis ſolutionis: ſi verò quoad intrinſecam, tempus obligationis, niſi aliter ſit conuentum. Brun. vbi ſupra declar. 6. Couar. concl. 10. Pan. in c. Quanto de iureiur. Quòd ſi pecunia eodem pondere, & materia manentibus, vel augetur, vel minuitur extrinſecus, ea mutatio ante moram, & nocet, & prodeſt creditori Brun. limit. 2. concl. vlt. Couar. nom. 3. & com. Mutatio verò poteſt moram nocet ei qui fuit in mora; modo illa mutatio non ſit facta in moneta ita minuta, quod per aliam minutiorem æſtimari non poſſit, ſecundum Bartol. & alios relatos à Couar. num. 4. qui cum Bruno, Mart de laude, & alijs contrarium docet, Bart. limit. non admittens quod pecunia minuta poſſit per maiorem æſtimari.

9 Si tempore ſolutionis moneta ſit omnino reprobata, ſoluenda æſtimatio, & ſi debitor fuit in mora, ſoluenda æſtimatio temporis, quo ſoluenda erat. Sil ver. ſolutio q. 2. verſ. 1. in. ſi. Immò ſecundum, eundẽ, etiam vbi reprobata ſit in partem, vt quia principis edicto non poteſt niſi pro tanto expendi. Immò ſolui deber valor, qui fuit maximus à die moræ. In re furtiua. ff. de condict furt, quod Couar. in reg. Peccatum p. 2. parag. 6. num. 2. cum. ver. furtum. q. 16. limitat in foro conſcientiæ. Si Dominus eo tempore fuerat venditurus: quia ex vi iuſtitiæ commutatiuæ ſufficit reſtituere rem, & intereſſe.

10 Qui non eſt ſoluendo, ſi verberatur exigente id creditore, ãplius conueniri nõ poteſt: ſecus ſi pro maleficio. Quòd ſi conueniatur ex contractu, vel quaſi cedat bonis. ilu. ver ſolutio q. 5. Ang eo parag. 22 V. infra, cui reſtituen.

11 Res in ſpecie debita, ideſt cuius dominium non eſt in debitorem translatum miſſa per hominem communiter habitum fidelem, de cuius fidelitate non erat cur dubitaretur, creditori perit, l. Argentum ff commod. Pan. in c. Significante de pignor num. 8. & in c. vn de comod. num. 8. Ang. ver. commodatum parag. 15. & ver. ſolutio parag. 10 Silu. vbi ſupra q. 4. verſ. 5. Nau. c. 17. num. 67. & 185. Roder. in ſum. p. 2, c. 43. conc. 7. 8. Tolet lib. 5. c. 24 caſus enim fortuitus non imputatur ei, qui non fuit in culpa c. vn. de commod. Quod verum eſt, ſi debitum ſit ex contractu. ſecus ſi ex delicto, aut per moram, quia interceſſit culpa, per quam alius eſt damnificatus. Leſſ. lib 2. c. 16. dub 6. contrariam opinionem dicens probabilem, quod debitor ex delicto non teneatur cum detrimento ſuæ famæ reſtituere Salon verò

verò q. 2. 2. q. 62. art. 5. contr. 5. diſtinguit, quod ſi dominus eligit nuncium, aut mihi commiſit, vt eligerem, & fidelem elegit, tunc in vtroque foro liberor: Si verò ego pro meo arbitratu elegi, & tenebar ratione acceptionis, aut etiam ratione rei acceptæ, in conſcientia mihi perit. Nam ſi haberem rem illam paratam, vt domino reſtituerem, interimq; ſine culpa mea mihi ſurriperetur, tenerer nihilominus retinere in æquiualenti, ergo ſimiliter, ſi perit in via culpa nuncij. Si autem teneor ratione rei acceptæ ſuo domino perit. Quòd ſi furtò abſtuli, nec volo domino ſignificare, teneor id præſtare per confeſſarium, vel alium, vt committat dominus, cui danda ſit res illa. Item Perit creditori ſi rem obſignatam apud honeſtam perſonam depoſuiſti abſente, vel deficiente Iudice l. Si creditrici C. de vſur Item ſi creditor opportunè oblatum non vult recipere Silu. reſt. 7. q. 4. & verb ſolutio q. 1. Molin diſp. 564. num. 5. Perit autem debitori, ſi eius culpa perit, aut mora nun purgata. Com. Purgat verò qui offert nollenti recipere Silu. uer. furtum. q. 16. & reſtit. 7. q. 5. ver. mora q. 9. V. P. Nau. lib. 4. c. 1. dub. 3. Io: Med. de reſt. q. 3 cauſa 6. Molin. diſp. 651. & ſupra ver commodatum num. 8.

12 Si res debita ex contractu, ſiue ex delicto erat perinde apud Dominum peritura, nec antea futura vtilis debitor ad nihil tenetur reſpecta intereſſe, cum nullum ſit Silu. reſt. 7. q. 5. in ſi Roder. in ſum. p. 2. c. 47. concl. 12 Couar. in reg. Peccatum. p. 2. Parag. 6. num 1. P. Nau. vbi ſupra num. 17. Nec reſpectu rei debitæ Leſſ. lib. 2. c. 18. dub. 6. Valent to. 3. diſp. 5. q. 6. p 7. Item ſi perit poſt moram ſine culpa debitoris Silu. vbi ſupra Nau. c. 17. num. 80. etiam ſi mala fide haberet B. Med. in ſum. lib. 2. c. 14. parag. 30. de ſecundo cap. reſt. reg. 5.

13 Si quis tenetur ſub alternatione, ad ipſum ſpectat eligere Silu. ver ſolutio q. 5. verſ 3, Ang. eo. parag. 16. Niſi aliter ſit conuentum Molin diſp. 569. num. 5.

14 Si debitor non habens pecuniam offert rem meliorem, tenetur creditor eam accipere, Auth. Hoc niſi C. de ſolut. Niſi debitor iurauerit ſoluere in pecunia numerata, quia tenetur ſeruare: Nec eo caſu cogitur creditor rē etiā meliorē accipere Seraphin de priuil. iuram. priuil. 24 in. ſ33. cum aliis, quos refert Mancin. de iuram. effectu 138. limitans, niſi debitor facta diligentia non reperiret ſuorum bonorum emptorem. vt etiam docet Paris. decis. 64. num. 9 & 10. par. 2. dicens eſſe communem. quo caſu, vt tenuit Rota apud Farin. to. 1. decis. 42 offerat creditori bona, ad ipſius creditoris electionem, ac fideiubeat pro euictione, tradat inſtrumenta, & transferat dominium. Limitant alij, niſi conſuetudine receptum ſit, vt ſolutio fieri poſſit in alia bona, & probata moneta, & licet actum ſit de ſoluenda certa ſpecie; quo caſu attenditur valor ſpeciei debitæ tempore ſolutionis. Sic multi, quos refert, & ſequitur Raner. Bindel de monet. c. 15. num. 14. & ſeq. ubi numero 19. rectè limitar, niſi accipiendo aliam conſtet de ipſius damno, ut ſi aliò migrandum ſit negotij gratia, & multam pecuniam argenteam ferre non poſſit. Adderem ego, aut ſi in loco negotij argentea illa expendi non poſſit, aut non niſi cum intereſſe, ut quia minus ibi ualeret. Regulariter autem, & de iure ſtandum eſt conuentis, & ſpecies promiſſa omnino ſoluenda eſt. Eccleſia non tenetur offerre meliorem, ut in Auth. Hoc ius C. de ſacroſ

15 Peccat mortaliter contra iuſtitiam debitor repudiando hæreditatem legatum, aut donationem in fraudem creditorum, & à die repudiationis tenetur ad lucrum ceſſans, & damnum emergens. Valet tamen repudiatio, nec reſcinditur ad inſtantiam creditorum Sanch. late probans de matrim. lib. 6. diſp. 4. num. 9. & in ſum. lib. 2. c. 15. num 54.

16 Tenetur Prælatus ad debita prædeceſſionis contracta pro Eccleſiæ ſuæ utilitate, aliàs nec ipſe nec Eccleſia tenetur e

de ſolut c. Quod quibuſdam de fideiuſſ. c. Hoc ius 16. q 2. idem de ſucceſſore in dominio temporali docet Silu vbi ſupra q. 3. Vide Nau. de fideiuſſ. conſ. 7.

17 Si alterius debitum ſoluiſti ipſo ignorante aut etiam nolente, tenetur tibi. ſi modò ſua intererat, vt ſolueres. l. Soluendo ff. de neg. geſt. Silu. reſt. 3 q. 8. vers. 5.

18 Soluens filio familias ſine conſenſu Patris, aut minori ſine conſenſu Tutoris, aut Curatoris, liberatur, ſi conuerſum ſit in vtilitatem Patris, vel minoris. Silu. ver. Solutio q. 4. Ang. eo. parag. 8.

19 Poteſt ſolutio fieri ſocio, ſi vtrique in ſolidum eſt obligatus Silu. & Ang. vbi ſupra. Immo, & filio, famulo, & mancipio expoſito adminiſtrationi, aut negotiationi l ſolutam ff. de ſolut. Molin. diſp. 563. num. 41. Et procuratori etiam reuocato, ſi eam reuocationem ignorabat. Silu. Ang. Mol. loc cit.

20 Soluens creditori creditoris ſui liberatur. Glo. inſtit. quib. mod. toll. oblig. in principio. Silu. vbi ſupra vers. 1. Ang. parag. 13. Nau de ſolut. conſ. vlt. 10. Medin. de reſt. q. 3 cauſa 5. Quod ſi faciat in fraudem immediati creditoris, peccat & tenetur de damno. Et quando res etiam in ſpecie reddenda eſt, ſi immediatus creditor iniuſtè retinet, non peccat, cum vero domino reſtituerit. Si verò iuſtè, vt quia ſibi locatam aut commodatam, &c. licet peccet, non tamen tenetur aliquid reſtituere P. Nau. lib. 4. c. 2. dub. 5.

21 Vbi debitor tenetur adire domum creditoris, ſufficit quærere apud vicinos, & notos, & in locis, in quibus eſt ſolitus conuerſari Pan in c. Significante de pignor. Silu. ver. ſolutio q. 5. verſ. 4. Tenetur autem adire. Primo vbi vult moram purgare l. Cum quid C. de condit indeb. Secundo ſi obligatio eſt ſolum ad hoc, ſi vult acquirere, etiam ſine monitione, ſecundum Bart. quem citat Silu. vbi ſupra. Tertio in his quæ debentur, quibus annexa eſt recognitio dominij, & exhibitio reuerentiæ, vt Emphyteuſis, cenſus dominicalis, feudum Lup. inl. 2. comment. 2. parag. 1. num. 46. C. de pact. inter emptor. Porrò tenetur debitor ire ad domum creditoris, quando ſunt eiuſdem fori, & in eodem loco morantur. ſecus ſi ſint diuerſi fori, vt ſi vnus Bononien. alter Florentinus Pan. in c. Significante de pignor. num. 9. Mancin. de iuram. p. 4. effectu 219. Ang. ver. obligatio parag. 18. Silu. eo. q. 9.

22 Quando dies adiectus eſt ſolutioni fauore debitoris, præueniri non poteſt, & ſic non poteſt debitum repeti ante tempus c. vlt. de plus petit. Niſi in vergente ad inopiam, vel in debitore fugiente, vel in ſuſpecto, qui cogi poteſt ſatiſdare c. ſi. de fideiuſſ. Ias. in l. Si ab arbitrio ff. qui ſatiſd. cog. num. 6. & 7. Silu. vbi ſupra q. 6. Niſi eſſet ſuſpectus tempore contractus, quia tunc ſibi imputet, qui cum eo contraxit Molin. diſp. 571. num. 2.

23 Debitor fugiens, ſi alia bona competentia non habet ad debita ſoluenda, poteſt capi, & in vincula coniJci, licet dies ſolutionis nondum aduenerit, Pan in c. lator de pignor. Anchar. cons. 85. etiam die feriato in honorem Dei, & à Iudice incompetente, immo, & auctoritate propria Mandos. in reg. 31. q. 3. num 5.

24 Vxor poteſt de bonis mariti nolentis ſoluere, creditoribus ſatisfacere, etiam contra mariti expreſſam voluntatem; modò id faciat ſine ſcandalo, & caueat ne maritas iterum ſoluat Nau. c. 17. num. 116. & de iniur. & dam. dat. conſ. 1.

25 Debita, & legata ſoluenda à proprietario de bonis relictis, non autem ab Vſufructuario omnium bonorum, vt voluit Bart. in l. ſi. ff. de Vſufr. Silu. ver. Vſufruc. q. 9. verſ. 4. & q. Tenetur tamen Vſufructuarius pati, vt de facultatibus hæreditatis ſatisfiat creditoribus, & legatarijs Moned. de appell. decis. 4. alias 123. Silu. ver. vſus. 2. q 9. vers. 4. Couar. 2. var. res. c. 1. num. 7. parag. Ceterum. Si tamen legata annua ſint, ſoluenda ex fructibus. l. ſi. parag. ſin autem C. de bon. quæ liber. Ias, in l. Explicito Secunda lect. à num. 13. ff. ad Sen. conſ. Trebell. Couar. vbi ſupra Cyned. ad Decretal. collect. 114.

Eſcu

fiſcus tenetur ad debita contracta ante ſententiam contra delinquentem cum in illum tranſeant omnia iura actiua, & paſſiua. Peregrin. de iure fiſci lib 5. trac. 1. num. 54. Nam ante ſententiam nullum ius habet in bonis delinquentis. Bart. in l. Poſt contractum ff de donat. num. 15. & ſeq. vbi quod pro pœnis non habet fiſcus bona obligata.

26 Si mandaſti mihi, vt certæ perſonæ crederem, teneris, etiam ſi aliàs crediturus eram Az. on. in ſum. C. mandati.

27 Si ſit diuerſa conſuetudo inter locum contractus, & locum deſtinatum ſolutioni, vel locum, vbi eſt res vendita, attendi debet conſuetudo loci contractus Brun. vbi ſupra conſ vlt. parag. Secundū præmittendum vers. Eſt tamen aduertendum.

28 Ad debita per Religioſum contracta non tenetur monaſterium, ſicut nec ex alio facto, delicto, vel contractu, niſi in duobus caſibus. Primo ſi verſum ſit in vtilitatem monaſterij. Secundo ſi commiſſa ei fuit adminiſtratio à monaſterio, in quantum ſe extendit adminiſtratio, & non plus. Et idem intellige de Abbate, & Superiore Silu. religio 8. q. 3. Ang ver. Monaſterium initio. fuſè Sanchez in ſum. lib. 7. c. 31. Molin. trac. c. 2. diſp. 140. verſ. Monaſterium ex delicto.

29 Solutio metu cenſurarum facta operatur, vt aquiratur exigenti quaſi poſſeſſio exigendi, ſi ſoluens in actu ſolutionis non proteſtetur Rota coram eraph. in vna Corduben. decim. & in alia Rom. donat. coram Ludouiſio, & in alia Rom. Cenſus coram Pegna, apud Farin. p. 1. decis. 24.

FIDEIVSSIO.
V. Iuramentum.

1 EST alienæ obligationis in ſuam fidem receptio, principali tamen manente obligato. Silu. ver fideiuſſio.

2 Fideiubere poteſt, qui habet bonorum ſuorum adminiſtrationem. Quare excluditur Religioſus niſi de licentia Abbatis, & maioris partis monaſterij aſſenſu c. pen. eo. tit. Item, Clericus pro laico, niſi in neceſſitate c. Te quidem, iuncta Glo. ver. fideiuſſor. 11. q. 1. num. 3. & c. 3. num. 11. de fideiuſſ. tenet tamen fideiuſſio quoad patrimonium, & fructus beneficij Ang. eo. tit. parag. 8. Silu q. 3. Azor. p. 3. lib. 11. c. 12. dub. 2. de fideiuſſ. Item excluditur mulier pro viro ſuo ſemper, nec etiam pro alio, niſi in ſex caſibus Primo quando fideiubet de pretio dando, vt quis ſeruum manumittat. Secundo quando pro dote alicuius mulieris. Tertio quando renuntiat certiorata priuilegio Veliani, præſertim cum iuramento, de quo Molin. diſp. 540. Pan in c. Ex reſcripto num. 9. de iureiur. Quarto quando pretium, vel aliquid loco pretij accepit pro fideiuſſione. Quinto quando fideiuſſit in fraudem. Sexto quando pignus, vel fideiuſſorem pro alio dedit, & poſt biennium à die primæ cautionis iterum ſe obligauit. V. Silu. vbi ſupra q. 6.

3 Poteſt fideiuſſor pro fideiuſſione aliquid accipere; eſt enim obligatio ciuilis pretio æſtimabilis Cai. 2. 2. q 78. art. 2. Nau. c. 17 nū. 285. vers. In num. 6. Silu. vbi ſupra q. 17. Couar. 3. var. res. c. 2. num 6. Roder. in ſum. p. 1 c. 120. concl. 4. licèt Silu. & Couar. Rota coram Ludouiſio in Rom. affictus, 8. Martij 1604. id concedant, ſi inſpecta qualitate, & bonis debitoris exponat ſe periculo ſoluedi debita Alij tamen abſolute docent ſic Salon. 2. 2 q 78. art. 2. contr. 4. Azor. p. 3 lib. 5. c. 2 in fi. Arag. 2. 2. q. 77 ar. 4. circa tertiam cauſam. Item Azor. lib. 15. lib. 10. c. 22 dub. 6.

4 Succeſſor Prælati nō eſt eius hæres: quare non obligatur pro eius fideiuſſione. Silu. vbi ſupra q. 5.

5 Promittens alterū præſētare liberatur, ſi is, pro quo fideiuſſit, poſt fideiuſſit cōmiſſit capitale crimen, pro quo condemnatus fuit ad mortem, uel bannitus, & fugit l. ſed. & ſi quis ff. ſi quis cautiōn. in principio Niſi fideiuſſor eſſet in culpa lata reſpectu maleficij poſtea perpetrati quia in conſcientia tenetur ad reſtituendum damnum Silu. vbi ſubra q. 6. Ang. eo parag. 9.

6 Fideiuſſor non cogitur ſoluere principali debitore in diſcuſſo, etiā quod cōſtituerit ſe principalē debitorem. Auth. Præſente

C. de

C. de fideiuſſ. Niſi ſpecialiter renunciet beneficio d. Auth. Pan. in c. Peruenit num. 6. de fideiuſſ. An verò ceſſet hoc priuilegium ſi fideiuſſit cum iuramento. Zachar. apoſtill. ad Pan. loco cit. affirmat At Ant. Franc. ibidem negat, quia iuramentum validat quidem, & corroborat contractum & actum ſuper quo interponitur; non tamen tollit iuranti priuilegium.

7 Debitor fideiuſſori tenetur ad omnia damna, quæ ex ſua culpa illi eueniunt c. 2. & 3. de fideiuſſ. Silu. q. 10. Ang. parag. 15. Garz. c. 38. num. 8. Azor c. 22. cit. dub. 10.

8 Simpliciter fideiubens non tenetur ad intereſſe, aut debiti augmentum Glo. in 6. c. 3 & ibi Pan. num. 7. Silu. q. 13. Quòd ſi ſoluit ſciente, & conſentiente debitore, repetere poteſt in conſcientia, ſiuè ſponte, ſiue coactè ſoluerit, & debitor tenetur, quia ſic intelligitur mandaſſe, vt ſoluat, aliàs non Silu. vbi ſupra Ang. parag. 16.

9 Fideiubens ad certum tempus, ſi id à creditore prorogetur, non tenetur: ſecus ſi obligatio ſit pura, licet ſolutio ad tempus differatur Pan. vbi ſupra in fine Silu. q. 14. Ang. parag. 17. Roder. in ſum. p. 1. c. 120. concl. 3. Azor. vbi ſupra q. 12.

10 Fideiuſſio acceſſoria ei, quod non tenet, non eſt valida, vt ſi prodigo fam. Glo. in c. Si diligenti, de foro comp. & in c. Grauis de cenſib. Garz. vb ſupra num 7. Niſi creditorem neſcientem deceperit aſſerendo debitorem poſſe contrahere, & eſſe ſoluendo Azor. vbi ſupra q. 16.

11 Poteſt creditor aliquid moderatum accipere à fideiuſſore vt eum ab obligatione liberet Molin. diſp. 319. num. 3.

12 Fideiuſſor agere poteſt ante ſolutionem contra debitorem, vt eum liberet ſi diù in obligatione ſtetit; aut ſi debitor incipit vergere ad inopiam: aut ſi fideiuſſor condemnatus ſit, c. fi. de fideiuſſ. aut ſi hoc ab initio conuentum ſit. Silu. q. 15. Azor. q. 13. aut ſi fideiuſſor timore alicuius pœnæ offert ſolutionem, & quia creditor non vult recipere, illam deponit in loco ſacro, aut aliter ad id deputato, aut apud publicum depoſitarium Molin. diſp. 546. num. 11. per l. fideiuſſor qui minori ff. de fideiuſſ. aut quando breui eſt condemnandus: aut quando eſt obligatus per inſtrumentum guarentigiatum Rota coram Buratto deciſ. 401. num. 7. vbi Ferenill. littera B. multos cumulat, & variè limitat. Vel quando principalis eſt rixoſus Barbos ad c. vlt. de fideiuſſ. vbi plures caſus enumerat in quibus fideiuſſor agere poteſt, &c. Regulariter autem fideiuſſor agere non poteſt contra principalem pro releuatione ſuæ indemnitatis antequàm ſoluat, iuxta text. expreſſum in l. Si pro ea C. mandati Vide c. Conſtitutus, & c. fi. de fideiuſſ.

ALIENATIO.

V. Contractus. Dos. Filij. Legatum. Pactum. Peculium. Promiſſio. Suſpenſi ipſo iure. Teſtamentum.

1 ALIENATIO eſt actus, per quem dominium transfertur, l. 1. C. de fund. dot; Glo. in c. Cum nulli de reb. Eccl. non al.

2 Alienatio continet donationem, conditionem, venditionem, permutationem, & Emphyteuſim perpetuam, c. Nulli de reb. Eccl. non al. Et omnem contractum, per quem dominium transfertur l. 1. cit. Item hypothecam ſpecialem Molin. diſp. 464. & ſeq. Item cenſus impoſitionem: quare in cenſus impoſitione re Eccleſiaſtica requiritur aſſenſus Apoſtolicus. Ricci. us p. 2. deciſ. 154. cum ibi relatis.

3 In alienatione rerum eccleſiæ, etiam mobilium pretioſarum quæ ſeruari poſſunt, requiritur ſolemnitas extrau. Ambirioſæ de reb. eccl. non al. Pan. in 6. c. Cum nulli Hoſt. in ſum. eo. tit. parag. Quæ reſol. Silu. ver. alienatio q. 10. Ang. eo. parag. 5.

4 Ad ſolemnitatem requiritur Primo

caula

cauſa legitima, de qua lib. 6. ver. ſuſpenſi ipſo iure. Secundo auctoritas Epiſcopi, quæ nihil aliud eſt, quàm eius conſenſus, Glo. in c. 1. de reb. ecc. non al. ver. tractatus. Sed nunc requiritur aſſenſus Apoſtolicus per d. Extrau. Quaranta ver. Alienatio num. 15.

Tertio tractatus, ideſt propoſitio, ac diſcuſſio, num conueniat rem alienari Pan. in c. Tua, de his, quæ fiunt à Præl. num. 6. Sufficit verò ſecundum eum num. 3. Molin. de contract. diſp. 468. num. 5. Anchar. in 6. c. Tua, & ibi Io. And. Azor. p. 2. lib. 9. c. primo q. 4. vnicus tractatus.

Quarto conſenſus expreſſus maioris partis capituli, non habita ratione abſentium. Pan. in c. 1. de his quæ fiunt à Prælat. num. 5. ſufficit autem rati habitio, vbi fortè ſuperior alienauerit inconſulto capitulo, c. Cum vos, eo. tit.

Quinto Subſcriptio, vbi res donata venditur, aut permutatur c. 1. cit. quæ in multis locis non ſeruatur, vt affirmat Pan. in 6. c. num. 4. Vbi verò ſeruatur, ſufficit ſubſcriptio Notarij ſeruanda tamen conſuetudo Armill. ver. alienatio parag. 6. V. Molin. diſp. 468.

5 In alienatione rerum eccleſiæ inferioris ſufficit conſenſus ſuperioris; nec requiritur ſupradicta forma niſi ea eccleſia inferiores habeat Silu. ver. alienatio q. 12. Ang eo. parag. 10. Hodie Epiſcopi, & Abbates iurant non alienare inconſulto Romano Pont. etiam accedente conſenſu Capituli. Pan. in c. Vt ſuper his, de reb. eccl. non al. num. 8. & 15. Molin. vbi ſupra num. 8. Nunc tamen per Conſtitutionem Vrbani VIII. anno 1624. emanatam requiritur aſſenſus Apoſt. etiam in conſtitutione cenſus.

6 Si ex huiuſmodi alienationibus Eccleſiâ ſit notabiliter læſa, reſtituitur, licet ſit ſeruata ſolemnitas, c. Ad noſtram, & ibi Pan. de reb. ecc. non al. Couar. 2. var. reſol. c. 17. num. 2. non tamen poſt quadriennium c. 1. & 2. de reſt. in integr. in 6. & Clem. vn. eo. tit. Glo. in 6. c. Ad noſtram, ver. per multos, per l. fin. C. de temp. in integ. reſt. Niſi læſio ſit enormiſſima Capell. Tholos. decis. 239. cum ibi not. text. in 6. c. 1. vbi Glo. fin. notat quadriennium currere à die mortis Prælati, qui alienauit, aut qui impediuit petitionem reſtitutionis, & Glo. in 6. c. Ad noſtram dicit ſubueniri Eccleſiæ iure communi etiam poſt quadriennium, vel iudicis officio De alienatione rerum Eccleſiæ, omnibuſq; ad eam requiſitis, optimè Quaranta ver. alienatio. Roder. de regul. to. 1. q. 27. Molin. diſp. 464. ad 469.

7 Ex diuturnitate temporis, vt triginta annorum præſumuntur interueniſſe ſolemnitates requiſitæ in alienatione rei Eccleſiaſticæ Riccius p. 1. decis. 174. vbi ad verbum refertur conſilium Io. Mariæ Nouarij, & in praxi Archiep. decis. 34. Gratia, diſcep. for. c. 415. num. 19. & ſeqq. & c. 468. num. 61; modò cum ipſa diuturnitate temporis concurrat ſcientia, & patientia eorum, cum quibus res eſt geſta d. c. 415. num. 29. ad fi Et modò non oſtendatur inſtrumentum alienationis ſine aliqua ſolemnitate, aut defectiua, quia tunc curſus temporis non iuuat poſſeſſorem Barbos. ad c. Ea noſcitur, num. 4. de his quæ fiunt à Præl. & Quaranta vbi ſupra num. 46. vers. præſumuntur. Et modo concurrat continua quaſi poſſeſſio, ſeu ſolutio canonis. Rota in vna Neapol. Fundaci 1. Iunij 1578. relata à Quaranta num. 46. cit. Et modò per partium conuentionem Papæ beneplacitum non requiratur, per clauſulam Et quatenus Papæ aſſenſus, & beneplacitum interueniat ibidem Vbi quod præſumitur Papæ beneplacitum, quoties de iuſtitia tituli, aliiſq; de iure requiſitis appareret, & ſic quòd cauſa alienandi, & euidens Eccleſiæ vtilitas ſubeſſet. Item quando tranſactum eſt tempus immemorabile Quaranta ibidem Non præſumitur tamen per huiuſmodi diuturnitatem temporis, mandatum Barbos. ad c. Ex parte de reſcrip. num. 8. & alij ibi relati.

8 Iurans non alienare poteſt cum vtilitate Eccleſiæ; niſi iurauerit non alienare inconſulto Papa, aut alio Superiore Pan. in c. Vt ſuper de reb. eccl. non al. niſi res ſit modica Silu. vbi ſupra q. 16. Ricc p. 2. decis. 163.

Digitized by Google

9 Accipiens rem ab eccleſia alienatam ſine ſolemnitate, eſt ipſo iure excommunicatus extrau. Ambitioſæ cit. & reſtituere tenetur, nec poteſt repetere pretium c. Nonliceat 12. q. 2. Niſi pretium verſum ſit in ipſius Eccleſiæ vtilitatem: aut niſi cauſa alienandi fuerit legitima: aut niſi alienatio effecta ſit vtilis Eccleſiæ; tunc enim omnia ſtarent in conſcientia, & contrahentes tuti eſſent à cenſuris, quæ latæ cenſentur ad vitandas fraudes Ang. ver. alienatio paragr. 14. Silu. eo q. 14. adde ſi ipſa Eccleſia velit contractum ſtare: Nam recedere poteſt: Secus de emente. Rota coram Seraphino decis. 256. Pan. in c. cauſam quæ El. 1. de iudic. num. 11. Tertius autem allegare non poteſt nullitatem, niſi talis ſit, quæ ſanari non poſſit per partis conſenſum, & in caſu, quo ſaltem ille, qui habet principale intereſſe non cõtradicit. decis. cit. Adde Secundo ratificationem huiuſmodi non valere niſi adhibitis ſolemnitatibus, quæ ante contractum erant obſeruandæ Villagut pluribus cit. de reb. Eccl. malè al. lib. 2. c. 5. a num. 200. Adde Tertio ex Sarmiento de redd. Eccl. p. 1. c. 2. num 6. & ſeq. poſſe quem retinere rem Eccleſiæ ſine ſolemnitatibus alienatam in euidentem &c. quouſq; Eccleſia reſtitutionem petierit.

10 Res Eccleſiæ alienari poſſunt ob vrgentia debita Eccleſiæ, quibus aliter ſatiſfieri non poteſt c. Ad noſtram de reb. Ecc. non al. Intellige ſi debita ſint legittimè contracta ab Eccleſia. Dicitur verò debitum legitimè contractum ab Eccleſia, quando fuit cum conſenſu Apoſtolico, ſine quo Eccleſiæ bona obligari non poſſunt: niſi verſum fuiſſet pretium in vtilitatem Eccleſiæ, quod probare tenetur creditor in mutuo in depoſito, & pro ſolutione debiti legitimè contracti Couar. alios referens 2. Var. res. c. 17 num 3. Nec creditur aſſertioni Prælati Addit. ad Quarantam ver. alienatis ad num 36 Rebuff. & Dec. ibi cit.

11 In modicis non requiritur Solemnitas c. Terrulas 12. q. 2. Silu. ver. alien. q. 3. Armill. parag. 18. quæ verò dicatur res modica vide glo. in d. c. Terrulas & alios, quos refert, & ſequitur Quaranta vbi ſupra, verſ. Quarta limita. Regulariter dicitur modica Terrula, que vix aſcendit ad ſummã decem aureorum Prax. Neapol. c. 60. vel viginti glo. in d. c. Terrulas. licet præceſſerit iuramentum de non alienando: modica enim ſunt exempta ab omni ſolemnitate iuris Silu q. 16. Nec in his quæ Religio incapax ſibi relicta cogitur vendere, quia ex regula poſſidere non poteſt Silu. q. 21. Immo huiuſmodi Religio poteſt cum hærede conuenire de certa ſumma, & quantitate pecuniarum ſemel tantum ſoluenda pro legatis & inſtitutionibus. &c. vt Minoribus conceſſit Clem 7. in Bulla incip. nuper 1525. 22. Ian. & eſt 15 in ordine. Nec in alienatione, vel commutatione minus vtilium pro vtilioribus c. vt ſuper parag. Poſſeſſiones de reb. Eccl. non al. Nec in alienatione bonorum Hoſpitalis priuati non fundati auctoritate Epiſcopi. Nec in alienatione bonorum Fraternitatum, & relictorum pauperibus in genere Felin. in c. De quarta col. 2. de præſcript. V. Quarantam vbi ſupra num. 29. Ricc. in ſua praxi decis. 48. & alios plurimos, quos congerit Barbos. de offic. Epiſ. p. 3. alleg. 75. num. 32. quorum multi abſolute dicunt bona fraternitatum eſſe bona laicalia. Alij inter quos Menoch. de recup. poſſ. remid. 15. num. 34. volunt, quod ſi Oratorium in quo iſti laici conueniunt, eo animo ab eis ſit extructum, ac bona eo animo ſimul congeſta, vt confraternitati deſeruiant, & poſſit de illius bonis libere diſponere, ac tractare; & tunc illa bona tamquam loci prophani ad libitum alienari poſſunt, ſecus verò ſi Oratorium ſit ab eis extructum, vt ſit ſacrum, Deoq; dicatum, eaq; bona congeſta ſunt ad opera Oratorij neceſſaria, & ad pauperum ſolamen. Alij verò teneant, quòd ſi Oratorium ſit Epiſcopi autoritate fundatum eius bona ſine ſolemnitate diſtrahi non poſſunt: ſecus ſi non ſit Epiſcopi autoritate fundatum. Hi ſunt inter alios Barbos ubi ſupra Bonac. de contract. diſp. 3 q 8. punc. 4. num. 21.

12 Licet Rectori alienare res Eccleſiæ in caſibus iure permiſſis, licet donatæ ſint

ea

ea conditione, ne alienari poſſint. Hoſt. Imol. Archid. Pan. quos refert, & ſequitur Silu. ver. alienatio q. 21. Azor. p. 2. lib. 9. c. 2. q. 9. Glo. in c. Verum, ver. debeat reuocari, de condit. appos

13 Prohibitus alienare ſub pœna priuationis, ſi redimat, excuſatur: & alienans partem non cadit à toto. Rota multos referens apud Farin. p. 2. decis 593. num. 6.

14 Clauſula quæ aſſenſu Apoſtolico apponi ſolet in alienatione rei eccleſiaſticæ, quod prædium ſubrogetur in aliud prædium, importat modum, non conditionem quare non ſpectat ad emptorem curare, quod pretium conuertatur in vtilitatem Eccleſiæ Glo. in Auth. Hoc ius porrectum, verſ. aliter in prima ſolut. C. de ſacroſan. Eccl Rieciusin ſua Praxi for. eccl. decis. 100. Silu. q. 26. ver. alienatio ſufficit enim emptori emere iuſto pretio reliquum relinquitur conſcientiæ vendentium.

15 Prohibitus alienare poteſt mobilia quæ ſeruari non poſſunt Sunt autem fructus, triticum, vinum, oleum, lana, agri, & cœteri redditus. Veſtes etiam, quæ quotidie veteraſcunt, & his ſimilia Item iumenta, & mancipia, non tamen ea quæ ſunt prædiis quaſi affixa. Item pecunia quotidiano vſui inſeruiens Pan. in c. Nulli de reb. eccl. non al & in c. Prælatorum de accuſ. num. 8. Molin. diſp. 465. Silu. vbi ſupra q. 7. Nomine mobilium, & immobilium non veniunt iura, & actiones, & nomina debitorum: ſunt enim hæc bona tertiæ ſpeciei. Niſi diſpoſitio intendens compræhendere totum alicuius patrimonium, mentionem faciat ſolum de mobilibus, & immobilibus, Silu. 9. 4. Vide tamen Molin. tract. 2. diſp. 68.

16 Alienari prohibita dari poſſunt deſcendentibus in dotem, & donationem propter nuptias Auth. Res quæ C. Commun. de lega. quod rectè intelligit Iaſ. in l. Quæ de legato ff de lega 1. num 8. eo. in l. filius fam. parag Diui prima lect. à num 50. & in 2 lect. num 77. num 157. quando prohibitio facta eſt per teſtamentum, non verò ſi per contractum.

17 Alienationem accipiens, etiam in conſcientia non tenetur reſtituere quod in fraudem creditorum eſt ſibi alienatum, ſi à crediroribus non petatur infra annum à die ſcientiæ Molin diſp. 328. num. 9.

18 Etiam Papa alienare nequit rem Eccleſiaſticam in vſus non pios, nec Eccleſiaſticos. & ſi alienauerit, non tenet alienatio Nau. de ſpol. cler. parag. 2. à num. 2.

DONATIO.

Vide vbi ſupra.

1 DONATIO eſt quæda liberalitas, quæ nullo iure debetur, l. Donari ff. de reg. iur. & perficitur nudo pacto l. Si quis argentum parag. vlt. C. de donat. aut traditione rei, quando ſine vlla promiſſione præcedente quis rem ſuam alteri tradit, vt ſtatim fiat eius ibidem Azor. p. 3. lib. 11. c. 1. q. 1.

2 Diuiditur autem donatio primo in donationem cauſa mortis, & in donationem inter viuos. Illa eſt cum quis propter mortis ſuſpicionem ita donat, vt ſi quid ei humanitus contigerit, res fiat donatarij ſi autem ſuperuixerit, ſit donantis. Alia eſt, quæ ſine vlla mortis cogitatione fit, & res ſtatim fit donatarij. Inſti. de donat. initio, & parag Alia. Secundo diuiditur donatio inter viuos in puram, & abſolutam, & in conditionalem, vel modalem, vel ob cauſam. Pura eſt, quando res donata ſtatim fit donatarij Conditionalis, quando eius effectus ſuſpenditur in tempus cõditionis impletæ. Modalis eſt, v. g. donaui equum, vt non ſi tuus vſque ad annum, & hæc non ſuſpenditur, ſed ſtatim valet, Donatio ob cauſam eſt, qua aliquid datur alicui, vt certum quid faciat, Azor vbi ſupra c. 2.

3 Donare ij tantum poſſunt, qui re ſuæ dominium, ſiue proprietatem habent & nullo iure donare prohibentur. l. Cui ius donandi ff. de reg. iur.

4 Filius fam. donare poteſt de caſtrenſi, vel quaſi l. filius fam ff. de donat. & de aduentitiis, ſi habeat liberam eorum

adminiſtrationem à Patre, ſi iuſta ratione motus donauerit, vt ſi donauerit Matri, vel ſorori, aut alijs conſanguineis, qui alimentis indigent: Cauſa verò mortis donare non poteſt de aduentitijs ſine conſenſu expreſſo Patris, licet vſusfructus & plena ipſorum adminiſtratio ad filium ſpectet Iul. Clar. parag. Donatio nũ 5. & 6. Molin. diſp. 288. num 24. & duob. ſeq. Si tamen donet ipſi Patri, aut alijs fratribus in poteſtate Patris conſtitutis, requiritur Iudicis auctoritas, quia nullus in facto ſuo auctorizare poteſt Pan. vol. 2. conſ. 42. in fi. Azor. vbi ſupra c. 3.

5 Filius qui de conſenſu Patris in ſcholis, aut in Curia commoratur, donare poteſt quatuor, aut quinque de centum. Item Religioſus, qui de ſuperioris licentia, & impenſis ſtudet, aut negotiatur, modò id honeſtæ recreationis cauſa faciat: quia Pater, & Superior tacitam eius rei facultatem facere videntur. Nau. c 20. num 12

6 Donatio ad ſui ſubſtantiam requirit donatarij conſenſum, ſufficit autem tacitus, cum videlicet præſens eſt, & tacet qui enim tacet conſentit in iis, quæ ad eius vtilitatem ſpectant Iul. Clar. vbi ſupra q. 14. Azor c 5. q. 1 & 2. Sufficit etiam factam eſſe donationem coram Notario, & teſtibus ad hoc, vt non poſſit ante acceptationem, vel repudiationem reuocari. Sot. de iuſt. lib 3. q. 5. art 3. Intellige ſi Notarius tamquam perſona publica, aut alius, cui à iure conceditur, acceptet nomine abſentis Couar 1. var. res. c. 4. num. 12. Iul. Clar. vbi ſupra q. 14. Molin. diſp. 264. Nau. de iureiur. conſ. num. 10. & Com. Qui verò acceptare poſſint pro alijs vide ver. promiſſio num 9.

7 Donatio vltra quingentos aureos, non facta inſinuatione Iudici, nulla eſt, l. pen parag. ſi. C. de donat. Intellige nullam quoad exceſſum; nam valet quoad quingentos Molin diſp. 278. Si tamen confirmetur iuramento, quod vim inſinuationis ſupplet, valida omnino eſt etiam quoad exceſſum Nau. de donat. conſ. 10 Iul. Clar q. 18. in c. Cum contingat de iureiur. Couar. rub. 2. de teſtam. num. 10. Sil. donatio 1. q. 6. Ang. don. 3. parag. 4. Azor p. 1. lib. 11 c. 7 q. 1. vers. Sed conceſſis & p. 3. lib. 11. c. 6 q. 10. Idem ſi donatio ſit facta Eccleſiæ, aut alteri piæ cauſæ. Silu. ver. ſtatum q. 2. Azor plures referens par. 3. c. 6. cit. q. 6. Molin. diſp. 279. nũ 2. Quingenti ſolidi, de quibus l. pen. cit. hodie faciunt ſumma ſeptingentorum ſcutorum noſtri temporis. Iul Clar. q. 15. num. 1. vel octingentorum vt vult Azor vbi ſupra q. 1. Item non eſt neceſſaria inſinuatio in donatione remuneratoria, quæ dicitur antidoralis; Nec in donatione ob cauſam præteritam Clar. q. 16. Secus in gratuita, & liberali remiſſione debiti excendentis ſummam quingentorum ſolid. Clar ibidem. Eſt autem inſinuatio, Iudicis approbatio. Sufficit autem ſi donatio ipſa ſcripta Iudici denuncietur ſiue in loco iudicij, ſiuè in alio; nec requiritur decretum, cum cauſæ cognitionem non requirat. Clar. q. 15. & 16. cit.

8 Donatio omnium bonorum præſentium, & futurorum facta inter viuos non valet Pan. vol 2. conſ. 41. num. 1. Iul. Clar. alios referens q. 19. & com. vt teſtatur Cou. rub. de teſtam. p. 2. num. 4. & 5. Etiam ſi iuramento firmetur. Sed rectius alij affirmant eo caſu validam eſſe, ſic Couar. loc. cit. alios referens Molin de contrac. diſp. 280. num. 3. & 4. Azor. p. 3. lib 11. c. 9. q. 7. cum non ſit contra bonos mores naturales nec peccatum contineat: alioqui enim inualida eſſet facta Eccleſiæ, aut locis pijs, quam tamen omnes approbant. Limita primam opinionẽ, niſi reſeruauerit ſibi vſũfructum, de quo poſſit liberè diſponere etiam per vltimam voluntatem. Couar 3. var. res. cap. 12. num. 3 Clar vbi ſupra. V Molin diſp. 280. num. 8. Itẽ niſi donauerit Eccleſiæ Pan. in c. In præſentia de probat. num. 2. & conſ. 102. num. vol. 2. Leſſ. 2. lib. c. 18. nũ. 13. Clar. vbi ſup. Cou. de teſtam. loc. cit. num. 3.

9 Collatũ beneficiũ nõ poteſt propter ingratitudinẽ reuocari, non enim eſt propriè donatio Pan. in c. fi. de donat. nũ. 9. Iul. Clar. vbi ſup. q 21. Sil. donatio 1. q 14. Ancha. in d. c. fi. num. 10. Molin. diſp. 281. in fi.

10 Donatio ob cauſam, vt remunera-

tioni

tionis, non poteſt reuocari; habet enim potius ratione ſolutionis debiti, quam donationis Ang. donatio 1. parag. 53. Silu. vbi ſup. in fi &. 21. Mol. diſp. 181. V. Anchar. in Clem. 1. de reb Eccl. nõ al. nu. 6. Felin. in c. ſicut de re iud. nu. 27. Sanch. fusè de matr. lib. 6. diſ. 6.

11 Donatio facta extraneo ſiuè partis, ſiuè omnium bonorum reuocatur in totum per ſuperuenientiam liberorũ l. ſi vnquam C. de reuoc. don. Quota verò eſſe debeat pars bonorum, non conſtat inter Doctores, alijs ſaltem dimidiam, alijs etiam minorem dimidia. quorum opinionem veriorem eſſe docet Couar. 2. ver. res. c. 19. num. 12. Alijs ſaltem quartam partem: alijs id eſſe iudicis arbitrio relinquendũ, affirmantibus vt præter Couar. aſſerit Mol. diſp. 282. nu. 6. Quod ſi donans non reuocet, filij non reuocãt niſi quatenus inofficioſam. Excipe Eccleſiam & Piam cauſam: his enim facta donatio nõ reuocatur niſi vſq; ad legitimam filiorum Silu. donatio 1. q 18. & com Si tamen donatio eſſet omnium bonorum, reuocanda eſſet in totũ de æquitate Molin. vbi ſup. Excipe item Monaſterium, quia habetur loco filij. & non reuocatur donatio ei facta, niſi vſq; ad legitimam Couar. 2. var. reſ. c. 19. nu. 5. Excipe item caſum, quando donãs cum iuramento ranontiauerit d l. Si vnquam aut cum in ipſo actu donandi de liberis cogitabat, & nihilominus donauit Molin. vbi ſupra nu. 7. Reuocata non confirmatur morte filiorum; niſi donans poſtea ſaltem tacitò cõfirmet, vtquia patitur donatarium donatis frui. Iul. Clar. q. 23. Molin. vbi ſupra nu. 8.

12 Donatio facta extraneo reuocatur natiuitate filiorum, etiam ſi confirmata ſit iuramento Clar. in c Quamuis pactum p. 1. parag. 4. num. 3. Silu. vbi ſupra q. 19. Armill. eo parag. 14. Tiraquill. in d l. ſi vnquam in præfat. à num. 164.

13 Donatio inter ſponſos de futuro valet, ſi matrimonium ſequatur, glo in c. Donatio, de don. inter vir. & vx. Quòd ſi non ſequatur culpa donantis, res efficitur pleno iure donatarij, & ſi donans aliquid à donatario accepit, reſtituit. Si verò culpa donatarij, totum quod accepit, reſtituit danti l. Cum veterum C. de don. ante nup. Si verò neutrius culpa, vt alterius morte, aut religionis ingreſſu, aut alia ſimili, ſiquid; ſponſus donauit ſponſæ; neq; oſculum, neq; copula interuenit, ipſe, uel eius hæredes totum recuperabunt. Si uerò oſculum, aut copula interuenit, recuperabit dimidium. Si autem ſponſa donauit ſponſo, totum recuperabit etiam interueniente copula l. ſi ab ſponſo C. de donat. ante nupt. Silu. donatio 2. q. 1. Molin. diſp. 190.

14 Donatio inter coniuges facta contracto matrimonio, aut ante, ſed in tempus, quo erit celebratum, poteſt reuocari l. Cum hic ſtatus parag. Si ſponſus ff. de don. inter uir. & ux. Nau. c. 17. num. 149. Molin. diſp. 289. num. 2. & com. Immo donatio in tempus matrimonij eſt nulla quia nec ante matrimonium dominium tranſiuit, cum noluerit, nec poſt, cum non potuerit l. Quod ſponſæ, & ibi Glo. C. de donat. ante nupr. Silu. uer. Dos q 6. Fallit primo ſi interueniat iuramentum de non contraueniendo Nau. de don. inter uir. & ux. conſ. 1. & de donat. conſ. 8 Couar. rub. de teſtam .p. 2. num 10. Ias. in l Pacta C. de pact. Sanchez de matr. lib. 6. diſp. 11. Silu. donatio 2. q. 4 Ang. donatio 3. parag. 4. Pan. in c. fi: de don. inter vir. & ux. num. 9 & uol. 2. conſ. 95. Tuſc. tom. 1. uer. Donatio concl. 91. à num. 34. & concl. 94. per tot. V. Clar. parag. Donatio q. 22. Secundo ſi fiat ob piam, & honeſtam cauſam, ut ſi alteruter locum dederit cauſa ſepulturæ licet enim donans fiat pauperior, recipiens tamen temporaliter non fit ditior. Non fit autem pauperior, qui non acquirit cum poſſet, ſed qui de patrimonio ſuo depoſuit. Tertio ſi donatur in tempus finiti matrimonij, ut ſcilicet res tunc fiat mariti, uel uxoris, cum mors fuerit ſubſecuta, iuxta l. Sed interim ff. de don. inter uir. & ux. Quarto Si donatio ſit remuneratoria Ias. in l. Ex hoc iure ff. de iuſt. & iur. num. 66. & in l. Iulianus parag. Qui fundum

num. 13. ff. de verb. oblig Pan. rubr. de donat. Sanchez. lib. 6. matr. diſp. 6. Couar. c. Cum in officijs de teſtam num. 10. Quinto ſi fiat cauſa mortis, cuiuſq; ſpecici ſit donatio l. ſed interim cit Sexto ſi maritus conſtante matrimonio remittat vxori promiſſam dotem in toto vel in parte. Non iurata confirmatur morte donantis, ſi tacitè ſaltem non reuocauit. c. ſi. de don. inter uir. & ux. Et non excedat ſummam quingentorum ſolidorum vbi non fuerit inſinuata Silu. donatio 2. q. 1. 3. & 4. Confirmatur etiam morte ciuili, vt profeſſione in religione, quæ non poteſt poſſidere, aut cum quis efficitur ſeruus pœnæ mortis. Silu. q. 4. cit. Septimo cum dans non ſit pauperior, licet recipiens fiat ditior vt ſi maritus repudiet hæreditatem, vt deferatur vxori ſubſtitutæ, glo. & Pan. in d. c. ſi. Octauo cum plebeius ducit nobilem, quia videtur recompenſare nobilitatem Silu. donatio 2. q. 1. & ver. Dos. q. 6

15 Non dicitur donare, qui neceſſarijs rebus ſuccurrit, vt ſi vir pro vxore ſoluit vectigalia l. Ex annuo ff. de don. inter vir. & vx. Sil. q. 1. cit. Nec qui ad dandum neceſſario cogitur. Anchar. cons 295 num. 7.

16 Donatio facta vxori à conſanguineis uiri ipſius uiri eſt. facta uerò à conſanguinei uxoris, ſunt uxoris. Silu. donatio 2. q. 5. Molin. diſp. 450. Clar. q. 10. V. Sanchez de matr. lib. 6. diſp. 26.

17 Donatio inter parentes, & liberos nulla eſt, niſi in caſibus, in quibus ualet donatio coniugum Azor. in ſum. de don. inter vir. & vx. num. 28. Ias in l. Pacta quæ C. de pact. num. 6. Nauar. c. 17. num. 146. Item valet ſi confirmetur iuramento, vt dictum eſt de donatione inter coniuges. Item facta proficiſcenti ad bellum, aut ad Regiam aulam, quia ſtatim fiunt bona caſtrenſia. Item donatio librorum, ſi filius in procintu ſit exercendi facultatem quam didicit; fiunt enim bona quaſi caſtrenſia. Item ſi donet Vſumfructum bonorum filij l. Cum non oportet parag: Non autem, uers. ſin autem C. de bon. quæ liber. V. Molin diſp. 291. Item facta propter nuptias l. Pomponius ff. famil erciſc. Item ob remunerationem Nau. ubi ſupra num. 145. Item ad alimenta Molin. diſp 238. Et generaliter donationes ob cauſam, quæ tamen iuxta com. ut refert. Molin. adducendæ ſunt ad partitionem, niſi Pater prohibuerit l. Vt a liberis C. de coll.

18 Donatio ſimplex facta filio in poteſtate, morte Patris confirmatur ſi non reuocauit, & retrotrahitur ad tempus, in quo facta eſt debenturq; ex ea die fructus omnes. Si tamen excedat ſummam quingentorum ſolid. nec fuit inſinuata, non confirmatur quoad exceſſum, niſi confirmata ſit iuramento Molin. diſp 243. aut Pater in morte expreſſè confirmauerit, idem diſp. 238. Confirmatur etiam emancipatione, quando donatio facta fuit filio in poteſtate exiſtenti, & non fuit reuocata, l. ſiue C. do don. V. Silu. donatio 2. q. 7. Igitur donatio Matris facta filio etiam non emancipato ſtatim tenet, quia non habet filios in poteſtate, etiam ſi non ſit facta traditio l. Cum de bonis & l. Cum res C. de donat. Molin. diſp. 243. Ias in l. frater à fratre in ſi. ff. de cond. indeb. & com. licet Capella Tholos. q. 192. dicat non ualere donationem matris factam filio in Patris poteſtate.

19 Donatio Aui cenſetur aduentitia, Nepotiq; acquiritur quoad proprietatẽ, quoad uſumfructũ Patri, l. Cum non oportet C. de bo. quæ lib. quod Molin. diſp 232. affirmãs de com. intelligit de bonis Aui materni reſpectu Patris, & de bonis Aui paterni reſpectu matris: nam de bonis Aui paterni reſpectu Patris, docet acquiri potius Patri, quia eius contemplatione donata cẽſetur, niſi aliud in ipſa donatione appareat.

20 Donotio facta filio, quem tunc Pater unicum habebat, per ſuperuenientiã aliorum filiorum non reuocatur; niſi quoad eorum legitimam Couar 1. uar. res. c. 19. num. 1. Pan. in c. ſi. de donat. num. 5. Iul Clar. parag. Donatio. q 2. & 14. Molin. dicens eſſe com. diſp. 283. licet Tiraqel. in l.

ſi

Digitized by Google

ſi unquam C. de reuoc. don. uer. liberi à num. 60. dicat reuocari in totum ex præſumpta donantis uoluntate. Ampliant Molin. loco cit. & Clar. q 24. etiam ſi ea donatio eſſet iuramento firmata. Pater enim ſuo iuramento præiudicare non poteſt filijs, quoad eorum legitimam.

21 Donatio facta extraneo reuocari poteſt propter ingratitudinem donatarij, ut ſi in donantem impias manus iniecerit; ſi iniuriam atrocem, aut graue rerum ſuarum damnum, aut uitæ periculum inferre præſumpſerit, c. fi. de donat; aut ſi conditionem appoſitam non impleuerit, c Verum de condit. ap- poſ. Si uerò donatio facta à matre ſecundò nubente reuocatur, ſi donantis uitæ inſidiatus fuerit: aut ſi atroces manus in eam intulerit; aut ſi totius ſubſtantiæ illius iacturam molitus ſit Auth. Hæ quoq; C. de reuoc. don. Quòd ſi donans non reuocat, eius ſucceſſores non reuocant c. fi. cit Poſſunt tamen agere, ut ille conditionem impleat. Molin. diſp. 2. Donatario mortuo, non poteſt donans reuocare, ſi illo uiuente tacuit. ibidem. An uerò ob alias cauſas ingratudinis etiam maiores illis quinq, poſſit reuocari donatio, communis opinio affirmat, ut docet Pan in cit. c. fi. & alij. Molin tamen. loco cit. negat, quia d. Auth. Hæ quoque, utitur uerbo excluſiuo tantummodo. V. annot. marg. ad Pan. in c. Propter de donat. litera 6. & ſupra uer. Pactum. num. 5.

22 Donatio mera idest inter uiuos reuocari non poteſt ex pœnitentia donantis. Silu. donatio 1. q. 12. Rebell. de oblig. p. 2. lib. 1. q. 3. ſect. 1. num. 6. & com. ſi tamen ſit acceptata, vt ſupra de promiſſione dictum eſt. Nec profeſſione donantis in religione, quia Monaſterium eſt filius fictus, donatio verò non reuocatur, niſi per natiuitatem filij veri. Sanchez in ſum. lib. 7. c. 3. num. 41.

23 Donatio facta per metum non cadentem in conſtantem, in foro conſcientiæ non valet Silu. q. 12. cit. & uer. metus q. 12. & reſtit. 2. verſ. 8. Nau. c. 17, num. 5. & c. 18. num. 7. Roder. in ſum. lib. 1. c. 69 concl. 6. Molin. diſp. 267. P. Nau. lib. 3. c. 1. num. 378. Niſi donans fuerit in culpa ſui metus, & iuſtè incutiatur: Secus ſi iniuſtè, vt donatum ab adultero, ne à marito adulteræ occidatur: non enim poteſt ſibi retinere donatum, niſi in recompẽſationem ſui intereſſe, puta famæ leſæ, & huiuſmodi Silu. ver. mutus q. 6. Ang. eo. 10. Sanchez de matr lib. 4. diſp. 9. num. 9.

24 Donatio facta ſub modo non reuocatur, ſi modus non ſeruatur, ſed agitur tantum ad obſeruantiam modi; præcipuè ſi facta ſit in piam cauſam, niſi expreſſè hoc cautum ſit in ipſa donatione c. Verum, de condit. appos. Quòd ſi donatarius recuſat, nec vult adimplere, reuocatur: niſi facta ſit eccleſiæ, cui non præiudicat Prælatus & cui aduerſus factum Prælati ſuccuritur per remedium reſtitutionis in integrũ, tamq. eccleſia ſit priuilegiata, vt ex facto inutili Prælati non cadat à dominio, & poſſeſſione rei acquiſitæ, adeo vt etiam Prælatus ipſe, qui contrauenit, poſſit agere nomine Eccleſiæ tam in petitorio, quàm in poſſeſſorio. Gratian. diſcep. for. c. 911. num. 15. vbi alios refert. Quòd procedit quando eccleſia conuentum habet, aliàs ſolus Prælatus præiudicat. Felin. in c. Verum, de for. comp. num. 9 Glo. in c. Potuit, ver. expelli, de loca Intellige autem ſupradicta, vbi modus fuit cauſa impulſiua; Si enim fuit cauſa finalis reuocatur, etiam ſi donatio ſit facta Eccleſiæ c. Verum, iuncta Glo. ver. conditione, de condit. appos. In dubio autem cenſetur cauſa impulſiua, niſi aliter fuerit expreſſum in donatione pia enim cauſa videtur principaliter contemplata vt cauſa principalis, Silu. alin. q 20. donatio 1. num. 19. & 28 Ang. eo. parag. 47. Azor. p. 3. lib. 4. c. 24 q. 2.

25 Donatio facta filio per Patrem ex càuſa clericatus, ad cuius titulum poſtea fuit ordinatus, non poteſt amplius per Patrem reuocari, quia ex huiuſmodi donatione obligatur Pater Epiſcopo, qui alias eum non ordinaſſet. Gratian. diſcep for. c. 159. a num. 29. vbi num. 34. idem de donatione facta à Pater ex cauſa matri-

matrimonij, vbi donatio procedit non ex iuris neceſſitate, vt eſt dos, & donatio propter nuptias, quam Pater facere compellitur. De eadem materia agit idem Doctor c. 196. An conferenda ſit, ubi cum alijs ſuccedere velit in hæreditate, uide Bonac. & ab eo citatos de contract. diſp. 3. q 6. puncto 7. parag. un. num. 4. & 5. Quòd ſi filius ante ſuſceptionem ordinis moriatur, ſuccedunt hæredes, Riccius p. 3. decis 80. Cõtrariũ uerius docet Grati diſcep. for. to. 1. c. 159. requiri videlicet ordinationem, alias nullam eſſe donationem, aut ſaltem reuocari poſſe cum ſit donatio ob cauſam Idem tenent Marchin. de ord. trac. 2. par. 6. c. 7: Molin. de iuſt. to 1. diſp 141. in fi. V. uer. Peculium in fi. & Marchin. de Ordine tit. 2. p. 6. c. 6. diffic. 10 & ſeq.

26 Donatio dicitur inofficioſa, uel re tantum, uel re, & conſilio. Re tantum eſt, quando eſt in damnum, & læſionem filiorum ut quia Pater non retinet in patrimonio quantum capit legitima filiorum Clar. parag. Donatio q. 24. num. 2. Re, & conſilio dicitur inofficioſa, ſi Pater habens filios nihil eis relinquit Tuſcus concl 665. num. 2. ubi loquitur de omnibus bonis præſentibus, & futuris. Et quando Pater ſcit ſe habere filium, & donat omnia bona mobilia, & immobilia, Bart. cons. 47 in fi. ib. 2. Et quando eſt facta ex propoſito, & ad læſionem filiorũ Clar. ubi ſupra debet tamẽ probari talis animus, & tale conſilium Patris fraudandi filios. Dicitur autem inofficioſa donatio, ſiue ſit de omnibus bonis, ſiue de aliquibus quæ æquipollent omnibus Gratiã ubi ſupra c. 729. num. 35. Dabitur autem reuocatio, ſiue unica uice, ſiue pluribus donet omnia bona Surd. conſ. 197. num. 17. lib 1. Quod ſi Pater tempore donationis, non habebat filium, ſi poſtea ſuſcipiat, non dicetur inofficioſa re, & conſilio Olaſch. decis. 122. num. 29. in fi. Et competit querela inofficioſi quamuis donatio fieret pio loco Rota coram Sacrato 28. Iunij 1615. Vide Couar. 1. var. res. c. 19. num. 12. Reuocatur autem in totum per ſuperuenientiam filiorum, ſi ſit inofficioſa re, & conſilio: ſi verò re tantum, quoad legitimam V. Molin. trac. 2. diſp. 283. num. 7. & ſeq.

27 Prohibitus donare vltra certum quid, poterit donare cauſa remunerationis Ias in l. Res quæ C. Commun. de lega. Pan. in c. Per tuas de donat. num. 6. Ang. donatio 1. parag. 52: aut cauſa gratitudinis, aut eleemoſinæ, aut alterius operæ piæ Nau. c. 26. num. 39. & de donat. cons. 9.

28 Mandatum donandi morte donantis expirat re integra, l. Mandatum C. Man. modò non ad pias cauſas Couar. 1. var. res c. 14. num. ib. Molin. diſp. 263.

29 Promittens cum iuramento non reuocare donationem cauſa mortis, ſi reuocet, eſt periurus, nec tenet reuocatio; tranſit enim in donationem inter viuos Cou. rub. 2. de teſtam à num. 11. Molin. diſp. 287. num. 18. Niſi ex cauſa, vt natiuitate filiorum Silu. donatio 4. q 6. At Decius cons. 305. & alij relati à Couar. docent non obſtante iuramento reuocari poſſe. Sed prima opinio verior.

30 Si donans exprimat rem donatam per nomina deſignantia certam ſpeciem, vel corpus determinatum, tota debetur, licet poſtea menſurata inueniatur maior: Secus ſi exprimat conceptum ſuum incipiendo à numero, vel menſura, vt ſi donet quatuor iugera ex tali terra, quia tunc non venit plus Silu. donatio 1. q. 8. Bald. rubr. de empt. & vend.

31 Qui ſub forma boni Chriſtiani, vel religioſi per hypocriſim eleemoſynam accipit, ſecundum Innoc & Anchar. in c. Quia plerique de immun. Eccl. non poteſt ſibi retinere. At ſecundum Ang. Simonia 3. parag. 21. Silu. reſtit 3. q. 10 verſ. 1. poteſt ſibi retinere, ſi tantum abſcondit fragilitatem ſuam, nihil bonitatis prætendens vltra communem ſtatum ſuæ religionis: ſecus ſi fingeret ſanctitatem. Cui autem reſtituenda ſit eleemoſyna, vide infra Cui reſtituendum, verſ. Accepta per ſimulationem.

32 Donatio facta ab ingreſſuro monaſterium Cognatis, quamuis iure, antiquo

quo non valeret, præſertim Concil. Trid. ſeſſ. 25. de regul. c. 16. Congregatio tamen Card. dicti Concilij interpretium ſtatuit Valere niſi facta ſit in fraudem dicti cap. 17. intuitu ſcilicer religionis ingrediendæ V Nau. de regul. conſ. 81.

33 Legatum relictum à Teſtatore quoad proprietatem reſeruato ſibi in vita ſua vſufructu, tranſit in donationem inter viuos, ita vt ſi primum illud teſtamentum per aliud reuocetur, non cenſeatur reuocatum legatum Afflic. decis. 275.

34 Donatum monaſterio ob ingreſſum, profeſſione non ſecuta, reſtituendum Concil Trid. c. 16. cit. Riccius plures referens p. 2. decis. 27, & in ſua praxi reſol. 540. Omnis enim donatio facta eccleſiæ, vel monaſterio tempore ingreſſus tacitam habet conditionem, vt duret eo ibi perſeuerante, ibidem. Amplia etiam ſi facta ſit donatio cum promiſſione de habendo ſem per ratam, & illam non reuocando, etiam ſi contingat eum à religione exire: cum hæc dixerit, quia firmiter credidit, ſe non egreſſurum. Neque enim præſumendum eſt velle in ſeculo remanere ſuis bonis ſpoliatum. Gratian. diſcep. for. c. 95. num. 35. per conſ. 183. num 3. lib. 2. ſocin. Vnde talis clauſula non alterat naturam donationis, vt fuit deciſum per Rotam coram Lanzellotto 6. Decemb. 1605.

35 Donatum, per modum diſpoſitionis ad aliquid agendum, retineri poteſt, licet illud non fiat; vt pecunia data ad tollendum impedimentum religionis, quo oblato non ingrederis io. Med. de reſt. q. 27. Idem de dato v. g mulieri ad alliciendum ad fornicationem quamuis illa nunquam conſentiat. huiuſmodi enim donationes cenſendæ ſunt abſolutæ, non conditionales Molin. tract. 2 diſp. 86 & 93. in fi. & 170. num. 5. V. Lopez de contrac. d. 2. c. 44 de donat. modal. coroll. 2.

36 Donatum, vel relictum religioſo cum conditione, vt nihil Monaſterio acquirantur intelligitur, vt monaſterium patiatur, ac ſinat Monachum illum adminiſtrationem, & viuum habere, manente dominio apud Monaſterium, eſtq; verum lice in conditione exprimatur, vt nihil iuris Monaſterio acquiratur. Quod ſi ſuperior nolit cum ea conditione ſuum aſſenſum præbere docet Pan. in c. Monachi. de Sta Mon numero 8. non valere donationem deficiente conditione, ſed manere penes grauatum Sit etiam docet Azor. p. 1. lib. 12. c 10. q. 3. citato Bart. in primo caſu, ſed hanc opinionem recte limitat Pan. vt vera ſit, quando ille Religioſus haberet adminiſtrationem in caſu licito ad diſpenſanda in pia opera, vel ad vſus proprios licitos: ſecus, vt ille ad libitum illa bona tamquam propria adminiſtret Silu. religio 4. q. 5. V. ver. religio num. 3. de voto Paup.

37 Donatarius tenetur alere donantem ad inopiam redactum, ſi donatio fuit magna, alioqu poteſt donans reuocare Ancnar. alios referens in c. Propter num. 4. de donat. & ibi Pan. num. 5. Silu. donatio . q. 11. verſ. 5.

38 Donato ſub modo, ſiue lege vt donatarius teneatur donantem alimentare, ſi donatarius modum non ſeruet ſtatim res donata reuertitur ad donantem Molin. tract. 2. diſp. 3. verſ. 5. per. l. C. de donat. quæ ſub modo Vide tamen eundem diſp. 208. verſ Vt autem conſtet.

39 Donatio cauſa mortis non confirmatur profeſſione in Monaſterio capaci, ſed expectanda eſt mors naturalis. Idem in teſtamento facto ante ingreſſum, quia mors ciuilis non habet eundem effectum, quem mors naturalis Sanchez. de matrim. lib. 6. diſp. 27. num. 17.

EVR-

FVRTVM. RAPINA. Naufragium

V. Confeſſio. Eleemoſyna. Inuenta. Reſtitutio Sacrilegium.

1 FVrtũ ex S. Tho. 2. 2. q. *66*. ar. 3. Eſt occulta aceeptio rei alienæ. Vt verò includit rapinam, latrocinium, & prædam, ſic definitur à Silu. ver. furtum initio. Eſt cõtrectatio rei alienæ fraudulenta inuito Domino, lucri faciendi gratia ſiue ipſius rei ſiue poſſeſſionis.

2 Rapina eſt ablatio rei alienæ iniuſta, & violenta S. Tho. vbi ſupra art. *6*.

3 Naufragium eſt Naue fracta rerum, corporumq; ſubmerſio. Silu. eſt. ver. Naufragium.

4 Furti quantitas in ſe conſiderata, abſtrahendo à damnis quæ ſequuntur, Nau. c. 17 num. 4. in c. ſi: 14. q. *6*. num. 11. vult eſſe dimidium argenteum. Tolet. lib. 5. c. 10. quatuor Iulios. Cordub. in ſum. q. 29. Couar. 1. var. res. c. 3. num. 12. Vnum argenteum Sot. de iuſt. lib. 5. q. 3. art. 3. ad 3. Ang. ver. furtum parag. 34. & alij vnum, aut duos ducatos. Io. Med. de reſt. q. 10 Silu. ver. furtum q. 2. P. Nau. lib. 3. c. 1. à num. 35. Sayr cla. reg. lib. 9. c. 15. num. 9. Arag. 2. 2. q. *66*. art. *6*. Azor. p. 3. lib 5 c. 13. q. 2. docent non poſſe in genere taxari, quæ quantitas ſit notabilis in communi ſine ordine ad perſonam, ſed ſtatuendam arbritio boni viri habita ratione perſonarum, & locorum, quia quod vni eſt magnum detrimentum, alteri eſt parum. Igitur iuxta hanc opinionem reſpectu diuitis, & Principis furtum vnius aurei erit mortale A communibus perſouis, quatuor, aut quinque argenteorum. A pauperibus vnum, vel duo regalia. Hoc tamen non eſt intelligendum indiuidualiter, ita vt vnus quadrans, vel dipondium variet P. Nau. vbi ſupra num. *63*. Alij vt Greg. Val, to. 3. diſp. 5. q. 10. p. 5. docet attendendam eſſe quantitatem ex nocumento, quod moraliter loquendo, res ablata affert vel ſecundum ſe, vel ratione detrimenti, quod ex rei ablatione obuenit huic perſonæ hic, & nunc; vt cum furaris à ſartore acum, quem non poſſit aliundè habere, & propterea operari non poteſt; vel ſi à paupere quatuor obolos, quibus ſe vna die ſuſtentat.

5 Excuſatur à peccato, qui ob ſuam, ſuorumq; neceſſitatem extremam furatur. Silu. reſt. 5. q. 2. Nau. c. 17. num. *60*. Tolet lib. 5. c. 15 Sot. de iuſt. lib. 4. q. 7. ar. 1. S. Tho. 2. 2. q. *66*. ar. 7. Turrectem. in c. Diſcipulos de conſecr. d. 5. Hoſt. in ſum. de furt. num. 1. Suar. de pœnit. diſp. 3. ſect. 9. num. 3. Excuſat etiam grauis Roder. in ſum. lib. 1. c. 147. num. 2. Nau. vbi ſupra num. 5. Silu. ver. furtum q. 2. Io. med. de eleem. c. 7. Ang. vbi ſupra parag. 37. P. Nau. num. 374. & ſeq.

6 In extrema neceſſitate tua, vel alterius potes à quocunq; etiam per vim tollere S Tho. vbi ſupra Sot. lib. 5. q. 3. ar. 4. concl. 3. Eſt autem extrema neceſſitas non modo cum imminet mors, ſed etiam cum imminet periculum grauiſſimæ infirmitatis, aut miſeriæ, quæ moraliter loquendo ſoleat homines conficere; vt ſi alioqui excidendum tibi, tuiſuè ſit ex tuæ dignitatis, ſtatuſuè gradu aut incurrenda grauis calamitas, vt captiuitatis, aut diuturni carceris Valent. to. 3. diſp. 3. q. 9. p. 4 & diſp. 5. q. 10. p. 5. Limitat, & rectè Leſſ. lib. 2. c. 12. dub. 12. cum. Silu. ver. furtum q. 5 vers. 3. Niſi dominus ſit in pari neceſſitate, cum in pari cauſa melior ſit conditio poſſidentis. Extra quem caſum, ſi te volentem occupare rem tibi adeò neceſſariam conetur dominus te impedire, potes te tueri, ſi ſcandalum abſit, & ſi neceſſe ſit, ſeruato iuſtæ defenſionis moderamine, impedientem occidere. Leſſ. vbi ſupra num. *6*. & 75.

7 Furans rem paruam ſciens, vel ſcire debens domino ſecuturam notabilem

mole—

moleſtiã, vel quia ea valdè delectatur, vel quia eſt puſilli animi, ita vt amiſſione cuius libet rei valde turbetur, peccat mort. Sot. lib. 5. q. 3 art. 3. ad 3. Nau. c. 17. num. 2. Silu. vbi ſupra Non eſt tamen furtum mortale; ſed eſt mortale contra charitatem P. Nau. lib. 3. c. 1. num. 46.

8 Qui paulatim furatur modica, cum peruenerit ad quantitatem notabilem tenetur ſub mortali reſtituere totam ſummam Cord. in ſum. q. 70. Sot. vbi ſupra Io. Med. de reſt. q. 10. dub. 2. B. medin. t. 2. q. 88. ar. 4. ad 3. Salon. 2. 2. q. 96. ar. 6. contr. 3 concl. 1 Nau. autem c. 17. num. 139. & Leſſ. vbi ſupra dub. 8 dicunt ſecluſo animo perueniendi ad quantitatem notabilem, omnia illa furta eſſe venialia quidem, detentionem tamẽ voluntariam eius quantitatis eſſe mortalem, obligariq; ad reſtituendum ſub mortali. An verò teneatur reſtituere omnia, v. g. ſi quantitas mortalis ſit quatuor ſiue ſimul, ſiue paulatim acceperit, Io. Med. & Cord. vbi ſupra docent abſoluiè teneri. At P. Nau. vbi ſupra dub. 9. Sayr cla. reg. lib. 9. c. 15. num. 29. Azor. p. 3. lib 5. c. 13. in fi. Sanchez in ſum. lib. 7. c. 21. num. 9. docent teneri tantum ad vnum, non ratione vnius, quia hæc eſt materia leuis, ſed ratione nocumenti, cuius fuerat cauſa, ſicut tenetur reſtituere acum ſartori ratione nocumenti quod infert, quia non tenetur ſub mortali remouere à proximo, niſi damnum notabile, quod facit reddendo vnum; tria enim non ſunt notabilia, & peccauit mort. tantum accipiendo illud quartum, ergo liberatur à peccato iniuſtæ retentionis, & receptionis reſtituendo vnum. V. Reginald vbi ſupra, & lib. 23. c. 1. q. 4.

9 Qui furatur plura à diuerſis, quamuis modica, & paulatim, cum primum peruenit ad quantitatem notabilem peccat mort. & tenetur reſtituere Sot. Med. Cord, Salon. vbi ſupra Valent. to. 3. diſp. 5. q. 10. p. 5. P. Nau. vbi ſupra dub. 7. Arag. 2. 2. q. 66. art. 6. dub. vlt. At Tolet. lib. 5. c. 16. negat huiuſmodi quantitatem facere mortale; niſi quando fur habebat animum omnia illa furta committendi, & fauet Sayr, cla. reg. lib. 9. c. 15. num. 27.

10 Excommunicatio lata ob furtum non comprehendit furtum ex natura ſua veniale, licèt fortè ex parte damni, vel moleſtiæ ſit mortale Nau. in man. c. 17. num. 4. & de ſta. mon. conſ. 3. dub. 5. & in c. Inter verba concl. 6. perfecta num. 84. P. Nau. vbi ſupra num. 64. Salon. contr. 2. cit. licèt enim damnum datum ſit iniuſtia mortalis, non eſt tamen furtum mortale, Arag. ar. 6. cit. verſ. ſupponimus tamq; certum.

11 Rem tuam iniuſto titulo ab alio poſſeſſam, vel aliàs tibi iure debitam, potes clam accipere, ſi aliàs commode recuperare non potes, vt propter rei paruitatem, & magnitudinem ſumptus in recuperatione: aut quia ex lite ſimultates orirentur: aut non ſine gratiæ, & amicitiæ ammiſſione: modo caueas, ne ſcandalum, vel periculum mortis, mutilationis, aut infamiæ ſequatur. S. Tho. vbi ſupra ar. 3. & ibi Ban. Arag. & Caiet. in reſp. ad 3. & Salon. contr. 2. Sayr. vbi ſupra c. 14. à num. 3. P. Nau. lib. 3. c. 1. p. 4. dub. 8. Leſſ. lib. 2. c. 12. dub. 10. Silu. ver. furtum q. 13. Nau. c. 17. num. 116. & ſeq. Cauere tamen debes, ne debitor iterum ſoluat, ſecundum Nau. num. 113. Et ſi à Iudice interrogeris, iurate potes te non accepiſſe, intelligendo, iniuſtè. Nau. 6. num. 116. Leſſ. vbi ſupra Et, ſi feratur excommunicatio, non teneris reuelare tu, neq; ſcientes Doct. cit. licet Prælatus dicat etiam in caſu recompenſationis licitæ, continet enim errorem intollerabilem. Silu. vbi ſupra q. 15.

12 Accipiens quod dubitat an ſuum ſit, mortaliter peccat, & reſtituere tenetur: in dubio enim melior eſt conditio poſſidentis. c. Nau. 17. num. 117. Leſſ. vbi ſupra Sot. lib. 5. q. 3. art. 3. contra Io. Med. de reſt. q. 11.

13 Furans rem, qua Dominus nullo modo vtebatur, non tenetur reſtituere: damnum enim non dedit B Med. in ſum. lib. 1. c. 14. parag 10. reg. 5 in fi.

14 Si fur rem alienam offerat domino, loco, & tempore, & ille non acceptet, liberatur, quia moram purgauit l. In re furtiua ff. de furt. Et ſi perit ſine culpa furis, domino perit, & deterioratur, l vlt. C. de cond. furt.

furt. Silu. vbi ſupra q. 16. & reſt. 6. q. 7. verſ. 1. Ang. ver. furtum parag 44.

15 Poteſt pauper clam accipere à diuite, qui eius neceſſitati ſubuenire tenetur, licèt neceſſitas ſit tantum magna Nau. c. 17. num. 5. Ang. vbi ſupra parag. 34. & 37. Silu. eo. q. 5. & 9. P. Nau. vbi ſupra num. 374. Leſſ. dub. 10. Idem in alterius inopia fieri poſſe aſſerunt Ang. parag. 45. Armill. eo. parag. 10. Silu loc. cit.

16 Furans fidelem ab infideli ad nihil tenetur c. Dominus 23. q. 2. & c. Vt pridem q. 8. Non hominem propter periculum animæ; non æſtimationem, quia infidelis iniuſtè retinet Chriſtianum captiuum Rubr: C. ne Chriſt. mancip. Si tamen id fiat tempore treuguæ, reſtituenda eſt tantum æſtimatio, c. Noli 23. q. 1. Silu. vbi ſupra q. 6. Roder. in ſum. lib. 1. c 147. concl. 3. Armill. vbi ſupra parag. 12 Niſi Paganus compuliſſet Chriſtianum ad aliquod mortale; tunc enim omnino efficitur liber. Silu. Ang. Armilla cit.

17 Filius accipiens aliquid notabile ex bonis parentum contra eorum voluntatem peccat mort. Maior tamen quantitas requiritur repectu filiorum, quàm reſpectu extraneorum: habenda enim ratio conditionis, ſtatus perſonarum, locorum, & aliarum circumſtantiarum, ſi Pater diues ſit, &c. Leſſ. vbi ſupra dub. 13. Silu. q. 21. Sot. lib. 5. q. 3. art. 1. Salon. 2. 2. q 66. art. 2. & tenentur reſtituere Patri, vel cohæredibus ſecundum eoſdem. Fallit primo ſi Pater rogatus facile eſſet conceſſurus. Secundo vbi verſatur in ſcholis, vt ſuper uer. Donatio. Tertio cum accipit ad ſubueniendum graui neceſſitati proximi. Quarto ſi ex bonis caſtrenſibus, vel quaſi. Quinto cum gerit negotia Patris quo caſu accipere poteſt iuſtam ſui laboris mercedem, ſi primò proteſtatus ſit de lucro; aut non conſtet parentem per ſe, vel per alium ſine mercede idem omnino facturum, & id non accipiat niſi vel mortuo Patre, aut ſe emancipato. Leſſ. vbi ſupra Sexto quando parens crudelis eſt & cum poſſit, deficit in neceſſarijs: poteſt enim tunc filius accipere, occultè tamen, ſibi neceſſaria Salon. art. 3. cit. Idemq; dicendum de vxoribus docent Leſſ. dub. 14. P Nau. lib. 3. c. 1. à num 65. & alij ſupra cit. An verò teneatur ſe releuare, ſi ad inſtantiam Patris, vel Mariti feratur excommunicatio ad finem reuelandi, vide ver. Excommunicatio c. 1. num 59. Si Pater, aut maritus ſciant de furtis filii, vel vxoris, diſſimulent, ac tollerent, aut verò remittunt, non tenetur reſtituere Silu. vbi ſupra.

18 Vxor habens virum prodigum, vel luxorem poteſt celare de bonis mariti contra eius voluntatem, & prohibitionem, vt ſibi, & domui neceſſaria prouideat, nec tenetur obedire viro præcipienti, vt ei omnia tradat Ang. ver. furtum parag. 35. Silu. eo q 10. Arag. 2. 2. q. 66. art. 3. Nau. c. 17. num. 154. Armill. ver furtum parag. 13.

19 Si vxor dedit marito dotem ſufficientem, quicquid propria induſtria acquirit ipſius eſt, nec tenetur marito reddere: modò communibus obſequijs, ac domus gubernationi non deſit, aliaq; huiuſmodi præſtet, quæ ipſius conditioni, & nobilitati non repugnet. Pan. in c. litteras de reſt. ſpol: num. 21. & ſeq; Silu. ver Vxor q 6. Ang. eo parag. 22. Nau. vbi ſup. Debet autem vxor marito operas obſequiales, & officioſas, & quod per eas quærit, induſtriales verò & artificiales non ité, vt ſi ſit medica obſtetrix, vel pollet alia arte lucroſa, modò non deſit communibus obſequiis, &c. Nau. de elem. in c. Quieſcamus diſt. 42. num. 66. Dicitur verò dos ſufficiens, quæ datur inſpecta qualitate, & dignitate natalium, facultatibus Patris, & qualitate mariti l. Quæro ff. de iur. Theſaur. decis. 192. Et facultates Patris conſiderandæ, quæ erant tempore contracti matrimonij, non quæ poſtea aduenerint. Monach. de arbitr. lib. 2. centur. 2. caſu 149. Vide Afflic. decis. 382. cum ibi not. per Viſill. Secundom Sil. ver elemosyna q. 5. in fi. dicitur dos ſufficiens, quæ ſufficit oneribus matrimonij ſuſtentandis, quæ igitur huiuſmodi dotem

non

non attulit, operatur verò vſque ad ſupplementum, & quod ſupereſt cedit lucro ipſius, non mariti.

20 Ligna ſcindens in ſylua communi ſuæ ciuitatis non tenetur reſtituere, niſi graue damnum intulerit. Sot de iuſt. lib. 4. q. 6. art. 4. Savr. clar. reg. lib. 11. c. 10 Arag. & Ban 2. 2. q. 62. art. 3. Leſſ. lib. 2. c. 5. dub. 14. qui ampliat etiam extante prohibitione, quæ non poteſt in totum prohibere. Idem dicendum de incolis duorum Oppidiorum habentium ſylas ceduas, ſi aliter in alterius ſylua ſoleat ligna cedere. Doct. cit.

21 Famulus iuſtæ ætatis, qui ex neceſſitate minoris ſe locat quàm valeant eius operæ, poteſt aliquid vltra conuentum clam ſurripere Nau. de loca. conſ. 1. num. 5. 5. Cord. in ſum. q. 119. & lib 2. qq. q. 34. quibus in locis vide varias limitationes. Leſſ. lib. 2. cap. 12. ſium 63. & cap. 14. Azor. p. lib. 2. c. 39. q. 10. Limito primo, vt non poſſit clam accipere, quoties merces conuenta, licet minor reſpectu operarum, eſt tamen conſueta in eo loco, nec maior dari ſolet, habita ratione ſeruitiorum, &c. Silu. ver. familia q. 2. Limito ſecundo, vt etiam id non poſſit, quando Dominus illius operâ non indigens, vel ex caritate, vel aliorum rogatu, illum in famulorum numero adſcribit, vt de pueris nobilium, qui in aula commorantur, docent Nau c. 17. num. 109. Azor. vbi ſupra q. 7. P. Nau. lib. 3. c. 1. p. 4. num. 409. & ſeq.

22 Rapiens vi non ſatisfacit in confeſſione dicens ſe rem proximi iniuſtè occupaſſe, ſed fateri debet ſe per vim rapuiſſe, & pro iniura tenetur ſatisfacere; differunt enim ſpecie rapina, & furtũ s. Tho. 2. 2. q. 66. art. 4 & 9. & ibi Caiet. Sot. lib. 5. q. 3 art 2. Couar in reg. Peccatum p. 2. parag. 1. num. 2. P. Nau. vbi ſupra num. 19.

23 Qui rem naufragam à domino omnino derelictam, aut deſperatam ſaluauit cum vitæ periculo, non tenetur reſtituere; fit enim primò occupantis Nau. c. 17. nu. 98. Roder in ſum. lib. 2. c. 41. concl 6. V. Salon. 2. 2. q. 66. art. contr. 1. Silu Ang. & Summiſtas ver Naufragium. P. Nau. lib. 4. c. 1. dub. 8. Molin. trac. 2. diſp. 55. & infra ver. reſtit. vers. Quid reſtituendum num. 11. Quid dicendum de alienis bello captis, vide eundem Molin. diſp. 118. Dicuntur autem habita pro derelictis primo quæ dominus abiecit ea mente, vt amplius eſſe nolit in numero rerum ſuarum. Inſtit. de rer. diuis parag. pen. Ex quo ſequitur, proiecta in mare leuandæ nauis cauſa, non haberi pro derelictis, vt Inſt. cit. parag. fi. Secundo ea quæ fluctibus procul abiecta, ſi dominus ſciens ubi ſint, ea recuperare non curat. Leſſ lib. 2. c 5. dub. 18. Tertio quando dominus ita ea proiecit, aut reliquit, ut moraliter loquendo, ſperare uerſimiliter non poſſit aliqua induſtria, uel caſu ea recuperare; quia tunc extrordinaria induſtria eripiens, & ſaluans efficit ſuam P Nau. lib. 4. c. 1 num. 58. quod Leſſ. ubi ſupra putat uerum, ubi dominus ſignificauerit ſe eam occupanti concedere, aut eius æſtimatio ſit ferè par illi rei.

De Excommunicatione Papali lata in rapientes bona naufragorum, uide uer. Ex com Bullæ num. 9. Caiet. 2. 2. q. 66. art, 5. uerſ. Nota tertio.

THESAVRVS
Inuenta.

V. Furtum.

1 Theſaurus eſt res pretioſa mobilis cõdita ab ignotis dominis tempore uetuſtiori l. un C. de theſaur. Vel Eſt uetus depoſitiõ pecuniæ, cuius non extat memoria l. Numquam ff de acquir. rer. dom.

2 Qui in alieno fundo theſaurum inuenit, ſi caſu, dimidium erit domini ſi de induſtria, domino ignorante, aut neſciente ibi latere theſaurum, aut contradicente, totum eſt domini alioqui inuentoris. Inſtit. de rer. diuis. parag. Theſauros. Sed hoc caſu in conſcientia

P 2 ſuffi-

ſufficit dimidium dare domino quia lex pœnalis eſt Leſſ. lib. 2. c. 5. num. 59 Si reperit habens directum dominium debet dimidium domino vtilis, & è contra Nau. c. 17. à num. 172. Sot. de iuſt. lib. 4. q. 3. art. 3. Silu. ver. Inuentum q. 3. Couar in reg. Peccatum p. 3. parag. 2. Azon in ſum. rubr. C. de theſaur. & Iuſt. de rer. diuis. num. 54. Contrarium tamen alios referens docet Gratian. diſcep. for. c. 453. totum ſcilicet eſſe Emphyteutæ, ſi ipſe inueniat in fundo Emphiteotico. Idem de inuento in loco ſacro, vel religioſo Leſſ. vbi ſupra num. 64. Et tenetur inuentor in conſcientia, etiam ante ſententiam Cai. Arag. Ban. & Salon. 2. 2. q. 66. art. 5: Molin. diſp. 56.

3 Inuentus in fundo dotali pro parte quæ domino fundi debetur, licet conſtāte matrimonio pertineat ad maritum, quoad vſum, diſſoluto tamen matrimonio, aut facto diuortio pertinet ad vxorem l. Deuortio parag. ſi fundum ff. ſol. matr. Nau Silu. & alij cit.

4 Inuentus in fundo Emphytheotico diuidendus inter Emphyteutam inuentorem, & dominum Specul. lib. 4. cit. de Emphyt. num. 137. Ang. ver. inuenta parag. 1. in fi. inte Si tertius inueniat, dimidium, quod ad dominium ſpectat, diuidendum inter proprietarium, & Emphiteutam Molin. vbi ſupra. Vide tamen Gratian. vbi ſupra.

5 Si Licitè quis emit domum, vbi ſcit eſſe Theſaurum, & inuentum totum eſt ſuum, non vendentis S. Tho. 2. 2. q. 66. art. 5. ad 2. vbi Salon. concl. 5. Nau. c. 17. num. 175. & com. Sot. tamen lib. 5. q. 3. art. 3. videtur contradicere, & duo dicit Primo Theſaurum inuentum in pariete domus, vel fundo depoſitum à priori domino, aut alio antiquiori, cuius ille prior dominus eſt ſucceſſor, reſtituendum omnino eſſe priori venditori domino, quia hic non eſt propriè theſaurus. Secundo Theſaurum inuentum in huiuſmodi domo, vel agro hoc fine empto in viſceribus terræ, cuius tamen nulla erat memoria, diuidendum, eſt enim theſaurus propriè. In primo dicto conueniunt reliqui Doct. cum Soto. In Secundo diſſentiunt, & meritò V. Salon. cit. & Michaelem Ferrum quæſt. mor. & Vicar. q. 170. Rebell. p. 2. lib. 9. p. 5.

6 Si theſaurus inuentus ſit in re mobili, v. g. in ſaccis lana plenis, qui efficitur dominus lanæ, non efficitur hoc ipſo dominus theſauri, quia non intendit illum occupare, habet tamen ius occupandi ante alios. Quare miles, qui hoſti ſaccos lana refertos excuſſit, in quibus erant laminæ auræ, & argenteæ reconditæ, non fuit effectus illarum dominus, cum ſaccos vendiderit, antequam ſciret, quid lateret. Leſſ. lib. 2. c. 5. num. 26. in fi.

7 Cum in parag. Theſauros cit. dicitur Inuentum in loco fiſci, vel publico, vel Ciuitatis, dimidium eſſe fiſci, &c. Per locū publicū non intelligitur forum. platea, & huiuſmodi, qui propriè nullius eſt, ſed de loco, quē Reſpublica ſpecialis dominij iure poſſidet, vt Sylua, paſcuum, domus. Quare in illis inueniens totum ſibi retinet. Leſſ. vbi ſupr. nu. 64.

8 Non poteſt Princeps quidquam exigere à reperiente theſaurum, cum nullibi iure reperiatur cautum Farinac pract. crim. q. 104. num. 1. aſſerens de com. & patet ex l. vn. C. de theſaur. vbi hæc habentur Ne vlterius Dei beneficium inuidioſa calumnia proſequatur. & ex. c. Theſauros cit. vbi dicitur dimidium deberi Cæſari, vel fiſco, aut Ciuitati, aut loco Sacro, ſi in loco Cæſaris, aut Ciuitatis, vel fiſci, &c. repertus fuerit. Nec contraria conſuetudo obligat, vt potè introducta non per modum iuſtæ legis, ſed per violentiam, nec vtentium moribus approbata, niſi violenter. Silu. vbi ſupra num. 13. Sot. vbi ſupra Contrarium docent Palud. in 4. diſt. 15. art. 5. concl. 1. Couar. in reg. Peccatum p. 2. parag. 9. Salon. vbi ſupra conclus. 6. Molin. diſp. 56 Tolet. lib. 1. c. 18. Arag. & Ban. 2. 2. q. 66. ar. 5. Azor. p. 2. lib. 11. c. 4. q. 9. in fi. Et ſecundum Tolet. obligat ante ſententiam. At ſecundum Ban. non debetur, niſi petatur Vt verò totum applicetur, durum videtur, & iuri naturali diſſonum. Leſſ. lib. c. 3. dub. 17. in fi.

17. in fi. Mihi magis placet ſententia Farinacij, vt potè, & iuri naturali, & ciuili conformis.

9 Quæ Domino carent, aut ſunt omnino derelicta, ſunt occupantis vbiq; Nau. c. 17. num. 170. Molin. diſp. 75. Inſtit. de rer. diuis. parag feræ.

10 Inuenta, quorum poſt diligentem inquiſitionem ignorantur dominus ſunt inuentoris. Vbi tamen appareat dominus, tenetur in conſcientia reſtituere P. Nau. lib. 4. c. 2. dub. 9. Salon 2. 2. q. 66. ar. 5. contr. 1. & ibi Arag. vers Supereſt ergo. Sot. vbi ſupra. Alij tamen docent reſtituenda eſſe pauperibus, nec poſſe ſibi retinere inuentorem, niſi ſit pauper ſic Caiet. d. ar. 5. Couar. vbi ſupra p. 3. parag. 1. num. 2. Silu. ver. Inuentum num. 2. Nau. c. 17. num. 171. & communior, vt teſtatur Azor. p. 3. lib. 4. c. 27. ea enim bona non caret domino, licèt ignoretur; Ergo furtum committit qui ea propria auctoritate ſibi vſurpat, & retinet.

VENATIO Piſcatio. Columbarium.

1 VENATIO, eſt exercitium ordinatum ad capienda animalia terreſtria. Piſcatio ad capiendos piſces. Silu. ver. Venatio.

2 Capta in alieno laqueo, aut rete ſunt accipientis l. In laqueum ff. de acquir. rer. dom Nauar. c. 17. num. 176. Silu. ver. inuentum num. 5. Intellige niſi alieno laqueo ita ſint irretita, vt probabile ſit ad eius manus peruentura, qui laqueum tetendit. Molin. diſp. 42. Leſſ. lib. 2. c. 5. 11. Seruanda verò conſuetudo, ſi quæ legitimè introducta fuerit. Couar. in reg. Peccatum p. 2. parag. 8. num. 13. Nau. vbi ſupra

3 Fera eſt capientis, aut ſic vulnerantis, vt capi poſſit, modò eam perſequatur Inſt. de rer. diuis. parag. Illud quæſitum Silu. vbi ſupra uers. 2. Leſſ. c. 5. cit. dub. 10. Molin. ubi ſupra.

4 Auis, & fera eſt capientis etiam in alieno loco, & domino prohibente ingreſſum; non enim ſunt fructus agrorum, uel ſyluarum. Quare licèt ager ille, uel Sylua talia ſint, ut eius fructus in uenatione conſiſtat, ipſaq; uenatio ſit alteri locata, non ideò illa animalia fiunt conductoris, uel Vſufructuarij quandiu naturali libertate fruuntur; ſed Conductor, & Vſufructuarius ſolum habent ius ibi uenandi P. Nau. lib. 3. c. 1. dub. 18. Couar. ubi ſupra num. 4. & 9. uers. 5. Io. med. de reſtit. q. 12. Leſſ. ubi ſupra dub. 9. Azor. p. 3. lib. 1. c. 13. uers. ſi roges, docet quod quādo fructus fundi ex uenatione, aucupio, uel piſcatione conſtat, capiens contra uoluntatem Domini ſuum non facit per l. Venationem, l. Item fundi ff. Aucupium, & l. Vſufructuarium parag. ſi in uiuarijs ff. de Vſufructu.

5 Fera facta domeſtica habens conſuetudinem reuertendi ad certum locum poſſeſſoris non poteſt ab alio capi, quandiu habet animum redeundi, quem depoſuiſſe uidetur, cum bis aufugit, nec horis ſolitis non impedita reuertitur. Silu. ubi ſupra num. 6. Nau. c. 17. num. 128. Couar. ubi ſupra num. 14. Si tamen facile queri poſſit, & inueniri, non cenſetur amiſiſſe conſuetudinem reuertendi: ſicut etiam cum uel in ſuburbanis commoratur, aut uagatur per alienas domos Leſſ. ubi ſupra 6. Molin. diſp. 41 Idem affirmans de falconibus, & huiuſmodi V. Valent. to. 3. diſp. 5. q. 6. p. 5.

6 Examen Apum etiam in alieno agro, ſiue arbore, etiam domino prohibente, & fauus mellis accipi poſſunt; niſi uenerint opera domini, aut niſi prior ipſe occupaueri t Inſt. de rer. diuis. parag. Apum, Molin. & Nau vbi ſupra Si uerò ex alueo ita euolent, ut difficilis ſit eius proſecutio, poteſt à quocumq; capi Leſſ ubi ſupra Silu. uer. Inuentum q. 2. uers. 3.

7 Fera egreſſa è loco appropriato domino dolo, aut fraude uenatoris, poteſt capi, efficiturq; capientis Ban. 2. 2. q. 62. ar. 1. dub. ult concl. 3. Molin. diſp. 51. Couar. ubi ſupra num. 15. Sayr. cla. reg. lib. 11 c. 9. num. 21.

8 Poteſt

C. de fideiuſſ. Niſi ſpecialiter renunciet beneficio d. Auth. Pan. in c. Peruenit num. 6. de fideiuſſ. An verò ceſſet hoc priuilegium ſi fideiuſſit cum iuramento. Zachar. apoſtill. ad Pan. loco cit. affirmat At Ant. Franc. ibidem negat, quia iuramentum validat quidem, & corroborat contractum & actum ſuper quo interponitur; non tamen tollit iuranti priuilegium.

7 Debitor fideiuſſori tenetur ad omnia damna, quæ ex ſua culpa illi eueniunt c. 2. & 3. de fideiuſſ. Silu. q. 10. Ang. parag. 15. Garz. c. 38. num. 8. Azor c. 22. cit. dub. 10.

8 Simpliciter fideiubens non tenetur ad intereſſe, aut debiti augmentum Glo. in 6. c. 3 & ibi Pan. num. 7. Silu. q. 13. Quòd ſi ſoluit ſciente, & conſentiente debitore, repetere poteſt in conſcientia, ſiuè ſpontè, ſiue coactè ſoluerit, & debitor tenetur, quia ſic intelligitur mandaſſe, vt ſoluat, aliàs non Silu. vbi ſupra Ang. parag. 16.

9 Fideiubens ad certum tempus, ſi id à creditore prorogetur, non tenetur: ſecus ſi obligatio ſit pura, licet ſolutio ad tempus differatur Pan. vbi ſupra in fine Silu. q. 14. Ang. parag. 17. Roder. in ſum. p. 1. c. 120. concl. 3. Azor. vbi ſupra q. 12.

10 Fideiuſſio acceſſoria ei, quod non tenet, non eſt valida, vt ſi proſilio fam. Glo. in c. Si diligenti, de foro comp. & in c. Grauis de cenſib. Garz. vb ſupra num 7. Niſi creditorem neſcientem deceperis aſſerendo debitorem poſſe contrahere, & eſſe ſoluendo Azor. vbi ſupra q. 16.

11 Poteſt creditor aliquid moderatum accipere à fideiuſſore vt eum ab obligatione liberet Molin. diſp. 319. num. 3.

12 Fideiuſſor agere poteſt ante ſolutionem contra debitorem, vt eum liberet ſi diù in obligatione ſtetit; aut ſi debitor incipit vergere ad inopiam: aut ſi fideiuſſor condemnatus ſit, c. fi. de fideiuſſ. aut ſi hoc ab initio conuentum ſit. Silu. q. 15. Azor. q. 13. aut ſi fideiuſſor timore alicuius pœnæ offert ſolutionem, & quia creditor non vult recipere, illam deponit in loco ſacro, aut aliter ad id deputato, aut apud publicum depoſitarium Molin. diſp. 546. num. 11. per l. fideiuſſor qui minori ff. de fideiuſſ. aut quando breui eſt condemnandus: aut quando eſt obligatus per inſtrumentum guarentigiatum Rota coram Buratto deciſ. 401. num. 7. vbi Ferenill. littera B. multos cumulat, & variè limitat. Vel quando principalis eſt rixoſus Barbos ad c. vlt. de fideiuſſ. vbi plures caſus enumerat in quibus fideiuſſor agere poteſt, &c. Regulariter autem fideiuſſor agere non poteſt contra principalem pro releuatione ſuæ indemnitatis antequàm ſoluat, iuxta text. expreſſum in l. Si pro ea C. mandati Vide c. Conſtitutus, & c. fi. de fideiuſſ.

ALIENATIO.

V. Contractus. Dos. Filij. Legatum. Pactum. Peculium. Promiſſio. Suſpenſi ipſo iure. Teſtamentum.

1 ALIENATIO eſt actus, per quem dominium transfertur, l. 1. C. de fund. dot; Glo. in c. Cum nulli de reb. Eccl. non al.

2 Alienatio continet donationem, conditionem, venditionem, permutationem, & Emphyteuſim perpetuam, c. Nulli de reb. Eccl. non al. Et omnem contractum, per quem dominium transfertur l. 1. cit. Item hypothecam ſpecialem Molin. diſp. 464. & ſeq. Item cenſus impoſitionem: quare in cenſus impoſitione re Eccleſiaſtica requiritur aſſenſus Apoſtolicus. Riccius p. 2. decis. 154. cum ibi relatis.

3 In alienatione rerum eccleſiæ, etiam mobilium pretioſarum quæ ſeruari poſſunt, requiritur ſolemnitas extrau. Ambitioſæ de reb. eccl. non al. Pan. in 6. c. Cum nulli Hoſt. in ſum. eo. tit. parag. Quæ reſol. Silu. ver. alienatio q. 10. Ang. eo. parag. 5.

4 Ad ſolemnitatem requiritur Primo cauſa

cauſa legitma, de qua lib. 6. ver. ſuſpenſi ipſo iure. Secundo auctoritas Epiſcopi, quæ nihil aliud eſt, quàm eius conſenſus, Glo. in c. 1. de reb. ecc. non al. ver. tractatus. Sed nunc requiritur aſſenſus Apoſtolicus per d. Extrau. Quaranta ver. Alienatio num. 15.

Tertio tractatus, ideſt propoſitio, ac diſcuſſio, num conueniat rem alienari Pan. in c. Tua, de his, quæ fiunt à Præl. num. 6. Sufficit verò ſecundum eum num. 3. Molin. de contract. diſp. 468. num. 5. Anchar. in 6. c. Tua, & ibi Io. And. Azor. p. 2. lib. 9. c. primo q. 4. vnicus tractatus.

Quarto conſenſus expreſſus maioris partis capituli, non habita ratione abſentium. Pan. in c. 1. de his quæ fiunt à Prælat. num. 5. ſufficit autem rati habitio, vbi fortè ſuperior alienauerit inconſulto capitulo, c. Cum vos, eo. tit.

Quinto Subſcriptio, vbi res donata venditur, aut permutatur c. 1. cit. quæ in multis locis non ſeruatur, vt affirmat Pan. in 6. c. num. 4. Vbi verò ſeruatur, ſufficit ſubſcriptio Notarij ſeruanda tamen conſuetudo Armill. ver. alienatio parag. 6. V. Molin. diſp. 468.

5 In alienatione rerum eccleſiæ inferioris ſufficit conſenſus ſuperioris; nec requiritur ſupradicta forma niſi ea eccleſia inferiores habeat Silu. ver. alienatio q. 12. Ang eo. parag. 10. Hodie Epiſcopi, & Abbates iurant non alienare inconſulto Romano Pont. etiam accedente conſenſu Capituli. Pan. in c. Vt ſuper his, de reb. eccl. non al. num. 8. & 15. Molin. vbi ſupra num. 8. Nunc tamen per Conſtitutionem Vrbani VIII. anno 1624. emanatam requiritur aſſenſus Apoſt. etiam in conſtitutione cenſus.

6 Si ex huiuſmodi alienationibus Eccleſia ſit notabiliter læſa, reſtituitur, licet ſit ſeruata ſolemnitas, c. Ad noſtram, & ibi Pan. de reb. ecc. non al. Couar. 2. var. reſol. c. 17. num. 2. non tamen poſt quadriennium c. 1. & 2. de reſt. in integr. in 6. & Clem. vn. eo. tit. Glo. in 6. c. Ad noſtram, ver. per multos, per l. fin. C. de temp. in integ. reſt. Niſi læſio ſit enormiſſima Capell. Tholos. decis. 239. cum ibi not. text. in 6. c. 1. vbi Glo. fin. notat quadriennium currere à die mortis Prælati, qui alienauit, aut qui impediuit petitionem reſtitutionis, & Glo. in 6. c. Ad noſtram dicit ſubueniri Eccleſiæ iure communi etiam poſt quadriennium, vel Iudicis officio De alienatione rerum Eccleſiæ, omnibuſq; ad eam requiſitis, optimè Quaranta ver. alienatio. Roder. de regul. to. 1. q. 27. Molin. diſp. 464. ad 469.

7 Ex diuturnitate temporis, vt triginta annorum præſumuntur interueniſſe ſolemnitates requiſitæ in alienatione rei Eccleſiaſticæ Riccius p. 1. decis. 174. vbi ad verbum refertur conſilium Io. Mariæ Nouarij, & in praxi Archiep. decis. 34. Gratia, diſcep. for. c. 415. num. 19. & ſeqq. & c. 468. num. 61; modò cum ipſa diuturnitate temporis concurrat ſcientia, & patientia eorum, cum quibus res eſt geſta d. c. 415. num. 29. ad fi. Et modò non oſtendatur inſtrumentum alienationis ſine aliqua ſolemnitate, aut defectiua, quia tunc curſus temporis non iuuat poſſeſſorem Barbos. ad c. Ea noſcitur, num. 4. de his quæ fiunt à Præl. & Quaranta vbi ſupra num. 46. vers. præſumuntur. Et modò concurrat continua quaſi poſſeſſio, ſeu ſolutio canonis. Rota in vna Neapol. Fundaci 1. Iunij 1578. relata à Quaranta num. 46. cit. Et modò per partium conuentionem Papæ beneplacitum non requiratur, per clauſulam Et quatenus Papæ aſſenſus, & beneplacitum interueniat ibidem Vbi quod præſumitur Papæ beneplacitum, quoties de iuſtitia tituli, alijſq; de iure requiſitis appareret, & ſic quòd cauſa alienandi, & euidens Eccleſiæ vtilitas ſubeſſet. Item quando tranſactum eſt tempus immemorabile Quaranta ibidem Non præſumitur tamen per huiuſmodi diuturnitatem temporis, mandatum Barbos. ad c. Ex parte de reſcrip. num. 8. & alij ibi relati.

8 Iurans non alienare poteſt cum vtilitate Eccleſiæ; niſi iurauerit non alienare inconſulto Papa, aut alio Superiore Pan. in c. Vt ſuper de reb. eccl. non al. niſi res ſit modica Silu. vbi ſupra q. 16. Ricc p. 2. decis. 163.

9 Accipiens rem ab eccleſia alienatam ſine ſolemnitate, eſt ipſo iure excommunicatus extrau. Ambitioſæ cit. & reſtituere tenetur, nec poteſt repetere pretium c. Nonliceat 12.q.2. Niſi pretium verſum ſit in ipſius Eccleſiæ vtilitatem: aut niſi cauſa alienandi fuerit legitima: aut niſi alienatio effecta ſit vtilis Eccleſiæ; tunc enim omnia ſtarent in conſcientia, & contrahentes tuti eſſent à cenſuris, quæ latæ cenſētur ad vitandas fraudes Ang. ver. alienatio paragr. 14. Silu. eo q. 14. adde ſi ipſa Eccleſia velit contractum ſtare: Nam recedere poteſt: Secus de emente. Rota coram Seraphino decis. 256. Pan. in c. cauſam quæ El. 1. de iudic. num. 11. Tertius autem allegare non poteſt nullitatem, niſi talis ſit, quæ ſanari non poſſit per partis conſenſum, & in caſu, quo ſaltem ille, qui habet principale intereſſe non cōtrad. cit. decis. cit. Adde Secundo ratificationem huiuſmodi non valere niſi adhibitis ſolemnitatibus, quæ ante contractum erant obſeruandæ Villagut pluribus cit. de reb. Eccl. malè al. lib. 2. c. 5. a num. 200. Adde Tertio ex Sarmiento de redd. Eccl. p. 1. c. 2. num 6. & ſeq. poſſe quem retinere rem Eccleſiæ ſine ſolemnitatibus alienatam in euidentem &c. quouſq; Eccleſia reſtitutionem petierit

10 Res Eccleſiæ alienari poſſunt ob vrgentia debita Eccleſiæ, quibus aliter ſatiſfieri non poteſt c. Ad noſtram de reb. Ecc. non al. Intellige ſi debita ſint legitimè contracta ab Eccleſia. Dicitur verò debitum legitimè contractum ab Eccleſia, quando fuit cum cōnſenſu Apoſtolico, ſine quo Eccleſiæ bona obligari non poſſunt: niſi verſum fuiſſet pretium in vtilitatem Eccleſiæ, quod probare tenetur creditor in mutuo in depoſito, & pro ſolutione debiti legitimè contracti Couar. alios referens 2. Var. res. c. 17 num 3. Nec creditur aſſertioni Prælati Addit. ad Quarantam ver. alienatis ad num 36 Rebuff. & Dec. ibi cit.

11 In modicis non requiritur Solemnitas c Terrulas 12. q. 2. Silu. ver. alien. q. 3. Armill. parag. 18. quæ verò dicatur res modica vide glo. in d. c Terrulas & alios, quos refert, & ſequitur Quaranta vbi ſupra. verſ. Quarta limita. Regulariter dicitur modica Terrula, que vix aſcendit ad ſummā decem aureorum Prax. Neapol. c. 60. vel viginti glo. in d. c. Terrulas. licet præceſſerit iuramentum de non alienando: modica enim ſunt exempta ab omni ſolemnitate iuris Silu q 16. Nec in his quæ Religio incapax ſibi relicta cogitur vendere, quia ex regula poſſidere non poteſt Silu. q. 21. Immo huiuſmodi Religio poteſt cum hærede conuenire de certa ſumma, & quantitate pecuniarum ſemel tantum ſoluenda pro legatis & inſtitutionibus. &c. vt Minoribus conceſſit Clem 7. in Bulla incip. nuper 1525. 22. Ian. & eſt 15 in ordine. Nec in alienatione, vel commutatione minus vtilium pro vtilioribus c. vt ſuper parag. Poſſeſſiones de reb. Eccl. non al. Nec in alienatione bonorum Hoſpitalis priuati non fundati auctoritate Epiſcopi. Nec in alienatione bonorum Fraternitatum, & relictorum pauperibus in genere Felin. in c De quarta col. 2. de præſcript. V. Quarantam vbi ſupra num. 29. Ricc. in ſua praxi decis. 48. & alios plurimos, quos congerit Barbos. de offic. Epiſ. p. 3. alleg 75. num. 32. quorum multi abſolute dicunt bona fraternitatum eſſe bona laicalia. Alij inter quos Menoch. de recup. poſſ. remid. 15. num. 34. volunt, quod ſi Oratorium in quo iſti laici conueniunt, eo animo ab eis ſit extructum, ac bona eo animo ſimul congeſta, vt confraternitati deſeruiant, & poſſit de illius bonis libere diſponere, ac tractare; & tunc illa bona tamquam loci prophani ad libitum alienari poſſunt, ſecus verò ſi Oratorium ſit ab eis extructum, vt ſit ſacrum, Deoq; dicatum, eaq; bona congeſta ſunt ad opera Oratorij neceſſaria, & ad pauperum ſolamen. Alij verò tenent, quòd ſi Oratorium ſit Epiſcopi autoritate fundatum eius bona ſine ſolemnitate diſtrahi non poſſunt: ſecus ſi non ſit Epiſcopi autoritate fundatum. Hi ſunt inter alios Barbos ubi ſupra Bonac. de contract. diſp. 3 q 8. punc. 4 num. 21.

12 Licet Rectori alienare res Eccleſiæ in caſibus iure permiſſis, licet donatæ ſint

ea

ea conditione, ne alienari poſſint. Hoſt. Imol. Archid. Pan. quos refert, & ſequitur Silu. ver. alienatio q. 21. Azor. p. 2. lib. 9. c. 2. q 9. Glo. in c. Verum, ver. debeat reuocari; de condit. appos

13 Prohibitus alienare ſub pœna priuationis, ſi redimat, excuſatur: & alienans partem non cadit à toto. Rota multos referens apud Farin. p. 2. decis 593. num. 6.

14 Clauſula quæ aſſenſu Apoſtolico apponi ſolet in alienatione rei eccleſiaſticæ, quod prædium ſubrogetur in aliud prædium, importat modum, non conditionem quare non ſpectat ad emptorem curare, quod pretium conuertatur in vtilitatem Eccleſiæ Glo. in Auth. Hoc ius porrectum, verſ. aliter in prima ſolut. C. de ſacroſan. Eccl Ricciusin ſua Praxi for. eccl. decis. 100. Silu. q. 26. ver. alienatio ſufficit enim emptori emere iuſto pretio reliquum relinquitur conſcientiæ vendentium.

15 Prohibitus alienare poteſt mobilia quæ ſeruari non poſſunt Sunt autem fructus, triticum, vinum, oleum, lana, agri, & cœteri redditus. Veſtes etiam, quæ quotidie veteraſcunt, & his ſimilia Item iumenta, & mancipia, non tamen ea quæ ſunt prædiis quaſi affixa. Item pecunia quotidiano vſui inſeruiens Pan. in c. Nulli de reb. eccl. non al & in c. Prælatorum de accuſ. num. 8. Molin. diſp. 465. Silu. vbi ſupra q. 7. Nomine mobilium, & immobilium non veniunt iura, & actiones, & nomina debitorum: ſunt enim hæc bona tertiæ ſpeciei. Niſi diſpoſitio intendens compræhendere totum alicuius patrimonium, mentionem faciat ſolum de mobilibus, & immobilibus, Silu. 9. 4. Vide tamen Molin. tract. 2. diſp. 68.

16 Alienari prohibita dari poſſunt deſcendentibus in dotem, & donationem propter nuptias Auth. Res quæ C. Commun. de lega. quod recte intelligit Iaſ. in l. Quæ de legato ff de lega 1. num 8. eo. in l. filius fam. parag. Diui prima lect. à num 50. & in 2 lect. num. 77. num. 157. quando prohibitio facta eſt per teſtamentum, non verò ſi per contractum.

17 Alienationem accipiens, etiam in conſcientia non tenetur reſtituere quod in fraudem creditorum eſt ſibi alienatum, ſi à creditoribus non petatur infra annum à die ſcientiæ Molin diſp. 328. aum. 9.

18 Etiam Papa alienare nequit rem Eccleſiaſticam in vſus non pios, nec Eccleſiaſticos. & ſi alienauerit, non tenet alienatio Nau. de ſpol. cler. parag. 2. à num. 2.

DONATIO.

Vide vbi ſupra.

1 DONATIO eſt quæda liberalitas, quæ nullo iure debetur, l. Donari ff. de reg. iur. & perficitur nudo pacto l. Si quis argentum parag. vlt. C. de donat. aut traditione rei, quando ſine vlla promiſſione præcedente quis rem ſuam alteri tradit, vt ſtatim fiat eius ibidem Azor. p. 3. lib. 11. c. 1. q. 1.

2 Diuiditur autem donatio primo in donationem cauſa mortis, & in donationem inter viuos. Illa eſt cum quis propter mortis ſuſpicionem ita donat, vt ſi quid ei humanitus contigerit, res fiat donatarij. ſi autem ſuperuixerit, ſit donantis. Alia eſt, quæ ſine vlla mortis cogitatione fit, & res ſtatim fit donatarij. Inſtit de donat. initio, & parag Alia. Secundo diuiditur donatio inter viuos in puram, & abſolutam, & in conditionalem, vel modalem, vel ob cauſam. Pura eſt, quando res donata ſtatim fit donatarij Conditionalis, quando eius effectus ſuſpenditur in tempus côditionis impletæ. Modalis eſt, v. g. donaui equum, vt non ſi tuus vſque ad annum, & hæc non ſuſpenditur, ſed ſtatim valet, Donatio ob cauſam eſt, qua aliquid datur alicui, vt certum quid faciat, Azor vbi ſupra c. 2.

3 Donare ij tantum poſſunt, qui re ſuæ dominium, ſiue proprietatem habent & nullo iure donare prohibentur. l. Cui ius donandi ff. de reg. iur.

4 Filius fam. donare poteſt de caſtrenſi, vel quaſi l. filius fam ff. de donat. & de aduentitiis, ſi habeat liberam eorum

adminiſtrationem à Patre, ſi iuſta ratione motus donauerit, vt ſi donauerit Matri, vel ſorori, aut alijs conſanguineis, qui alimentis indigent: Cauſa verò mortis donare non poteſt de aduenticijs ſine conſenſu expreſſo Patris, licet vſusfructus & plena ipſorum adminiſtratio ad filium ſpectet. Iul. Clar. parag. Donatio nũ 5. & 6. Molin. diſp. 288. num 24. & duob. ſeq. Si tamen donet ipſi Patri, aut alijs fratribus in poteſtate Patris conſtitutis, requiritur Iudicis auctoritas, quia nullus in facto ſuo auctorizare poteſt Pan. vol. 2. conſ. 42. in fi. Azor. vbi ſupra c. 3.

5 Filius qui de conſenſu Patris in Scholis, aut in Curia commoratur, donare poteſt quatuor, aut quinque de centum. Item Religioſus, qui de ſuperioris licentia, & impenſis ſtudet, aut negotiatur, modo id honeſtæ recreationis cauſa faciat: quia Pater, & Superior tacitam eius rei facultatem facere videntur. Nau. c 20. num. 12.

6 Donatio ad ſui ſubſtantiam requirit donatarij conſenſum, ſufficit autem tacitus, cum videlicet præſens eſt, & tacet quia enim tacet conſentit in his, quæ ad eius vtilitatem ſpectant Iul. Clar. vbi ſupra q. 14. Azor c 5. q. 1. & 2. Sufficit etiam factam eſſe donationem coram Notario, & teſtibus ad hoc, vt non poſſit ante acceptationem, vel repudiationem reuocari. Azor. de iuſt. lib 3. q. 5. art 3. Intellige ſi Notarius tanquam perſona publica, aut alius, cui à iure conceditur, acceptet nomine abſentis Couar 1. var. reſ. c. 4. num. 12. Iul. Clar. vbi ſupra q. 14. Molin. diſp. 264. Nau. de iureiur. conſ. 11. un. 10. & Com. Qui verò acceptare poſſint pro alijs vide ver. promiſſio num 9.

7 Donatio vltra quingentos aureos, non facta inſinuatione Iudici, nulla eſt, l. pen parag. ſi. C. de donat. Intellige nullam quoad exceſſum; nam valet quoad quingentos Molin diſp. 278. Si tamen confirmetur iuramento, quod vim inſinuationis ſupplet, valida omnino eſt etiam quoad exceſſum Nau. de donat. conſ. 10 Iul. Clar q. 18. in c. Cum contingat de iureiur. Couar. rub. 2. de teſtam. num. 10. Sil. donatio 1. q. 6. Ang. don. 3. parag. 4. Azor p. 1. lib. 11. c. 7 q. 1. verſ. Sed conceſſis & p. 3. lib. 11. c. 6 q. 10. Idem ſi donatio ſit facta Eccleſiæ, aut alteri piæ cauſæ. Silu. ver. ſtatum q. 2. Azor plures referens par. 3. c. 6. cit. q. 6. Molin. diſp. 279. nũ 2. Quingenti ſolidi, de quibus l. pen. cit. hodie faciunt ſumma ſeptingentorum ſcutorum nunus temporis. Iul. Clar. q. 15. num. 1. vel octingentorum vt vult Azor vbi ſupra q. 1. Item non eſt neceſſaria inſinuatio in donatione remuneratoria, quæ dicitur antidoralis; Nec in donatione ob cauſam præteritam Clar. q. 6. Secus in gratuita, & liberali remiſſione debiti excendentis ſummam quingentorum ſolid. Clar ibidem. Eſt autem inſinuatio, Iudicis approbatio. Sufficit autem ſi donatio ipſa ſcripta Iudici denuncietur ſiue in loco iudicij, ſiuè in alio; nec requiritur decretum, cum cauſæ cognitionem non requirat. Clar. q. 15. & 16. cit.

8 Donatio omnium bonorum præſentium, & futurorum facta inter viuos non valet Pan. vol 2. conſ. 41. num. 1. Iul. Clar. alios referens q. 19. & com. vt teſtatur Cou. rub. de teſtam. p. 2. num. 4. & 5. Etiam ſi iuramento firmetur. Sed rectius alij affirmant eo caſu validam eſſe, ſic Couar. loc. cit. alios referens Molin de contrac. diſp. 280. num. 3. & 4. Azor. p. 3. lib 11. c. 9. q. 7. cum non ſit contra bonos mores naturales nec peccatum contineat: alioqui etiam inualida eſſet facta eccleſiæ, aut locis pijs, quam tamen omnes approbant. Limita primam opinionẽ, niſi reſeruauerit ſibi vſufructum, de quo poſſit liberè diſponere etiam per vltimam voluntatem. Couar 3. var. reſ. cap. 12. num. 3 Clar vbi ſupra V Molin diſp. 2 80. num. 8. Itẽ niſi donauerit Eccleſiæ Pan. in c. In præſentia de probat. num. 2. & conſ. 102. num. vol. 2. Leſſ. 2. lib. c. 18. nũ. 13. Clar. vbi ſup. Cou. de teſtam. loc. cit. num. 3.

9 Collatũ beneficiũ nõ poteſt propter ingratitudinẽ reuocari, non enim eſt propriè donatio Pan. in c. fi. de donat. nũ. 9. Iul. Clar. vbi ſup. q. 21. Sil. donato 1. q. 14. Ancha. in d. c. fi. num. 10. Molin. diſp. 281. in fi.

10 Donatio ob cauſam, vt remunerationi

tionis, non poteſt reuocari; habet enim potius ratione ſolutionis debiti, quam donationis Ang. donatio 1. parag. 53. Silu. vbi ſup. in ſi &. 21. Mol. diſp. 181. V. Anchar. in Clem. 1. de reb Eccl. nō al. nu. 6. Felin. in c. ſicut de re iud. nu. 27. Sanch. fusè de matr. lib. 6. diſ. 6.

11 Donatio facta extraneo ſiuè partis, ſiuè omnium bonorum reuocatur in totum per ſuperuenientiam liberorū l. ſi vnquam C. de reuoc. don. Quota verò eſſe debeat pars bonorum, non conſtat inter Doctores, alijs ſaltem dimidiam, alijs etiam minorem dimidia. quorum opinionem veriorem eſſe docet Couar. 2. ver. res. c. 19. num. 12. Alijs ſaltem quartam partem: alijs id eſſe iudicis arbitrio relinquendū, affirmantibus vt præter Couar. aſſerit Mol. diſp. 282. nu. 6. Quod ſi donans non reuocet. filij non reuocāt niſi quatenus inofficioſam. Excipe Eccleſiam & Piam cauſam: his enim facta donatio nō reuocatur niſi vſq; ad legitimam filiorum Silu. donatio 1. q 18. & com. Si tamen donatio eſſet omnium bonorum, reuocanda eſſet in totū de æquitate Molin. vbi ſup. Excipe item Monaſterium, quia habetur loco filij & non reuocatur donatio ei facta, niſi vſq; ad legitimam Couar. 2. var. reſ. c. 19. nu. 5. Excipe item caſum quando donās cum iuramento renontiauerit d l. Si vnquam aut cum in ipſo actu donandi de liberis cogitabat, & nihilominus donauit Molin. vbi ſupra nu. 7. Reuocata non confirmatur morte filiorum; niſi donans poſtea ſaltem tacitè cōfirmet, vt quia patitur donatarium donatis frui. Iul. Clar. q. 23. Molin. vbi ſupra nu. 8.

12 Donatio facta extraneo reuocatur natiuitate filiorum, etiam ſi confirmata ſit iuramento Clar. in c Quamuis pactum p. 1. parag. 4. num. 3. Silu. vbi ſupra q. 19. Armill. eo parag. 14. Tiraquill. in d l. ſi vnquam in præfat. à num. 164.

13 Donatio inter ſponſos de futuro valet, ſi matrimonium ſequatur, glo. in c. Donatio, de don. inter vir. & vx. Quòd ſi non ſequatur culpa donantis, res efficitur pleno iure donatarij, & ſi donans aliquid à donatario accepit, reſtituit. Si verò culpa donatarij, totum quod accepit, reſtituit danti l. Cum veterum C. de don. ante nup. Si verò neutrius culpa, vt alterius morte, aut religionis ingreſſu, aut alia ſimili, ſiquid; ſponſus donauit ſponſæ; neq; oſculum, neq; copula interuenit, ipſe, uel eius hæredes totum recuperabunt. Si uerò oſculum, aut copula interuenit, recuperabit dimidium. Si autem ſponſa donauit ſponſo, totum recuperabit etiam interueniente copula l. ſi ab ſponſo C. de donat. ante nupt. Silu. donatio 2. q. 1. Molin. diſp. 190.

14 Donatio inter coniuges facta contracto matrimonio, aut ante, ſed in tempus, quo erit celebratum, poteſt reuocari l. Cum hic ſtatus parag. Si ſponſus ff. de don. inter uir. & ux. Nau. c. 17. num. 149. Molin. diſp. 289. num. 2. & com. Immo donatio in tempus matrimonij eſt nulla quia nec ante matrimonium dominium tranſiuit, cum noluerit, nec poſt, cum non potuerit l. Quod ſponſæ, & ibi Glo. C. de donat. ante nupt. Silu. uer. Dos q 6. Fallit primo ſi interueniat iuramentum de non contraueniendo Nau. de don. inter uir. & ux. conſ. 1. & de donat. conſ. 8 Couar. rub. de teſtam. p. 2. num 10. Ias. in l Pacta C. de pact. Sanchez de matr. lib. 6. diſp. 11. Silu. donatio 2. q. 4 Ang. donatio 3. parag. 4. Pan. in c. ſi: de don. inter vir. & ux. num. 9 & uol. 2. conſ. 95. Tuſc. tom. 1. uer. Donatio concl. 91. à num. 34. & concl. 94. per tot. V. Clar. parag. Donatio q. 21. Secundo ſi fiat ob piam, & honeſtam cauſam, ut ſi alteruter locum dederit cauſa ſepulturæ licet enim donans fiat pauperior, recipiens tamen temporaliter non fit ditior. Non fit autem pauperior, qui non acquirit cum poſſet, ſed qui de patrimonio ſuo depoſuit. Tertio ſi donatur in tempus finiti matrimonij, ut ſcilicet res tunc fiat mariti uel uxoris, cum mors fuerit ſubſecuta, iuxta l. Sed interim ff. de don. inter uir. & ux. Quarto Si donatio ſit remuneratoria Ias. in l. Ex hoc iure ff. de iuſt. & iur. num. 66. & in l. Iulianus parag. Qui fundum

num. 13. ff. de verb. oblig Pan. rubr. de donat. Sanchez. lib. 6. matr. diſp. 6. Couar. c. Cum in officijs de teſtam num. 10. Quinto ſi fiat cauſa mortis, cuiuſq; ſpecici ſit donatio l. ſed interim cit Sexto ſi maritus conſtante matrimonio remittat vxori promiſſam dotem iu toto vel in parte. Non iurata confirmatur morte donantis, ſi tacitè ſaltem non reuocauit. c. ſi. de don. inter uir. & ux. Et non excedat ſummam quingentorum ſolidorum vbi non fuerit inſinuata Silu. donatio 2. q. 1. 3. & 4. Confirmatur etiam morte ciuili, vt profeſſione in religione, quæ non poteſt poſſidere, aut cum quis efficitur ſeruus pœnæ mortis. Silu. q. 4. cit. Septimo cum dans non ſit pauperior, licet recipiens fiat ditior vt ſi maritus repudiet hæreditatem, vt deferatur vxori ſubſtitutæ, glo. & Pan. in d. c. ſi. Octauo cum plebeius ducit nobilem, quia videtur recompenſare nobilitatem Silu. donatio 2. q. 1. & ver. Dos. q. 6

15 Non dicitur donare, qui neceſſarijs rebus ſuccurrit, vt ſi vir pro vxore ſoluit vectigalia l. Ex anino ff. de don. inter vir. & vx. Sil. q. 1. cit. Nec qui ad dandum neceſſario cogitur. Anchar. cons 295 num. 7.

16 Donatio facta vxori à conſanguineis uiri ipſius uiri eſt. facta uerò à conſanguinei uxoris, ſunt uxoris. Silu. donatio 2. q. 5. Molin. diſp. 450. Clar. q. 10. V. Sanchez de matr. lib. 6. diſp. 26.

17 Donatio inter parentes, & liberos nulla eſt, niſi in caſibus, in quibus ualet donatio coniugum Azor. in ſum. de don. inter vir & vx. num. 28. Ias in l. Pacta quæ C. de pact. num. 6. Nauar. c. 17. num. 146. Item valet ſi confirmetur iuramento, vt dictum eſt de donatione inter coniuges. Item facta proficiſcenti ad bellum, aut ad Regiam aulam, quia ſtatim fiunt bona caſtrenſia. Item donatio librorum, ſi filius in procintu ſit exercendi facultatem quam didicit; fiunt enim bona quaſi caſtrenſia. Item ſi donet Vſumfructum bonorum filij l. Cum non oportet parag: Non autem, uerſ. ſin autem C. de bon. quæ liber. V. Molin diſp. 291. Item facta propter nuptias l. Pomponius ff. famil eruſc. Item ob remunerationem Nau. ubi ſupra nnm. 145. Item ad alimenta Molin. diſp 238. Et generaliter donationes ob cauſam, quæ tamen iuxta com. ut refert. Molin. adducendæ ſunt ad partitionem, niſi Pater prohibuerit l. Vt à liberis C. de coll.

18 Donatio ſimplex facta filio in poteſtate, morte Patris confirmatur ſi non reuocauit, & retrotrahitur ad tempus, in quo facta eſt debenturq; ex ea die fructus omnes. Si tamen excedat ſummam quingentorum ſolid. nec fuit inſinuata, non confirmatur quoad exceſſum, niſi confirmata ſit iuramento Molin. diſp 243. aut Pater in morte expreſsè confirmauerit, idem diſp. 238. Confirmatur etiam emancipatione, quando donatio facta fuit filio in poteſtate exiſtenti, & non fuit reuocata, l. ſiue C. do don. V. Silu. donatio 2. q. 7. Igitur donatio Matris facta filio etiam non emancipato ſtatim tenet, quia non habet filios in poteſtate, etiam ſi non ſit facta traditio l. Cum de bonis & l. Cum res C. de donat. Molin. diſp. 243. Ias in l. frater à fratre in ſi. ff. de cond. indeb. & com. licet Capella Tholos. q. 192. dicat non ualere donationem matris factam filio in Patris poteſtate.

19 Donatio Aui cenſetur aduentitia, Nepotiq; acquiritur quoad proprietatē, quoad uſumfructū Patri, l. Cum non oportet C. de bo. quæ lib. quod Molin. diſp 232. affirmās de com. intelligit de bonis Aui materni reſpectu Patris, & de bonis Aui paterni reſpectu matris: nam de bonis Aui paterni reſpectu Patris, docet acquiri potius Patri, quia eius contemplatione donata cēſetnur, niſi aliud in ipſa donatione appareat.

20 Donotio facta filio, quem tunc Pater unicum habebat, per ſuperuenientiā aliorum filiorum non reuocatur; niſi quoad eorum legitimam Couar 1. uar. res. c. 19. num. 1. Pan. in c. ſi. de donat. num. 5. Iul Clar. parag. Donatio. q 2. & 24. Molin. dicens eſſe com. diſp. 283. licet Tiraqel. in l.

ſi unquam C. de reuoc. don. uer. liberi à num. 60. dicat reuocari in totum ex præſumpta donantis uoluntate. Ampliant Molin. loco cit. & Clar. q 24. etiam ſi ea donatio eſſet iuramento firmata. Pater enim ſuo iuramento præiudicare non poteſt filijs, quoad eorum legitimam.

21 Donatio facta extraneo reuocari poteſt propter ingratitudinem donatarij, ut ſi in donantem impias manus iniecerit; ſi iniuriam atrocem, aut graue rerum ſuarum damnum, aut uitæ periculum inferre præſumpſerit, c. fi. de donat; aut ſi conditionem appoſitam non impleuerit, c Verum de condit. appoſ. Si uerò donatio facta à matre ſecundò nubente reuocatur, ſi donantis uitæ inſidiatus fuerit; aut ſi atroces manus in eam intulerit; aut ſi totius ſubſtantiæ illius iacturam molitus ſit Auth. Hæ quoq; C. de reuoc. don. Quòd ſi donans non reuocat, eius ſucceſſores non reuocant c. fi. cit Poſſunt tamen agere, ut ille conditionem impleat. Molin. diſp. 2. Donatario mortuo, non poteſt donans reuocare, ſi illo uiuente tacuit. ibidem. An uerò ob alias cauſas ingratitudinis etiam maiores illis quinq, poſſit reuocari donatio, communis opinio affirmat, ut docet Pan in cit. c. fi. & alij. Molin. tamen. loco cit. negat, quia d. Auth. Hæ quoque, utitur uerbo excluſiuo tantummodo. V. annot. marg. ad Pan. in c. Propter de donat. litera 6. & ſupra uer. Pactum. num. 5.

22 Donatio mera idest inter uiuos reuocari non poteſt ex pœnitentia donantis. Silu. donatio 1. q. 12. Rebell. de oblig. p. 2. lib. 1. q. 3. ſect. 1. num. 6. & com. ſi tamen ſit acceptata, vt ſupra de promiſſione dictum eſt. Nec profeſſione donantis in religione, quia Monaſterium eſt filius fictus, donatio verò non reuocatur, niſi per natiuitatem filij veri. Sanchez in ſum. lib. 7. c. 3. num. 41.

23 Donatio facta per metum non cadentem in conſtantem, in foro conſcientiæ non valet Silu. q. 12. cit. & uer. metus q. 12. & reſtit. 2. verſ. 8. Nau. c. 17, num. 5. & c. 18. num. 7. Roder. in ſum. lib. 1. c. 69 concl. 6. Molin. diſp. 267. P. Nau. lib. 3. c. 1. num. 378. Niſi donans fuerit in culpa ſui metus, & iuſtè incutiatur: ſecus ſi iniuſtè, vt donatum ab adultero, ne à marito adulteræ occidatur; non enim poteſt ſibi retinere donatum, niſi in recompēſationem ſui intereſſe, puta famæ læſæ, & huiuſmodi Silu. ver. metus q. 6. Ang. eo. 10. Sanchez de matr. lib. 4. diſp. 9. num. 9.

24 Donatio facta ſub modo non reuocatur, ſi modus non ſeruatur, ſed agitur tantum ad obſeruantiam modi; præcipuè ſi facta ſit in piam cauſam, niſi expreſſè hoc cautum ſit in ipſa donatione c. Verum, de condit. appos. Quòd ſi donatarius recuſat, nec vult adimplere, reuocatur: niſi facta ſit eccleſiæ, cui non præiudicat Prælatus & cui aduerſus factum Prælati ſuccuritur per remedium reſtitutionis in integrū, tamq; eccleſia ſit priuilegiata, vt ex facto inutili Prælati non cadat à dominio, & poſſeſſione rei acquiſitæ, adeo vt etiam Prælatus ipſe, qui contrauenit, poſſit agere nomine Eccleſiæ tam in petitorio, quàm in poſſeſſorio. Gratian. diſcep. for. c. 911. num. 15. vbi alios refert. Quòd procedit quando eccleſia conuentum habet, aliàs ſolus Prælatus præiudicat. Felin. in c. Verum, de for. comp. num. 9 Glo. in c. Potuit, ver. expelli, de loca Intellige autem ſupradicta, vbi modus fuit cauſa impulſiua; Si enim fuit cauſa finalis reuocatur, etiam ſi donatio ſit facta Eccleſiæ c. Verum, iuncta Glo. ver. conditione, de condit. appos. In dubio autem cenſetur cauſa impulſiua, niſi aliter fuerit expreſſum in donatione pia enim cauſa videtur principaliter contemplata vt cauſa principalis, Silu. alin. q 20. donatio 1. num. 19. & 28 Ang. eo. parag. 47. Azor. p. 3. lib. 4. c. 24 q. 2.

25 Donatio facta filio per Patrem ex cauſa clericatus, ad cuius titulum poſtea fuit ordinatus, non poteſt amplius per Patrem reuocari, quia ex huiuſmodi donatione obligatur Pater Epiſcopo, qui alias eum non ordinaſſet. Gratian. diſcep for. c. 159. à num. 29. vbi num. 34. idem de donatione facta à Pater ex cauſa matri-

Digitized by Google

quæ non valeret, præſertim Concil. Trid. ſeſſ. 25. de regul. c. 16. Congregatio tamen Card. dicti Concilij interpretum ſtatuit valere niſi facta ſit in fraudem dicti cap. 17. intuitu ſcilicet religionis ingrediendæ V Nau. de regul. conſ. 81.

33 Legatum relictum à Teſtatore quoad proprietatem reſeruato ſibi in vita ſua vſufructu, tranſit in donationem inter viuos, ita vt ſi primum illud teſtamentum per aliud reuocetur, non cenſeatur reuocatum legatum Afflic. decis 275.

34 Donatum monaſterio ob ingreſſum, profeſſione non ſecuta, reſtituendum Concil Trid. c. 16. cit Riccius plures referens p. 2. decis. 27, & in ſua praxi reſol. 540. Omnis enim donatio facta eccleſiæ, vel monaſterio tempore ingreſſus tacitam habet conditionem, vt duret eo ibi perſeuerante, ibidem. Amplia etiam ſi facta ſit donatio cum promiſſione de habendo ſem per ratam, & illam non reuocando, etiam ſi contingat eum à religione exire: cum hæc dixerit, quia firmiter credidit, ſe non egreſſurum. Neque enim præſumendum eſt velle in ſeculo remanere ſuis bonis ſpoliatum Gratian. diſcep. for. c. 95. num. 35. per conſ. 183. num 3. lib. 2. ſocin Vnde talis clauſula non alterat naturam donationis, vt fuit deciſum per Rotam coram Lanzellotto 6. Decemb. 1605.

35 Donatum per modum diſpoſitionis ad aliquid agendum, retineri poteſt, licet illud non fiat; vt pecunia data ad tollendum impedimentum religionis, quo oblato non ingrederis Io. Med. de reſt. q. 27. Idem de dato v. g mulieri ad alliciendum ad fornicationem quamuis illa nunquam conſentiat. huiuſmodi enim donationes cenſendæ ſunt abſolutæ, non conditionales Molin. tract. 2 diſp. 86 & 93. in fi. & 170. num. 5. V. Lopez de contrac. d. 2. c. 44 de donat. modal. corall. 2.

36 Donatum, vel relictum religioſo cum conditione, vt nihil Monaſterio acquiratur intelligitur, vt monaſterium patiatur, ac ſinat Monachum illum adminiſtrationem, & viuum habere, manente dominio apud Monaſterium, eſtq; verum licet in conditione exprimatur, vt nihil iuris Monaſterio acquiratur. Quod ſi ſuperior nolit cum ea conditione ſuum aſſenſum præbere docet Pan. in c. Monachi, de ſta Mon numero 8. non valere donationem deficiente conditione, ſed manere penes grauatum Sit etiam docet Azor. p. 1. lib. 12. c 10. q. 3. citato Bart. in primo caſu, ſed hanc opinionem recte limitat Pan. vt vera ſit, quando ille Religioſus haberet adminiſtrationem in caſu licito ad diſpenſanda in pia opera, vel ad vſus proprios licitos: ſecus, vt ille ad libitum illa bona tamquam propria adminiſtret Silu. religio 4. q. 5. V. ver. religio num. 3. de voto Paup.

37 Donatarius tenetur alere donantem ad inopiam redactum, ſi donatio fuit magna, alioqu poteſt donans reuocare Ancnar. alios referens in c. Propter num. 4. de donat. & ibi Pan. num. 5. Silu. donatio. q. 11. verſ. 5

38 Donato ſub modo, ſiue lege, vt donatarius teneatur donantem alimentare, ſi donatarius modum non ſeruet ſtatim res donata reuertitur ad donantem Molin. tract. 2. diſp. 3. verſ. 5. per. l. C. de donat. quæ ſub modo Vide tamen eundem diſp. 208. verſ Vt autem conſtet.

39 Donatio cauſa mortis non confirmatur profeſſione in Monaſterio capaci, ſed expectanda eſt mors naturalis. Idem in teſtamento facto ante ingreſſum, quia mors ciuilis non habet eundem effectum, quem mors naturalis Sanchez. de matrim. lib. 6. diſp. 27. num. 17.

EVR-

moleſtiã, vel quia ea valdè delectatur, vel quia eſt puſilli animi, ita vt amiſſione cuius libet rei valde turbetur, peccat mort. Sot. lib. 5. q. 3 art. 3. ad 3. Nau. c. 17. num. 2. Silu. vbi ſupra Non eſt tamen furtum mortale; ſed eſt mortale contra charitatem P. Nau. lib. 3. c. 1. num. 46.

8 Qui paulatim furatur modica, cum peruenerit ad quantitatem notabilem tenetur ſub mortali reſtituere totam ſummam Cord. in ſum. q. 70. Sot. vbi ſupra Io. Med. de reſt. q. 10. dub. 2. B. medin. 1. 2. q. 88. ar. 4. ad 3. Salon. 2. 2. q. 96. ar. 6. contr. 3 concl. 1 Nau. autem c. 17. num 139. & Leſſ. vbi ſupra dub. 8 dicunt ſecluſo animo perueniendi ad quantitatem notabilem, omnia illa furta eſſe venialia quidem, detentionem tamẽ voluntariam eius quantitatis eſſe mortalem, obligariq; ad reſtituendum ſub mortali. An verò teneatur reſtituere omnia, v. g. ſi quantitas mortalis ſit quatuor ſiue ſimul, ſiue paulatim acceperit, Io. Med. & Cord. vbi ſupra docent abſolutè teneri. At P. Nau. vbi ſupra dub. 9. Sayr cla. reg. lib. 9. c. 15. num. 29. Azor. p. 3. lib 5. c. 13. in fi. Sanchez in ſum. lib. 7. c. 21. num. 9. docent teneri tantum ad vnum, non ratione vnius, quia hæc eſt materia leuis, ſed ratione nocumenti, cuius fuerat cauſa, ſicut tenetur reſtituere acummſartori ratione nocumenti quod infert, quia non tenetur ſub mortali remouere à proximo. niſi damnum notabile, quod facit reddendo vnum; tria enim non ſunt notabilia, & peccauit mort. tantum accipiendo illud quartum, ergo liberatur à peccato iniuſtæ retentionis, & receptionis reſtituendo vnum. V. Reginald vbi ſupra, & lib. 23. c. 1. q. 4.

9 Qui furatur plura à diuerſis, quamuis modica, & paulatim, cum primum peruenit ad quantitatem notabilem peccat mort. & tenetur reſtituere Sot. Med. Cord, Salon. vbi ſupra Valent. to. 3. diſp. 5. q. 10. p. 5. P. Nau. vbi ſupra dub. 7. Arag. 2. 2. q. 66. art. 6. dub. vlt. At Tolet. lib. 5. c. 16. negat huiuſmodi quantitatem facere mortale; niſi quando fur habebat animum omnia illa furta committendi, & fauet Sayr. cla. reg. lib. 9. c. 15. num. 27.

10 Excommunicatio lata ob furtum non comprehendit furtum ex natura ſua veniale, licet fortè ex parte damni, vel moleſtiæ ſit mortale Nau. in man. c. 17. num. 4. & de ſta. mon. conſ. 3. dub. 5. & in c. Inter verba concl. 6. perfecta num. 84. P. Nau. vbi ſupra num. 64. Salon. contr. 2. cit. licèt enim damnum datum ſit iniuſtitia mortalis, non eſt tamen furtum mortale, Arag. ar. 6. cit. verſ. ſupponimus tamq; certum.

11 Rem tuam iniuſto titulo ab alio poſſeſſam, vel aliàs tibi iure debitam, potes clam accipere, ſi aliàs commode recuperare non potes, vt propter rei paruitatem, & magnitudinem ſumptus in recuperatione: aut quia ex lite ſimultates orirentur: aut non ſine gratiæ, & amicitiæ ammiſſione: modo caueas, ne ſcandalum, vel periculum mortis, mutilationis, aut infamiæ ſequatur, S. Tho. vbi ſupra ar. 3. & ibi Ban. Arag. & Caiet. in reſp. ad 3. & Salon. contr. 2. Sayr. vbi ſupra c. 14. à num. 3. P. Nau. lib. 3. c. 1. p. 4. dub. 8. Leſſ. lib. 2. c. 12. dub. 10. Silu. ver. furtum q. 13. Nau. c. 17. num. 116. & ſeq. Cauere tamen debes, ne debitor iterum ſoluat, ſecundum Nau. num. 113. Et ſi à Iudice interrogeris, iurare potes te non accepiſſe, intelligendo, iniuſtè. Nau. 6. num. 116. Leſſ. vbi ſupra Et, ſi feratur excommunicatio, non teneris reuelare tu, neq; ſcientes Doct. cit. licet Prælatus dicat etiam in caſu recompenſationis licitæ, continet enim errorem intollerabilem. Silu. vbi ſupra q. 15.

12 Accipiens quod dubitat an ſuum ſit, mortaliter peccat, & reſtituere tenetur: in dubio enim melior eſt conditio poſſidentis. c. Nau. 17. num. 117. Leſſ. vbi ſupra Sot. lib. 5. q. 3. art. 3. contra Io. Med. de reſt. q 11.

13 Furans rem, qua Dominus nullo modo vtebatur, non tenetur reſtituere: damnum enim non dedit B Med. in ſum. lib. 1. c. 14. parag 10. reg. 5 in fi.

14 Si fur rem alienam offerat domino, loco, & tempore, & ille non acceptet, liberatur, quia moram purgauit l. In re furtiua ff. de furt. Et ſi perit ſine culpa furis, domino petit, & deterioratur, l vlt. C. de cond. furt.

tion attulit, operatur verò vſque ad ſupplementum, & quod ſupereſt cedit lucro ipſius, non mariti.

20 Ligna ſcindens in ſylua communi ſuæ ciuitatis non tenetur reſtituere, niſi graue damnum intulerit. Sot de iuſt. lib. 4. q. 6. art. 4. Savr. clar. reg. lib. 11. c. 10 Arag. & Ban. 2. 2. q. 62. art. 3. Leſſ. lib. 2. c. 5. dub. 14. qui ampliat etiam extante prohibitione, quæ non poteſt in totum prohibere. Idem dicendum de incolis duorum Oppidiorum habentium ſylas ceduas, ſi aliter in alterius ſylua ſoleat ligna cedere. Doct. cit.

21 Famulus iuſtæ ætatis, qui ex neceſſitate minoris ſe locat quàm valeant eius operæ, poteſt aliquid vltra conuentum clam ſurripere Nau. de loca. conſ. 1. num. 5. 5. Cord. in ſum. q. 119. & lib. 2. qq. q. 34. quibus in locis vide varias limitationes. Leſſ. lib. 2. cap. 12. ſum 63. & cap. 14. Azor. p. lib. 2. c. 39. q. 10. Limito primo, vt non poſſit clam accipere, quoties merces conuenta, licet minor reſpectu operarum, eſt tamen conſueta in eo loco, nec maior dari ſolet, habita ratione ſeruitiorum, &c. Silu. ver. familia q. 2. Limito ſecundo, vt etiam id non poſſit, quando Dominus illius operâ non indigens, vel ex caritate, vel aliorum rogatu, illum in famulorum numero adſcribit, vt de pueris nobilium, qui in aula commorantur, docent Nau c. 17. num. 109. Azor. vbi ſupra q. 7. P. Nau. lib. 3. c. 1. p. 4. num. 409. & ſeq.

22 Rapiens vi non ſatisfacit in confeſſione dicens ſe rem proximi iniuſtè occupaſſe, ſed fateri debet ſe per vim rapuiſſe, & pro iniura tenetur ſatisfacere; differunt enim ſpecie rapina, & furtũ S. Tho. 2. 2. q. 66. art. 4 & 9. & ibi Caiet. Sot. lib. 5. q. 3 art 2. Couar in reg. Peccatum p. 2. parag. 1. num. 2. P. Nau. vbi ſupra num. 19.

23 Qui rem naufragam à domino omnino derelictam, aut deſperatam ſaluauit cum vitæ periculo, non tenetur reſtituere; fit enim primò occupantis Nau. c. 17. nu. 98. Roder in ſum. lib. 2. c. 41. concl 6. V. Salon. 2. 2. q. 66. art. contr. 1. Silu. Ang. & Summiſtas ver Naufragium. P. Nau. lib. 4. c. 1. dub. 8. Molin. trac. 2. diſp. 55. & infra ver. reſtit. vers. Quid reſtituendum num. 11. Quid dicendum de alienis bello captis, vide eundem Molin. diſp. 118. Dicuntur autem habita pro derelictis primo quæ dominus abiecit ea mente, vt amplius eſſe nolit in numero rerum ſuarum. Inſtit. de rer. diuis parag. pen. Ex quo ſequitur, proiecta in mare leuandæ nauis cauſa, non haberi pro derelictis, vt Inſt. cit. parag. fi. Secundo ea quæ fluctibus procul abiecta, ſi dominus ſciens ubi ſint, ea recuperare non curat. Leſſ lib. 2. c. 5. dub. 18. Tertio quando dominus ita ea proiecit, aut reliquit, ut moraliter loquendo, ſperare ueriſimiliter non poſſit aliqua induſtria, uel caſu ea recuperare; quia tunc extrordinaria induſtria eripiens, & ſaluans efficit ſuam P Nau. lib. 4. c. 1 num. 58. quod Leſſ. ubi ſupra putat uerum, ubi dominus ſignificauerit ſe eam occupanti concedere, aut eius æſtimatio ſit ferè par illi rei.

De Excommunicatione Papali lata in rapientes bona naufragorum, uide uer. Excom Bullæ num. 9. Caiet. 2. 2. q. 66. art. 5, uerſ. Nota tertio.

THESAVRVS Inuenta.

V. Furtum.

1 Theſaurus eſt res pretioſa mobilis, cõdita ab ignotis dominis tempore uetuſtiori l. un C. de theſaur. Vel Eſt uetus depoſitiõ pecuniæ, cuius non extat memoria l. Numquam ff de acquir. rer. dom.

2 Qui in alieno fundo theſaurum inuenit, ſi caſu, dimidium erit domini ſi de induſtria, domino ignorante, aut neſciente ibi latere theſaurum, aut contradicente, totum eſt domini, alioqui inuentoris. Inſtit. de rer. diuis. parag. Theſauros. Sed hoc caſu in conſcientia

P 2 iuſti-

17. in fi. Mihi magis placet ſententia Farinacij, vt potè, & iuri naturali, & ciuili conformis.

9 Quæ Domino carent, aut ſunt omnino derelicta, ſunt occupantis vbiq; Nau. c. 17. num. 170. Molin. diſp. 75. Inſtit. de rer. diuis. parag feræ.

10 Inuenta, quorum poſt diligentem inquiſitionem ignorantur dominus ſunt inuentoris. Vbi tamen appareat dominus, tenetur in conſcientia reſtituere P. Nau. lib. 4. c. 2. dub. 9. Salon 2. 2. q. 66. ar. 5. contr. 1. & ibi Arag. vers Supereſt ergo. Sot. vbi ſupra. Alij tamen docent reſtituenda eſſe pauperibus, nec poſſe ſibi retinere inuentorem, niſi ſit pauper ſic Caiet. d. ar. 5. Couar. vbi ſupra p. 3. parag. 1. num. 2. Silu. ver. Inuentum num. 2. Nau. c. 17. num. 171. & communior, vt teſtatur Azor. p. 3. lib. 4. c. 27. ea enim bona non caret domino, licèt ignoretur; Ergo furtum committit qui ea propria auctoritate ſibi vſurpat, & retinet.

VENATIO Piſcatio. Columbarium.

1 VENATIO, eſt exercitium ordinatum ad capienda animalia terreſtria. Piſcatio ad capiendos piſces. Silu. ver. Venatio.

2 Capta in alieno laqueo, aut rete ſunt accipientis l. In laqueum ff. de acquir. rer. dom Nauar. c. 17. num. 176. Silu. ver. inuentum num. 5. Intellige niſi alieno laqueo ita ſint irretita, vt probabile ſit ad eius manus peruentura, qui laqueum tetendit. Molin. diſp. 42. Leſſ. lib. 2. c. 5. 11. Seruanda verò conſuetudo, ſi quæ legitimè introducta fuerit. Couar. in reg. Peccatum p. 2. parag. 8. num. 13. Nau. vbi ſupra

3 Fera eſt capientis, aut ſic vulnerantis, vt capi poſſit, modò eam perſequatur Inſt. de rer. diuis. parag. Illud quæſitum Silu. vbi ſupra uers. 2. Leſſ. c. 5. cit. dub. 10. Molin. ubi ſupra.

4 Auis, & fera eſt capientis etiam in alieno loco, & domino prohibente ingreſſum; non enim ſunt fructus agrorum, uel ſyluarum. Quare licèt ager ille, uel Sylua talia ſint, ut eius fructus in uenatione conſiſtat, ipſaq, uenatio ſit alteri locata, non ideò illa animalia fiunt conductoris, uel Vſufructuarij quandiu naturali libertate fruuntur; ſed Conductor, & Vſufructuarius ſolum habent ius ibi uenandi P. Nau. lib. 3. c. 1. dub. 18. Couar. ubi ſupra num. 4. & 9. uers. 5. lo. med. de reſtit. q. 12. Leſſ. ubi ſupra dub. 9. Azor. p. 3. lib. 1. c. 13. uers. ſi roges, docet quod quado fructus fundi ex uenatione, aucupio, uel piſcatione conſtat, capiens contra uoluntatem Domini ſuum non facit per l. Venationem, l. Item fundi ff. Aucupium, & l. Vſufructuarium parag. ſi in uiuarijs ff. de Vſufructu.

5 Fera facta domeſtica habens conſuetudinem reuertendi ad certum locum poſſeſſoris non poteſt ab alio capi, quandiu habet animum redeundi, quem depoſuiſſe uidetur, cum bis aufugit, nec horis ſolitis non impedita reuertitur. Silu. ubi ſupra num. 6, Nau. c. 17. num. 128. Couar. ubi ſupra num. 14. Si tamen facile queri poſſit, & inueniri, non cenſetur amiſiſſe conſuetudinem reuertendi: ſicut etiam cum uel in ſuburbanis commoratur, aut uagatur per alienas domos Leſſ. ubi ſupra 6. Molin. diſp. 41 Idem affirmans de falconibus, & huiuſmodi V. Valent. to. 3. diſp. 5. q. 6. p. 5.

6 Examen Apum etiam in alieno agro, ſiue arbore, etiam domino prohibente, & fauus mellis accipi poſſunt; niſi uenerint opera domini, aut niſi prior ipſe occupauerit Inſt. de rer. diuis. parag. Apum, Molin. & Nau vbi ſupra Si uerò ex alueo ita euolent, ut difficilis ſit eius proſecutio, poteſt à quocumq; capi Leſſ ubi ſupra Silu. uer. Inuentum q. 2. uers. 3.

7 Fera egreſſa è loco appropriato domino dolo, aut fraude uenatoris, poteſt capi, efficiturq; capientis Ban. 2. 2. q. 62. ar. 1. dub. ult concl. 3. Molin. diſp. 51. Couar. ubi ſupra num. 15. Sayr, cla. reg. lib. 11 c. 9. num. 21.

8 Poteſt

8 Poteſt Princeps prohibere venationem in locis publicis ex libero conſenſu populi, ſiue gratis ſiue per aliquem contractum. Item ſi iudicetur neceſſarium ad Reipublicæ onera ſuſtinenda, ſcilicet vt inde conflettur magna pecuniæ copia. Item ad honeſtam recreationem Sot. de iuſt. lib. 4. q. 6. act. 4. P. Nau. lib. 3. c. 1. num. 288. modò tamen populum ab omnibus locis publicis non excludat, id enim eſſet tyrannis Io. Medin. de reſt. q 12. Leſſ. vbi ſupra dub 7. & modò priuatis hominibus, qui in locis publicis habent ſua prædia, fiat aliqua compenſatio pro quantitate damnorum, quæ ſuſtinere coguntur vel propter multiplicatas feras, vel etiam ab ipſis venatoribus ſegetes conculcantibus. Caiet. opuſc. 17. reſp. 12. dub. 12. Couar. in reg. Peccatum p. 2. parag. 8. num. 11. Niſi fortè illa prædia à Principe donata ſint cum eo onere Molin. diſp. 46. Poteſt etiam prohibere, ne venetur certis anni temporibus, vt cum animalia ſunt grauida, vel foetus educant, & lepores, cuniculi, perdices capiantur tempore niuium.

9 Domini ſuperiorem agnoſcentes minimè poſſunt prohibere venationem, niſi ex Principis priuilegio, vel conſuetudine legitimè præſcripta; non malo titulo, aut tyrannide vſurpata Leſſ. & Molin. vbi ſupra, & conſenſu libero totius populi Nau. c. 12. num. 120.

10 Prohibens venationem etiam in locis proprijs, quicumq; ſit etiam Princeps, tenetur ad damna, quæ vicinis ab ipſis feris inferuntur, ſi ipſi vicini liberè non conſentiant: peccant enim contra iuſtitiam Cai. vbi ſupra dub. 5 Couar. & Nau. loc. cit.

11 Capiens feram in loco prohibito, modò non ſic ita concluſus & circumſeptus, vt egredi non poſſit, non tenetur reſtituere: peccat tamen ratione iniuriæ, & damni illati, quia venatur in alieno agro inuito domino, qui ius habet vt nemo ſe inuito ibi venetur. Et ſi damnum aliquod intulit, vt ſi ſegetes conculcauit, aut ſi dominus feram illam capere voluerat, aut ius venandi alteri locarit, tenetur reſtituere. Leſſ. dub. 9. Molin. Io. Med. & Couar. vbi ſupra. Immo ſecundum alios, etiam vbi locus circumſeptus eſt, capiens non tenetur ad reſtitutionem rei captæ. P. Nau. vbi ſupra num. 293. Niſi dominus eas feras incluſerit vbi nullæ erant, eaſq; ibi contineat: tunc enim capiens tenetur reſtituere l. parag. Item feras ff. de acqu. rer. dom. Salon. 2. 2. q. 62. art. 2. contr. 3. Vide Couar. ubi ſupra num. 14. & ſeq.

12 Prohibens ne feræ non incluſæ agros uaſtantes pellantur aut occidantur, peccat mort. etiam ſi proponat reſtituere Nau. c. 17 num. 124 & ſeq. Alij tamen rectius docent, quòd ſi paratus eſt totum damnum reſtituere ſine mora, & diligenter de eo inquirit, non peccat mort. cum non inferat notabilem iniuriam ſic Caiet. & Couar. ubi ſupra. Leſſ. dub. 7.

13 Illicitum eſt imponere pœnam mortis, uel mutilationis, aut flagellorum uenantibus in loco prohibito, Et exequentes, ubi forte ad terrorem eſſet impoſita, peccant mortaliter, cum onere reſtituendi damna illata. S. quis tamen ſæpius admonitus, & pœnis leuioribus ſæpius punitus deſiſtere nollet, & graue damnum inferret, flagellorum pœna, ſi eius ferret conditio, puniri poſſet Molin. diſp. 46. Leſſ. dub 9. num. 45. Certè peccant mort. mutilantes pro prima uice, licet ſtatutum, aut loci conſuetudo ſit, quia iniqua Silu. reſt. 3. q. 2. uerſ. 4. & uer. Venatio in fi. Sot. de iuſt. lib. 4. q. 6. ar. 4. Nau. ubi ſupra num. 121.

14 Si columbæ uideantur profugæ à columbario, ut quia amiſerunt conſuetudinem redeundi, licet accipere, & fiunt occupantis Tolet. lib. 5. c. 20. Leſſ. vbi ſupra dub. 6.

15 Licet habere columbaria, ſi eſt conſuetudo, & populus non conqueritur, nec damnum notabile inferunt, & prouideantur alimenta neceſſaria, & propriè habeat dominus agros ex quibus magna anni parte ali poſſunt, & paratus eſt, ſi, quæ inferunt damna reſarcire. Nau. c. 17. num. 176. Sot. ubi ſupra

Silu.

Silu. reſt. 3.q. 4. ver. 3. Caiet. in Sum. ver. Columbarium Arag. 2.2.q. 63. art. 3. Immo ſecundum Aſten. quem refert Silu. etiam in agro exiguo licet habere columbaria quia tantum proſunt, quantum nocent cum vermes, & mala ſemina conſumant, & terra longo tempore ſtercorizent, modo ſit paratus emendare notabilia damna, ſi conſtiterit.

16 Spargens ſemina, aut alia quauis arte vtens, qua columbas alienas ad ſuum columbarium pertrahat, ſi id principaliter intendat, peccat mort. & reſtituere tenetur: ſecus ſi intendat principaliter ſuas, paſcere, & retinere ne aliò euocentur. licèt per accidens aliæ inuitentur Couar. in reg. Peccatum p. 2. parag. 8. num. 10. Nau. vbi ſubra num. 127. Salon. 2.2. q. 62. art. 3. conc. vlt. Molin. diſp. 50. Leſſ. dub. 6.

17 Habens ſata intra terminum à lege præſcriptum, ſi inuenit columbas ſata conculcantes licitè poteſt eas capere, nec tenetur ad reſtitutionem Arag. vbi ſupra intellige ſi dominus alimenta non ſubminiſtrat, ob idq; terras aliorum deuaſtant Tolet. vbi ſupra in fi. V. Sayr. cla. reg lib. 11. c 10.

18 Quando Principis edicto ſtatutus eſt terminus intra quem columbas aucupare non licet, intra illum ſumens peccat mort. & tenetur reſtituere. Extra verò capiens nec pecat, nec ad reſtitutionem tenetur. Doct. cit. & Ban. 2.2. q. 62. art. vlt. concl. 5. Tolet. vbi ſupra, licet Cord. in ſum. q. 21. verſ. 3. & Lud Lopez p 1. inſtruc. c. 146. parag. Tertia propoſitio contrarium dicant.

CVSTOS. ſtabularius.

V. Culpa. Obligatio. Reſtitutio.

1 CVSTOS eſt triplex. Quidam accipiens mercedem pro cuſtodia ſpecialiter Quidam accipiens quidem, ſed non ſpecialiter pro cuſtodia, ſed fortè pro ſuo opere. Quidam nullam omnino accipiens mercedem. Primus tenetur de leuiſſima, quando prius tenebatur de leui Secundus tenetur de leui. Tertius tantum de lata culpa. Silu. ver. Cuſtos in principio.

2 Cuſtos poteſt diſſimulare cum capientibus ex magna neceſſitate, ſi moderatè ſe gerant Io. Med. de reſt. q. 12. Nau. c. 17. num 122. Sayr. cla reg. lib. 11. c. 11. num. 6. Salon. 2. 2. q. 62. art. 7. contr. 4 concl. 3. licet iurauerit accuſare Azor. p. 3. lib. 3. c. 17. initio. Et generaliter quotieſcunq; accipiens non peccat: quo caſu ſi cuſtos accuſet, reſtituere tenetur damnum quod is ſine culpa incurrit P. Nau. lib. 3. c 4. nu. 128.

3 Cuſtos non impediens damnum cum poſſit, peccat mort. & tenetur reſtituere, ſi ad id tenebatur ex officio, vt quia mercedem accepit pro cuſtodia l. Qui mercedem, & ſeq. ff loca. Silu. ubi ſupra concl. 4. & 5 Leſſ. lib. 2. c. 13. dub. 10. P. Nau. vbi ſupra num. 141. Si verò ex officio non tenetur, licèt malitioſe taceat, non tenetur reſtituere, peccat tamen mortaliter agens contra charitatem. Immo neq. peccaret, ſi non ex malitia, ſed ex negligentia, aut modeſtia non ſe ingerendi negotijs alienis, non impediret. Nau. c. 17. num. 136. P. Nau. vbi ſupra num. 129. contra Ang. ver. furtum parag. 16. Caiet. in ſum. ver. reſtitutio. V. Azor. p lib. 4. c. 16.

4 Cuſtos ſe abſcondens, quò ingredientes in flagranti capiat peccat mort. Nau. vbi ſupra num. 123. Azor. ubi ſupra c. 16. q 6. ac proinde, ſi pœna contra fures appoſita talis ſit, quæ in domini commoditate cedat, tenebitur ad pœnam ipſam, & ad damnum ſua diſſimulatione illatum. Is verò, quos in delicto capiunt, ad nihil tenetur. Sayr vbi ſupra num 9. Io. Med. q. 12. cit Alij tamen docent non peccare, quia permittit ingredi, quò ſemel depræhenſi iterum non ingrediantur, nec ſinit graue damnum inferre ſic Nau. vbi ſupra. Cord. in ſum. q. 66. P Nau. vbi ſupra num. 116. dicens tutius eſſe non ſe abſcondere, ne ſua abſconſione alterius

terius peccati occaſio eſſe videatur. V. Sanchez de matrim. lib 10. diſp. 12. num. 52

5 Cuſtos non accuſans quos reperit damnificantes, tenetur non ſolum ad dãnum, ſed etiam ad pœnam pecuniariam, ad quam ille iuſtè condemnaretur, ſi tamen delictum probare poſſit Salon. vbi ſupra art. concl. 3. & 4. Io. Med. de reſt q. 15. B. Med. lib. 1. ſum. cap. 14. parag. 30. P. Nau. vbi ſupra num. 141. Alij volunt teneri ad valorem rei acceptæ, & ad vectigal, quo iniuſtè priuatus eſt dominus: ad pœnam verò non teneri, cum non debeatur ante ſententiam ſic Leſſ. lib. 2. c. 13. dub. 10. c. 25. num. 34. Silu. reſt. 4. q. 5. verſ. 7. Cord. in ſum. q. 66. Prima opinio verior, ſi cuſtos mercede pacto, vel iuramento conſtitutus eſt ad denunciandum, quia hoc caſu peccat contra iuſtitiam non denunciando. Secunda verò opinio vera eſt, cum nec pacto, nec iuramento ſe obligauit Azor. p. 3 lib. 4. c. 16. q. 5. Acceptum vt taceat, nec accuſet, non tenetur reſtituere Nau. vbi ſupra licet Io. Med. de reſt. q. 1. cauſa 10. Cord. vbi ſupra volunt reſtituenda eſſe danti. V. Reſtituto ver. Mutus

6 Cuſtos ex pacto, ſi finito tempore rem offerat domino, & hic nolit acceptare, ad nihil tenetur, ſi res pereat. Silu. ver. Cuſtos q. 5. vbi refert Bartol. & Imol. in l. Si mora ff. ſolut. matri. docentes ad nihil teneri etiam ſi non offerat.

7 STABVLARVIS eſt hoſpes recipiens etiam equos Silu. ver. Nauta initio.

8 Tenetur de damno dato à ſuo familiari in rebus, non autem de expenſis, & intereſſe, ſi ille vulnerauit Silu. q. 5. cit. Idem dic de quocumq; familiari, quo dominus in aliquo miniſterio vtitur, annot. ad Cappell. Tholos. decis. 196.

9 Stabularius, qui ſemel id officium ſuſcepit, cogi poteſt hoſpitem recipere Couar. 3. var. res c. 14. num. 1. Azor. p. 8. lib. c. 7. q. vers. 10. Idem de Nauclero, Caupone, & Aduocato docent alij Armill, ver. Aduocatus Molin d, 527.

10 Si à principio dedit hoſpiti claues cubiculi, proteſtando ſe nolle teneri, non tenetur. Silu. vbi ſupra q. 3. Ang. eo parag. 1. Molin. vbi ſupra num. 6. l. vlt. parag. 1. iuncta glo. Nautæ, cap.

11 Stabularius tenetur ex facto inſtitoris & præpoſiti ſui circa id, ad quod eſt præpoſitus expreſſe, vel tacitè. & eo ipſo quod quis exercet officium domino ſciẽte, videtur illum præponere parag. vult. Inſt. quod cum eo Azor. vbi ſupra c. 13 q. 9. de locato. Quare ſi hoſpes immittat equũ in ſtabulum, præpoſito illum permittente, ſi poſtea furto ſublatus ſit, tenetur, licèt nulla conſignatio equi facta ſit, eo enim ipſo quòd patitur illum immitti in ſtabulum, videtur permittere equum ſaluum fore, quæ procedunt ratione cuſtodiæ, ob quam tenetur dominus non ſolum de facto ſuo, & familiarium, ſed etiam extraneorum. Sic plurimos referens, & Aſſerens de Gratian. diſcep. for. c. 678.

LVDVS

Torneamenta Chorea.

V. Clericus Contractus

1 LVDVS eſt dictum, uel factum quo quæritur ſola quies animalis S. Tho. 2. 2. q. 68. art. 2.

2 Torneamentum eſt, in quo aliqui ex condicto conuenire ſolent ad oſtentationem uirium unde mortes hominum ſæpè proueniunt c. 1. de torneam.

3 Inſpector ludi, qui fit cum peccato mortali peccat mortaliter, ſi ex hoc aſpectu alij efficaciter inducuntur ad ludendum, uel ad ludum continuandum. Ang. uer. ludus parag. 6. Aliter Silu. uer. ludus q. 8. relato S Ant. Si ludus, inquit, eſt expreſſè prohibitus à iure, eius exercitium eſt mortale, non autem eius inſpectio, licet ibi probabiliter immineat uitæ periculum: niſi ita eſſet affectus ut non abſtineret, quamuis contrarium præciperetur; aut niſi propter hoc ommittantur diuina in diebus feſtis: aut juxta eundem Silu. uer. Curioſitas q. 3. ludus ſit

dus ſit de ſe malus mortaliter, vt in duello vel niſi placeret peccatum alterius, quia vult id fieri vt videat. Si verò non eſt expreſſè prohibitus, & tamen repræſentantur valdè turpia, mortale eſt videre, cum ſit delectari de turpibus, & ſe tentantionis periculo exponere, Si tamen caſu videret, neſciens huiuſmodi fieri non peccaret mortaliter, Si verò ſunt ludi vani non in opprobrium Eccleſiæ, vel cleri, vt in choreis, haſtiludijs, &c. non peccant mort. niſi ratione intentionis, periculi, aut ſcandali. Quod ſi huiuſmodi inſpector ſit Clericus, aut Monacus, peccat mortaliter, ſi ludus ſit mortaliter malus, & multo tempore ſpectet, aut eius præſentia ſit cauſa ludendi. Laicus verò, ſi non ſit cauſa, nec de eo delectatur quatenus mortale, ſed tantum induſtria ludentium, non peccat mortaliter Nau. c. 20. num. 14. V. Azor. p. 3. lib. 5. c. 17. q. 7.

4 Ludus aleorum, & taxillorum prohibetur Clericis, religioſis, & Prælatis ratione dignitatis perſonæ, & ſcandali, vt patet can. Epiſcopi diſt. 35, & c. Clerici 2. de vit. & hon. cler. Et, ſi clerici ſint in ſacris, aut beneficiati, aut religioſi, peccant mort. cum iubeantur deponi c. Inter dilecto, de exceſſ. Prxl. Sot. de iuſt, lib. 4. q. 5. ar. 2. ante concluſ. 4. Nau. c. 20. num. 9. Salon. 2. 2. q. 5. de dominio ar. 6. concl. 2. & fauet Conc Trid. ſeſſ. 22. c. 1. de ref. vbi innouatis ſacris can. de vita, & hon. cl. & pœnis in eis contentis, præcipit ea omnia obſeruari quod Azor. vbi ſupra q. 2. intelligit de Clerico aleæ deſeruiente, ideſt frequenter alea ludente: ſecus ſi ſimel, aut etiam ter per annum luderet ſecreto, & abſq; aliorum ſcandalo, & modò huiuſmodi ludi fortuiti non ſint prohibiti conſtitutione ſynodali ſub excommunicatione,

5 Lucrifacta ludo illicito, & lege humana prohibito ab eo qui donare poteſt, non eſt de neceſſitate reſtituendum etiam pauperibus Nau. c. 20. num. 19. Couar in reg. Peccatum p. 2. parag. 4. Io. Med. de reſt. q 12. Sol. vbi ſupra Valent. tom. 3. diſp. 5. q. 6. p. 4. Leſſ. lib. 2. c. 26. dub. 3. contra Silu. ver. ludus q. 13. & alios limitant Doct cit. modò abſit fraus, & dolus contra ipſius ludi leges, vis, & coactio alterius ad ludendum, & lex humana impediens dominij tranſlationem. V. Mol. diſp. 517. Limitant alij, vt Molin. diſp. 88. & 514 num. 2. Couar. vbi ſupra num. 8. Io. med. vbi ſupra q. 12. verſ. Neq; obſtat, niſi interueniat Iudicis ſententia, à quo tamen interrogatus negare potes debitum, ſecundum eoſdem; nec ſufficit extraiudicialis repetitio. Immo niſi ſit ſemiplenè probatum, potes etiam iurare te non eſſe lucratum: Niſi fortè, vt ait molin. iniuſtè prohiberes ſententiam. Sed Salon. p. q 5. de dominio ar. 6. parag. An per ludum pecunia præſente, & concluſ. vlt. verſ. quæres hic duo, docet teneri lucrantem reſpondere Iudici, licèt deſint teſtes, maximè ſi ſub iuramento interroget. Sed hoc non concedo, quia ſi deſint teſtes, Iudex non iuridicè interrogat;

6 Si à minori, mentecapto, ſurdo, cæco, furioſo, & huiuſmodi lucratus es, teneris reſtituere, niſi modicum ſit, de quo præſumitur quod Curator non curat, & acquiſitum ludo licito. S. Tho. 2. 2. q. 32. ar. 7. ad 2. Silu. vbi ſupra q. 11 Nau. c. 20. num. 12. Non teneri ad reſtitutionem, niſi à Tutore, aut Curatore repetatur docet Molin. diſp. 519. addens facta repetitione à Curatore, aut Patre, teneri filium, aut minorem de euictione ei, qui lucratus, eſt in foro conſcientiæ: Niſi vti velit priuilegio legis concedentis ſicut repetionem ſoluti ita, & retentionem poſtq; recuperauit: aut, ſi minor, beneficio reſtitutionis in integrum. Sed contraria eſt com. & verior, quia contractus eſt nullus; cum huiuſmodi minores, & multò magis filij fam. alienare non poſſint, niſi hi habeant bona caſtrenſia, vel quaſi. Si tamen minor ſit pubes, & careat Curatore, qui lucratus eſt non tenetur reſtituere, niſi poſt Iudicis ſententiam. ſufficit

Q verò

verè illum eſſe pubertati proximum, vt obligetur minor in foro conſcientiæ, nec alter tenetur niſi poſt ſententiam, ſecundũ vnam opinionem, quam refert Sanchez de matr. lib. 6. diſp. 38. num. 30. Vide eundẽ in ſum lib. 7. c. 19 num. 87.

7 Lucratum à filio fam. ei non eſt reſtituendum, ſi iterum ſit luſurus, idem de minori, &c. Petr. Nau lib. 4. c. 2. num. 35. Angelus q. Cui reſtituendum diffic. 2.

8 Filius fam. Ludens ex bonis aduentitijs, quorum adminiſtrationem habet Pater, non tenetur reſtituere Patri, aut fratribus Molin diſp. 519. Si tamen res eſſet alicuius momenti, & de Patris donatione ſaltem tacita non conſtaret, ego dicerem teneri ſaltem fratribus poſt mortem Patris: quia cum Vſusfructus eſſet Patris priuauit fratres ea portione, quæ illis obuentura erat.

9 Qui vi, aut fraude, aut nimia importunitate alium ad ludendum induxit, tenetur acquiſitum reſtituere. S. Tom. 2. 2. q. 32. ar. 7. ad 2. & ibi Caiet. Silu. ver. ludus q. 11. Io: Med. de reſt. q. 2. 2. s. Bonau. in 4. diſt. 15. p. 2. ar. 2 q. 3. Sot. de iuſt. lib. 4. q. 5. art. 2 Caſtr. de leg. pœn. lib. 2. c. 2. Corol. 2. Cou. in reg. Peccatũ p. 2. parag. 4. num. 7. Garz. c. 43. num 11. Nimia importunitas, niſi ſit cum iniuria, non obligat ad reſtitutionem. Eſt verò cum iniuria, quando illa importunitas adhibetur, vt pudore aut conuitijs, & huiuſmodi quis omnino trahatur ad ludum. Caiet. Sot. Couar vbi ſupra P. Nau. lib. 2. c. 3. num. 447. quibus tamen contradicit Garz. num. 11. cit. Attrahens inuoluntarium mixtè non tenetur totum reſtituere, quia alioqui, & attractus teneretur reſtituere Garz ibid. Et vi tractus, ſi aliunde motus acceptat poſtea de nouo ludere, attrahens ex tunc ius lucrandi acquirit Lopez contract. lib. 2. c. 22. Garz. cit.

10 Vbi in ludo lex concedit repetitionem, poteſt quis non ſoluere quod promiſit. Couar vbi ſupra num. 4. Nau. c. 20. num. 17. Leſſ. lib. 2. c. 26. dub. 4. Molin. diſp. 515. num 5. Alij tamen docent teneri ad ſolutionem, cum ſit promiſſio de re licita, ſic Io: Med. de reſt. q. 22. Caſtr. de leg. pœn. lib. 2. c. 2. concl. 3. Salon. 2. 2. q. 5. de dominio ar. 6. verſ. An quando luditur pecunia abſente, Concl vlt. Tu dic poſſe ſibi retinere beneficio legis concedentis repetitionem, ſed implorata publica auctoritate, & obtenta Iudicis ſententia, quomodo intelligenda eſt prima opinio. Non poſſet autem ſibi retinere propria auctoritate ſine ſententia, & ſic vera eſt ſecunda opinio Valent. to. 3. diſp. 5. q. 6. p. 5. In eodem caſu non poteſt amittens facere occultam compenſationem, licèt pre verecundia, vel timore repetere non audeat, vt volunt Docct. cit. & Leſſ. dub. 3. Molin. diſp. 514. Quod Salon. vbi ſupra, ver. An per ludum pecunia prætente, concl. vlt. intelligit, quando in ludo debitæ circunſtantiæ reperiuntur, nec aliud eſt præter legis prohibitionem, alias ſi fraus, &c. poteſt occultè compenſare, ſi alia via recuperare non poteſt V. Sot. de iuſt. lib. 4. q. 5. art. 2.

11 Si cum iuramento promiſiſti te ſoluturum, nec legis beneficio vſurum, teneris ſoluere Nau. Leſſ. Couar. vbi ſupra nec poteſt relaxari iuramentum, quia eſt de re licita, prohibita tantum iure humano ob priuatam vtilitatem. Sanchez de matr. lib. 1. diſp. 32. à nnm. 24. Si verò non iuraſti, ſed ſolum promiſiſti, non teneris ſecundum eoſdem, & concedit Molin. diſp. 515. num. 5. in ludo prohibito, in quo lex concedit repetitionem. Dicendum tamen, vt verſ. ſuperiore. Qui iurauit non vti legis beneficio poteſt petere abſolutionem à iuramento, ſi magna rerum iactura facta eſt Sot vbi ſupra: quod tamen relaxari non poteſt abſq; conſenſu eius, cui factum eſt, qui iure iam acquiſito inuitus ſpoliari non poteſt. Leſſ. vbi ſupra. Quis autem poſſit relaxare iuramentum, vide Iuramentum num 80.

12 Poteſt, qui perdidit cominari repetitionem, ac paciſci cum lucrante, vt partem reſtituat, ne totum in iudicio repetat, etiam ſi non haberet animum repetendi, ſed fingeret: accipit enim pro ceſſione iuris repetendi, quod habet Azor. p. 3. l. 5. c. 25 q. 8. Leſſ. vbi ſupra. In hoc tamen poſtremo diſſentit. Molin diſp. 514. in fi.

13 Qui

Digitized by Google

13 Qui valdè excedit peritia ludendi, ita vt certus ſit, vel quaſi certus ſe lucraturũ, tenetur reſtituere, ſi alter huiuſmodi exceſſum ignorabat, vel totum, ſi certus erat, vel partem ſi quaſi certus pro quantitate certitudinis Molin. diſp. 517. Leſſ. dub. 5. Sed Azor. vbi ſupra c. 26. q. 4. vult quod ſi ille tantum probabiliter credit ſe victurum, aut ſi certus, alterum monet ſe illo in ludẽdi peritia ſuperiorem, poteſt lucri factum ſibi retinere. Quòd ſi vterq; ignorans alterius peritiam ſe periculo commiſit, non tenetur Molin cit Roder. in ſum. Lib. 1. c. 189. concl. 8. Bart. Med. lib. 1. ſum. ſum. c. 14. parag. 28. Nauar. c. 20 num. 17.

14 Filij fam. poſſunt modicum ludere cum verſantur in ſtudijs, aut aula; videntur enim Patres conſentire Sot de iuſt. lib. 4. q. 5. art. 2. Nau. vbi ſup. nu. 2. Valent to. 3. diſp. 5. q. 6. q. 5. Silu. ver. ludus, q. 11. Idẽde Monacho, modò nõ ludo prohibito docent Thol. lib. 1. c. 17. B. Med. vbi ſupi concl. 3. Lopez. in ſtruct. q. 1. c. 33. Sayr. clau. reg. lib. 11. c. 12. nu. 18. licet priorem opinionem probabilẽ dicant Huiuſmodi, aliæq; perſonæ nõ poſſunt plus lucrari, quàm perdere Sot vbi ſup. Sed intelligendus eſt in eadẽ ſponſione & iactu; ſecus in diuerſa. Nam ſi in primo iactu v. g. quinq; ducarorum iuſtè lucrati ſunt alios quinq;, iam habẽt decem, & ſic in alio iactu lucrari poſſunt alios decem, & ſic deinceps. Secundo intelligendus eſt etiã cum eodem vno colludente; ſi enim ſint plures, poſſit à ſingulis totidẽ lucrari eodem iactu, quod perdere poterant Molin. diſ. 514. Salon. q. 5. de dominio ar. 6. verſ. an filij fam. concl. 2. Garz. c. 42. nu. 6. Leſſ. lib. 2. c. 11. nu. 11. & ſic intellige Sot. & Nau vbi ſupra Sanchez. in ſum. lib. 7. c. 19 num. 83.

15 Mortale eſt ſubminiſtrare domum, menſam, candelã ad ludũ, qui ſit cum peccato mortali, ſi abſq; huiuſmodi ſubminiſtratione non luderetur Nau. c. 20. num. 15. Silu. vbi ſupra q. 9. Azor. p. 2. lib. 12. c. 18. q. 6.

Obtinens primas, & potiores ludi partes, ita vt certus ſit de victoria poteſt augere ſponſionem; idem etiam poteſt obtinens inferiores partes ludi, quò alter deterritus ſpõſionẽ concedat. Couar in reg. Peccatũ par. 2, parag. 4. num. 6. Sayr. vbi ſupra num. 21. Io: Med. de reſt. q. 22. B. Med. vbi ſupra. reg. 3. Boniſing. de ludo c. 14. Garz. c. 43. num. 0.

17 Ludentes ludo prohibito, ſi pecuniarum ſumma magna eſt, vix à mortali excuſatur. Tolet. lib. 5. c. 27. Sal. vbi ſu. cõc. 2.

18 Iocoſum dictum cauſa recreationis non eſt peccatum: & ludus etiã ad recreationem poteſt eſſe meritorius, & pertinet ad virtute meutrapoliæ, modo nõ miſceantur turpia, & nociua, & non reſoluatur totaliter grauitas animæ, & cogruat perſonæ, loco, & tempori, & ſecundum alias circunſtantias S. Tho. 2. 2. q. 168. art. 2. Silu. vbi ſup. in principio, & com.

19 Bulla Pij V. prohibens agitationem taurorum non ligat quando ita moderate ſit, vt probabiliter credi poſſint nõ ſecutura notabilia nocumenta perſonarum; ceſſat enim eo caſu ratio legis Nau. c. 15. num 11. V. Quarant. ver. Torneamentum.

20 Ludus funambulorum licet, quando prudentis arbitrio ſine periculo exerceri poteſt Nau. vbi ſupra nu. 8. Graff. decis. p. 1. lib. 2. c 121. num. 3. At Silu. ver. Ars q. 8. ſimpliciter damnat, quòd vt plurimum moriantur.

21 Hiſtriones, ſi modeſtè ſe gerãt, condemnandi non ſunt Silu. ver. Ars q 7. Turrecr. Archid. & Glo. in c. Donare diſt. 86 Ang ver Ars. parag. 1. Boninſign. de ludo c. 2. in ſi.

22 Mortuus in torneamentis, etiam ſi pæniteat, priuatur Eccleſiaſtica ſepultura c. 1. de torneam. Cai. ver. torneam. Ang. eo parag. 10. & ver. Sepultura q. 9. dicto 2.

23 Choreæ, ſi fiant ex cauſa alicuius honeſtæ lætitiæ à perſonis ſecularibus, congruo loco, & tempore, & alijs debitis circunſtantijs, licitæ ſunt. S. Tho. Iſai. 3. Turrecr. in c. Cohibeat de pœnit. d. 5. Silu. & Ang. ver. Chorea. Azor. p. 3. lib. 3. c. 26. Eccleſiaſticis perſonis prohibetur chorea c. Clericum diſt. 46. c. Nullus præsbyterorum de conſecr. d. 5. & alibi ſæpè. & Trid. ſeſſ. 24. c. 12. de refor. Quare Ang. Silu putant eſſe mortale ratione prohibitionis, & ſcandali: Niſi fortè qualitas, & modicitas operis excuſet, vt ſi fiant in Secreto, & parum. V. Nau. in man. c. 25. num. 120

P 2 TESTA.

TESTAMENTVM

V. Clericus. Contractus. Debitum. Epiſcopus. Excommunicatio. Filij. Hæreditas. Religio. Vſura.

TESTAMENTVM eſt voluntatis noſtræ iuſta ſententia de eo, quòd volumus poſt mortem fieri l. 1. ff. de teſtam. cum hæredis inſtitutione Pan. rub. de teſtam. intellige directa Molin. de iuſt. tract. 2. 124. vers. Teſtamentum.

2 Duæ ſunt ſpecies Teſtamentorum. Aliud enim dicitur teſtamentum nuncupatiuum, & ſine ſcriptis, ideſt teſtium ſubſcriptione, & ſine alijs ſolemnitatibus requiſitis in teſtamento facto in ſcriptis: & quia etiam ſine omni ſcriptura poteſt quis nuncupatiuè teſtari, modò coram teſtibus, & conditione debitis nominet hæredem ſuamquem explicet voluntatem Inſt. de teſtam. ord parag. ſi. Aliud dicitur teſtamentum in ſcriptis, cum quis v. g. nolens alicui ſuam voluntatem notam eſſe, propria manu ſcribit teſtamentum, & coram Notario, & teſtibus dicit. Volo vt hæres meus in in omnibus, & per omnia faciat prout in hac ſcriptura: aut prout inſcriptura manu mea ſcripta, quæ eſt apud talem. &c. Com. vt teſtatur Silu teſtam. 1. q. 1. Iul. Clar. parag. teſtamentum addens debere Notarium à tergo ipſius cedulæ apponere nomina teſtium, tempus. & rogitum ne poſtea contingat dubitari circa identitatem ſcripturæ. Prædictæ ſolemnitates non requiruntur, ſi teſtamentum fiat coram Imperatore, Rege, aut alio Principe non recognoſcente ſuperiorem. Iul. Clar. vbi ſupra num. 56. Molin. diſp 119.

3 Teſtari poteſt cœcus coram Notario, & ſeptem teſtibus, aut Notario deficiente, coram octo teſtibus: Inter liberos ſufficit ſolemnitas in aliorum teſtamentis requiſita Molin. diſp. 130.

4 Teſtari non poteſt de iure communi damnatus ad mortem naturalem, nec deportatus, nec damnatus ad metalla l. Eius qui parag. Sed cui ff. de teſtam. cum aliis iuribus. Nec damnatus ad carcerem perpetuum Pan. rub. de teſtam. Sunt qui putent, præter damnatum ad mortem naturalem, alios ſi ingenui ſit, poſſe de iuri communi teſtari per Auth. Sed hodie C. de danat. & Auth. de nupt. parag. Quod autem. ſic Couar. alios referens rubr. de teſtam. p. 3. num. 17. ſed contrarium docent Pan. vbi ſupra Molin. alijs cit. trac. 2. diſp. 9.

5 Religioſus profeſſus tria vota teſtari non poteſt. c. Quia ingredientibus 19. q. 3. Nauar. de. regala commen. 2. à num. 44. S. Tho. 2. 2. q. 185. Art. 8. ad 3. Ang. ver Teſtam. parag. 1. Leſſ. lib. 2. c. 41 dub. 8. Nec ante factum reuocare Silu religio. 6. q. 3. & 4. Nau. ubi ſupra num. 53. Couar in c. 2. de teſtam. num. 9. & alij quos refert, & ſequitur Sanchez in ſum. lib. 7. c. 11. num. 20. Poteſt tamen declarare cum de aliquo dubitatur. Roder. in ſum. p. 2. c. 34 num. 1. modo declaratio verbis conueniat, eiſque commodè aptari poſſit Sanchez vbi ſupra num. 19. Poteſt etiam, ſi ante non diſpoſuit diuidere bona inter filios. Idem c. 9 à num. 1. per Auth. ſi qua mulier C. de ſacroſan. Eccl. filios intelligens legitimos, vel ſaltem legitimatos, non verò illegitimos, niſi in hijs locis in quibus hi ſuccedunt deficientibus legitimis; hoc enim caſu, ſi deſint legitimi, poteſt profeſſus inter eos bona diuidere. Poteſt etiam illis ſubſtituere vulgariter, & per fideicommiſſum, & ſubſtitutione compendioſa, & exemplari, non tamen pupillari, cum hæc patriam exigat poteſtatem, qua caret profeſſus Sanchez alios referens vbi ſupra c. 9. concl. 7.

6 Equites

6 Equites S. Io. Hieroſol licet ſoléniter profeſſi, teſtari poſſunt de licentia ſui ſuperioris id enim ſibi co ncedi per ſuas conſtitutiones docet Sanch. ubi ſupra c. 8. num. 36. V. Azor. p. 1. lib 12. c. 6. 4.

7 Ex Monaco factus Epiſcopus teſtari non poteſt, niſi de licentia Papæ quia ſola rerum Eccleſiaſticarum adminiſtratio ei committitur. S. Thom. vbi ſupra redd. teſtam. 1. q. 3. uers. 11. Nau. de S ilu. Eccl. q. 1. Mon. 9. & q. 3. Mon. 11. num. 11.

8 Filius fam. ptima tonſnta initiatus teſtari poteſt inuito Patre, glo. in c. Quia ingredientibus 19. q. 3. Auth. de ſanctiſſ. Epiſc. parag. Præsbiteros. intellge de bonis caſtrenſibus, vel quaſi, c. licet de Sepult in 6. & de bonis aduentitijs poſt clericatum, quæ ſortiuntur eo caſu naturam bonorum quaſi caſtrenſium Silu. vbi ſupra q. 4. & clericus 4. q. 2. Nau. c. 17. num. 142. Leſſ. lib. 2. c. 19. dub. 4. Anchar. in c. Quia nos, de Teſtam. & ibi Couar. num. 2. Secus de aduentitijs ante Clericatum; eſſet enim in præiudicium Patris ad quem ſpectat Vſuſfructus Sanchez vbi ſupra c. 1. num. 31. Leſſ. Couar. & alij quos referunt, contra Pan. in c. In præſentia de probat. num. 56. Clericnm intelligit Molin. diſp. 138. qui vel beneficium habet Eccleſiaſticum, vel iuxta Trid. ſeſſ. 23. c. 6. de refor. fori priuilegio gaudet, alias intelligendam eſſe Auth. cit. de clerico min. ord. Sed. Sanchez. vbi ſupra docet non requiri eas conditiones.

9. Filius fam. teſtari poteſt ad pia de aduentitijs, quorum habet vſumfructum ſecundum Bart. in l. 1. C. de ſacroſan. Eccl. ſed eius opinionem communiter reprobari docet Couar. rubr. de teſtam. ubi Pan. & alij Silu. teſtam. 1. q. 4. Molin vbi ſupra, & patet ex c. Licet. cit. vbi dicitur filium teſtari non poſſe etiam ad pia, niſi de caſtrenſi, vel quaſi inuito Patre. Ego Bart. opin. veram cenſeo, ſi huiuſmodi bona relicta, vel donata ſint ſub ea conditione vt eorum Vſuſfructus non competat Patri, quo caſu nec earum adminiſtratio illi competit, etiam ſi filius ſit minor; ſed dabitur Curator, quia Pater ſuſpectus habebetur à lege Auth. vt liceat Matri in principio vers. Res autem In caſtrenſi, uel quaſi non requiritur ſolemnitas iuris, c. Cum. tibi de teſtam.

10 Nouitius religionis approbatæ teſtari poteſt ſine ſolemnitate iuris ciuilis Molin. diſp. 139. Silu. teſtam. 1. q. 10. verſ. 4 Pan. in c. Quia non de teſtam. Contrarium docet Nau de regul. com, 2. num. 52. Sanchez. in ſum. Lib. 7. c. 3. num. 17. & ſeq. Prima tamen opinio uerior eſt, quam ſequuntur Azor. p. 1. lib. 12. c. 2. q. 15. Roder. de regul. to 3. q. 69. att. 11. in fi. Ang. ver. teſtamentum. Parag. 26. & alii plures, quos num. 16. cit. refert Sancez. Bona uerò de quibus diſpoſuit per ultimam uoluntatem pertinent ad Monaſterium uſque ad mortem naturalem talis religioſi quoad uſum, & Vſumfructum, excepta legitima filiorum; neque interim admittitur inſtitutus. Quare ſi dictus hæres præmoriatur, euaneſcit diſpoſitio, & ſuccedit monaſterium pleno iure, ſi tamen monaſterium ſit capax Pan. in c. In præſentia num. 54. de probat. Nau de regul. com. 2. nu. 54 & cō. ut teſtatur Molin de iuſt. tract. 2. diſp. 140. uers. quia. & bona, cum ibi cit. Niſi aliud in dicto teſtamento ſit expreſſum Couar. c. 2. de teſtam. num. 8. in fi. Contrarium docet Nau. de teſtam. conſ. 10. quando ille diſpoſuit cogitans de ingreſſu, quo caſu dicit non eſſe expectandam mortem naturalem. Sed prima opinio uerior, quia communis, ut teſtatur Sanchez in ſum. lib 7. c. 3. num. 55.

11 Minor, prodigus, cui bonorum adminiſtratio, eſt interdicta. aut furioſus ingrediens religionem teſtari, legare, & diſponere poteſt de rebus ſuis etiam ſine auctoritate curatoris, modò tempore diſpoſitionis non ſit furioſus Pan. in c. in præſentia de probat. num. 54.

12 Beneficiarius quicumq; etiā Prælatus & Commendatarius, teſtari non poteſt de ijs, quæ ad ſacrum uſum ſunt deſtinata, ut ſunt paramenta, ornamenta,

ua.

vaſa; miſſalia, libri cantus, omniaq; huiuſmodi aurea, & argentea, ſed ea omnia apud ipſos tempore mortis reperta ſpectant ad propriam beneficiarij Eccleſiam, ſolutis tamen prius debitis, ſi aliunde ſolui non poſſint. Bulla Pij V. anno 1567. relata à Roder. in ſum. p. 2. c. 34. num. 4. quæ tamen, vt ex ipſius proemio conſtat, intelligitur de rebus huiuſmodi acquiſitis ex fructibus eccleſiaſticis. Quare dicendum videtur, poſſe dictos beneficiarios teſtari, & diſponere de aliunde acquiſitis, puta ex fructibus patrimonij, donatione de quo etiam vide Molin. diſp. 147.

13 In teſtamento ad pias cauſas non requiritur ſolemnitas iuris. Quare valet, licet nõ inſtituatur ibi hæres, aut nõ adeatur hæreditas, aut ſolum interueniat Parochus, aut duo teſtes, aut loco Parochi alij duo, vel vbi deficit alia ſolemnitas iuris ciuilis, quæ quoad hoc cenſetur reuocata per c. Cum eſſes, de teſtam vbi Pan. Silu. teſtam. q. 5. vers. 3. Leſſ. lib. 2. c. 19. dub. 2. Molin. de iuſt. trac. 2. diſp. 134. Iul. Clar. parag. Teſtamentum q. 6. Couar. in c. cum tibi, & c. Relatum 1. num. 12. de teſtam Item valent legata pia. cum Teſtator morte præuentus perficere non potuit teſtamentum iam cæptum Couar. in d. c. Relatum num. 9. & 12. Molin. vbi ſupra c. 506. num. 24. c. legata extraneis facta.

14 Quando teſtamentum principaliter fit cauſa pietatis, ſuſtinetur etiam quoad legata non pia, Couar. in c. Relatum de teſtam. & alij, quos refert. Idem in teſtamento militis, & inter liberos Iul. Clar. parag. Teſtamentum q. 6. 8. 15. & 89. Sed de teſtamento inter liberos contrarium docet Gratian. diſcep. for.

15 Cum in teſtamento ad pia, in quo ſeruata non fuit ſolemnitas iuris ciuilis teſtator facultatem habebat teſtandi ad alia, valida ſunt legata non pia in eo teſtamento relicta Iul. Clar. q. 6. cit. Nolin. diſp. 134.

16 Vltima voluntas captatoria, ideſt quæ in alterius voluntatem confertur, valet fauore piæ cauſæ, c. Cum tibi de teſtam vbi Anchar. num. 15. Couar. num. 12. Pan. vol. 2. conſ. 32. num. 3. Iul. Clar. 6. q. 6. Silu. teſtam. 1. q. 9. verſ. 4. Ias. in l. Captatorias C. de teſtam. Nau. de teſtam. cons. 16. num. 3. & com. In alijs verò valet cum datur facultas eligendi ex certis incertum, vt vnum ex tali familia Nau. vbi ſupra conſ. 14.

17 Si teſtator non expreſſè teſtetur ad pia: ſed dicat, committo diſpoſitioni Titij omnia bona mea, ſuſtinetur huiuſmodi diſpoſitio tamquam facta ad pia Silu. vbi ſupra verſ. 5. Innoc. & Imol. in c. Cum tibi de teſtam. Clar. vbi ſupra.

18 Teſtamentum factum coram Parocho, & duobus teſtibus, vel loco Parochi, cum alijs duobus teſtibus, volunt valere etiam in terris Imperij, licet non ſit ad pia Pan. in c. Cum eſſes, de teſtam. Silu. vbi ſupra p. 5. verſ. 2 Alij tamen docent in terris Eccleſiæ valere in vtroq; foro, alibi verò tantum in foro Eccleſiaſtico, Glo. in d. c. Cum eſſes, ver. imploramus. Clar. vbi ſupra q. 57. & alij, quos refert Silu.

19 Teſtamentum minus ſolemne valet in foro conſcientiæ; & inſtitutus in huiuſmodi teſtamento licitè poſſidet, oritur enim ex eo naturalis obligatio, Pan. in c. quia plerique de immun. Eccl. num. 24. & in c. 1. de in integr. reſt. Innoc. in c. Quod ſicut de elect. Silu. hæred. 3. q. 7. & teſtam. 1. q. 5. vers. 4. Io. med. de reſtit. q. 23. ad fi. Nau de teſtam. conſ. 1. Ias. in l. Nemo poteſt ff. de lega 1. num. 72. Leſſ. lib. 2. c. 19. dub. 3 Fachin. contr. iur. lib. 4. c. 5. Contrariam ſententiam tuentur Couar. in c. Cum eſſes, de teſtam. num. 6. Arag. 2. 2. q. 62. de dominio, vers. Nunc diſputandum eſt, concl. 2. Clar. vbi ſupra q. 89. Anchar. in d. c. Cum eſſes num. 4. Ban. verò 2. 2. in præamb. ab q. 62. diſp. 5. & Sot. de iuſt. lib 5. art. 3. mediam tenent ſententiam, vt ille, in cuius fauorem lex irritum facit teſtamentum, poſſit ob defectum ſolemnitatum agere in iudicio, & petere ſibi adiudicari hæreditatem, eamq; adiudicatam tuta conſcientia retinere interim verò prior poſſidens poſſit adire, & celare defectum teſtamenti, & retinere. Idem docet Molin. diſp. 80. addens adiudicata hæreditate in foro exteriori hæredi

ab inteſtato

ab inteſtato, hæredem inſtitutum in minus ſolemni teſtamento, poſſe occultè facere compenſationem ceſſante ſcandalo. Ego adhæreo primæ ſententiæ tāquā probabiliori. Vide Lazar. prax can. lib. 1. ſect. 3. q. 6.

20 Tenetur quis inſtituere filios in quota voluerit parte, etiam minima, & illis mortuis Nepotes Inſt. de hæred quæ ab inteſt. parag. Ita demum, nec ideò rumpitur teſtamentum, ſed agitur ad ſupplementum legitimæ. Filiabus dos ſufficit, ſecundum quoſdam: tutius tamen inſtituere in modico præter dotem Silu. teſtam. 1. q. 10. verſ. 1. & 2.

21 Non valet prohibitio Teſtatoris, ne Epiſcopus executorem compellat Pan. in c. Tua nobis de teſtam. Quoad deuolutionem verò executionis, ſi Teſtator prouidit de executore in caſu negligentiæ primi, ille exequitur, Si verò non prouidit, exequitur Epiſcopus in legatis ad pias cauſas Ang. ver. Executor parag. 14. Item etiam in legatis ad non pia Pan. in c. Si hæredes de teſtam. num. 7. Licet num. 3. aſſerat eſſe mixti fori, etiam in legatis ad pia. Item vbi executor indebitè adminiſtrat, quia non valet prohibitio, vt non reddat eo caſu rationem adminiſtrationis Ordinario Silu. teſtam. 2. q. 8. V. Couar. in c. 3. & c. Tua nobis num. 6. de teſtam. Anchar. conſ. 45. Pan. vbi ſupra.

22 Hæ conditiones ſi non nupſeris, ſi non intrabis religionem, ſi ſine liberis deceſſeris tamquam turpes reijciuntur, cum retrahant à matrimonio carnali, & ſpirituali Silu. hæred. 4. q. vlt. & legatum 1. q. 9. Conditio cælibatus reijcitur in his, qui nunquam nupſerunt Anth. Cui relictum, de indicta Vid. toll. ſel. in c. In præſentia de probat num. 63. Conditio non nubendi cum certa perſona, aut nubendi cum tali, alijs excluſis, valida eſt; modò tamen cum illa perſona poſſit licitè, & honeſtè contrahere Silu. legatum 1. q. 4. Ang. eo. Si tamen alij nupſit de conſenſu Patris, legatum non efficitur caducum Cou. in 4. decretal. p. 2. c. 3. parag. 8. num. 2. Molin. diſp. 207. Valida item eſt conditio non nubendi ad tempus, vt viduæ, quouſq; filij prioris matrimonij ad annos diſcretionis peruenerint l. Sed ſi hoc parag. vlt. & l. ſeq. ff. de condit. appos.

23 Peccant mort. hæres, & executor notabiliter differentes executionem teſtamenti S. Tho. quol. 6. art. 13. Silu teſtam. 2. q. 9, Nau. c. 25. num. 65. Et, ſi hæres ſit extraneus, priuatur hæreditate; filio verò reſeruatur legitima Glo. in c. Licet, ver. priuandum, per Auth. Hoc amplius C. de fideic.

24 Solus Papa, aut ſupremus Princeps mutare poſſunt voluntatem Teſtatorum; niſi relictum ſit ad certum vſum pium non ita neceſſarium quia tunc poteſt Epiſcopus conuertere in alium vſum pium Reip. Chriſtianæ, ac religioni magis neceſſarium; cui neceſſitati aliundè ſubueniri non poſſit ſine magna difficultate Couar. in c. Tua nobis num. 7. de teſtam. per tex. in l. pen. ff. de oper. publ. Et de Papa, ac ſupremo Principe ſeculari rectè intelligunt multi, quos refert, & ſequitur Moneta de commut. vlt. vol. c. 6. q. 1. ſi adſit iuſta cauſa, alioqui malè, & nulliter agere nec præſumi cauſam. Niſi fiat commutatio motu proprio, ac præuia cognitione cauſæ & citatione partis, & aliqua iuſta cauſa excogitari poſſit, qua motus fuit Princeps. In foro tamen conſcientiæ præſumendum eſt pro ſuperiore, dum inferiori non conſtat de cauſæ defectu Monet. loco cit. num. 55.

25 Iurans non reuocare teſtamentum, ſi reuocet, eſt periurus Hoſt. in ſum. tit. de ſepulturis parag. An licitum. Specul. de inſtrum. edit. parag. Compendioſè Molin. diſp. 151. & 153. Leſſ. lib. c. 19. dub. 8. Couar. Rubr. 2. de teſtam. à num. 19. quidquid Bart. & alij Iuriſp. à Couar. citati in contrarium dicant. Limita primo niſi prius obtinuerit relaxationem iuramenti Iul. Clar. parag. Teſtamentum q. 94. Secundo niſi ſuperueniat noua, & legitima cauſa Salon. q. 5. de dominio art. 5. verſ. An teſtamentum iur. Valet tamen reuocatio, ſi in Secundo teſtamento id expreſſè per clauſulam derogatoriam, mentionem facientem priori teſtamenti, & iuramenti Couar.

Couar. vbi ſupra, & alij plures relati in annot. ad Felin. in c. Nonnulli de reſcrip. num. 5. Molin. loc. cit. qui cum Leſſ. vbi ſupra docet teneri Teſtatorem, vel eius hæredem adimplere prius teſtamentum, quod ex eo iam acquiſitum ſit ius inſtituto, ac legatarijs, non obſtante reuocatione, modò tamen inſtitutus in illo teſtamento ſciuerit, & acceptauerit: Nam ſi ignorauit, cum ex eo oriatur tantum obligatio perſonalis, non tranſit ad hæredes. Prima tamen opinio eſt tenenda; nulla enim reperiri poteſt via, per quam teſtamentum etiam iuratum ſit irreuocabile, vt multis citatis docet Monet. de commut. vlt. vol. c. 9. c. 170. idem etiam tenet Sanchez in ſum. lib. 3. c. 12. num. 31. Barbos. ad c. Vltima voluntas 13. q. 2. V. annot. ad Pan. in c. cum Marthæ de celebr. miſſ. num. 2.

26 Pupillo inteſtato, ſi non hebeat fratres, ſuccedit mater in totum, licèt ad ſecunda vota tranſierit ante mortem filij l. fœminæ parag. Illud etiam C. de ſec. nupt. Si verò pupillus habeat fratres, & illa ſecundò nupſerit, ſuccedit tantum quoad virilem partem in vſufructu, reſeruata proprietate fratribus pupilli l. cit. & l. Matrem C. ad ſen. conſ. Tertill Azon. in ſum. C. de ſec. nupt Pan. conſ. 75. vol 1. Afflic. decis. 38 75. & 310. Boer. decis. 185.

27 Pupillaris ſubſtitutio euaneſcit, profitente Patre in religione bonorum capace, quamuis teſtamentum principale Patris ſit legitimum, nec rumpatur profeſſione Couar. c. 2. de teſtam. num. 8. Niſi Pater in teſtamento ſuo diſpoſuerit vt à die profeſſionis vim haberent contenta in ſuo teſtamento Sanchez lib. 7. ſum. c. 3. à num. 41. ad 46.

28 Mater per expreſſam pupillarem ſubſtitutionem excluditur etiam à legitima filij c. Si Pater de teſtam. in 6. Afflic. decis 38. & 310. Ias. in l. Si ſeruus, & l. Si Titio parag. ſicuti, de lega. 1.

29 Si ante annum luctus mater tranſeat ad ſecunda vota, amittit priuilegium Auth. de nupt. coll. 4. Eadem omnia intellige de Patre reſpectu bonorum vxoris.

30 Per ſecundum teſtamentum, in quo inſtituta fuit pia cauſa, nullus tamen fuit rogatus notarius, eſt omnino reuocatum primum ſolemne, ſi ſecundum probetur per duos teſtes Anchar. conſ. 337. Corn. conſ. 300. lib. 3. & conſ. 147. lib. 4. Regulariter autem vbi ſecundum teſtamentum fuit inualidum, vel quia cœptum, & non perfectum ſuperueniente morte, vel quia non fuit facta hæredis inſtitutio; vel ex defectu ſolemnitatis, vel alia de cauſa, non reuocatur primum. Molin de iuſt. trac. 2. diſp. 153. & eſt cauſa in parag. Ex eo autem Inſt. quib. mo. teſtam. infr. quæ enim à iure conficta ſunt iure etiam tolli, ac perimi debent. V. ibi Minſinger. & Gratian. diſcep. for. cap 659.

31 Vltima voluntas propria manu teſtatoris ſcripta pietatis cauſa, & inter liberos, ſeruanda eſt, licet non ſit coram teſtibus publicata Couar. in c. Relatum num. 12. de teſtam. & tenuit Rota in pluribus cauſis teſte eadem Rota coram Buratto decis. 475 & licèt in ea non adſint teſtes, neque dies, neque annus, ſi probetur ſchedulam ſcriptam fuiſſe propria manu Teſtatoris, vt plures referens docet Gratia. vbi ſupra c. 235. num. 54. aſſerens ſic ſeruari de ſtylo Curiæ, & magis communiter teneri, & c. 895. & Rota coram Buratto vbi ſupra, quod ſufficit ſchedulam recognoſci per duos teſtes habentes notam manum, & ſcripturam Teſtatoris; Et per huiuſmodi bonam voluntatem ſufficienter derogatur primum teſtamentum ſolemne, dicta decis. 475. V. Pan. p. 2. conſ. 98. Marchin. de peſte par. 8. vbi de teſtam. tempore peſtis.

32 Per ſecundum teſtamentum, in quo appoſita fuit clauſula derogatoria prioris, hactenus, quomodocunq, ſeu quibuſcunq; verbis etiam derogatorijs factum, reuocatum cenſetur primum, licet in priori poſita ſint verba formalia Salue Regina, ac etiam non obſtantibus quibuſcunq; verbis generalibus, & derogatorijs, & niſi adeſſent illa verba Salue Salue Regina, cenſetur reuocatum primum Rota apud Farin. p. 2. decis. 721. ybi licet in primo eſſet inſtituta

pia

pia cauſa V. Pañ. ubi ſupra, & Silu. teſtam. 1. q. 12.

33 Per ſecundum teſtamentum non reuocatur primum factum inter liberos, niſi expreſſè fuerit reuocatum, maximè quando ſecundum eſt inter extraneos, & reuocatio ita debet expreſſè apparere, ut nulla ſit dubitatio Rota coram Buratto decis. 901.

34 Teſtamentum factum ante ingreſſum religionis, in quo non fuit inſtitutum Monaſterium, non rumpitur per profeſſionem, ſiue ille cogitauerit de ingreſſu, ſiue non; niſi in ipſo ingreſſu contulerit Monaſterio omnia bona ſua, modò id fiat ex interuallo poſt conditum teſtamentum ſic multos referens Sanchez in ſum. lib. 7. c. 3. à num. 34. diluens contraria, idem aſſerens num. 4. de donatione cauſa mortis.

35 Prædictum teſtamentum non ſortitur effectum niſi à die mortis naturali ipſius religioſi, interimq; ea bona efficiuntur Monaſterij, niſi is in teſtamento aliter diſpoſuiſſet. Et, ſi inſtitutus, aut legatarius moriatur ante naturalem mortem ipſius Teſtatoris, non tranſmittitur hæreditas, aut legatum ad hæredes, ſed pleno iure remanet penes monaſterium, ſi capax ſit ſuccedendi, com. vt plurimos congerens teſtatur Sanchez vbi ſupra à num. 45. idem dicens num. 54. de hæreditate ipſi profeſſo obueniete poſt profeſſionē ab inteſtato iure agnationis: hæc enim debetur hæredi cum alijs bonis poſt naturalem mortem ipſius profeſſi. Si verò ex teſtamento, efficitur, ſtatim pleno iure monaſterij capacis. In dubio autem quando conſeatur teſtator omnino velle, vt ſtatim à profeſſione deferatur hæreditas inſtituto, plures coniecturas affert, & declarat idem Sanchez à num. 60. ad 67;

HAEREDITAS LEGATVM FIDEICOMMISSVM.

V. Beneficium, Coniux. Debitum. Donatio. Dos. Filij. Reſtitutio. Sepultura. Teſtamentum Vſura.

1 Haereditas eſt ſucceſſio in vniuerſum ius defuncti Bart. rub. de acqnir. hæred.

2 Legatum eſt donatio quædam à Teſtatore relicta, & ab hærede præſtanda. Inſtit. de lega parag. 1.

3 Fideicommiſſum eſt legatum, quod fidei hæredis commiſſum eſt alteri ab eo dandum, Azor. in ſum.

4 Hæres eſt, qui ſuccedit in vniuerſum ius defuncti l. Cum hæres. ff. de diuers. & temp. præſcript. Vel eſt dominus hæreditatis, qui in voluntarijs fit aditione hæreditatis parag. fin. Inſt. de hæred. qual. In neceſſarijs defertur ipſo iure.

5 Hæredum multiplex eſt differentia. Primus eſt teſtamentarius, qui ex teſtamento ſuccedit; & eſt duplex, Vniuerſalis, qui inſtituitur in totum, vel in quota hæreditatis; & particularis, qui inſtituitur in re certa, & proprie dicitur legatarius. Secundus eſt ab inteſtato, qui ſuccedit in ius defuncti ſine omni teſtamento Inſt. de hæred. quæ ab inteſt. defertur.

6 Hæres fideicommiſſarius eſt, cui ex fideicommiſſo relicta eſt hæreditas, illi danda, cui teſtator diſpoſuit. Sed verè non eſt hæres, cum ſit rogatus adire, & poſtea reſtituere.

7 Hæres legatarius eſt, cui legatum factum eſt l. Quoties ff. de hæred. inſtit.

8 Hæres legitimus eſt, qui ex iuris diſpoſitione, etiam ſine teſtamento defuncto ſuccedit, ut agnati proximi, Inſt. de legit. agnat. ſucceſſ. initio.

9 Hæres ſuus dicitur, qui eſt in poteſtate Patris tempore mortis ipſius Patris Inſt. de hæred. qual. parag. ſui autem Molin, diſp. 177. Nec nomine ſuorum

 hæredum

hæredum veniunt extranei, in his ſcilicet, quæ non transeunt ad extraneos hæredes Silu. hæreditas 3. q. 1. Requiritur etiam, vt ſuus hæres quis dicatur, vt nullus alius in eadem linea ſit interpoſitus. quare quandiù filius eſt hæres ſuus nepos ex ipſo filio nondum mortuo, nec emãcipato, non eſt hæres ſuus, reſpectu Aui, ſic de Pronepote, &c. Inſt. de hær. qual. parag. ſed & Nepos & de hæred. quæ ab inteſt. parag. Ita demum. Soli autem deſcendentes dicuntur hæredes ſui reſpectu Aſcendentium, non è contra. Deſcendentes tamen comparatione fœminæ non ſunt ſui eſto illa ſit Mater, aut Auia cum non habeat filios in poteſtate. Inſt. de adopt. parag. Fœminæ, & de hæred. qual. parag. Cæteri. Et quamuis filia reſpectu Patris ſit hæres ſuus; eius tamen filij id priuilegium non habent Molin. diſp. 179. Religioſus, & Epiſcopus licèt deſinant eſſe ſub patria poteſtate, retinent tamen priuilegium ſuitatis. Iaſ. in l. Gallus parag. Et quid ſi tantum ff. de liber. & poſthum nu. 5. Nau. de regul. com. 3. num. 47 Item. Iaſ. in l. ſub. conditione de lib &c. Itẽ adoptiuus, ſi adoptanti ſuccedat ab inteſtato, qui dicitur hæres legitimus. Item Nepos ex filio exhæreditato ſi ab Auo inſtituatur, vt non adita hæreditate, eam ad Patrem ſuum tranſmittat Molin. vbi ſupra.

10 Hæres ſuus, & legitimus appellatur, qui fuit in poteſtate morientis, vt filius, filia, nepos, neptis ex filio, vel filia natis qui etiã dicuntur ſui, & neceſſarij. Inſt. de hær. q. lit parag ſunt autem, & neceſſarij.

11 Hæres domeſticus eſt, qui in poteſtate moriẽtis eſt, dũ eum alius non præcedit

12 Hæres neceſſarius eſt ſeruus inſtitutus à domino, qui ſuſpicatur bona ſua creditoribus non ſufficere, vt propterea alienus hæreditatem ſuam non ſit aditurus, dicitur verò ſeruus hæres neceſſarius, quia velit, nolit tenetur adire hæreditatem, vt ſatisfaciat creditoribus Inſt. de hær. qual. parag. 1.

13 Hæres eſtraneus eſt, qui tempore mortis non eſt in poteſtate morientis, etiam ſi ſit filius emãcipatus, Inſt. vbi ſupra parag. Ceteri autem, & generaliter, qui nihil attinet, Silu. 3. q. filius tamen emancipatus in caſu inteſtati, cum alijs ſuis hæredibus æqualiter ſuccedit, ſed aditione opus habet Mynſinger Inſt. de exhæred. liber. parag. ſed hæc quidem, & de hæred. quæ ab inteſt. parag. Ita demum.

14 Hæres ſubſtitutus eſt, qui hæredi inſtituto ſubſtituitur. Hoſt. in ſum de teſtam.

15 Qui prohibeantur à iure hæredes inſtituti Vide apud Silu. vbi ſupra q. 1.

16 Deficientibus Aſcendentibus, & Deſcendentibus, poteſt quis inſtituere quẽ vult l. fratres C. de inoff. teſtam. Silu. hæred. 1. num. 2. Mol. diſp. 158. Inſt. de inoffic. teſt. parag. ſoror autem. Habent tamen collaterales querelam inofficioſi, ſi inſtituta ſit turpis perſona, vel infamis l. fratres cit. & l. fratris eo, intellige de fratre conſanguineo, & vterino ſimul aut ſaltem conſanguineo, non verò de vterino tantum Silu. & Mol. cit. & modo frater, præteritus non laboret etiam infamia nec in Defunctum fuerit aliquid machinatus Molin ibidem vers. vlt.

17 Inteſtator non ſuccedit ur, niſi vſque ad decimum gradum iuxta ius ciuile glo. in l. Vacantia C. de bon. vacan. ver. linea c. Ad ſedem 35. q. Couar Epit de teſtam num. 11. Molin. diſp. 164. concl. 11. Decem verò gradus ciuiles faciunt quinq; in iure canonico d. c. Ad ſedem Molin. diſp. 161. V. infra Cognatio carnalis.

18 Legitima ſucceſſione deficiẽte, ſuccedit coniux l. vn. C. vnde vir. Couar. vbi ſup

19 Occidens aliquem, vt ei ſuccedat, poteſt nihilominus ſuccedere, glo. in l. His conſequenter parag. 1. ver. pertinere ff. fam. euiſc. ſul. Clar. parag. homicidium vers. priuatur Molin. diſp. 178. & com. Si frater fratem occidat ſuccedet Fiſcus poſt latam ſententiam. Clar. ibidem ſi maritus occidat vxorem ſuccedunt hæredes in lucro dotis, & è contra, non Fiſcus. Dec. cons. 725. Couar. in 4. decretal. p. 2. c. 7. parag. 7. Clar vbi ſupra

20 Clerico inteſtato, nec habenti conſanguineos, ſuccedit Eccleſia, cui ſeruiebat

bat Silu. Clericus 4. q. 17. & hæred. 1. q. 3. c. 1 de ſucceſſ. ab inteſt. iuncta glo. & ibi Pan. num. & c. vul. 12. q 5. Intellige ſecundum Pan. de Eccleſia. cui actu inſeruiebat tempore mortis: ſi enim prius inſeruiſſet alteri Eccleſiæ, bona non diuiduntur Si verò Eccleſiam non habet, ſuccedit Epiſcopus, non vt ſibi retinear, ſed vt in pauperes diſtribuat. quòd ſi ipſe ſit pauper poteſt ſibi retinere Pan. in c. 1. de ſucceſſ. ab inteſt. num. 40. & in c. 2. num. 2. de pœnis.

21 Filius infedelis Patre conuerſo perditius hæreditatis: ſed ſi conuertatur, reſtituitur. s. Tho in 4. diſt. 39. art. 5. ad. vlt.

22 Impēſæ funeris deducendæ āte omne æs alienū, ſi tamē moderatæ ſint, habita ratione perſonæ, filiorum, debitorum, &c. l. 1. parag. vlt. ff. ad l. falcid. Molin. diſp. 235. Couar. in c. Rainaldus de teſtam. parag. 3. & com. Item neceſſariæ adeundæ hæreditati legatis exauſtæ Sil. hæred. 3. q. 6.

23 Succeſſor in beneficio ſoluit impenſas factas circa corpus ſuis prædeceſſoris: veſtes verò lugubres, & ſepulchrum magnum ſoluit hæres Couar vbi ſupra num. 2. Pan. diſp. 3. quæ incip. Sempronius, poſt conſilia dub. 1. & in c. vt præteritæ de elect. in fine.

24 Veſtes lugubres, ſi ſint viles, & quotidianæ, retinentur à Vidua tranſeunte ad ſecundas nuptias, prætioſæ verò reſtituntur Sanchez de matr. lib. 7. diſp. 87. nu. 32 vbi recenſet varias Doct. Sententias. Couar. tamen plurimos referens in 4. Decr. p. 2. c. parag. 9. & alij docent teneri hæredem ad huiuſmodi veſtes etiam prætioſas, attenta regionis, & perſonarum qualitate. Et, ſi dederit in caſu, quo dare non tenetur (eſt autem caſus, cum hæres illam alimentare tenetur) præſumitur donaſſe pro tempore viduitatis. Quòd ſi nubat intra annum luctus, reſtituere debet, etiam ſi viles ſint.

25 Non poteſt Pater filiam exhæredare eo quod ipſo inuito nupſit Silu. hæred. 2. q. 8 Couar. vbi ſupra parag. 8. Sot. in 4. d. 29 art. 3. ad 4. Molin. diſp. 176. & alij Poteſt verò, ſi elegit turpem vitam, non verò ſi aliquoties ſit fornicata; requiritur enim, vt luxorioſam vitam elegerit in lupanari idque ante 25. annum, vt in Auth. Vt cum de appell. cognos. verſ. Aliud. quoque, Couar in c. Rainaldus de teſtam. parag. 8. num. 5. Iul. clar. parag. teſtam. q. 41. ſilu. ubi ſupra q. 2, & uerſ. Dos q. 4. & eſt caſus in l. ſi filiam C. de inoff. teſtam. Item ſi nupſit mancipio, etiam poſt 25. Annum Auth. cit. l. ſed ſi poteſt C. eo uide Sanchez. de matr. lib. 4. diſp. 25. Anchat. cons. 29 Rebell. de oblig. p. 2. lib. 2. ſect. 14 q. ult. num. 29. defendit poſſe ferri leges exhæredantes filias nubentes etiam digno fine parentum conſenſu. De hac materia fusè Gratian. diſcep. for. toto. c. 213.

26 Filius exhæredatus, cauſa in teſtamēto inſerta, quam tamen, neq. Pater, neq; hæredes ſufficienter probare poſſunt, licitè intentare poteſt querelam inofficioſi, & paternam hæreditatem ſibi adiudicatam tuta conſcientia retinere, Molin. diſp. 175. idem dicens in præteritione. Si tamen in eo teſtamento legata, fideicommiſſi libertates, &c. relinquantur, ea omnia debentur. ſuſtinentur enim huiuſmodi teſtamenta quoad omnia præter hæredis inſtitutionem d. Auth. Vt cum. parag. ſiue igitur omnes. Niſi Teſtator idcirco prætetijſſet, quia ignorabat ſe filium habere, ut quia natum poſt mortem Patris ignorantis uxorem eſſe grauidam, &c. tunc enim nulla ſunt legata, &c. Molin alios referens diſp. cit. vers Intelligendum præterea eſt. Quibus uerò cauſis poſſit Pater filium exhæredare, uide glo. in c. Tua nos uer. exhæredaret, de iureiur. Molin. diſp. 176.

27 Illegitimus inſtitutus cum conditione, ſi à Principe legitimetur, capere poteſt hæreditatē, ſi legitimi deſint, interimq; adminiſtrare illa bona ex bonorum poſſeſſione ſecundum tabulas Iul. Clar. parag Teſtamentum q. 31. Petenda tamen quāprimū legitimatio, quaſemel negata nulla redditur inſtitutio Molin. diſp. 269 in fi.

28 Excuſantur Domini, qui de legitimè præſcripta conſuetudine accipiunt bona defuncti abſq; liberis Hoſt. quem refert, Silu. hæred. 1. q. 9.

29 Hæres non conficiens inuentarium non tenetur ad debita vltra vires hæreditatis, ſiue debita ſint ex contractu, vel quaſi ſiue ex maleficio, vel quaſi P. Nau. lib. 3. c. 4. num. 171. Io. Andr. & Pan. in c. Quia pleriq; de immun. Eccl. Iaſ. rub. de acquir. hæred. num. 8. Silu. hæred. 3. q. 5 & alij, quos refert Couar. de teſtam. c. 5. num 16. vbi num. 17. cum Clar. q 46. & alijs docet teneri ad debita, non ad legata licet teſtator remiſerit confectionem inuētarij Sed prima opinio verior, & æquior.

30 Legata in certum vſum poteſt Epiſcopus mutare in magis pium, & cum dubium eſt an cauſa ſit legitima. Papa verò ſua abſoluta poteſtate poteſt mutare omnia legata etiam ſine cauſa ſe tenente ex parte rei, ſi bono fine id faciat. Silu. legatum 4. q. 12 Couar. in c. Tua nos de teſtam. num. 7. & non ſit alteri ius quæſitum: clauſula enim ſine præiudicio tertij, ſemper ſubintelligitur in literis Apoſtolicis. Monet. de commut. vlt. vol. c 9. num. 558 cum alijs ibi relatis, De Epiſcopo verò ſecus. Nam ſi voluntas Teſtatoris adimpleri poteſt, nequit Epiſcopus etiam cum conſenſu executorum mutare etiam in magis pium Pan. in d. c. Tua num. 4. Molin. diſp. 249. Clem. Quia contingit iuncta Glo. ver. non ad alium de relig. dom. V. Trid. ſeſſ. 22. c. 6. Ricc. p. 2. decis. 125. Vgol. de poteſt. Ep. c. 61. Monet. c. 3. q. 3. Item poteſt Epiſcopus mutare, cum legatum ad certum vſum adimpleri non poteſt Monet. vbi ſupra c. 5. num. 322. Vel ſi res legata non poteſt deſeruire pro vſu deſignato, iuris, aut facti impedimento, aut cùm eſt factum ad vſum non ita neceſſarium Barbos. ad 6. Clem. Quia contingit num. 12 Ricc. p. 4. decis. 171.

31 Legatum creditori factum, ſi debitum ſit ex contractu, aut quaſi non computatur. Si verò ſit ex legis præſcripto. vt in legato ei facto, cui dos debetur, computatur, niſi de mente Teſtatoris aliud appareat. Quòd ſi legatum ſit factum creditori ea lege, vt illo ſit contentus, ſi ille acceptet, non poterit petere incrementum, ſi legatum non æquet debitum, niſi Teſtator fraudolenter id fecerit Molin. tract. 2. diſp. 200. V. Pan. in c. officij de teſtam. num. 4.

32 Si res legata in ſpecie ſine culpa hæredis pereat, legatario perit. Tenetur autem hæres etiam de leui, vbi ipſe ac legatarius, ac fideicommiſſarius æqualem ex teſtamento percipiunt vtilitatem. De leuiſſima vero vbi ipſe magnum, legatarius verò paruum commodum conſequitur. Si autem hæres modicam vtilitatem, legatarius verò magnam ex teſtamento habeat, tenetur tantum de dolo & lata culpa Mynſinger. ad Inſtit. de lega parag. Si res legata.

33 Legatum cauſa dotis, aut donationis propter nuptias, cum conditione ſi nupſerit, aut filios procreauerit, habebit nihilominus, ſi religionem ingrediatur Auth. de ſanctiſſ. Epiſc. parag. Sed, & hæc, & Auth. niſi rogati C. Ad Trebell. Pan. in c. In præſentia de probat. à num. 42. & in c. Eccleſia S. M. de conſtit. à num. 35. Silu. hæred. 4. q. vlt. vers. 6. & legatum 1. q 9. Felin. 6 c. In præſentia num. 67. Io. med. de reſt. q. 23. Afflic. decis. 204. Boer. decis. 3. Iaſ. in Auth. Si quis mulier. C. de ſacros. Eccl. vbi teſtatur de cem. At Couar. 1. var. reſ. c. 19. à num. 7. Molin. diſp. 207. dicunt quod ſi Teſtator ideò relinqua centum ſi religionem ingrediatur, ducentum verò ſi nubat, quia maior dos ad matrimonium carnale, quam ad ſpirituale requiritur. ſeruanda eſt, nec dicenda turpis. Idem tenet Gratian. diſcept. for. to. 3. c. 401. à num. 28. & verum dicunt ſi legatum ita concipiatur. Secus ſi legatum ſit ſimpliciter, & relictum ſolum ſub conditione ſi nupſerit. Hoc enim caſu tenenda eſt communis opinio, quam pluribus defendit Beia par. 2. caſu 44. Vbi quod ſi legatum ſit trium millium, totum debetur, licet mille ſufficiant pro dote ingredientis monaſterium. Nec poteſt hæres illa duo millia ſibi retinere. Si tertium Ordinem S. Franciſci profeſſa in domo maneat, debentur ducenta; immo rumpit teſtamentum tamq; inſtituta ſub conditione Iaſ. in

l. Com

l. Cōmodiſſime ff. deliber. & poſthum. nu. 43.

34 Legatum vt nubas Franciſco ſi voluerit; ſi primo noluerit poſtea velit, habebis etiam ſi alium ducas Ias in l. ſi ſtipulatus fuero parag. Chryſogonus ff. de verb. oblig. n m 18.

35 Legatum puellæ vt nubat non ammittit ſi cælibē vitam ducat præſertim accedente auctoritate Prælati Molin. diſp. 208.

35 Non poteſt Vxor ſibi retinere legatum contra ſtatutum ſed reſtituere debet hæredibus Nau. de teſtam. conſ. 7.

36 Falſa demonſtratio, aut cauſa non vitiat legatum l. falſa demonſtratio ff. de cond. & dem. Silu. lega 1. q. 12. Niſi aliud de voluntate Teſtatoris appareat, vt ſi dicat lego Petro filio meo, aut conſanguineo meo mille. Si enim Teſtator credebat filium ſuum eſſe, aut conſanguineum & non erat, nulla eſt diſpoſitio Molin. diſp. 211. V. Monetam de commut. vlt. vol. c. 6. à num. 173. ad 196. & num. 37. & ſeq. Vitiat autem, ſi erretur in nomine debitoris, vt ſi dicat, lego centum quæ debet Petrus qui tamen nihil debet, non valet legatum, quia ſi demonſtratio eſt falſa, non demonſtrat, & non apparet de legato. Et ſi Petrus debeat tantum quinquaginta, ad hæc tantum tenetur hæres, l. Si ſeruus legatus parag. Qui quinq; 1. l. ſi ſic parag. 1. ff. de lega 1. l. legaui ff. de libert. lega. l. 1. parag. vlt. verſ. Sed, & ſi dotem ff. de dot. prælega. Intellige vitiari legatum, quando falſa demonſtratio, & legatum continentur in eadem oratione; vt ſi dicatur, lego centum, quæ ſunt in tali loco, vt de com. Iuriſp. teſtatur Lugo de iuſt. to. 2. diſp. 24. ſect. 9. parag. 2. num. 235. perſ. Quidam ff. de lega 1 & l. nomen debitoris parag. Vni ex hæredibus ff. de lega 3. In foro tamen conſcientiæ, vbi conſtat de re, & voluntate, falſa demoſtratio nunquam vitiat legatum Silu. ver. conditio q. 7. adde, & de perſona, cui fit legatum, Molin. de iuſt. trac. 2. diſp. 211. V. Sanch lib. 4. conſil. c. 2. dub 17. num. 1.

37 Legata domo debetur hortus contiguus, niſi aliter conſtaret de voluntate Teſtatoris Pan. in c. Rainutius de teſtam. quod Ang. lega 1. parag. 25. limitat quando eadem ianua claudit domum, & hortum domus aut areæ cum omnibus, quæ in ea ſunt nullo excepto, non compræhendit pecuniam ibi repoſitam non vt theſaurus, ſed ad mercimonium, aut ad quotidianos ſumptus l. Si mihi mænia, iuncta Glo ver. Excepto. item l. Si chorus parag. his verbis l. ſi ita legatum eſt ff. de lega. 3. Nec ea quæ ibi reperta eſt, cum ibi eſſe non ſoleret l. Quæſitum eſt, parag. Rebus, & l. Si ita cit ff. eo quia nec quod caſu abeſt minus legatū eſt, nec quod caſu ibi eſt magis legatum eſt.

38 Legatis veſtibus vxori ueniunt acceſſoria pretioſa, ut ornamenta aurea, & argentea Ang. ubi ſupra parag 39. Armilla lega. 3. q. 3. Niſi huiuſmodi ornamenta eſſent prohibita mulieribus Bart. relatus à Silu. lega 1. uerſ. 2.

39 Legatum annuum, ut emas ueſtem, ſi per aliquot annos nō emas, poteris repetere pro præterito Armil. ubi ſupra parag. 10 Silu. q. 10. Ang. parag. 14.

40 Legare poteſt Pater filio Spurio ratione alimentorum, & filiæ ſpuriæ dotem, cum dos ſuccedat loco alimentorum Silu. lega. 2. q. 1. Ang eo. parag. 3 Armil. uer. alimenta parag. 6 Nau. de ſpol. cler parag. ult. num. 10 Molin. diſp. 168.

41 Legatum mulieri quandiu erit uidua, ſubſtituto illi altero poſt eius mortem, ſi nubat, ſtatim perdit, & acquiritur ſubſtituto Ias. in l. Et quid ſi tantum ff de liber. & poſthum. à num. 33. Sanchez de matr. lib. 7. diſp. 89. num. 9.

42 Legatarius iuſtè poſſidet, licet teſtamentum ſit nullum ob defectum ſolemnitatum, de quo ſupra, uer. Teſtam. num. 19. & Iul. Clar parag. Teſtam. q. 90.

43 Conditio ſi fias præsbyter, aut religioſus, ualida eſt Couar. 1. uar. reſol. c. 19. Molin. diſp. 207. Ias ubi ſupra nu. 47. & ſeq. ſi bona fide religionem ingrediatur, & tempore nouitiatus ex iuſta cauſa egrediatur, habebit legatum ſub ea conditione ſibi relictum Azor. p. 1. lib. 11. c. 12. q 6. & alij relati a Barbos ad c. ſuper eo num. 3.

44 Legatario non accreſcunt acquiſita ex legato ante aditam hæreditatem niſi

niſi hæres ſit in mora adeundi, tunc enim accreſcunt a diè moræ Com. vt teſtatur Molin. trac. 2. diſp. 194. rectè limitans Niſi legatum ſit purum, rei certæ, ac determinaræ in ſingulari&, hæreditas ſit adita, tunc enim deberi à puncto mortis Teſtatoris.

45 Hærede ſcripto non adeunte hæreditatem nulla ſunt legata non pia, pertinentiq; ad hæredem ab inteſtato l. Nemo ff. de teſtam. tutel. Excipe primo Niſi in teſtamento appoſita ſit clauſula codicillaris, aut alia æquipollens, vt multis probat Couar. c. Rainaldus de teſtam. parag. 3. num. 8. Si tamen hæres ab inteſtato adeat hæreditatem, & is ſit, cui tempore teſtamenti competebat ius legitimæ ſucceſſionis ex primo gradu, non autem alij, qui non cenſentur rogati per clauſulam codicillarem, vbi ſimpliciter non eſt adiecta. Excipe Secundo ſi hæres nolit adire, quòd à Teſtatore prohibitus ſit detrahere falcidiam Auth. de hæred. & Falcid. parag. Si verò expreſſim Couar. vbi ſupra num. 9. Molin. diſp. cit. Eſt autem falcidia quarta pars totius hæreditatis, quam retinet inſtitutus extraneus, cum ſupra tres partes hæreditas grauata eſt legatis, aut fideicommiſſo. Hæc porrò non detrahitur de legatis ad pias cauſas, nec de legitima filiorum, nec ex legato dotis, aut pro Virginibus maritandis, aut vbi Teſtator expreſſè prohibuerit. Fusè Moneta de commut. vlt. vol. c. 3. à num. 319. ad 348. Molin. trac. 2. diſp. 187, & 213. vbi quod detrahitur etiam ex donatione cauſa mortis.

46 Legatum mulieri, ſi caſtè vixerit, habebit, ſi tranſeat ad ſecunda vota Pan. in c. Vt clericorum, de vit. & hon. cler. num. 5. Nau. in man. c. 23. num. 62. & 25. num. 65. Si legatum ſit à marito, aut filijs, negant Couar. in 4. p. 2. c. 3. parag. 9. num. 11. & ſeq. & c. 6. parag. 8. num. 17. Sanchez de matr. lib. 7. diſp. 89. num. 9. Aret. Inſt de iuſt. & iur. parag. Iuris præcepta num. 1. & alij; ſecus ſi à conſanguineis viduæ, aut etiam ab extraneis Sanchez loc. cit. Molin. diſp. 107. qui tandem cum Silu. lega 1. q. 5. docet ſtandum communi intelligentiæ verborum iuxta patriæ conſuetudinem, & coniecturis quæ fuerit mens teſtatoris. In dubio autem docet Molin. non eſſe ab ea auferendum legatum, Si nubat indigno, qui eſſet dedecori agnationi ſuæ, & relinquenti, ammittit. Silu. vbi ſupra. An huiuſmodi legatum ammittat mulier, ſi tactus, & oſcula, & amplexus impudicos admittat citra copulam, Negat Nau. c. 23. num. 62. Alij tamen contra ſentiunt vt Roder. in ſum. lib. 1. c. 99. num. 1. Cyned. ad Decretal. collect. 154. num. 9. Alij verò docent tunc ammittere, cum toties in eos actus labitur, vt arbitrio boni viri dici poſſit impudica, & inhoneſta; ſecus ſi ſemel, aut iterum Lopez inſtr. p. 1. c. 293. Sanchez de matr. lib. 7. diſp. 91. num. 40.

47 Legatum ſub dicta conditione amittit mulier per vnicum actum fornicationis: nomina .n. Verbalia, vt caſtè viuere, importantia delictum, vnico actu ſunt contenta Sanchez vbi ſupra num. 32. qui num 33. ita intelligit, ſi legatum ſit à marito, vel eius filijs, aut filijs ipſius vxoris, aut alterius coniugis conſanguineis, vel arctiſſima familiaritate coniunctis, quorum intereſt viduam illam omnimodam caſtitatem ſeruare; Secus ſi ab extraneo. Secus item ſi vxor ſub ea conditione marito leget: is enim vna, aut altera fornicatione non perdit num. 34.

48 Legatum relictum ſub conditione non tranſeundi ad ſecundas nuptias amittit qui fornicatur Boer. decis. 338. Anchar. in c. Vxoris de conuers. coniug. num. 1. Verius tamen docent Nau. c. 25. num. 65. Sanchez vbi ſupra num. 42. non ammittere, licet à marito ſit relictum, nam ſub conditione ſecundarum nuptiarum non venit fornicatio.

44 Legatum vxori relictum quandiu cum filijs coniugis legantis commorata fuerit, amittit illa, ſi iterum nubat Sanchez plures referens vbi ſupra num. 48 Idem intellige de legato vſus domus, etiam ſub his verbis, dum ſteterit in domo ipſius mariti. Si tamen filijs defunctis illa iterum nubat, non ammittet; Nam mors filiorum impedit ne cum eis ſtare poſſit. V. Sanchez vbi ſupra

vbi ſupra, Anchar. cons. 185.

45 Legatum puellis maritandis, conferri non poteſt viduis Secundo nubentibus l. Boues parag. hoc ſermone ff. de verb. oblig. Nec ingredientibus monaſterium, ſi legatum ſit indefinitè puellis maritandis; ſecus ſi perſonæ determinatæ Sanchez alijs cit. lib. 1. de matrim. diſp. 32. à num 29.

46 Res legata vendita à Teſtatore, debetur nihilominus ad hærede; niſi teſtator vendendo habuerit annum adimendi legatum Inſt. de lega parag. Si rem, Et in dubio probabit hæres voluntatem defuncti eſſe mutatam, Glo. in d parag. ſi rem. Idem ſi teſtator pignori tradidit Silu. legatum 3. q. 15. Ang. legatum 1. parag. 26. Vide Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 5. tit. 6. num. 16. vbi docet quod ex alienatione ſponte facta intelligitur reuocatum legatum per l. Rem legatam, & l. Si ſeruo cum libertate ff. de adim. lega.

47 Si Teſtator ſcienter legauerit rem alienam, tenetur hæres emere, & tradere, vel ſoluere æſtimationem, ſi eam habere non poſſit Inſt. de legat parag. non ſolum, & parag. non autem. Intellige ſi res omnino erat aliena: Nam ſi erat Teſtatori pignorata, aut in ea habebat aliquod ius, non præſumitur legaſſe niſi ius quod habebat Pan. in c. Paſtoralis de donat num. 2. aut ſi res illa erat illi cum altero communis, quia tunc intelligitur legaſſe partem ſuam, & prædicta vera ſunt etiam in foro conſcientiæ Silu. vbi ſupra q 2. Ang. parag. 23. licèt Pan. in c. filius noſter, de teſtam. dicat id procedere tantum in foro exteriori. Ad legatarium verò ſpectat probare ſcientiam rei alienæ in teſtatore, Glo. in d. c. filius, ver. alieni. Niſi legatarius eſſet conſanguineus Couar. in d. c filius num. 4. contra Pan. loco cit. quod per accidens ſe habere docet Silu. q 2. cit. cum etiam in conſanguineo conſiderandum ſit, an Teſtator aliàs eſſet relicturus. V. Molin. diſp. 196.

48 Lagatum pro puella maritanda, ſi illa ante euentum conditionis moriatur, non cedit hæredi, ſed in aliud ſimile pium opus impendendum, Niſi Teſtator potius habuerit reſpectum ad fauorem puellæ, vt quia diù ſibi ſeruierat, quia tunc cedit hæredibus puellæ Silu. lega 1. q. q. 10. Couar. c. 3. de teſtam. num. 11. Molin. diſp. 249. Pan. in c. Nos quidem de teſtam. in fi. Idem ſi legetur Puellæ, vt poſſit nubere, quia, eſt legatum purum Couar. vbi ſupra vers. Secundo apparet.

49 Legatum duobus coniunctim, ſi alter repudiet, aut viuo Teſtatore moriatur, aut deportetur, alteri accreſcit. l. Re coniuncti ff. de lega. 3. Silu. lega 2. q. 4. Angel. lega 1. parag. 9. Molin. diſp. 199.

50 Si teſtator dicat, lego v. g. Seruum meum, & peculium, vtrumq. venit principaliter; quare mortuo Seruo debetur peculium. Secus ſi dicat lego ſeruum cum peculio quia peculium venit acceſſorie: dictio enim Cum, habet coniungere acceſſoriè Pan. in c, Cum Marthæ num. 3. de celebr. miſſ. quare ſeruo alienato, vel manumiſſo, vel mortuo, extinguitur legatum, ſic multis cit. Sanchez in ſum. lib. 7. c. 1. num. 22. per l. Si cui fundum ff. de fund. inſtruc. Fallit tamen cum legatur homo cum filijs: tunc enim propter hominis dignitatem, ne homo homini acceſſorius ſit, vtrumq; venit æquè principaliter, atq; adeo mortuo Patre debentur filij; & è contra, ibidem de quo Inſt. de lega parag. ſi quis ancillam, vbi Mynſinger. docet peculium deberi, ſi ſeruus mortuus ſit viuente Teſtatore, & dat regulam. Quando duæ res coniunctim legantur, & altera non accedit, ſi vtraq; principalis eſt, vna perempta, reliqua debetur; & è contra, ſi altera ſit acceſſoria, principali perempta, acceſſoria non debetur.

51 Ad legata, & debita tenentur hæredes pro rata hæreditatis, quæ ad eorum ſingulos peruenit, & ſi aliquis hæredum fiat impotens, non tenentur cæteri ad eius portionem l. Legatorum ff. de lega. 2. V. Mynſing. Inſt. de vulg. ſubſtit. parag. Et ſi ex diſparibus. Gratian. diſcep. for c. 150. num. 20 & ſeq. Rebell. p. 2. lib. 8 c. 16. ſect. 2. Glo. & Pan. in c. Tua nos, de vſur. num. 6. & ſeqq. Silu. Vſura 6. q. 10. & Hæreditas d. q. 11. vbi habes multas fallentias

Molin.

Molin. de iuſt. trac. 2. diſp. 55. parag. vt quæ.

52 Valet legatum, licèt erratum ſit in nomine, aut cognomine, ſi conſtet de quo legatario interderit Teſtator Inſt. de lega. parag. Si quidem. Vide infra diſpenſatio in lege. num. 84. &c. vt ſupra num. 36.

53 Legatum relictum Eccleſiæ alicuius Sancti, ſi in eo loco ſint plures Eccleſiæ eiuſdem Santi, nec conſtant de qua intellexit Teſtator, ei debetur in qua orare ſolitus erat, aut habet ſepulchrum; alioqui debetur Parochiæ, de quo vide Pan. in c. indicante de Teſtam. num. 4. Couar. ibidem num. 2 Molin de iuſt. trac. 2. diſp. 197. verſ. quando legatum eſt pium.

54 Legatum conditionale expirat, cõditione purificata ante mortem Teſtatoris, niſi aliter conſtaret de ipſius teſtatoris voluntate, vt ſi legauit centum puellæ maritandæ, ideſt quando nubet, & illa nupſit ante mortem teſtatoris Silu. Legatum 4. q. 12.

55 In legato conditio, quòd nubat ad arbitrium Petri v. g. habetur pro non adiecta l. filiæ ſuæ ff. de cond. & dem.

56 Legatum in diem incertum non tranſmittitur, ſi legatarius ante eum diem moriatur, eſto Teſtator ante eum diem mortus fuerit, & hæreditas adita: niſi dies in gratiam tantum legatarij eſſet appoſita, vt ſi legatum ſit mulieri centum cum nubet, non ante ne diſſiparet Molin. diſp. 205 contra Sil. legatum 1. q. 1.

57 Legatum pro conſtruendo Hoſpitali, vbi poneretur Rector ad arbritrium certi Prælati, poſſunt hæredes cum conſenſu Epiſcopi conuertere in ædificium monaſterij Religioſorum, etiam contradicente illo Prælato Io. Andr. in c. Nos quidem de teſtam. quem refert, & ſequitur Silu. lega. 1. q. 2.

58 In legato in diem, ſi dies apponatur in gratiam legatarij, vt quia puer, debentur fructus medij temporis Silu. lega. 1. q. 2.

59 Si legatarius moriatur defuncto Teſtatore, etiam ante aditam hæreditatem, tranſmittit legatum ad proprios hæredes l. vn. parag. ſed vt manifeſtetur C. de caducitate tollenda. Intellige ſi legatum ſit in diem certum: nam dies incertus facit conditionem. Molin. diſp. 205: Intellige ſecundo, Niſi legatum factum ſit alicui ratione dignitatis, non perſonæ, tunc enim ſucceſſor habebit Silu. lega. 2. q. 5. vers. 1.

60 Legatum, vt pium ſit, concurrere debet pietas perſonæ, vt verè pauper ſit, & cauſa pia, vt ſcilicet fiat intuitu, & amore Dei, quorum alterum ſi deſit, non erit pium. Tiraquell. de priuil. piæ cauſæ, in præfat. num. 3 Sanchez de matr. lib 1. diſp. 4. num. 9. Ad hoc autem non eſt neceſſaria iuris ſolemnitas, ſed ſufficiunt duo legitimi teſtes c. Relatum 1. de teſtam & in foro conſcientiæ ſufficit voluntas Teſtatoris Molin. diſp. 134.

61 Legatum ad aliquod pium efficiendum, ſi illud iuxta Teſtatoris præſcriptum fieri non poteſt, in aliud opus pium arbitrio Epiſcopi, & executorum eſt conuertendum; ita tamen, vt quoad fieri poteſt, voluntas teſtatoris ſeruatur Pan. c. 3. de teſtam num. 5. & ibi Couar num. 9. Anchar. num. 8. Molin. diſp. 249. Ricc. p. 2. decil. 125. num. 8.

62 Legata pia facta ab exiſtente in peccato mort. niſi poſt factam confeſſionẽ reualidentur, nil proderunt defuncto, ve ad meritum, vel ad ſatisfaciendum cum ſint opera mortua Nau c. 26. num. Sot. in 4. diſt. 8 q. 2. ar. 5. S. Bon. ibidem.

63 Legatum Vxori relictum à marito, ſiue donationem propter nuptias nõ perdit vxor, ſi intra annum luctus tranſeat ad ſecunda vota, c. Cum ſecundum Apoſtolum de ſec. nupt. & ibi Pan. & com. Quare correctæ ſunt leges ciuiles contrariæ.

64 De conditione, modo, demonſtratione, latè Silu. ver. Conditio, & legatum 1. q. Molin. à diſp 206. Bart. in l Termillius ff. de com. & dem. Vbi que modus appoſitus in fauorem legatarij videtur magis impulſiuus, quam finalis. Et modus differt à conditione, quia ille impleri debet poſt, hæc verò ante V. c. Verum, & ibi glo. ver. conditione, de condit. Azor. p. 3. lib. 4. c. 24.

65 Legatum pro puellis dotandis conferri

fieri poteſt iam maritatæ ſine dote, aut cum modica, quando vir propter paupertatem ſuſtinere non poteſt onera matrimonij, adhuc enim ſubeſt pia cauſa, idq; verè eſt fœminas dotare; Secus ſi legatum ſit pro puellis maritandis Sanchez alios referens lib. 7 de matr. diſp. 91. num. 63. & ſeq. Si tamen legatum ſit pro conſanguineis maritandis, poteſt dari iam maritatæ poſt mortem Teſtatoris num. 66.

66 Legatarius non de manu hæredis, ſed propria auctoritate capiens rem legatam poſt aditam hæreditatem, perdit: Si verò ante, non tenetur reſtituere niſi quando detrahenda eſſet falcidia Tuſc. ver. legatarius concl. 151. Vxor tamen, vel mater Vſufructuaria, Domina, &c. non perdit. Dec. conſ. 607. Neq; legatarius, qui reperitur in poſſeſſione rei legatæ Caſtr. conſ. 396. V. Tuſc. vbi ſupra.

67 Legatum annui redditus factum fratribus minoribus, tamquam pro non ſcriptum poſſe hæredem tuta conſcientia ſibi retinere, quod huiuſmodi fratres ſint incapaces, cenſuit Anchar. alios referens conſ. 199. Nau. verò de teſtam. conſ. 8. & 9. contrarium docet, ſi relictum ſit pro fabrica, candelis, &c. Si verò fratribus, eſt inualidum idem Pan. vol. 2 conſ. 63. Item vbi legatum eſt modicæ quantitatis, & ad vitam alicuius fratris annoſi Pan. vbi ſupra. Item vbi legatum factum eſt Eccleſiæ vel Sacriſtiæ non ad fratrum victum, ſed ad certum vſum diuini cultus, vt ad frumentum, & vinum neceſſaria pro materia conſecrationis, oleum pro lampade, ornamenta altarium, & calices. Rota in vna Romana computorum coram Merlino, & alij plures, quos congerit Ferentill. ad Burattum decis. 756. Niſi legatum ſi tantæ quantitatis, quod præſumatur fieri in fraudem, ideſt relinqui hæreditatem ſub nomine legati Clem. Exiui parag. Cupientes, verſ. Nec liceat fratribus de verb. ſign. De quo tamen vide Sanchez in ſum. lib. 7. c. 25. Regulariter autem fratres minores ſunt incapaces legatorum annuorum perpetuorum, licet illis relinquantur cum onere perpetuo miſſarum, &c. computantur enim inter immobilia, & tamquam certa, & perpetua ſapiunt proprietatem. V. Ferentill. vbi ſupra. Tenetur tamen hæres celebrari facere miſſas, aliaque diuina officia apud dictos fratres, dato ſtipendio ratione eleemoſynæ, non in vim legati. Quòd ſi aliquid ex legato ſuperſit, hæres ſibi retinet, quia legatum eſt caducum; ſolumque tenetur hæres ad onera Sanchez vbi ſupra num. 50. & ſeq. Item valet huiuſmodi legatum, ſi ſit ad libros, & alia ſtudio neceſſaria emenda, modò adminiſtratio non ſit penes fratres, ſed penes ſeculares Barbos. ad cit. Clem. Exiui num. 21. vbi Glo. V. Gratian. diſcep. for. c. 771. num. 49. & c. Exijt de verb. Sign.

68 Si legetur prædium fratribus min. debetur æſtimatio, ideoq; debet per hæredes vendi. Nec requiritur ſolemnitas in huiuſmodi alienatione, cum ex legis neceſſitate fiat Sanch. alios referens in ſum. lib. 7. c. 26. num. 30. & num. 38. idem dicit de legato annuo, quando non per modum annuorum redditutum relinquitur, vt ſi legatus ſit cenſus; hic enim vendi debet, & dari æſtimatio, & num. 36. & quatuor ſeqq. quod dicti fratres ſunt capaces annui redditus ad modicum tempus, vt infra decennium; ſecus ſi ad longum tempus vt ad decennium, & vltra. V. Pan. vol. 2. conſ. 47. & Silu. legatum 2. q. 3.

69 Legatum annuum reſtrictum ad certam quantitatem, ſi fructus non ſufficiunt, debent bona vendi: ſecus ſi legatum ſit ſimplex, & interminatum, quod liquidatione eget, quo caſu reſtringitur ad quantitatem fructuum, quibus non extantibus, non debetur Rota apud Farin. p. 2. decis. 587.

S Re-

70 Relictum pauperibus, aut ad alia opera pia, ſi teſtator non exprimat perſonas, aut loca, aut vbi, &c. diſtribui debet pauperibus loci vbi Teſtator habebat domicilium, aut ubi mortuus eſt, ſi ignoratur domicilium aut valdè diſtat. Diſtributio verò fiat per Epiſcopum, ſi Teſtator alium non deſignauit Molin de iuſt. tract. 2. diſp. 257. verſ. Quando Teſtator, per l. Nulli, & l. Si quis ad declinandum. C. de Epiſc. & Cler.

71 Legàtum conditionale debetur ſi conditio adimpleri non poteſt culpa ipſius legantis, vt ſi legauit centum Eccleſiæ ſi in ea ſepeliretur, & moritur excommunicatus ſilu. lega. 1. q. 6. Ang. parag. o. Idem dicendum ſi ex aliquo alio caſu ſuperueniente ibi non ſepeliatur Pan. in c. In noſtra num. 4. de ſepult. V. Gratian. diſcep. for. c. 851. à num. 3. ad. 9. Molin. de iuſt. trac. 2. diſp. 206. verſ. Quando Legatum.

72 Legatum factum cõſanguineo pauperi in teſtamento minus ſolemni eſt legatum pium, cum factum ſit propter paupertatem; Secus ſi factum ſit cum ſolemnitatibus requiſitis; tunc enim præponderat ratio conſanguinitatis, ſic pluribus citatis Gratian. vbi ſupra c. 605. num. 18. & ſeq.

73 Si poſt teſtamentũ graues inimicitiæ oriantur inter teſtatorẽ & legatarium, cenſentur ademptum legatum. Sunt autem graues, ſi legatarius occidit conſanguineum Teſtatoris: Si ipſum accuſauit de crimine capitali, aut quando eſſet quæſtio omnium bonorum, aut maioris partis; ſi intulit minas mortis. Si legatarius poſt mortem Teſtatoris cõcubuit cum eius vxore, aut ſi cum ea turpiter luſit tangendo &c. Poſt inſtit. de adempt. lega. Vide c. ſi. & ibi glo. ver. atroces de donat. Hoc tamen vltimum cum ſit in pœnam, non ligat ante ſententiam. Molin. diſp. 272. V. ſui Donatio num. 21

74 Legatum relictum Vxori, vt ſit Domina, & vſufructuaria, ſumitur pro legatos alimentorum. & moriente filio cõmunis matrimonij hærede inſtituto, intelligitur de integro Vſufructu. Quòd ſi extraneus inſtitutus ſit hæres, ipſa habebit integrum. vſumfructum. deducta falcidia. Capella Tolos q. 463. quod ſi inſtituti ſint filius, & extraneus, pro parte filii habebit alimenta; pro parte extranei integrum vſumfructum. Bart. in l. Titia. parag. Titia ff. de leg. & fideic. num. 9 Idem ſi legatum dicat, quandiù cum filio meo ſteterit, quia eo mortuo habebit integrum Vſumfructum Anchar. conſ. 185. V. Benintend. concl. vlt. Maria p. 3. clauſula 18. & Pan. vol. 2. conſ. 4. num. 6.

75 Validum eſt legatnm, & inſtitutio cum conditione nubendi cum certa perſona, aut cum aliquo de familia. ſub pœna amittendi legatum, aut hæreditatem, ſi tamen illa perſona ſit digna; conditio enim contrahendi cum indigno in nuptijs reijcitur. Intellige tamen ſi ea fœmina, cui hoc grauamen imponitur, nondum contraxit aliud matrimonium; ſi enim ſit vidua, non cogitur quidem cum indigno contrahere, at tenetur ab alijs nuptijs abſtinere Quòd ſi legatum ſit Virgini vt nubat Titio, & virginis Pater nolit, non amittit legatum. quia non poteſt illa honeſtè nubere, niſi de conſenſu Patris fusè Sanchez de matr. lib. 1. diſp. 33. vbi plura circa huiuſmodi legata conditionalia.

76 Conditio non nubendi niſi ex conſenſu alterius, reijcitur in ijs, qui nunquam nupſerunt. vt aduerſa libertati matrimonij. Quare, etſi legatum debitum non ſit, ſi tamen fiat. conditiones à iure improbatæ ab ipſo reijciuntur. Sanchez vbi ſupra diſp. 34. num. 19.

77 Legatis alimentis, niſi Teſtator dicat, in domo v. g. Petri poteſt legatarius percipere, & habitare vbi voluerit Anchar. in c. Si Pater de teſtam. in 6. num. 4. Nomine alimentorum venit etiam habitatio l. legatis ff. de alim. & cibar. lega. habitatio enim dicitur pars alimentorum, Surd. de alim. tit. 4. q. 4. num. 1. Et veſtitus, cum ſine eo non poſſit alì corpus. Item lectus Surd. vbi ſupra q. 7. num. 1. & alij plures quos refert & ſequitur Gratian. diſcep. for. c. 610. num. 10. & ſeq; Vbi

autem

autem ſint ſoluenda alimenta, vide eundem c. 84. num. 62.

78 Legatum ei factum, cui debetur, cenſetur inſtitutio Thſaur deciſ. 58.

79 Legatum mobilium, & immobilium non compræhendit iura, & actiones, & nomina debitorum; ſunt enim hæc bona tertiæ ſpeciei, & verba propriè accipienda ſunt. Silu ver. alienatio q. 9. Molin. diſp. 201.

80 Legatum omium bonorum quid contineat, Vide Couar. 2. var. res c. 5.

81 Legato, donato, aut vendito vſufructu Ancillæ, partus ad proprietarium pertinet, non ad Vſufructuarium l. Vetus ff. de Vſufr. & l. In pecudum ff. de vſur.

82 Legatum factum puellæ, ita quod non nubat v. g. militi, ſi huic nubat, perdit Neque enim eſt pœna, per quam aliud proprium abſit, vel abſuturum ſit; ſed eſt relictum ſub lege, & ſub ſpe cuiuſdam lucri ad certas honeſtas nuptias inuitare. Oldrad. quem refert, & ſequitur Ancha. in c. Gemma de ſponſal. num. 9.

83 Fideicommiſſo ſubiecta alienari poſſunt cauſa dotis, & donationis propter nuptias, etiam promiſſæ poſt fideicomiſſum Auth. Res quæ C. comun. de leg. vbi Ias. refert varias Doct. opiniones. Ipſe tamen, & Theſaur. deciſ. 191. & alij id concedunt, niſi teſtator expreſsè prohibuerit alienationem etiam ex cauſa dotis. Si tamen filia aliunde dotari poſsit, ceſſat priuilegium Auth. cit. Monach. verò de arbitr. Iud. lib. 2. centur. 2. caſu 182. num. 68. & ſeq. docet alienari poſſe etiam pro reſtituenda dote; vbi alia bona non ſuppetunt adde, & pro dote ingredientis monaſteriorum, vt multis relatis docet Leſſ. lib. 4. c. 26. num. 7. Et pro neceſſarijs alimentis, quando hæres eſt ex deſcendentibus teſtatoris, non autem ſi extraneus Rota apud Seraph. deciſ 925. V. Monetam fusè de hoc tractantem de commut. vlt. vol. cap. 9. num. 201. & ſeq. & Rotam coram Card. Mantica deciſ 152. & 130. vbi quòd ſi puella ſecundum eius conditonem honeſte nubere non poſſit, niſi omnia ſubiecta fideicommiſſo in dotem dederit, ea dare poſſit, etiam ſi ea bona expreſsè prohibita ſint alienari, Bald. Paul. Caſtr. & Ias. ibi citati. Item pro impenſis ſtudiorum filii, quem Pater ſtudijs deſtinauerat, vt multis probat Monet. de commut. vlt. vol. c. 6. num. 196. citato Menoch præſump. 191. num. 12. Et pro impenſis funeris ipſius fideicommittentis Mon. num. 151.

84 Hærede grauato reſtituere hæreditatem poſt mortem, ſi interim fideicommiſſarius moriatur, non tranſmittitur fideicommiſſum, ſed manet penes grauatum, niſi aliud de voluntate Teſtatoris appareat. Nau. de teſtam. conſ. 14. num. Vide Molin. diſp. 189.

85 Relicto fideicōmiſſo cum conditione, ſi ſine liberis deceſſeris, neceſſe eſt, filiū Patri ſuperuiuere, vel breuiſſimo tempore l. Ex facto parag Si quis autem ff. ad Trebell. Quod ſi filium ſuperſtitem relinquat poteſt de illius bonis liberè diſponere, etiam in extraneū nō enim filius cēſetur vocatus Corſett. relatus in repert. Panor. verſ. ſubſtitutio facta de Patre, & filio Trētacinq. de ſubſtit p. 4. c. 10. à nu. 20. & alij plures quos refert. Iul. Clar. Parag. Teſtamen q. 77. Ipſe tamen cum aliis plurimis, & cōmuniori ſentētia, à qua in iudicando dicit recedendum nō eſſe, docet filios poſitos in conditione eſſe vocatos, illiſq; deberi hæreditatem, ſi ſint deſcendentes Teſtatoris, & ſubſit aliqua cōiectura, quòd uoluerit eos uocare. Quæ ſint huiuſmodi coniecturæ, uide apud eundem Clar. q. 7. & Trentacinq. ubi ſup. Et quòd ſatis ſit eſſe deſcendentes docet Rota coram Seraph. deciſ. 1329. Mantica de coniect. ult. uol. lib. 11 tit. 20. à num. 11.

86 In fideicōmiſſo cuicumq; relicto ſēper intelligitur, ſi ſine liberis deceſſerit Boer. deciſ. 201. Intellige ſi ſit ex deſcēdēribus de aſcendentibus enim collateralibus id uerū non eſt. Molin. alios referens diſp. 190. Dicitur autem ſine liberis decedere, qui moritur relicto unico filio profeſſo in religione incapaci, ut multis relatis docet Sanchez in ſum. lib. 7. c. 3. nu. 87. intelligitur enim ea conditio, ſine filijs hæredibus V. tunc. Anchar. conſ. 396.

87 Hæres ſiue ſuus, ſiue extraneus grauatus reſtituere hæreditatem cum expreſſa, aut tacita conditione ſi ſine liberis, &c. ſi religionẽ profiteatur expirat fideicommiſſum, tranſitq; in Monaſterium Couar. 1. var. reſ c.19. num. 12. niſi pia cauſa ſit ſubinſtituta c. In præſentia, & ibi glo. ver inſtituir de probat. Auth. de ſanctis. Ep. parag. Sed & hoc præſenti. & l. niſi legati. C. ad Trebel. Pan. in Eccleſia S. M. de conſtit. num. 35. Anchar. conſ. 420. & in d. c. in præſentia, vbi Pan. alios referens, & Fel. num. 42. Limita primo ſi Monaſterium ſit capax Couar. c. 2. teſtam. num. 6. Secundo niſi teſtator expreſsè, aut tacitè excluſſerit Monaſterium Dec. conſ. 259. Nau de teſtam. conſ. 23. Molin. diſ. 190. Couar. num. 11. cit. vbi cum com. docet Monaſterium excludere ſubſtitutum, quamuis ſubſtitutio his verbis concepta ſit, ſi deceſſeris ſine filijs legitimis, & naturalibus ex tuo corpore naſcituris. idem docet Dec. in d. c. In potentia num. 233. vbi id concedit, quando non conſtat Teſtatorẽ cogitaſſe de excluſione Monaſterij Ias. ver. vol. 2. conſ 210 Molin. alios referens. diſp. cit docent Monaſterium excludere ſubſtitutum extraneum, non verò filium grauati V. M. Ant. Peregrin. de fideic. art. 18. à num. 58. & Sanchez fusè tranctem in ſum. lib. 7. c. 16. & Molin. diſp 172. verſ. Dubium propterea optimò Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 11. tit 7 & ſeq.

88 Si grauatus ſimpliciter reſtituere hæreditatem poſt mortem, Religionẽ profiteatur bonorum capacem, ſubſtitutus non admittitur vſque ad mortem naturalem ipſius grauati Couar. num 6. cit. & 1. var. reſ. c. 19. num. 5. Molin. diſp. 186. Sanchez vbi ſupra, & c 3. à num. 76. vbi num. 27. quod ſi huiuſmodi religioſus ſuperuixerit ſubſtituto, fideicommiſſum expirat, & remanet perpetuò apud Monaſterium, vt multis probat Treniacinq. de ſubſtit. ſp. 4. c. 6. vbi quod ſi religio ſit incapax, interim ſuccedunt venientes ab inteſtato. Sed quid ſi huiuſmodi religioſus profeſſus in Monaſterio incapaci, autem ingreſſu alienauerit ius, quod in ea hæreditate habebat, numquid tenet huiuſmodi alienatio in præiudicium tertij: Duas opiniones refert Sanchez vbi ſupra num. 80. & ſeq. Ipſe tenet affirmatiuam cum Peregrino de fideic. art. 18. num. 63. & alijs, quia profeſſio in religione incapaci operatur ex proprietate eorum, quæ tunc profeſſus poſſedebat; non vero reſpectu iuris, quod in aliud tranſtulerat. Vide omnino Gratian. Diſcep. for. c. 815. Barbos ad d. c. In præſentem. Grauatus hæreditatem reſtituere, ſi ſine liberis deceſſerit; ſi ſit in ſacris, & efficiatur Clericus Eccl. ſecularis, & perpetuo in Clericatu præſeruaret: & in fine vitæ bona illa det Eccleſiæ, vel in alia opera pia expendat, euaneſcit ſubſtitutio; modò continuo habitet in domo ipſius Eccleſiæ, non autem in paterna. Sic Barbos. ad c. In præſentia num. 29. de probat. relatis Abb. Butrio, Ferretto Mantua, Menoch. Sanchez. & alijs.

89 Hæres grauatus reſtituere, ſi ex ijs ſit, quibus debetur legitima, & ſit grauatus ſimpliciter, ita vt ſtatim facienda ſit reſtitutio, poteſt ſibi retinere, vel legitimam, vel Trebellianticam, quæ eſt quarta pars hæreditatis, minimè verò vtramque. Si verò ſit grauatus ſub conditione, ſi ſine liberis, poteſt vtramq; detrahere c. Rainutius de Teſtam. vbi glo. & Couar. parag. 2. num. 5. & alij quos refert. Amplia etiam in aſcendentibus rogatis ab eorum filijs Couar. vbi ſupra. Quoties tamen legitima ſemis eſſet, vtramque detrahere non poteſt, ne plus accipiat grauatus, quàm honoratus Couar. conſ. 50. p. 1. Couar. vbi ſupra parag. 11. num. 6. Contrarium tamen cum pleriſq; alijs docet Molin. diſp 187. verſ. quod. dictum eſt de detractatione, &c. V. glo. cit. & in c. Rainaldus eo.

90 Liberis primi gradus [hi ſunt quibus debetur legitima]) non poteſt Pater nec directè nec indirectè prohibere deductionem Trebellianicæ, vt ſcilicet computentur fructus percepti à die aditæ hæreditatis l. Iubemus C. ad

Trebell.

Trebell. Couar. alios referens parag. 11. cit. num. 9. licet alij præcipuè Molin. ubi ſupra contrarium ſentiant. Iul. Clar. parag. Teſtam. q. 63. docet prohiberi non poſſe quoties hæreditas reſtituenda eſſet extraneo: ſecus ſi deſcendentibus fauore conſeruandæ agnationis. Tenetur computare fructus, ſi ſit in mora reſtituendi à die moræ: & ſi quid ſuperſit, reſtituere Moiin. ubi ſupra Caſſador. de teſtam. decis. 2.

91 Conditio ſi ſine hærede deceſſeris intelligitur ideſt ſine liberis l. ex facto parag. ult. ff. ad ſen. con. Trebell. fuſe Ias. in l. Gallus parag. Et ſi parente ff. de lib. & poſth.

92 Hæres inſtitutus cum pacto, ut reſtituat hæreditatem filio, aut filiæ, cui teſtator relinquere non poterat, tenetur dare, Vict. in ſum. num. 301. Sot. de iuſt. lib. 4. q. 5. ar. 1. Negant, alii cum illa promiſſio facta ſit in fraudem, ſic Couar. Epit. ad 4. p. 2. c. 8. parag. 5. num. 9. Salon. 2. 2. de obiecto. dominij q. 5. art. 5. dub. ult. Leſſ. lib. 2. c. 19. dub. 6. Si defuit pactum, quamuis Teſtator eo animo dediſſet, poterit huiuſmodi retinere, Salon. ubi ſupra concl. 2. Molin. diſp. 169. quicquid Sol. in inſtituto à Clerico, uel religioſo, uide c. prox. uerſ. Spiritus num. 32.

93 Fideicomiſſum ſimplex, perpetuum, & abſolutum cenſetur inductum per prohibitionem alienationis, adiecta ratione, vt bona perpetuò maneant in familia Gratian. diſcep. for. c. 774. num. 18. Rota apud Farin. p. 1. decis. 193. num. 6. & prohibetur deductio Trebellianicæ Rota apud eundem p. 2. decis. 155. & in alia coram Cantuccio relata à Cencio poſt trac. de cenſib. aliàs non extenditur vltra quartam generationem Couar. aſſerens de com. 3. uar. res. c. 5. num. 4. uerſ. 2. Vide eundem in c. Rainaldus de teſtam. initio, num. 9. & Barbos ad c. In præſentia, de probat.

94 Si teſtator prohibeat diuiſionem inter hæredes, intelligitur quoad dominium, non quoad fructus Gratian. ubi ſupra c. 917. Vide eundem c. 905. num. 18. & poteſt diuidi cauſa facilioris culturæ. Idem c. 425. num. 28.

95 Fideicommiſſarius debet capere de manu hæredis, ſi hæres poſſidet bona ſubiecta fideicommiſſo, aliàs ſecus Rota coram C. Coccino apud Farin. par. 2. decis. 276.

96 Filia ſemel excluſa per maſculum, an cenſeatur perpetuò excluſa; an uero mortuo fratre ſine liberis, admittenda ſit uide Afflic. decis. 148. cum ibi annot. Ancharan. cons. 220. maſculis deficientibus reintegratur, quia non eſt ſimpliciter excluſa, ſed tantum extantibus maſculis, quare illius excluſio eſt temporalis, ac tandium durat, quandium ſunt maſculi, Gratian. alios referens diſcep. for. c. 218. num. 85. Si ſtatuto, aut conſuetudine maſculus excludat fœminam à ſucceſſione parentum, non excludetur, maſculo profeſſo in religione capaci, Sanchez plures referens in ſum. lib. 7. c. 3. num. 86.

97 Teſtatore filium inſtituente hac forma, ſi filios non habebis, ſubſtituo Caium, excluditur ſubſtitutus habitis liberis; qui uiuo Patre obiere Mantica de coniect. ult. uoh lib. 6. tit. 11. num. 5. cum ibi ralatis.

98 Hæres grauatus poteſt ante caſum fideicommiſſi reſtituere hæreditetem etiam in creditorum præiudicium Peregr. de fideic. ar. 3. num. 127. Secus ſi fideicommiſſarius uocatus eſſet conditionaliter, aut in diem incertum Idem art. 4. num. 13. Mynſing. inſt. de fideic. hæred parag. reſtituta, docet eum, qui ex fideicommiſſo reſtituit, poſſe adhuc à creditoribus hæreditarijs conueniri, quia ſemel hæres hæredis nomen exuere non poteſt, l. Et ſi non ſolum ff. de hæred. inſt. l. 2. C. de hæred. uel act. uend. reperit tamen ſolutum à fideicomiſſario. In contrarium tamen facere uidetur l. 1. ff. ad Sen. cons. Trebell.

99 Vbi ad ſucceſſionē maioratus uocatur filius major, primogenitus, uel proximior

de eo debet intelligi, qui tempore teſtamenti erat primogenitus, maior, aut proximior: non verò de illo, qui tempore mortis primogenitus, maior, aut primogenitus reperitur Menoch. conſ. 97. num. 70. & 72. & conſ. 106. num. 6. & ſeq. Barbos. ad c. Quan num. 7. de decenſib.

100 Filij poſiti in conditione an cenſeantur vocari, Vide Rotam coram Buratto decis. 383. cum ibi not. per Ferentill. vbi quindecim coniecturæ. Vide etiam Tract. D. Ioſephi de ruſticis An, & quando liberi in conditione poſiti vocentur, &c. Filia dotata à Patre, vel matre, vel fratribus, ſiue à quocumq; alio, non ſuccedit Patri, matri, &c. vbi Statutum illam excludit Gratian. diſcep. for c. 15. Quòd ſi ſtatutum ſpecificet tantum Patrem, illa ſuccedit Matri, & fratribus, Statutum .n.non extenditur ad perſonas non ſpecificatas. Theſaur. decis. 62. num. 1.

FILII. PARENTES. LEGITIMA. MINOR. TVTOR.

V. Charitas. Diſpenſatio. Dos. Legatum. Obligatio. Religio. Contractus Reſtitutio.

1 Filijfamilias dicuntur, qui ſunt in poteſtate Patris, aut Superioris, ſcilicet Aui, Proaui, qui etiam Patres dicuntur Inſt. de patr. pot Silu. ver. fil. fam. mater enim non habet filios in poteſtate. Inſt. de adopt. parag. fœminæ, & de hæred. qual parag. Cæteri. Nepos ex filia non eſt in poteſtate aui materni Inſt. de patr. pot. in fi.

2 Legitimi dicuntur qui lege probâtur, vt adoptati; legitimi, & naturales, qui ex legitimo matrimonio; Naturales, qui ex coitu nec improbato nec probato lege ciuili requiritur autem vt nati ſint ex concubina retenta in domo loco vxoris ſoluta, & vnica. Itē nati ex conſanguinea, altero ignorante conſanguinitatem Couar. epit. ad 4. p. 2. c. 8. parag. 2. num. 17. Spurij, qui ex coitu lege ciuili damnato, vt ex conſanguinea vel adultera, aut qui vulgo concepti Patrem demonſtrare non poſſunt Silu. ver. filij parag. 1. Propriè verò dicuntur Spurij, qui nati ſunt ex ijs inter quos matrimonium eſſe non poteſt. Turrecrem. in c. liberi 32. q. 5 Afflic. decis. 96. num. 10. Vel qui è religioſo, aut Clerico in ſacris conſtituto Couar. vbi ſupra parag. 5.

3 An naturales filij veniant ſimplici filiorum appellatione in teſtamentis, & vltimis voluntatibus, vide Pan. in c. In præſentia de probat. & ibi Gio. & Decium à num. 127. ad 135. Fel. num. 22. Card. Paleott. de noth. & ſpur. c. 29. Azor. p. 2. lib. 2. c. 6. q. 11. & trib. ſeqq. Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 11. tit. 8. num. 8.

4 Filius natus poſt ſolemne votum parentum, eſt ſpurius Panor. in c. Cariſſimus num. 7. de conuerſ. coniug. relato Innoc. in c. Dudum Zachar. ad Pan. loc. cit. ver. contra votum Azor. p. 2. lib. 2. c. 6. q 8. verſ. Si quæras. quia non eſt amplius matrimonium quoad exercitum carnis Glo. in c. miniſtri diſt. 81. Sayr. de cenſur. lib. 6. c. 10. num. 41. ſuccedit tamen parentibus in hæreditate, quia interdictum non illegitimat prolem, & ſufficit ad legitimandam prolem ſubſtantia matrimonij Pan. in c. literas num. 4. de fil. presb. Maiol. de irregul. lib. 1. c. 4. num. 7. citans Archid. in d. c. miniſtri. Sed quoad ordines eget diſpenſationa ſecundum eoſdem, & Sanchez de matr. lib. 9. diſp. 38. Rebuff. prax. benef. tit. de diſpenſat. ſuper deffec. natal.

5 Naturalis legitimatur per ſubſequens matrimonium ſi tamen poterat eſſe legitimum inter parentes vel tempore conceptionis, vt volunt Silu. ver. filij num. 20. Nau. de ſec. nupt. conſ. vlt. & eſt caſus in c. 1. & c. Tanta, Qui fil. ſint legil, vel ſaltem tempore natiuitatis, vt docent Couar. vbi ſupra parag 2. num. 2. Molin. diſp. 165. etiam ſi poſt natiuitatem interceſſerit aliud matrimonium Couar. ibidem num. 15. Sayr. plures referens de cenſur. c. 10. cit. num.

num. 19. Panor. in d. c. Tanta num. 3.

5 Nati ex matrimonio nullo, contra tamen in facie Eccleſiæ bona alterius coniugis fide, ſunt legitimi c. 2. & c. ex teno re Qui fil. ſint legit. Nau. eo tit. conſ. 2. Roder. in ſum. lib. 1. c. 132. num. 2. Couar. vbi ſupra num. 16. Intellige reſpectu filij, & eius parentis, qui fuit in bona fide: Nam alter qui fuit in mala fide, non gaudet priuilegio legitimi parentis, quare nec ſuccedere poteſt filio, niſi eo ſolo modo, quo parens ſpurius poteſt proli ſuccedere: filius tamen tamq; legitimus ſuccedit Patri Sanchez de matr. lib. 8. diſp. 34. num. 46. Item ſunt legitimi nati non ex legitimo matrimonio, ſequenti eccleſiæ approbatione c. Quod nobis, qui fil. ſint legit. Couar. vbi ſupra Silu. ver. filij num. 10. & concedit Mol. diſp. 272. ſi ea approbatio facta ſit ante Natiuitatem filij. Item ex matrimonio contracto auctoritate eccleſiæ, c. Perlatum eo. tit. licèt poſtea detegatur error Anchar. ibi. Item ex matrimonio putatiuo, etiam ſi prius nati fuerint Couar. num. 17. ſufficit autem quod matrimonium tunc eſſe potuerit ſecundum opinionem hominum Silu. vbi ſupra; etiam ſi detecto impedimento celebretur diuortium, non enim ideo tollitur legitimatio.

6 Legitimatus non intelligitur quoad præiudicantia, niſi exprimatur Silu. vbi ſupra q. 15. Immo etiam ſi exprimatur, non præiudicare in his, quæ ex contractu, vel vltima voluntate expreſſe prohibentur, docet Couar. alijs cit. 3. var. res. c. 6. num. 7. Si tamen ius ſit tertio iam acquiſitum legitimatus non poteſt præiudicare, niſi bonum publicum aliud poſtulet Mol. diſp. 174 vbi prætereà docet excludi legitimatum, licet in teſtamento, vel in contractu agatur tantum de filijs legitimis. Idem ſi dicatur, ſi ſine liberis deceſſeris, ſi maioratum inſtituens v.g. erat nobilis, cum hic agatur de familia nobilitanda, aut ſi ex alijs coniecturis præſumendum ſit, eam eſſe Teſtatoris voluntatem. De effectu clauſulæ, ſine præiudicio venientium ab inteſtato, vide Gratian. diſcep. for. v. 3. c. 496. Tomaſium trac. 1. tit. 15. num. 1.

7 Filius naturalis mortuus non legitimatur per ſubſequens matrimonium: eius tamen filij legitimantur Couar. in 4. p. 2. c. 8. parag. 2. num. 19 Molin. trac. 2. diſp. 172. verſ Dubium eſt.

8 Per profeſſionem in religione, legitimatur quis ad ordines, non verò quoad Dignitates c. 1. & c. fi. de fil. præsb. Silu. ver. legitimus q. 1. Molin. diſp. 273. circa fi. V. infra Irregul. ex defectu corpor. num 6.

9 Poteſt Rex, & Princeps non recognoſcens Superiorem legitimare filium ſuum, non tamquam Pater, ſed tamq; Princeps. c. Per venerabilem, qui fil. ſint legitimi, vbi Aug. Barbos. & alij ab eo cit. Pan. in c. Nouum genus num. 6. de decim. Silu. ver. legitimus q. 5. Molin. tamen diſp. 173. parag Princeps, putat huiuſmodi filios ſuccedere non poſſe, quando inſtitutio Regni à Republica ipſa fuit, vt ſoli legitimi ſuccederent.

10 Epiſcopus legitimare poteſt ſubditum quoad ordines min. & beneficium ſine cura, & Dignitate c. 1. de fil. presb. in 6.

11 Legitimatus à Papa quoad ſpiritualia eſt etiam quoad temporalia vbiq; vt putat Goffred. in ſum. relatus à Silu. ver. legitimus q. 4. Sed alij negant, vt Couar. Epit. ad 4. p. 2. c. 8. num. 16. & 18. Ang. ver. legitimatio num. 1. Molin. trac. 2. diſp. 29. Alij verò, quos refert, & ſequitur Silu. vbi ſupra dicunt poſſe quoad Dignitates & officia publica alteri non præiudicantia. Item reſpectu iuris ſuccedendi viuente Patre, ſi id Papa exprimat. Item quantum ad prolem futuram, remouendo aliquem gradum prohibitum, vel diſpenſando vt contrahant in gradu prohibito. Alij vt Pan. in c. Per venerabilem qui fil. ſint leg num. 1 & ſatis conſtat ex c. cit. cenſent id poſſe Papam pleno iure in terris temporaliter ſibi ſubiectis; in alijs verò non ſemper. Sed cum bonum aliquod ſupernaturale id expoſcit, & in hoc conſentiunt etiam Couar. num. 16. cit. Molin. & Silu. vbi ſupra, & ver. Caſus q. 2. caſu 44. Sanchez verò alios referens de matrim. lib. 8. diſp. 2. num. 4. cenſet Papam id poſſe diſpenſando in radice matrimonij.

trimonij ex quo legitimantur filij prius nati. Vide Anchar. conſ. 329.

12 Peccat mort. filius non obediens parentibus ex contemptu in rebus honeſtis. contemptum intellige obſtinationem, & animi pertinaciam Silu. ver. filius q. 22. Ang. num 30. Nau. c. 14. num. 11. & ſeq. Item defunctos maledicens, aut verbis contumelioſis afficiens, & conuicijs lacerans, eoſq; ad notabilem iracundiam prouocans Sayr. cla. reg. lib. 7. c. 5. num. 3. Item eos ita deſpiciens, vt ſe inhonoratum putet, quod pro illorum filio habeatur, niſi id faceret non ex contemptu, ad euitandum aliquod damnum vitæ, honoris, aut rerum, paratus eos in neceſſarijs ſuccurrere num. 4. Reginald. lib. 20. num. 24. V. infra ver. maledicere Item intuens eos ſemper toruo aſpectu, & rarò amoris ſigna illis oſtendens, & aſperè alloquens. Silu. & alij cit. Et illos odio habere eſt circunſtantia neceſſariò confitenda Nau. num. 11. cit.

13 Peccant mort. filij contrahentes matrimonium contra parentum voluntatem ſine iuſta cauſa, vt quia à parentibus plus iuſto opprimuntur vel à Nouerca indecenter tractantur; vel nimis differunt eos matrimonio copulare, vel indignam aut infimam perſonam offerunt Nau c. 14. num. 15 Molin. diſp. 176. Salon. de dominio q. 5. ar. 5. vers. Poſſint ne parentes, &c. & alij Tolet. verò lib. 5. c. 1. docet non peccare mort. Niſi ducat indignam; aut niſi maximè expediat Patri id inire matrimonium, vt quia ex eo paternæ inimicitiæ componerentur. V. ver. matrimonium num. 39.

14 Vrgente famæ poteſt Pater filium vendere, aut pignori dare l. 2. C. de patr. qui fil. diſtrax. Tiraquell. lib. 1. de retract. parag. 26. num. 14. Nau. in man. c. 17. num. 88. & c. 23. num. 95. Valent. to. 3. diſp. 5 q. 20. p. 3. Intellige, niſi ſit clericus in ſacris Couar. 3. var. res. c. 14. num. 4. Hoſt. in ſum. de contrah empt. parag. & de quibus rebus. Molin trac. 2. diſp. 32. aut vxoratus. quia eſſet in præiudicium vxoris Mol. cit. aut extra Patris poteſtatem Couar. vbi ſupra, & com. Quare Mater non poteſt vendere, cum non habeat filios in poteſtate, Glo. in l. 2. cit. Silu. ver. Emptio q. 4. vers. 4. Cogitur autem Pater, ſi ad pinguiorem fortunam venerit, illum redimere, & redemptus etiam à quocumq; efficitur ingenuus, ac ſi numquam in ſeruitutem incidiſſet Silu. Couar. & Mol. cit. Extra hunc caſum non poteſt Pater filium vendere, vt ait Couar. cum alijs, quos refert; licet Molin. extendat per epicheiam ad caſum æqualem, aut etiam maiorem nimiæ paupertatis, & egeſtatis, vt ſi Pater ſit alioqui occidendus, vel in ſeruitutem redigendus. V. Azor p. 2. lib. 2. c. 19. & c. 21. q 7. & ſeq.

15 Poteſt Pater caſtigare filios ſuos in min. ord. conſtitutos Sayr. de cenſur. lib. 3. c. 27. à num. 11. Cai. in ſum. ver. Excom. c. 10. not 6. Pan. in c. Cum in voluntate de ſent. exc. num. 8. Tolet. lib. c. 33. Alij vt Silu. excom. 6. num. 6. verſ. 12. Nau. c. 27. num. 81. Ang. excom. 5. parag. 19. Arag. 2. 2. c. 65. ar. 1. Azor. vbi ſupra c. 21. q. 6. Anchar. & Glo. in d c. Cum in voluntate num. 5. & ſeq docent verberare poſſe etiam conſtitutos in ſacris, cum non ſint exempti à patria poteſtate quod Salon. ar 4 cit. limitat ad ſolos ſubdiaconos, & Diaconos Alij tamen rectius docent ordinem ſacrum eximere à patria poteſtate ad effectum vt filius puniri non poſſit paterna correctione, propter indecentiam. V infra ver. Excom. Papæ reſer. num. 8.

16 Poteſt Pater filium ſuum non modò verberare cauſa diſciplinæ, & moderatè, ſed etiam carcerare, & aliter punire citra mutilationem, & occiſionem. cum habeat imperfectam poteſtatem coercendi ſecundum leuiores pœnas quæ non inferunt irreparabile nocumentum S. Tho. 2. 2. q. 65. art. 2. & 3. Poteſt etiam eadem ratione in vincula conijcere. ne alijs ſit exitioſus Azor. vbi ſupra q. 4. Felin. in c. Cum contingat de foro comp. in fi.

17 Debita contracta à Patre propter ſtudia filij ſoluenda ex communi maſſa, Molin. & Nau. vbi ſupra.

18 Pater tenetur de filij dolo, quatenus eſt in eius peculio Nau, de reg. com. 2. num. 62.

19 Tenetur Pater ſoluere quod eius mandato tacito, aut expreſſo filius expēdit Afflic. decis. 308.

20 Filius debet Patri operas obſequiales, & reuerentiales non induſtriales Ias. in l. Illud. fine C. de collat. num. 7. Afflic. vbi ſup. num. 3. Sanchez de matr. lib. 6. diſp. 39. num. 5. & ſeq. Quare non tenetur miniſtrare Patri, niſi adeò inops eſſet, vt ſine ipſius opera vitā cōmodè traducere non poſſet. Nec tenetur habitare cum patre ipſius opera non indigente, ſi à Patre nolit alimēnta recipere Sanchez. num. 5. cit.

21 Filius, qui viuente Patre curam rei familiaris diù exercuit, ſi de ſalario cum Patre non conuenit, nec proteſtatus eſt ſe petiturum, mortuo Patre, à fratribus nihil petere poteſt; cenſetur enim feciſſe amore filiali. Ias vbi ſupra Nau. c. 17. num. 148.

22 Filius Patris infidelis, ſi conuertatur, non ammittit ius ſuccedendi Patri, & alijs agnatis Vgol. de poteſt. Ep. c. 23. parag. 7. Immo poteſt etiam viuente Patre, habere legitimam Paulus Tertius in Bullæ quæ incip. Cupientes. Quam interpretatur Nau. de Iudæ. con. 2.

23 Puer perfectæ ætatis poteſt ſequi quem voluerit parentem, ideſt fidelem, uel infidelem, niſi ipſe ſit fidelis, quia tunc ob periculum ſubuerſionis tenetur ſequi fidelem, S. Tho. in 4. diſt. 39. art. 4. ad 4. Imo pubes vero nondum doli capax adiudicādus eſt fideli c. Iudæi. 28. q. 1. & c. Ex litteris de conuerſ. infid. Sot. in 4. d. 39. q. vn. art. 3. Rocch. Anchar. & Pan. in d. c. Ex litteris Suar to. 3. diſp. 25. lect. 3.

24 Pater perpetuò exul amittit patriam poteſtatem, ſi ſit cum amiſſione omnium bonorum Inſt. quib. mod. ius patr. pot. Silu. parag. Cum autem. Quod ſi Principis indulgentia reſtituatur, eo ipſo filius in patriam regreditur poteſtatem. Inſtit. ibidem.

25 Patria poteſtas non tollitur per ordinem ſacrum, niſi ſit Epiſcopatus, aut Cardinalatus Conar. in c. Quia nos de teſtam. num. 5 Pan in c. Indecorum de æta. & qual ord. num. vlt. Ang. excom. 5 num. 10. Et de Epiſcopatu, eſt tex in c. Per venerabilem, qui fil. ſint legit. Tolli etiam per Sacerdotium docent Silu. ver. Epiſcopus q. 5. & ord. 1. q. 3 glo. in c. In uoluntate, de ſent. exc. vbi Pan. num. 8 docet tolli tantum quoad ſpecialia, & percuſſionem. Tollitur etiam per profeſſionem patris, & filij Nau. de regul comment. 3. num. 47. Silu. ver. patria pot. Conar. cap. 2. de teſtam. num 8. Tollitur etiam cum pater contrahit inceſtas nuptias Auth. Inceſtas C. de inceſt. nupt. parag. 1. Intellige poſt eas nuptias copula conſummatas, Couar epit. ad 4 p. 1. c. 6. parag. 8. num. 20. Tollitur etiam per hæreſim patris, etiam ante ſententiam c. 2. parag. vlt. de hæret. in 6. Item per emancipationem legitimè factam ideſt coram Iudice, partibus liberè conſentientibus filio pubertatem egreſſo Inſt. vbi ſupra parag. præterea. Alios caſus vide apud Molin diſp. 228. filia per matrimonium ab ipſa contractum non liberatur Anchar. conſ. 176. Nam ſoluto matrimonio reincidit, & dos ad patrem reuertitur, licet eam dimittere non poſſit Auth. Sed quamuis C. de rei vx. act. Gram. decis. 54.

26 In extrema neceſſitate tenetur quis potius ſubuenire patri, quā filio S. Tho. 2. 2. q. 26. art. 9. ad. 3. & q. 31. art. 3. ad. 3. Aragon. & Ban. d. art. 9 Valent. to. 3. diſp. 3. q. 4. p. 5. Silu. uer. Eleemoſina q. 3. & uer. filij q. 22. Ang. uer filius parag. 24. Tolet lib. 5. c. 1. & de ſept. pecc. mort c. 39. concl. 3. Extra uero caſum extremæ neceſſitatis, ſecundum eoſdem, potius ſuccurrendum filio, quam patri.

27 Filia etiam coniugata tenetur alere parentes, qui aliunde commode ali non poſſunt Quare etiam inuito marito, & occultè, quando alias iurgia inter eos orirentur, poteſt eiuſmodi debitum ſoluere Molin. tract. 2. diſp. 128. uers quintus effectus. Rebell. lib. 5. q. 8. ſect 2. num. 9.

28 Filius tenetur alere matrem, non uerò dotare. Ias. in l. Res quæ Comun. de lega. num. 9. & com. intellige ſi aliunde non habeat, etiam ſi ſecundò nupſit. Ad dotem uerò tenetur filius, quando in illa ratione ætatis, eſt continentiæ

T pe-

periculum. Sic multi quos refert. & ſequitur Sanchez de matr.lib.7.diſ 88. num. 32.

29 Naturales ſuccedunt Matri vna cũ legitimis, l. ſi qua Illuſtriſ. C ad ſen. conſ. Orfic. Silu. ver. filij q. 4. Couar de Matr. p. 2 c. 8. parag. 4 num. 15. quod tamen fallit ſi mater ſit Illuſtris & filius vulgò quæſitus ſecundum eundem, & Pan. in c Tanta, qui fil. ſint legit.

30 Alimenta debentur etiam ſpurijs, eſt enim hoc de iure naturali Salon. 2.2. q. 5. de dominio ar. 5. vers An liceat teſtatoribus concl. 4. Couar vbi ſupra c. 8. parag. 6. Silu. ver. alimenta q. 1. & ver. filij q. 21. & eſt caſus in c. Cum haberet de eo qui dux. quam poll. vbi Pan. num. 5. Naũ. de ſpol. cler. parag. 8. num. 9. & de teſtam. conſ. 5. Capicc. deciſ. 64. & com. licet Couar. vbi ſupra parag. 6. num. 14. Azor. de liber. agnos. num 7. dicant non deberi filijs natis ex inceſtuoſo coitu. Debetur etiam dos filiæ illegitimæ iuxta quantitatem alimentis debitam Pan vbi ſupra Couar num. 11. Intellige ſupradicta, ſi huiuſmodi ſpurij aliunde non habeant: alimenta enim dantur tantum in ſubſidium Pan. cit. Quod ſi huiuſmodi filia decedat ſine filijs legitimis, ſtatim dicta dos ad Patrem, aut dotantem reuertitur Pan. vol 2. conſ. 5. & latè per Surd. de alim. tit. 5. q. 7. num. 3. Nec tranſmittit ad hæredes proprios, quando Pater inuitus ad mandatum Iudicis dictam dotem aſſignauit; ſecus ſi Pater voluntariè dedit, & voluit eam ad filiæ hæredes tranſmitti Benitend. concl. 22. num. 6. Rota tamen deciſ. 395. apud Farin. p. 2. declarauit, quòd ſi dos fuerit à Iudice conſtituta ſecundum taxationem, & valorem alimentorum, tunc tranſeat ad hæredes filiæ, quia taxatur id quod pro alimẽtis pro illis annis deberetur. Vnde ſicut, ſi daretur pro alimentis, non deberet reſtituere, quia vna vice datur pro tanto tempore, ita nec debet reſtitui ſi datur pro dote: quia datur vnica vice id, quod debetur pro pluribus annis pro alimentis, licet detur in dotem. Cum autem dos ad dotantem debet reuerti; id fieri non poteſt, niſi mortuo marito, qui eam habet titulo oneroſo, & ſine dote non contraxiſſet, & ideo decipi non debet Bart. & alij quos ſequitur Surd. vbi ſupra num. 11. Quod ſecundum alios intelligitur quãdo nihil datur vltra modum alimentorum, Nam quoad exceſſum, ſtatim reuocatur. Ad prædicta tenentur hæredes viuente ſpurio Molin diſp. 268. et etiam Aui Couar. vbi ſupra.

31 In taxatione alimentorum attendenda eſt quantitas patrimonij eius qui ea præſtare debet, Item dignitas, & qualitas perſonarum. Nam iuxta vires patrimonij, & redditus qui ex eo percipiuntur, debet ali. Dignitas autem, & qualitas perſonarum attendenda eſt in alendo; quibus, ſi augeatur familia, augenda etiam erunt alimenta; licet taxationi factæ præſtiterit conſenſum; non enim poterat renuntiare, quãuis pactum fuerit iuratum: nec ex conuentione, ſeu præcepto Teſtatoris taxata fuerit certa quantitas pro alimentis annuatim præſtandis, tunc enim non debetur augumentum, neq; diminutio, ſic plurimos congerens Gratian. diſcep. for. c. 613. V. Azor. p. 3. lib. 5. c. 7. q. 7. & duabus ſeq Rot. coram Mantic. deciſ. 33.

32 Ad alimenta præterita non tenetur Pater in foro conſcientiæ; niſi filius debita contraxerit, vt ſe aleret Azor. aſſerens de com. p. 2. lib. 2. c. 4. q. 18.

33 Mater tenetur alere filium intra triennium, ſi poteſt Silu. ver. alimenta q. 2. Nau. c. 14. num. 17. Couar. vbi ſupra num. 13. per l. Nec filium C. de patr. pot. Intellige tamen quoad lac dumtaxat. Quòd ſi ipſa lac non habeat, aut propter paupertatem, aut aliud iuſtum impedimentum lactare non poſſit, fiet expenſis Patris. Nobilis ſi illi ſit dedecori, aut ſecundum Patriæ conſuetudinem lactare non ſoleat, non tenetur Azor. in ſum C. de patr. pot. Molin. diſp. 268. Couar. num. 13. cit. qui negans nobili eſſe dedecori proprium lactare filium, conſequenter docet non excuſari. Poſt triennium non tenetur, niſi Pater ſit pauper, & ipſa diues. Silu. & Couar. vbi ſupra Pan. in c. fi. de conuer. infid.

34 Pater non tenetur alere filium ille-

git·

gitimum quia non tenetur credere eſſe ſuum. Sot. de iuſt. lib. 4. q. 7. art. 2. circa fi

35 Facto diuortio cauſa Patris, eius expenſis alendus filius apud Matrem. Si verò cauſa Matris eius expenſis ſi locuples ſit, apud Patrem, niſi Pater ſit minus idoneus Auth. Si Pater C. de diuort. Intellige de minori triennio Silu. ver filij q. 21. Si verò alter eorum eſſet infidelis, alendus apud fidelem c Iudæi, & ſeq. 8. q. 1. Niſi ſit doli capax; hic enim ſuo iudicio relinquendus c. fi. de conuerſ. infid. vbi Anchar. in fi.

32 Lege definiente certam quantitatem, quam alimentorum loco liceat Patri filio etiam ſpurio relinquere, poteſt Pater eandem quantitatem eidem filio legare, licèt ſpurius aliunde habeat. Couar. vbi ſupra num. 10.

33 Alimenta debentur filio, etiamſi ex Doctoratu, & procura victum quærere poſſit. Nec enim attenditur induſtria, aut operæ propter fragilitatem humanæ potentiæ, quæ variatur ex tempore, ſed an habeat vnde ex redditibus viuere poſſit Aimon. conſ. 199. vers. tamen diligentius Rota decis. 244. apud Farinac. p. 2.

34 Alimenta quæ ſpurio debentur, quæ pro alimentis leguntur, vel traduntur, non tranſeunt in filios Spurij Couar. vbi ſupra num 15. vbi alios refert contrarium docentes, quoties res ad alimenta ſpurio relicta, in æſtimatione proprietatis non excedit quantitatem alimentis neceſſariam, vt ſupradictum eſt de dote filiæ ſpuriæ & Molin. diſp. 165. docet idem dicendum quando filij ſpurij ſunt nepotes eius, qui fundum dedit, & ab ipſo ob eorum inopiam alendi. Item quando fundus traditur æſtimatus, interueniente pacto, vt illo eſſet contentus, licet in futurum pluribus alimentis indigeret.

35 Tenetur Pater alere filium ducentem vxorem ſine ſua licentia, modo honeſta ſit, & ipſa iã etiam vxorem. Couar. alios referens. Epit. ad 4. p. 2. c. 8. parag 6. num. 5.

36 Auus maternus tenetur alere nepotem, ſi linea paterna non poteſt, l. ſi quis à liberis, & ibi Glo. ver. compellat ff de liber. agnoſc. Silu ver. alimenta q 1. Molin. diſp. 218.

37 Alimentorum nomine veniunt ea, ſine quibus non poſt honeſtè viui, vt victus, veſtitus, lectus, habitatio, medicinæ, expenſæ pro ſtudio neceſſario, vt grammaticæ Silu. vbi ſupra initio. Item impenſæ funeris. & competentes expẽſæ pro anima defuncti Molin. diſp. 168 & dos filiabus Nau. de ſpol. cler parag. 19. num 10. etiam de redditibus Eccleſiaſticis, ibidem, & de teſtam. cons. 4 Si alia bona non habeat. Silu. ver Dos q. 5 Habenda tamen eſt ratio perſonæ cui alimenta præſtanda ſunt, & facultatum parentum, vt tantum eis ſuperſit, vt poſſint commodè viuere, atiam ſecundum dignitatem Silu. vbi ſupra q. vlt Molin vbi ſupra.

38 Spurius tenere poteſt ſibi à Patre relicta vſq; ad Iudicis cõdemnationem ot. de iuſt. lib. 4. q. 5 ar 1. At Couar. vbi ſupra num. 3. Iul. Clar. parag. Teſtamentum q. 31 Ban. 22. ad. q. 6. Leſſ. lib 2. c 19. dub. 6. & alij docent retinere non poſſe ſiue ex teſtamento ſiuè ab inteſtato, ſiuè ex contractu inter viuos cum leges illum faciant incapacem, vt l. licet C. de natur liber. Et accepta tenetur reſtituere, vel dã i vel hæredibus, vel Fiſco poſt ſententiam Leſſ vbi ſupra Salon de dominio q. 5. ar 5. vers An filij illegit conc. 3, Ampliant Couar. & Leſſ. vt nec ſubſtitui poſſit à Patre vulgari, aut fideicommiſſaria ſubſtitutione; Secus de pupillari non circa bona paterna ſed circa alia bona pupilli. Secundum Molin. diſp. 169. & Vict in ſum. num 201. poteſt retinere, ſi tertius cui Pater etiã ſub fide data reliquerat, reſtituat quamuis Pater & hæres peccent mort. contraueniendo. Neq; tenetur Fiſco tradere, eſt enim hoc caſu lex pœnalis V. Azor. p 1. lib. 2. c. 9. & dub. ſeqq. Quòd ſi delictum occultum ſit neq; vlla infamia præceſſit, aut ſemiplena probatio, non tenetur dictus hæres interrogatus à iudice verum fateri Couar. in 4. p. 2. c. 7. parag 5. num. 10,

11 LEGITTIMA eſt pars hæreditatis aliquibus à lege decreta.;Silu. ver legitima.

2 Si ſint plures,quàm quatuor, debetur dimidium bonorum, alioqui tertia pars Auth. Nouiſſima C. de inoff. teſtam. Reliquum eſt in parentum poteſtate, quibus licet, vel inter filios, vel inter extraneos elargiri Auth. de trien. & ſemiſſ. parag. 1. Non computatur tamen in eo numero profeſſus in religione incapaci, quia habetur tamquam mortuus naturaliter Sanchez alijs cit. lib. 7. ſum. c. 3. num. 85. An autem poſſit filius in vna, vel pluribus rebus hæreditatis legitimam accipere, & an ad ipſum ſpectet electio, Vide Panor. in c. Rainaldus de teſtam. num. 28. Magn. deciſ. Florent. 35. Berrachin. ver legitima num. 81. verſ. adde, docet poſſe filium in vna re, quam vult, ſibi eligere, quando hæres eſt extraneus. Si vero ſit alter frater, eligit arbitrio Iudicis. de quo optimè Menoch. de arbitr. Iud. caſu 183. Fructus legitimæ taxandi ſunt ad rationem, quinque pro centum, pro vt regulariter taxantur fructus ſtabilium, quod dicitur iuſtū intereſſe. Rota coram D. Pegna in vna Aſcula, fideic. 26. oct. 1601. & in alia coram D. Buratto Aſcul. fideic.. Si tamen ad ſint ſtatuta taxantia ad rationem certæ quantitatis, ſunt ſeruanda, quia valida. Surd. de alim. q. 42. num. 27. Molin. de iuſt. trac. 2. diſp. 321. & alij plures, quos refert, & ſequitur Gratia. diſcep. forens. c. 726. num. 14. & ſeq. Vbi quod etiam non extante ſtatuto; ſeruanda eſt regionis conſuetudo.

3 Legitima filiorum Patre bannito, & eius bonis confiſcatis, eſt dimidia hæreditatis, etiam quod vnicus, aut duo ſint filij Rota apud Farinac. p. 1. deciſ. 479. num. 2. 3. & 6. & debetur à die condemnationis &, confiſcationis, non à die mortis, ibidem num. 4. V. Gratian. diſcep. for. c. 135. num. 1. & ſeq. & Silu. ver. legitima. q. 7.

4 Si Filius viuente Patre habuit integram legitimam, mortuo Patre non petet ſupplementum, ſi Patris facultates creuerint; ſicut nec minueretur legitima ſi Pater pauperior fieret Naldus in ſum. ver legitima num. 3. & ver. Tempus num. 16. vbi quòd nec filia dotata eo caſu poteſt petere ſupplementum, quia tempus conſtitutæ dotis, non mortis Patris inſpicitur, ad iudicandum an aſſignata ſit dos congrua. In quam ſententiam citat Bald. cons. 400. Idem ſentit Gratian. diſcep. for. c. 148. num. 1. Rota apud. Farin to. 1. deciſ. 10. & ſeq. V. Azor p. 2. lib. 2. c. 27. q. 8. & Couar. de pact. p. 3. parag 1. num. 2. contrarium ſentientes nempe poſſe petere ſupplementum.

5 Filijs debetur legitima, eiſq; mortuis legitimis hæredibus per ſtirpes non per capita Silu. ver legittima q. 1. ver. 1. Molin. diſp. 158.

6 Pater poteſt extra teſtamentum relinquere filijs illegitimis, modo non in præiudicium legitimorum, Sot. de iuſt. lib. 4. q. 5. ar. 1.

7 Legitimæ nullum poteſt imponi grauamen, nulla conditio, vel dilatio, aut modus· quòd ſi apponantur, habentur pro non adiectis l. Quoniam in prioribus C. de inoff. teſtam. Amplia, etiam ſi filius inſtituatur in tota hæreditate, cum onere reſtituendi ſi ſine liberis, &c. Molin. diſp. 177. verſ. vſq. adeo, & ſeq. Azor. p. 2. lib. 2. c. 29. q. 6. Couar. in c. Rainutius de teſtam. parag. 11. num. 9. Poteſt autem legitima filio aſſignari Patre viuente, ſi filius conſenſerit. Franc. p. 1. decis 123. à num. 2.

8 Si Pater donet alicui ex filijs ob benemerita, non per hoc diminuitur legitima aliorum filiorum, ſed deducenda etiam ex donatis Crauet. conſ. 165. p. 1

9 Expenſum inhoneſtè ex bonis Patris, niſi præſumatur donatum computandum eſt in legitima. Item ſolutum à Patre pro filij delicto ex neceſſitate, ſtatuto ſic dictante; ſecus, ſi ex naturali pietate Silu. peculium 2. q. 9. & 14. Item conſumpta in filij nuptijs animo computandi Nau. c. 17. à num. 164.

10 Non

10 Non computantur in legitima quæ Pater inſumpſit in ſtudijs filij, Niſi haberet filius bona caſtrenſia, vel quaſi; tunc enim præſumitur eum aluiſſe tamq; eorum bonorum adminiſtrator Silu. vbi q. 8. Nau. c. 17. num. 166. Aut Pater proteſtatus fuerit fore computanda, aut aliunde ſaltem conſtaret, quia in libro rationum ſcribebat Molin. diſp. 239. Nec etiam computanda ſunt quæ Parentes ad maiorem, ac ſplendidiorem vnius filij ſuſtentationem in veſtitu, cibis, equitatu, &c. inſumpſerunt, modò metas rationis debitæ non excedant Nau. & Molin. vbi ſupra. Nec quod Pater ſoluit pro delicto filij, niſi expreſſè, aut tacitè conſenſiſſet delicto: aut ſi ſoluiſſet, vt fideiuſſor aut ex aduentitijs filij Gratian. diſcep. for. c. 50. num. 1. 4. & 5. Nec quæ aſſignata ſunt filio pro patrimonio ad ſacros ordines, ſecundum eundem c. 159. num. 40. & ſeqq. Contrarium tamen alios referens docet Couar. in c. Rainald de teſtam. parag. 2. num 7. & Azor p. 2. lib. 2. c. 24. q. 2. per Auth. Ex teſtamento C. de collat. & Auth. de trien. & ſemiſ. parag. Eum quoq; Niſi Pater aliud expreſſerit V. & ver. Clericus num. 15. nam facultas, & abdicatio iuris, quod quis habet, facta ex cauſa, ea minimè ſubſecuta, rata, & firma non eſt; & donatio cauſa profeſſionis facta, ea non ſecuta reſcinditur V. ver. Donatio num. 15. & infra Cui reſtituendum num. 15.

11 Libri ſi ſint traditi, & donati, non computandi; niſi aliud in ipſa donatione fuerit expreſſum. Idem ſi ſtudia litterarum abſoluit, & iam doctorandus, alioquì ſic, ſi non erant verè donati. Cum vero computandi ſunt, attenditur valor temporis mortis Patris Silu. vbi ſupra q. 10. Molin. diſp. 239. Nau. c. 17. num. 159. Quòd ſi ſtudia non abſoluit viuente Patre, non poterit perficere de communibus bonis Silu. q. 11.

12 Donatio Patris à principio valida non computatur in legitimam, niſi Pater id dixerit; ſecus de confirmata morte l. Si quando parag. & generaliter C. de inoff. teſtam. vbi Ias. & com. in c. Rainaldus de teſtam. parag. 2. num. 6. Silu. ver. legitima parag. 2. V. ver. Donatio num. 17. Patre diſſipante bona debetur legitima filijs etiam ipſo viuente, ſiue culpa ſua, ſiue in fraudem diſſipet. Gratian alios referens diſcep. for. c. 44. num. 18. & ſeq.

13 Pater alienare non poteſt titulo donationis, aut per contractus ſimulatos in præiudicium filiorum. poteſt tamen per remunerationem, & opera pia C. de inoff. teſtam. per tot. Ias in l. Ex hoc iure ff. de iuſt. & iur. Ang. ver. legitima parag. 19. Silu. eo q. 5. Nau. c. 16. num. 39. Molin. diſp. 478. Si alienet titulo oneroſo, nulla reuocatoria competit filio in bonis Patris, niſi in quinq; caſibus, quos enumerat Couar in c. Rainutius de teſtam parag. 10. num 9. Primus eſt quando emptor eſt particeps fraudis. Secundo quando ceſſante fraude facta fuit venditio minori pretio, quàm iuſto; eſt enim donatio ex ea parte, quæ deeſt iuſto pretio: quare quoad illam reuocatur, tamq; inofficioſa. Tertio quando pretij ſolutio aliunde non conſtat, quam ex confeſſione Patris. Quarto ſi præter fraudem probata fuerit ſimulatio, & fictio aliquot coniecturis; vt ſi in morte fiat venditio ſuſpectis perſonis. Quinto ſi parentes totum patrimonium alienauerunt, ita vt vt nulla bona ſuperſint, ex quibus poſſint filij alimenta percipere; tunc enim reuocatur vſq; ad debita alimenta probandum tamen eo caſu factam eſſe alienationem animo fraudandi; aut alia cauſa adducenda, quæ ipſam alienationem ſuſpectam reddat, vt ſi à matre facta ſit alienatio dotis etiam cum iuramento.

14 Pater poſt diſponere de legitima filij de eius libero conſenſu ſine metu ſaltem reuerentiali extorto Nau. c. 17. num. 152. Roder. in ſum. lib. 1. c. 132. concl. 2. Cou. in c. Rainaldus de teſtam. parag. 2. num. 2. requiritur autem expreſſus conſenſus, nec ſufficit tacitus Molin. diſp. 175. verſ. ſecundum eſt, & diſp. 177. verſ. Quando filius V. Gomez in reg. Cancell. de impetr. ben. per. ob. fam. Card. q. 11. Mandoſ. ibi q. 16. Magon. deciſ. 31. Franc. p. 1. deciſ. 20.

15 Patre ingrediente religionem, quæ etiam

etiam in communi poſſidere non poteſt ſecuta profeſſione legitima debetur filijs etiam ante mortem naturalem Patris. ſecus ſi religio ſit capax, quia in communi poſſidet Silu. ver. legitima q. 5. Gratian. diſcep. for. c. 102. à num. 1. quod de rigore iuris in regularibus immobilia poſſidentibus negant Nau. de regul. coment. 2. num. 48. & 54. Leſſ. lib. 2. c. 41 dub. 10. licet de æquitate canonica contrarium probabilius eſſe dicant cum Couar. de teſtam. c. 2. num. 7. & alijs ibi relatis, & Pan. in c. In præſentia num. 58. de probat. vbi Fel. num. 55. & ſatis videtur probari per c. Cum ſimus, de regul. Immo deberi de iure docet Sanchez pluribus citatis in ſum. lib. 7 c. 10. num. 3. contrariam dicens probabiliſſimam, ſed interim deberi filio alimenta à monaſterio: Eadem omnino dicenda eſſe de legitima debita aſcendentibus in defectum deſcendentium docet Gratian. vbi ſupra c. 815. num. 3. & duob. ſeq. De quo videndi ſunt Molin. de iuſt. tract. 2 diſp. 140. vers. Dubium eſt. Sanchez vbi ſupra num. 10. & ſeq. Bart. in l. Si qua mulier, C. de ſacroſan. Eccl. vbi num. 12. docet non deberi niſi poſt mortem naturalem. Idem docent Ang. ver. mors. parag. 5. Silu. eo q. 3. Rota in vna Ianuen. officiorum coram Coccino, apud Farin. p. 2. decis. 543. Sanchez de matr. lib. 6. diſp. 17. à num. 7. Gratian. vbi ſupra c. 102. num. 8. & ſeq. Molin de primog. lib. 1. c. 13. Alter Molin. vbi ſupra, & de maiorat. trac. 2. diſp. 323. num. 2. Balthas. Tomas. de ſucceſſ. in maior. trac. 9. tit. 8 num. 25 & de legitima trac. 4. tit. 9. num. 2. Couar. vbi ſupra num 6. & alij plures, quos plena manu congerit Sanchez in ſum. lib. 7. c. 10. à num. 2. & Barbos. ad c. Suſceptum num. 17. de reſcrip. in 6. licet hi duo poſtremi contrariam amplectantur, & ſecuta eſt Rota coram Buratto decis. 461. poſt alios ibi relatos per Ferentil. Probatur. Nam monachus profeſſus in religione capaci ſuccedit in maioratu non habente iuriſdictionem, & in fideicomiſſo eius vita naturali durante; niſi inſtitutor expreſſè excluſerit monaſterium, & in omnia eius bona, de quibus ante profeſſionem non diſpoſuit. Quòd ſi per vltimam voluntatem alijs reliquit, ſuccedit monaſterium eius vita naturali durante, niſi ille aliter diſpoſuerit Rota coram Buratto decis. 639. Molin. 6. diſp. 140. quando enim religio eſt ſuccedendi capax, profeſſio non æquiparatur morti naturali, quia monaſterium ſuccedit loco monachi, eiuſq; perſonam repræſentat, dum ille naturaliter viuit Fel. c. In præſentia de probat. num. 55. Sanchez de matr. lib. 6. diſp. 17. num. 9. Et regulariter mors ciuilis non æquiparatur morti naturali niſi in caſibus expreſſis in iure, Glo. in c. ſuſceptum, ver. non morte de reſcrip. in 6. Et quando in caſu occurrenti tantum operatur mors ciuilis quantum mors naturalis Paris de reſign. ben. p 1. lib 1 q. 4. num. 6. Pan. in c. In præſentia de probat. num. 58. & in c. Cum ſis num 8. de conuerſ. coniug. Et ciuilis non ſufficit per profeſſionem quando ſumus in religione bonorum capace ſaltem in communi Bart. in l. Cum Pater parag. Hæreditatem 1. ff. de lega. 2. Mandos. ad reg. 30. q 7 num. 24. Farinac. fragment. crim. litera M. num. 758. ad 386. Gratian. c. 815. num 16. Mors enim ciuilis eſt mors ficta, in dubio autem intelligitur mors naturalis Idem c. 481. num. 36 per l. fi. C. de his qui ven. æta. impetr. Ang. ver. Mors. parag. 5. Silu. eo. q. 3. vbi quod ſi verbum mors proferatur à iure in materia ſtricta, & exorbitante à iure com. in dubio intelligitur de morte naturali: Si verò non ſit in materia ſtricta, ſed extendibili ex identitate rationis, ſi non habet per omnia eundem effectum mors ciuilis, & mors naturalis, non extenditur, neq; æquiparatur. Si uerò proferatur ab homine intelligitur in dubio mors naturalis. Exempli gratia Clericus renuncians, quoad idem beneficium habetur pro mortuo c. In apibus parag. Ecce in quibus, vbi Glo. 7. q. 1. & tamen mortuus non eſt, quia ad eandem Eccleſiam aſſumi poteſt. Vir ab uxore ſeparatus ab Eccleſia, quoad ipſam pro mortuo reputatur, & tamen reintegratur, &c. Et uir deportatus habetur pro mortuo, & tamen uſq; ad eius naturalem mortem uxor non

conſe-

conſequitur dotalitium. Item ſi ſtatuto caueur quod mortuo Patre filius eximatur à patria poteſtate, intelligitur de morte naturali Gemini relatus à Gloſſatore ad Angel. vbi ſupra ver. à iure com. Item quando bona alicuius confiſcantur, quorum dominium per illius mortem, aut ſub aliqua conditione pendente in futurum deuenire debet ad alium; dum ita condemnatus viuit, aut conditio illa non impletur, commoditas, & Vſusfructus eorum bonorum pertinet ad fiſcum, dum ille naturaliter viuit, non ad alium Molin. de iuſt. trac. 1. diſp. 9. parag. Quoad bona, vbi adducit alia exempla ad probandnm mortem ciuilem non ſemper æquiparari morti naturali. Item profeſſio non verificat caſum mortis poſitæ in teſtamento, quando monaſterium eſt capax, quia non eſt omnino ſimilis morti naturali Bart. in l. Cum Pater parag. hæreditatem ff. de lega. 2. quem ſequitur Felin. in c. licet vndique num. 1. de off. deleg. Item Donatio cauſa mortis non confirmatur profeſſione in monaſterio capaci, ſed expectanda eſt mors naturalis Sanchez de matr. lib. 6. diſp. 17. num. vbi idem dicit in teſtamento facto ante ingreſſum & donationem cauſa mortis poſſe reuocari etiam poſt profeſſionem, idq; ea vnica ratione cõmuniter approbata, quia mors ciuilis non habet omnem effectum, quem mors naturalis. Item Vſusfructus tranſit in monaſterium durante vita naturali ipſius ingreſſi Pan. in c. In præſentia de probat num. 72. & in c. Cum conſtet num. 2. de pignor. Silu. hæred. 1. q. 7. verſ. 3. Barbos. plures referens ad c. Si qua mulier 19. q. 3. num. 14. Sanchez in ſum. lib. 7. q. 4. Felin. in d. c. In præſentia num. 58. Pan. vol. 1. conſ. 65. ad fi. Gratian. diſcep. for. c. 815. à num. 1. ad 8. Item hærede grauato in diem mortis, ſi in inſulam deportetur, & ſic mortuus ciuiliter, non debetur fideicommiſſum ante naturalem mortem, ſed interim pertinet ad fiſcum, & ſi interim moriatur fideicommiſſarius extinguitur fideicommiſſum l. Cum Pater cit. & l. Statius parag. Cornelio ff. de iure fiſci. Item ſi Pater ingrediatur monaſterium, non amittit Vſumfructnm quem habet in bonis filij quaſi dicatur naturaliter viuere, Glo. in Auth. excipitur C. de bon. quæ lib. Gratian. vbi ſupra c. 19. num. 20. & ſeq. Azor. p. 1. lib. 2. c. 22. q. 4. Cum ergo militet eadem ratio in caſu noſtro, dicendum videtur non deberi legitimam Aſcendentibus, cum filius nõ dicatur naturaliter mortuus. Gratian. vbi ſup. c. 702. num. 7. & c. 815. vbi num. 18. & ſeqq. quod monaſterium ſuccedit in bonis fideicommiſſi durante vita naturali religioſi, ſi monaſterium ſit capax, nec interim admittitur ſubſtitutus, hoc enim caſu mors ciuilis non æquiparatur naturali, cum poſſit ſubſtitutus præmori. Nicas. ad Inſtit. Quib. mod. ius patr. pot ſolui num. 13. parag. Cum autem, & ſic effici caducum fideicommiſſum. Rota coram Marco Montio in vna Aſſiſien hæreditatis 31. maij 1606. & in alia corã eodem in eadem cauſa 1. Iun 1607. & in alia Vrbeuetana fideic. 14. Apr. 1604. coram Manzanedo, etiam adiecta clauſula, vt bona perpetuò maneant in agnatione, cum religioſus retineat iura ſanguinis, nobilitatis, & ſuitatis, vnde ſuccedit tamquam ſuus hæres, perinde ac ſi religionem non fuiſſet ingreſſus, quare eius religioſi nomine ſuccedit monaſterium in hæreditate, donatione, &c quod eſſe non poſſet ſi cenſeretur naturaliter mortuus: Nam hæreditas delata poſt mortem talis religioſi adiri non poteſt per monaſterium. ſic multi. quos refert, & ſequitur Sanchez in ſum. lib. 7. c. 12. num. 5. & 10. Vbi quòd Monachus præteritus in teſtamento Patris rumpit ipſum teſtamentum. Item ſubſtitutio pupillaris non expirat per profeſſionem factam in religione capaci, quia ſi decedat poſt pupillarem ætatem expirat ſtatim ſubſtituto adueniente ætate, & ſuccedit monaſterium Sanchez vbi ſupra c. 3. num. 52. Plures caſus adducunt Doct. cit. ad probãbandũ profeſſi in religione capaci non cenſeri mortuum naturaliter. Quare miror quomodo multi concedentes huiuſmodi religioſum non cenſeri mortuum naturaliter in ſucceſſionibus, &c. de quibus ſupra, vt negent circa legitimam debitam aſcendentibus;

tibus; nec video conuincentem rationem rationem in contrarium. Si enim ideò dicimus in omnibus ſupradictis caſibus mortem ciuilem non æquipatari morti naturali quia non habet eundem effectum, cum in fideicommiſſo v. g. eſſe poſſit vt præmoriatur fideicommiſſarius, & conſequenter fiat caducum fideicommiſſum; cur ob eandem rationem non idem affirmamus de legitima aſcendentium; cum eſſe poſſit, vt præmoriantur, & ſic tota hæreditas remaneat penes monaſterium? Vbi enim eadem ratio, eadem etiam debet eſſe diſpoſitio c. Inter cos, de hæret. c. Cum dilecta de confir. vtil c. Cum Marthæ parag. Tertio loco de celebr. miſſ Adde quod licèt res ſit aliquo modo dubia propter varias Doct. opiniones; tamen cum agatur de fauore Eccleſiæ, pro ipſa iudicandum eſt. Nam in conflictu opinionum illa magis amplectenda eſt quæ fauet Eccleſiæ, vt optimè docet Benintend. concl. 19. per tex. in c. fi. de re iud. V. Pan. in c. Cum ſis num. 5. & ſeq. de conuers. coniug. Felin. late in c. Licet vndique num. 2. de poteſt Deleg. Ias. in l. Si qua mulier à num. 50. C. de ſacr. ſan. Eccl. vbi approbat communem legiſtarum dicentium non deberi legitimam niſi poſt mortem naturalem; & num. 15. docet quòd quando ſunt opiniones Doct. hinc inde, debet in iudicando, & conſulendo teneri illa opinio, que fauet religioni per l. Sunt perſonæ ff. de relig. & ſumpt. fun. Idem docet Diana p. 4. trac. 5. reſol. 12. citato Valenzola in d. l. Sunt perſonæ Dec. in c. In præſentia de probat. num. 123. vbi quod quando res eſt dubia, in fauorem Eccleſiæ pronunciandum eſt.

15 Si filia renuntians legitimæ præmoriatur Patri, eius filij nihilominus illam habebunt, fuit enim nulla huiuſmodi renunciatio per l. Pactum dotali C. de collat. niſi firmetur iuramento c. Quamuis pactum de pact. in d. Iuramentum intellige non vi aut dolo extortum Molin. trac. 2. de iuſt. diſp. 149. Si Patris facultates creuerint, poſt petere ſupplementum Ias. in l. Si quando C. de inoff. teſtam, V. ſupra num. 4.

16 Tenetur Mater relinquere filijs prioris matrimonij omnia ex illo lucra Auth. lucrum, & l. fœminæ C. de ſec. nupt. Azoz. in ſum. eo tit. Item acquiſita ex donatione facta intuitu viri Auth. In donatione C. eo. Habebit tamen ipſa eorum omnium vſumfructum in vita ſua; proprietas verò erit filij l. fœminæ, Auth. In donatione cit. Idem dicendum de viro tranſeunte ad ſecundas nuptias. Si tamen, vir, aut mulier in viduitate permaneant, non habet locum diſpoſitio dictarum legum, quæ apertè de ſecundis nuptijs loquuntur V. mol. diſp. 341.

17 Ius primogenituræ, quo alij filij priuantur legitima, licet; eſt enim bonum publicum Silu. ver. filij q. 15. Pan. in c Licet de voto.

18 Primogenitus eſt, qui primò natus eſt legitimus. quare ſi frater prius natus ex concubina per ſubſequens matrimonium legitimetur, non præiudicat fratri nato ex legitimo matrimonio ante matrimonium contractum cum concubina Io. And. in c. ſine culpa de reg. in 6. Theodulphus de ſpecie poſt cons 1. Felin. Sanchez dicens eſſe receptiſſimã ſententiam lib. 7. ſum. c. 3. num. 81. Silu. vbi ſupra Mol. diſp. 172 & com. licet Ias. in l. Quoties C. de rei vindic. num. 40. & in l. Pomponius parag. Quæſitum ff. de acquir. poſſeſſ. num. 7. art. 2. & Couar. epit. ad 4. c. 3. parag. 2. num. 28. contrarium defendant in legitimato per ſubſequens matrimonium; id concedentes in legitimato reſcripto Principis. Priorem ſententiam defendunt Vaſquez opuſc. de teſtam. c. 5. parag. 4. dub. 1 Azor. alios referens p. 2. lib. 2. c. 13. Sayr. de cenſur. lib 6. c 11. num. 4. V. Anchar. in c Tanta, qui fil. ſint legit, & ibi Barbos, num. 23. Gratian. diſcep. for c. 695. num. 4. & 13. & c. 976. Mantic de coniect. vlt. vol. lib. 8. tit. 10. num 6. cum ibi cit. Primogenitus propriè is eſt qui primò natus eſt inter fratres. Rota apud Farin. p. 1 decis. 566. num. 7. Quando vocatio eſt reſtricta ad eum, qui mortis tempore eſt primogenitus, vel maior natu nunquam filius aſſumit locum, & gradum Patris, quia tunc in filio deficit illa qualitas, quæ erat in Patre, & ſine qua

non

non poteſt ſuccedere. Regulariter autem filius Primogeniti dicitur Primogenitus Gratian. diſcep. forens c. 695. num. 4. & 13. V. Tomas. trac. 11. tit. 14. c. 15. num. 834.

19 Tutela eſt ius, & poteſtas in capite libero ad tuendum eum, qui propter ætatem ſe tueri nequit, à iure ciuili data, & permiſſa Inſt. de tutel. parag. Eſt autem. Et eſt triplex Teſtamentaria, quæ datur à Patre in teſtamento; Legitima, quæ defertur à lege, vt cum nullus eſt tutor teſtamentarius; quia tunc, qui primo loco ſuccedere debet ab inteſtato, illius curam ſuſcipere tenetur; Datiua, quæ datur à Iudice, quando nullo dato teſtamentario, nulloque exiſtente conſanguineo idoneo, Iudex ex officio dat tutorem. Silu. ver. tutela q. 1.

20 Tutor eſt qui pupillum, vel pupillam morte Patris, vel emancipatione ſui iuris factum, vel factam tuetur, & eſt triplex Teſtamentarius, legitimus, & datiuus

21 Curator eſt is, qui res adoleſcentis adminiſtrat. Differunt autem Tutor, & Curator. Primo quia Tutor datur perſonæ, ſecundo rebus Curator verò è contra. Secundo, quia ille datur impuberi. hic verò adulto, furioſo, prodigo, ſurdo, muto, & huiuſmodi. Tertio quia ille datur aliquando à Iudice, quandoque à Teſtatore, & datur etiam inuito. hic verò minime. V. Pan. in c. Ex parte 2. de appell. Eſt autem prodigus, qui neque tempus, neque finem expenſarum habet, ſed bona ſua dilapidando profundit, & ei interdicitur bonorũ adminiſtratio. Azor. in ſum ad Inſtit. de Curat.

22 Minoris tutela durat uiri quidẽ ad 14. fœminæ ad 12. annum. Inde ſequitur Cura vſque ad 25. completum. Inſt. quib. mo: tut. fin.

23 Mater minor excluditur à tutela filij Si tamen interim efficiatur maior excludit datiuum, & legitimum tutorem, non verò teſtamentarium. Sed ante omnia renunciare debet ſecundis nuptijs, & beneficio Velleiani. Aut. vt liceat Matri, & Auiæ. Silu. ver. Tutela q. 2. V. Molin. diſp. 221. verſ. Vtrum verò.

24 Mater ſecundò nubens ſtatim amittit tutelam filij etiam teſtamentariam, vt pluribus relatis docet Sanchez de matr. lib. 7. diſp. 88. num 8. De quo etiam vide Panor. in c. Ex parte 2. de appell. Vrſill. ad. Afflic. decis. 281. & aliquos relatos à Barbos. ad d. c. ex parte num. 3. Et niſi prius petat tutorẽ filijs, reddatq; rationem adminiſtrationis iuſtè punitur pœnis l. 1. & Auth eiuſdem pœnis C. de ſec. nupt. quæ cum in filiorum fauorem editæ ſint minimè cenſentur iure canonico abrogatæ. Immò priuatur ſucceſſione filij inteſtati. ſic de com. teſtatur Couar. alios referens de matrim. p. 2. c. 3. parag. 9. num. 6. & ſequitur Azor p. 1. lib. 5. c 20. parag leges omnes, &c.

25 Tutor, & Curator tenetur ad damnum ſua culpa accidens Nau c. 25. num. 65. Intellige de culpa leui l. Quicquid. C. Arbitr. tut. Silu. vbi ſupra q. 4. & reſt. 3. q. 8.

26 Si minor fiat religioſus, alienare poteſt bona ſua Pan. c. In præſentia de probat. num. 10. & ſeq. fingitur enim mori l. Deo nobis C. de Epiſc. & cler.

27 Tutor bona immobilia minoris in ſolutum dare non poteſt ſine Iudicis decreto ſecus in mobilibus Capella Tholos q. 404. & eſt text. in l. Vtere parag. Si minor C. de prædij minor. Molin. diſp. 224. vers: Res immobiles min.

28 Quid poſſit, vel non poſſit Minor circa contractus, etiam obtenta ætatis veniam à Principe, vide Azor. p. 3. lib. 6. c. 14.

29 Quando impuberi nullus à Patre datur, aut ſi datus, mortus eſt ante Patrem, vel poſt, impubere nondum ad ætatem deueniente, tunc incipiunt tutores legitimi, inter quos primum locum obtinet, Mater, ſi tutrix eſſe velit (non enim cogitur) V. Molin diſp. 220. vers. Quando impuberi, &c.

RESTITVTIO Cap. 1.

V. Bellum. Conſcientia dubia. Debitum. Donatio. Dos. Electio. Emphyteuſis. Emptio. Excommunicatio Falſare-Furtum. Hæreditas. Infamatio. Iudex Irregularitas. Locatio. Luxuria. Matrimonium. Beneficium Dominium. Obligatio.

1 RESTITVTIO eſt actus commutatiuæ iuſtitiæ quo cuique redditur, quod ab eo ablatum, vel acceptum eſt S. Tho 2. 2. q 62. art 1. & com. Vel, Reſtitutio eſt in priſtinum ſtatum repoſitio. l. Quia minor ff. de minor. Vel ſecundum alios. Reſtituere eſt aliquem iterato ſtatuere in poſſeſſionem, & dominium rei ſuæ.

2 Oritur obligatio reſtitutionis vel ex iniuſta acceptione, vel ex iniuſta retentione cum quis v. g. aliena rapuit, aut ſic rapta ſcienter emit, vel dono accepit; aut ſi ignoranter à principio, poſtea ceſſante bona fide non reſtituit.

3 Nouem genera perſonarum ad reſtitutionem tenentur his verſibus comprehenſa.

Iuſſio, Conſilium. Conſenſus, Palpo, Recurſus.
Participans, Mutus non Obſtans, non Manifeſtans.

Ex quibus quinque tantum ad reſtitutionem tenentur regulariter Iuſſio Conſilium, Conſenſus, Recurſus. Participans, non Obſtans cum ex officio tenetur Aliæ verò non ſemper niſi cum verè ſunt cauſa vel iniuſtæ acceptionis, vel iniuſtæ retentionis.

4 Mandans, tenetur, ſi mandatum non reuocauit ſaltem tacite, vt quia cum inimico pacem vel parentelam fecit. Io. And. Innoc. Pan in c. Ad audientiam de damno accidentu mandatario, etiam caſu, qui veriſimiliter contingere poteſt, & cogitari Azor. p. 3. lib. 9. c. 6. q. 2. Etiam ſine omni culpa ipſius mandātis, Glo. in c. ſi. de homic. in d. Silu. homicid. 1. q. 7. verſ. 4. V. Irregularitas ex defec. non ergo tenetur, ſi à latronibus fuit ſpoliatus Azor. ibidem. Niſi mandatarius feciſſet cauſa ſtipendij, vel ex debito aliquo, aut ratione pietatis, vel cognationis Silu. ver. Mandatum q. 6. Ang. eo parag. 5. Immo tenetur ex iuſtitia etiam poſt reuocatum mandatum, ad impediendam v.g. mortem illius, eum ſaltem in communi admonendo parari ei inſidias, quando conſtat mandatarium non obſtante reuocatione mandati omnino velle illum occidere. Nam ex vi illius mandati is verè conſtitutus eſt in tali periculo Suar de cenſur. diſp. 44. ſect. 3. num. 8. V. Pan. in c. Petrus de homicid. Tolet. lib. 1. c. 80. num. 5. Communis tamen, vt docet Sayr. de cenſur. lib. 7. c. 2, num. 14. docet id non eſſe neceſſarium. Quid ſi mandatarius à principio reſpuit mandatum, poſtea tamen occidit? mandans non tenetur de delicto patrato Azor. p. 3. lib. 4. c. 10. q. 6. in ſi citatis Bart. & Baldo.

5 Si mandatum non fuit cauſa efficax damni, vt quia mandatarius omnino paratus erat facere, mandans peccauit mortaliter, non tamen tenetur reſtituere Sot de iuſt. lib. 5. q. 7. ar. 3. poſt med. P Nau. de reſt. lib. 3. c. 4. num. 26. Ias. in l. Seruum fugitiuum C. de ſeru. fug. num. 21. Felin. in c. Sicut dignum de homic. num 7. Nec talis, ſi ille occidat, erit irregularis Fel. ibidem num. 8. & in c. Nuper de ſent. excom. num. 6. Glo. 1. Nau. de homic. conſ. 15. Silu. ver. Conſilium q 6. & homicid. 3. q. 5. verſ 4. Niſi ille citius occiderit Couar. in Clem. ſi furioſus. de homic. p. 2. parag. 2. num. 1. Sayr vbi ſupra num. 11. Idem de conſulente docent Doct. cit. Si is, qui iubetur, non eſt ſubditus, iubens non tenetur ratione mandati, & iuſſionis, ſed mali conſilij, ſi ſit cauſa Alen. p. 4. q. 24 memb. 5. art. 3. Tenetur verò tamquam nō obſtans. ſi ſit Superior Salon. 2 2. q. 62. ar. 7. vers. De præcipiēte V. Azor. p. 3. lib. 4. c. 19. q 3 reg. 4.

6 Con-

Digitized by Google

6 Conſulentis nomine intelligitur hortans, dirigens, inſtruens Sayr. cla. reg. lib. 10. trac. 2. c. 8. num. 1. Et qui proponit vtilitatem, & honorem, qui ex iniquo opere conſequetur, & qui occultam nocendi rationem aperit Leſſ. lib. 2. c. 13. dub. 3. num. 16. Et qui alium præſentem laudat de peccato commiſſo, vel vituperat, quia non peccauit. Illa enim laudatio, vel vituperatio æquiualet conſilio. Et tunc præter peccatum ſcandali explicanda eſt ſpecies peccati; Lugo de Pœnit. diſp. 16. enim 274.

7 Conſulenti non ſufficit reuocare conſilium, ſed oportet, vt diſſuadeat. Nau. c. 27. num. 233. Silu. homic. 1. q. 7. verſ. 3. Tolet. lib. 1. c. 44. Niſi bona fide putaret ſufficere ſimplicem reuocationem Sayr. de cenſur. lib. 7. c. 3. num. 6. Ar S. Ant. p. 2. tit. 1. c. 12. parag. 12. Io. Med. de reſt. q. 7. ad 2. P. Nau vbi ſupra num. 12. ſic diſtinguunt Vel conſilium datum eſt in delicto, vel in contractu. Si primum, vel conſilium eſt cauſa delicti, & tunc tenetur conſulens, ſicut & agens, niſi excuſet ignorantia inuincibilis. Si non eſt cauſa, ad nihil tenetur. Dicitur autem cauſa, quando ob conſilium ipſum mouetur agens ad furandum, &c. Si ſecundum. vel conſulens ex ijs eſt, quibus ex officio ſeu ratione eminentiæ, aut ſtipendij incumbit alijs conſulere, vt Aduocati, Theologi. item Confeſſarij docti, Medici, & huiuſmodi; & tales, niſi prius dent operã, vt rectè conſulant, tenentur de damno ex eorum conſilio, etiam ſecluſo dolo. Immo qui ſtipendium accipit tenetur etiam de leui. Vel non tenetur ex officio, & hi, ſi ſe ingerant, ad dandum conſilium, tenebuntur, etiam ſi ſint idiotæ, & mulieres, & bona fide id fecerint, ſunt enim in culpa. Si verò rogati bona fide conſilium dant, excuſantur. Immo in vtroq; caſu eos excuſat P. Nau. num. 25. cum non teneantur ſcire iura, imputandumq; ſit huiuſmodi conſilium quærenti. V. Ang. ver. Conſilium parag. 1. Silu. eo. q. 7. Pan. in c. Nuper de ſent. excom. num. 7. Azor. p. 3. lib. 4. c 6. q. 2. & c. 11. q. 4. Salon. 2. 2. q. 71. ar. 2 contr. vlt. Arag. ibidem art 3. & q. 62 art. 7. ad Nau. c. 25. num. 2. & alij.

8 Conſiliarius vocatus, vt conſulat, ſi taceat inuoluitur pæna, & peccato cum his, qui delicto conſenſerunt, quia eſt in culpa tacendo Pan. in c. Aduerſus de immun. eccl citato Innoc. in c. 1. de his quæ fiunt à mai. parte &c.

9 Parato occidere poſſum conſulere, vt tantum vulneret; licitum enim eſt conſulere minus malum ad vitandum maius quando alia ratione retrahere non poſſum delinquentem ab eo malo patrando Valent. to. 3. diſp. 5. q. 21. p. 4. Arag. 2. 2. q 62. ar. 7. & q 78. ar. 4. & alij fusè Barbos ad c. Duo mala, diſt. 13. per tot. Caiet opuſc. 17. reſp. reſp. 13. dub. 5. & in ſum. ver. Tyrannus. Sot. de iuſt. lib. 4. q. 7. ar. 3. & lib. 6. q. 1. ar. 5. Nau. c. 14 num. 40. Contrarium docent Silu. matr. 7. q. 5. verſ. 9. & Conrad. de contrac. q. 26. coroll. 1 quia eſt conſulere peccatum, & in illud conſentire. quare permitti quidem, & tolerari poſſe minora peccata, ad euitanda maiora vt idem concl. 6. Priorem ſententiam limitant P Nau. lib. 3. c. 4. num. 29. Leſſ lib. 2. c. 13. dub. 5. quando conſulo minus malum ei, cui maius erat inferendum; ſecus ſi alteri, Non enim licet conſulere minus malum Paulo fieri Petro, vt vitem maius faciendum Paulo: alioqui tenetur Petro, licet poſſit ex bonis Pauli ſoluere, quia vtiliter eius negotium geſſit. Azor. p. 2. lib. 12. c. 17. q. 5. Idem dicendum, vbi v. g. fur omnino paratus malum facere, dubitat vtri duorum faciat; non enim poſſum conſulere, vt minus malum faciat vni, vt virem maius alterius: Niſi fortè damnum illius vnius eſſet magnum alterius verò paruum, maximè ſi is ſit diues, ille verò pauper; Secus eſt ſi fur omnino decreuit ab vtroque ſimul furari, tunc enim licet conſulere minus malum. Nam minus eſt damnum vnius, quem duorum. Secus item, ſi furi de vtroq; damno cogitanti conſulam in genere faciendum minus. Et cum fur in communi ſtatuit malum facere, illi conſulo, vt diuiti potius, quem pauperi faciat, neminem nominando Sanchez de matr. lib. 7. diſp. 11. num. 24. Salon. 2. 2. q. 62. art. 7. contr. 7. Leſſ. & P. Nau. vbi ſupra.

V. Arag. art. 7. cit. ad 2. Et volenti ſurripere bona mea poſſum conſulere, vt ab. aliis ſurripiat, non nominando certam perſonam Sanchez, vbi ſupra num. 25. contra Salon loc. cit.

10 Conſentiens ideſt adiuuans fauens, approbans auxilians ſuffragium ferens.

11 Ratum habens ſuo nomine factum tenetur ad reſtitutionem S. Ant. p 2. tit. 2. c. 12. parag. 12. Silu. teſt 3. q. 6. ver. 2. Azor. aſſerens de conſ. p. 3. lib. 4. c. 12. q 1. Quod Ang. ver. furtum parag 20. & Nau. c. 17. num. 133. intelligunt, quando tale damnum non fuiſſet datum, ſi non præſumpſiſſet damnificans eum ratum habiturum; aut ſecundum Monald. relatum ab Ang. quando ex tali ratihabitione damnificati impediuntur damnum recuperare. Io. med. de reſt. q. 7. ad 4. V. Nau. lib. 3. c. 4 num 69. Leſſ. dub. 3. cit. num 13. docent peccare mortaliter propter complacentiam, ſed non teneri ad reſtitutionem, cum hæc ratihabitio non ſit cauſa damni prius perpetrati. Sic etiam Sayr. cla. reg. lib. 10. trac. 2 c. 9. num. 2. & de cenſur. lib. c. 4. num. 7. Monaldi ſententiam approbat, & meritò Med. loco cit. quia eſt cauſa iniuſtæ retentionis Quæ requirantur, vt ratihabitio confirmet actum præcedentem, vide Ang. ver. conſentire parag. 4. Silu. eo. q. 5. Tolet. lib. 1. c. 83. Suar. de cenſur. diſp 44 ſect. 3. num. 14. & infra lib 7. ver. Ratihabitio.

12 In ſuffragijs ferendis qui poſtremò ſuffragantur, ſi videant priorum ſuffragijs rem eſſe determinandam, ſuaq; vota in contrarium nihil prodeſſe: ſi iniuſto actui aliquo modo, & humano reſpectu conſentiant, peccant mort. ſed non tenentur ad reſtitutionem Cai. in ſum. ver. reſtitutio c 1. Nau. c. 17. num. 20. At med. vbi ſupra ad 5. Arag. 2. 2. q. 6. ar. 7. Cord. in ſum q 191. docent teneri ad reſtitutionem, ſi de eorum voluntate ac ſuffragio decretum executioni mandatur. Secus, ſi de eorum votis priores nil curant aut executor de poſteriorum votis nullam habent rationem Salon vbi ſupra vers de Conſentiente Sayr. cla. reg. vbi ſupr. à num. 3. & alij affirmant teneri, primo ſi neceſſarius eſt numerus omnium ſuffragiorum vt res executioni mandetur Secundo ſi ſuffragia ſecreto ferantur, & ignorat quiſque, aut ſaltem dubitat, quid alij facturi ſint. Tertio ſi vltima vota ſunt cauſa, vt citius, & acrius iniuſta executio effectum ſortiatur. Quarto ſi poſtremi tantæ ſint auctoritatis, vt probabile ſit poſſe præcedentium vota mutari. Quinto cum poſtremi ius habent confirmandi præcedentium vota Sexto ſi in aliorum partem inclinent quod eis placeat idemq; ſit animus. Sed hoc poſtremum non placet, quia ſolus animus non obligat ad reſtitutionem, cum non ſit cauſa damni, vt de ratihabitione dictũ eſt.

13 Palpo ideſt adulator, qui laude ſua, & applauſu incitat, procurat, vel prouocat ad damnum proximi. Ad hoc genus etiam reducitur qui deridet, aut vituperat eum, qui non furatur, &c. Item ſi quis v g. exprobraret marito adulterium vxoris, quo irritatus vxorem occidit Nau. c. 17 num. 131. Sayr. c. 10. Leſſ. dub. 3. cit. num. 25. Item qui laude ſua aut etiam irriſione, cauſa eſt ne fur reſtituat. Et hi tenentur ad reſtitutionem cum ſint cauſa damni. Item qui falsò iactat ſe bonum medicum, Aduocatum, &c. vnde alijs damnum infert Nau. c. 12. num. 13. Sanch. in ſum. lib. 1. c. 3. concl. 1 V. infra ver. Vanagloria.

14 Receptans eſt qui nutrit, aut conſeruat malefactorem, vel audaciam illi præſtat Cai. in ſum. ver. reſtitutio c. 1. Et qui apud Iudicem intercedit, aut alio modo impedit, ne ablata reſtituantur. Io. Med. de reſt. q 2. dub. 6. in fi. & tales tenentur ad reſtitutionem. Excuſatur autem qui ignorat ſe recipere malefactorem; aut res illas eſſe furtiuas: aut ſi non eo intuitu recipit, ſed vel ratione amicitiæ, aut conſanguinitatis B. med. in ſum lib. c. 14 parag 3. Arag. 2. 2. q. 62. ar. 7. vel quia ſibi eſt vtile illum recipere, & alij parati ſunt illum recipere vt Stabularij Salon. d. ar. 7 contr. 1. verſ. De receptante. Sot. de iuſt. lib. 4. q. 7. art. 3. Vel quia metu mortis aut alio iuſto titulo id facit; tunc enim eſt propriæ vexationis redemptio P. Nau. lib. 3. c. 4. num. 119.

15 Par-

Digitized by Google

15 Participat, qui eſt ſocius criminis, vel mediator, vel explorator, aut quouis modo exequendo iuuat, aut de re furtiua aliquid habuit à fure, ſiue bona, ſiue mala fide. Salon vbi ſupra verſ. de participatione Cai. c. 1. cit. & com.

16 Concurrentes ad damnum tenentur in ſolidum, quando ſunt cauſæ, ſine quibus damnum non fieret. Si uerò ſint tantum cauſa partis, ad eam tantummodo tenentur. Si uerò eorum conſilium, uel operatio nihil contulit ad alterius actionem quod nihilominus ſine ipſis eodem modo, & tempore facta fuiſſet, ad nihil tenentur. P. Nau. lib. 3. c. 4. à num. 47. Io. Med. de reſt. q. 8. Azor. p. 3. lib. 4. c. 19. Leſſ. lib. 2. c. 13. dub. 4. & alij. Et ſic intelligendi ſunt Ang. uer. furtum parag. 16. Silu. reſt. 3. q. 6. uerſ. 3. Nau. c. 17. num. 17. & 130. Hoſt. in ſum. de pœnit. & rem. parag. Quid de rapina, qui dicunt non teneri, niſi quatenus ſunt cauſa ſine qua non; quicquid Cai. & Arag. 2. 2. q. 62. art. 7. Sot. de iuſt. lib. 4. q. 7. ar. 3. in contrarium dicant. V. Suar. cla reg. lib. 10. trac. 2. c. 12. dub. 1. Eſt autem cauſa ſine qua non, qua poſita aliud ponitur aliunde, & datur tantum in uoluntarijs, quoniam ſcilicet cauſa uoluntaria determinat ſe ad preſentiam alicuius, quod non eſt naturaliter productiuum certi effectus, producere talem effectum Lexic. Theol. uer. Cauſa ſine qua non. Vel ſecundum S. Tho. opuſc. de prædeſt. c. 2. ad 1. Eſt ad cuius eſſe ſequitur aliud per modum conſecutionis.

17 Cum multi tenentur in ſolidum, vno reſtituente totum, alij tenentur ei pro rata; vnoq; aut pluribus eorum reſtituere nolentibus, relinqui tenentur pro omnibus Sayr. vbi ſupra num. 21. Azor. p. 3. lib. 4. c. 19. q. 4. S. Tho. 2. 2. q. 62. art. 7. ad 2. vbi ſupra. Salon contr. 8. Silu. reſt. 2. q. 6. verſ. 5. P. Nau. vbi ſupra num. 86. & com.

18 Si furtum inter ſocios diuiſum ſit ob laborem, & ſtipendium, tunc principali reſtituente, cœteri ad nihil tenentur, Arag. & Ban. q. 62. cit. ar. 7.

19 Principalis, qui alios induxit alioqui non facturos, tenetur ad totum damnum, eoq; ſoluente, ſocij nihil ei debent, niſi participauerint in re furtiua Io. Med. de reſt. q. 8. Cai. 2. 2. q. 62. ar. 6. ad 2. Arag. ubi ſupra P. Nau. à num. 97. S. Ant. p. 2. tit. 1. c. 12. parag. 14. B. Med. lib. 1. ſum. c. 14. parag. 30. reg. 5. Sot. ar. 3. cit. & com.

20 Si damnificatus remittat principali, qui minus principalis eſt liberatur, non è contra Doct. cit. Si autem remiſſio ſit tantum actionis contra damnificantem, quia cum ab eo in utroq; foro petere poſſet totius damni refuſionem, ratione amicitiæ non uult, ſed tantum uult agere contra alios in ſolidum obligatos; tunc non liberatur is, cui ſit remiſſio, ſed tenetur ei qui ſoluit. Si uerò remiſſio ſit debiti, liberatur, habetq; contra reliquos ius, & actionem pro ea parte ſibi remiſſa; cum damnificatus in eum tranſtulerit omnem ſuam actionem P. Nau ubi ſupra num. 115. Salon 2. 2. p. 62. ar. 7. contr. 11. Et ego id concedo, ſi remiſſio ſit totius debiti, quia cum teneretur in ſolidum, damnificatus ei totum remittit: ſecus ſi remiſſio ſit tantum partis: tunc enim illa remiſſio id ſolum operatur, ut damnificans poſſit ſibi retinere, quod reſtituere tenebatur, nec ſocij ei in aliquo tenentur. Immo ſocij, qui in ſolidum tenebantur, iam non tenentur pro parte remiſſa.

21 Si damnificantes ſint omnes in eodem gradu, remiſſio uni facta non liberat reliquos quominus teneantur ad ſuarum partium reſtitutionem Med. Cai. & alij ſupra cit. Immo uno, uel pluribus nolentibus, aut non ualentibus reſtituere cœteri pro illis tenentur Azor. p. 3. lib. 4. c. 19. dub. 5. Leſſ. lib. 2. c. c. 13. dub. 8.

22 Qui rem furtiuam ſibi commiſſam bona fide de loco ad locum transfert, ſi in via comperiat rem eſſe furtiuam, tenetur uero Domino reſtituere, ſi id facere poſſit ſine ſuo detrimento; alioqui nec lege charitatis, nec iuſtitiæ tenetur, ſed poteſt in eo loco reponere, ubi iuſſus eſt Azor. ubi ſupra q. ult. Si uerò mala fide accepit, tenetur uerò domino reſtituere, quamuis

quamuis trãſportationis mercedem ſit amiſſurus Sayr. cla. reg. lib. 10. trac. 5. c. 1. num. 22.

23 Conſumens cum ipſo fure aliena, tenetur, niſi eſſent ſic mixta cum rebus furis, vt diſcerni non poſſint, & bona fide conſumpſerit, nec inde factus locupletior Salon. vbi ſupra art. 6. contr. 3. P. Nau c. 4. cit. dub. 6. & com. Adde cum Silu. reſt. 3. q. 6. verſ. Et ſexto, vt non teneatur, etiam ſi conſumpſit mala fide, vbi fur eſt ſoluendo V. P. Nau. num. 216.

24 Quis dicatur factus locupletior ex re aliena, vide Sanchez in ſum. lib. 2. c. 23. à num. 7. vbi num 38. concludit non ſatis eſſe rem illam expenſam eſſe in poſſeſſoris vtilitatem, ſed oportet vtilitatem illam in eius patrimonio permanere, ita vt tempore, quo ceſſat bona fides, inueniatur auctum patrimonium ratione illius rei alienæ. Azor. verſ. p 3. lib. 4. c. 2 in fi. obſeruat id quod dicitur de poſſeſſore bonæ fidei teneri de conſumptis, quatenus factus eſt locupletior, intelligi, quando rei dominus fuit in eo deterior effectus, & nihil referre ſi poſſeſſor bonæ fidei ſit factus ditior, modò dominus rei non ſit factus pauperior, quia id lucrum non prouenit ex re aliena, ſiue ex fructibus, ſed caſu.

25. Si plures eandem vineam ingreſſi vnuſquiſq; racemum capiat, licèt omnes ſimul graue damnum inferant, non tenentur ad reſtitutionem, ſi alter alterius ſit ignarus Nau. c. 17. num. 130. Vera opinio durante illa ignorantia probabili. Nam illa ceſſante tenetur ſub mortali reſtituere quantum accepit; damnum enim graue eſt quod reſarciri non poteſt, niſi vnoquoq; reſtituente partem ſuam Salon. vbi ſupra art. 7. verſ. De participante, & q. 66 art. 6. contr. 3. concl. 1. Io Med. de reſt. q. 10. dub. vlt. Cord. in ſum. q. 70. Azor. p 3. lib. 5. c. 13. q. 5. Et ſi feratur excommunicatio, incident non reſtituentes Sayr. de cenſur lib. 1. c 9. num. 11. Tolet. lib. 1. c. 9. Azor. cit. Niſi tam paruum eſſet furtum, vt pro nihilo reputetur Sot. in 46. 22 q. 1. art. 2. caſu 3 in fi, V. Sanchez in ſum. lib. 7. c. 21. num 26.

26 Mutus eſt, qui tenetur loqui præcipiendo, vel repræhendendo, vel diſſuadendo, aut conſulendo, & tacet Arag. 2. 2. q 62. art. 7. V. ver. Cuſtos.

27 Qui tacuit, cum ex lege iuſtitiæ, & ex officio non teneretur loqui, non tenetur ad reſtitutionem, licèt peccet contra charitatem Nau. c. 17. num 18. Sot. de iuſt. lib. 4. q. 7. art. 3 & de teg. ſecr. memb. 2. q. 7. dub. 3. Arag. vbi ſupra Salon. contr. 2. Quare famulus videns furantes res domini ſui, ſi earum cuſtodia ſibi non incũmbit non tenetur ad reſtitutionem Arag. ibidem Niſi aliqua ratione ſignificaret verbis, vel ſignis ſe taciturum, & propterea furis animus firmatur, ac determinatur, qui alioqui auſus non eſſet damnum inferre P. Nau. lib. 3. c. 4 num. 132 Sayr. cla. reg. lib. 10. trac. 2. c. 14. num. 2. & 9. Salon. vbi ſupra verſ. De ijs qui tenentur ex officio obſtare. Aut niſi iuraſſet domino ſe reuelaturum, & dominus eſſet manſuetè, & rationabiliter proceſſurus. Secus ſi non iurauit, & res non eſt eius cuſtodiæ commiſſa. Ang. ver. familia parag. 8. Silu. eo. q. 8

28 Qui aliquid accepit, ne aliquem accuſaret, quem iuſtè poterat, non tenetur reſtituere, niſi fortè ſit pars furti Nau. c. 17. num. 15. & 21 & c. 24 num. 34. Silu. reſt. 3. q. 5. verſ. 7. Sot. lib. 4. q 7. art 3. Azor. p. 3. lib. 4. c. 16. q. 3. & lib. 14. c 20. dub. 1. Sanchez de matr. lib. 4. diſp. 9. num. 9. Ang. ver. metus parag. 10. Silu. eo. q 6. quamuis ſine animo accuſandi minaretur accuſationem Sanchez loc. cit. contra Molin. de iuſt. trac. 2. diſp. 514. in fi. Et, ſi aliquid ſibi furto ſublatum ſit, poteſt accipere non ſolum quod ſibi datur, ne accuſet, ſed etiam damnum quod paſſus eſt Salon. q. 68. art. 1. contr. 2. in fi. Rebell. tamen lib. 2. q. 14. num. 64. ita diſtinguit Si pretium datur vt teſtis taceat, nec manifeſtet etiam in iudicio interrogatus, reſtituendum danti, & manifeſtandum; niſi datum ſit liberaliter, & tamquam motiuum ad alliciendum, tunc enim retineri poteſt; & manifeſtandum delictum, ſi iuridicè interrogetur, & in hoc ſecundo dicto concordant Sot. vbi ſupra Molin. diſp. 755. num. 3.

At

At circa primum docet Molin. teneri ad reſtitutionem, quando nullum ſibi imminet damnum; taciturnitas verò illa cauſa eſt, ne fur reſtituat, etiam ſi non adducatur in teſtem; quia ex lege charitatis ſub peccato mortali tenetur curare, vt fur damnum reſtituat. Sed contra, quia lex charitatis non obligat ad reſtitutionem Tolet. lib. 5. c. 19. num. 3. Salon verò vbi ſupra docet in cauſa propria partem læſam poſſe aliquid accipere ne accuſet, quia ius habet ad accuſandum ortum ex accepta iniuria; alios verò, qui tenentur ſiue ex officio, ſiue ex iuſtitia legali accuſare, nihil poſſe accipere neq; vt accuſent, neq; vt non accuſent, ſed teneri ex iuſtitia reſtituere.

29 Qui ex officio tenetur accuſare, & non accuſat tenetur reſtituere damnum paſſis Nau c. 17. num. 21. Leſſ. lib. 2. c. 13. num. 69. & alij ſupra cit & com. Non tamen tenetur ad pœnam, ad quam reus fuiſſet à Iudice mulctatus: hæc enim non debetur ante condemnationem Nau cit. Niſi ſe ſe obligaſſet ad accuſandum vel pacto, vel iuramento; tunc enim peccat mortalit. non accuſando, & tenetur fiſco, vel illi cui pœna debetur vſq; ad complementum pœnæ in ciuilibus Ang. & Silu: ver pœna fi. Azor. vbi ſupra q. 5. & lib. 13. c. 20. dub. 4.

30 Qui pretium accipit ne accuſet non tenetur ad damnum datum Sot. de iuſt. lib. 4. q. 7. art. 3. quod intelligunt Salon. q. 62. ar 7. contr. 2. concl. 1. P. Nau. vbi ſupra Leſſ. num. 68. poſt. damnum datum ante enim ſi accipiat, tenetur, & cooperatur, ipſo enim loquente, & obſtante furtum illud non ſequeretur Intellige autem de illo qui non tenetur ex officio accuſare.

31 Inducens ad tacendum illum, qui clamare volebat ad impediendum damnum tenetur reſtituere Io med de reſt. q 9. in fi Nau. c. 17. num. 140. Azor p. 3. lib. 4. c. 16. q. 3. & concedit Sayr. cla. reg lib 10. trac. 2. c. 13. in fi. Si is, qui diſuaſit, vel diſuaſus eſt, tenebatur ex officio impedire, alias ad nihil teneri, niſi inducens vius ſit fraude, & mendacijs Molin diſp. 735. num. 4. V. P. Nau. lib. 3. c. 4. à num. 136.

32 Non obſtans eſt in duplici differentia Aut enim eſt perſona priuata cui ex officio non competit obſtare: aut eſt perſona publica, ad quam id ſpectat ratione officij, vt ſunt Imperator, Rex, Princeps Conſiliarij, Aduocati, Procuratores, Miniſtri iuſtitiæ, Cuſtodes montium, itinenerum, &c. cæteriq, Officiales, & Medici.

33 Qui ex officio tenentur, ſi non obſtent debent damnum reſtituere S. Tho. 2. 2. q. 62. ar. 7. vbi Arag. & Salon Silu. reſt. 3. q. 6. verſ. 8. Nau. c. 17. à num. 21. Pan. in c. Tua de homic. Couar. in reg. Peccatum p. 2. parag. 3. & com. Non tamen ad id ſemper tenetur cum periculo vitæ, aut vulnerum, ſed tantum vbi agitur de bono publico totius Reipublicæ, vt in publicis latrocinijs, hæreſibus, & huiuſmodi Sot art. 3. cit. in fi. Salon. vbi ſupra contr. 2. in fi. Leſſ. lib. 2. c. 13. num. 30. Nau. loco cit.

34 Iudex per iniquitatem non ferens ſententiam, nec reum condemnans ad ſoluendum pœnas a lege impoſitas, & quas ſoluere debet, tenetur ad reſtitutionem S. Tho. vbi ſupra art. 4. Silu. Iudex 1. q. 11. verſ. 5. Sot. lib. 5. q. 4. ar. 4 Arag. vbi ſupra. Et pronuntiata ſententia, ſi Iudex pœnam non applicet tenetur fiſco, vel parti Sayr. c. 13. num. 13. Arag. vbi ſupra.

35 Confeſſarius non iubens reſtituere ex ignorantia craſſa, aut affectata, tenetur ad reſtitutionem, ſi ideo pœnitens non reſtituit Nau c. 17. num. 22. Ang. reſt. vlt. parag. 5. Silu reſt. 1 q. 16 vers. Eidem de Rectore B Med. in ſum. lib. 2. c. 14. parag 33. vers 6. P. Nau lib. 3. c. 4. num. 124. Ignorantiam affectatam hic intelligit Roder. in ſum. p. 2. c. 49. num. 11: cum dedita opera non aduertit, nec curat iniungere pœnitenti reſtitutionem, qui alioqui paratus eſt reſtituere, ſi ſibi iniungeretur: ideo verò non reſtituit, quia ſibi non præcipitur Alij tamen, vt Greg. Val. to. 3. diſp. 5. q. 6. p. 3: Leſſ. vbi ſupra dub. 10. Azor. p. 3. lib. 4. c. 16 q. 7. Suar. to. 4. diſp. 22. ſect. 6 ad fi. Sanchez in ſum. lib. 1. c. 6. num. 1. in fi. cenſent non teneri Confeſſarium ad reſti-

tutionem

tionem, cum nulla lege iuſtitiæ ſit obligatus ad conſulendum bono pœnitentis, aut Creditoris: Niſi Confeſſarius interrogatus reſpondeat, aut ſignificet pœnitenti eum non eſſe obligatum cum re vera eſſet; tunc enim tenetur ad reſtitutionem ex malo cõſilio. Azor. cit. Arag. 2. 2. q. 62. ar. 7. in reſp. ad 3. Leſſ. vero loco cit. priorem ſententiam concedit in habente curam animarum, cum ad id teneatur ex officio. Secundam verò in Confeſſore ordinario. Sed hanc diſtinctionem meritò reijcit Suar vbi ſupra diſp. 33. ſect. 6. docens etiam in priori caſu non teneri Confeſſarium ad ſimpliciter reſtituendum, ſed ad monendum pœnitentem, & tollendam deceptionem, modò id faciat opportuno tempore.

36 Non manifeſtans. dicitur, qui cum ex officio tenetur, omittit manifeſtare malefactorem, ſiue ante factum, cum damnum erat impediendum, ſiue poſt factum quando reſarciendum, vt Cuſtos, Teſtis, & huiuſmodi. Sot. Silu. Med. Nau. & Azor. vbi ſupra.

37 Tenetur teſtis legitmè interrogatus de furto reſpondere, & verum fateri, alioqui tenetur ad reſtitutionem damni, cuius tacendo fuit cauſa; niſi tacuiſſet timore periculi ſui, aut rerum ſuarum. S. Ant. p. 2. tit. 2. c. 19. parag. 7. Silu. reſt. 3. q. 6. Azor. vbi ſupra q. 8. Sot. lib. 4. q. 7. art. 3. & lib. 5. q. 6. ar. 1. Nau. c. 17 num. 134. & c. 25. num. 40. Salon. 2. 2. q. 70. art. 1. cont. 2. concl. 6. & ibi Arag. circa primam concluſionem. Tenetur etiam cum dolo ſe abſcondit poſtquam eſt vocatus, ne teſtificetur Salon concl. 1 Arag. vbi ſupra Rebell. lib. 2. q. 14. ſect. 8. Sayr. clar. reg. lib. 12. c. 20. num. 24. & ſeq. Azor. vbi ſupra q. 8. in fi. Reginald. lib. 24. num. 145. & ſeqq. Item vbi alij deſint, qui teſtificentur. ibidem non tamen tenetur ad pœnam, ad quam reus fuiſſet condemnatus; eſt enim intereſſe remotum, & extra rem. Nau. c. 25. num. 34. & 51. Silu. reſt. 3. q. 5. vers. 7. vt de reo, etiam affirmant Nau. c. 18 num. 49. Arag. q. 62. art. 3 Niſi teſtes vocentur ex parte accuſatoris, aut alterius, cuis per leges applicata eſt pœna, & vocetur ſuper cauſa de pœna legis, in qua reus incidit detegenda, & delicto, ob quod eſt debita pœna, contra iuſtitiam Azor. q. 9. cit.

Cuſtodes tacentes ad quid teneantur, Vide ver. Cuſtos.

Quid reſtituendum *Cap. 2.*

RESTITUENDUM eſt primò omne alienum iniuſtè acceptum, vel retentum, vel iuſtè debitum. Secundo ſi extat reſtituenda res aliena in ſpecie; niſi creditor ſit alia re contentus. Tertio ſi res aliena eſt fructifera, reddenda cum fructibus, habita ratione bonæ, vel malæ fidei. Quarto reſtituenda etiam omnia damna, quæ paſſus eſt rei dominus.

2 Fur tenetur ad impenſas, quas dominus rei furatæ fecit in ea perquirenda, ſi tamen ſint rationabiles; fuit enim earum cauſa Nau. c. 17. num. 140. Sayr. cla. reg. lib. 10. tract. 3. c. 1. num. 2. Azor. p. 3. lib. 4 c. 20.

3 Adulter non tenetur reſtituere ratione filij; niſi ei moraliter certum ſit eſſe ſuum. Non videtur autem certum quandiù habet probabilem rationem dubitandi de contrario Nau. c. 15. num. 49. Arag. 2. 2. q. 72. ar. 6. & ibi Salon. in fi. Sot. de iuſt. lib. 4. q. 7. ar. 2. in fi. Leſſ. lib. 2. c. 10. dub 6. Ang. ver Adulterium parag. 5. Silu. eo q. 5. & com. addita Sot. quod ſi adulter credit eſſe ſuum aut etiam conſtet, non tenetur ex iuſtitia de damno, ſed ex ſola honeſtate, ſi adultera libere conſenſit in peccatum. Sed contra ipſum eſt com. vt præter Doct. cit. aſſerunt S. Ant p. 2. tit. 2. c. 7. parag. Caiet. in ſum ver. adulterium Azor. vbi ſupra lib. 5. c. 6. Tenetur item quando conſuluit alteri, vt illum ſpurium ſupponeret uiro ſuo com.

4 Adultera dubitans an filius ſit adulteri, an uiri ſui, ad nihil tenetur Salon. ubi ſupra.

5 Adultera debet reuelare filio ſuo, ſi putet illum crediturum, & ſeruaturum ueros hæredes indemnes, neq; ex reuelatione ſecuturum majus aliquod damnum, ut uitæ

aut

aut famæ Arag. vbi ſupra in reſp. ad vlt. Leſs. dub. 7. Salon. controu. 7. Silu. ver. Adulterium q. 2. Pan. in c. Per tuas, de probat. & com. filius tamen non tenetur credere Matri ſine cauſa ſufficienti Io. Med. de reſt. cauſa 4. q. 3. Nau c. 27. num. 201. & de fil. præsbit. co. s. 1. Azor. p. 3. lib. 5. c. 6. q. 4. & com. vt teſtatur Suar. de cenſur. diſp. 10. ſect. 4. etiam ſi ipſa iuret Sot. vbi ſupra Eſt autem iuſta cauſa credendi ſi mater ipſum benigne tractet, ſitq; moribus reformata, timoratæ conſcientiæ, & propriæ famæ amica, nec mentiri ſolita, maximè ſi in articulo mortis ſit, aut cum talibus coniecturis, vt ſi illa probet tempore conceptionis maritum fuiſſe abſentem, & huiuſmodi Med. vbi ſupra Tolet. lib. 5. c. 11. Con. in reg. Peccatum p. 1. num. 6. Arag. ar. 6. cit. Leſſ. vbi ſupra B. Med. lib. 1. ſum. c. 14. parag. c. 8. Roder. in ſum. p. 1. c. 205. num. 8. & com. Quòd ſi credat, tenetur renuntiare hæreditati Doct. cit. & Silu. vbi ſupra q. 2. Non tenetur autem mater reuelare ſi dubia ſit, an filius ſit crediturus; ſed debet eſſe maximè certa, & tanta certitudine, quæ ferè faciat euidentiam Salon. vbi ſupra concl. 1. V. infra Quæ excuſent à reſtitutione num. 2. Conſulendum tamen eſt adulteræ, vt non reuelet etiam in mortis periculo propter varia pericula Ayor. p. 3. lib. 5. c. 6. q. 2. vers. & eſt aduertendum.

6 Adulter, & adultera tenentur in ſolidum ad damni compenſationem, vnoq; eorum totum reſtituente, alter tenetur ei pro rata, vt ſupra de concurrentibus ad idem furtum Arag. vbi ſupra Sayr. cla. reg. lib. 8. c. 3. num. 21. Salon. ar. 6. cit. in fi. Ang. ver. Adulterium parag. 4. & alij ſupra cit. Quòd ſi adultera vim paſſa fuit, tenebitur ſolus adulter, quia hic ſolus damnificauit.

7 Ad expenſas educationis tenetur adulter, vbi adultera non poſſit S. Ant. p. 2. tit. 2. c. 7. in fi. adde, vel nolit Silu. ver. adulterium q. 5. Sayr. vbi ſupra.

8 Extorta per metum etiam non cadentem in conſtantem: Item accepta à non audente negare ex reuerentia, vt ſi patronus à libero, maritus ab vxore, quæ conſentit alienationi ex reuerentia: Item in Clerico renuntiante beneficio ex reuerentia Epiſcopi, ſunt reſtituenda Silu. ver. Metus q. 12 & reſt. 2. vers. 7. Ang. ver. Metus parag. 10. Nau. c. 17. num. 16. & c. 22. num. 51. verſ. 7. & de elect. conſil. 5. num. 3. Couar. in reg. Peccatum. p. 2. parag. 3. num. 7. Azor. p. 3 lib. 4. c. 23. q. 1. Intellige ſi metus ſit iniuſtus, & ad id illatus, hic enim tollit liberum, & voluntarium Silu. q. 12. cit. Leſſ. lib. 2. c 17. num. 43. Sanchez de matr. lib. 4. diſp. 9. num. 7.

9 Homicida, & mutilans tenentur etiam de iniuria. ſatisfacit autem ſignis doloris, & petitione veniæ Sot. de iuſt. lib. 4. q. 6. ar. 3. ad 3. Leſſ. lib. 2. c. 9 num. 145. Hæredes tenentur tantum de damno, de deformitate, cicatrice, & c. Sot. cit. Immo etiam de iniuria, eſt enim, & ipſa contra iuſtitiam Azor. p. 3. lib. 5. c. 3. q. 3. V. Salon. q. 62. ar. 2. contr. 11. P. Nau. lib. 4. c. 2. à num. 65.

10 Acceptum in extrema neceſſitate numquam reſtituendum ſecundum communem opinionem Sot. vbi ſupra q. 7. ar. 1. Hoſt. in ſum. rubr. de furt. Glo. in c. Siquis propter de furt, & ibi Pan. Silu. ver. furtum q. 5. Ang. eo. parag. 37. Turrecr. in c. Nolite 14 q. 5. Roder. in ſum. lib. 1. c. 151. concl. Arag 2. 2. q. 62. de dominio dub. 2. ad vlt. & q 66. art. 7. P. Nau. lib. 4. c. 4. à num. 24 qui tamen ita diſtinguit, quod qui alienum accepit, ſiue ante neceſſitatem ſiue poſt, vt ſibi ſubueniret aut habuit per depoſitum, aut alium contractum non transferentem dominium, & tunc non tenetur reſtituere, cum alienum ſibi debitum iuſtè ac licitè conſumpſerit. Aut habuit ratione mutui, aut alterius contractus transferentis dominium, & tunc tenetur reſtituere, conſumpſit enim quod ſuum eſt, manente perſonali obligatione, quæ per huiuſmodi neceſſitatem conſopitur, non extinguitur. Couar. in reg. Peccatum p. 2. parag. 2 num. 4. Nau. in man. c. 17. num. 61. & in Apol. q. 21. mon. 4. Tolet. lib. 5. c. 24. & alij docent abſolutè huiuſmodi acceptum eſſe reſtituendum,

cum ad pinguiorem fortunã ventum fuerit, ſiue ex furto, ſiue ex contractu habitum fuerit. Verior tamen prima opinio, cum aliquot limitationibus. Prima eſt cum virtute contractùs alienum habuit, vt docuit P. Nau. Secunda cum res conſumpta eſt,& ille eſt ſimpliciter indigẽs ideſt ſi neque hic, neq; alibi,neq; in proxima ſpe bona habet; neq; per ſe neq; per amicum ſe iuuare poteſt, mutuò petendo, & huiuſmodi. Tertia ſi res nondum ſit conſumpta; ſi quid enim ſupereſt, eſt reſtituendum Sot. & Roder. vbi ſupra Leſſ. lib. 2. 2. c. ab num. 3. P. Nau vbi ſupra qui tamen ſecundam limitationem non admitit. Tunc autem dicitur quis perueniſſe ad pinguiorẽ fortunam, quando peruenit ad eum ſtatutum in quo poteſt de bonis ſe honeſtè ſuſtentare. Nec tenetur ſoluere, niſi dedacto,ne egeat, habitu reſpectu perſonæ, &c. Nau. de verb. ſign. conſ. 2. Iaſ. in l. Inter eos,& l. Miles ff de re iud. V. ſupra ver. furtum num. 6.

11 Qui cum periculo mortis ſaluauit merces alicuis perituras, non tenetur reſtituere, niſi dominus ſperaret ſe alio medio recuperaturum,aut alios inueniret,qui mercede illud periculum ſubirent; tunc enim tenetur reſtituere, ſoluta illi ſui laboris mercede Nau. c. 17. à. num. 98. Roder lib. 2. c. 41. conc. 6. Si verò dominus habebat pro derelictis, poſſunt retineri: Si non, ſed fuerunt proiecta, vt periculum euaderet, cum dominus non amiſerit dominium, ſunt reſtituenda. Inſt. de rer. diuiſ. parag. vlt. L. Pomponius ff. de acq. rer. domin. S. Ant. p. 2. tit. 1. c. 15. parag. 2. Silu. ver. Naufragium q. 4. Ang. eo parag. 3. Pan. & Felin. ic c. Cum dilectum de accuſ. Leſſ. lib. 2. c. 5. dub. 18. Salon. 2.2. q. 66. ar 5. contr. 1. in fi. deductis tamen ſecundum eoſdem expenſis, ſolutaque mercede, pro labore, & periculo. Quod ſi nullo modo appareat dominus, cenſet Leſſ poſſe eas ſibi retinere tamquam tanto periculo emptas. Secundum Nau. loco cit. poteſt ſibi retinere tribus concurrentibus. Primo ſi illud fuiſſet omnino deperditum, ſi ipſe non ſaluaſſet. Secundo ſi dominus amiſit ſpem recuperandi. adde ex Leſ. vbi ſupra. cum dominus ſciens, ubi ſit quærenda, non curat, vel ob rei paruitatem, vel ob magnas impenſas. Tertio ſi ſaluans maximo vitæ periculo ea de cauſa ſe obiecit. V. Molin. diſp. 118. P. Nau. lib. 4. c. 1. dub. 8. Duard. in Bull. Cœnæ can. 4. q. 15. De non reſtituente bona naufragorum, quomodo incidant in excomunicationem. Ver. Excom Bullæ can 4.

12 Non teneris reſtituere acceptum, quod ſi petijſſes, dominus dediſſet Nau. c. 17. num. 138. & regul. com. 2. 12. dub. 8. Cai. in ſum. ver. furtum; niſi acceperis ad eum vſum ad quem ille nullo modo concederet, vt ad ludos, ſcortationes,&c. Leſſ. cit. V. Sanchez lib. 4. ſum. c. 1. num. 7.

13 Qui bona fide habet rem alienam, non tenetur reſtituere, ſi interim pereat etiam culpabiliter, ſi non eſt factus locupletior P. Nau. lib. 3. c. 4. num. 183. & lib. 3. c. 1. num. 10. Silu. reſt. 3. q. 7. vers 3. & vers. fructus q. 1. Pan. in c. Grauis de reſt. ſpol. c. 16. num. 6. Tolet. lib. 5. c. 17. Quod P. nau. num. 20. cit. verum eſſe dicit quando res aliena perijt cum eſſet aliena, vt ſi eſſet res non habens functionem, vel ſi habet, non eſt mixta, habet enim tunc realem actionem: ſecus vbi eſt mixta, quia tunc non res, ſed perſonas eſt obligata, & hoc caſu tenetur, vt etiam docet Azor. p. lib. 4. c. 3. q. 4. Nec etiam tenetur reſtituere incrementum pretij, quo rem ipſam vendidit, ſi id proueniat ex induſtria, cura, &. diligentia ipſius, non autem ex re ipſa Idem q. 2.

14 Violans promiſſionem tenetur de damno inde ſecuto P. in c. Accedens de praben. Si violatio promiſſionis ſit tantum per omiſſionem, debet ſolum intereſſe intrinſecum, vt ſi frumentum non eſt datum in termino debetur illud, quod plus valuit. Si verò ſit per omiſſionẽ,& cõmiſſionẽ, venit etiã extrinſecũ, vt quia promiſit dare frumentũ in tali termino, & creditor aliter ſibi prouidiſſet, niſi fuiſſet deceptus Silu. reſt. 3 q. 9,

15 Non

15 Non tenetur meretrix reſtituere extortum mendacijs, quibus tales vti ſolent. Sot. lib. 5. q. 7. ar. 1. Azor. vbi ſupra c. 21. q. 2. verſ. tertio quæres. Sanchez de matr. lib. 4. diſp. 11.

16 Tenetur quis de damno dato ab eo, cuius opera vtitur in aliquo officio. Item ſi fuit in culpa non corrigendo, cum ad id ex officio teneatur Felin. in c. Petrus de homic. à num. 2. Niſi ille eſſet perſona valde integra, aut datus eſſet ab alio Superiore, & ipſe illum non elegit Ang. ver. dominus parag. 4. Silu. eo. q. 6. & reſt. 3. q. 6. vers. Intellige in ciuilibus.

17 Mercedem acceptam ob fornicationem non tenetur quis reſtituere, nec accipens peccat. Si tamen meretrix plus debito extorſerit, vt quia ſe finxit non niſi aliquoties, aut à Magnate cognitam, tunc tenetur reſtituere exceſſum. vel quia non non fuit voluntaria donatio, aut ſaltem fuit exceſſiua, conſideratis facultatibus, & familia, quam tenetur alere, & qualitate meretricis Salon. 2.2. q. 62. ar. 3. contr. 4. concl. 1. 2. & 3. & q. 78. ar. 3. contr. 1. num 7. Silu. reſt. 2. parag. 2. Sot. de iuſt. lib. 4. q. 7. ar. 1. Nau. c. 17. à num. 32. P. Nau. lib. 4. c. 2. num. 214. Azor. vbi ſupra & com. contra Io. med. de reſt. q. 19. & ſeq. Sanchez vbi ſupra. Et publicæ meretrici datur actio contra fornicarium ad pretium non ſolum promiſſum, ſed etiam ad conſuetum, vbi nulllum fuit pretium conſtitutum Molin. de iuſt. trac 2. diſp. 94. concl 3.

18 Aſſiſtens delicto cauſa pacificandi, ſi hoc aduerſarijs non intimauit, tenetur ad damna: ideo enim non ſunt auſi reſiſtere propter eius præſentiam, quia ignorabant eius intentionem Anchar. in c. Sicut dignum de homic. num. 21. & ibi Fel. Mol. diſp. 736. num. 4. Silu. reg. 3. q 6. vers. 2. Excuſatur autem, ſi non potuit aduerſarijs intimare Salon. vbi ſupra ar. 7. contr. 1. ad vlt.

19 Acceptum ob cauſam debet reſtitui, ſi cauſa ſecuta non fuit, modò ſit tota cauſa, ob quam datum eſt. vt v. g. licet beneficium detur, vt Clericus in ſua Eccleſia reſideat; hæc reſidentia non eſt tota cauſa collationis beneficij, quia ſunt aliæ cauſæ, vt ſcilicet habeat Clericus vnde viuat, ne mendicet, vt horas canonicas recitet. Azor. p. 2. lib. 7. c. 6. in fi.

QVANTVM. RESTITVENDVM. *Cap.* 3.

1 TANTVM reſtituendum eſt; quantum ſatis eſt ad æqualitatem, vel debiti, vel damni illati S. Tho. 2. 2. q. 62. art. 3. & com.

2 Re furtiua deteriorata tenetur fur ad maiorem æſtimationem à die furti l. In re furtiua ff. de condict. furt. & ibi Glo. ver. plurimi Silu. ver furtum q. 16. Ang. eo. parag. 44 S. Tho vbi ſupra art. 6. Nau. c. 17. num. 26. Couar in reg. Peccatum p. 2. parag 6. num 1. P. Nau lib 4. c. 1. dub 4. Leſſ. lib. 1. c. 12 dub. 15. & ſeq. Medin. de reſt. q 6 rectè limitantes primo. Niſi res eodem modo fuiſſet apud dominum peritura, aut deterior futura. Secundo, ſi dominus eo tempore quo res melior erat, illa vſurus non erat, ſiue conſumendo, ſiue vendendo. Niſi fortè dominus ob carentiam rei ſuæ coactus fuerit aliam emere ſummo illo pretio, quia tunc tenetur ad illud damnum Tertio ſi fur obtulit rem ſuam domino opportuno loco, & tempore, & ille non acceptauit vt ſupra ver. furtum num. 14. Quarto Quando incertum eſt, quo pretio, aut in quo ſtatu dominus erat venditurus, tunc enim in foro conſcientiæ non debet reſtitui ſecundum optimum ſtatum. Si ea res non fuit meliorata, & perijt, tenetur ad æſtimationem. Si vero fuit meliorata, debetur cum melioramentis, deductis expenſis quas dominus in ea melioranda facere debuerat, etiam ſi res ſic meliorata peruenerit ad manus domini. Leſſ. Couar. P. Nau. & Med. vbi ſupra, quidquid Silu q 16. cit. in contrarium dicat. Quòd ſi rem illam vendidit fur tempore quo pluris valuit, vel eam conſumendo factus eſt locupletior, tenetur ad reſtitutionem quatenus factus eſt locupletior, etiam ſi fuiſſet apud dominum peritura. Leſſ. dub. 15. cit. in fi

X 2 3 Poſſeſſor

3 Poſſeſſor malæ fidei debet reſtituere fructus perceptos induſtria ſua, licèt dominus rei non fuerat percepiturus Azor. p. 3 lib. 4. c. 4. Leſſ. vbi ſupra c. 17. Ang. ver. reſt. 1. vers. Poſſeſſor malæ fidei Silu. reſt. 3. q. 9. P. Nau. lib. 4. c. 9. num. 44. docet non deberi fructus merè induſtriales, & quos dominus non percipiſſet, idque de æquitate verius eſſe docet Pan. in c. Grauis de reſt. ſpol. num. 13. Si tamen non extent Couar vbi ſupra num. 4. Cum autem tenetur reſtituere fructus, poteſt ex eis deducere quantum ualet eius induſtria, & repetere expenſas vtiles, & neceſſarias Azor vbi ſupra c. 5. q 4. P. Nau. num. 39. & alii cit. Et ſi rei dominus ſingulari induſtria ſua plures fructus erat percæpturus, tenetur malæ fidei poſſeſſor ad totius damni compenſationem. Cou. vbi ſupra Azor. c. 4. q. 4. Secus ſi nec dominus eos percipiſſet, vt quia agrum non coluiſſet Cou. Ang. & Slu. vbi ſupra V. Sanchez fusè tranctantem in ſum. lib. 2. c. 23. q. 3.

4 Quantum ſit reſtituendum v. g. pro vulnere, cicatrice, iniuria, arbitrabitur bonus vir. Sot. de iuſt. lib. 4. q. 6. art. 3. Nau. c. 17. num. 27.

5 Poteſt ex cauſa pro re valor reſtitui, vt quando pro reſtitutione eiuſdem rei manifeſtaretur occultus peccator Nau. vbi ſupra num. 26. P. Nau. lib. 4. c. 1. dub. 2

6 Qui nocet alteri in re, ad quam erat ſolum in potentia, ſi caſu id fecit ſatiſfacere tenetur non integrum, ſed arbitrio boni viri penſatis periculis, &c. S. Tho. 2. 2. q. 62. art. 4. & ibi Arag. Sot. vbi ſupra ar. 5. Si verò ex intentione, multo act or facienda eſt æſtimatio Sot. ibid. Si omnino inuoluntariè nocuit, & ſine vlla culpa, nihil tenetur reſtituere: ſi verò cum culpa, & voluntariè, ſi non directè, & per ſe, ſed reductiuè, vt quia non adhibuit debitam diligentiam, dans operam rei illicitæ, tenetur reſtituere non quantum illa res valeret, ſi ad maturitatem, & perfectionem perueniſſet. Si autem damnum datum, ſit formaliter, & per ſe, tenetur tantum reſtituere, quantum res illa, in qua nocuit, valuiſſet perueniens ad perfectionem, deductis expenſis in illa interim faciendis Salon. ar. 4. cit. In hoc tamen poſtremo aliter docet Sayr. cla. reg. lib. 10. tract. 4. c. 1. num. 6. Si damnum inquit, cum culpa datum eſt in ſeminibus, & plantis, ſi ſint in proxima diſpoſitione reſtituendum, ac ſi eſſent matura, deductis expenſis, ſecus ſi adhuc longè diſtabant Leſſ. verò lib 2. c. 12. dub. 19. abſolute negans prædictas diſtinctiones docet huiuſmodi inferentē damum ſiue ex malitia, ſiue ex negligentia teneri ad reſtitutionem, ſecundum æſtimationem temporis præſētis. Sed verior, & æquior videtur prior ſententia V. V. Ban. ar. 4. cit.

7 Poſſeſſor bona fidei, etiam ſi titulum non habeat, facit ſuos fructus induſtriales, vt multi citatis docet Sanchez in ſum. lib. 2. c. 23. num. 69. at naturales ſuolum quandiu titulum habet l. Bonæ fidei ff. de acqu. rer. dam. Pan. in c. Grauis de reſt. ſpol. num. 4. Anchar ibi nom. 5. ſi tamen titulus eſt validus, nec à iure reprobatus Sanchez num. 69. & 72 docet etiam fructus extātes facere ſuos, limitans num. 72. & ſeqq. niſi à vero domino petantur, quo caſu tenetur reſtituere naturales extantes, & conſumptos, quatenus factus eſt locupletior. De induſtrialibus, vero alij negant eſſe reſtituendos, ſed pleno iure effici poſſeſſoris. alij verò affirmant teneri quatenus factus eſt locupletior ex conſumptis, & ad extantes, licèt ad tertium poſſeſſorem tranſierint, deductis tamē expenſis in ijs fructibus colligendis, & valore induſtriæ & laboris impenſi de quo Silu. ver. fructus q. 1. Aug. eo parag. 2. Molin de iuſt. to. 3. diſp. 719. num. 4. Si tamen triennio legitimè vſu ceperit, ad nihil tenetur, licèt titulo careat; ſufficit enim generalis pro ſuo, Sanchez pluribus relatis num 83. q. 2. & num. 94. Quod verò dicitur, Quatenus factus eſt locupletior intelligit num. 147. vt ſi res non extet deducendæ ſint expenſæ qualeſcenque illæ ſint. Si verò res extet apud ipſum poſſeſſorem bonæ fidei, deducendæ ſint expen-

ſæ

ſæ qualeſcunque, quæ ſeruato illæſo priſtino ſtatu deduci poſſunt, quæ ſi auferri nequeant, tenetur dominus eas ſoluere, aut rem illam poſſeſſori vendere. V. Mynſinger. Inſtit. de rer. diuis parag. Ex diuerſo, & parag. ſi quis à non domino. Leſſ. lib. 2. c. 12, dub. 17. Couar. 1. var. res. c. 3. Azor. p. lib. 4. c. 2.

C V I
RESTITVENDVM. *Cap.* 4.

1 RES aliena ſiuè male accepta, ſiuè malè retenta, ſiuè bona fide accepta, & retenta, reſtituenda eſt vero domino S. Tho. 2. 2. q. 62. ar. 5. & com. Per dominum autem intellige eum, qui habet rei dominium, & proprietatem, vel quaſi dominium, vel Vſumfructum, vel vſum, vel poſſeſſionem, & qui eſt Diſpenſator, Cuſtos, Depoſitarius, Commendatarius, Curator, Tutor, & omnis, qui iuſto titulo eſt poſeſſor alienæ rei, vt Sartor veſtis conficiendæ Nau. c. 17. num. 28.

2 Acceptum à fure ſufficit ei reſtituere, cui ipſe mandauit Nau. c. 17. num. 29 intellige ſi probabiliter credit, quod is cui mandatur reſtitui, illam domino reddet Cou. in reg. Peccatum p. 1. initio num. 3. P. Nau. lib. 4. c. 2. dub. 3. Sayr. clar. reg. lib. 10. trac. c. 1. num. 3. Sic miſti à fure potes eidem reſtituere, vt pretium datum recuperes, illum tamen inducendo, vt domino reſtituar. Silu. reſt. q. 7. verſ. 4. Ang. reſt 1. verſ. Emens num. 1. Nau. c. 17. num. 84.. & aliorum, quia id non eſt alienare ſed contractum priſtinum reſoluere, quod licet ad vitandum damnum pretij, ſi alia ratione cauere non poteſt V. ſupra ver. emptio num. 47. Id concedunt alij ſi bona fide emiſti; ſi enim mal. fide volunt domino reſtituendum etiam amiſſo pretio, ſic Azor. e. 3. lib. 5. c. 13. q. 3. Nau. ſibi contrarius vbi ſupra num. 9. Salon. 2. 2. q. 62. ar. 6. verſ. De emptore malæ fidei contr. 3. concl. 2. Et ſi furi reddas, illo non reſtituente, teneri te nihilominus domino reſtituere, docet Sayr. vbi ſupra, Vtramque opinionē probabilem putat Reginald. to. 1. lib. 10. c. 5. q. 1. Ego tamen probabiliorem cenſeo primam; nullo enim titulo teneor cum meo damno vtiliter agere negotium domini. Satis enim feciſſe puto reponendo rem in eo ſtatu, in quo erat antequam ad manus meas peruenerit. Si emiſti à fure, vt vero dominio reſtituas, potes deducere pretium pro illa ſolutum, ſi tamen iuſtum ſit, & dominus non eſſet ſine expenſis recuperaturus. Sic multi quos refert, & ſequitur Diana p 4 trac. 3. reſol. 33. V. omnino. Azor. toto c. 3. cit. Rebell. p. 1. lib. 2. q. 8.

3 Quod reſtitui non poteſt Domino ſine magno periculo, & ſcandalo, dandum pauperibus, alijs vè pijs operibus Nau. num. 29. cit. verſ. 4. vel certè reſeruandum hæredibus. S. Ant. p. 2. tit. 2. c. 8.

4 Turpiter accepta à turpiter dante, opere non ſecuto reſtituenda ſunt danti, aliter enim non eſt libera donatio; cum cauſa non extet. Opere verò ſecuto, nemini reſtituenda, niſi de conſilio pauperibus Nau. c. 17. num. 30. P. Nau. lib. 4. c. 2. num 144. & ſeq. Io. Med. de reſt. q. 20. Niſi recipiens ſit inhabilis; vt in pecunia ſimoniace data: hæc enim ante ſententiam danti reſtituenda Petr. Nau. loco cit. de quo infra ver. Simonia. Amplia etiam ſi id acceptum ſit pro peccato contra iuſtitiam v. g. pro homicidio Nau. c. 17. num. 30. Ban. 2. 2. q. 62. ar. 5. dub. 3. Tol. lib. 5. c. 21. Ang. reſt. 1. vers. Turpe lucrum Silu. reſt. 2. parag 1. & reſt. 4. q. 1. Molin. de iuſt. trac 2. diſp. 94. Azor. p. 3. lib. 4. c. 21. q. 4. P. Nau. lib. 4. c. 2. num. 130. Leſſ. lib. 2. c 14. dub 8. & leges cōtrarium diſponētes, vt l. Multa C. de modo mulct. & l. Generaliter, ff. de verb. oblig. & l. In hæredem ff. de calumn. intelligi debent vel ante rem turpē patratā, vt docet Reginal. lib. 10. c. 13. ſect. 4. præcipuè num. 186. Azor. vbi ſupra vel vt procedant tantū

in foro

in foro exteriori in quo negatur actio; & repetitio, vt præter Doct. cit. aſſerit Couar. in reg. Peccatum p. 2. parag. 2. num 7. licet Sayr. cla. reg. lib. 10. trac. 5. c. 13. num. 12. Sot. de iuſt. lib. 4. q. 7. ar. 1. Arag. 2. 2. q. 62. ar. 5. & ibi Salon. contr. 3. in fi. Io. med de reſt. q. 10. Roder. in ſum. lib. 2. c. 40. concl. 1. dicant teneri ad reſtitutionem nulla expectata ſententia. Nec enim aliter probant, quem auctoritate legum cit. Immo deberi pretium operę ſecuto, & homicidam v. g. ſuum id efficere docet Mol. vbi ſupra diſp. 38. & etiam petere tamq; ſibi debitum ex iuſtitia. Idem diſp. 94. concl. 2. Azor. vbi ſupra quæſt. 4.

5 Dans beneficium, aut officium indigno, tenetur Reipublicæ, aut Eccleſiæ læſæ, non autem digno, aut dignori Nau. c. 17. num. 72. Fel in c. Si quando de reſcrip. num. 12. Sot. lib. 4. q. 6 art. 3. in fi. Leſſ. lib. 2. c. 12. num. 129. Secundum alios tenetur reſtituere dignori non ſolum officium, aut beneficium, ſed etiam fructus, quos precepiſſet ex eo tempore, quo excluſus eſt, ſic Salon. 2. 2 q. 63 ar. 2. contr. 3. p. 2. Cai. 2. 2. q. 62. art. dub. 3. P. Nau. lib. 2. c. 2 à num. 134. V. Reginald. lib. 23. c. 3. Sect. 3. vbi docet Reipublicæ nihil eſſe reſtituendum, quando ipſa officium indigno ſcienter dedit: niſi is per vim obtinuerit, aut malitioſè in aliquo læderet, quod ipſa non potuit probabiliter præuidere.

6 Nuncius, cui aliquid datur donandum alteri, ſi vel ſibi vſurpet, vel iniuſtè differat manifeſtare donatario, vt acceptet, interim donans moriatur, tenetur ad duplicem reſtitutionem, alteram hæredibus donantis, cum mandatum morte donantis ceſſauerit, re integra; alteram ipſi donatario, cum iniuſte fuerit cauſa, ne ille huiuſmodi donum conſequeretur Sanchez de matr. lib. 1. diſp. 6. num. 8. Molin. diſp. 263. num. 7. Leſſ lib. 2. c. 18. dub. 9. in fi. Limitant Sanchez, & Couar. 1. var. reſol. c. 14. num. 16. niſi mandatum ſit ad pias cauſas, quod fauore piæ cauſæ non expiret mandatum morte mandantis.

7 Quod prodigo debetur ſeruari poteſt pro ipſius prodigi neceſſitate, aut pro filijs, & hæredibus eius Armill. ver. reſtitutio parag. 18. Differri etiam poteſt reſtitutio ad euitandum eius probabile damnum, vbi id commodè fieri poteſt. Immo Nau. c. 17. num. 63. Leſſ. lib. 2. c. 16. dub. 4. Sot. lib. 4. q. 7. art. 1. docent eo caſu omnino differendam eſſe reſtitutionem ex præcepto charitatis, quo tenemur impedire malum ſpirituale proximi. Regulariter autem reſtituenda quando petitur: petit enim quod ſuum eſt Azor. p. 3. lib. 4. c. 39. cauſa 3. P. Nau. lib. 4. c. 2. num. 34. Salon. 2. 2. q. 62. ar. 5. contr. 1.

8 Si dominus vult re ſua abuti cum alterius iniuria, non debes reſtituere, alioqui teneris ad omnia damna inde ſecuta. Salon. vbi ſupra contr 2. Arag. ibidem Sot. vbi ſupra ad prima, & videtur Cai. in ſum. ver. reſtitutio c. 1. V. Petr. Nau. vbi ſupra.

9 Qui poſt diligentem inquiſitionem, non reperto domino, rem pauperibus diſtribuit, non tenebitur amplius, etiam ſi eius dominus, vel eius hæres poſtea appareant. Ang. reſt. 2. parag. 12. Silu. reſt. 3 q. 7. & reſt. 4. q. 4. & reſt. 8. q 4. Sot. vbi ſupra, & lib. 5. q. 3. ar. 3. Ban. 2. 2 q. 6. ar 5. dub. 9. concl. 5. & ibi Arag dub. vlt. Tolet. lib. 5. c. 23. Sot tamen ar. cit. docet reſtitutionem pauperibus faciendam auctoritate publica, vbi res huiuſmodi ſint alicuius ponderis.

10 Accepta per ſimulationem, vt cum quis v. g. fingit ſe bonum, pauperem, &c. debent reſtitui non danti, ſed pauperibus. Si tamen ſic acceptum ſit beneficium Eccleſiaſticum, aut officium non ſunt in conſcientia reſtituenda. Pan. in c. Quia plerique, de immun. Ecc. num. 36 Silu. ver Simulatio q. 5. & reſt. 3. q. 10. Ang. reſt. 1. verſ. Turpe lucrum, & com. vt teſtatur Nau. c. 17. num. 107. Quam tamen opinionem idem Nau loco cit. Io. med. de reſt. q. 24. Azor. p. 3. lib. 4. c. 21. q. 8. Sic limitant. Vt quando illa ſimulatio eſt cauſa finalis ad eleemoſynam acquirendam, tunc teneatur reſtituere cum ſit iniu-

ſit inuoluntaria donatio. Si verò ſimulatio eſt cauſa impulſiua, qua donans mouetur ad dandum ſaltem promptius, & facilius, tunc non tenetur reſtituere. Portò cauſa finalis in hac materia illa eſt, ex qua ſequitur aliud, & quæ ſi adeſſet non ſequeretur aliud. Cauſa verò impulſiua ea dicitur, quæ tantum mouet ad agendum, vel dandum promptius, facilius, citius. Azor. loco. cit. Quod autem ait Sot. lib. q. 9. ad. 3. ad 4. teneri reſtituere, vbi ex ſimulatione acquiſiuit quis magnas eleemoſynas, verum habet, quando dans non tantum daret, ſi noſſet petentem non eſſe pauperem. Regulam generalem aſſignat Azor. Si aliud eſt cauſa cur aliquid detur, & non ſubſiſtit, eſt obligatio reſtituendi: Si verò non mouet ad ſimpliciter dandum, ſed ad facilius & promptius, non eſt obligatio reſtituendi Et per hæc patet, qui dicendum de Hoſpitalibus, Collegijs ad certas perſonas recipiendas, de legatis pijs, montibus, &c. V. ſupra ver. Qui ſub forma, &c. vers donatio num. 31. Leſſ. lib. 2. c. 18. ſtub. 17. in fi. Arag. 2. 2. q. 63. art. 6 S. Ant. p. 2. tit 2. c. 8. in fi. Azor vbi ſupra. c. 22. Tu dic quòd ſimulans ſe pauperem, &c vel non eget, vel ſaltem non ita vt fingit. In primo caſu peccat mortaliter, & tenetur reſtituere, ſi à principio ſtatuerat eam conflare quantitatem quæ ſufficiat ad peccatum mortale, quia eſt mendacium perniciosum contra iuſtitiam. In ſecundo caſu nec peccat mort. nec tenetur reſtituere: verè enim adeſt paupertas, quam ideò finxit maiorem, vt facilius conſequeretur, quod non eſt contra iuſtitiam. & in praxi ita ſeruandum eſt cum in foro conſcientiæ ſtandum ſit veritati, non præſumptioni. Nec in caſu particulari recurrendum eſt ad coniecturas alienæ mentis, & intentionis, id enim eſſet velle diuinare, & ſic intelligenda regula Azorij V. Suar. de relig. trac. 6. lib. 4. c. 18.

11 Mulier ſe Virginem affirmans, & propterea dotata v. g. in mille ab eo, qui eam duxit; ſi ſit corrupta, tenetur reſtituere, eſt enim donatio ob cauſam. Si tamen vir cognito vitio cum illa perſeueret, cenſetur remittere. Et ſi cognito vitio, illam nihilominus duxiſſet, reſtituere illa tenetur id pluris quo dotata eſt, quod putaretur virgo Lopez inſtruc. p. 1. c. 76. Roder. in ſum lib. 1 c. 109. Contrarium docet Sanchez. de matr. lib. 6. diſcep. 27. num 5. quod error ille non ſit cauſa legitima, & ſubſtantialis; ſecus ſi in cauſa ſubſtantiali, vt quod ille ſit ſenex, vel ignobilis, illa verò iuuencula & nobilis.

12 Seruus furatus à Domino quinquaginta qui animo cōpēſādi fecit, vt dominus qui ſtatuerat in teſtamēto illi relinquere ducenta relinquat tantum quinquaginta, ſecundum Nau. de teſtam. conſ. vlt. non liberatur ab onere ſoluendi illa quinquaginta. Sed contrarium puto verius; Nam Teſtator omnino ſtatuerat ille relinquere ducenta; relinquit autem tantum centum quinquaginta ſuaſu famuli, qui aliàs habuiſſet ducenta V. Comitiel. lib. 7. q. 13.

13 Accipiens alienum domino vidente, & non contradicente præ timore, verecundia, vel alia ſimili cauſa, quia ſcilicet non poteſt tunc commodè impedire, reſtituere tenetur, cum dominus coactè conſenſerit. Silu. uer. furtum num. 2 Ang. eo parag. 8. Pan. Nau. lib. 3: c. 1 num. 378. Armill. uer. furtum parag, 2.

14 Quod accepiſti pro eo ad quod tenebaris ex iuſtitia u. g ut deſiſtas ab accuſatione iniuſta, ut rectè iudices, ut uerum teſtimonium dicas, &c teneris reſtituere danti Nau c. 17. num. 33. & 96. Silu. reſt. 2. num. 1. Couar. in reg. Peccatum d. 2. parag. 3. Arag. 2. 2. q. 71. ar. 4. Tolet. lib. 1. c. 21. P. Nau. lib. 4. c. 2. num. 34. Rebell. lib 2. q. 10. num. 8. & com. quorum ſententiam ſic intelligunt Sot. lib. 4. q. 7. ar. 1 ad primam, & Azor. p. 3. lib. 4. c. 21. q. 6. Si uidelicet accipias ab eodem contra quem eras peccaturus: Si uerò accipians ab alio, potes retinere, licet enim ex iuſtitia tenearis ad bonum Petri u. g. non teneris tamen ex iuſtitia id facere in gratiam Pauli. Sed id meritò impugnat Leſſ. lib 2. c. 14. dub. 9. quia quando opus, uel omiſſio ſecundum ſe, eſt inuendibilis, etiam eſt inuendibile obſequium, quod fit in gratiam alterius

Si quid

Digitized by Google

Si quid tamen datum ſit, non ad redimendam vexationem, ſed ad allicendum, aut aliás ex mera liberalitate donatum, potes retinere Leſſ. vbi ſupra Molin. diſp. 88. & com. Item quod accepiſti pro eo, ad quod tenebaris ex alia virtute, quam iuſtitiæ, non eſt reſtituendum Nau. c. 34. num. 7. & de dat. & promiſſ. concl. 6. Tolet. vbi ſupra limitat Leſſ. ſi opus illud ſit laborioſum, vel ſumptuoſum, alioqui non poſſe pretium accipi, quod etiam docent Io. Med. de reſt. q. 26. Couar. vbi ſupra.

15 Aduocatus debet reſtituere acceptum pro iniquo patrocinio S. Aug. Epiſt. 54 & refertur c. Non ſane 14. q. 5.

16 Quod à Tutore, Curatore, Diſpenſatore, Procuratore, & huiuſmodi accepiſti, illis, non vero domino reſtituendum Io. med. vbi ſupra q. 2. p. 2. Cai in ſum. ver. reſt. c. 4. Silu. ver. reſtitutio 4. q. 1. P. Nau. lib. 4. c. 2. dub. 1. Sayr. cla. reg. lib 10. trac. 5. c. 1. a num. 4. Nau. c. 17 num. 28. Salon. 2. 2. q. 6. art. 5. qui omnes docent, quòd ſi verò domino reſtituas, illos eſſe admonendos, ne iterum reſtituant, admonendum item dominum rem ſuam ſibi eſſe reſtitutam. Excipe autem à regula prædicta, vbi acceptum eſt ab vxore, aut religioſo, quia reſtitutio facienda eſt marito, & Prælato. Idem ſi à filioſam. aut habente Tutorem, aut à Seruo, vel famulo, &c. Item quod acceptum eſt à Clerico, quod erat Eccleſiæ, non illi, ſed eius Prælato eſt reſtituendum Doct. cit. & Sot. ar. 1. cit. Quod verò de Vxore, & filioſam. dictum eſt, intellige, ſi illa non habet aduentitia, vel alia, de quibus poſſit diſponere; & ille caſtrenſia, vel quaſi; & de religioſo, niſi ſit procurator, & adminiſtrator.

17 Si dominus nimium diſtat, aut res modica eſt, danda pauperibus pro illius anima. bona enim creditoris longiſſimè abſentis æquiparantur incertis Nau. c. 17. num. 29. Armill. ver. reſt. parag. 16. Sayr. vbi ſupra c. 2 dub. 9. V. infra vbi reſt.

18 Donans, aut alienans poſt commiſſum crimen, ob quod eius bona erant publicanda, ſi ideò donauit, ne fiſcus caperet, ipſi tenetur Caſt. de lege pœn. lib. 2. c. 2. corol. 2. Contraria ſententia eſt com. Sot. lib. 1. q. 7. ar. 6. Nau. c. 23. num. 66. Azor. plures referens p. 1. lib. 5. c. 7. cum ante condemnationem nullum ſit fiſco acquiſitum ius. V. ver. Contractus num. 18. Peccat tamen mort. ſi alienet cum onere, vel damno alterius, vt ſi alteri vendat, aut dotis, vel nuptiarum cauſa donet, non quidem peccato iniuſtitiæ contra fiſcum, ſed contra Emptorem, uel alium, cui damni veriſimile periculum imminet Silu. hæreſis 1. num. 14. Ang. ver. pœna parag. 3. Azor. vbi ſupra q. 7. Niſi alienet ob alimenta ſui, & ſuorum vel niſi crimen ita ſit occultum, vt ad forum iudiciale deferri nequeat. item vbi paratus eſt compenſare damna, ſi quæ emptor ſit perpeſſurus; aut ſi emptorem moneat de vitio rei venditæ. Item niſi alienet gratis, & liberaliter donando, aut cum alijs bonis, pretio, & æſtimatione æqualibus commutando. Ang. Silu. Azor. vbi ſupra.

19 Qui mendacijs, vi, aut dolo impedit habentem ius ad rem aliquam tenetur reſtituere impedito, & damnum paſſo, non tamen ad æquale, Sed arbitrio boni viri Nau. c. 17. num. 69. & ſeq. P. Nau. lib. 3. c. 5. num. 11. Azor. p. 2. lib. 4. c 9 Leſſ. lib. 2. c. 12. dub. 18. Sot. lib. 4. q. 6. ar. 3. V. Salon. 2. 2. q. 62. art. 2. contr. 25.

20 Impediens ſine vi, & fraude liberam donationem, ſed precibus, & blandicijs, etiamſi animus donatoris eſſet firmatus, non tenetur reſtituere Nau & Sot. vbi ſupra Leſſ. num. 178. Item Nau. prælud. 6. num. 8. Azor. vbi ſupra Silu. reſt. 3. q. 12. verſ. 3. P. Nau. vbi ſupra num. 11. & c. 2. eodem lib. num. 114. Niſi vſus ſit dolo, metu, mendacijs Azor. vbi ſupra q. 1. aut niſi preces illæ, &c. eſſent importunæ B. Med in ſum. lib. 1 c. 14. parag. 31 Afflic. decis. 69. Molin. diſp. 135. Quod tamen ceſſat, quando ille poteſt illam importunitatem alia ratione minore incommodo repellere Leſſ. vbi ſupra c. 17. num. 48.

21 De impediente ne beneficium detur dignori, V. ver. Beneficium num. 42. & Couar. in reg. Peccatum p. 2. parag. 7. concl. 3. & 4.

3. & 4. Arag. 2.2. q. 62. ar. 7 Salon. Azor. P. Nau. vbi ſupra Cord. in ſum. q. 100. Caiet. 2.2. q. 62. ar. 2 dub. 4.

22 Famulus miniſtri publici aliquid accipiens, vt alicui prius aditum ad Dominum præbeat aut eius negotium ante alios dicto miniſtro offerat cum damno eorum, quorum cauſæ erant prius expediendæ, peccat mort. & tenetur reſtituere: Niſi huiuſmodi aditum intempeſtiuè daret, idq; in cauſa non eſſet, vt alij temorarentur Molin. trac. 2. diſp. 88.

23 Dubitans vtri eorum debeat, certus ſe alteri eorum debere, tenetur debitum inter illos, eorumuè hæredes diuidere Sot. lib. 5 q. 7 ar. 1 in ſol. 3. Et quidem, ſi dubium ſit æquale, res eſt æqualiter inter eos diuidenda: ſi verò ſit inæquale, ei debetur maior pars, de quo minus eſt dubium. Quod ſi poſtea conſtiterit quis fuerit dominus, alter tenetur reſtituere quod accepit: eo verò nolente, tu liber eris Leſſ. lib. 2. c. 15. num. 59. Sot. lib. 4. q. 6 ar. 3. c. finem.

24 Auertere ſcholares à Doctoribus, mortale eſt, cum obligatione reſtituendi Nau. c. 15. num. 59. quod verum eſt, ſi iam intrabant ſcholas. Si verò tantum intrare diſponebant, nec ſe adhuc dederant alicui Doctori, idq; fecit vt ſibi prouideret, quia erat Doctor ſine fraude, ad nihil tenetur. Si verò id faciat in alterius vtilitatem, vt quando ſcholaris ſubtrahere conatur alterius Doctoris ſcholares, vt intrent cum Doctore ſuo, ſi illi ſcholares iam intrabant, tenetur: Niſi forte inſufficientia Doctoris, cui ſubtrahuntur, aut aliqua ipſius ſcholaris cura ipſum excuſet S. Ant. p. 2. tit. 2. c. 2. parag. 1.

25 Si quis falsò condemnatur pro crimine, quod tu perpetraſti niſi tu accuſaueris, vel contra eum teſtificatus fueris, non teneris te ipſum prodere, nec ei in aliquo ſatisfacere: cum non ſis cauſa illius damni Sot. ar. 3 cit. ad 4. dub. 1. in fi. Sayr. cla. reg lib. 11. c. 7. num. 4. V. infra reſt. bon. corp. vers. Petrus.

26 Qui deceptus tuis ad alium litteris, etiam de induſtria proiectis vt deciperetur, damnum accepit, leuiter credidit, ideoq; non teneris ei aliquid reſtituere S. Ant. p. 2. tit. 1. c. 12. parag. 8 Leſſ. lib. 2. c. 12. num. 133. Armil ver. Emptio parag. 22. Silu. eo. q. 16. licèt reſt. 3 parag. 10 contrarium afferat, nempe teneri in ſolidum mittentem, & exequentem, cum vterque dederit cauſam efficacem damni.

27 Si creditor eſt in eadem neceſſitate cum debitore, reſtituenda eſt ei res, cuius dominium non fuit tranſlatum Nauar. cap 17 num 60. Alij verò vt Ang. reſt. 3 parag. 3 Silu. reſt 5 q. 2. dicunt quod ſi dominus rei venit prius in eam neceſſitatem, reſtituenda eſt ei res ſua; ſi verò detentor prius venit ad eam neceſſitatem, non tenetur reddere. Alij, vt Caiet. 2. 2. q. 62 ar. 5. ad 4 Sot lib 4 q 7 ar. 1. ad 4. Salon. q. 62. cit. ar. 5. contr 8 Arag. & Ban. ibid. P. Nau. lib. 4 c. 4 dub. 5 Azor. p 3 lib. 4. c. 39. q. 1. Sayr. cla. reg lib. 10. trac. 5. c. 6 dub. 1. Leſſ lib. 2. c 16 num. 13. rectius docent in caſu extremæ neceſſitatis poſſe ſibi retinere, ſiue iuſto, ſiue iniuſto titulo apud ſe habeat. Nam in extrema neceſſitate ceſſat ius gentium, quo diuiſa ſunt rerum dominia. Ampliat primo Ban. vbi ſupra dub 10. Leſſ. num. 14. Salon. contr 9. & alij etiam in caſu, quo Pater, Mater, fratres, Vxor. filij, & amicus, à quo in extraordinario vitæ periculo liberatus eſt, extremè egent. Et de Patre idem affirmat S Tho. 2 2. q. 62. ar. 5 ad 4. De Vxore, filijs, fratribus, &c. eadem eſt ratio, ſunt enim vna caro nobiſcum. De amico affirmat Salon. vbi ſupra. Azor. verò cum Ledeſma, & Tabien ab ipſo cit. docet potius præferendum eſſe creditorem Patri; cum creditori teneatur ratione iuſtitiæ, & miſericordiæ, Patri verò tantum ex miſericordia, præualet autem iuſtitia. Ampliat Secundo Sot. etiam ſi iuraſſet ea die ſoluere, intelligitur enim excepta neceſſitate. Niſi iuraſſet eo etiam caſu ſe ſoluturum, ſeruandum enim iuramentũ Sayr. vbi ſupra num. 8.

28 Homicida ſi ſuſpendatur, ad nihil aliud tenetur ratione iniuriæ Nau. c. 15. nu. 122. fusè P. Nau. lib. 4. c. 1. num. 8. & ſeq. Salon. 2. 2. q. 62. ar. 2. contr. 12. ad 2. Leſſ. lib. 2. q. 23. Pro cicatrice tamen, &c. docent faciendam eſſe compenſationem arbitrio boni viri S. Tho. d. ar. 2. ad primum Cai. in ſum. ver. reſt. c. 2. Silu. reſt. 3 q. 2. & alij V. infra Reſt bonor. corp. num. 2.

29 Auertens aduentum Tabellionis, ne Teſtator aliquid extraneo relinquat, peccat mort. & reſtituere tenetur quidquid ſciebat relinquendum S. Ant. p. 3. tit. 10. c. 1. parag. 2. Et qui fraude, vel dolo vtitur, ne infirmus teſtamentum condat, hæreditatem amittit, quam ab inteſtato expectabat, & ad alios propinquos deuoluitur. l. 2. C. Si quis aliq. teſtari prohib. Quæ lex cum iuſta ſit, obligat in conſcientia, & ita impediens tenetur ad reſtitutionem Salon de domin. q. 5. ar 5. Idem cum reuelando crimen occultum legatarij cauſa fuit, ne teſtator illi aliquid legauerit, aut iam legatum ademerit, quamuis ob proprium commodum, non malo animo id fecerit P. Nau lib. 2. c. 4. p. 3. dub. 4. Sayr. cla. reg. lib. 11. c. 3. num. 21.

30 Filia, Coniugata, monialis, reſtituant Patri, mariro, & Monaſterio quod pro copula habuerunt, niſi ſit modicum: cauendum tamen ne propterea infamentur. Sot. lib. 4. q. 7. ar. 1. ad 2. Ban. 2. 2. q. 62. ar. 5. dub. 5. concl. 1. Roder. in ſum. lib. 2. c. 40. concl. 5. Mol. trac. 2. diſp. 94. Sayr. cla. reg. lib. 10. trac. 5. c. 3. num. 24. De moniali veriſſima eſt concluſio, quia eſt incapax dominij Sanchez in ſum. lib. 7. c. 12. num. 53. De coniugata negant P. Nau. lib. 3. c. 1. num. 137. Salon. 2. 2. q. 62. ar. 5. contr. 4. Idem dicentes de filiafam. cum ſit domina ſui corporis quoad illius vſum, licet ſit ſub parentum cuſtodia.

31 Tutor non conuertens pupilli pecunias in prædia aut honeſtas negotiationes, tenetur ei ad omnia damna Silu. ver. Tutela q. 4. Cord. in ſum. q. 163. Mol. alios referens diſp. 224.

32 Epiſcopus poteſt ſibi reſeruare peccatum non reſtitutionis incertorum, non verò ipſam reſtitutionem; nam poteſt debitor per ſe reſtituere; licet conſilium ſit id facere ſaltem de conſilio confeſſarij, Salon. vbi ſupra contr. 7. Nau. c. 17. num. 92 Sayr. vbi ſupra c. 2 num. 19 Azor. p. 3 lib. 4 c. 26 num. 2 Ang. reſt. 2 parag. 14 Silu. reſt. 8 q. 5 Molin diſp. 747 num. 3 Fallit primò cum mortuo debitore nullus relictus eſt hæres. Secundò quādo debitor reſtituere non vult, & contra eum agitur in iudicio. Tertio quando ille malè diſtribueret. Quarto quando huiuſmodi bona poſſidentur à manifeſto Vſurario. Quinto quando compertum eſt reſtitutionem non fieri, aut certè male Sexto quando certò, vel probabiliter putatur reſtitutionem per præsbyteros male fieri. Nau. Azor. Sayr. Ang. &c. De hoc fusè Pan. in c. Cum ſit de Iudæ.

V B I
RESTITVENDVM. *Cap. 6.*

1 RESTITVTIO regulariter facienda eſt in loco, vbi res accepta fuit, vt in c. Epiſcopus, & c. Reintegranda 1. 3. q. 1.

2 Poſſeſſor bonæ fidei, qui tenetur tantum ratione rei alienæ reſtituere debet vbi res eſt. Si autem ſit malæ fidei poſſeſſor, vt quia ex delicto vel quaſi, reſtituere debet ſic, vt damnificatus in nullo damnum patiatur Nau. c. 17. num. 63. Quare tenetur rem illam mittere vbi eſt dominus, ſi eò transferenda erat, deductis expenſis, quas dominus facturus erat, Azor. p. 3 lib. 4 c. 32. Si tamen dominus induſtria ſua, aut alterius amicitia nullas expenſas facturus erat, tenebitur debitor proprijs expenſis eò transferre. Pan. in c. Cum tu, de vſur. num. 9 Silu. reſt. 4 q. 4. Sayr. cla. reg. lib. 10. trac. 5 c. 4 num. 13 P. Nau lib. 4. c. 3 num. 6 Cai. 2. 2. q. 62. ar. 5 ad 3. Valent. to. 3 diſp. 5. q. 6 p. 8. Azor.

vbi

vbi ſupra verſ. Quare tertio dicimus. Couar. in reg. Peccatum p. 1. num. 7 Sot. lib. 4 q. 7 ar. 1. Hi omnes docent debitorē ex delicto, vel quaſi teneri ad omnes expenſas, etiam vltra rei valorem, vt res vero domino reſtituatur. quod licet rigidius viſum fuerit Salon. 2. 2. q. 62. ar. 5. contr. 4 Sayr. vbi ſupra num. 15. qui volunt, quod vbi res eſt modica vel reſpectu eius cui debetur, vel in ordine ad expenſas, & dominus longè abſit, ſatisfit eam pauperibus elargiri. Verior tamen prior opinio, cum fur fuerit in culpa, rem alienam ſurripiendo; nec dominus ſine culpa ſua teneatur vel rem ſuam amittere, vel magnas expenſas facere pro ipſa recuperanda

3 Debitor ex contractu, vel quaſi reſtituere debet in loco expreſſè aut tacitè ſolutioni deſtinato. quod ſi non ſit deſtinatus locus, ſoluendum vbi coram competenti Iudice petitur, ita tamen, vt ea ſolutio nec creditori, nec debitori damno ſit Nau. c. 17. num. 42. Aliter docet Azor. vbi ſupra c. 33. Si locus ait non eſt deſtinatus, ſiue contractus ſit in gratiam, & bonum creditoris, ſiue debitoris, reſtitutio facienda eſt eius impenſis, in cuius gratiam factus eſt. Si in gratiam vtriuſq; communibus impenſis facienda reſtitutio Azor. p. 3. lib. 7. c. 8. de commod. In alijs contractibus vera eſt; Nau. opinio Leſſ. lib. 2 c. 9. à num. 52.

QVANDO RESTITVENDVM. *Cap. 7.*

1 TENETVR vnuſquiſq; reſtituere quam primum commode poteſt, aut dilationem à creditore accipere S. Tho. 2. 2. q. 62 ar. 8 & ibi Caiet. Arag. Ban. Salon. Nau. c. 17. num. 54. Azor. p. 3 lib. 4 c. 34 Sayr. cla. reg. lib. 10. trac. 5 c. 5. dub. P. Nau. lib. 4 c. 4 num. 1 & 2 Intellige ſtatim, non mathematicè, quaſi in inſtanti, ſed moraliter, id eſt conſideratis circunſtantijs omnibus. Neq; enim debet ſtatim è lecto ſurgere, &c. vt reſtituat. adde quod leſſe poteſt aliquod periculum vel vitæ, vel famæ, &c. Quare ad vitandum peccatum ſatis eſt ſtatim reſtituere in præparatione animi, vt docent Autor. cit & com.

2 Qui poteſt ſtatim totum reſtituere, ſed non vult niſi per partes ob aliquod emolumentum inde ſibi prouenieus, poteſt abſolui, ſi creditor nolit concedere dilationem parum ſibi nocuam Nau. c. 17 num. 65. Ang. reſt. vlt. parag. 5 S. Ant p. 2 tit. 2 c. 8. P. Nau. lib. 4. c. 4 dub. 11. additq; vterq; Nau. Si Confeſſor probabiliter credit, quòd negata abſolutione, & dilatione nunquam vel non ita vtiliter reſtituet. Alij tamen rectius docent huiuſmodi non eſſe abſoluendum. Nec confeſſarium poſſe dilationem concedere. Sic Sot de iuſt. lib. 4 q. 7. ar. 4 Io. Med. de reſt. q. 5 dub. 3 Cord. in ſum. q. 68. puncto 2. Salon. vbi ſupra contr. 1. concl. 4. vers. Sed contra, in reſp arg. Arag. vbi ſupra Roder. in ſum lib. 2 c. 44. num. 4 Sayr. vbi ſupra dub. 5. Molin. diſp. 756. num. 1. Eo enim ipſo, quod reſtituere non vult niſi per partes, cum teneatur, & poſſit totum reſtituere, verè conſentit in detentionem rei alienæ iniquam illius reſidui, ratione cuius manet in peccato, & conſequenter eſt incapax abſolutionis, Adde quod ſi liceret creditori ob aliquod ſuum emolumentum differre ſolutionem, nunq; fieret, eadem enim ratione ſe ſemper excuſaret. V. infra Quæ excuſent num. 11.

3 Qui cum poſſit ſtatim reſtituere, non reſtituit, ſed mandat hæredibus non eſt abſoluendus. nam & ſanus eo caſu abſolui non poſſet S. Ant. p. 2 tit. 2 c. 2. parag. 25. Ang. reſt 3. parag. 2 Sot. vbi ſupra Silu. reſt. 5 q. 7. Nau. c. 17. num. 68. Salon. vbi ſupra ar. 8 contro 1 verſ. ſequitur tertiò Azor. p. 3 lib 4. c. 35. in fi. P. Nau. lib. 4 c. 4 dub. 12. Roder in ſum. lib. 2 c. 44. concl. 7. Tol lib. 5 c. 24. Sayr. vbi ſupra dub. 12. Limitant tamen

primo quando, ſi ipſe reſtitueret, manifeſtaretur aliquod eius peccatum. Secundo ex Nau Ang. P. Nau. Cord. vbi ſupra q 68. p. 1. quando id facit, quia putat hæredem, vel teſtamentarium melius eſſe facturum; quod niſi crederet, ipſe per ſe reſtitueret. In hac tamen limitatione dicunt P. Nau & Cord. parum eſſe fidendum, cum experientia conſtet, vel nunquam, vel tardiſſimè huiuſmodi reſtitutionem ab hæredibus fieri. Eadem ratione docent cit. Doct. non eſſe abſoluendum eum, quæ cum poſſit in vita reſtituere, non vult, niſi in articulo mortis.

4 Qui ter, aut quater promiſit confeſſario ſe reſtituturum, & non reſtituit, cum commode poſſet, non eſt abſoluendus, niſi prius reſtituat. Doct. cit.

5 Poteſt creditor ante debitum tempus petere ſolutionem ſibi fiere in tribus caſibus. Primo in eo, qui vergit ad inopiam. Secundo in debitorem fugientem l. Aut Præter parag. Debitorem ff de his quæ fiunt in fraud. cred. Tertio in debitorē, qui incipit eſſe ſuſpectus poſt contractum; hic enim cogitur ſatiſdare l. Si fideiuſſor parag. ſi ff. ſatiſd. cong Si enim ante contractum erat ſuſpectus, ſibi imputet, qui cum eo contraxit Silu. ver. ſolutio in fi. Ang. eonū. 25.

QVO ORDINE

RESTITVENDM.

Cap. 8.

1 IN debitis eiuſdem ordinis, cæteris paribus, ſoluenda priora. Nam qui prior eſt tempore, potior eſt in iure de reg. in 6. Alioqui maiori damno occurrendum, vt ſi creditor poſterior eſt longe pauperior, tunc enim poſterior videtur præferendus Io. Med. de reſt. q. 3. dub. 5. dicto. 5. S. Tho. opuſc. 74 & 18. Salon. 2. 2 q. 2 art. 8. in fi. & probabile dicit Leſſ. lib. 2 c. 15. At Nauar. c. 17. num. 91. S. Ant. p. 2 tit. 2. c. 7 parag. Arag. ar. 8. cit. dub. vlt. concl. 5. Silu. reſt. 6. q. 5. Ang. reſt. 3. parag. 16. Azor. p. lib. 4 c. 36. q. 5. Molin. diſp. 536. & alij docent quod quando creditores ſunt perſonales non priuilegiati, non tenetur debitor alicui in ſolidum ſatisfacere, ſed omnibus pro rata quod iure ciuili nullum ius prælationis habeant huiuſmodi creditores: idem docet P. Nau. lib 4. c. ſi. num. 30 vbi num. 36. cum citatis ſecunda opinione docet contra S. Tho. & alios paupertatem non eſſe ſufficientem rationem præferendi; Niſi vel debita eſſent merè perſonalia; aut ſi realia, pari tame priuilegio, & antiquitate.

2 Cum bona debitoris non ſufficiunt omnibus debitis, reſtituendum primo certis dominis, quàm incertis; & primo quod in ſua ſpecie adhuc extat. Secundo acceptum titulo oneroſo, & nondum ſolutum, ſi manet penes debitorem, S. Ant. Silu. Ang vbi ſupra Caiet. in ſum. ver. reſt. c. 8. Tolet. lib. 5. c. 16. Ban. 2. 2. q. 62. ar. vlt. dub. penult. conc. 2 At Couar. 1 var. res.

S 7

Digitized by Google

c. 7. num. 3. Arag. d. art. vlt. dub. vlt. Roder. in ſum. p. 2 c. 46 num. 4. Aor. vbi ſupra q. 1. Leſſ. c. 15. cit. dub 2. P. Nau. vb. ſupra num. 12. Sayr. clau reg. lib lib. 10. tract 5. c. 10. num. 9. Salon. art. 8. cit. docent rem ipſam non eſſe neceſſario reſtituendam, quia per contractum emptionis iam translatum eſt dominium, & conſequenter nulla eſt obligatio realis; nam ſi alioqui emptor alteri vendidit, prior venditor poſſet illam euincere. Sic etiam Nau. & alij dum dicunt vendita re pluris, quàm ſit empta, ſoluto pretio promiſſo, reliquum cedere alijs creditoribus. Tertio ijs quibus bona erant antea expreſsè hypotecata. Quarto por dote, & Fiſco. Præfertur autem dos poſteriori creditori habenti expreſſam hypotecam, vt quia mutauit pecuniam ad emendam, vel reficiendam domum Couar. vbi ſupra per Auth. de æqual. dot: parag. His conſequens eſt, & ex Nouell. 54. lib. 2 quæ expreſſis verbis id ſtatuunt. Molin. diſp. 438. num. 12. Arag. vbi ſupra concl. 4. Sayr. cap. 10. cit. num. 18. Silu. ver Dos. q. 12. & reſt. 6. q. 5. vers. 2. & com. vt teſtatur. Couar. Quinto ijs, quibus bona ſunt tacitè hypotecata, vel Qui prior eſt tempore. Sexto Depoſitoribus rei non extantis. Septimo cœteris pro rata Doct. cit. & com. V. Molin. diſp. 536. Si alicubi peculiari ſtatuto aliter decretum ſit circa ordinē reſtituendi, id ſeruandum, ſecundum eoſdem.

2 Prius reſtituenda ſunt debita ex delicto, quàm ex licito contractu S. Tho. opuſc. 73. c. 18. Salon. vbi ſupra concl 1. Io. Med. de reſt. q. 2. dub. 3. dicto 4. Secundum alios prius ſoluenda debita ex licito contractu iuſto oneroſo, non gratuito; Niſi forte res parta ex delicto extet in ſpecie. Cai. in ſum. ver. reſtitutio c. 8. Nau. c. 17 num. 53. Valent. to. 3. diſp. 5. q. 6 p. vlt. verſ. Quarto, &c. Alij docent nullum eſſe ordinem ſeruandum, ſed illa pari iure cenſeri, eſſeq. debita perſonalia, ſine iure prælationis, & præſertim, ſi res ex contractu accepta apud debitorem non extet. Ita Silu. q. 5. cit. in fi. Ang. reſt. 2. parag. 18. Arag. vbi ſupra P. Nau. lib 4. c. fi. num. num. 41. Azorius p. 3. lib. 4. c. 36. q. 6. Leſſ. lib. 2. c. 15. dub. 2.

4 Vſurarius prius ſoluere debet debita ex licito contractu, quo non eſt factus pauperior, vt emptione, mutuo, &c. quàm Vſuras etiam priores Si vero factus eſt pauperior, vt ex contractu gratuito dotis, donationis, &c. prius ſoluendæ vſuræ Cai. & Nau vbi ſupra. Tu. dic. in primo caſu vt ſupra cum Silu. & alijs.

5 Pius ſoluenda debita certa, quàm incerta Cai vbi ſupra Io. Med. q. 2. art. 5 Silu. reſt. 6. q. 5. Nau. c. num. 47. & com. vt teſtatur Molin. tr. 2. diſp 760. qui tamen ab hac opinione, licèt grauatè diſcedit; aſſerens æqualem locum tribuendum eſſe incertis cum certis, attendendumque eſſe ius, quod habent creditores illi, ad quos ea bona ſpectant; quibuſque reſtitutio fit in pauperibus, & alijs pijs operibus.

6 Qui mutuauit, dedit, aut expendit aliquid pro moderata alicuius ſepultura præfertur alijs creditoribus etiam habentibus expreſſam hypotecam in bonis defuncti Molin. tract. 2. diſp. 235. 526. in fi. & 536. per l. pen. ff. de relig. & ſumpt. fun. V. Azor. p. lib. 4. c. 73 vers. Sexto impenſa funeris, & c. 38. q. 6.

7 Is ex cuius pecunia emptum ſuit prædium præfertur omnibus creditoribus etiam anterioribus modo adſit expreſſa conuentio de ſpeciali obligatione ſibi reſeruata, & pactum de huiuſmodi obligatione facta in ipſo actu Gratian. diſcep. for. c. 670. num. 1. Azor. vbi ſupra vers. Quinto, & c. 37. q. 7.

8 Soluens

c. 670 num. 1 Azor. vbi ſupra verſ. 5. & c. 37. q. 7.

8 Soluens poſteriori in iudicio, vel extra ante alios non peccat. Immo tenetur primo petenti, & diligentiori prius ſoluere, ſi creditori huiuſmodi ſint omnes æquè priuilegiati, aut habentes eandem actionem. Ang. reſt. 2. parag. 18 Ban. 2. 2 q. 62 art. vlt. dub. pen. Roder. in ſum. lib. 1 c. 62. concl. 6 Nau. num. 53 cit. Leſ. vbi ſupra dub. 5 Azor. q. 6 P. Nau. d. ſi. dub. vlt. Molin. verò diſp. 536 num. 34 affirmat poſteriorem, etiam non priuilegiatum, non peccare, ſi accipiat ſibi debita, eſto ſciat id præiudicare alijs creditoribus, quia alia bona omnibus non ſufficiunt, quamuis aliqui eorum gaudeat priuilegio prælationis. Gratian. tamen diſcep. for. c 37 num. 38 docet non liberari huiuſmodi debitorem, idem enim eſſet, ac ſi ſoluiſſet ei, qui non eſt creditor V. Couar. pract. qq c. 19 Azor. vbi ſupra q. 8 e. 36 Tho. Grammat. q. 1 quæ eſt poſt deciſiones

9 Deponens pecuniam in ſacculo obſignatam præfertur omnibus creditoribus etiam anterioribus, quia apud ipſum deponentem manet eius pecuniæ dominium, ideoque ei reſtituenda eſt: ſecus ſi non obſignatam quia eius dominium tranſit in depoſitarium. Azor. p. 3 lib. 4 c. 38 q. 5. Ang. ver. depoſitum. V. eundem reſt. 2 parag. 16 ver. Idem etiam Silu. ver depoſitum q. 10 & reſt 6 q 5 Molin. diſp. 526. num. 9 vbi concedit prælationem tantum in deponente apud nummularium publicum.

QVOMODO

RESTITVENDVM. *Cap. 9.*

1 RESTITVTIO facienda eſt eo modo, quem cauſa cur debetur poſtulat, vt ſi v. g. delictum, ob quod facienda eſt reſtitutio, ſit publicum, vt in Vſurario manifeſto, publicè facienda eſt. Non eſt tamen neceſſe, vt reſtitutio fiat per ipſummet damnificantem, ſed ſufficit, ſi per alium. Si verò delictum eſt occultum & reſtitutio fieri non poteſt ſine famæ detrimento, debet per alium fieri Nau. c. 17. num. 44. Azor. p. 3 lib. 4 c. 35. P. Nau. lib. 4. c. 5 num. 1

Quomodo reſtituendum ſit depoſitum pecuniæ, quando ipſa aucta, vel diminuta eſt, & generaliter de qualitate pecuniæ reſtituendæ, Vide ver. Debitum.

De reſtitutione facienda per Internuntium. V. Commodatum, Debitum.

RESTITVTIO

in bonis ſpiritualibus.

Cap. 10.

1 NOMINE bonorum ſpiritualium intelligitur primo gratia diuina, & virtutes, quibus ipſa augetur, nutritur, & conſeruatur. Secundo ſcientiæ, artes, memoria, fides, doctrina, & omnis alia bona cognitio, & huiuſmodi pertinentia ad naturalem, vel ſupernaturalem perfectionem intellectus.

2 Lædens malo exemplo tenetur ad bonum, non tamen ad aliquam publicam pœnitentiam S. Ant. p. 2 tit. 2 parag. 1. vers. Quantum ad tertium Silu. reſt. 3 q. 1. vers. 5 Ang. reſt. 1. parag. 1 vers. Animam lædens.

3 Qui dolo, & vi alium in peccatum induxit, tenetur ex iuſtitia ad reſtitutionem omni meliori modo quo poteſt. quare tenetur liberum relinquere, ſi per vim detinet in occaſione peccandi: Si metu eſt oppreſſus, ſecurum facere: ſi decepit, veritatem docere: quæ tamen quoniam magis videntur remedia ad cauenda futura peccata, quem ad delenda commiſſa, vl-

terius

Digitized by Google

teriuſtenetur admonere, exhortari, preces ad Deum fundere, ac omni meliori modo dare operam, vt illum ad viam ſalutis reuocet Arag. 2. 2. q. 62. ar. 2 dub. 1. Salon. ibidem cont. 2. concl. 3. Nau in man. c. 14 num. 45 & in c. Noli putare de penit. d. num. 12: & de Simon conſ. vlt. num. 4. Cord. in ſum. q. 172 Sayr. cla. lib. 11 c. 1. num. 12 & com. Non tamen tenetur facere compenſationem in temporalibus, niſi quando ſpirituali damnó adiunctū eſt damnum temporale, aut cum vi, & fraude in eum peccati ſtatum alium induxiſti, à quo fine temporali ſumptu eripi non poteſt, vt ſi fœmina alterius libidini ita ſit expoſita, vt reuocari non poſſit, niſi matrimonio copuletur Arag. vbi ſupra num. 17 Si verò ſine vi in peccatum induxit, tenetur tantum ex charitate monere: ille enim hoc caſu voluntariè peccauit. Doct. cit.

4 Lædens in bonis ſecundi generis tenetur reſtituere omne damnum inde ſecutum; vt ſi quis ex officio v g. aut ſtipendio tenetur docere, & ex eius negligentia ignorantem diſcipulum paret; idq; amplia in omnibus ſcientijs, & artibus Sayr vbi ſupra dub. 3 Qui verò errores diſſeminauit, tenetur errorem illum reuocare, verumq; docere idq; ex iuſtitia, ſi ſcienter id fecit. Lædens verò in naturalibus, vt memoria, cæteriſq; potentijs, vt ſi quis potione aliquem demétauit, reſtituere debet ſicut in alijs corporalibus Ang. vbi ſupra Sayr dub. 3

4 Qui religionem ſpogliauit vi, aut fraude perſona valde vtili, ſiquidem ingreſſurum, aut iam nouitium, tenetur primo ad dimittendum eum liberum, & ad ſuadendum ingreſſum. Sot de iuſt. lib 4 q. 6 art. 3 Arag. 2. 2. q. 62 ar. 2 Secundo tenetur ad arbitrium boni viri reſtituere religioni quanti valebat ſpes illa temporalis commodi, quod ex ipſius hæreditate, donatione, vel induſtria expectabatur, Leſſ. lib. 2 c. 8 num. 15 Arag. vbi ſupra ad 4 Salon. ibidem contr. 3 concl. 3 Azor. p. 3 lib 5 c. 15. concl. 4. licet Sayr. cla. reg. lib. 11 c. 1 num. 3 neget de ingreſſuro. Si verò illa perſona erat profeſſa, tenetur reſtituere quod religio illa patitur tam in bonis induſtrialibus, quàm hæreditate, &c. Doct. cit. Non tamen tenetur, vel alium eius loco ſubſtituere, vel ipſe intrare. Leſ. tamen dicit de æquitate tantum teneri alium inducere, ut ſic quoquomodo illatum damnum compenſet, & P. N. lib. 2 c. 2 docet quòd ſi ille in animo habet, & eius conſilio efficaciter ingredietur, tenetur ex iuſtitia inducere. Quare reiicienda opinio Silu. reſt. 3 q 1 S. Ant. p. 2. tit. 2 c. 2. parag. 1 & aliorum affirmantium retrahentem profeſſum teneri tradere ſeipſum, aut alium, & Nau c. 12 num. 44. docentis teneri ad inducendum alium, niſi fortè iuxta opinionem P. Nau. & de æquitate quadam. De impediente volentem ingredi Vide infra excom. non reſer. num. 27.

RESTITVTIO BONORVM CORPORIS.

Cap. II.

1 INiuſtè hominem occidens, tenetur primo alere familiam occiſi, quam ipſe proprio labore ſuſtentabat com. Nomine autem familiæ Arag. 2. 2. q. 62 ar. 2 ad primam Salon. ibidem contt. 7. concl. 1 Leſſ lib. 2 c. 9 num. 154. Sot. lib. 4. q. 6 ar. 3. intelligunt eos tantum, quos occiſus ex iuſtitia alere tenebatur, ut Patrem, Matrem, filios, Vxorem; non autem eos, quos alebat ex liberalitate; ſi enim interfectus non tenebatur, ergo nec interfector. Azor. p 3 lib. 5 c. 3. q. 11 P. Nau. lib. 4 c. 1. dub 10. M. Nau. c. 15. num. 24. cenſent hos etiam alendos, quod contra iuſtitiam impediti ſint ab illis alimentis, licèt ex ſola liberalitate alerentur. Non tamen ijs faciendam eſſe reſtitutionem in totum. Quomodo autem ſint taxanda, quæ occiſus, vel mutilatus erat lucraturus, vide

vide apud Azon. in ſum. Inſtit. de oblig. quæ ex quaſi del. Sayr cla. reg. lib. 12 c. 2 num. 15. Non excuſat autem à reſtitutione, quod damnificati aliunde habeant vnde viuant, vt voluit Mai. in 4 d. 15. q. 19 id enim parum refert ad æqualitatem iuſtitiæ commutatiuæ, Sot. & Arag. vbi ſupra. Reſtitutio in prædictis caſibus facienda eſt arbitrio boni v ri, ſecundum diuerſitatem damnorum, lucrorum, perſonarum, &c. P. Nau. vbi ſupra num. 72. etiam cum magno damno rerum ipſius homicidæ, qui tamen non eſt in extremam pauperiem redigendus Sot. vbi ſupra Salon. ar. 2 cit. contr 6. Secundo tenetur etiam ad expenſas in Chirurgis, medicis, medicinis, cibis carioribus, & alijs quæ rationabiliter inſumpta ſunt in eius curatione, attenta qualitate occiſi, Sic præter Doct. cit Silu. reſt. 3. q 2 Couar. 2 var. res c. 10 num. 7. Detrahendæ tamen expenſæ, quas occiſus aliàs feciſſet in cibo, & potu. Leſſ. & P. Nau. vbi ſupra Sayr. num. 4. Tertio tenetur ad lucrum ceſſans; quod tamen P. Nau. num. 98. ita limitat, quod ſi illud fiat de præterito, totum debeatur, nec deducendi labores, vt voluit Mai. vbi ſupra, quem meritò impugnant Sot. Arag P. Nau. Beia p 2 caſ. 43. & alij quia ſi occiſus labore ſe, ſuamq; familiam ſuſtentabat dépto labore, nihil eſſet reſtituendum, quod eſt abſurdum vers. ſed Secundus iam oritur; Si verò lucrum ſit de futuro, facienda eſt reſtitutio. non in totum, ſed arbitrio boni, viri quanti ſpesilla valere poteſt, quidquid M. Nau. Couar. & alij in contrarium dicant. Ad expenſas funeris, licet Nau. num. 21. affirmet teneri; Verius tamen alij communiter docent non teneri non enim eſt damnificatus, cum illæ omnino faciendæ eſſent, ſi ille naturaliter moreretur.

2 Punitus pœna corporali pro homicidio, tenetur nihilominus hæredibus occiſi ad damna, & intereſſe Arag. Nau. Couar. Leſſ. Sayr. vbi ſupra Azor. verò q. 4. cenſet non teneri niſi ad expenſas in curatione morbi iuxta ſupradicta. Salon. vbi ſupra contr. 10. concl. 1. docet quòd ſi homicida ſuſpendatur parte læſa inſtante, nec volente remittere, non tenetur aliquid reſtituere, cum reddat æquiualens, ideſt vitam pro uita. P. Nau lib. 4 c 1. num. 83. & ſeq. docet huiuſmodi homicidam ad nihil teneri ratione iniuriæ, ſed tantum ad damnumdatum. Leſſ. ubi ſupra dicit, quòd ſi hæredes occiſi præter pœnam tallionis exigant aliam compenſationem pro damnis, ad illam tenentur hæredes homicidæ; pœna enim tallionis exigitur pro iniuria. damnum autem datum per huiuſmodi pœnam non eſt reparatum. Supradicta intellige etiam de uulnerante, uel mutilante, eadem enim ratio. Et hæc uidetur uerior.

3 Vulnerans non tenetur de fœditate relicta ex cicatrice l. fi. ff. de his qui deiec. uel effud Nau. c 15 num. 20 P. Nau. num. 80 & ſeq. Leſſ. lib. 2 c. 9. dub. 23. Niſi ex ea naſcatur damnum temporale, ut ſi deformata ſit fœmina, & propterea maiori dote indiget, tunc enim debet augmentum Couar. 2. var res. c. 10 num. 7. vers. 4 in fi. P. Nau. num 90. Alij tamen vt Salon. 2. 2. q. 62. ar. 2. con. 12. Azor. p. 3. lib. 5 c. 3. q. 3 Arag. ar. 2. cit. verſ. Supereſt ergo, docent aliquid eſſe pro iniuria reſtituendum: pulchritudo enim, & corporis decentia eſt quoddam bonum corporale.

4 Iniuſtè in carcerem conijciens tenetur etiam de iniuria; patitur enim iniuſtè maximam moleſtiam Nau. vbi ſupra num. 12. Salon. loco cit.

5 Petrus occultè occidens Antonium, ex cuius homicidij occaſion. Ioannes coniectus eſt in carcerem, & condemnatus, ad nihil tenebitur Ioanni, niſi ea intentione occidiſſet, vt damnum illi inferret Lopez p. 1 inſtruc. c. 65. Cord. in ſum. q. 174 Quòd ſi ſciebat ea de cauſa Ioannem condemnandum, etiam ſi abſq; illa intentione occidiſſet, tenetur ad expenſas curationis, & alia damna ad quæ Ioannes condemnatus eſt Azor. vbi ſupra dub. 10. Nau. c. 15. num. 17. Roder. in ſum. p. 1 c. 139. num. 9 Salon. vbi ſupra contr. 6. concl 3. P. Nau. lib 2 c . num. 79. Cordub vero in ſum. loc cit. docet Petrum teneri ad omnes expenſas curationis ad lucrum ceſſans, & ini uriam

iniuriā,ſiue præuiderit,ſiue nō;fuit enim omnium horū cauſa culpabilis. V.Leſſ.vbi ſup. dub.16

6 Occidens in ſui defenſionem, ſed cauſam dans aggreſſuræ, tenetur arbitrio boni viri Silu. reſt.3.q.2 verſ.2. Alij tamen communiter docent ad nihil teneri. ſic Ban.2.2.q.64.art.7 dub 1 concl.3 ibidem contr. 1 concl.2. P. Nau. lib.2 c.3. à num.302. Sayr. cla. reg. lib. 2. c. 10 num. 24. Leſſ.lib.2 c.19.dub.15. Limita primo niſi taliter dediſſet cauſam, vt licitè impugnaretur, vt cum ob crimen capitur à miniſtris iuſtitiæ. Secundo niſi ſufficienter præuiderit ſecuturam huiuſmodi mortem: cum enim poſſet, & teneatur non committere peccatum periculoſum, id volendo, voluit & conſequens, ideſt homicidium. Leſſ. vult non peccare huiuſmodi homicidam, ſi iam conſtitutus in tali periculo inuaſorem occidit cum debito moderamine: quod verum eſſe poteſt circa reſtitutionem, non circa reatum homicidij. Nau.c.15.num.17 & Azor. vbi ſupra q.8. volunt huiuſmodi occidentem teneri ad omnia damna, quia fuit in graui culpa. Sed id meritò ab alijs improbatur.

7 Si tuo falſo teſtimonio cum culpa alium conieciſti in vitæ periculum, teneris illum liberare, etiam cum tuæ vitæ periculo Cord. in ſum. q. 17. & 174. Io. Med de reſt. q.2, c. 4 ad 4. Sot. de iuſt. lib. 4 q.6 ar.3. dub.3 P. Nau. vbi ſupra num.252. Salon. vbi ſupra Leſſ. lib.2.c.30. dub. 7. Azor. p.3. lib.5.c.9. q. 12. lib. 13. c. 28. dub. 10. Sayr. cla. reg. lib. 12. c. 19. dub. 2. & com. Quare tenetur retractare dictum ſuum, etiam cum propriæ vitæ periculo, etiam vbi illa retractatio nihil eſſet profutura, vt quia per alios teſtes conuincitur: Niſi tamen id facere poſſis conſtituens teipſum in loco tuto, ſic Salon. & Azor. cit. Sed melius Leſſ. & Sayr. Si iam aliorum teſtimonio reus erat conuictus, tuumq; dictum accedens nihil efficit, non teneris. Si verò fuiſti cauſa falſi teſtimonij aliorum, illis nolentibus te retractare, teneris eos manifeſtare, etiam cum tuæ vitæ periculo. P. Nau. vbi ſupra num. 253. Cord. verò q. 174. cit. docet non teneri ſe retractare cum vitæ periculo, vbi alia quacunq; via poſſit innocentem liberare, & hoc verum eſt. Si caruiſti culpa vt quia ex ignorantia non culpabili, vel obliuione falſum dixiſti teſtimonium, teneris non ad damna, ſed tantum retractare, ſine tuo tuo tamen magno periculo P. Nau. Sayr. Leſſ. vbi ſupra Cai. 2.2. q 70. ar 4. Reginal. lib. 21. num. 46.

8 Virginem volentem, ac vltrò conſentientem violans ad nihil tenetur Nau. c.16. num.16. & de cland. deſp. conſ.3 Vict. in ſum. num 268. Ban. 2. 2. q. 62. ar. 2. ad 2. & 3. Silu. ver. Luxuria q. 5. S.Ant. p.2. tit.5.c.6. parag. 1. Azor.p.3. lib.5.c.5 q.9. Leſſ. lib 2 c.10 dub. 11. Salon.2.2.q.62.ar.2 contr.5 concl.1 P.Nau. lib. 2 c.3 num.435. Sayr. cla. reg. lib.11. c.3 dub. 12. Suar. to. 4. diſp. 21. ſect. 4. circunſt.2. Niſi forte aliquid promiſerit pro copula Sot. lib. 4. q. 7. art. 1. ſcienti enim, & liberè conſentienti non fit iniuria, c. Scienti de reg. iur. in 6.

9 Si autem vi, aut fraude, & dolo violauit, tenetur arbitrio boni viri Nauar. de conſang. conſ. 5. in fi. Satisfacit verò, ſi tantum det, quantò pluris eget corrupta ad inueniendum virum ſibi æqualem, ac ſi eſſet virgo. ſatisfacit enim reparando damnum quod dedit, id autem eſt augmentum illud. ſic Couar. in reg. Peccatum p.2 parag.3 num.7. Ban. vbi ſupra dub.7 concl. vult. Sayr. & Leſſ. vbi ſupr. Salon. concl.5 Nau. in man c.16 num. 7. Sanchez de matr. lib.1 diſp. 10. nū. 15. Cord in ſum. q.5 a.

10 Si importunis precibus, & blanditijs, aut etiam donis violetur, violans ad nihil tenetur, niſi preces illæ ſint armatæ Roder. lib 1. ſum. c 208. concl.3. Azor. vbi ſupra q.2. P. Nau. c. 3. c t. num 445. Leſſ. vbi ſupra dub.2 num. 14. Sayr. vbi ſupra c.2. num. 28. preces enim importunæ non æquiparantur metui, niſi in Tyranno, & in eo, qui ſemper ſolet minas ſuas executioni mandare Pan. in c. Cum inter de elect. & in c. 2. quod met. cau. Alter to. 1. lib. 5 de cenſur. diſp. 17. c. 1. Igitur

Digitized by Google

reijcienda eſt opinio Nau. c. 16 num. 17. Cord. lib. 1 qq. q. 13. Salon. vbi ſupra, concl. 3. affirmantium teneri ad reſtitutionem tum Virgini, tum parentibus. Vide Sanchez de matr. lib. 4 diſp. 10. & ſeq. Molin. tract. 3. diſp. 106. concl. 2.

11 Si fictè promiſit ſe ducturum, vt extorqueret copulam, tenetur ducere, Nauar. c. 17. num. 18. Azor. Leſſ. Sayr. vbi ſupra. Optimè Sanchez de matr. lib. 1. diſp. 10 à num. 3. vbi multis citatis, aſſerit huiuſmodi decipientem non poſſe ingredi religionem. Excipe primo ſi ſint valdè impares, idq; ipſa ſciebat; quia facilè poterat ſuſpicari ipſum ſimulatè agere; tenetur tamen ad damna. Si verò ignorabat, nec exterius habuit aliquam cauſam ſuſpicandæ fraudis, tenetur eam ducere, ſi ipſa velit, P. Nau. Leſſ. Sayr. & com. Secundo ſi ex alijs coniecturis facilè deprehendere poterat fictionem; quia potius dicendum eſt ipſam fingere ſe deceptam. An autem hoc caſu teneatur ad dotem Cord. & Nau. affirmant, quod illa quidem conſenſiſſe videatur in fraudem de accipiendo in vxorem, non autem in neganda competenti dote, Leſſ. verò, & alij negant, quia ſi facilè aduertere potuit fictionem, ſibi imputet. Tertio ſi ex huiuſmodi matrimonio timeatur ſequi ſcandalum, inimicitiæ, &c. Quarto ſi ſit legitimè impeditus, vt ſi ſit ſacris initiatus, aut cum alia contraxit de præſenti, vel ſuperuenerit affinitas; & in his caſibus ſufficit damnum reſarcire. Quinto ſi velit ducere, & ipſa eiuſuè Pater recuſauerit, niſi forte recuſetur, quia ſunt valdè impares, aut alia iuſta cauſa Roder. in ſum. lib. 1. c. 208 concl. 1. tunc enim tenetur ad dotis augmentum, vbi illa ignorabat imparitatem. Sanchez tamen vbi ſupra num. 15. Rebell. p. 1. lib. 5 q. 8. num 16. docent ad nihil teneri, ſi abſq; legitima cauſa recuſetur; non enim tenetur niſi eam ducere, vt promiſit. Sexto ſi putabat Virginem, & inuenit corruptam Azor, & Leſſ. vbi ſupra, Rebell. num. 17. Niſi infamaſſet, cum reputaretur virgo; tunc enim tenetur ad damna arbitrio boni viri P. Nau. num. 449. Leſſ. vbi ſupra Sanchez. num. 12. Azor. q. 12. Nau. num. 19. Septimo ſi ea Virgo poſtea cum alio fornicetur, quia tunc nec ducere, nec dotare tenetur Leſſ. vbi ſupra, Azor. q. 6. Niſi antea fuerit illa obligatio mutata in obligationem pecuniariam Leſſ. vbi ſupra.

12 Violans Virginem vltrò conſentientem non tenetur Patri aliquid reſtituere, pro iniuria Sanchez de matr. lib. 7. diſp. 14. num. 11. & com. Si verò vi &c. ratione damni in temporalibus, tenetur ipſi virgini, & parentibus P. Nau à 437. Sayr vbi ſupra, qui id ampliat vbi etiam illa æquè bene nupſit, quod re vera paſſa ſit damnum, & periculum fuit aut non ita benè nubendi, aut patiendi moleſtiam à marito vitium depræhendente. Aut Nau c. 16. num. 17. & 29. Azor. q. 10. Leſſ. num. 15. P. Nau. à num. 450. docet nihil eſſe reſtituendum, ſi maritus non depræhendit aut non curauit. Verum eſt tamen, ſecundum eoſdem, quod ſi poſtea maritus depræhenſo vitio illam male tractaret, aut dereret, tenetur violator arbitrio prudentis.

13 Acceptum pro virginitate ſecundũ Leſſ. non eſt reſtituendum, quamuis periculum, quod timbatur non obueniat, & nõdum ſolutum poteſt exigi. P. Nau. à num. 454. docet pretium acceptum retineri poſſe, & nondum ſolutum exigi. Non promiſſum verò, aut nondum acceptum non teneri violatorem dare, poſtquàm illa æquè bene nupſit, ſi aliud damnum non patiatur.

14 Quod c. 1. de adult. & ibi Pan. Hoſt. in ſum eo tit. S. Tho. 2. 2. q. 154. art. 6. ad 3. & alij docent violantem Virginem teneri ad dotandum, & ad ducendum, intelligendum eſſe in foro exteriori poſt ſententiam, vt docent Silu. Leſſ. & alij cit. Couar. de ſponſal. p. 2. c. 6. parag. 8. num. 15.

DE RESTITVTIONE BONORVM EXTERNORVM

Cap. 12.

DE FAMA.

V. Iniuria.

1 FAMA eſt communis, & clara opinio, eſt æſtimatio bonæ, & inculpatæ vitæ quam de aliquo habent homines Arag. 2,2.q. 62 ar. 2 Sot. lib. 5 q. 9. art. 1. Vel ſecundum communem. Eſt illæſæ dignitatis ſtatus, lege, & moribus comprobatus in nullo diminutus Silu. ver. fama num. 3.

2 Honor eſt reuerentia alicui propter aliquam excellentiam, ac potiſſimum propter virtutem exhibita. Sot. vbi ſupra.

3 Reuelans venialia non peccat mort. nec tenetur reſtituere, cum per huiuſmodi non lædatur fama Silu. ver. detractio q. 1 Ang. eo parag. 2. & alij quos refert, & ſequitur Sayr cla. reg. lib. 11. c. 3. dub. 2. & c. 6 dub. 1. Niſi referantur venialia ex conſuetudine facta ratione perſonæ, vt ſi de Epiſcopo, aut religioſo, aut de alia graui perſona, idemq; in mendacio ratione nocumenti. Arag. vbi ſupra q. 73. ar. 2 dub. 4. P. Nau. lib. 2. c. 4 dub. 5 Leſſ. lib. 2. c. 11. dub. 3.

4 Narrans defectus, qui in bonam, & malam partem interpretari poſſunt, non peccat, mort. Ang. Silu. vbi ſupra S. Ant. p. 2 tit. 8. c. 4. ante parag. P. Nauar. vbi ſupra dub. 6. Leſſ. dub. 3 cit. in fi. fieri tamen poteſt mortale ratione dignitatis perſonæ, de qua dicuntur, aut cui dicuntur, quia ſcilicet in malum interpretantur, aut ratione damni P. Nau. & Leſſ. cit. Arag. vbi ſupra dub. 6. Sayr. lib. 10. c 6. num. 9 Nau. c. 18. num. 24.

5 Infamans ſeipſum peccat mort. & tenetur ad reſtitutionem etiam ſi id faciat vi tormentorum, ſecundum Caiet. 2. 2. q. 73. art. 3 & in ſum. ver. Detractio, ea ratione, quod non ſit dominus propriæ famæ. Communis tamen ſententia contrarium docet, quod homo ſit dominus propriæ famæ, nec teneatur cum tanto cruciatu famam, aut vitam ſeruare. Silu. ver. detractio q. 3 P. Nau. vbi ſupra dub 1. Leſſ. c. 11. cit. dub. 6 & 7. Sot. lib. 5. q. 10. ar. 2. Couar. 1. var. res c. 2. num. 8. Azor. vbi ſupra c. 6 dub. 3 Sayr. cla reg. lib. 11. c. 3 dub. 7 qui tamen cum Arag. 2. 2. q. 62. de dominio, vers. De illo autem qui metu, & Sot. vbi ſupra docet peccare mort. ſi iurauit dicere veritatem, quia periurat. Item ſi falsum crimen alijs im poſuit Sayr. P. Nau. Sot. Leſſ. vbi ſupra Salon. 2. 2. q. 74 ar. 1 contr. 3. quo caſu tenetur ſe retractare, etiam cum vitæ periculo, vbi alteri ſimile periculum imminet Azor. vbi ſupra q 11. Non verò quando alteri tantum imminet periculum famæ, cum vita ſit pretioſior fama Nau. c. 17 num. 8 & ſeq. & c. 18. num. 47. Cai. 2. 2. q. 62 ar. 2. Niſi infamia ſit maxima, vt ſi propter hæreſim, & crimen læſæ maieſtatis alteri impoſitum maneat eius familia, vel poſteritas infamis, cum alioqui ſit illuſtris. Sot. de iuſt. lib. 4 q. 6 ar. 3. Couar. in reg. Peccatum p. 2. num. 6 & ſeq. & alij quos refert Azor. vbi ſupra. Item ſi ſibi imponat crimen grauiſſimum, vt hæreſis, proditionis, vitij nefandi: eſt enim hoc maxima occaſio ſcandali, & iniuriæ vel fidei, vel ſuæ familiæ, in cuius famæ præiudicium non poteſt ob tormenta ſibi ſalſum crimen imponere Nau. c. 18. num. 28. Sot. & Salon. vbi ſupra. Item quando cedit in ſcandalum proprium, vel alienum; vt ſi propterea ſibi, alijſuè detur occaſio liberius peccandi. Salon. vbidem. Aut niſi ſit Prælatus, & cui incumbit aliorum ſaluti prouidere S. Tho. 2. 2. q. 72 ar. 2 Silu ver. fama parag. 5. & com. Aut niſi eius infamia redundet in aliorum infamiam, vt eſt Religioſus Nau. vbi ſupra. P. Nau. num. 127. Et quando infamia præponderat tormentis, vt ſi inde bonum publicum notabiliter læderetur. Leſſ. num. 50 Si extra torturam ratificet; ob quod damnatio

ad mortem ſequenda ſit, peccat mortaliter Arag. 2. 2. q. 62. de dominio. Azor. p. 3. lib. 5. c. 9. q. 11. Niſi prudenter metuat ſe iterum torquendum. Silu. Ang. vbi ſupra Leſſ. dub. 7. cit. num. 44. P. Nau. num. 134. Nec tenetur retractare in extremo vt volunt Ang. & Silu. Pan. in c. Ex parte 2. de ſepult. & c. 1. de teſt. cog. vbi Fel. Niſi putet ſe profuturum (quod tamen ordinariè nihil prodeſt) Leſſ. vbi ſupra Azor c. 6. cit. aut niſi alijs falſum crimen impoſuit. Ang. & P. Nau. ubi ſupra.

6 Remittere famæ reſtitutionem non poteſt is, per cuius infamiam læditur Reſp. Nau. vbi ſupra num. 43. Azor. q. 15. An verò valida ſit remiſſio facta à perſona publica, Sot. vbi ſupra, & P. Nau. num. 390. affirmant. Negat Arag. 2. 2. q. 62. ar. 2 dub. 5. dicto 3. Salon. verò ar. 2. cit. contr. 23. docet quod ſi Prælatus, & perſona publica velit perſeuerare in officio, peccabit contra iuſtitiam remittendo reſtitutionem famæ, & infamans tenebitur nihilominus reſtituere; eſt enim fama illa ſubditorum, ſibiq; neceſſaria, cui iuri Superior cedere non poteſt. qua ratione non poteſt Pater reſtituere reſtitutionem famæ, quando ipſa familiæ, ac filijs eſt neceſſaria. ibidem.

7 Subdito, aut alij infamato, ſi fama non proueniebat immediate ab ipſo remittente, ſed aliunde ex rebus à ſe geſtis, vel maiorum ſucceſſione, inualida eſt remiſſio: Nam filij, & familia ius perfectum habent in illam famam, quo per Superioris remiſſionem ſpoliari non poſſunt. Si verò proueniebat ab ipſomet remittente, valida eſt remiſſio, ipſe enim ſolus eſt dominus P. Nau. vbi ſupra num. 393. Cord. ad Sot. de teg. ſecr. memb. 4. q 3. concl. 14. dub. 1. & alij.

8 Falsò tibi crimen obijcienti potes dicere eſſe mendacem, & calumniatorem Silu. reſt. 3 q 3 Azor. p. 2. lib. 5. c. 9. q. 8. aſſerens de com. Immo ſi probare poſſis, potes prodere eius crimen licet occultum ad infirmandum eus teſtimonium, quamuis ille verum dixerit, ſed non ſeruato iuris ordine Salon. 2. 2. q. 70. ar. 3 cont. 1 concl. 3. & 4. Leſſ. lib. 2. c. 3. duq. 2. P. Nau. vbi ſupra num. 350. Ban. & Arag. art. 3 cit. Roder in ord. iudic. c. 8. modò crimen verum obijcias, quod etiam fatetur Cai. in ſum. ver. reſt. c. vlti. caſu 2 & 2. 2 q. 63 art. 2. in reſp. ad 4. vbi Arag. dub. 4. concl. 4. quidquid Ban. vbi ſupra, & aliqui ex recentioribus Thomiſtis, vt refert Salon. vbi ſupra dicant obijci poſſe teſti falſo crimen falſum: eſt enim mendacium pernicioſum, & illicitum. Limitant Secundo Sot de iuſt. lib. 4 q. 6 ar 3 & lib. 5. q. 7 ar. 3 q. 9. ar. vlt. Tolet. lib. 5 c. 59 Salon vbi ſupra, modò illa tantum crimina manifeſtentur, quæ faciunt ad inualidandum eius teſtimonium. Limitant Tertio Leſſ. & Salon. modò id ſit medium neceſſarium, nec poſſit alia commodiori via ſe defendere, alioqui non eſſet iuſta defenſio cum moderamine.

9 Quod autem appellaus calumniatorem ad nihil tenetur, præter Doct. cit. aſſerit Pan in c. 2 num. 5. de calumn. quòd in iure accuſator probare non valens dicatur calumniator glo. in d. c. 2 ver. calumniari. Folin. in 1. & 2. de calumn. vtrobique num. 4. fallit tamen.

Primo quando quis accuſat ex neceſſitate officij, vt in Tutore.

Secundo quando id facit, vt hæres vindicans necem defuncti.

Tertio quando propter immenſitatem delicti, vt cum quis accuſatur de crimine leſæ maieſtatis.

Quarto quando accuſatus iam laborabat infamia delicti

Quinto Si audiuit à fide dignis

Sexto ſi teſtes deceperunt accuſatores nolentes teſtificari, cum prius promiſiſſent

Septimo Quando accuſator ſemiplene probauit. In his enim, & ſimilibus caſibus, licet quis deficiat in probatione, non præſumitur calumniator, niſi aliunde conſtet Pan. loco cit.

10 Non eſt mortale prodere alienum crimé vni, vel duobus quibus dicere perinde eſt, ac ſi nulli diceretur, ſi non eſt periculum

periculum

riculum euulgationis Nau. c. 18. num. 33 Ca.2.2. q.73 ar. 2. P.Nau·lib 2 c.4.dub. 10. & num. 27· Alij tamen vt Arag. & Ban. ar. 2 cit· Leſſ. lib. 2. c. 11 dub. 11, Azor. p· 3 lib· 5 c. 9 q. 2 & lib. 13. c. 6 dub. 5 Sot. de iuſt. lib. 5 p. 10 ar. 2 & de teg. ſecr. memb. 3. q. 4. dub. 5. poſt 4. concl.Valent. to. 3 d ſp. 3. q· 10. p. 5. verſ. tertio controuerſū. Salon.ar. 2 cit. cent· 1. conclus.& alij communiter dicūt eſſe mortale: grauius enim quiſque fert crimen ſuum detegi vni viro probo, quàm quatuor plebis.

11 Hiſtorici non peccant narrando alicuius mala non omnino occulta, niſi talia ſint, quæ illi, eiuſue poſteris futura ſint dedecori, & ſit perſona Illuſtris. Sot. de teg. ſecr. memb. 2 q. 1. in fi. Sayr. cla. reg lib. 11. c. 6· num. 19. Si tamen huiuſmodi delicta publica erant cum ſcribebantur, & vtilitas poſterorum præponderat infamiæ, &c. non peccant, Salon. vbi ſupra contr. 3. concl. vlt.ad 4

12 Infamanti alium ſi non reſiſtas cum poſſis ſine tuo magno damno, peccas mort. Niſi forte id facias ex negligentia, timore, aut verecundia; tunc enim plerumq; eſt veniale Mortale verò cum ex eo quòd non reſiſtis ſequitur maximum aliquod periculum, vel infamiæ, vel rerum, &c. aut cum auditio eſt velut cauſa, vel concauſa huiuſmodi periculi; & hic tenetur ad reſtitutionem, ſicut de inducente: aut cum in animo tuo ita dominatur timor, vt charitati fraternæ præponas humana S. Tho. 2. 2. q. 73. art. vlt. vbi Cai. Arag. & Salon. P· Nau. lib. 2. c. 4 dub. 11. Leſſ. lib. 2. 11. dub. 4 Ang. ver. detractio parag. 5 Silu. eo. q. 2. Nau. c. 18. num. 37. Cai. in ſum. ver. detractio, Sayr. vbi ſupra c· 7. à num. 37·

14 Si ſis ſuperior, & perſona publica, Prælatus. Paterfam· ſiue dominus, non prohibendo cum poſſis, etiam cum aliquo tuo incomodo, ſi detractio ſit mortalis, peccas mortaliter, ſiue alij tuum ſubditum infament, ſiu: ſubditus infamet alienum, ad id enim teneris ex officio Cai. Arag. Salon. P· Nau. Sayr. vbi ſupra, licet Sot. lib. 5. q. 10. ar. 4. & Leſſ. vbi ſupra dub. 14. dicant. Prælatū non impedientem eum, qui ſubdito ſuo detrahit, non peccare contra iuſtitiam; niſi illa fama neceſſaria ſit bonæ vitæ, ſaluati ſpirituali ſubditi.

14 Infamans, ſi poteſt famam læſam reſtituere ſufficienter, tenetur in æquiualenti, Ang. ver. detractio parag. 3. & conſequenter tenetur retractare, & ſi opus ſit, iurare, teſtes adhibere, alijsq. vti remedijs, quò læſa fama reparetur. Salon. 2. 2. q. 62 ar. 2 contr. 3. Sot. lib. 4 q. 6 ar. 3. ſufficit autem obtinere remiſſionem quā infamatus facere poteſt, vt præter Auct. cit. docet Nau. c. Inter verba concl. 6. coroll. 71. Quod tamen limita ut ſupra uers. Remittere, &c.

15 Reuelare licet alterius crimen ad illius vtilitatem c. Hoc uidetur 22. q. 5. ut cum v. g. quò frater corripiatur, ſeruatur ordo euangelicus S. Tho. 2. 2. q. 73. ar. 2 & ibi Cai. & Salon. concl. 1. contr. 2 & q. 62. art. 2. contr. 11. Silu. ver. detractio q. 1. Ang. eo parag. 3· Sot vbi ſupra. Item vt alij caueant, ut ſi ſit fur, aut Medicus imperitus, ut amicum moneat, ut ab illis caueat, Leſſ. lib. 2. c. 11 dub. 9 Sot. ubi ſupra Nau. concl 6. coroll. 69 initio. Item ut alij pro illo orent Nau. ibidem num. 454. Reuelare ex inconſiderata loquacitate, aut in re leui, non eſt mortale; niſi fama inde notabiliter lædatur. præcipue in pertinentibus ad honeſtatem morum. S.Thom. Silu. Ang. vbi ſupra Sot. lib. 5. q· 10. ar. 2

16 Infamans hic alibi infamatum non peccat mort. nec tenetur reſtituere ſecundum Cai. opuſc. 17. reſp. 9. ad 3. Nau. c. 18 num. 26 & de temp. ord. conſ. 23. in nou· cum ille amiſerit ius ad famam. Alij contra ſentiunt, inter quos Adr. quod lib. 11 q. 1 quia ubi ignoratur delictum habet illæſam famam. Alij, ut Sot. ubi ſupra Salon. q. 62 ar. 2. cont. 3 docent quod ſi delictum ſit publicum cum auctoritate publica, & ille non eſt emendatus, reuelans nō peccat mort. niſi malo animo id faciat: ſi verò ſit emēdatus peccat mort. nō

ta-

tamen tenetur ad reſtitutionem. Sed verius docet Tolet. lib. 5. c 65. teneri reſtituere, quia per Iudicem ablata fuit fama antecedens, non autem ſequens; vnde vere poſſidet bonam famam, quam qui aufert, contra iuſtitiam facit. Ampliat Nau. in man. c. 18. num. 26. &c. Inter verba concl. 6. coroll. 68: vt etiam id liceat citra peccatum, quando crimen eſt notorium ſiue de iure, ſiue de facto. Salon. vbi ſupra concl. 2. Silu. ver. Detractio q. 1. dicunt peccare contra iuſtitiam, niſi probabiliter credatur ſtatim eò peruenturam notitiam eorum, aut niſi ſint notoria ei, cui dicuntur, quod etiam docent P. Nau. lib. 2. c 4 dub. 2. & Sayr cla. reg. lib. 11. c. 6 dub. 10. num. 26. & addit Salon. eſſe peccatum mort. ſi ille iam ſit emendatus, & crimen non eſt ex atrocioribus, vt hæreſis, proditionis, &c. aut non eſt publicum auctoritate publica. Si verò eſt publicum ſolum per rumorem viciniæ, & loci, peccat contra iuſtitiam. Item vt ait P. Nau. cum damnum notabile infertur, vt quia plus notabiliter peccatum publicatur, vel in alijs rebus V. Nau. coroll. cit. Salon. vbi ſupra contr. 18. Azor. p 3. lib. 13 c. 6 dub. 8. Valent. to. 3 diſp. 5. q. 17. p. 3 dub 2.

17 Audita referens non peccat mort. nec tenetur reſtituere, niſi referat augendo, vel affirmando, aut niſi auctoritas perſonæ cum additione aliquorum rem certiorem facientium, aut aliud huiuſmodi, iuſtam credendi occaſionem præbeat. aut niſi credat audientes facilè credituros Nau. c: 18. num. 36 & 50. Cai. 2. 2. q. 73. ar. 2. S. Ant. p. 2 tit. 2 c. 2. parag 3. P. Nau. vbi ſupra dub. 9 Azor. p. 3 lib. 5 c 9. q. 10. Leſſ. lib. 2 c. 11. dub. 5. Silu. ver. detractio q. 1. Ang. eo parag. 2. & com. Non tenetur ad reſtitutionem, vt docent Cai. & Leſſ. quia non dedit iuſtam cauſam credendi: Niſi ea crimina eſſent grauiſſima, vt hæreſis, &c. licèt faciat hæſitando, tunc enim cum noceat in re graui, peccat mort. & tenetur ad reſtitutionem Leſſ. & Salon vbi ſupra, & q. 74 ar. 2 art. 2 contr. 2. concl. 3 Sayr. vbi ſupra dub. 7. P. Nau. dub. 2 cit. Alij vt Sot. lib. 4 q. 6. art. 3 & lib. 5. q. 10. ar. 1 & Salon. q. 62. ar. 2 contr 22. concl. 4. volunt huiuſmodi referentem occulta crimina fratris, quamuis audita, ignorantibus illa, non ſolum peccare. ſed etiam teneri ad reſtitutionem quod ego concedo iuxta primam opinionem Nau.

18 Reuelans eius crimina, qui de eis ſolet gloriari, non peccat mort. nec tenetur reſtituere, quia non læditur fama Cai. vbi ſupra dub. 1. Arag. ibi dub 5 & Salon. concl. 4 Tolet. lib. 5. c. 64 Sot. loc. cit. Nau. c. 18. num. 33. Sayr. cla. reg. lib. 11 c. 6 num 6 P. Nau. num. 123.

19 Qui ad vitanda grauia tormenta alium infamat, manifeſtando eius crimen occultum, non peccat; non enim videtur cauſæ ſufficiens infamiæ, niſi ratificet Silu. vbi ſupra q. 3 Ang. parag. 6. Etiam ſi reuelet, quod ſub ſigillo ſecreti acceperat; eadem enim ratio. Sot. ar. 2 cit. ar. q. 10. in fi. Tolet. vbi ſupra P. Nau. c. 4 cit. num. 130 licet per iniuriam illud extorſerit, modo tamen damnum ſit reparabile, vt quia infamato non imminet mors, mutilatio, &c. ſed tantum pœna pecuniaria, huiuſmodi ſecundũ Nau. c: 18 num. 54. & ſic intelligenda opinio Sot. & P. Nau. vbi ſupra, & Sayr. c. 6. cit. num. 41. dicentium abſolutè licere huiuſmodi ſecretum prodere. Leſſ. tamen reiecta limitatione Nau. docet poſſe huiuſmodi ſecretum reuelari ad vitanda grauia tormenta, licet immineat alteri vitæ periculum; non enim infert damnum huiuſmodi confeſſio, niſi poſtea ratificetur. Excipe ſecretum ſacramentale auditum in confeſſione, etiam ab eo, qui eſt interpres, etiam à laico, qui audit in neceſſitate; & à literato, qui conſulitur de remedio peccati; & ab eo qui aliqua via audit confeſſionem; Eſt enim ſecretum de iure diuino, quod nec metu mortis licet reuelare. Idem dic, quando ſecretum eſt Regis, Reipublicæ, vel exercitus Salon. 2. 2. q. 73 ar. 2. contr. 4

20 Si Illuſtris infamauit priuatum, non tenetur famam reſtituere cum propriæ famæ iactura; ſed ſatisfacit ſi pecunia,

aut

aut alia ratione compenſet Sot. lib. 4. q. 6 ar.3 ad 4 Tolet. lit. 5 c. 70. Leſſ. lib.2 c. 11 dub. 26. Nau. vbi ſupra num. 50

21 Cum duo ſe inuicem infamant. vno non reſtituente, nec alter tenetur, atque fieri poteſt compenſatio. Vno verò reſtituente, alter cogi poteſt ad reſtituendum Sot vbi ſupra Salon. q. 62. art. 2. cont. 23 Sayr. cla. reg. lib. 11 c. 7. num. 22 Tolet. vbi ſupra Leſſ. dub. 25 & alij. Vter autem tenetur prior veniam petere? Qui prior offendit, ſi cœtera ſint paria, alioqui, qui grauius offendit; vel ſi offenſus ſit longè inferioris conditionis. In dubio autem iudicabit bonus vir. Azor. p. 3. lib. 12 c. 3 in fi. Limitat Tolet. modò infamia ſit æqualis. Cum verò eſt inæqualis & fama ablata non poteſt per pares reſtitui, vt quia grauiore crimine, alter infamatus eſt, poteſt illius fama loco pignoris detineri, vt ille ad reſtitutionem compellatur. Leſſ. vbi ſupra. Limitat Secundo niſi alter ſit in extrema ſuæ famæ neceſſitate, quam alter ſolus poteſt defendere Sayr. vbi ſupra. Limitat Tertio niſi alterius fama alij ſit neceſſaria, vt de Prælato Patrefam. & c dictum eſt. Salon. vbi ſupra. Alij tamen, vt Caiet. 2.2. q.62 ar. 2 ad. 2 dub. 1 Nau. c.18 num. 47 Azor. p. 3 lib. 5 c. 6 dub. vlt P. Nau. lib. 2 c. 3 dub. 8 docent non dari compenſationem in fama: Nam per reciprocam famam non tollitur damnum illatum, ſicut in alijs. Mihi magis placet prima ſententia iuxta primam limitationem.

22 Libellus famoſus eſt ſignum, vel ſcriptura, quæ alicuius infamiam continet, nondum antea publicam, vt publica fiat, & in aliorum notitiam veniat ſtatim, aut paulatim Silu. ver. libellus. Non ſunt verò dicendæ libellus, literæ priuatæ ad amicum, in quibus continetur alicuius vitium infamatorium, ſed eſt detractio. Nec ſcriptura in qua continetur alterius vitium publicum Molin. de iuſt. trac. 4 diſp. 35 num. 39.

23 Libellum famoſum componẽs aliena peccata falſa, vel vera occulta continentem, & in publicum proiciens, vt legatur, & inueniens, ſi non laceret, peccat mort. Nau. c. 18 num. 45 & de pœnit. diſt. 6 c. penult. num. 5 & tenetur reſtituere, ille, quia iniuſtè damnificauit; inueniens verò vt cœperator, ſi manifeſtauerit. Salon. 2.2. q. 72. Arg. ver. libellus famoſus. Silu. eo q. 5

24 Pro reſtitutione famæ, tenetur exponere aliam ſcripturam reſtitutoriam famæ, & ad omne damnum. Docet cit. Sayr. reg. lib. 12 c. 4 num. 9 & ſeq. Niſi probare poſſit, & hoc fine confecerit libellum, vt huiuſmodi delicta puniantur. Salon. vbi ſupa concl. vlt.

25 Libellum famoſum conficiens, vel diuulgans Mediolani eſt ipſo facto excommunicatus, nec abſolui poteſt, niſi reſtitutione facta arbitrio Epiſcopi Concil. Prou. 4 tit Quæ ad fidei ſtuendæ.

26 Libellum famoſum publicans, aut conficiens, quo infamatur perſona publica, & in magno honore habita, non tenetur cum vitæ periculo famam reſtituere; eſt enim vita altioris ordinis: Niſi ex huiuſmodi infamia alia grauia diſſidia, & neces orirentur, vt ſi Princeps, vel Reſpublica, de proditione infamarentur P. Nau. vbi ſupra num. 414.

27 Hæres infamatoris tenetur non quidem reſtituere famam, cum ſit obligatio perſonalis, ſed ad damna ex illa infamia ſecuta. quare infamato mortuo reſtitutio faciẽda hæredibus Salon. q 62 ar. 6 contr 21 Nau. c. 19 num. 56 Sayr. lib. 11 c. 7 num. 36 P. Nau. vbi ſula uum. 425 Leſſ. dub. 21. Et licet M. Nau. cit. & Salon. contr. 14 ſentiant hæredes infamatoris teneri infamato ad compenſationẽ pro fama; merito tamen contradicit alter Nau. quia hæres retractare non poteſt. In pecunia verò nec lætor viuus tenetur Silu. ver. detractio q. 4. d cto 2. Leſſ. vbi ſupra dub. 16. Azor. p. 3. lib. 5: c. 9. q. 13. & colligitur ex eodem N. N. c. 17. num. 9.

28 Omnes contumeliæ ſunt eiuſdem ſpeciei, omneſq; detractiones, ſed ſunt tantum modi quidam accidentarij, magis, minuſuè augentes malitiam peccati conſiſtunt enim omnes in verbo contra honorem debitum proximo. hic autem honor non diſtinguitur in ſpecies. Contumelia eſt

eſt contra honorem, & palam; detractio contra famam occultè S. Tho. 2.2.q. 72.ar. 1. & q 73. art. 1. Silu. & Summiſtæ ver. Contumelia, & ver. Detractio Sot. lib.5. q. 9. ar. 1. in fi. Azor. p. 3 lib. 13. c. 4. dub. 1.

29 Procurans ſibi locum dignum, excluſo alio etiam poſſidente, ſed indigno, prodendo eius crimen, quod teſtibus probari poterat, non peccat contra iuſtitiam, ſed tantum contra charitatem, ſi malo animo id fecit Sot. lib. 4. q. 6 ar. 3 ad 4.

30 Amice conuerſans videtur remiſiſſe reſtitutionem iniuriæ, ſed non famæ Nau. c. 18 num 47. P. Nau. lib. 2.c. 4 num. 399. V. eundem num. 92. vbi fusè. & Sayr. vbi ſupra c. 8. num. 14.

31 Si famam à te læſam læſus iam recuperauit vel grauium virorum teſtimonio, vel probitate vitæ, non teneris reſtituere. Si tamen interea ratione infamiæ aliquod damnum paſſus eſt, teneris ad illius compenſationem Sot. 3 cit. Nau. c. 18. num. 43 Ban. 2. 2: q. 62. ar. 2 & ibi Arag. verſ Secundo aduertendum Leſſ. lib. 2 c. 11. dub. 17. P. Nau. vbi ſupra dub. 3 & 4. Azor. p. 3. lib. 3 lib. 5. c. 9 q. 4. An autem tenearis ad integram reſtitutionem. Sot. vbi ſupra, & Armil. ver. reſt parag. 41. putant teneri tantum arbitrio boni viri rectius tamen vterq; Nau. docet in bonis quæſiis tener in integrum, in quærendis verò arbitrio boni viri, ſicut de impediente alium a conſecutione &c. ſupra dictum eſt.

32 Infamans alium detegendo eius crimen verum, ſed occultum, ſecundum communem, non debet famam reſtituere dicendo ſe eſſe mentitum, alias mendacium committeret S. Tho. 2. 2. q. 62 ar. 2 ad 2 Nau. c. 18 num. 41 silu. ver. detractio q. 4. Azor p. 3 lib. 5 c. 9. q. 7. & alij quos refert. Sayr. cla. reg lib. 11. c. 4. Quomodo autem facienda ſit reſtitutio non conueniunt Doct. Nam Ang. Silu. & alij antiqui docent infamantem debere affirmare ijſdem, apud quos infamauit, ſe malè, & perperam dixiſſe. Cai. 2. 2. q. 62. ar. 2. ad 2 Sot lib. 4. q 6 ar. 3 ad 4. verſ. ſecundo modo, Arag. ar. 2 cit. Nau. c. 18. num. 45. dicunt ſilendum de delicto, & laudandum infamatum coram ijſdem, &c. narrando eius virtutes, ac familiariter, & amicè conuerſando. Sed neuter modus reſtituendi ſatiſfacit. Melius ergo P. Nau. lib. 2 c. 4 num. 380. Salon. 2.2. q. 62 ar. 2 contr. 15. Valent. to. 3 diſp. 5. q. 6 p. 5 propor 2. B. med. lib. 1. ſum. c. 14. parag. 54. dicunt poſſe huiuſmodi infamatorem affirmare, ſe falſum, & mendacium dixiſſe: eſt enim hic reſtituendi modus conuenientiſſimus, Nec propterea interuenit in hoc mendacium. Nam licet re uera commiſſum ſit delictum, quia tamen non eſt publicum, ſed ſecretum, ſenſus eſt quòd non dixit verum publicè, quia rem carentem veritate publica publicè affirmauit. V. Sayr. vbi ſupra num. 21.

33 Si mea fraterna correptione ſufficienter poſſum remedium adhibere, & corrigere, pecco mort. deferendo fratris delictum ad Superiorem ſiue vt Patrem, ſiue vt Iudicem. Nec ſuperiori obediendum, cum præcipit reuelari occulta, omiſſa correptione fraterna S. Tho. quod lit. ar. 10 & 2. 2. q. 33. ar. 7 & ibi Ban. dub. 6 ad 6 Sot. de reg. ſe memb. 2 q. 4. concl. 3. dub 3 vbi Cord. Nau. c. 14 num. 14 B. med. vbi ſupra parag. 16. Limitant tamen primo niſi delictum ſit infectiuum, vt hæreſis, proditionis, &c. quæ ſunt in nocumentum proximi corporale, ſiue ſpirituale; tunc enim ſtatim denunciandum; niſi firmiter crederet per ſecretam monitionem impedire poſſe S. Tho. ar. 7 cit. Limitant ſecundo. Niſi ſuperior pius, & diſcretus notabiliter melius id eſſet præſtiturus, à quo frater magis iuuaretur, & vix tandem per me fieret, aut notabiliter minus benè Sayr. vbi ſupra num. 14. quod tamen ego ita ſimpliciter non admitto, vbi ſufficienter poſſum per ſecretam monitionem prouidere, licèt minus bene; ſeruanda enim fama proximi ex iuſtitia. Admitterem, verò, ubi fortè frater diutius eſſet in peccato perſeueraturus, niſi denunciarem; tunc enim bonum ſpirituale, eſt præponendum famæ.

34 Supradicta obſeruari debent etiam circa regulares quibus ad benè, & quietè viuendum neceſſaria eſt fama, bonaq; opinio

Digitized by Google

nio apud ſuos ſuperiores. Niſi aliquo ſtatuto aut regula à Sede Apoſtolica approbata, aliter ſtatutum ſit; proſirendo enim ſcienter huiuſmodi regulam, renuntiauit iuri ſuo, Sayr. vbi ſupra.

35 Iniuria læſo poteſt aliter quam veniam petendo, ſatisfieri. reſtituit autem ſufficienter exhibendo honorem, & reuerentiam Cai. 2. 2. q. 72. art. 3. P. Nau. lib. 2. c. 4. dub. 6. Item adhibendo ad menſam, dando locum honorificum, & huiuſmodi Leſſ. lib. 11. c. 9 dub. 27. Alij tamen, vt Sot. lib. 4 ar. 3. ad 5. Couar. 2 var. res. c. 10. num. 7. Cai. opuſc. 17. reſp. reſp. 13. dub. 5. Salon. 2. 2. q. 62. ar. 2. contr. 24. cenſent relinquendum eſſe viri prudentis arbitrio, qui omnibus conſideratis iudicet, an ſit neceſſaria veniæ petitio. Si tamen læſus aliter remittere non vult ſatisfactionem, tenetur lædens veniam petere; nec ſatisfacit compenſando pecunia, etiam pluſquam debet. Silu. ver. contumelia q. 4 Arag. 2. 2. q. 62. ar. 2. in ſolut 3 Sayr. cla. reg. lib. 11. c 8 num. 11. Excipiunt tamen Prælatum, & quemlibet ſuperiorem; hi enim non tenentur à ſubdito veniam petere, vt ait. S. Aug. in reg. ſic nec nobilis à plebeio, magiſter à diſcipulo, &c. ſatis enim eſt, ſi ſecundum illorum ſtatum, & gradum illis debitum honorem exhibeant.

36 Infamans eum, qui fictis virtutibus ſibi famam parauit, niſi illa ſimulatio vergat in aliorum præiudicium & perniciem (tunc enim reuelandum) peccat non ſolum contra charitatem, ſed etiam contra iuſtitiam: quandiu enim eius malitia occulta eſt, ius habet ſaltem, vt non iudicetur malus Salon. 2. 2. q. 73 ar. 2. in fi. Sot. lib. 5 q. 10. ar. 2 P. Nau. lib. 2 c 4. num. 341. Sayr. vbi ſupra cap. 6 num. 18: Leſſ. dub. 10 Valent. to. 3 diſp. 5. q. 17. p. 3. lib. 13. c. 7 dub. 8. citato Adr. docet in vtroque caſu non peccare contra iuſtitiam huiuſmodi infamantem, quia infamatus contra ius eam famam poſſidet. Verior eſt prior opinio.

QVAE EXCVSENT

A RESTITVTIONE

Cap. 13.

1 Dvodecim cauſas excuſantes à reſtitutione enumerat Io. Med. de reſt. q. 3. Prima eſt inopia debitoris Secunda remiſſio creditoris. Tertia Ceſſio bonorum. Quarta Damnum, quod ex reſtitutione timetur veriſimiliter euenturum. Quinta ſolutio facta creditori creditoris. Sexto rei debitæ interitus. Septima iuris, aut Iudicis auctoritas. Octaua Religionis ingreſſus. Nona Excommunicatio creditoris. Decimo Incertitudo. Vndecimo Diſpenſatio, vel Compoſitio cum Papa Duodecimo Compenſatio.

2 Impotens dicitur eſſe qui malè poteſt; qui autem non poteſt, non eſt in mora, atque adeo non tenetur ad intereſſe ratione moræ Cai. 2. 2. q. 62. ar 8 Arag. ibi ar. 4. Si impotentia ſit ſimpliciter, & abſoluta, ſemper excuſat, non obſtante quacunq; obligatione etiam in forma Cameræ, & conſequenter etiam ab excommunicatione, quæ ſi feratur non erit valida, cum ceſſet contumacia: & impotentia eximat ab omni culpa, tollatq; vel ſaltem ſuſpendat obligationem reſtituendi. Si verò impotentia non ſit abſoluta, licèt per ſe ſuſpendat obligationem naturalem reſtituendi; ſi quis tamen renuntiauit huic impotentiæ, vt quia poſſet quidem reſtituere ſimpliciter, ſed cum diminutione ſui ſtatus, & gradus; tunc ea impotentia non excuſat à culpa, & à cenſura, quia non includit abſolutum defectum poteſtatis ad ſoluendum, ſed adiungit

tantum difficultatem moralem Alter, de cenſur. to. 1. lib. 3. diſp 1. c. 7. ubi duo affert remedia, Primum, ſi debitor ſit Clericus, & beneficiatus obtinere ab Auditore Cameræ, ut ex fructibus beneficij illi aſſignet congruam ſuſtentationem ad decentiam ſtatus Clericalis cœteris fructibus aſſignatis crediroribus. Secundum, & melius, Impetrare à Summo Pontifice priuilegium, ut non obſtante quacumq; obligatione camerali poſſit coram quocunq; Ordinatio uti priuilegio c. Odoardus de ſolut: Si huiuſmodi debitor peruenerit ad pinguiorem fortunam, & non ſoluat, incidet in ex communicationem.

3 An accepta in extrema neceſſitate ſint reſtituenda uide ſupra Quid reſtituendum num. 10. Creditore exiſtente in pari neceſſitate cum debitore, quis potior. Vide Cui reſtituendum num. 27.

4 Remiſſio creditoris excuſat à reſtitutione; eſt enim donatio Cai. ubi ſupra art. ult. & in ſum. uer. reſt c. 7 Nau. c. 17 Silu. reſt. 7 q. 1. & 2. Sot. lib. 4. q. 7 art. ult. & com. Oportet autem remiſſionem eſſe liberam. quare facta metu, ui, fraude, non tenet Sanch de matr. lib. 4 diſp. 9. num. 17. Item à potente donare. Vnde non poteſt filius fam. condonare paterna credita. Item ut non fiat in caſibus à iure exceptis, ut in Epiſcopo uiſitante, & recipiente ultra ſumptus neceſſarios; id enim retinere non poteſt, quamuis ſibi remittatur c. Exigit de cenſib. in 6 Conc. Trid. ſeſſ. 4 c. 3. de refor. Et in Delegato accipiente à partibus præter exculenta modica, aut expenſas itineris c. Statutum parag. In ſuper, iuncto parag: ſi quid, de reſcrip. in 6. Item in Inquiſitore prætextu officij pecunias extorquente Clem Nolentes de hæret. Item in canonico accipiente diſtributiones cum officio non intereſt. Trid. ubi ſupra c. 12.

5 Cedens bonis non excuſatur niſi pro ratione neceſſitatis, quæ aliàs ſine ceſſione eum à reſtitutione excuſaret; ac proptereà illi tantum conceduntur alimenta, & artis ſuæ inſtrumenta, Glo. in c. Odoardus de ſolut. Nau. c. 17. num. 86 Silu. reſt. 3. q. 6. uerſ. ult. Leſſ. lib. 2 c. 16 dub. 3. qui ampliant etiam in debitore ex maleficio: Alimenta intellige neceſſaria, ut non cogatur mendicare, ſed retinere poſſit ea, quæ conſiderata conditione ſuæ perſonæ, & eorum, quos alere tenetur iudicio prudentis cenſetur neceſſaria quod Nau. c. 17 num. 86. & Molin. de contrac. diſp. 572 num. 9. intelligunt de bonis poſt ceſſionem acquiſitis: ex his enim non ex prioribus deduci debent alimenta. Alij tamen vt Couar. 2. uar. res. c. 1. num. 9 Salon. 2 2 q. 62 ar. 2 contr. 3. Silu. ſibi contrarius uer. Cedere bonis, Ang. eo. Sor. de iuſt. lib. 4 q. 7 ar. 4 in fi. P. Nau. lib. 4. c. 4 dub. 10. & com. diſtingunt, quod ſi eſt debitor ex delicto, non habetur reſpectus ne egeat, ſed debet creditoribus omnia cedere. Si tamen habeat bona iuſtè quæſita, uera eſt Nau. opinio. Item ſi benè poſſeſſa malè expendit in uſus illicitos, & prophanos, uel aliàs ex culpa graui ſui infortunij ſoluere non poteſt, ut faciunt mercatores, qui mutuò, & credito magnam quantitatem congerunt, qua ſplendidè uiuunt, poſtea fiunt non ſoluendo, uel ſe abſentant, uel in Eccleſiam ſe recipiunt, ut creditores ſaltem partem debiti remittant, aut dilationem concedant, hi enim non gaudent beneficio legis ſic, & Leſſ. P. Nau, & Sot. ubi ſupra Cord. in ſum. q. 68. puncto 3. Et remiſſio à creditoribus obtenta ualida non eſt, ut potè coacta, minimeq; ſpontanea, licèt Sayr. cla. reg. lib. 10. trac. 5. c. 7 num. 3 contrarium ſentiat.

6 Qui abſq; culpa cogitur cedere bonis, quia debitor ex contractu licito, caſu, aut alijs ſucceſſibus in aduerſam fortunam eſt coniectus; ſi per creditores fiat executio in eius bonis, poteſt abſcondere quantum eſt neceſſarium ad ſuam ſuſtentationem iuxta ſupradicta. Leſſ. Salon. & P. Nau. vbi ſupra Silu. reſt. 7 q. 6. Nihil tamen petere poteſt à Iudice pro alimentis. quòd ſi petat, & obtineat, reſtituenda quæ ſecretò abſconderat. Salon. ubi ſupra.

7 Cedens bonis reſtituere tenetur cum uenerit ad pinguiorem fortunam c. Odoardus de ſolut. non enim extinguitur debitum, ſed conſopitur ob inſtantem neceſſitatem; qua ceſſante reuiuiſcit obligatio l. 1. C. qui

bon.

bon. ced. poſſ. & Doct. cit. quod verum eſt, licetignominioſè ceſſerit, Leſſ. & Covar. vbi ſupra.

8 Cui confiſcata ſunt bona non tenetur creditoribus nec ciuiliter, nec naturaliter, cum habeatur pro mortuo. hoc enim caſu mors ciuilis eundem effectum habet, quem mors naturalis. quare non poterit amplius à creditoribus conueniri, cum omnes actiones, & obligationes ſint transfuſæ in fiſcum, ad quem ideo pertinet ſoluere debita Peregrin. de iure fiſci lib. 5. tit. 1 num. 54. Intellige de debitis contractis ante ſententiam, ibidem. Gratian. diſcep. for. c. 413. vbi num. 1. quod nec tenetur prior ille debitor, licet peruenerit ad pinguiorem fortunam. hæc enim bona non quæruntur per obligatum priuato, qui iam eſt exemptus, ſed per hominem nouum, qui nihil amplius habet negotij cum creditoribus. Si bona confiſcata eſſent inſufficientia tenebitur pro illa parte quæ non ſufficiunt. Farin. de Hæret. q. 190. parag. 1 in fi. ſi reſtituatur ad bona, tunc eſſet reſtitutus etiam ad obligationes. Quòd ſi reſtituatur tantum ad partem, tenebitur ad debita pro rata bonorum, & pro reſiduo fiſcus. Et ſi huiuſmodi reſtitutus negligat recuperare bona à fiſco, nihilominus tenebitur ad debita; cum enim habeat actionem, & ius recuperandi, dicitur habere rem ipſam. Hæc omnia. & legibus, & multorum Doct. auctoritatibus firmat Gratian. vbi ſupra, qui tamen fatetur ſumpta intelligenda non eſſe de bonis ante delictum V. Bart. in l. Poſt contractum ff. de donat. & Azor. p. 1 lib. 5 c. 7 q. 8.

9 Intendens committere delictum propter quod poterit deportari, vel bona publicari, poteſt donare Vxori, vel filijs ſub conditione ſi contingat eum deportari, & tunc, ſi caſus eueniat, fiſcus auferre bona non poterit. Immo poterit huiuſmodi donans donationem reuocare, & tunc bona erunt ſua, & non fiſci, quia non fuerunt ïncluſa in deportatione, & fiſcus non potuit auferre. Ias. in l. Si qua mulier num. 30. & duob. ſeqq. C. de ſacroſan. Eccl.

10 Credens probabiliter incendium ad domum ſuam peruenturum, poteſt diruere domos, quæ ſunt in medio, nec tenetur reſtituere, niſi de æquitate l. 1. ff. de incend. rui. & naufr. parag. quod ait Prætor. Silu. ver. Incendiarius q. vlt. Ang. eo. parag. 4. Anchar. in c. Quanto num. 3. de conſuet. V. Felin. in c. Tua nos, de ſent. exc. vbi num. 3. in fi. quòd non tenetur, ſi probetur, & quod omnino illa domus fuiſſet combuſta, vt in l. Si alius parag. eſt & alia ff. quod vi, aut clam. Secus ſi domus fuiſſet deſtructa ad abundantem cautelam, quia tunc tenetur.

11 Excuſat à reſtitutione ſaltem ſtatim facienda damnum quod creditori vel alteri obuenire poteſt, de quo ſupra Cui reſt. num. 7. & ſeq. Item ſi reſtitutio fieri non poteſt ſine præiudicio famæ. Item maius damnum debitoris, quam creditoris, vt quia rem ſuam multò minoris vendere cogitur; aut quia oportet eum alienare inſtrumenta quibus viuit, aut artem relinquere Io. med. de reſt. q. 2. verſ. Ad aliud quod quarto, &c. Silu. reſt. parag. q. 3. verſ. 4. P. Nau. lib. 4. c. 4. num. 40. S. Ant. p. 2 tit. 2 c. 8 Nau. c 17 num. 58. Intellige de iactura notabili rerum propriarum, vel ſtatus iuſtè quæſiti. Nam ſi damnum ex eo reſultat quod res reſtituenda eſt ingens, aut quia non lucratur ex alieno, non excuſatur quia id non eſt vitare proprium damnum, ſed dimittere alienum, Vterque Nau. vbi ſupra Arag. 2. 2. q. 62. ar. 8 ad 2 & ibi Caiet.

12 Excuſat à reddenda pecunia damnum vitæ, ſalutis, libertatis, famæ, & à reddenda re minoris ordinis, damnum maioris. Eſt autem ordo iſte Anima, corpus, fama, honor, pecunia Cai. vbi ſupra Nau. c. 17 num. 89. Ban. ar. 8 cit. Azor. p. 3 lib. 4 c. 39 q. 4 P. Nau. vbi ſupra dub. 3. At ſecundum Arag. 2. 2. q. 62. ar. 2. dub. 8. & Salon. ibi contr. 16. Sot. lib. 4. q. 6. art. 3. Tolet. lib. 5 c. 27. non excuſat aliquando, vt cum pecunia eſt in magna quantitate, fama verò non tanta: vel cum fama reſtituenda eſt maxima, vt cum illuſtrem hominem iniuſte notauit

plæbeius de crimine hæreſis, ex quo tota eius poſteritas infamis manet: tunc enim dicunt poſtponē iam eſſe vitam, & famam. Sed hæc opinio meritò ab alijs reijcitur. Quare adultera non tenetur cum periculo magni damni vitæ, vel famæ reuelare filiū eſſe ex adulterio, ne hæreditas ad illum deueniat c. Officij de pœnit. & remiſſ. vbi Pan.& alij Caiet. opuſc. 17. reſp. reſp. 14. S.Ant. p. 2. tit. 1 c. 8 parag. 8. in fi. Idem Caiet in ſum. ver. adulterium P. Nau. lib. 2 c. 4 num. 408. Io. Med vbi ſupra cauſa 4. Nau. c. 17 num. 89 & ſeqq. Azor. p. 3. lib. 5 c 6.2.& de periculo vitæ afferunt Couar. in reg. peccatum p. 1 nu n. 3. Innoc. Hoſt. Pan. in ind. c. Officij ſilu. ver. adulterium q 1 Ang. eo parag. 4. De fama verò docent Couar. cit. Salon. contr. 6 cit. concl. ult.& ar. 6. contr. 2 concl. 1. Sot lib. 4 q. 7. ar. 2 aliquando teneri cum eius diſpendio reuelare, vt cum mulier eſt vilis conditionis, hæreditas verò pinguiſſima, & cum alienum filium ſuppoſuit Regi, ex quo verus filius Regis priuatur Regno; quo caſu Sot. & Salon. ſolum non excuſant, licèt immineat vitæ periculum. Sed non eſt a prima opinione recedendum. Niſi forte ſpurius ita eſſet malis moribus imbutus, & ad malum propenſus vt inde cædes bella, vexationes & huiuſmodi orirentur, tunc enim, cum agatur de communi bono, etiam ſpirituali totius Regni, tenetur adultera etiam cum vitæ periculo reuelare Sayr. cla. reg. lib 8 c. 3 num. 12

13 Debitor bonæ fidei, vt reſtituat tenetur mutare ſtatum, ſi creditor ex tali mutatione cogatur ſtatum mutare, alias poteſt differre ſolutionem, licet ſtatum ex alieno conſeruet, & ſiue ex infortunio, ſiue ex prodigalitate in eas deuenerit anguſtias. tenetur tamen ſtatum illum citra totam paupertatis minuere, vt paulatim reſtituat Ang. reſt. 3 parag. 3 Alij tamen vt Nau. c. 16 num. 58. Salon. 2 2 q. 62. ar. 5. contr. 8 & art. 8. contr. 8. & ibi Caiet. contrarium docent nempe non teneri mutare ſtatum, licet debitum contractum ſit cum iniuria, & creditor prius inciderit in neceſſitatem. Leſſ. lib. 2 c. 16 num. 18. Sot. vbi ſupra ar. 4 P. Nau. lib. 4 c. 4. num. 44 Tolet. Lib. 5. 27. docent omnino teneri reſtituere, etiam cum mutatione ſtatus, nec mereri dilationem, qui ex culpa ſua in eas anguſtias deuenerit; vt qui luſibus luxurijs, & prophanitatibus expendit aliena. Statum illicitè acquiſitum omnes docent eum teneri mutare etiam vbi creditor illa neceſſitate non laborat, eſt enim id non de ſuo ſtatu cadere, ſed in ſuum deſcendere ab illo qui non erat ſuus. Retinere tamen poteſt, vnde familia ſua, ipſeque poſſint parce viuere iuxta ſtatum, quem ante habebant.

14 Soluens creditori creditoris an excuſetur, vide ver. Debitum num. 20

15 Rei debitæ interitus quando liberet debitorem V. Debitum num. 11. & ſeq.

16 Iudicis ſententia in duobus caſibus liberat debitorem ob onere reſtituendi. Primò quando ius non eſt ſolum permiſſiuum, ſed conceſſiuum, ex intento volens rem alicuius applicare. Secundo quando non eſt ſolum declaratoria iuris alterius, licèt ſecundum iuris ordinem lata ſit: potuit enim inniti falſis probationibus, aut præſumptionibus; ſecus ſi veritati, & ei conſtet pro qua lata eſt. Si verò eſt priuatiua ex cauſa, aut punitiua, tunc tutus erit, qui retinet huiuſmodi rem ita ſibi applicatam. Io. Med. de reſt. q 3. cauſa 7 Sayr. cla. reg. lib. 10. trac. 5 c. 8. num. 19

17 Religionis ingreſſus an liberet à reſtitutione, vide ver. Religio num. 7.

18 Punitus pœna corporali pro pecunia non tenebitur amplius reſtituere Felin in c. Sicut dignum de homic. num. 15. Couar. 1 var. reſol. c. 2 num. 6. Id tamen iuxta eundem Fel. in c. Ad liberandum de Iudæ. Silu. reſt. 7. q. 6. vers. 5. & ver. Solutio q. 5. verſ. 2. Ang. eo parag. 22. intelligendum eſt, quando eſt punitus pro debito, exigente id creditore; ſecus ſi pro maleficio. Idem docet Pan. in c. Statuimus de maled. num. 2 V. ſupra reſt. bon. corp. num. 2.

19 Credi-

18 Creditoris excommunicatio excuſat ad reſtitutione facien la donec abſoluatur Pan.in c. Inter alia de ſent. ex c. glo. in c. Abſolutos, ver. pacto de hæred. Ang. excom. 8 parag. 12 Sayr. de cenſur. lib. 2 c. 9 num. 21 Limitat Pan in c. Veritatis de dol. num. 40 niſi excommunicatus multum indigeat. Alij vt Silu. excom. 5 num. 21 P. Nau. lib. 4. c. 4 num. 84 Leſſ. dub. 9 Couar in reg. Peccatum q. 1 num. vlt. docent non excuſari quod hæc communio leuis ſit, & nullo iure prohibita; niſi forte ſpes eſſet ex dilatione ipſum Eccleſiæ reconciliandum. Sayr. vbi ſupra num. 12. Io. Med. de reſt. q. 3. cauſa 9 docet quod ſi debitum contractum ſit verbis, vt ſtipulatione, promiſſione, aut iuramento ſuſpenditur tale debitum, & ſic vera eſt prima opinio. Si verò contractum eſt reipſa, & per viam reſtitutionis ſoluendum, vt ſi alienum iuratus eſt, aut mutuum, commodatum, &c. accepit, tunc vera eſt ſecunda ſententia præceptum enim non communicandi cum excommunicato eſt de iure humano; præceptum autem ſoluendi debitum de iure naturali, & diuino; & hoc etiam placet Anchar. in cit. c. Inter alia num. 6.

De reſtitutione incertorum vide ſupra Cui reſtit. in fi.

19 Super incertorum reſtitutione poteſt fieri compoſitio cum Epiſcopo ex cauſa de minori quantitate. quam ſint incerta, vt quia reſiduum relinquit debitori, vt vere pauperi. Sine cauſa verò rationabili, nec cum Papa fieri poteſt. S. Ant. p. 2. tit. 2. c. 6. in fi. Silu. reſt. 8. q. 8 Ang. reſt. 4. parag. 6. Alij cenſent compoſitionem propriè fieri non poſſe niſi cum Papa, ad quem ſolum competit diſpenſatio eorum, quæ in pios Eccleſiæ, pauperumuè vſus eroganda ſunt ſic Io. Med. de reſt. q. 3 cauſa 11. Leſſ. dub. 11. Sayr. cla. reg. lib. 10. trac. 5. c. 8 num. 23 M. Nau. c. 17 num. 93. P. Nau. lib. 4. c. 5 dub. 6. In neceſſitate Reipublicæ poteſt fieri compoſitio etiam cum Principe Sot. lib. 4 q. 7 ar. 1 circa fi. Arag. 2. 2 q. 62 ar. 5. V. Ban. d. ar. 5 dub. 8. Si tamen componens habet alia debita, quibus reliqua eius bona non ſufficiunt, tenetur ſoluere ex ea ſumma, nec poteſt ſibi retinere Idemque dicendum de hærede, aut alio, quocunque executore teſtamenti, qui eo modo componendo agunt negotium, & partes hæreditatis, ac bonorum defuncti, ad proinde ea ſumma manet pars bonorum defuncti, & ideo reſtituenda creditoribus. Molin de iuſt. trac. 2 diſp. 760. num. 3.

20 Compenſatio debiti pro debito omnino excuſat debitorem ne cogatur ſoluere iuxta dicta ſupra furtum num. 11. Requiritur autem ad iuxtam compenſationem primò, vt debitum ſit certum, & liquidum & ex iuſtitia, non gratitudine. Secundo, vt non plus accipiat, quàm ſibi debetur, aliàs erit furtum quoad exceſſum. Tertio, vt nullum inde ſequatur ſcandalum. Quarto, vt debita ſint in omnibus paria, quare ſi tu nunc debes, ille verò poſt annũ, nõ potes nunc compenſare V. Iuram. num. 5. Item ſi habeam penes me rem tuam depoſitam; Nam in depoſito non datur compenſatio c. Bona fides de depoſ. de quo ſupra ver. Depoſitum num 18 Vltimo, quod alter abſolutè non iurauerit ſoluere Io. Med. cauſa 12 Sayr. alios referens vbi ſupra c. 7. num. 10. & ſeq. V. Sanchez in ſum lib. 2. c. 11 à num. 10.

PRAESCRIPTIO. VSVCAPIO. V. Emptio.

1 PRæſcriptio, vt comprehẽdit Vſucapionem, eſt continuatio dominij per cõtinuationem poſſeſſionis per ſpacium, à lege definitum l. 1 ff. de Vſucap.

2 Præſcriptio eſt immobiliũ. Vſucapio mobilium, & completur triennio. Inſt. de Vſucap. parag. 1 Silu. præſcrip. 1. parag. 1. & ver. Vſucapio. Molin. tract. 2 diſp 68. Sed Couar in reg. Peccatum p. 2 initio, & parag. 1 docet vtramq; locum habere tam in mobilibus, quàm immobilibus. Ad hanc verò non ſatis eſt credere rem eſſe ſuã, niſi merito id ſibi perſuadeat non ex ignorantia affectata, vel craſſa ſed probabili facti, non iur s minimè dubij Moli. vbi ſup. diſp 64. De quo fusè Couar. q. 2. parag. 7. à num. 5.

3 Ad

3 Ad præſcriptionem requiritur poſſeſſio, vel quaſi poſſeſſio non interrupta l. Vſucapio ff. de Vſucap. Item bona fides c. vigilanti, c. Si diligenti, & c. fin. de præſcript. & c. Poſſeſſor de reg. iur. in 6. Item titulus iuſtus ſaltem præſumptus d. c. Si diligenti, vbi agitur de amittendo rerum dominio, quia agitur de magno præiudicio. Secus in præſcriptione iurium, & ſeruitutum, & ſeruitiorum extraordinariorum Pan. in c. De quarta eo tit. num. 25. Limitat tamen primo, vt hoc non procedat, quando præſcriptio eſt contra ius reſiſtens in ſpecie non tantum in genere per. c. 1. eo tit. in 6 de quo per Felin. in d. c. Si diligenti à num. 8. Secundo in præſcriptione Vſusfructus Tertio quando agitur de obliganda perſona ad aliquod ſeruitium; tunc enim propter grauitatem, ſaltem eſt neceſſe allegare titulum, & probare præſumptionē per lapſum longi temporis. Quarto cum præſcribitur contra Eccleſiam, nam tunc, licèt non requiratur titulus, requiritur tamen tempus quadraginta annorum. Item requiritur ad præſcriptionem quod res poſſit præſcribi, & præſcribens ſit capax. Pan. in c. Quanto de conſuet. num. 2. Laicus enim non præſcribit Eccleſias, loca religioſa, ius decimarum, primitiarum, obligationum, aut alia iura ſpiritualia c. Cauſam de præſcript. glo. in c. fi. de conſuet. ver. legitimè præſcripta; Niſi ex priuilegio Sedis Apoſtolicæ Molin. vbi ſupra diſp. 65. V. Silu. præſcriptio 2. q. 4. Ang. eo Sayr. cla. reg. lib. 9. c. 12 & Azor. p. 1 lib. 5 c. 14. præſcribit tamen contra libertatem ſoluendi decimas quoád quotam; vel de hoc, aut illo prædio; dummodo Eccleſiæ miniſtris relinquantur ex alijs Eccleſiæ iuribus ſufficientia alimenta Nau. de decim. conſ. 2 Immo præſcribi etiam totam decimam Moneta de decim. c. 5 num. 103 Suar. alios referens de relig. trac. 2 lib. 1 c. c. 12. num. 16 Azor. p. 1 lib. 7 c. 36 q. 4. requiruntur tamen ſecundum eoſdem quadraginta anni. Item requiritur ſcientia aduerſarij in præſcriptione iurium, & ſeruitutum, non autem in præſcriptione immobilium, quia iura, &c. non poſſunt verè poſſideri, & ideo non poteſt acquiri eorum quaſi poſſeſſio, niſi ſciente aduerſario qui rem poſſidet, & ſine poſſeſſione non currit præſcriptio c. Sine poſſeſſione de reg. iur. in 6. & ideo requiritur ſcientia Pan. in d. c. De quarta num. 29. & Felin. num. vlt.

4 Quando ad præſcribendum ſine titulo requiritur immemorialis poſſeſſio; cum titulo ſufficit quadragenaria c. 1. de præſcrip. in 6.

5 Petens rem præſcriptam, ſi fundat intentionem ſuam de iure communi, tenetur probare titulum, aliàs non; niſi eſſet præſumptio contra præſcribentem, aut niſi præſcriptio eſſet tanti temporis, cuius contrarij memoria non exiſtat c. 1. de præſcript. in 6 & ibi Glo. ver. titulum, & Aug. Barbos. Completa legitima præſcriptione, præſcribens non tenetur in conſcientia reſtituere, etiam ſi ſuperueniat ſcientia rei alienæ Silu. præſcriptio 1 q. 13. Cai. in ſum. ver. præſcriptio Molin. alios referens de iuſt. trac. 2 diſp. 61. Minoribus tamen, & Eccleſiæ conceditur reſtitutio in integrum contra præſcriptionem iam completam, licèt ſit longiſſimi temporis, & licèt nulla interuenerit eorum ignorantia, neq; impedimentum; extenditur autem ſolum ad quadriennium poſt completum 24. annum. Maiori non conceditur niſi ex legitima cauſa, vt plures commemorantur ff. Maiores 25. annis & C. Quibus non objciatur longi temp. præſcrip. & alibi: non conceditur tamen vltra quadriennium à tempore, quo ceſſant impedimenta, & ignorantia inuincibilis præſcriptionis. Molin. vbi ſupra diſp. 80. vbi ſupra q. 14. & alij.

6 Dubitatio adueniens bonæ fidei non eam tollit, Glo. Pan. & Fel. in c. fi. de præſcrip. c. Si virgo 34. q. 2 Ias. in l. 1. ff. de cond. indeb. l. Qui ſcit. parag. bonæ fidei ff. de vſur. Silu. præſcriptio 1 q. 3 dicto 3 & reſt. 3. q. 7. dicto 3. Cou. in reg. Peccatum p. 2 parag. 7 Leſſ. lib. 2 c. 6. dub. 3: contra Sot. de iuſt. lib. 4. q. 5 art. 4. Arag. 2. 2. q. 62. de dominio, & alios quoſdam. Dubium intelligunt Salon. 2. 2. q. 62. de

dominio

dominio q. 5. ar. 7. concl. 1. quando eſt tantum quidam ſcrupulus, & hæſitatio: ſi enim iuſtè, & grauiter dubitat, nec inquirit quis ſit verus dominus, mortaliter peccat, nec præſcribit V. Molin. trac. 2. diſp. 63 concl. 2 & ſupra ver. conſcientia dubia.

7 Conſuetudine immorabili, fama, & ſi nihil probabilitatis innoteſcit de contrario, præſumitur iuſtus titulus Silu. q. 4. cit. dicto 1.

8 Mala fides defuncti nocet hæredi vniuerſali, non autem habenti ab hærede Silu. præſcriptio 1 q. 8. & com. Si verò ſit hæres particularis præſcribit ſpatio triginta, vel quadraginta ann. Pan in c. Nihil de præſcrip. num. 8. Et de habente ab hærede affirmant Arer. in c. Si diligenti de præſcrip. Molin. trac. 2 diſp. 65. Ang. ver. præſcripto parag. 44. De hærede vniuerſali, præter Doct. cit. affirmant Pan. & Butrius in d. c. Si diligenti & d. c. Nihil. Item Pan. vol. 2 conſ. 19 Couar. in reg. Poſſeſſor p. 2, par. g. 8. Mol. cum alijs diſtinguit de hærede ſuo, & non ſuo quomodo præſcribere poſſint. Si à ſeipſo incipiat præſcribere, & non vtatur acceſſione actoris, præſcribit ſpatio 30. vel 40. ann. Si tamen ignorauit malam fidem defuncti Barbos ad c. fi. num. 10. de præſcript.

9 Poſſeſſio centenaria non eſt eadem cum immemorabili, Illa enim probari poteſt per ſcripturam, & per teſtes. Immemorabilis verò per teſtes, qui teſtificentur ſe ſemper audiſſe, eamq; ſemper fuiſſe opinionem, & famam ſuorum maiorum, nec extitiſſe aliquid in contrarium. In centenaria eſt neceſſarius titulus, in immemoriali verò non item. Et probata centenaria, non cenſetur probata immemorialis. Molin. vbi ſupra diſp. 76 vbi aduertit primò non tolli immemorialem ex eo quod conſtet poſſeſſionem aliquam cepiſſe, etiã poſt mille annos, modo initium illius memoriam hominum, qui nunc ſunt, etiam ex auditu, & traditione ſuorum anteceſſorum excedat. Secundo non eſſe neceſſarium, vt quãdo id accidit teſtes ad pubertatis annos deuenerint, ſed ſatis eſſe, ſi ea de re ſufficienter recordentur, quando teſtificantur ex c. Cum olim de præſcrip.

10 De immemoriali quomodo probetur. vide Buratt. decis. 673.

11 Præſcribi non poſſunt primo liber homo c. Placuit 2. parag. 16. q. 3. l. vlt. de long. temp. præſcrip. l. Vſuſcapionem parag. ſed aliquando ff. de Vſucap. Secundo res publicæ, vt viæ, pontes d. l. vſucapionem, l. Præſumptio C. de oder. publ. Tertio publicæ functiones, id eſt penſiones agrorum, ſiue canon debitus Reip. parag. Poteſt cit. Quarto poſſeſſiones agrorum à colono, l. malè agitur C. de præſcrip. 30. ann. Idem de conductore; depoſitario, & huiuſmodi; & de Emphyteuta quoad proprietatem Molin. trac. 2 diſp. 62 Quinto res vitioſæ, vt res furtiuæ, vel vi poſſeſſæ Inſt. de vſucap. parag. Quod autem, & parag. Furtiuæ. Amplia etiam ad ementes bona fide à latrone; hi enim non præſcribunt, niſi præſcriptione longiſſimi temporis, vt 30. vel plurium annorum Pan. in c. Nihil num 8 & c. ſi diligenti num. 39. & ſeq. de præſcrip. Siul. præſcriptio 2 num. 12 Si res immobilis, præſcribitur ab emptore ſecundo bonæ fidei, quamuis in primo fuerit mala Pan. in d. c. nihil num. 7. Silu. præſcriptio 1 q 4 dicto 3 Quòd ſi ſecundus poſſeſſor ſit hæres vniuerſalis primi non præſcribit Silu. q. 8. Sexto res prohibitæ alienari, vt res ſacræ, fundus dotalis; niſi præſcriptio eſſet inchoata antequàm eſſet dotalis, l. Si fundum ff. de fund. dot. Pan. in c. Cum non liceat de præſcrip. Septimò res, quam teſtator ex cauſa prohibuit alienari. l. 2. C de Vſucap. pro empt. Octauo res prohibita alienari per pactum l. ſi creditor parag. vlt. ff. de diſtrac. pig. Intellige non præſcribi ab altero contrahentium, alius enim ab ipſis poteſt præſcribere Silu. præſcriptio 2 num. 15 Nono Obedientia d. c. Cum non liceat. Intellige de ſubdito, quia talia debet Prælato: alius enim poteſt præſcribere, vt Abbas, vel alius Prælatus contra Epiſcopum circa eius ſubditos Pan. in d. Cum non liceat in fi.

10 res

Digitized by Google

immobilibus cum titulo decem anni inter præſentes, viginti inter abſentes. Sine titulo cum bona fide triginta anni. In incorporalibus verò, vt ſunt iura, & ſeruitutes, ſi habent cauſam continuam, vt ius aquæductus, requiruntur inter præſentes decem anni inter abſentes viginti. Si uerò habeat cauſam diſcontinuam, vt ſeruitus viæ, & ſeruitiorum extraordinariorum, non poteſt præſcribi l. ſeruitutes la 4 ff. de ſeruit. niſi aut vſus fuerit tanto tempore, de cuius initio non extat memoria, glo. in d. l Seruitutes, ver. certamen. Ias in l. 1. ff. de acqu. poſſes. num 68. & 76, aut habuerit titulo conceſſionis à Domino, aut habuerit verum titulum à domino, & in his duobus caſibus requiruntur decem anni inter præſentes, viginti inter abſentes Silu. præſcriptio 1. q. 7 q. 7. Præſentes dicuntur, qui habent domicilium in eadem Ciuitate, aut Prouincia. Abſentes verò qui extra Prouinciam habitant; nec requiritur præſentia rei. l. fi. C. de præſcrip. long. temp. V. Pan. & Anchar. in c. De quarta de præſcrip.

18 Quomodo cognoſcatur ſeruitus cōtinua, & diſcontinua, ponit Felin. in cit. c. De quarta num. 37. in fi. Vt illa ſeruitus habeat cauſam continuam, vel quaſi, ex qua percipitur commodum naturæ; alia vero ex qua percipi non poteſt commodum niſi ex facto hominis, & quatenus homo vtitur, dicatur habere cauſam diſcontinuam, quia natura ſemper eſt, ſeu eſſe poteſt in actu, & operatione, non ſic homo. Exemplum continuæ eſt ſeruitus aquæductus, tigni ſuſcipiendi, & huiuſmodi, quia eius actus, ſeu vſus, quantum eſt ex ſe perpetuo, & continuo durat. Exemplum quaſi continuæ eſt Stillicidium admittendi, ſeu auertendi, quia eius actus non ſemper eſt, ſed tantum potentia, & in præparatione, ſi videlicet cauſæ naturales concurrerent. Exemplum diſcontinuæ eſt iter, actus, aquæ hauſtus, via, & his ſimilia, quia eius vſus in actione hominum eſt poſitus Molin. trac. 2. diſp. 11. V. Azor. p 3. lib. 1. c. 36. & ſeq. Ang. ver. præſcriptio paragr. 41.

19 Contra Minorem non currit præſcriptio temporalis; ea videlicet quæ non attingit 30. annos, & vltra Pan. in c. 1. de reſt. in integr. num. 10.

20 Contra Pupillum non currit præſcriptio in ijs, quæ ſeruando ſeruari poſſunt l. Sicut C. de præſcrip. 30. ann. Eſt autem pupillus ſub Tutore Minor ſub Curatore. Quod ſi poſtquam ad debitam ætatem peruenerint, non petant, & præſcriptio fortè cœpta ſit contra defunctum coniungitur tempus præteritum cum futuro. Nam durante pupillari, & minori ætate, dicitur dormire præſcriptio, quæ poſtea expergiſcitur, Glo. in d. l. Sicut, ver. ſeruanda ſunt Molin. diſp. 38. vers. Præſcriptio ceſſat.

21 Si Eccleſia ſuccedat laico, contra quem erat inchoata præſcriptio, contra ipſam currit præſcriptio ſicut contra priuatum, ſed alio modo, pro tempore præterito vtitur Eccleſia iure priuati; ſed pro futuro vtitur priuilegio ſuo Et ſic quando contra priuatum præſcribitur ſpatio viginti annorum, & contra Eccleſiam quadraginta, ſi contra priuatum elapſi ſunt decem anni, & ſic medietas temporis, ſatis eſt contra Eccleſiam ſuccedentem complere aliam medietatem habito reſpectu ad priuilegium ſuum, & ſic requiruntur ad complendam præſcriptionem viginti anni, qui ſunt medietas temporis reſpectu Eccleſiæ Pan. in c. De quarta de præſcrip. num. 20. & vol. 1. conſ. 14. num. 2.

22 Ad præſcribendum contra contractum iuratum requiruntur 40. anni Brun. conſ. 39.

23 Præſcribi poſſunt annuæ præſtationes debitæ ſpatio centum annorum, vt tollatur omne ius ſoluendi. Singulæ autem præſtationes ſingulis annis præſcribuntur Guid. Papæ decis. 306. cum alijs quos refert. Vtrumq; negat Io. Med. de reſt. q. 16. quia debitor eſt in mala fide niſi ex pacto non teneatur debitor penſionem ſoluere etiam adueniente termino ſolutionis, niſi ad expreſſam petitionem creditoris; eo enim caſu, ipſo

LIBER SECVNDVS

De Eccleſia, & quæ ad Eccleſiaſticos pertinent.

ECCLESIA. ECCLESIASTICI.

V. Conſecratio. Gabella. Sacrilegium. Altare. Feſtum.

1 ECCLESIA, vt hic, eſt locus publicus Epiſcopali auctoritate conſtitutus, & conſecratus, in quo fideles conueniunt ad percipienda fidei ſacramenta Silu. Eccleſia 1. num. 1.

2 Eccleſiæ nomine non venit Monaſterium in materia odioſa ſecus in fauorabili Felin. cons 233. & 280. Gemi. in c. Sciant cuncti de elect. in 6. Silu. ver. Hoſpitale q. 3 Anchar. in c. fraternitatem de ſucceſſ. ab inteſt. num 1

3 Eccleſia poteſt quolibet die conſecrari, c. Tua fraternitas, de conſec Eccl. Pan. in c. ſane de temp. ord. num. 5. Silu. conſecr. 2. q. 2.

4 Credendum eſt Eccleſiam eſſe conſecratam, ſi vnus teſtis dicat ſe audiuiſſe Innoc. rubr. de conſecr. & Pan. in c. Propoſuiſti eo. tit. num. 6 & in c Licet de teſtib. in fi. Glo. in c. Placuit de conſecr. diſt. 4. ver. teſtentur Silu. conſecr. 2 q 3. Si verò ſit dubium, conſecranda, c. Eccleſia de conſecr. d 4 & diſt. 68. parag. Quod ergo Alter de interdicto diſp. 3. c. 8. & d. c. Placuit

5 Materia loci ſacri diruti vendi poteſt de licentia Epiſcopi, & in prophanos vſus, non tamen ſordidos, conuerti: pretium tamen in ipſius Eccleſiæ vtilitatem conuerti debet, Glo in c. Quæ ſemel 19. q. 3. Cong. Concilij Azor. p. 3 c. 3 q 11.

6 Manet locus ſacer etiam diruto ædificio Silu. vbi ſupra q. 5. Niſi diruatur præcepto ſuperioris, quia tunc non gaudet priuilegio fori, Glo. in c. Et hoc diximus 16. q. 7.

7 In Eccleſia fieri poſſunt in neceſſitate, quæ alioqui ſunt licita vt comedere Silu. immunitas 1. num. 5 & 7. & honeſtæ repræſentationes, & reponere ſuppellectilia Ang. ver. immunitas num. 8 Silu. num. 7. cit. Non autem publica parlamenta, Vniuerſitatum conuocationes, negotiationes, & huiuſmodi, c. Decet. de immun. Eccl. in 6. & ibi Glo Anchar. in c. Cum in Eccleſia num. 8 eo tit in ant. Silu. vbi ſupra num. 4 Nec ludi theatrales c. Cum decorem de vit. & hon. cler Non eſt tamen mortale, etiã ſine neceſſitate in Eccleſia cõſilia facere, hoſpitari, &c. ſecundum Ang. vbi ſupra parag. 4. Niſi ea ibi fiant, quæ impedirent diuina officia, & orationem tempore debito Silu. vbi ſupra num 1. Immo abſolutè prohibentur c. 1. de immun. Eccl.

8 Polluitur Eccleſia per effuſionem iniurioſam ſanguinis humani intra Eccleſiam c. eccleſijs diſt. 68. & c. Eccleſijs de conſecr. d. 1. c. Propoſuiſti de conſecr. Eccl. Secus ſi ſubtus, aut ſupra Archid. & Turrecr. d. c. Eccleſijs de conſecr. gl. in c. vn. de conſecr. ecc. in 6. Requiritur autem copia ſanguinis, per verbum (effuſionis) quod abundantiam ſignificat c. Reuertimini 16. q. 1. Glo. in c. Cum illorum ver. effuſionis, de ſent. excom. & com. Polluitur etiam per

vulnus factum in Eccleſia Id. c. Propoſuiſti, ſi tamen ſit vulnus cum ſanguine Glo. & Pan. ibi; & vulnus ſit mortiferum, & graue, idest conſtituens peccatum, ſi copioſa ſanguinis effuſio ſequatur Alter. de interd. diſp. 3 c. 1 q. 1. & 4. ſi fiat ab ipſo met patiente q. 3. Suar. to 3 diſp. 81. ſect. 4. Etiam ſi vulneratus exeat ante effuſionem, aut in catino recipiatur ſanguis; immo etiam ſi ex vulnere non effluat, quia tamen opus eſt ferro apetiri, magna copia effluit; quia ſufficit percuſſionem iniurioſam factam eſſe in Eccleſia Glo. in c. vn. de conſecr. ecc. in 6. Nau. c. 27. num. 256. Tolet. lib. 5. c. 8. Turrecrem. in c. Eccleſijs de conſecr. num. 7. V ct. in ſum. num. 99 Non tamen polluitur, ſi quis extra Eccleſiam percuſſus in eam ſanguinem fundat Silu. conſecratio 2. q. 5 vers. 2. & com. Item polluitur ſi quis moriatur in Eccleſia ſine effuſione, vt quia ibi ſuffocatur, Silu. Pan. & Turrecr. vbi ſupra, non verò ſi per ſententiam ibi latam condemnetur Nau. vbi ſupra: Niſi per ludicem ib ſuffocetur. Glo. in d. c. vn. Non polluitur autem multa à naribus effuſione, non enim percuſſio grauis, vt ſolet accidere in rixa puerorum Sot. in 4. diſt. 22. ar. 3. Vict. vbi ſupra Roder. in ſum. lib. 1. c. 155. concl. 3. licet Gemin. in 6. c. vn. num. 11. contrarium afferat. Intellige autem Eccleſiam ſacram, vbi ſolet fieri ſacrum Roder. concl. 2 quare non violatur per effuſionem factam in Sacriſtia, aut campanili, aut Camera Eccleſiæ adiacente quia vnum corpus cum Eccleſia non conſtituunt Sot. in 4 diſp. 32 q. vn. art. 2 Sanchez de matr. lib. 9. diſp. 15. num. 29. & ſeq.

9 Secundò polluitur effuſione voluntaria ſeminis humani c. Eccleſijs diſt. 68. etiam fæminæ Nau. vbi ſupra etiam ſi ſit per copulam coniugalem Hoſt. in ſum. rubr de conſecr. Eccl. in 6. Gemin. & Turrecr. vbi ſupra Io. Andr. in c. 1. de conſecr. Eccl. Glo. in c. Is qui, de ſent. exc. & in c. vn. de conſecr. ecc. in 6. V. infra ver. Debitum coniug. vers. Copulari in loco Sacro. Intelligit autem Silu. conſecr. 2 q. 5. vers. tertius caſus, magnam effuſionem; Sed contrarium aſſerit & multis probat Alter. de interd. diſp. 3. c. 2. Si effuſio ſit occulta non polluitur Eccleſia Silu. vbi ſupra, & confeſſio 3 parag 18

10 Tertiò polluitur Eccleſia, ſepulto ibi excommunicato c. Conſuluiſti, de conſecr. Ecc. & c. Eccleſijs de conſecr. diſt. 1. Intellige de excommunicato denuntiato, aut notorio Clerici percuſſore; hos enim poſt Concil. Conſtant, vitare tenemur. Alter. vbi ſupra vers. Quæ concluſio.

11 Quartò polluitur Eccleſia ſepulto ibi infedeli, & tunc radendi parietes, & iterum benedicenda, vel conſecranda c. Eccleſiam, 2. de conſecr. d. 1. Io. And. in c. Propoſuiſti, de conſecr. Ecc. Nau. & Silu. vbi ſupra Doct. tamen Pan. in d. c. Conſuluiſti num. 4. non eſſe raddendos parietes Eccleſiæ conſecratæ, quia per hoc violaretur conſecratio, & ſic eſſet reconſecranda. In tertio & quarto caſu prius ſunt exhumanda corpora, quàm conſecretur, aut benedicatur Eccleſia d. c. Eccleſiam Idem dicendum, ſi ſepeliatur ibi infans non baptizatus docet Suar. to. 3 diſp. 81. ſec. 4. parag. 5. Alter. vbi ſupra diſp. 3 c. 1. Sed contrarium docent Vgol. de poteſt Epiſ. p. 2. c. 29. parag. 5 in fi. Sayr. de cenſur. lib. 5. c. 16. num. 25. quia licet non ſit fidelis, non eſt tamen propriè gentilis, aut infidelis. Idem ſi ibi ſepeliatur cathecumenus Alter. vbi ſupra. Intellige autem ſi prædictorum corpora diſcerni poſſint, c. Sacris de ſepult.

12 Quintò polluitur, ſi ſit conſecrata, aut benedicta ab Epiſcopo publicè excommunicato c. Conſuluiſti de conſecr. Ecc. Nau. Pan. & Silu. vbi ſupra. Idem de altari, & Cemeterio, quare tunc nec celebrandum, nec ſepeliendum.

13 Sextò polluitur ſi maior pars parietum ſimul corruat c. ligneis de conſec. Ecc. Nau. & Silu. vbi ſupra

14 Non polluitur Eccleſia prædicta niſi factum ſit publicum rei euidentia, aut confeſſione delinquentis c. ſignificaſti de adult. Pan. ibi & in c vlt. de conſecr. Ecc. Glo. in c. vn. verb. pollui eo. tit. in 6. Silu. conſecratio 2. q. Nau. c. 27. num. 256. Intellige de confeſſione iuridica arg. c. ſi. de cohab. cler. &

cler: & mul. & c. vlt. 15 q. 8 Sot. in 4. d. 13. q. 2 ar. 3 verſ. & eſt hic notandum, & ſufficit dictum alterius ex delinquentibus, vt ſi mulier fateatur ſe cum alio in Eccleſia rem habuiſſe d. c. Significaſti. Hoſt. tamen in ſum. de conſecr. Eccl. num. 6 & de pœnit. & remiſſ. parag. In quo teneatur verſ. quid ſi tibi quis confiteatur, quod dormiuit in Eccleſia, & Anchar. in d. c. ſignificaſti] voluit ſufficere famam; Immo ſcientiam Epiſcopi à Confeſſario reuelante in genere. Sed contraria eſt com. & verior, quam præter Doct. cit. ſuſtinet etiam Sayr. alios referens num. 25. cit. Eccleſia enim non iudicat de occultis c. Erubeſcant diſt. 32. Conc. Trid. ſeſſ. 24. c. 1. de refor. matr. Occultum verò eſt ſi duo ſciunt, & tacent. Si verò factum occultum poſtea reueletur, opus eſt reconciliatione Pan. in d. c. Significaſti num. 2. Nau. & Sayr. vbi ſupra. Secundum alios non tenetur abſtinere à celebrando in Eccleſia polluta, licet factum ſit notorium, niſi poſt iuridicam declarationem, & hoc poſt Conc. Conſtant. reſtringens cenſuras, vt minime obligent ad abſtinendum, niſi poſt iuridicam denunciationem, niſi in caſu publicæ percuſſioris Clerici Suar. to. 3. diſp. 11. lect. 4. dub. 2. Roder. in ſum. p. 1. cap. 854. num. 13. citato Pegna, & probabile dicit Alter. vbi ſupra, licet ipſe in contrarium magis inclinet V. infra ver. occultum.

15 Non polluit Eccleſia per factum extra clauſuram portæ id eſt extra lineam, quã attingunt valuæ in liminibus Gemin. in c. vn de conſec. Eccl. in 6. Silu. ver. Cæmetrium q. 3 Ang. conſecratio 4 num. 3, Sanchez de mat. lib. 9 diſp. 15. num. 18. Nec ob effuſionem caſualem, vt ſi lapis à tecto decidat, & occidat Silu. conſecr. 2 q. 5. Nec ob homicidium factũ in eccleſia ad neceſſariã ſui defenſionem. Silu. ibidem verſ. 1. Nec ſi puer, aut infans ſeipſum, aut alium occidat, aut mutilet. Gemin. vbi ſupra Pan. in d. c. Propoſuiſti Nau. c. 27 num. 256. Sayr. vbi ſupra num. 4. Silu. q. 5 cit.

16 Polluta Eccleſia polluit cœmiteriũ coniunctum, non è contra; & illa reconciliata, reconciliatur c. 1 cit. & c. Si Ciuitas de ſent. ex c. eo lib.

17 Polluto vno cœmiterio nõ polluitur alterũ ei contiguũ, etiã ſi vna ſit amborum porta c. vn. cit. Quòd ſi vna ſit ambotũ porta, & in ea ſit pollutio, illud polluitur, in cuius parte vic niore ſit. Si vero in medio porta, id polluitur cuius gratia principaliter eſt facta. In dubio autem vtrumque polluitur Silu. ver. Cœmiterium q. 1. Ang. eo parag. 2

18 Eccleſia conſecrata reconcilianda ab Epiſcopo aqua ab ipſo benedicta cap. Aqua de conſecr. Ecc. aqua ſcilicet exorcizata cũ vino, & cinere. c. Propoſuiſti eo tit. A Prasbytero id fieri non poteſt, niſi de licentia Papæ Hoſt. vbi ſup. Ang. ver. conſecratio Eccleſiæ parag. 1. Silu. conſecr. 2. q. 8 Poteſt vero Epiſcopus dare licentiam celebrandi donec ipſe reconciliet S. Tho. p. 3. q 33 ar 3 ad 2 Alter. vbi ſup. c. 3. & eo abſente eius Vicarius, non tamen faciendũ abſq; graui neceſſitate Sot. in 4. diſp. 13. q. 2 ar. 3. Si poſt celebrationem publicaretur violatio, non opus eſſet reconciliatione, præſentia enim corporis Chriſti reputanda eſt pro ſufficienti reconciliatione Alter. vbi ſupra, relato Henriquez de ſacrificio Miſſæ lib. 9 c. 27. num. 5 in glo. litera I Caſtr. de leg. pœn. lib. 2. c. vlt. concl. in fi. qui loquitur per verbum Credo, & videtur, & hanc ſecuti ſunt duo priores cit. Regulares Prælati reconciliare poſſunt ſuas Eccleſias aqua per ipſos benedicta benedictione Epiſcopali, ſi Epiſcopus diſtet vltra duas dietas, & propterea aquam ab ipſo benedictam habere non poſſunt Leo Decimus vt refert Collector priuiligiorum, ver. benedicere vbi Sorb. & Confect. ſum. priuil. tit. 18 c. 5 Alter. de interd. diſp. 3 c. fi. Non conſecratam reconciliat Presbyter aqua à ſe benedicta, glo. in c. fi. de conſecr. Eccleſ. vbi Io. And. & Pan. Nau. eo tit. conſ. 1 Nec requiritur Epiſcopi commiſſio Pan. vbi ſupra Silu loco cit. q. vlt. Alter. d. c. 5. Vide Riccium par. 3 decis. 190.

19 Amoto, vel fracto Altari, nõ id eo debet

bet Eccleſia iterum conſecrari, c. 1. & c. Propoſuiſti de conſec. Ecc. nec è contra, c. De fabrica de conſec. d. 1 Pan. in d. c. Propoſuiſti, glo in c. Eccleſijs d. 1. Secus ſi Eccleſia polluitur, quia pollutio concernit totum corpus Eccleſiæ Silu. ver. Altare q. 1

20 Epiſcopus poteſt delegare ſimplicem Sacerdotem ad ponendum primarium lapidem in ædificatione Eccleſiæ Hoſt. in ſum. de Eccl. ædific. parag. 3. Turrecr. in c Nemo de conſecr. d. 2 ad 3 V. Azor. p. 2 lib. 9 c. 7.

21 Eccleſia non ædificanda ſine auctoritate Epiſcopi d. c. Nemo niſi locus ſit exemptus, tunc enim requiritur licentia ſum. Pont. c. Auctoritate de priuil. in 6. Azor. vbi ſupra c. 3 q. 2. Nec ſine dote ſufficienti d. c. Nemo, & c. Cum ſicut de conſecr. Eccl. Regulares non poſſunt Eccleſias, & noua monaſteria conſtruere ſine licentia Epiſcopi Conc. Trid. ſeſſ. 25. de regul. c. 3. & conſenſu aliorum regularium Mendicantium ſi nouum monaſterium ſit mendicantium Clem. 8. Paulus V. & Vrbanus 8. Quorum Decretum, vt voluit Rota apud Farin. p. 4. decis. 745. conſiderauit tantummodo præiudicium, quod inferri poteſt Eccleſijs fratrum mendicantium, ne propter eleemosynas erogandas in nouum Collegium mendicantium detrimentum patiantur, non autem alijs Eccleſijs. Igitur ſi nouo Collegio non mendicanti aſſignati ſint ſufficientes redditus, non poſſunt mendicantes impedire noui Collegij erectionem, v. Riccium p. 2 decis. 139. & p. 4. decis. 131.

22 Vbi locus à principio eſt deputatus ad diuinas laudes, non exigitur alia licentia Epiſcopi ad ibi celebrandum Pan. in c. fin. de conſecr. Ecc. num. 3 Hoſt. relatus à Silu. ver. loca religioſa num. 8. V. ver. Miſſa num. 16. Non ſufficit tamen impoſitio primi lapidis benedicti, niſi ſimul detur licentia celebrandi niſi ſit Eccleſia regularium; tunc enim ſatis eſt licentia conſtruendi, ad hoc enim tantum obligantur per Trid. ſeſſ. 25. de regul. c. 3.

23 Eccleſiæ Oeconomus poteſt eſſe laicus in temporalibus Armill. ver. laicus parag. 4 Ang. eo. parag. 1. Oeconomus verò propriè, ideſt habens generalem adminiſtrationem eſſe non poteſt c. Quibuſdam, c. Indicatum, & c. Quoniam in quibuſdam, & ſeq. 16. q 7.

24 Eccleſiæ de iure communi Collegiatæ ſunt Cathedrales, & regulares, quæ ſufficienter dotatæ ad Congregationem tenendam in communi viuunt Turrecrem in c. Si ex laicis 10. q. 1. V. Glo. in ver. Eccleſijs in extrau. vn. ne ſed. vac inter com. Rota coram Card. Manrica decis 107 num. 9 De Eccleſijs regularium contrarium docet Roder. de regul. to 1 q. 43 ar. 12. inde inferens non teneri regulares ad dicendum duas miſſas in ferijs quadrag. & Vigilijs iuxta rub. miſſalis, quando in eis fit officium de Sancto. At P. Moneta de commut. vlt. vol. c. 11. num 36 & ſeqq multis probat Eccleſias regulares eſſe proprie collegiatas. Vide Maſſubr. de concur. ad benef. Prælud 2. Deficientibus perſonis Collegij, deſinit eſſe Collegium, Glo. in c. Licet canon de elect. in 6. ver. parochialis Eccleſiæ.

25 Eccleſiaſticæ perſonæ dicuntur quæcunq; ſunt fori Eccleſiaſtici, etiam ſi non ſint Clerici Pan. in c. Nullus de for comp. Silu. Eccleſia 1. q. 5 vbi quæ ſint huiuſmodi perſonæ

26 Eccleſiæ tenetur Rector inſtar Tutoris, ſi ei non acquiſiuit Pan. in c. ex præſentium, de pignor. Silu. immunitas 1. q. 3. verſ 8.

27 Poteſt Rector obligare res Eccleſiæ pro ſua neceſſitate, vt ſi eſt infirmus, aut indiget veſtimentis, & pro neceſſitate Eccleſiæ, & tenebitur ſucceſſor. Innoc. in d. c Ex præſentium. Pan. ibi & in c. 1. de ſolut Poſſe Rectorem obligare res Eccleſiæ pro ſua neceſſitate vix ſuſtineri poteſt. Primò quia id nullo iure cauetur. Secundò quia ſucceſſor Prælati non tenetur ex contractu, vel facto prædeceſſoris, niſi probetur verſum in vtilitatem Eccleſiæ c. 1. cit. quia ſucceſſor in beneficio non conſequitur ius à defuncto, vt facit hæres, ſed à ſuperiore

à quo

Digitized by Google

à quo habuit inſtitutionem. ita Ias. in l. Quæſitum ff. de nou. oper. nunt. Nau. de ſolut. conſ. 7 V. Ang. ver. immunitas parag. 51.

28 Si Eccleſiam minantem populus inſtaurare nõ vult deſtruenda Cong. Concil. Nomine autem populi hic intellige quemcumque, ad quem pertineat inſtauratio. Immo ad Clericos, non ad Parochianos pertinet Eccleſiæ inſtauratio c. Diſcernimus 10. q. 1 c. Quatuor 12 q. 2. glo. in c. Si Monachus 18 q. 1 & concurrere debent, qui in ea Eccleſia beneficia obtinent c. 1. de Eccl. ædific. Intellige vbi redditus non ſunt deputati ad fabricam, aut non ſufficiunt glo. in d. 1. Quòd ſi Rector non poteſt, & redditus deputati non ſufficiunt, cogẽdi Parochiani, omni appellatione, exceptione, & contradictione remota. Si verò omnes egeſtate laborent, ad matrices, ſeu viciniores Eccleſias transferendi Trid. ſeſſ. 21. c. 7 Si verò conſuetudo transfert huiuſmodi onus in populum, ſeruanda Pan. in d. c. 1 num. 4 Capell. Tholos. q. 500. cum ibi adnot. Niſi populus egeret, & Eccleſia abundaret Silu. Eccleſia 2 q. 4 in fi.

29 Poteſt quis cogi vendere domum, aut agrum ad Eccleſiæ, & Monaſterij neceſſariam conſtructionem, & ampliationem. Si verò non ſit omnino neceſſaria, opus eſt auctoritate Principis Couar 3. var. res c. 14 num. 8 verſ. His tandem, & alij ibi relati. Ias in l. 1 parag. Nunciatus num. 1. ff. de nou. oper. nunciat. Molin tract. 2 diſp. 341. V. ver. emptio num. 34

ECCLESIAE IMMVNITAS.

V. Clericus Gabella Iudex.

1 IMMVNITAS Eccleſiæ eſt libertas conceſſa Eccleſijs, vel Eccleſiaſticis perſonis, & rebus ad eam pertinentibus Silu. eod. in principio. An hæc immunitas ſit de iure diuino latè Azor. p. 1. lib. 5 c. 12 vbi affirmatiuam tenet, & optime probat.

2 Contra Eccleſiaſticam libertatẽ fit, cum violantur conceſſa Eccleſiæ vniuerſali; Secus ſi particulari Silu. immunitas 2 q. 2 Nau. c. 27 num. 119 & ſeq. Item cũ fit ſtatutum, per quod Clerici efficiuntur timidiores Silu. cit. Item quoties tollitur, vel minuitur libertas etiam Eccleſiæ particulari quando illa libertas non eſt particularis, ſed generalis aliarum c. 1. de immun. Eccl. in 6. V. Pan. in c. Nouit de ſent. ex c. & Anchar. conſ. 11 Duard. in Bullæ cœnæ can. 15 q. 18 vbi quinque præcipuas regulas ponit ad cognoſcendũ, quando ſtatutum ſit contra libertatem Eccleſiæ.

3 Gaudet immunitate Eccleſiaſtica Palatium Epiſcopi, c. Id conſtituimus 17 q. 4 Niſi diſtet ab Eccleſia per quadraginta paſſus, vt de conſuetudine ſic ſeruari docet Silu. Clar. prac. crim. q 30 vers. ſcias etiam. Immo etiam ſi diſtet vltra 40. paſſus Barbos ad c. Quia plerique de immun. Eccl. vbi plurimos congerit, & ad c. Id conſtituimus 17. Diana p. 1 trac. 1 reſol. 27. Item Hoſpitale, & Oratorium Epiſcopi auctoritate fundata, l. Omnia priuilegia C. de Epiſc. & Cler. Pan. in c. Eccleſia de immun. Eccl. Et Eccleſia deſtructa ſine auctoritate Superioris, aut cum ſpe reædificationis Clar. vbi ſupra vers. Maius eſt Silu. Eccleſia 2. q. 5 & Monaſterium c. Cum pro cauſa de ſent. ex c. vbi Pan. num. 4. Roder. de regul. to. 2 q 50 ar. 1. Silu. immunitas 3. q. 2. & Grangiæ Monaſterij Roder l. cit q. 25. ar. vlt. Et Corpus Chriſti obuium Couar. 2 var. res c. 20. Hoſt. in ſum. de immun. Eccl. num. 12. & in c. Sanè de celebr. miſſ. vbi Anchar. num 5. Pan. num. 1. Ang. ver. immunitas num 28 Et domus Clericorum Eccleſiæ contigua c. Quiſquis 17 q. 4 Idem Anchar. in c. Immunitatem de immun. Eccl. num. 5. vbi tangit quæſtionem An pœna inſultantis ad domum, locum habeat in inſultante ad porticum. Gaudet etiam locus in quo Epiſcopus poſuit primarium lapidem, licèt ibi nondum celebratum ſit. Anchar. in c. Eccleſia eo tit. in fi. Boich. ibidem num 11.

4 Gaudent Iudæus, Paganus, excom-

municatus

municatus Silu. vbi ſupra q. 3 Felin. in c. Iudæi 2 de Iudæ. Imola in Clem. 1 de pœnit. & rem. & alij & de Iudæo affirmant Hoſt. vbi ſupra Ang. ver. immunitas parag. 3. ſi confugiat zelo fidei; nec tenetur Chriſtiano, prius enim ſoluenda debita. Sed Panor. in c. Inter alia de immun. eccl num. 6 Couar. vbi ſupra num. 12. Nau. c. 25. num. 19 Alter. to 1 diſp. 1 lib. 2 c. 6. circa fi. affirmant ſolis Chriſtianis Catholicis eſſe conceſſam immunitatem. & de excommunicatis Alter. gaudere docet.

5 Manu apprehendens Eccleſiæ portam, aut vectes, auelli non poteſt. Couar. 2. res c. 20 num. 17

6 Gaudet damnatus ad mortem ſi dum ducitur tranſit per locum ſacrum Nau. vbi ſupra. Iul. Clar. prac. crim. q. 30. vers. Scias autem, qui de communi teſtatur, licèt Couar. vbi ſupra num. 16. contrariũ affirmet.

7 Non gaudent latrones publici, viarũ graſſatores qui itinera frequentata, vel publicas ſtratas obſident, ac viatores ex inſidiis aggrediuntur. Depopulatores item agrorum c. Inter alia, de immun. Eccl. qui cædes homicidia, & mutilationes membrorum in ipſis Eccleſijs eorumuè cæmeterijs committere non verentur: aut qui proditione proximum ſuum occiderit, aut aſſaſſinij, vel hæreſis, aut læſæ mai. in perſonam ipſius Principis rei Bulla Greg. XIV. in c Cum alias. Nec enormia in Eccleſia committens ſpe quod ab Eccleſia defendatur, c. Immunitatem de immun. Eccl. Silu. vbi ſupra q. 2. vers. 3. Ang. parag. 17. Pan. in d. c. Inter alia. licèt in c. Immunitatem cit. num. 8 extendat etiam ad eos qui talia agunt ſine ſpe, &c. V. Capell. Tholoſ cum ibi adnotat. q. 423. vbi concluditur, quod ſi aliquis commiſit ſacrilegium in Eccleſiâ, & poſtea ob aliud delictum fugit ad Eccleſiam, non debet gaudere immunitate.

8 Non gaudentem immunitate etiam Iudex ſecularis poteſt auellere, quia Eccleſia eum non tuetur. prius tamen requirendus Epiſcopus, quo recuſante, capi poteſt à laico ſed ad carceres curiæ Eccleſiæ conducendus, nec inde abducendus, niſi prius per Epiſcopum cognito, an verè delictum commiſerit: aliàs laicus contrafaciens ipſo facto eſt excommunicatus Bull. Greg. XIV. cit. quæ tamen pleriſq; in locis non eſt vſu recepta.

9 Eccleſia incaſtellata tempore belli ad offendendum non gaudet Silu. vbi ſupra q. 2. vers. 4. Nec hæreticus Coa. Nau. Alter. vbi ſupra quod Silu. loco cit. non concedit quoad alia maleficia præter hæreſim. cui ſubſcribit Azor. p. 2. lib. 9. c. 9. q. 9. verſ. Quid de pagano.

10 Dimiſſus è carcere iureiurando promittens ſe rediturum, ſi iniuſtè detinebatur, & ad Eccleſiam confugiat, redire non cogitur, præſertim imminente periculo mortis, vel mutilationis. petenda tamen iuramenti relaxatio. Si verò iuſtè detinebatur, redire cogitur, nõ tamen per vim extrahendus, niſi præſtita cautione ſaltem iuratoria Azor vbi ſupra vers. quid dicendum, citato Io. And. ad Speculatorem, tit. de iureiur.

11 Seruus ad Eccleſiam confugiens, præſtita a Domino cautione de impunitate ei redditur. c. Id conſtituimus 17. q. 4. & c. Inter alia cit. Quòd ſi confugit quia timet per Iudicem puniri, quia fortè commiſit atrox delictum, idem dicendum quod de libero, quoad mitigationem pœnæ. Anchar. c. Inter alia cit. num. 4.

12 Clerici, & Religioſi non gaudent Pan. d. c. Inter alia num. 13. Angel. ver. immunitas num. 14. quod Couar. 2. var. res. c. 20 intelligi, ſi Iudex vult extrahere cauſa diſciplinæ, aut ſi commiſit crimen degradatione dignum. Vſus tamen teſte Clar. vbi ſupra q. 30. vers. Vlterius quæro, obtinuit Clericum poſſe abduci ad criminis punitionem. Idem docet Azor. vbi ſupra vers. Quid de pagano Limitat Sayr. de relig. trac. 3 lib. 3 c. 10. num. 7. cum Nau. c. 23 num. 21 & ſeq. primo vt intelligatur de Clerico reſpectu Iudicis Eccleſiaſtici, quia ſi Clericus non beneficiatus, nec tonſuram, & habitum deferens ad eccleſia confugiat, extrahi non poteſt à Iudice Laico, quia reputatur vt Laicus Secundo,

cundo,

Digitized by Google

vt crimen degradatione dignum ex ijs ſit, vt Eccleſia ad ſe confugientes non defendat. Nam ſi non excipiatur ab Eccleſiæ tutela, licèt propter incorrigibilitat in tradi poſſit ſæculari brachio, extrahi non debet: nec enim eſſe debet peioris conditionis quam laicus. Et quod Clericus ſæcularis gaudeat immunitate tenent Graff. de immun. Eccl. conſ. vn. num. 5. Farinac. prac. crim. q. 28. de carcer. & carcerat. qui hanc opinionem, & communem, & veriorem eſſe oſtendit. Idem docent Ambroſin. ad Bull. Greg 14. c. 12. num. 3. Duard. in Bull Cænæ can. 15. q. 16. num. 13. At Carolus Graff de effec. Clericat. eff. 38. plurimis cit. aſſerit communem opinionem eſſe Clericum non gaudere, ſed poſſe ab Eccleſiaſtico Iudice extrahi pro quocunq; delicto. Iul. Clar. q. 30. cit. dicit communem opinionem eſſe Clericum gaudere, licet contrarium de conſuetudine ſeruetur. Ego veriorem puto Farin. ſententiam. V. Barbos. ad d. c. Inter alia à num. 16. ad 32.

13 Confugienti ad Eccleſiam, ſi aliunde non habet, nec proprijs manibus victum quærere poteſt, Eccleſia ipſa de victu prouidere tenetur Panor. vbi ſupra num. 28. Silu. immunitas 3. q. 5.

14 Gaudenti immunitate poteſt Iudex ſecularis arma, & alia à lege prohibita auferre in Eccleſia Couar. vbi ſupra num. 34. & 36. Vide tamen Michaelem ferrum, & ab ipſo citatos quæſt. moral p. 2. q. 11. vbi Couar. ſententiam interpretatur, & limitat.

15 Eccleſia non debet incaſtellari ad offenſam: ſecus vt boni, & Chriſtiani viri à malis defendantur. quare excuſantur ruſtici, qui tempore hoſtilitatis cum bonis ſuis ad Eccleſias confugiunt, & ibi fortificantur. Panor. aſſerens de com. in c. Cum Eccleſia de immun. Eccl. num. 3. Silu. immun. 1. q. 2. vers. 3. Azor. vbi ſupra q. 6.

ALTARE CALIX.

V. Miſſa. Benedicto.

1 Altare extruendum non eſt in Eccleſia conſecrata ſine licentia Epiſcopi, c. Nullus de conſecr d. 1. Alia poſſunt præsbyteri inſtituere, & conſtruere in Eccleſia non conſecrata Silu. ver. altare q. 1.

2 Reliquiæ non ſunt neceſſariæ in altaris conſecratione Sot. in 4. diſt. 13. q. 2. ar. 3. Turrecr. in c. Placuit de conſecr. d. 1 num. 1. Suar. to. 3. diſp. 81. ſect. 5. Contrarium tamen habet vſus, & conſuetudo totius Eccleſiæ, & eſt caſus in c. De fabrica, & c. Placuit de conſecr. d. 1. & eſſe de ſubſtantia conſecrationis docent Silu. vbi ſupra q. 1. Graff decis. lib. 2. c. 14. num. 5. Azor. p. 1. lib. 10. c. 27. q. 8. Poni tamen non poteſt corpus Chriſti loco reliquiarum ſi deſint Silu. vbi ſupra q. 4. Ang. co. parag. 5. V. Suar. vbi ſupra ſect. 8.

3 Altare, in quo degradatus celebrauit, non eget reconciliatione Silu. vbi ſupra q. 6. in fi. Armil. eo q. 11.

4 Altare debet eſſe lapideum, c. Altaria de conſecr. d. 1. Hoſt. in ſum. eo. tit. num. 10. S. Tho p. 3. q. 83. ar. 3 ad 3.

5 Altaris portatilis lapidem oportet capere maiorem partem hoſtiæ, & calicis Silu. vbi ſupra num. 1. Armil. eo parag 4.

6 Execratur Altare ſtabile, primo menſa notabiliter fracta. Secundo remota ipſa menſa, aut iunctura, quæ ſtipiti adhæret c. 1. de conſecr. Ecc. Pan in c. Propoſuiſti eo. tit. Tertio motis ſic lapidibus vt formam amittat, Glo. in d. c. 1. ver. altare. quarto fracto, aut amoto ſigillo ſepulchri c. Motum de conſecr. d. 1. & c. In dubijs de conſecr. Eccl. Anchar. c. 1. eo. tit. & com. Quinto amiſſa Altaris forma, glo. cit.

7 Altare portatile execratur primo lapide notabiliter fracto. c. ligneis de conſecr. Eccl. intellige quando fractura talis eſt, vt in neutra parte eius lapidis poſſit

commodè Calix, & Hoſtia collocari Suar. ſectio. 5 cit. Secundo moto ſigillo ſepulchri exiſtenti in lapide c. 1 de conſecr. Ecc. vbi Pan. num. 4 Silu. vbi ſupra num. 6. Idem ſecundum Anchar. vbi ſupra in fi. ſi commoueatur licèt remotus non ſit. Sed alij communiter docent id non ſufficere, vtentes verbo auellantur, amoueatur. Et apertè Suar. ſect. 5 vers. tertio additur, docet requiri ſeparationem, remotionem, &c. Haſec. prax. Epiſc. p. 1 c. 5 num. 8. Azor. p. 1 lib. 10. c. 27 q. 12

8 In Altari portatili poteſt in magna neceſſitate celebrari in Eccleſia non conſecrata ſine licentia Epiſcopi, cum haberi non poteſt Silu. vbi ſupra Armil. parag. 5. Alij tamen communiter docent, licere etiam extra neceſſitatem, modo locus ſit ſaltem benedictus. quare Silu. intelligendus eſt, quando locus non eſt benedictus, Suar. vbi ſupra circa fi.

9 Polluta Eccleſia polluitur Altare ſtabile, & e contra, non ſic de execratione Pan. in c. Præpoſuiſti de conſec. Eccl. num. 10. Silu. vbi ſupra q 11

10 In Altari, in quo celebrauit Epiſcopus non celebrandum eadem die ſine eius licentia, c. fi. de conſecr. d. 2. Ang. ver. Altare parag. 6. Silu. eo q. 7. Intellige quando celebrauit Pontificaliter Vgol. de pot. Ep. c. 2. parag. 2. num 4. Graff. de celebr. Miſſ. conſ. 5 num. 5 Azor. p. 1. lib. 10. c. 27. q. 10 & ſatis colligitur ex d. c. fi. vbi dicitur, Miſſam cantauit.

11 Altare conſecrari poteſt non conſecrando Eccleſiam, non è contra S. Tho. vbi ſupra. ad 2

12 Sicut Eccleſia, vel Altare ſine licentia Epiſcopi conſecrari non poteſt, ita nec execrari Azor p. 1. lib. 10. c. 27. q. 6

13 Altaris veſtes conſumptæ incendendæ. & cineres in ſacrarium reponendi c. Altaris palla de conſecr. d. 1 S. Thom. p. 3. q. 83. ar. 3. ad. 3

14 Calix ornatus diuiſus non execratur, ſi ſcyphus ſeparatim ſit conſecratus Silu. ver. Calix q. 1. S. Ant. relato Palud. p. 3. tit 13 c. 6. parag. 5. Alij vt Armill. ver. Calix num. 2 Azor. vbi ſupra c. 28 q. 7 & q. 8 lib. 9 c. 7. q. 7 dicunt, non amittere conſecrationem, quando per artem ſic fit, vt ſeparari, & coniugi poſſit, & ita conſecretur, vt multi faciunt, quò minorē locū occupent, & facilius portentur: Suar. to. 3. diſp. 91. ſect. 8. verſ. ruſus inquiri poteſt.

15 Si cadit Calicis deauratio, non perditur conſecratio: perditur autem cum deauratur Ang. ver. Calix parag. 2, Silu. q. 1. Armill. parag. 3 Solet etiam execrari ab Epiſcopus clauis percuſſione. Sed Vgol. de poteſt. Epiſc. c. 3 num. 4 cenſet id non ſufficere, niſi interior ſuperficies enormiter lædatur. Et de ſimplici Sacerdote docet illum de iure non poſſe, ſed de conſuetudine

CONSECRATIO.

Benedictio. Sacra Res V. Altare. Eccleſia. Matrimoniū. Miſſa.

1 Conſecrat Virgines ſolus Epiſcopus S. Thom. p. 3. q. 82. art. 2. ad 4 vbi dicit omnes conſecrationes, præter Euchariſtiæ ad ſolos Epiſcopos pertinere Pan. in c. 1 num. 1 de temp. ord. Silu. conſec. Virg. q. 1. Et die Dominico, & feſtis ſolemnibus, niſi neceſſitas aliud ſuadeat c. Deuotis 20. q. 1 Velum autem continentiæ dar etiam prasbyter, glo. in c. Vidua 26. q. 1

2 Corruptæ ſola mente, etia cum complacentia voluntariæ pollutionis poſſunt conſecrari: dicuntur enim cōmuniter Virgines, ſatis enim eſt integras eſſe corpore Caiet. in sum. eo. tit.

3 Corruptæ corpore etiam ſine peccato, vt quia vi benedicendæ nomine continentia Nau. c. 16 num. 3. Silu. vbi ſupra. Ang. eo parag. 2 Armill. parag. 2 S. Ant p. 3 tit. 2 c. 2 parag. 1 & 2 Si ſit occultè corrupta conſecranda benedictione Virginum, accipiendo verba quæ virginitatē ſonant intra mentem pro verbis caſtitatis, ne, alioqui infametur mulier, Nau. de-

ſta.

ſtat. mon. conſ. 2. num. 6 & licet alij ſupra cit. velint mutanda eſſe verba Virginitatis in verba caſtitatis; id tamen non videtur tutum, cum aſtantes ex huiuſmodi mutatione facile putare poſſint mulierem illam non eſſe Virginem. quare tutius eſt, quod ait Nau. conſ. cit. præſertim quod huiuſmodi conſecrationes ſunt de iure humano, quod probabile non eſt, eſſe obligare cum tanto periculo, & iactura propriæ famæ Roder. de regul. to. 1 q. 62 ar. 3 Mihi magis placet diſtinctio Azor. p. 3 lib. 3 c. 12 q. 1: quod illa Monialis vel permittit tantum ſe conſecrari, & tunc non peccat, nec enim tenetur vitium ſuum ſuperiori detegere, ſeq; infamare. Vel petit ſe consecrari, & tunc peccat, quia ſponte velum ſibi indebitum procurat. Sed quid ſi omnes moniales alicuius Monaſterij certo tempore ſoleant petere velum conſecrationis? Dicendum non peccare huiuſmodi occulè corruptam petendo, quia aliàs poſſent aliæ facilè malum ſuſpicari, & ſic infamaretur; lex autem hamana etiam Eccleſiaſtica non obligat in caſu infamiæ vt docet Nau c. 27. num. 239. Nec in caſu ſcandali, c. 1. per quo. dam de ita. Mon. Nam & excommunicatus occultus, vt famã tueatur poteſt abſq; irregularitate celebrare Vict. in ſum. num. 13 de excõ. Silu. Euchar. 2 nu. 10 Nau loco cit.

4 Eccleſia conſecranda ab Epiſcopo proprio, vel de eius licentia. c. Tua fraternitas de conſecr. Eccl. Nec poteſt Epiſcopus non epiſcopo id muneris demandare c. Aqua. eo tit. ſufficit autem ſi in ipſa conſecratione Sacerdos Miſſam celebret Silu. conſecr. 2 q. 1 Poteſt verò conſecrari etiam die feriato d. c. Tua.

5 Non poteſt Epiſcopus conſecrare, vel fundare Eccleſiam ſine dote ſufficiente, aloqui tenetur de ſuo dotare, ſi abſque detrimento propriæ Eccleſiæ id facere poſſit, niſi haberet proprium. c. Cum ſicut, & ibi glo. ver conſecranda de conſec. Eccl. c. Nemo de conſecr. d. 1.

6 Conſecrandus Epiſcopus die dominico, & à tribus Epiſcopis c. ſi Archiepiſcopus, & c. Nec Epiſcopi de temp. ord. Quòd ſi à paucioribus nihil fit diſt. 66. per tot. glo cit. communiter recepta, vt teſtatur Azor. p. 2. lib. 3 c. 30 vers poſtremo quæritur. Silu. conſecr. 1 q. 1 id enim eſſe de ſubſtantia conſecrationis docent glo. cit. & ibi Pan num. 2 per textum in c. Porro diſt. 66. vbi glo. vet. irrita, & Palud. relatus à Silu dictum 1 dicunt validam eſſe conſecrationem, & impediri tantum executionem Sed non eſt recedendum à prima ſententia.

7 Calicem conſecrat Epiſcopus de iure & Abbates de conſuetudine, ſi vtantur inſignibus Epiſcopalibus, & Epiſcopalem iuriſdictionem habeant, & conſuetudo ſit ſaltem Romani Pont. tacito conſenſu approbata, Silu. ver. Calix q. 1 Ang. eo. q. 1. Azor. alios referens p. 1. lib. 9. c. 7. q. 2. Idem de corporalibus, & cœteris paramentis docent Silu. & Ang loc. cit & de paramentis altaris docet Nau de conſecr. Ecç. cons. 2. in fi. poſſe benedici à Parocho, Sed contrarium verius docet Vgol. de poteſt. Ep. c. 31. num. 4.

8 Omnes Prælati regulares benedicunt corporalia, & alia Eccleſiaſtica paramenta, in quibus non interuenit Chriſma Leo x. Innoc. 8. & Iul. 2. vt refert Conſect. ſum. priuil. tit. 14. c. 4. & clarius Sorb ad Collector vet. benedicere vbi dicit idem conceſſum eſſe Vicarijs dictorum Prælatorum in eorum abſẽtia Innoc. 8 Congreg. S. Iuſtinæ & Cõfect. loco cit. affirmat etiam ſimplices Sacerdotes poſſe, exceptis corporalibus pro eorum vſu tantum ex priuilegio Sixti 4. Generales verò Ordinum eorumque Vicarios etiam ad vſum extraneorum, ex eodem priuilegio An poſſint ſuas Eccleſias pollutas etiam conſecratas reconciliare, Vide Ricc. p. 3 deciſ. 190

9 Aqua benedicta etiam pœnam peccatorum venialium remittit, non per ſe ſimpliciter, ſed ſecundum modum feruoris in Deum, qui per prædicta exercetur S Th. p. 3. q. 87. ar. 8 ad. 3 Poteſt ei addi alia non benedicta in infinitum, dommodo ſemper minor ſ. p. 3. q. 77. ar. 8. ad 3. Silu ver.

Cc 2 Aqua

Aqua bened. q. 3; immo & maior addi poteſt ſecundum Ang. ver. eo. parag. 1. Idem de oleo ſancto c. Quod in dubijs de conſecr. Eccl.

10 Nuptiæ ſecundæ non benedicendæ c. 1. & 3 de ſec. nup. ſi alteruter fuit aliàs benedictus ſan in c Vir eo tit. Ang. Silu. Hoſt. & alij eo. Secundum alios verò ſi mulier eſt Virgo, benedicitur, propter ſignificationem, quia Chriſtus habet plures ſponſas, ſed anima non habet niſi vnum ſponſum, id eſt Chriſtum S. Th. ſuppl. q. 63 ar. 2. ad 2. ſeruandus vſus Ang. & Silu. vbi ſupra Nau. c. 22. num 83 Intellige de vna Papa ſcito & tollerato. Silu. vbi ſupra. V. Miſſa ſuſpenſi ipſo iure num. 6. & Alter. de ſuſpens. diſp. 1. c. 4

11 Veſtis ſacra polluta luxuria iterum benedicenda Sil. ver. Veſtis.

12 Veſtes cum quibus ſchiſmaticus celebrauit, vel altare in quo celebrauit, non ſunt iterum benedicenda: ſecus ſi ille bene dixiſſet Silu. ver benedictio q 6 Idem de degradato affirmat ver. Altare q. 8 in fi.

13 Sacræ res venditæ ad vſus prophanos prius diſſoluendæ ſic vt formam amittant S. Th. 2. 2. q. 10 ar. 4 Sot de iuſt. lib. 9 q. 7 ar. 1. ad 2. Silu. ver. Simonia q. 12. & ver. emptio q. 4 verſ 4 Valen. to. 3. diſp. 6. q. 16. p. 2 q. 5. Tolet. lib. 5 c. 8. 9.

14 Laicis, & Clericis non ſacratis non licet ſacra vaſa tangere. c. Non oportet diſt. 32 Nec Moniales c. Sacratus ea. diſt. Si tamen tangant, non ex contemptu non peccant ſaltem grauiter Sot in 4 diſt. 13 q. 1 ar. 3 verſ Sed circa hoc quæritur Suar. to. 3. diſp. 81 ſect 8

15 Ligna, & lapides loci ſacri poſſunt ſeruire religioſis pro loco honeſto. c. Ligna de conſecr. diſt. 1. Silu. ver. benedictio q. 7

COEMETERIVM. SEPVLTVRA. HOSPITALE.
V. Eccleſia. Hæreditas. Religio. Torneamentum.

1 COEmeterium eſt locus per Epiſcopum ritè, & Solemniter benedictus ad vſum ſepulturæ Anchar. in c. 1. de ſepult. num. 4

2 Fieri poteſt ex ſola Epiſcopi deputatione Silu. ver. ſepultura q. 1 Ang. eo parag. 1.

3 Oſſa fidelium, ſi ſint tradita perpetuæ ſepolturæ, transferri non poſſunt ſine licentia Epiſcopi Silu. ver, Cœmiterium in fi aliàs transferri poſſunt ſine alicuius auctoritate, non quidem de loco proprio, ſed de communi, puta de vno Cœmiterio ad aliud, vt ibi.

4 Poteſt Epiſcopus ex cauſa in ſepulchro vnius alterum ponere, etiam *Domino* reclamante Silu ver. ſepultura q. 2. id tamen negat Ang. citato Ludou. Rom. in ſuis notat. ver. ſepultura.

5 Sepultura impediri non poteſt reſpectu debitorum, aut alterius cuiuſcumqs. obligationis, nec debet inferri moleſtia intra decem dies ab obitu, alias perditur debitum Silu. vbi ſupra q. 12 Ang. eo parag. 34 Couar 2 var. reſ. c. 2 num. 10 per Auth. Qui domum. C. de ſepulch. viol. Poteſt verò ex cauſa negari condemnatis Couar. vbi ſupra num. 11

6 Meretrix occiſa in domo Amaſij non priuanda ſepultura, ſi communicauit in Paſchate Roder. de regul. to. 3. q. 61. ar. 2. Nau. de ſepult conſ. 6. Nec repertus ſuſpenſus in cubiculo, etiam clauſo oſtio, niſi conſtet quod ſe occiderit. Nau. conſ. 7. Nec repertus in puteo, non enim præſumitur ſe occidiſſe Couar vbi ſupra. V. cap. 2 de Torneam. & ibi Panor.

7 Sepultus à ſchiſmatico non exhumandus c. A nobis de ſacram. non iter. Nec ſepultus ab hæretico, aut infideli, aut excommunicato Silu. ver. cœmet. q. 2

8 Vxor conſumato matrimonio, aut

ſaltem

ſaltem ducta ad domum viri, ſi non eligit alibi ſepeliri, ſepelienda in ſepulchro viri, c. Vnaquæq; 13 q. 2 Si tamen propter adulterium ſit à viro ſeparata non ſepelienda in ſepulchro viri, niſi ſit reconciliata Ang. ver ſepultura parag.23. Vidua licèt receſſerit à domo mariti, ſepelienda cum viro, vel ſaltem erit locus præuentioni Ang num. 24 Quòd ſi plures habuit, ſepelienda cum vltimo ibidem V. Anchar. in c. Is, qui de ſepult. in 6. num. 3 & 4 qui textus vers. Mulier continet hunc poſtremum caſum, niſi ipſa elegerit alibi ſepeliri.

9 Filius impubes ſepeliendus vbi elegerit Pater, niſi aliud habeat conſuetudo c. de Vxore parag. Vtrum autem, de ſepult. in ant. & c. licet eo. in 6 Pubes verò etiam ſub patria poteſtate, poteſt ſibi eligere, etiam contra voluntatem Patris, quod ſi non, eligat Pater non eligit, ſed ſepeliendus in ſepulchro maiorum, ſi habet, aut in parochia Silu.ver. ſepultura q. 7. Ang eo parag. 5 & 11

10 Ad ſepulturæ expenſas tenentur hæredes: Vxoris nihil habentis vir: filij Pater: Serui Dominus. Quòd ſi vir dotem habet, & alter bona, vterq; pro rata Silu. vbi ſupra q. 14. Ang. eo parag. 45.

11 Clerici ſepeliendi in eccleſia, cui inſeruiunt, aut in qua ſunt beneficiati. Et ſi duas obtinet, datur locus præuentioni, aut ſepeliendus in ea, in qua moritur Silu. vbi ſupra q. 8 verſ 6 Ang eo parag. 22.

12 Peregrini, & Forenſes ſepeliendi in Cathedrali glo. in c. In noſtra de ſepul. ver. apud eos. Innoc. & Hoſt. in c. 1 eo ut Alij vt Pan. in d c. 1. num. 4 & in c. Ex parte eo. not 2 & in c. 1 de celebr. Miſſ. num. 2 docent ſepeliendos eſſe in Parochiali S. Ant. vel tus à Silu q 8 cit. vers. 2 docet ſepeliendos eſſe in parochiali, ſi ibi moram traxerunt aut venerunt animo trahendi, vt ſcholares: aliàs ſepeliendos in Cathedrali; niſi receſſiſſent Sacramenta à Præsbytero parochiali, quia tacitè videntur eligere ſepulturam, niſi aliud habeat conſuetudo ſaltem 40. ann. Rota coram Mantuca decis 366. Ang. vbi ſupra parag.19. dicit vtramque Eccleſiam habere ius præuentionis. Silu. verò vbi ſupra concludit ſtandum eſſe conſuetudini; qua non apparente, ſtandum diſtinctioni S. Ant.

13 Si quis ſibi eligat ſepulturam extra Parochiam, huic debetur quarta pars funeralium c. Cum ſuper de ſepult. Conc. Trid. ſeſſ. 25. c. 13. de refor. aut tertia, aut dimidia iuxta locorum conſuetudines c. Certificari de ſepult. Valet tamen conſuetudo etiam in maioribus, vel minoribus ſi ſit legitimè præſcripta: ſecus de conſuetudine nihil dandi. Anchar. alios referens in d c. Certificari num. 11. & ſeq. Ego ſentio ſtandum omnino eſſe deciſioni Trid. d. c. 13. vbi non obſtantibus conceſſionibus, gratijs, priuilegijs etiam Mari magno nuncupatis, aut alijs quibuſcumq. vult quartam deberi parochiali, & c.

14 Ne Regulares cuiuſcunq; ordinis; ac Congregationis vllo modo etiam prætextu alicuius ſpecialis conſuetudinis, parochias cum cruce proceſſionaliter, aut aliàs ad deferenda, & leuanda defunctorum funera intrent, vel leuent, & auferant, niſi vocato, & expectato proprio defuncti Parocho, eoqꝫ itidem præſente; Niſi aliter ipſe fieri conſentiat, & permittat vel niſi requiſitus venire expreſsè omnino recuſet. Sic Congreg. Card. ſuper negotijs Epiſc. & regul. vt teſtatur Vgol. de poteſt. Ep. c. 17. num. 3. & ad verbum refert. Grat an. diſcep. for. c. 492. in fi.

15 Sepultura priuantur primo excommunicati maiori, & publicè Clem. 1. de ſepult. c. Sane 14. q. 2. etiam iniuſtè Silu. ver. Sepultura q. 8. ver. 10. Glo. in c. Litteras ver. tollerare, de reſt. ſpol. Niſi in articulo mortis ſit abſolutus à ſuo præsbytero c. fi. de ſepult. aut niſi ſaltem dederit ſigna contritionis B. Med. lib. 1. c. 11. parag 3. in fi. Excomunicatum intellige publicè denuntiatum, aut notorium Clerici percuſſorem, ob Extrau. Ad euitandum ſayr: de

de cenſur. lib. 3. c. 35. num. 9. Secundo Vſurarij maniſeſti, Clem. cit. Niſi ſaltem cauerint de reſtituendo, c. Quamquam de vſur. in 6. Tertio Morientes in peccato mortali notorio Silu. ver. Sepultura q. 9. verſ. 7. Pan. in c. Cum ad monaſterium num. 14. de ſta. mon. et qui contempſit confiteri per annum, & deceſſit ſine ſignis contritionis Silu. ibidem vers. 4. Pan. in c Ex parte num. 3. de ſepult. & in c. Audientiam de torneam oportet autem hoc eſſe certum, & maniſeſtum Silu. q. 10. verſ 2. Et de morientem in peccato mortali notorio quod priuetur Eccleſiaſtica ſepultura, tenent etiam Pan. rubr. de ſepult. num. 3. & Nau. c. 25. num. 132. per c. Quibus 13. q. 2. qui tamen tex. cum ſeq non prohibent ſepeliri in loco ſacro, aut iam ſepultos exhumari præcipiunt; ſed tantum dicunt non prodeſſe huiuſmodi deſunctis Eccleſiaſticam ſepulturam. Quarto Qui ſe ipſos voluntarie occidunt. c. Placuit 25. q. 5 Glo. in c Ex parte 2. de ſepult. ver. non ſponte Silu. vbi ſupra q 9. vers. 3. Pan. in c. Tuanos, parag. vlt. num. 6 de homic. Quinto Decedentes in Torneamentis qui eo acceſſerunt animo pugnandi c 1. de torneam: & eorum armigeri illis inſeruientes in armis c. 2. de torneam. vbi Pan. Silu. vbi ſupra S. Ant. p. 2. tit. 10. c. 5. Sexto Interdicti nominatim ab ingreſſu Eccleſiæ, Clem. cit. Septimo Monachus inuentus proprietarius, c: Super quodam de ſta. mon. Octauo Hæretici, Iudæi, &c. etiam ſi poſt mortem appareat de hæreſi, cap. Eccleſiam de conſecr. d. 1. & c. ſanè 24. q. 2. Item fautores hæreticorum, receptatores, credentes, & defendentes, c. Excommunicamus 1. parag. Credentes, de hæret. Niſi probetur ſaltem per vnum teſtem, eos pœnituiſſe c. Super eo, de hæret. in d. Qui autem eos ſcienter ſepulturæ tradere præſumpſerit, ipſo facto eſt excommunicatus, nec abſolui poteſt, niſi prius proprijs manibus publice extumulet, & proijciat. c. Quicumq, eo tit. in 6. Predictorum corpora, ſi diſcerni poſſunt, exhumanda, & proijcienda, Eccleſia, & Cœmeterium reconcilianda. Circa hæc omnia videndi Hoſt. in ſum. tit. de ſepult. Silu. Ang. & alij Summiſtæ ver. Cœmeterium, & ver. Sepultura. Couar. vbi ſupra.

16 Puer de ventre matris extractus mortuus extra cœmeterium ſepeliendus Silu. ver. Sepultura q. 10.

17 Hoſpitalis cura regulariter pertinet ad Ordinarium ſimpliciter c. De xenodochijs, c. Ad hæc, & Clem. Quia contingit de relig. dom. Trid. ſeſſ. 22. c. 8. de refor. Silu. ver. Hoſpitale q. 11. Et ei reddenda ratio adminiſtrationis; niſi aliter in eius inſtitutione cautum eſſet Trid. c. 9. Aut niſi ſint ſub immediata Regum protectione c. 8. cit. aut niſi ſint pia loca Vniuerſitatum Cong. Concil. Quòd ſi ex conſuetudine, aut priuilegio, aut conſtitutione aliqua loci, alijs ad id deputatis ratio reddenda eſſet, cum ijs adhibendus Ordinarius, alioqui nullæ ſunt liberationes dictis adminiſtratoribus factæ Trid c 9. cit. In caſu negligentiæ executorum, poteſt Epiſcopus ſe intromittere, & viſitare Hoſpitalia erecta cum conditione ne Ordinarius ſe intromittat; & cognoſcere vtrum piæ inſtituentium voluntates executioni mandentur Congreg. Concil. facit Clem. Quia contingit cit & expreſſè ſic docent Pan. in quæſt. incip. Sempronius num 14. & in c. Ad hæc de relig. dom. & in c. Sopitæ de cenſib. & ibi Anchar. Felin. in c. De quarta de præscrip. Nau. de relig. dom. conſ. 3. Si tamen huiuſmodi Hoſpitale ſit prophanum, & viuit fundator, ſecundum eoſdem non debet Epiſcopus de eo ſe intromittere, nec viſitare. Ipſo verò mortuo. poterit viſitare, & videre, an pia defuncti voluntas executioni mandetur, non obſtante contraria Teſtatoris voluntate, de quo vide Monetam de commut. vlt. vol. c. 10. num 478. Addit tamen Nau. ſatisfacere Rectores huiuſmodi loci, reddendo rationem adminiſtrationis laicis perſonis, notificando Ordinario, vt, ſi velit, adeſſe poſſit. Eſt verò locus pius ex Doct. cit qui eſt fundatus auctoritate Epiſcopi, & conſtat ex d. c. Ad hæc, & ex Anchar. cons. 129. & Specul. ibi cit. in quo Senes, Infantes, & miſerabiles perſonæ aluntur, & alia pietatis opera exercenter;

centur: ex opere enim, & effectu, non ex nomine iudicandum an ſit locus pius. Hoc tamen non ſufficere, quia aliud eſt de loco, & aliud de operibus docent Franchi. c. 1. de reb. Eccl. non alie In 6. Pariſ. conſ. 34. vol. 4. Felin. & alij quos refert Quarant. ver. Alienatio num. 28. Azor. p. 2. lib. 3. c. 40. q. 12. V. eundem Anchar. in cit. cap. Sopitæ Pan. in c. Patentibus de priuil. & c. Inter dilectos de donat. Vgol. de pot. Ep. c. 24. Beni-tend. concl. 13. fuſe Adnotator ad Capell. Tholoſ. q. 215. Adde ex Pan. in c. ſi de cenſib. Dec. in c. Paſtoralis de priuil. num. 7. & Fel. in d. c. De quarta verſ. tertia declaratio, Hoſpitale præſumi religioſum, ſi actus in eo celebrandus ſit publicus, ad quem omnes indifferenter admittuntur; ſi habeat campanile, & campanam publicè, Rectorem perpetuum, dotem. Sunt enim hæc ſigna fundatum eſſe auctoritate Epiſcopi. V. Pan. in d. c. De xenodochijs & d. c. Inter dilectos, & vol. 1. conſ. 31. Quæ Hoſpitalia dicantur eſſe ſub immediata Regis protectione, vide Hieron. Gabriel. p. 2. conſ. 195. vbi quod Hoſpitalia Eccleſiaſtica poſſunt nihilominus ab Epiſcopo viſitari, & Decretum Concil. ſeſſ. 22. c. 8. intelligitur de prophanis. Vbi quid ſignificet immediata protectio. V. Barboſ. ad c. Ad hæc num. 3. de relig. dom.

18 Poteſt poni Rector in omni Hoſpitali ſine Epiſcopi inſtitutione, aut confirmatione, niſi aliud habeat conſuetudo Silu. ver. Hoſpitale q. 2. quod Arg. eo. initio intelligit de Hoſpitali non religioſo, ideſt fundato ſine auctoritate Epiſcopi, quo caſu non poteſt Epiſcopus illud iure proprio viſitare ſed auctoritate Apoſtolica delegata ex forma Concil. Trid. Farin. p. 2. deciſ. 30. num. 8.

19 Hoſpitale, & eius familia; & pauperes ibi degentes pertinent ad matricem. Glo. in Clem. Quia contingit de rel. dom. ver. altare Niſi per antiquam conſuetudinem haberent proprium Sacerdotem, & Eccleſiam vel Cœmeterium, aut à Parocho in cuius parochia eſt Hoſpitale, ſacramenta adminiſtrentur Clem. cit. parag. vlt. Antiqua eſt conſuetudo ſaltem 40. ann. Anchar. in d. Clem. num. 18.

20 Si Hoſpitale habeat curam animarum, poteſt ei præfici religioſus Pan. in d. c. De xenodochijs num. 4 Ang. ver. Hoſpitale parag. 1 poſſunt enim religioſi intitulari in Eccleſia Curata Pan. in c. Super eo num. 3. de regul. & in c. Quod Dei num. 7. de ſta. mon. vbi teſtatur de com.

PRÆLATVS ELECTIO.

V. Epiſcopus. Beneficium. Iuſpatron. Papa. Poteſtas. Religio. Scandalum. Superior.

1 Prælati nomine, latè ſumpto vocabulo, venit Clericus habens curam animarum. Minus latè veniunt alij habentes prærogatiuam maiorem ſine iuriſdictione, vt Plebanus, Decanus, Archipræsbyter, & huiuſmodi. Strictè verò veniunt habentes iuriſdictionem ordinariam, vt Epiſcopi, Abbates, & alij Eccleſiaſtici Iudices ordinarij Pan. in cap. Decernimus num. 16 de Iudic. & Generales, Prouinciales, & qui monaſterij, & Cœnobij totam curam, & adminiſtrationem cum ordinaria iuriſdictione habent Ang. ver. Prælatus initio Silu. eo. q. 1.

2 Prælationis officium indignè aſſumit, qui non eſt perfectus in virtutibus S. Tho. 2. 2. q. 185. ar. 1. & quol. 3. ar. 11. & quol. 3 ar. 9. & quol. 5. ar. 22 & quol. 12. art. 17. Excuſat autem obedientia, aut neceſſitas, quando ſcilicet non inuenitur alius, qui velit illud onus ſuſtinere S. Tho. q. 185. cit. a. 2.

3 Prælationem appetere principaliter ob cupiditatem, aut ambitionem mortale eſt S. Tho. vbi ſupra Silu. ver. Epiſcopus q. 3. verſ. 4. Ang. eo. parag. 2. & ver. Prælatus parag. 5 Sot. de iuſt. lib. 10. q. 2 ar. 1. concl. 9.

4 Mortale eſt non præficere in Epiſcopum digniorem, & viliorem Eccleſiæ Trid. ſeſſ. 24 c. 1. de refor. Ang. ver. electio parag. 21. qui ex S. Hieronymo intelligit de minori iali prælationi.

5 Electio tenet, ſi ſeruetur ius ius naturale, ideſt ſi adſit eligentium conſenſus, licet poſitiuum ius deſit, ſi confirmetur; nec tenetur electus reſignare Innoc. in c. Quod ſicut, de electionibus. Silu. ver. alienatio num. 13. & electio 1. q. 10. in fi. Nau. de orat. miſcell. 95. num. 2. & de ſpol. Cler. parag. 2. num. 7. In electione tamen Epiſcoporum, & aliorum Prælatorum Eccleſiarum collegiatarum ſeruandam omnino eſſe formam iuris, alioqui nullam ipſo iure eſſe electionem docent Ang. ver. electio parag. 29. V duas deciſiones coram D. Coccin. relatas ad verbum à Maſſubr. prax. conſues. prælud. 8. à num. 31. vſq. ad fi. vbi num. 101. & ſeqq. impugnatur opinio Innoc. Pan. in c. Quia propter de elect. vbi num. 11. & ſeqq ponit 18. ſubſtantialia ad huiuſmodi electionem. Idem dicit eo. cap. parag. vel ſaltem, num. 5.

Contempti in electionibus poſſunt opponere ipſi ſoli, non alij. Rota coram Buratto decis. 351. num. 4. Quòd ſi non proſequantur, eorum tamen vota debent numerari ad cognoſcendum, an habito reſpectu ad illos, electio facta fuerit à maiori parte, aliàs enim remaneret nulla. Ferentill. multis cit. ad cit. decis.

7 Vbi vniuerſitatis conſilia fuerint conuocata de mandato ſuperioris, tunc ſi omnes ſunt vocati ſiue per Nuntium, ſiue per campanam, &c. licet omnes non veniant, illi tamen qui venerunt, poterunt negotia expedire, licet non faciant duas partes ex tribus. Mandatum enim Superioris conſtituit non venientes in contumacia, per quam priuantur facultate dandi ſuffragia, & non veniendo faciunt ſe alienos, ita vt ius Vniuerſitatis reſideat penes illos, qui con. paruerunt, licèt non faciant duas partes ſic de veriori opinione Canoniſtarum aſſerit Gratian. diſcep. for. to. 5. c. 933. Pan. in c. Cum omnes de conſtit. num. 13. & c. Bonæ 1. de poſtul. num. 9

8 Ad intelligentiam Extrau. Iniunctæ de elect. inter com. Vide Rubeum in ſingul. Rotæ p. 1. ad Accorambon. decis. 7. & ad Bubal. decis. 236. & Gratian. c. 127. à num. 41. Azor. p. 2. lib. 3. c. 20. q. 9. & lib. 6. c. 26. p. 5. vbi ſupra intelligitur de beneficijs à Rom. Pont. impetratis, non quæ ab Ordinario.

9 Electio fieri debet de gremio ipſius Eccleſiæ ſi in ea eſt dignus, nec admittendi extranei, niſi in defectum. Quod ſi maior pars eligat extraneum, minor pars poteſt contradicere Glo. in c. Nullus inuitis diſt. 61. & diœceſano non diœceſano præferendum eſſe docent Mandos. in reg. 16. ſi. 3 Piaſecc. prax. Ep. p. 2 c. 5 num. 19. in fi. citans Lambertin. de iurep. lib. 2 p. 3 ar 6. Zecch. c. 12. num. 36. V Glo. in c. Ad decorem de inſtit. Et oriundus non oriundo præfertur, reg. 16. cit. quamuis inter alienigenas alij fuerint digniores Azor. p. 2 lib. 6. c. 15 q. 1. in fi. & fuſius c. 4. q. 25. V. Beneficium num. 27.

10 Eligens non digniorem, ſed tamen idoneum, non tenetur reſtituere Sot. de iuſt. lib. 3. q 6 ar. 2 concl. 7. Cai. in ſum. ver. electio Couar. in reg. Peccatum p. 2. parag. 7 num. 6. Peccat tamen mort. S. Tho. 2. 2. q. 63. art. 2 Sot lib. 4. q. 6 ar. 3 circa fi. Silu. vbi ſupra q 16. Pan. in c. Bonæ 2. num. 15. de poſtul. Præl. Couar. num. 6. Arag. 2. 2. ar. 2 cit. Idem dic de præſentatore. Intellige dicta primo ſi exceſſus ſit notabilis Sot. ar. 2. cit. Secundo ſi æquè facilè eligere poteſt meliorem, ſed ideo non eligit, quia non vult. Secus ſi ex aliqua affectione, vt quia eſt ſibi inimicus Ang. ver. electio parag. 20. Sed vere non ſubſiſtit hæc limitatio, quia quotieſcumq; alij aliquid debeo, non excuſor à reddendo, & à peccato iniuſtæ retentionis, quòd ille ſit mihi inimicus. Et Conc. Trid. alijq; ſacri Can. & Doct. abſolutè dicunt eligendum meliorem, & peccare mort. contrafacientem. V. Azor. p. 2. lib. 6. c. 15. q. 1. Excuſatur tamen prætermittens digniorem, quando digni mores ſunt magis noti, quàm dignioris Cong. Conc. vt refert Piaſecc. num. 19. cit. eo enim caſu præferendus dignus.

gnus: Pius tamen 15. Kal. Apr. 1566. conceſſit appellationem magis digno, & coram Iudice ad quem iterum faciendus concurſus, & magis idoneus præferendus. Interim verſ. non ſuſpenditur collatio facta ab Ordinario. V. Rotam apud Farin p. 1. decis. 537. & apud Buratr. decis. 22. & Maſſubr. prax. concurſ. requis. 5. dub. 1.

11 Electus, ſi non conſentiat electioni cogente Superiore, peccat mort. c. niſi cum pridem de renunc. Niſi forte obſtet aliquod impedimentum, quod nec per Superiorem, nec per ſe poteſt remoueri. S. Tho. 2. 2. q. 185. ar. 2. in corp. & ad 2. Item peccat mort. ſi alioqui ſit notabile Eccleſiæ detrimentum c. In ſcripturis, & c. Olim. 8. q. 1. Silu. electio c. q. 19. Sot. lib. 10. q. 2. art. 1.

12 Eligens Prælatum quem ſcit eſſe in peccato mort. peccat mortaliter. Cai. in ſum. ver. electio Pan. in cap. vlt. de cler. excom. affirmant enim huiuſmodi eſſe intelligibilem. Verum magis placet aliorum opinio dicentium peccare mort. qui eum eligit, qui eſt in peccato mortali notorio, aut depoſitione digno: aut ſi ex manifeſta malitia, & inueterata quadam peccandi conſuetudine peccator eſt, quod probabiliter iudicetur in peccato permanſurus. Azor. p. 2. lib 6. cap 14. q. 25.

13 Confirmatori ſufficit quod electus ſit dignus Sot. de iuſt lib 3. q. 6. ar. 2. Arag. 2 2 q. 62 art. 2. P. Nau lib. 2. c. 2. num. 149. & ſeq Præſentare quidem debet patronus digniorem; at dignum præſentatum à maiori parte patronorum tenetur Epiſcopus inſtituere, etiam ſi præſentatus à minori parte ſit dignior. Couar. in reg. Peccatum p. 2. parag. 7. num. 4. & com. Si Iuſpatronatus ſit Eccleſiaſtici cum cura animarum, is præſentare tenetur digniorem ex approbatis ab examinatoribus. Quòd ſi inſtitutio ad alium, quàm ad Epiſcopum ſpectet; tunc ſolus Epiſcopus ex dignis eliget digniorem, quem patronus ei præſentat, ad quem ſpectat inſtitutio. Si verò Iuſpatronatus ſit laicorum debet nihilominus præſentatus ab examinatoribus approbari Trid. ſeſſ. 24. c. 12. de refor.

14 Idoneus eſt, non qui maiorem charitatem habet, aut ſanctior; ſed qui ad tale officium hoc loco, tempore, &c. aptior huiuſmodi miniſterio videtur, S. Tho. 2. 2. q. 63. ar. 3. Cai. in ſum. ver. electio. Azor. p. 2. lib. 6. c. 15. q. 1. in fi. Couar. & Sot. vbi ſupra. Maſſubr. vbi ſupra dub. 2. & alij ibi relati.

15 Eligendus maximè idoneus, licet timeatur futurum in periculum animæ ſuæ, non tamen conſuluendus, vt accipiat: Nam & ipſe tunc nequiter acciperet, et retineret. quod verò ſit eligendus, ideo eſt, quòd bonum vniuerſale præſtantius eſt particulari. Sot. lib. 10. de iuſt. q. 2. art. 2. in fi. Sed hæc ratio ſuadere videtur non peccare conſulentem, vt accipiat, neque accipientem, & retinentem.

16 Confirmator ius habet examinandi mores, & vitam electi, & præſentati c. Nihil eſt de elect. Trid vbi ſupra Azor. c. 16. q. 6. & c. 22. c. 16.

17 Duobus aut pluribus ab examinatoribus approbatis vt æquè dignis ad patronũ ſpectat alterum eligere Azor. c. 22. cit. q. 15.

18 Inuitus nemo compelli poteſt, vt interſit in aliqua electione facienda, niſi multum interſit Eccleſiæ, c. Quia propter, & ibi Pan. num. 4. & glo. ver. volunt de elect c. Cum nobis &c. Quod ſicut eo Poteſt enim elector iure ſuffragij ſe abdicare Azor. vbi ſupra c. 14. q 7. in fi. quia quilibet poteſt iuri ſuo cedere Rod de regul. to. 2. q. 53. art. 10. V. infra ver. Religio de voto obed. num. 43.

19 Electio, ſi coarctetur ad tres, vel quatuor perſonas nulla eſt. ſecus ſi reſtringatur ad certum collegium, vel certum genus perſonarum Roder. alios referens vbi ſupra q. 52. art. 11.

20 In electionibus, inſtitutionibus, &c. vbi vota ſunt paria, præferendus qui maioribus iuuatur meritis. Quod ſi magis idoneus poſt haberetur, poſſet appellare, quia committitur hoc iudicio Epiſcopi, tamquam bono viro: Nam dictio (Iudicium) ſapit diſcretionem, & arbitrium boni viri. Pan. in c. Cum autem de Iurep. num. 5. & ſeq.

21 Electus debet eſſe idoneus in ſciẽtia,

ætate, & ordine tēpore electionis; aliàs electio eſt nulla; nec ſufficit quòd ſuperueniant iſtæ qualitates poſt electionem. Quod enim nullum eſt ab initio, tractu temporis non conualeſcit, c. Non firmatur, de reg. iur. in 6. Pan. in c. Dudū de elect. num. 8. Barbos. ad c. ex literis num. 8. de tranſact. V. infra ver. Benef. num. 20. & ſeq.

PAPA. CONCILIVM. CARDINALIS.

V. Obedientia. Literæ. Lex.

1 PAPA peccat mort. non ſeruando legem humanam, aut in ea fine cauſa diſpenſando Sot. de iuſt. lib. 1. q. 6. art. 7.

2 Papæ electio ſimoniaca nulla eſt. Concil. Later. nec conualeſcit per ſequentem adorationem Bulla Iul. 2. Cum tam diuino, &c.

3 Contra Papam de hæreſi ſuſpectum poteſt Concilium prouidere, ſi nolit corrigi, c. Si Papa diſt. 40. Silu. ver. Concilium num. 5. & ſeqq. & ver. Papa q. 4. Azor. p. 2. lib. 4. c. 7. q. 5.

5 Nulla excomunicatio, aut cenſura impedit Papæ electionem. Pius 4. Bulla In eligendis 1562.

5 Viuente Papa tractantes de eligendo ſucceſſore excommunicati ſunt ipſo facto Paulus 4. in Bulla, Cum ſecundum Apoſtolum 1558.

6 Papa peccat mort. dando bona Eccleſiæ conſanguineis, vt præ alijs eos diuites faciat. Archid. in c. Non liceat Papæ 12. q. 2. quem ſecuti ſunt Pan. in c. Conſtitutus num. 16. de relig. dom. & Felin. in c. Quæ in Eccleſiarum. num. 44. de conſtit. & Dec. in Epiſcop. num. 15. de præben. inde inferentes poſſe Eccleſiæ Prælatum aliqua dare conſanguineis ad ſuſtentationem, vt in c. Monemus 12. q. 2. &c. Non ſatis diſt. 86. Anchar. conſ. 306. & nouiſſimè Conc. Trid. omnino eccleſiaſticis interdicit, ne ex redditibus Eccleſiæ conſanguineos familiareſue ſuos augere ſtudeant; cum & Apoſtolorum canones prohibeant, ne res Eccleſiaſticas, quæ Dei ſunt, conſanguineis donēt. Immo Sancta Synodus quam maximè poteſt eos monet, vt omnem humanum hunc erga fratres, nepotes, propinquoſq; carnis affectum, vnde multorum malorum in Eccleſia ſeminarium extat, penitus deponant. quod non ſolum ad Epiſcopos, ſed etiam ad S. R. E. Cardinales pertinere decernit.

7 Concilium Tridentinum cæpit obligare quoad ius poſitiuum à Cal. Maij 1564. Pius V. in Bulla quæ in c. Sicut ad ſacrorum. eo. anno.

8 Concilium Prouinciale faciendum quolibet triennio; Diœceſanum quotannis; Conc. Trid. ſeſſ. 24. c. 2. de reſor. Sed Prouinciale publicari non poteſt, niſi prius Sedi Apoſt. præſentatum ab ea approbetur Piaſecc. prax. Ep: p. 2. c. 2. in fi. & ſtatuit Sixtus V. in ſua conſt. incip. Immenſa 25. Martij 1584.

9 Concilium Synodale poteſt Epiſcopus celebrare fine auctoritate metropolitani Silu. ver. Epiſcopus q. 8. verſ. 7. & ad eius decreta non requiritur conſenſus, & approbatio Cleri, ſed tantum conſenſus capituli, non tamen neceſſariò ſequendus. Congreg. Concilij.

10 Ad Synodum Diœceſanam ire tenentur ſoli Curati. Anchar. & Io. And. in c. Quod ſuper de mai. & obed. Piaſecc vbi ſupra num. 2. quia hi ſoli, cum habeant populum, tenentur ad Cathedraticum. Pan. verò in d. c. Quod ſicut num. 1. diſtinguit. Quia aut in Synodo ea ſola agitari debent, quæ concernunt curam animarum et tunc ſoli Curati tenentur accedere: aut agendum eſt de morum reformatione aut ſimilibus, et tunc totus Clerus Diœceſis conuenire debet, ita tamen, quod Eccleſijs non ſubtrahatur diuinum officium; & ſic dicit intelligendum Innoc. qui in c. Graue de præben. dicit totum Clerum venire debere ad Synodum. Certè præter Curatos, reliquus Clerus non tenetur ad Cathedraticum Hoſt. quem refert, ac ſequitur Anchar. vbi ſupra num. 4. & ad Panor. poſſet reſpon.

reſponderi Synodo ſatisfieri publicatis ipſius Synodi Decretis, ad quorum obſeruantiam tenetur vniuerſus Clerus dioeceſis V. Maſſubr. de Synodo Diœceſ. cap. 3. dub. 2. cum ibi cit.

11 Cardinalis Epiſcopus debet in ſua Eccleſia reſidere Trid. ſeſſ. 23. c. 1. de refor.

12 Cardinali aliquid aſſerenti, an ſemper credendum, vide infra ver. Literæ.

EPISCOPVS.

CAPITVLVM. ARCHIDIACONVS.

V. Beneficium. Confeſſor. Irregularitas. Legatum. Ordo. Scriptio. Religio. Statutum. Verberare. Vicarius.

1 POteſt Papa præcipere alicui, vt Epiſcopatũ accipiat S. Tho. 2. 2. q. 185. ar. 2 ad 2. Roder. in ſum. p. 2. c. 9 num. 6.

2 Epiſcopus poteſt duas Eccleſias vnire, c. Sicut de exceſſ. Præl. Trid. ſeſſ. 21. c. 5. de refor. Nau. de reb. Eccl. non al. cons. 12. Et vnam diuidere, & vnam alteri ſubijcere, requiſito aſſenſu eorum, quorum intereſt Silu. ver. Epiſcopus q. 8. verſ. 7. Nau. vbi ſupra c. 15. Pan. in c. Auaritiæ de præben. not. 3. Et, ſi ſubeſt cauſa, poteſt diuidere, etiam inuito Rectore, vt ob locorum diſtantiam, ſiue difficultatem Trid. vbi ſupra c. 4. c. Ad audientiam 1. de Eccl. ædif. vbi Pannor. & Eccleſiæ de nouo erectæ debet aſſignari congrua portio de redditibus matricis Trid. loco cit. Nouus autem Parochus matricem tamquam Patronam agnoſcet, cum iuſpatronatus in ea conſequatur, Glo. in d. c. Ad audientiam ver. præſentationem. Vgol. de poteſt. Epiſc. c. 35.

3 Epiſcopus non poteſt delegare ſimplici Sacerdoti ea, quæ ſunt ordinis Epiſcopalis c. Aqua de conſecr. Eccl. vt conſecrare calices, veſtes ſacerdotales, aram, vel Eccleſiam, & hanc pollutam reconciliare, c. Quamuis diſt. 68. Silu. vbi ſupra Caſtr. de iuſt. hæret. pun. lib. 2. c. 22.

4 Epiſcopatum appetere aliquando licet, ob neceſſitatem, aut charitatem S. Tho. vbi ſupra ar. 1. Sot. de iuſt. lib 10. q. 2. ar. 1. Appetere verò ob temporalia animo bene adminiſtrandi non eſt mortale Sot. ibidem.

5 Epiſcopus reſpondet ſe ſcire vtrunq; teſtamentum, ideſt quantum ſatis eſt ad ſuum officium Silu. ver. Epiſcopus q. 4.

6 Ob nullum periculum temporale poteſt deſerere gregem ſua præſentia indigentem c. Siſcitaris 7. q. 1. Silu. vbi ſupra q. 8. vers. 2. Arag. 2. 2. q. 64 ar. 7. dub. 1. ad 3. Ob periculum autem corporale, aut propter aliquod Eccleſiæ commodum licebit deſerere, ſi poſſit per alium ſufficienter prouidere S. Tho vbi ſupra ar. 5. lib. 10. q. 3. art. vlt.

7 Poteſt tempore interdicti vbique celebrare, & celebrari facere c. fi. de priuil. in d. Non tamen alta voce, & admiſſis interdictis, & interdictum violando iuxta c. Quod nõnullos de priuil. in ant. glo. fi. co. in 6.

8 Non incurrit ſuſpenſionem, aut interdictum, niſi fiat expreſſa mentio, c. Quia periculoſum de ſent. exc. in 6. Secus de excommunicatione, Glo. Gemin. & Doct. in d. c. Quia. Silu. vbi ſupra.

9 Poteſt eorum reſignationes recipere, qui aut ſenio confecti, aut valetudinarij aut corpore impediti, vel vitiati, aut crimini obnoxij, cenſuriſuè Eccleſiaſticis irretiti, aut nequeunt, aut non debent Eccleſiæ, aut beneficio inſeruire; ſeu qui vnum aliud, vel plura beneficia obtinuerint, vel quos contigerit ad aliud promoueri, Religionem quoq; ingreſſuri aut matrimonium contracturi, ſi ſtatim id exequantur; & in caſibus Bullæ Innoc. 8. de dimitt. Eccl. Cathed. Idem qui ob capitales inimicitias nequeunt, vel non audent in loco beneficij reſidere ſecuri; modo huiuſmodi reſignantes aliunde habeant, vnde poſſint commodè ſuſtentari. Item poteſt admittere commutationes beneficiorum, quæ canonicis, & Apoſtolicis

Digitized by Google

municatus Silu. vbi ſupra q. 3 Felin. in c. Iudæi 1 de Iudæ. Imola in Clem. 1 de pœnit. & rem. & alij & de Iudæo affirmant Hoſt. vbi ſupra Ang. ver. immunitas parag. 3. ſi confugiat zelo fidei; nec tenetur Chriſtiano, prius enim ſoluenda debita. Sed Panor. in c. Inter alia de immun. eccl num. 6 Couar. vbi ſupra num. 12. Nau. c. 25. num. 19 Alter. to 1 diſp. 1 lib. 2 c. 6. circa fi. affirmant ſolis Chriſtianis Catholicis eſſe conceſſam immunitatem. & de excommunicatis Alter. gaudere docet.

5 Manu apprehendens Eccleſiæ portam, aut vectes, auelli non poteſt. Couar. 2. res c. 20 num. 17

6 Gaudet damnatus ad mortem ſi dum ducitur tranſit per locum ſacrum Nau. vbi ſupra. Iul. Clar. prac. crim. q. 30. vers. Scias autem, qui de communi teſtatur, licèt Couar. vbi ſupra num. 16. contrariũ affirmet.

7 Non gaudent latrones publici, viarũ graſſatores qui itinera frequentata, vel publicas ſtratas obſident, ac viatores ex inſidiis aggrediuntur. Depopulatores item agrorum c. Inter alia, de immun. Eccl. qui ce homicidia, & mutilationes membrorum in ipſis Eccleſijs eorumuè cœmeterijs committere non verentur: aut qui proditoriè proximum ſuum occiderit, aut aſſaſſinij, vel hæreſis, aut læſæ mai. in perſonam ipſius Principis rei Bulla Greg. XIV. in c. Cum alias. Nec enormia in Eccleſia committens ſpe quod ab Eccleſia defendatur, c. Immunitatem de immun. Eccl. Silu. vbi ſupra q. 2. vers. 3. Ang. parag. 17. Pan. in d. c. Inter alia. licèt in c. Immunitatem cit. num. 8 extendat etiam ad eos qui talia agunt ſine ſpe, &c. V. Capell. Tholos cum ibi adnot. q. 423. vbi concluditur, quod ſi aliquis commiſit ſacrilegium in Eccleſiâ, & poſtea ob aliud delictum fugit ad Eccleſiam, non debet gaudere immunitate.

8 Non gaudentem immunitate etiam Iudex ſecularis poteſt auellere, quia Eccleſia eum non tuetur. prius tamen requirendus Epiſcopus, quo recuſante, capi poteſt à laico ſed ad carceres curiæ Eccleſiæ conducendus, nec inde abducendus, niſi prius per Epiſcopum cognito, an verè delictum commiſerit: aliàs laicus contrafaciens ipſo facto eſt excommunicatus Bull. Greg. XIV. cit. quæ tamen pleriſq; in locis non eſt vſu recepta.

9 Eccleſia incaſtellata tempore belli ad offendendum non gaudet Silu. vbi ſupra q. 2. vers. 4. Nec hæreticis Coa. Nau. Alter. vbi ſupra quod Silu. loco cit. non concedit quoad alia maleficia præter hæreſim. cui ſubſcribit Azor. p. 2. lib. 9. c. 9. q. 9. verſ. Quid de pagano.

10 Dimiſſus è carcere iureiurando promittens ſe rediturum, ſi iniuſtè detinebatur, & ad Eccleſiam confugiat, redire non cogitur, præſertim imminente periculo mortis, vel mutilationis. petenda tamen iuramenti relaxatio. Si verò iuſtè detinebatur, redire cogitur, nõ tamen per vim extrahendus, niſi præſtita cautione ſaltem iuratoria Azor vbi ſupra vers. quid dicendum, citato Io. And. ad Speculatorem, tit. de iureiur.

11 Seruus ad Eccleſiam confugiens, præſtita à Domino cautione de impunitate ei redditur. c. Id conſtituimus 17. q. 4. & c. Inter alia cit. Quòd ſi confugit quia timet per Iudicem puniri, quia fortè commiſit atrox delictum, idem dicendum quod de libero, quoad mitigationem pœnæ. Anchar. c. Inter alia cir. num. 4.

12 Clerici, & Religioſi non gaudent Pan. d. c. Inter alia num. 13. Angel. ver. immunitas num. 14. quod Couar. 2. var. res. c. 20 intelligi, ſi Iudex vult, extrahere cauſa diſciplinæ, aut ſi commiſit crimen degradatione dignum. Vſus tamen teſte Clar vbi ſupra q. 30. vers. Vlterius quæro, obtinuit Clericum poſſe abduci ad criminis punitionem. Idem docet Azor. vbi ſupra vers. Quid de pagano Limitat Sayr. de relig. trac. 3 lib. 3 c. 10. num. 7. cum Nau. c. 23 num. 21 & ſeq. primo vt intelligatur de Clerico reſpectu Iudicis Eccleſiaſtici, quia ſi Clericus non beneficiatus, nec tonſuram, & habitum deferens ad eccleſia confugiat, extrahi non poteſt à Iudice laico, quia reputatur vt Laicus. Secundo,

vt crimen degradatione dignum ex ijs ſit, vt Eccleſia ad ſe confugientes non defendat. Nam ſi non excipiatur ab Eccleſiæ tutela, licèt propter incorrigibilitat in tradi poſſit ſæculari brachio, extrahi non debet: nec enim eſſe debet peioris conditionis quam laicus. Et quod Clericus ſæcularis gaudeat immunitate tenent Graff. de immun. Eccl. conl. vn. num. 5. Farinac. prac. crim. q. 28. de carcer. & carcerat. qui hanc opinionem, & veriorem eſſe oſtendit. Idem docent Ambroſin. ad Bull. Greg 14. c. 12. num. 3. Duard. in Bull. Cœnæ can. 15. q. 16. num. 13. At Carolus Graff de effec. Clericat. eff. 38. pluribus cit. aſſerit communem opinionem eſſe Clericum non gaudere, ſed poſſe ab Eccleſiaſtico Iudice extrahi pro quocunq; delicto. Iul. Clar. q. 30. cit. dicit communem opinionem eſſe Clericum gaudere, licet contrarium de conſuetudine ſeruetur. Ego veriorem puto Farin. ſententiam. V. Barbos. ad d. c. Inter alia à num. 16. ad 32.

13 Confugienti ad Eccleſiam, ſi aliunde non habet, nec proprijs manibus victum quærere poteſt, Eccleſia ipſa de victu prouidere tenetur Panor. vbi ſupra num. 28. Silu. immunitas 3. q. 5.

14 Gaudenti immunitate poteſt Iudex ſecularis arma, & alia à lege prohibita auferre in Eccleſia Couar. vbi ſupra num. 34. & 36. Vide tamen Michaelem ferrum, & ab ipſo citatos quæſt. moral p. 2. q. 11. vbi Couar. ſententiam interpretatur, & limitat.

15 Eccleſia non debet incaſtellari ad offenſam: ſecus vt boni, & Chriſtiani viri à malis defendantur. quare excuſantur ruſtici qui tempore hoſtilitatis cum bonis ſuis ad Eccleſias confugiunt, & ibi fortificantur. Panor. aſſerens de com. in c. Cum Eccleſia de immun. Eccl. num. 3. Silu. immun. 1. q. 2. vers. 3. Azor. vbi ſupra q. 6.

ALTARE CALIX.

V. Miſſa. Benedicto.

1 Altare extruendum non eſt in Eccleſia conſecrata ſine licentia Epiſcopi, c. Nullus de conſecr. d. 1. Alia poſſunt præsbyteri inſtituere, & conſtruere in Eccleſia non conſecrata Silu. ver. altare q. 1.

2 Reliquiæ non ſunt neceſſariæ in altaris conſecratione Sot. in 4. diſt. 13. q. 2. ar. 3. Turrecr. in c. Placuit de conſecr. d. 1 num. 1. Suar. to. 3. diſp. 81. ſect. 5. Contrarium tamen habet vſus, & conſuetudo totius Eccleſiæ, & eſt caſus in c. De fabrica, & c. Placuit de conſect. d. 1. & eſſe de ſubſtantia conſecrationis docent Silu. vbi ſupra q. 1. Graff decis. lib. 2. c. 14. num. 5. Azor. p. 1. lib. 10. c. 27. q. 8. Poni tamen non poteſt corpus Chriſti loco reliquiarum ſi deſint Silu. vbi ſupra q. 4. Ang. co. parag. 5. V. Suar. vbi ſupra ſect. 8.

3 Altare, in quo degradatus celebrauit, non eget reconciliatione Silu. vbi ſupra q. 6. in fi. Armil. eo q. 11.

4 Altare debet eſſe lapideum, c. Altaria de conſecr. d. 1. Hoſt. in ſum. eo. tit. num. 10. S. Tho p. 3. q. 83. ar. 3 ad 3.

5 Altaris portatilis lapidem oportet capere maiorem partem hoſtiæ, & calicis Silu. vbi ſupra num. 1. Armil. eo parag 4.

6 Execratur Altare ſtabile, primo menſa notabiliter fracta. Secundo remota ipſa menſa, aut iunctura, quæ ſtipiti adhæret c. 1. de conſecr. Ecc. Pan in c. Propoſuiſti eo. tit. Tertio motis ſic lapidibus vt formam amittat, Glo. in d. c. 1. ver. altare. quarto fracto, aut amoto ſigillo ſepulchri c. Motum de conſecr. d. 1. & c. In dubijs de conſecr. Eccl. Anchar. c. 1. eo. tit. & com. Quinto amiſſa Altaris forma, glo. cit.

7 Altare portatile execratur primo lapide notabiliter fracto. c. ligneis de conſecr. Eccl. intellige quando fractura talis eſt, vt in neutra parte eius lapidis poſſit

commodè Calix, & Hoſtia collocari Suar. ſectio. 5 cit. Secundo moto ſigillo ſepulchri exiſtenti in lapide c. 1 de conſecr. eccl. vbi Pan. num. 4 Silu. vbi ſupra num. 6. Idem ſecundum Anchar. vbi ſupra in fi. ſi commoueatur licèt remotus non ſit. Sed alij communiter docent id non ſufficere, vientes verbo auellantur, amoueantur. Et apertè Suar. ſect. 5 vers. tertio additur, docet requiri ſeparationem, remotionem, &c. Ilia ſec. prax. Epiſc. p. 1 c. 5 num. 8. Azor. p. 1 lib. 10. c. 27 q. 12

8 In Altari portatili poteſt in magna neceſſitate celebrari in Eccleſia non conſecrata ſine licentia Epiſcopi, et in haberi non poteſt Silu. vbi ſupra Armil. parag. 5. Alij tamen communiter docent, licere etiam extra neceſſitatem, modo locus ſit ſaltem benedictus. quare Silu. intelligendus eſt, quando locus non eſt benedictus, Suar. vbi ſupra circa fi.

9 Polluta Eccleſia polluitur Altare ſtabile, & e contra, non ſic de execratione Pan. in c. Præpoſuiſti de conſec. Eccl. num. 10. Silu. vbi ſupra q 11

10 In Altari, in quo celebrauit Epiſcopus non celebrandum eadem die ſine eius licentia, c. fi. de conſecr. d. 2. Ang. ver. Altare parag. 6. Silu. eo q. 7. Intellige quando celebrauit Pontificaliter Vgol. de pot. Ep. c. 2. parag. 2. num 4. Graff. de celebr. Miſſ. conſ. 5 num. 5 Azor. p. 1. lib. 10. c. 27. q. 10 & ſatis colligitur ex d. c. fi. vbi dicitur, Miſſam cantauit.

11 Altare conſecrari poteſt non conſecrando Eccleſiam, non è contra S. Thom. vbi ſupra. ad 2

12 Sicut Eccleſia, vel Altare ſine licentia Epiſcopi conſecrari non poteſt, ita nec execrari Azor p. 1. lib. 10. c. 27. q. 6

13 Altaris veſtes conſumptæ incendendæ, & cineres in ſacrarium reponendi c. Altaris palla de conſecr. d. 1 S. Thom. p. 3. q. 83. ar. 3. ad. 3

14 Calix deauratus diuiſus non execratur, ſi ſcyphus ſeparatim ſit conſecratus Silu. ver. Calix q. 1. S. Ant. relato Palud. p. 3. tit 13 c. 6. parag. 5. Alij vt Armill. ver. Calix num. 2 Azor. vbi ſupra c. 28 q. 7 & q 2 lib. 9 c. 7. q. 7 dicunt non amittere conſecrationem, quando per artem ſic fit, vt ſeparari, & coniungi poſſit, & ita conſecretur, vt multi faciunt, quò minorè locũ occupent, & facilius portentur Suar. to. 3. diſp. 91. ſect. 8. verſ. rurſus inquiri poteſt.

15 Si cadit Calicis deauratio, non perditur conſecratio: perditur autem cum deauratur Ang. ver. Calix parag. 2, Silu. q. 1. Armill. parag. 3 Solet etiam execrari ab Epiſcopus clauis percuſſione. Sed Vgol. de poteſt. Epiſc. c. 3 num. 4 cenſet id non ſufficere, niſi interior ſuperficies enormiter lædatur. Et de ſimplici Sacerdote docet illum de iure non poſſe, ſed de conſuetudine.

CONSECRATIO.

BENEDICTIO. SACRA RES V. Altare. Eccleſia. Matrimoniũ. Miſſa.

1 Conſecrat Virgines ſolus Epiſcopus S. Thom. p. 3. q. 82. art. 2. ad 4 vbi dicit omnes conſecrationes, præter Euchariſtiæ ad ſolos Epiſcopos pertinere Pan. in c. 1 num. 1 de temp. ord. Silu. conſec. Virg. q. 1 Et die Dominico, & feſtis ſolemnibus, niſi neceſſitas aliud ſuadeat c. Deuotis 20. q. 1 Velum autem continentiæ dat etiam præsbyter, glo. in c. Viduas 26. q. 1

2 Corruptæ ſola mente, etia cum complacentia voluntariæ pollutionis poſſunt conſecrari: dicuntur enim cõmuniter Virgines, ſatis enim eſt integras eſſe corpore Caiet. in sum. eo. tit.

3 Corruptæ corpore etiam ſine peccato, vt quia vi benedicendæ nomine continentia Nau. c. 16 num. 3. Silu. vbi ſupra. Ang. eo parag. 2 Armill. parag. 2 S. Ant p. 3 tit. 2 c. 2 parag. 1 & 2 S. ſit occultè corrupta conſecranda benedictione Virginum, accipiendo verba quæ virginitatẽ ſonant intra mentem pro verbis caſtitatis, ne alioqui infametur mulier, Nau. de

ſta.

Digitized by Google

ſtat. mon. conſ. 2. num. 6 & licet alij ſupra cit. velint mutanda eſſe verba Virginitatis in verba caſtitatis; id tamen non videtur tutum, cum aſtantes ex huiuſmodi mutatione facile putare poſſint mulierem illam non eſſe Virginem. quare tutius eſt, quod ait Nau. conſ. cit. præſertim quod huiuſmodi conſecrationes ſunt de iure humano, quod probabile non eſt, eſſe obligare cum tanto periculo, & iactura propriæ famæ Roder. de regul. to. 1 q. 62 ar. 3 Mihi magis placet diſtinctio Azor. p. 3 lib. 3 c. 12 q. 1: quod illa Monialis vel permittit tantum ſe conſecrari, & tunc non peccat, nec enim tenetur vitium ſuum ſuperiori detegere, ſeq; infamare. Vel petit ſe conſecrari, & tunc peccat, quia ſponte velum ſibi indebitum procurat. Sed quid ſi omnes moniales alicuius Monaſterij certo tempore ſoleant petere velum conſecrationis? Dicendum non peccare huiuſmodi occulte corruptam petendo, quia aliàs poſſent aliæ facilè malum ſuſpicari, & ſic infamaretur; lex autem humana etiam Eccleſiaſt. a non obligat in caſu infamiæ vt docet Nau c. 27. num. 139. Nec in caſu ſcandali, c. ſuper quodam de ita. Mon. Nam & excommunicatus occultus, vt famã tueatur poteſt abſq; irregularitate celebrare Vict. in ſum. num. 13 de excõ. Silu. Euchar. 2 nu. 10 Nau loco cit.

4 Eccleſia conſecranda ab Epiſcopo proprio, vel de eius licentia. c. Tua fraternitas de conſecr. Eccl. Nec poteſt Epiſcopus non epiſcopo id muneris demandare c. Aqua. eo tit. ſufficit autem ſi in ipſa conſecratione Sacerdos Miſſam celebret Silu. conſecr. 2 q. 1 Poteſt verò conſecrari etiam die feriato d. c. Tua.

5 Non poteſt Epiſcopus conſecrare, vel fundare Eccleſiam ſine dote ſufficiente, aloqui tenetur de ſuo dotare, ſi abſque detrimento propriæ Eccleſiæ id facere poſſit, niſi haberet proprium. c. Cum ſicut, & ibi glo. ver conſecranda de conſec. Eccl. c. Nemo de conſecr. d. 1.

6 Conſecrandus Epiſcopus die dominico, & à tribus Epiſcopis c. ſi Archiepiſcopus, & c. Nec Epiſcopi de temp. ord. Quòd ſi à paucioribus nihil fit. diſt. 66. per tot. glo cit. communiter recepta, vt teſtatur Azor. p. 2. lib. 3 c. 30 vers poſtremo quæritur. Silu. conſecr. 1 q. 1 id enim eſſe de ſubſtantia conſecrationis docent glo. cit. & ibi Pan num. 2 per textum in c Por o diſt. 66. vbi glo. ver. irrita, & Palud. relatus à Silu d. num 1 dicunt validam eſſe conſecrationem, & impediri tantum executionem Sed non eſt recedendum à prima ſententia.

7 Calicem conſecrat Epiſcopus de iure & Abbates de conſuetudine, ſi vtantur inſignibus Epiſcopalibus, & Epiſcopalem iuriſdictionem habeant, & conſuetudo ſit ſaltem Romani Pont. tacito conſenſu approbata, Silu. ver. Calix q. 1 Ang. eo. q. 1. Azor. alios referens p. 2. lib. 9. c. 7. q. 2. Idem de corporalibus, & cœteris paramentis docent Silu. & Ang loc. cit. & de paramentis altaris docet Nau de conſecr. Ecc. conſ. 2. in ſi. poſſe benedici à Parocho, Sed contrarium verius docet Vgol. de poteſt. Ep. c. 3 r. num. 4.

8 Omnes Prælati regulares benedicunt corporalia, & alia Eccleſiaſtica paramenta, in quibus non interuenit Chriſma Leo x. Innoc. 8. & Iul. 2. vt refert Conlect. ſum. priuil. tit. 14. c. 4. & clarius Sorb ad Collector vet. benedicere. vbi dicit idem conceſſum eſſe Vicarijs dictorum Prælatorum in eorum abſẽtia Innoc. 8 Congreg. S. Iuſtinæ & Cõfect. loco cit. affirmat etiam ſimplices Sacerdotes poſſe, exceptis corporalibus pro eorum vſu tantum ex priuilegio Sixti 4. Generales verò Ordinum eorumque Vicarios etiam ad vſum extraneorum, ex eodem priuilegio An poſſint ſuas Eccleſias pollutas etiam conſecratas reconciliare, Vide Ricc. p. 3 deciſ. 190

9 Aqua benedicta etiam pœnam peccatorum venialium remittit, non per ſe ſimpliciter, ſed ſecundum modum feruoris in Deum, qui per prædicta exercetur S Th. p. 3. q. 87. ar. 8. ad. 3 Poteſt ei addi alia non benedicta in infinitum, dommodo ſemper minor ſ. p. 3. q. 77. ar. 8. ad 3. Silu ver.

ſaltem ducta ad domum viri, ſi non eligit alibi ſepeliri, ſepelienda in ſepulchro viri, c. Vnaquæq: 13 q. 2 Si tamen propter adulterium ſit à viro ſeparata non ſepelienda in ſepulchro viri, niſi ſit reconciliata Ang. ver ſepultura parag. 23. Vidua licèt receſſerit à domo mariti, ſepelienda cum viro, vel ſaltem erit locus præuentioni Ang num. 24 Quòd ſi plures habuit, ſepelienda cum vltimo ibidem V. Anchar. in c. Is, qui de ſepult. in 6. num. 3 & 4 qui textus vers. Mulier continet hunc poſtremum caſum, niſi ipſa elegerit alibi ſepeliri.

9 Filius impubes ſepeliendus vbi elegerit Pater, niſi aliud habeat conſuetudo c. de Vxore parag. Vtrum autem, de ſepult. in ant. & c. licet eo. in 6 Pubes verò etiam ſub patria poteſtate, poteſt ſibi eligere, etiam contra voluntatem Patris, quod ſi non, eligat Pater non eligit, ſed ſepeliendus in ſepulchro maiorum, ſi habet, aut in parochia Silu. ver. ſepultura q. 7. Ang eo parag. 5 & 11

10 Ad ſepulturæ expenſas tenentur hæredes: Vxoris nihil habentis vir. filij Pater: Serui Dominus. Quòd ſi vir dotem habet, & alter bona, vterq; pro rata Silu. vbi ſupra q. 14. Ang. eo parag. 45.

11 Clerici ſepeliendi in Eccleſia, cui inſeruiunt, aut in qua ſunt beneficiati. Et ſi duas obtinet, datur locus præuentioni, aut ſepeliendus in ea, in qua moritur Silu. vbi ſupra q. 8 verſ 6 Ang eo parag. 22.

12 Peregrini, & Forenſes ſepeliendi in Cathedrali glo. in c. In noſtra de ſepul. ver. apud eos. Innoc. & Hoſt. in c. 1 eo tit. Alij vt Pan. in d c. 1. num. 4 & in c. Ex parte eo. not 2 & in c. 1 de celebr. Miſſ. num. 2 docent ſepeliendos eſſe in Parochiali S. Ant. rel. ms à Silu q 8 cit. vers. 2 docet ſepeliendos eſſe in parochiali, ſi ibi moram traxerunt aut venerunt animo trahendi, vt ſcholares: alias ſepeliendos in Cathedrali; niſi receperiſſent Sacramenta à Præsbytero parochiali, quia tacite videntur eligere ſepulturam, niſi aliud habeat conſuetudo ſaltem 40. ann. Rota coram Mantica decis 366. Ang. vbi ſupra parag. 19. dicit vtramque Eccleſiam habere ius præuentionis. Silu. verò vbi ſupra concludit ſtandum eſſe conſuetudini; qua non apparente, ſtandum diſtinctioni S. Ant.

13 Si quis ſibi eligat ſepulturam extra Parochiam, huic debetur quarta pars funeraliuum c. Cum ſuper de ſepult. Conc. Trid. ſeſſ. 25. c. 13. de refor. aut tertia, aut dimidia iuxta locorum conſuetudines c. Certificari de ſepult. Valet tamen conſuetudo etiam in maioribus, vel minoribus ſi ſit legitimè præſcripta: ſecus de conſuetudine nihil dandi. Anchar. alios referens in d c. Certificari num. 11. & ſeq. Ego ſentio ſtandum omnino eſſe deciſioni Trid. d. c. 13. vbi non obſtantibus conceſſionibus, gratijs, priuilegijs etiam Mari magno nuncupatis, aut alijs quibuſcumq. vult quartam deberi parochiali, &c.

14 Ne Regulares cuiuſcunq; ordinis; ac Congregationis vllo modo etiam prætextu alicuius ſpecialis conſuetudinis, parochias cum cruce proceſſionaliter, aut alias ad deferenda, & leuanda defunctorum funera intrent, vel leuent, & auferant, niſi vocato, & expectato proprio defuncti Parocho, eoq; itidem præſente; Niſi aliter ipſe fieri conſentiat, & permittat, vel niſi requiſitus venire expreſſè omnino recuſet. Sic Congreg. Card. ſuper negotijs Epiſc. & regul. vt teſtatur Vgol. de poteſt. Ep. c. 17. num. 3. & ad verbum refert. Grat an. diſcep. for. c. 491. in fi.

15 Sepultura priuantur primo excommunicati maiori, & publicè Clem. 1. de ſepult. c. Sane 14. q. 2. etiam iniuſtè Silu. ver. Sepultura q. 8. ver. 10. Glo. in c. Litteras ver. tollerare, de reſt. ſpol. Niſi in articulo mortis ſit abſolutus à ſuo præsbytero c. fi. de ſepult. aut niſi ſaltem dederit ſigna contritionis B. Med. lib. 1. c. 11. parag 3. in fi. Excomunicatum intellige publicè denuntiatum, aut notorium Clerici percuſſorem, ob Extrau. Ad euitandum ſayr: de

centur: ex opere enim, & effectu, non ex nomine iudicandum an ſit locus pius. Hoc tamen non ſufficere, quia aliud eſt de loco, & aliud de operibus docent Franchni c. 1. de reb. Eccl. non alie In 6. Paris. conſ. 34. vol. 4. Felin & alij quos refert Quarant. ver. Alienatio num 28. Azor. p. 2. lib. 3 c. 40. q. 12. V. eundem Anchar. in cit cap. Sopitæ Pan. in c. Parentibus de priuil. & c. Inter dilectos de donat. Vgol. de pot. Ep c. 24. Beni-rend. concl. 13. fuſe Adnotator ad Capell. Tholoſ. q. 215. Adde ex Pan. in c. ſi de cenſib. Dec. in c. Paſtoralis de priuil. num 2. & Fel. in d. c. De quarta verſ. tertia declaratio, Hoſpitale præſumi religioſum, ſi actus in eo celebrandus ſit publicus, ad quem omnes indifferenter admittuntur; ſi habeat campanile, & campanam publicè, Rectorem perpetuum, dotem. Sunt enim hæc ſigna fundatum eſſe auctoritate Epiſcopi. V. Pan. in d. c. De xenodochijs & d. c. Inter dilectos, & vol. 1. conſ. 31. Quæ Hoſpitalia dicantur eſſe ſub immediata Regis protectione, vide Hieron. Gabriel. p. 2. conſ. 195. vbi quod Hoſpitalia Eccleſiaſtica poſſunt nihilominus ab Epiſcopo viſitari, & Decretum Concil. ſeſſ. 22. c. 8. intelligitur de prophanis. Vbi quid ſignificet immediata protectio. V. Barboſ. ad c. Ad hæc num. 3. de relig. dom.

18 Poteſt poni Rector in omni Hoſpitali ſine Epiſcopi inſtitutione, aut confirmatione, niſi aliud habeat conſuetudo Silu. ver. Hoſpitale q. 2. quod Ang. eo. initio intelligit de Hoſpitali non religioſo, ideſt fundato ſine auctoritate Epiſcopi, quoca'u non poteſt Epiſcopus illud iure proprio viſitare ſed auctoritate Apoſtolica delegata ex forma Concil. Trid. Farin. p. 2. deciſ. 30. num. 8.

19 Hoſpitale, & eius familia; & pauperes ibi degentes pertinent ad matricem, Glo. in Clem. Quia contingit de rel. dom. ver. altare Niſi per antiquam conſuetudinem haberent proprium Sacerdotem, & Eccleſiam vel Cœmeterium, aut à Parocho in cuius parochia eſt Hoſpitale, ſacramenta adminiſtrentur Clem. cit. parag. vlt. Antiqua eſt conſuetudo ſaltem 40. ann. Anchar. in d. Clem. num. 18.

20 Si Hoſpitale habeat curam animarum, poteſt ei præfici religioſus Pan. in d. c. De xenodochijs num. 4 Ang. ver. Hoſpitale parag. 1 poſſunt enim religioſi intitulari in Eccleſia Curata Pan. in c. Super eo num. 3. de regul. & in c. Quod Dei num. 7. de ſta. mon. vbi teſtatur de com.

PRÆLATVS ELECTIO.

V. Epiſcopus. Beneficium. Iuſpatron. Papa. Poteſtas. Religio. Scandalum. Superior.

1 PRælati nomine, latè ſumpto vocabolo, venit Clericus habens curam animarum. Minus latè veniunt alij habentes prærogatiuam maiorem ſine iuriſdictione, vt Plebanus, Decanus, Archipræsbyter, & huiuſmodi. Strictè verò veniunt habentes iuriſdictionem ordinariam, vt Epiſcopi, Abbates, & alij Eccleſiaſtici Iudices ordinarij Pan. in cap. Decernimus num. 16 de Iudic. & Generales, Prouinciales, & qui monaſterij, & Cœnobij totam curam, & adminiſtrationem cum ordinaria iuriſdictione habent Ang. ver. Prælatus initio Silu. eo. q. 2.

2 Prælationis officium indignè aſſumit, qui non eſt perfectus in virtutibus S. Tho. 2. 2. q. 185. ar. 1. & quol. 2. ar. 11. & quol. 3 ar. 9. & quol. 5. ar. 22 & quol. 12. art. 17. Excuſat autem obedientia, aut neceſſitas, quando ſcilicet non inuenitur alius, qui velit illud onus ſuſtinere S. Tho. q. 185. cit. a. 2.

3 Prælationem appetere principaliter ob cupiditatem, aut ambitionem mortale eſt S. Tho. vbi ſupra Silu. ver. Epiſcopus q. 3. verſ. 4. Ang. eo. parag. 2. & ver. Prælatus parag. 5 Sot. de iuſt. lib. 10. q. 2 ar. 1. concl. 9.

4 Mortale

4 Mortale eſt non præficere in Epiſcopum digniorem, & viliorem Eccleſiæ Trid. ſeſſ. 24 c. 1. de refor. Ang. ver. electio parag. 21. qui ex S. Hieronymo intelligit de maiori iam prælatione.

5 Electio tenet, ſi ſeruetur ius ius naturale. ideſt ſi adſit eligentium conſenſus, licet poſitiuum ius deſit, ſi confirmetur; nec tenetur electus reſignare Innoc. in c. Quod ſicut, de electionibus. Silu. ver. alienatio num. 13. & electio 1. q. 10. in fi. Nau. de orat. miſcell. 95. num. 2. & de ſpol. Cler. parag. 2. num. 7. In electione tamen Epiſcoporum, & aliorum Prælatorum Eccleſiarum collegiatarum ſeruandam omnino eſſe formam iuris, alioqui nullam ipſo iure eſſe electionem docent Ang. ver. electio parag. 29. V duas deciſiones coram D. Coccin. relatas ad verbum a Maſſubr. prax. conſues. prælud. 8. à num. 31. vſq. ad fi. vbi num. 101. & ſeqq. impugnatur opinio Innoc. Pan. in c. Quia propter de elect. vbi num. 11. & ſeqq ponit 18. ſubſtantialia ad huiuſmodi electionem. Idem dicit eo. cap. parag. vel ſaltem, num. 5.

Contempti in electionibus poſſunt opponere ipſi ſoli, non alij. Rota coram Buratto decis. 351. num. 4. Quòd ſi non proſequantur, eorum tamen vota debent numerari ad cognoſcendum, an habito reſpectu ad illos, electio facta fuerit à maiori parte, aliàs enim remaneret nulla. Ferentill. multis cit. ad cit. decis.

7 Vbi vniuerſitatis conſilia fuerint conuocata de mandato ſuperioris, tunc ſi omnes ſunt vocati ſiue per Nuntium, ſiue per campanam, &c. licet omnes non veniant, illi tamen qui venerunt, poterunt negotia expedire, licet non faciant duas partes ex tribus. Mandatum enim Superioris conſtituit non venientes in contumacia, per quam priuantur facultate dandi ſuffragia, & non veniendo faciunt ſe alienos, ita vt ius Vniuerſitatis reſideat penes illos, qui comparuerunt, licèt non faciant duas partes ſic de veriori opinione Canoniſtarum aſſent Gratian. diſcep. for. to. 5. c. 933. Pan. in c. Cum omnes de conſtit. num. 13. & c. Bonæ 1. de poſtul. num. 9

8 Ad intelligentiam Extrau. Iniunctæ de elect. inter com. Vide Rubeum in ſingul. Rotæ p. 1. ad Accorambon. decis. 7. & ad Bubal. decis. 236. & Gratian. c. 127. à num. 41. Azor. p. 2. lib. 3. c. 10. q. 9. & lib. 6. c. 26. p. 5. vbi ſupra intelligitur de beneficijs à Rom. Pont. impetratis, non quæ ab Ordinario.

9 Electio fieri debet de gremio ipſius Eccleſiæ ſi in ea eſt dignus, nec admittendi extranei, niſi in defectum. Quod ſi maior pars eligat extraneum, minor pars poteſt contradicere Glo. in c. Nullus inuitis diſt. 61. & dioeceſano non dioeceſano præferendum eſſe docent Mandos. in reg. 16. ſi 3 Piaſecc. prax. Ep. p. 2 c. 5 num. 19. in fi. citans Lambertin. de iurep. lib. 2 p. 3 ar 6. Zecch. c. 12. num. 36. V Glo. in c. Ad decorem de inſtit. Et oriundus non oriundo præfertur, reg. 16. cit. quamuis inter alienigenas alij fuerint digniores Azor. p. 2 lib. 6. c. 15 q. 1. in fi. & fuſius c. 4. q. 25. V. Beneficium num. 27.

10 Eligens non dignorem, ſed tamen idoneum, non tenetur reſtituere Sot. de iuſt. lib. 3. q 6 ar. 2 concl. 7. Cai. in ſum. ver. electio Couar. in reg. Peccatum p. 2. parag. 7 num. 6. Peccat tamen mort. S. Tho. 2. 2. q. 63. art. 2 Sot lib. 4. q. 6 ar. 3 circa fi. Silu. vbi ſupra q 16. Pan. in c. Bonæ 2. num. 15. de poſtul. Præl. Couar. num. 6. Arag. 2. 2. ar. 2 cit. Idem dic de præſentatore. Intellige dicta primo ſi exceſſus ſit notabilis Sot. ar. 2. cit. Secundo ſi æquè facilè eligere poteſt meliorem, ſed ideo non eligit, quia non vult. Secus ſi ex aliqua affectione, vt quia eſt ſibi inimicus Ang. ver. electio parag. 20. Sed vere non ſubſiſtit hæc limitatio, quia quotieſcumq; alij aliquid debeo, non excuſor à reddendo, & à peccato iniuſtæ retentionis, quòd ille ſit mihi inimicus. Et Conc. Trid. alijq; ſacri Can. & Doct. abſolutè dicunt eligendum meliorem, & peccare mort. contrafacientem. V. Azor. p. 2. lib. 6. c. 15. q. 1. Excuſatur tamen prætermittens digniorem, quando digni mores ſunt magis noti, quàm dignioris Cong. Conc. vt refert Piaſecc. num. 19. cit. eo enim caſu præferendus dignus.

gnus: Pius tamen 15. Kal. Apr. 1566. conceſſit appellationem magis digno,& coram Iudice ad quem iterum ſaciendus concurſus, & magis idoneus præferendus. Interim verſ. non ſuſpenditur collatio facta ab Ordinario. V. Rotam apud Farin p. 1. decis. 537. & apud Buratt. decis. 22. & Maſſubr. prax. concurſ. requis. 5. dub. 1.

11 Electus, ſi non conſentiat electioni cogente Superiore, peccat mort. c. niſi cum pridem de renunc. Niſi forte obſtet aliquod impedimentum, quod nec per Superiorem, nec per ſe poteſt removeri. S.Tho. 2. 2. q. 185. ar. 2. in corp. & ad 2. Item peccat mort. ſi alioqui fit notabile Eccleſiæ detrimentum c. In ſcripturis, & c. Olim. 8. q. 1. Silu. electio c. q. 19. Sot. lib. 10. q. 2. art. 1.

12 Eligens Prælatum quem ſcit eſſe in peccato mort. peccat mortaliter. Cai. in ſum. ver. electio Pan. in cap. vlt. de cler. excom. affirmant enim huiuſmodi eſſe inelligibilem. Verum magis placet aliorum opinio dicentium peccare mort. qui eum eligit, qui eſt in peccato mortali notorio, aut depoſitione digno: aut ſi ex manifeſta malitia, & inueterata quadam peccandi conſuetudine peccator eſt, quod probabiliter iudicetur in peccato permanſurus. Azor. p. 2. lib 6. cap 14. q. 25.

13 Confirmatori ſufficit quod electus ſit dignus Sot. de iuſt lib 3. q. 6. ar. 2. Arag. 2 2 q. 62 art. 2. P. Nau lib. 2. c. 2. num. 149. & ſeq Præſentare quidem debet patronus digniorem; at dignum præſentatum à maiori parte patronorum tenetur Epiſcopus inſtituere, etiam ſi præſentatus à minori parte ſit dignior. Couar. in reg. Peccatum p. 2. parag. 7. num. 4. & com. Si Iuſpatronatus ſit Eccleſiaſticicum cura animarum, is præſentare tenetur digniorem ex approbatis ab examinatoribus. Quòd ſi inſtitutio ad alium, quàm ad Epiſcopum ſpectet; tunc ſolus Epiſcopus ex dignis eliget digniorem, quem patronus ei præſentat, ad quem ſpectat inſtitutio. Si verò Iuſpatronatus ſit laicorum debet nihilominus præſentatus ab examinatoribus approbari Trid. ſeſſ. 24. c. 12. de refor.

14 Idoneus eſt, non qui maiorem charitatem habet, aut ſanctior; ſed qui ad tale officium hoc loco, tempore, &c. aptior huiuſmodi miniſterio videtur, S. Tho. 2. 2. q. 63. ar. 3. Cai. in ſum. ver. electio. Azor. p. 2. lib. 6. c. 15. q. 1. in fi. Couar. & Sot. vbi ſupra. Maſſubr. vbi ſupra dub. 2. & alij ibi relati.

15 Eligendus maximè idoneus, licet timeatur futurum in periculum animæ ſuæ, non tamen conſulendus, vt accipiat: Nam & ipſe tunc nequiter acciperet, et retineret. quod verò ſit eligendus, ideo eſt, quòd bonum vniuerſale præſtatius eſt particulari. Sot. lib. 10. de iuſt. q. 2. art. 2. in fi. Sed hæc ratio ſuadere videtur non peccare conſulentem, vt accipiat, neque accipientem, & retinentem.

16 Confirmator ius habet examinandi mores, & vitam electi, & præſentati c. Nihil eſt de elect. Trid vbi ſupra Azor. c. 16. q. 6. & c. 22. c. 16.

17 Duobus aut pluribus ab examinatoribus approbatis vt æquè dignis ad patronū, ſpectat alterum eligere Azor. c. 22. cit. q. 15.

18 Inuitus nemo compelli poteſt, vt interſit in aliqua electione facienda, niſi multum interſit Eccleſiæ, c. Quia propter, & ibi Pan. num. 4. & glo. ver. volunt de elect. c. Cum nobis &c. Quod ſicut eo Poteſt enim electori iure ſuffragij ſe abdicare Azor. vbi ſupra c. 14. q 7. in fi. quia quilibet poteſt iuri ſuo cedere Rod de regul. to. 2. q. 53. art. 10. V. infra ver. Religio de voto obed. num. 43.

19 Electio, ſi coarctetur ad tres, vel quatuor perſonas nulla eſt. ſecus ſi reſtringatur ad certum collegium, vel certum genus perſonarum Roder. alios referens vbi ſupra q. 52. art. 11.

20 In electionibus, inſtitutionibus, &c. vbi vota ſunt paria, præferendus qui maioribus iuuatur meritis. Quod ſi magis idoneus poſt haberetur, poſſet appellare, quia committitur hoc iudicio Epiſcopi, tamquam bono viro: Nam dictio (Iudicium) ſapit diſcretionem, & arbitrium boni viri. Pan. in c. Cum autem de Iurep. num. 5. & ſeq.

21 Electus debet eſſe idoneus in ſcietia,

ætate, & ordine tẽpore electionis; aliàs electio eſt nulla; nec ſufficit quòd ſuperueniant iſtæ qualitates poſt electionem. Quod enim nullum eſt ab initio, tractu temporis non conualeſcit, c. Non firmatur, de reg. iur. in 6. Pan. in c. Dudũ de elect. num. 8. Barbos. ad c. ex literis num. 8. de tranſact. V. infra ver. Benef. num. 20. & ſeq.

PAPA. CONCILIVM. CARDINALIS.

V. Obedientia. Literæ. Lex.

1 PAPA peccat mort. non ſeruando legem humanam, aut in ea ſine cauſa diſpenſando Sot. de iuſt. lib. 1. q. 6. art. 7.

2 Papæ electio ſimoniaca nulla eſt. Concil. Later. nec conualeſcit per ſequentem adorationem Bulla Iul. 2. Cum tam diuino, &c.

3 Contra Papam de hæreſi ſuſpectum poteſt Concilium prouidere, ſi nolit corrigi, c. Si Papa diſt. 40. Silu. ver. Concilium num. 5. & ſeqq. & ver. Papa q. 4. Azor. p. 2. lib. 4. c. 7. q. 5.

5 Nulla excomunicatio, aut cenſura impedit Papæ electionem. Pius 4. Bulla In eligendis 1562.

5 Viuente Papa tractantes de eligendo ſucceſſore excommunicati ſunt ipſo facto Paulus 4. in Bulla, Cum ſecundum Apoſtolum 1558.

6 Papa peccat mort. dando bona Eccleſiæ conſanguineis, vt præ alijs eos diuites faciat. Archid. in c. Non liceat Papæ 12. q. 2. quem ſecuti ſunt Pan. in c. Conſtitutus num. 16. de relig. dom. & Felin. in c. Quæ in Eccleſiarum. num. 44. de conſtit. & Dec. in Epiſcop. num. 15. de præben. inde inferentes poſſe Eccleſiæ Prælatum aliqua dare conſanguineis ad ſuſtentationem, vt in c. Monemus 12. q. 2. &c. Non ſatis diſt. 86. Anchar. conſ. 306. & nouiſſimè Conc. Trid. omnino eccleſiaſticis interdicit, ne ex redditibus Eccleſiæ conſanguineos familiareſue ſuos augere ſtudeant: cum & Apoſtolorum canones prohibeant, ne res Eccleſiaſticas, quæ Dei ſunt, conſanguineis donẽt. Immo Sancta Synodus quam maximè poteſt eos monet, vt omnem humanum hunc erga fratres, nepotes, propinquoſq; carnis affectum, vnde multorum malorum in Eccleſia ſeminarium extat, penitus deponant. quod non ſolum ad Epiſcopos, ſed etiam ad S. R. E. Cardinales pertinere decernit.

7 Concilium Tridentinum cæpit obligare quoad ius poſitiuum à Cal. Maij 1564. Pius V. in Bulla quæ in c. Sicut ad ſacrorum. eo. anno.

8 Concilium Prouinciale faciendum quolibet triennio: Diœceſanum quotannis: Conc. Trid. ſeſſ. 24. c. 2. de reſor. Sed Prouinciale publicari non poteſt, niſi prius Sedi Apoſt. præſentatum ab ea approbetur Piaſecc. prax. Ep. p. 2. c. 2. in fi. & ſtatuit Sixtus V. in ſua conſt. incip. Immenſa 25. Martij 1584.

9 Concilium Synodale poteſt Epiſcopus celebrare ſine auctoritate metropolitani Silu. ver. Epiſcopus q. 8. verſ. 7. & ad eius decreta non requiritur conſenſus, & approbatio Cleri, ſed tantum conſenſus capituli, non tamen neceſſariò ſequendus. Congreg. Concilij.

10 Ad Synodum Diœceſanam ire tenentur ſoli Curati. Anchar. & Io. And. in c. Quod ſuper de mai. & obed. Piaſecc vbi ſupra num. 2. quia hi ſoli, cum habeant populum, tenentur ad Cathedraticum. Pan. verò in d. c. Quod ſicut num. 1. diſtinguit. Quia aut in Synodo ea ſola agitari debent, quæ concernunt curam animarum et tunc ſoli Curati tenentur accedere: aut agendum eſt de morum reformatione aut ſimilibus, et tunc totus Clerus Diœceſis conuenire debet, ita tamen, quod Eccleſijs non ſubtrahatur diuinum officium; & ſic dicit intelligendum Innoc. qui in c. Grane de præben. dicit totum Clerum venire debere ad Synodum. Certè præter Curatos, reliquus Clerus non tenetur ad Cathedraticum Hoſt. quem refert, ac ſequitur Anchar. vbi ſupra num. 4. & ad Panor. poſſet reſpon.

reſponderi Synodo ſatisfieri publicatis ipſius Synodi Decretis, ad quorum obſeruantiam tenetur vniuerſus Clerus dioeceſis V. Maſcubr. de Synodo Dioeceſ. cap. 3. dub. 2. cum ibi cit.

11 Cardinalis Epiſcopus debet in ſua Eccleſia reſidere Trid. ſeſſ. 23. c. 1. de refor.

12 Cardinali aliquid aſſerenti, an ſemper credendum, vide infra ver. Literæ.

EPISCOPVS.

Capitvlvm. Archidiaconvs.

V. Beneficium. Confeſſor. Irregularitas. Legatum. Ordo. Scriptio. Religio. Statutum. Verberare. Vicarius.

1 Poteſt Papa præcipere alicui, vt Epiſcopatũ accipiat S Tho. 2. 2. q. 185. ar. 2 ad 1. Roder. in ſum. p. 2. c. 9 num. 6.

2 Epiſcopus poteſt duas Eccleſias vnire, c. Sicut de exceſſ. Præl. Trid. ſeſſ. 21. c. 5. de refor. Nau. de reb. Eccl. non al. conſ. 12. Et vnam diuidere, & vnam alteri ſubijcere, requiſito aſſenſu eorum, quorum intereſt Silu. ver. Epiſcopus q. 8. verſ. 7. Nau. vbi ſupra c. 15. Pan. in c. Auaritiæ de præben. not. 3. Et, ſi ſubeſt cauſa, poteſt diuidere, etiam inuito Rectore, vt ob locorum diſtantiam, ſiue difficultatem Trid. vbi ſupra c. 4. c. Ad audientiam 1. de Eccl. ædif. vbi Panor. & Eccleſiæ de nouo erectæ debet aſſignari congrua portio de redditibus matricis Trid. loco cit. Nouus autem Parochus matricem tamquam Patronam agnoſcet, cum iuſpatronatus in ea conſequatur, Glo. in d. c. Ad audientiam ver. præſentationem. Vgol. de poteſt. Epiſc. c. 35.

3 Epiſcopus non poteſt delegare ſimplici Sacerdoti ea, quæ ſunt ordinis Epiſcopalis c. Aqua de conſecr. Eccl. vt conſecrare calices, veſtes ſacerdotales, aram, vel Eccleſiam, & hanc pollutam reconciliare, c. Quamuis diſt. 68. Silu. vbi ſupra Caſtr. de iuſt. hæret. pun. lib. 2. c. 22.

4 Epiſcopatum appetere aliquando licet, ob neceſſitatem, aut charitatem S. Tho. vbi ſupra ar. 1. Sot. de iuſt. lib 10. q. 2. ar. 1. Appetere verò ob temporalia animo bene adminiſtrandi non eſt mortale Sot. ibidem.

5 Epiſcopus reſpondet ſe ſcire vtrumq; teſtamentum, ideſt quantum ſatis eſt ad ſuum officium Silu. ver. Epiſcopus q. 4.

6 Ob nullum periculum temporale poteſt deſerere gregem ſua præſentia indigentem c. Sciſcitaris 7. q. 1. Silu. vbi ſupra q. 8. verſ. 2. Arag 2. 2. q. 64 ar. 7. dub. 1. ad 3. Ob periculum autem corporale, aut propter aliquod Eccleſiæ commodum licebit deſerere, ſi poſſit per alium ſufficienter prouidere S. Tho vbi ſupra ar. 5. lib. 10. q. 5. art. vlt.

7 Poteſt tempore interdicti vbique celebrare, & celebrari facere c. fi. de priuil in d. Non tamen alta voce, & admiſſis interdictis, & interdictum violando iuxta c. Quod nõnullos de priuil. in ant. glo. fi. co. in 6.

8 Non incurrit ſuſpenſionem, aut interdictum, niſi fiat expreſſa mentio, c. Quia periculoſum de ſent exc. in 6. Secus de excommunicatione, Glo. Gemin. & Doct. in d c. Quia. Silu. vbi ſupra.

9 Poteſt eorum reſignationes recipere, qui aut ſenio confecti, aut valetudinarij aut corpore impediti, vel vitiati, aut crimini obnoxij, cenſuriſuè Eccleſiaſticis irretiti, aut nequeunt, aut non debent Eccleſiæ, aut beneficio inſeruire; ſeu qui vnum aliud, vel plura beneficia obtinuerint, vel quos contigerit ad aliud promoueri, Religionem quoq; ingreſſuri aut matrimonium contracturi, ſi ſtatim id exequantur; & in caſibus Bullæ Innoc. 8. de dimitt. Eccl. Cathed. Idem qui ob capitales inimicitias nequeunt, vel non audent in loco beneficij reſidere ſecuri; modo huiuſmodi reſignantes aliunde habeant, vnde poſſint commodè ſuſtentari. Item poteſt admittere commutationes beneficiorum, quæ canonicis, & Apoſtolicis

Dd 2 ſanctioni-

Digitized by Google

ſanctionibus permittuntur iuxta c. Quæſitum de rer. permut. & c. 1 eo. tit. in in 6. Nau. de reb. Eccl. non al. conſ. 15. Sic ſtatuit Pius V. in Bull. Quanta Eccleſiæ Dei, relata à Sayro de cenſur. lib. 4 c. 12 num. 55. Non poteſt tamen de dictis beneficijs prouidere ſuis, aut dimittentium conſanguineis, affinibus, vel familiaribus, ſub pœna nullitatis ipſo facto, & ſuſpenſionis, donec a Papa remiſſionem obtinuerit. Et ſi interim conferat, eſt excommunicatus, cum reſeruatione Sum. Pont. Bulla cit. non extenditur autem hæc conſanguinitas vltra tantum gradum, nec affinitas ex copula licita Monaſter. in praxi concurſ. requiſ. 7. dub 25 & ſeq. & Epiſc. conferre poteſt familiari ſui Vicarij, ſed Vicarius nequit conferre familiari Epiſcopi. Idem vbi ſupra dub 30 Non prohibetur tamen huiuſmodi familiaris à concurſibus, vbi beneficium vacet per obitum Rota in vna Ciuitatis Caſtelli coram Orano. Non comprænduntur tamen beneficia Iuriſpatronatus quoad conſanguineos Cong. concil. apud Quarant. ver. Beneficiorum. reſignat.

10 Poteſt eſſe Legatus Regius pro cauſa iuxta Pan. in c. Non eſt de vut. Sot. lib. 10 q. 4. ar. 4

11 Poteſt prouidere pauperibus conſanguineis, etiam in perpetuum mutato ſtatu, vt in poſterum non egeant Sot. vbi ſupra Pan. in c. Inquirendum de pecul. cler. S. Tho. 2. 2. q. 185 art. ad 2 Intellige idem etiam in alijs Clericis Molin. trac. v diſp. 146.

12 Poteſt præcipere Clerico, vl Romam eat pro Eccleſiæ cauſa Silu. ver. obedientia q. 7 verſ. 3.

13 De iure antiquo poteſt in aliena Diœceſi exiſtens ſuis conferre beneficia; eſt enim id voluntariæ iuriſdictionis actus, c. Qua front. de appell. c. Poſt electionem, de conceſſ. præb. glo. in c. Nouit. de off. lega. Couar. 3 var. reſol. c. 20 num. 8 Nau. de temp. ord. conſ. 41. Sed nunc repugnat Bulla Clem. 8. de quo infra ver. Beneficium num. 65

14 Non poteſt in aliena Diœceſi Pontificalia exercere ſine Ordinarij loci expreſſa licentia, ſub pœna ſuſpenſionis ipſo facto Trid. ſeſſ. 6. vlt. Nau. de Cler. ex com. conſ. 12 vbi ait Epiſcopum conſecrantem calicem, vel corporalia in aliena Diœceſi ſine licentia, etiam credentem id ſibi licere, incurrere ſuſpenſionem, & celebrando irregularitatem. V. glo. in Clem. Quamuis de ſer. comp & in Clem. 2. de priuil Sanchez de matr. lib. 3. diſp. 9 tu ſi.

15 Poteſt teſtari de acquiſitis propria induſtria Pan. in. c. Cum in officij de teſtam. num. 3. Silu. Clericus 4 q 6 & de datis ab Ordinatis Couar. c. 1. de teſtam num. 11. V. Molin. trac. 2 diſp. 117.

16 Debet intereſſe diuinis officijs ſaltem in dominicis c. Epiſcopus de conſecr. d. 3 Hoſt. in ſum de cler. non reſid. parag. 1. Et ceſſante infirmitate, etiam alijs ſolemnibus diebus, glo. in d. c. Epiſcopus Pan. in c. Magnæ de vot. num. 11

17 Qui non eſt idoneus ad Epiſcopatum, aut ad curam, tenetur renunciare Sot lib. 10. q. 2. art. vlt.

18 Ob ſenectutem, aut ægritudinem, aut cum populus ita durus eſt, vt nihil fiat, poteſt Epiſcopus renunciare, retenta tamen ſuſtentatione Sot. loco cit. Item ob conſcientiam criminis, defectum ſcientiæ, graue ſcandalum, & irregularitatem, requiritur tamen licentia Papæ c. Cum pridem de renunc Crimen autem intellige, cum per ipſum officij executio impeditur Anchar. in d. c. Niſi num. 2.

19 Ex Monaco factus Epiſcopus exceptus eſt religionis inſtitutis, præterquam tribus votis, & habitus geſtatione Couar. c. 1. de teſtam. num. 11. Tenetur etiam ad obſeruantias, quæ nō impediūt Epiſcopale officiū S. Tho. 2. 2. q. 185. ar. 8. Silu. religio 6 q. 12. vt ieiunare die veneris, nō comedere carnes in die

hi die Natiuitatis Domini, ſi incidat in fer. Sextam quando ex regula tenebatur Cai. d. ar. 8. quod tamen idem Cai. opuſc. 25. à prima opinione diſcedens Sot. lib. 10. q. 5. ar. 7. Couar. vbi ſupra num. 18. Ang. ver. monachus parag. 8. negant poteſt verò ſecum diſpenſare, vt Prælati religioſorum, S. Tho. Couar. ſot. cit. Mutat autem obedientiam à Prælato in Papam, & eſt dominus fructuum ſicut alij Prælati ſeculares, & poteſt frui paterna hæreditate, ſed non poteſt teſtamentum condere ſine licentia Papæ Sot. vbi ſupra, licèt S. Tho. 2. 2. q. 88 ar. 11. ad 4. velit huiuſmodi Epiſcopum non eſſe dominum fructuum ſed tantũ diſpenſatorem. Inteſtato nõ ſuccedit monaſterium, ſed propria Eccleſia c Statutũ 18. q. 1.

20 Epiſcopi poſſident ſicut diſpenſatores pauperum, & non autem vt proprietarij S. Aug. epiſt. 50. Nau. de redd. Eccl. & in Apol. eiuſdem operis, & in man. ſæpè. Couar. vbi ſupra Sot. ver. vbi ſupra q. 4 ar. 3. & plures ex recentioribus contrariũ affirmant.

21 Qui ante Epiſcopatum fecit votum religionis, tenetur ingredi c. Per tuas de vot. vbi Anchar. Pan. Boich. & alij S. Tho. 2. 2. q. 189. ar. 3 ad 1. & alij quos refert, ac ſequi Suar. de regil. to. 3. lib. 1. c. 19. num. 3.

22 Epiſcopus viſitans per alium tenetur ei de omnibus, excepto victu c. Si Epiſcopus de off. ord. in d. vbi glo. dicit Hodie Epiſcopos ex priuilegio poſſe per alios viſitare, & integram procurationem recipere. Viſitans per ſe ipſum omnia poteſt accipere c. Cum Apoſtolus, c. Sopite, & c. Nuper de cenſib. in ant. & c. 1. & 2. eo. in 6. Et, volentibus viſitatis, poteſt accipere procurationem in pecunia c. 3. eo. Vbi verò viget conſuetudo, vt nihil omnino detur pro viſitatione ſeruanda eſt. Abſtinendum verò à muneribus in actu viſitationis ſub pœna dupli intra menſem reſtituendi, alioqui interdicti d. c. 2. & extrau. vn. de cenſib. quæ omnia innouauit Conc. Trid. ſeſſ. 24. c. 3. de refor. V. Anchar. in c. 1. de cenſib. in 6. not. 15. Si Eccleſia, quæ viſitatur, adeo ſit pauper, vt ſoluere procurationem non poſſit, opem ferent vicinæ Eccleſiæ prorata. c. Cum inſtantia, & c. Procurationes de cenſib. Quod ſi vicinæ Eccleſiæ præ paupertate id non poſſint, viſitabit Epiſcopus proprijs ſumptibus: Nec enim tenentur Rectores Eccleſiæ paramenta ea de cauſa diſtrahere Glo in c. Cum Apoſtolus, ver. graue de cenſib. Paul. Rom. de penſ. c. vlt. num. 8. Azor. p. 2 lib. 8. c. 42. q. 10. Nomine procurationis non veniunt vecturæ equorum, aut iumentorum ſarcinas deferentium; nec expenſæ factæ in itineris tranſitu. Glo. in c. Romana parag. procurationes, de cenſib in 6. Sed tantum quotidiana victualia Surd. de aliment. tit. 4. q. 22. Azor. vbi ſupra q. 7. V. Anchar. in c. 1. de cens in 6. num. 7. Si tamen Viſitator ſic Delegatus Sum. Pont. omnia debentur, Glo. in Clem. 2. ver. ſi voluerit, de cenſ. non obſtante contraria conſuetudine, cum circa hanc procurationem non detur præſcriptio, c. Cum inſtantia de cenſibus.

23 Laici viſitati non ſolum tenentur ad procurationem, quando eorum Eccleſia præ paupertate non poteſt, ſed nomine ſuo Io. And. Imol. & Anchar. not. 5. in c. 1. de cenſib. in 6. Azor. vbi ſupra q. 3. & colligitur ex eodem textu, vbi dicitur viſitandum eſſe Clerum, & populum, & ſubdit, Ac procurationes à locis tantum recipere viſitatis Sed tamen Glo. in d. c. 1. ver. laicos Vgol. de poteſt. Ep. c. 49. parag. 4. num. 3. Megal. inſtit. confeſſ. lib. 2. c 10. q. 2. Marian. Socin. in trac. de viſit. lib. 11. q. 5. & 8. Aug. Barbos. ad c. Cum inſtantia de cenſib: num. 5. & trib. ſeqq. & de off. & pot. Ep. p. 3. aleg. 74. vbi alios refert contrarium docent per d. c. Cum inſtantia, & c. Procurationes decens, & ego ex ſupradictis id verum eſſe cenſeo. Si enim cum Eccleſia viſitata adeo eſt pauper, vt procurare non poſſit vicinæ Eccleſiæ coguntur opem ferre, vt etiam concedit Azor. vbi ſupra q. 10. & conſtat ex cit. c. Procurationes; ergo laici non tenentur, alioqui dixiſſet textus, procurent laici Extante conſuetudine vt Epiſcopo viſitante à laicis victualia miniſtrentur, ſi laici ſpontè perſeuerant in hac conſuetudine ſeruanda eſt, quan-

quandiù ipſi non reclamant Quod ſi recuſent, cogendi non ſunt Cong. Concilij ad c. 3. ſeſſ. 24 de refor. De præſcriptione circa procurationem late Fel. in c. Cum ex officij de præſcrip. Et in eius Repert. ver. Procuratio Illud aduertēdū eſt, quod aduertit Surd. de alim. tit. 1 q. 64 num. 6 & tit. 4. q 22. & conſtat ex d. c. procurationes, habendam eſſe rationem, ne Rectores Eccleſiarum egeant, qui non debent quotidianis alimentis fraudare. Et c. Cum Apoſtolus, & c. Sopitæ cit. dicitur, quod Epiſcopi non grauent Eccleſias vltra quam ferre poſſit earum facultates, Idem in c. Conquerente de off Ord. & Belenzin. in trac. de charit. ſubſid. docet non eſſe exigendum huiuſmodi charitatiuum ſubſidium à Clerico paupere, qui ſcilicet ex redditibus non percipit vltra decentem victum ſuum

24 Debet Epiſcopus propriam Diœceſim per ſe, vel Viſitatores totam biennio ſaltem viſitare, Trid. ſeſſ. 24. cap 3 de refor.

25 Pro Eccleſia recōcilianda nihil poſſe Epiſcopum accipere docent Fuſc. de viſit. lib. 2 c. 15 num. 16. Cined. ad Decretal. collect. 135. num. 2 Contrarium docet Azor. p. 2 lib. 3 c. 42 in fi.

26 Epiſcopus ſola Dominica conſecratur c. 1 & c. Quod. die diſt. 75. eius ætas triginta anni completi, c. Cum in cunctis de elect.

27 Epiſcopus poteſt reducere numerū Miſſarum in beneficio, etiam abſq; interuentu Synodi Nau. c. 25. num. 138. quod Cong. Concilij intelligit de miſſis ante Concilium Trid. Idemq; poſſe Generales Ordinum, notant Confect. ſum. priuil. tit. 19. c. 3. Roder. de regul. to. 1 q. 43. ar. 13 Ricc. prax. Ep. reſol. 341. Niſi huiuſmodi Miſſæ impoſitæ ſint in fundatione Cong. Conc. Nunc tamen per Decretum eiuſdem Cong. de mandato Vrbani 8. anno 1625. reuocatis quibuſcumq; priuilegijs, &c. reſeruata eſt miſſarum reductio Sedi Apoſtolicæ, ſi huiuſmodi onus impoſitum ſit poſt Concil. Trid. vel in limine fundationis.

28 Poteſt commutare votum factum dandi aliquid alicui Eccleſiæ ex iuxta cauſa, etiam ſine conſenſu illius Eccleſiæ Caiet. to. 2 opuſ. tract. 11 q. 3. Nau. de redd. Eccl. q. 1. mon. 60. Silu. votum 4. num. 7. verſ. 4.

29 Si beneficia vacent in Curia Romana, poteſt Epiſcopus conferre poſt menſem à die vacationis, ſi tamen ſit in Diœceſi: Ipſo autem in remotis agente, poteſt eius Vicarius habens ſpeciale mandatum conferendi beneficia c, Statutum, de præben. in 6 V. ver. Beneficium num. 84

30 Poteſt Epiſcopus viſitare Congregationes laicorum exiſtentium in Eccleſijs & domibus regularium, & cogere adminiſtratores ad reddēda computa Congreg. Concil. Vide Marchinum de bello diu. p. 4 c. 7. num. 8

31 Quid poſſit Epiſcopus circa reſtitutionem incertorum vide ſupra Cui reſtitu. en. num. 32.

32 Poteſt Epiſcopus, ſi ſubſit cauſa rationabilis, petere à Clero ſuæ Diœceſis charitatiuum ſubſidium c. Cum Apoſtolus parag. Prohibemus, de cenſib. c. Conquerente de off. ord. in 6. Immo, & exigere, & compellere ad ſoluendum Innoc. Hoſt. Io. And. Pan. Anchar. & alij in d. c. Cum Apoſtolus; & ſi ſoluere recuſent, excommunicare. Rot. in nou. deciſ. 23. incip. Item extra Romam. Non poteſt tamen Epiſcopus loco pignoris accipere calices, libros, & alia ornamenta Eccleſiæ Clem. Si Beneficiorum de decim. Libros intellige diuinis officijs deſtinatos, alij enim libri, & iocalia alijs vſibus deputata capi poterunt; & diſtrahi, glo. ibidem ver. deputata.

33 Dicitur autem charitatiuum ſubſidium, quia in principio ex charitate peti debet, non per vim extorqueri. Hoſt. in d. c. Conquerente

34 Cauſæ legitimæ exigendi huiuſmodi ſubſidium ſunt. Prima cum redditus propriæ Eccleſiæ non ſufficiunt ad onera ſuſtinenda Belenzin. q. 14 Secunda ſolutio debitorum, quæ Epiſcopus pro Eccleſiæ ſuæ iure tuendo contraxit, & aliundè ex bonis Eccleſiæ ſolui commodè nequeunt Hoſt. in ſum. Vt Eccl. benef. parag. 7. & de cenſib. parag. ex quibus cauſis. Tertia

tia ſi rem aliquam magni momenti emerit ad ſuam Eccleſiam conſeruendam neceſſariam Hoſt. vbi ſupra. Quarta ſi Epiſcopus in cõmunibus negotijs totius Diœceſis pertractandis magnas impenſas fecerit Innoc. in c. 1. de ſta. mon. Quinta Si Epiſcopus ſit iter facturus ad Papam, vel Imperatorem, vel Regem ob ſuæ Eccleſiæ, vel totius Diœceſis, aut etiam totius vniverſalis Eccleſiæ bonum Innoc. & Hoſt vbi ſupra. Sexta ſi viſitaturus ſit limina Apoſtolorum, vt iuramentum impleat, c. Ea quæ de cenſib. Septima ſi vocatus ad generale concilium iter ſuſcepit Inn. & Io. And. in c. Graue de præben Item ſi ad Concilium Prouinciale Inn. & Pan. in c. 1. de ſta. mon. Octaua ſi impenſas neceſſarias fecerit, & alicuius momenti in aduentu Imperatoris, Regis, aut Principis præſertim ſi ab eo habet regalia non debet tamen in hoc caſu Clericos, aut Eccleſias nimium grauare, vel ad hoc compellere Nona Si Epiſcopus impenſas fecerit alicuius momenti ad ſoluendam annatam, quæ ſolui conſueuit in promotione Epiſcopi. Item ad electionem ſuam in Curia proſequendam S. Ant. p. 3 tit. 20. c. 2. parag. 10. & alij Intellige tamen ſi conſuetudine recepta petat Remig. Gom. in ſuo trac. q. 5. num. 4. Nau. de cenſib. cons. 5. in nou.

35 Si petente Epiſcopo ſubſidium Clerus contradicat, contendens ſe non teneri, quod cauſa non ſit rationabilis, eligendi arbitri, qui iudicent Inn. Io. And. & Butr. in c. Cum Apoſtolus de cenſib. Glo. in Extr. Bened. 12. de cens. vers. charitatiuum. Vel per Superiorem dirimenda lis Anchar. in d. c. Cum Apoſtolus num. 11. & in Clem. frequens de exceſſ. Præl. num. 12.

36 Vicarius Epiſcopi generalis, non poteſt exigere niſi ex ſpeciali mandato Epiſcopi Belez. q. 11. Nec alij Prælati Epiſcopo inferiores niſi ex priuilegio, vel conſuetudine Belenz. q. 4. & 5. Excipe tamen primo adminiſtratorem generalem datum à Papa Eccleſiæ Cathedrali vacanti Belenz. q. 8 ex c. Is cui de elect. in 6 & c. vlt. de ſuppl. negl. Præl. eo. lib, vbi dicitur Adiutorem ſimpliciter datum Epiſcopo à Papa omnia poſſe, quæ Epiſcopus, præter alienationem immobilum. Secundo Commendatarium perpetuum, cui Eccleſia Cathedralis commendatur; habet enim legitimam adminiſtrationem, & exercere poteſt ea, quæ ſunt iuriſdictionis, quareq; exigere poteſt ſubſidium ab Eccleſijs ſibi ſubiectis Belenz. q. 6 ex Archid. in c. Nemo deinceps, de elect. in 6. & alij. Tertia Epiſcopum tantum electum, & per Papam confirmatum Belenz. q 9. Generales Ordinum pro ſumptibus neceſſarijs ad totius Ordinis gubernationem Calder. cons. 3. de cenſib.

37 Exigere poteſt Epiſcopus huiuſmodi ſubſidium à Clericis ſuæ Dioeceſis, c. Conquerente de off ord. non autem à laicis Archid. in c. Cauendum 10. q. 3. Nec à Monaſterijs Inn. in c. 1. de ſta. mon. Hoſt. in ſum. eo tit. & de cenſib. parag. Ex quibus cauſis, & com. Licèt Panor in c. Dilectus de off. ord. dubitet, per Clem. 1. & 2. de cenſib. quæ intelligi debent de monaſterijs habentibus Eccleſias ſæculares ſibi ſubiectas, & ſolitas prius huiuſmodi ſubſidium proprio Epiſcopo ſoluere. Item nec ab Eccleſijs ſuæ dioeceſis exemptis Anchar. in Clem. frequens de exceſſ Præl. num. 12. Item nec à Clerico non beneficiato, licèt habeat amplum patrimonium Belenz. q. 31. Nec à Clericis inopia preſſis, qui ex redditibus ſuorum beneficiorum nihil habent vltra commodum, & honeſtum victum. Idem. q. 30.

38 Non excuſatur à ſolutione ſubſidij beneficiarius, qui excommunicatus fuit dum huiuſmodi ſubſidium ab epiſcopo exigitur. Idem de Clerico ſuſpenſo à beneficio, nullus fructus beneficij percipiente durante ſuſpenſione Azor. p. 2 lib 9 c. 14. q. 6. parag. Quid item dicendum.

39 Si Clericus ex beneficio nullos fructus percipit: aut ſi habet titulum, non autem poſſeſſionem, quia ab alio per vim poſſidetur, non tenetur ad ſubſidium. ſed poſſeſſor ſiue bonæ ſiue malefidei. Quod ſi duo Clerici ſuper eodem beneficio contendant, liberum eſt Epiſcopo à quo maluerit exigere, reſeruato illi iure repetendi, ſi vincatur. Belenz. q. 14.

40 Ha-

40 Habens Eccleſiam in vna Dioeceſi, in alia verò prædia, tenetur ſubſidium ſoluere Epiſcopo, in cuius dioeceſi ſita eſt Eccleſia, quia eſt onus eccleſiarum. Belenz. q. 35. Vide ver. Tributum num. 16.

41 Penſionarius ex ſtylo Curiæ eſt immunis à ſubſidio, & alijs oneribus licet Belenz & alij quidam dicant teneri cum beneficiario pro rata quod verum eſt quando penſio ſimpliciter aſſignatur: Secus ſi cum clauſula, libera, & immunis ab oneribus, &c. Azor. vbi ſupra.

42 Hoſpitalia, & alia pia loca, ſi habeant titulum beneficij, tenentur, com. ex Belenz. q. 38. Si verò beneficij rationem non habent, nec ſunt fundata auctoritate Epiſcopi, non tenentur. Si autem fundata ſunt actoritate Epiſcopi, Card. Clem. Quia contingit de rel. dom. & alij dicunt non teneri; Belẽz. verò vbi ſupra affirmat Epiſcopum poſſe exigere. Vtramq; opinionem dicit probabilem Azor. vbi ſupra.

43 Habens Eccleſiam in confinio duarum dioeceſum non tenetur vtriq; ſed Epiſcopi conueniant, vt alternis vicibus ſubſidium exigant: quibus diſcrepantibus, ad Metropolitanum recurrendum Belenz q. 52.

44 Succeſſor in beneficio non tenetur ad ſubſidium à prædeceſſore non ſolutum, ſed hæredes, vel qui fructus perceperunt, vt rectè colligit Domin. in c. fi. parag. Porrò de off. ord. Belen. tamen q. 51. docet teneri ſucceſſorem, quia eſt onus impoſitum beneficio. Azor. vbi ſupra docet Epiſcopum à quo maluerit exigere poſſe.

45 Non poteſt Epiſcopus ſubſidium remittere, & Clericos, ac Eccleſias ab huiuſmodi onere immunes reddere, com. vt teſtatur Belen. q. 47. licèt Inn. in c. Paſtoralis de donat. doceat id poſſe. Tu dic poſſe ſemel, aut iterum non tamen perpetuò. Cauendum tamen, ne dum aliquem eximit, alios grauet Azor vbi ſupra.

46 Poteſt Epiſcopus cum Clero conuenire, vt ſubſidium alia re compenſet Belen. q. 48.

47 Si ſubſit cauſa rationabilis, poteſt Epiſcopus ſæpius charitatis ſubſidium exigere Pan. in c. Cum Apoſtolus de cenſib.

48 Poteſt ſibi reſeruare cenſum ſuper beneficio Primo in fundatione Iuriſpatronatus de conſenſu patroni c. Eleutherius 18. q. 2. c. Scientes de cenſib. & ipſi etiam patrono ſiue pro ſe, ſiue pro alio c. Grauis, c. Quanto, & c. Præterea 2. de iurep. quando tamen illud impendi poteſt extra dotem neceſſariam, ſine qua ſcilicet Eccleſia in ſtatu debito commode ſuſtentari non poteſt. Nec prodeſt Epiſcopi auctoritas cum ſit contra ius. Pan. in c. 1. de cenſib. num. 1.

49 Secundò Quando concedit alteri Eccleſiam, cui etiam remittit iura Epiſcopalia. quo caſu poteſt ſibi reſeruare annuam penſionem, ſiue cenſum in ſignum ſubiectionis c. Conſtitutus de rel. dom. vbi Anchar. & Pan. Præter hæc non poteſt Epiſcopus aliquid ſibi reſeruare cum præter iura Epiſcopalia in iure expreſſa non poſſit Epiſcopus aliud ab Eccleſijs ſibi ſubiectis exigere c. Conquerente de off. Iud. ord. Pan. num 3. Sunt autem illi de iure reſeruata, Primo charitatiuum Subſidium de quo ſupra. Secundo Procuratio tempore viſitationis, de qua etiam ſupra dictum eſt; & pro conſecratione Eccleſiæ, c. Cum ſit de ſimon. Tertio Cathedraticum, ſiue ſynodaticum, ideſt duo ſolidi ſiue argentei, ſiue aurei monetæ vſualis. Et dicitur Cathedraticum, quia ſoluitur in honorem Cathedræ, & in ſignum ſubiectionis. Et Synodaticum, quia ſoluitur in Synodo. Et vnum tantum ab vnaquaq; Eccleſia parochiali debetur Glo. in c. Conquerente cit. ver. duos ſolidos c. Placuit, & c. Cauendum eſt 10. q. 3. Pauin. de Viſit. q. 5. p. 1. num. 12. Boich. de Synod. Ep. p. 3. Sbrocc. de Vic. lib. 2 q. 48. num. 1. Concil. Prou. mediol. 2. ſub. S. Carolo decr. 41 Turrecr. in d. c. Placuit Pan. in d. c. Conquerente, & in c. Paſtoralis de donat. num. 7. Quare habentes Eccleſias, ſiue capellas ſine populo epiſcopo ſubiecto, non tenentur ad cathedraticum, cum iuxta communiorem ſententiam nec teneantur ire ad Synodum

c. Quod

Digitized by Google

c. Quod ſuper his, de mai. & obed. vbi Glo. ver. diœceſana. Anchar. lo. And. Felin. Boich. vbi ſupra q. 2. dicto 18. Glo. fin in c. Dilectus de off. ord. Piaſecc. prax. Ep. lib. 2. c. 2. num. 10. V. ver. Concilium num. 10 & alia, quæ congerunt Anchar. & & Pan. in d. c. Dilectus ſiue de lege diœceſana, ſiue de lege iuriſdictionis, de quibus vide in d. c. Dilectus.

50 Non poteſt Epiſcopus de nouo cenſum imponere beneficio, nec veteres augere, quod ſi fiat, irritum eſt c. Prohibemus, de cenſibus. Nec valet pactum etiam iuratum de nouo cenſu ſoluendo, Lancellot. inſtit. can. lib. 2. tit. 21. parag. Sed nec Epiſcopus per tex. in c. Significauit, & c. Grauis de cenſib. V. ver. præſcriptio num. 11.

51 Non poteſt ad ſuam Eccleſiam accedere, aut bonorum Eccleſiaſticorum adminiſtrationem accipere: nulluſq, eum recipere, aut ei parere pot, eſtabſq, Sedis Apoſt. literis eius promotionem, & conſecrationem continentibus. Contrafacientes Epiſcopi nihil de Eccleſiæ ſuæ prouentibus accipere poſſunt. Et, ſi interim aliquid actû fuerit, nullum, & irritum eſt. Extrau. Iniunctæ de elect. inter com. vbi Glo ver. conſecrationis, dicit verbum (conſecrationis) referri ad electos in Epiſcopos, & Superiores Prælatos. V. Quarant. ver. Capitulum ſed vac. num. 13. Non igitur ali debet nouus Epiſcopus ex fructibus Eccleſiæ ſibi collatæ, vbi Bullas prædictas non obtinuit, & poſſeſſionem non cœpit, ſi per eum ſtetit Vbi autem electus neceſſe habet litigare pro conſequenda Dignitate, alimenta cum expenſis miniſtranda ſunt ab Eccleſia eligente c. vt Prærerita de elect. & c. Cupientes in fi. eo. tit. in 6. & alijs relatis docet Surd. de alim. tit. 1. q. 84. num. 2. & ſeq. v. Suar. de cenſur. diſp. 31. ſect. 5. num. & licet Rebuff. prax. benef. de ſimon. in reſig. num 31. doceat extrau. cit. intelligendam eſſe in caſu reſignationis: alij tamen communiter abſolute intelligunt, vt præter cit. docet Azor. p. 2. lib. 3. c. 29. & lib. 5 c. 25. q. 11.

52 Ex Concil. Trid. ſeſſ. 23. c. 2. de reſor. videtur poſſe colligi, Epiſcopum ante conſecrationem & adeptam poſſeſſionem percipere poſſe fructus Epiſcopatus ibi enim Epiſcopus intra tres menſes non ſuſcipiens munus conſecrationis iubetur fructus perceptos reſtituere, iuſtè igitur prius perceperat. Vide tamen Riccium in ſua prax. Ep reſol. 500. vbi quòd ante expeditionem Bullarum. & earum præſentationem Capitulo Eccleſia dicitur vacare. Surd. de alim tit 1. q. 84. num. 2. & ſeq. Azor. p. 2. lib. 3 c. 29 q 9. & lib. 6. c. 25. q. 11. & vbi 7. c. 1. vbi licet Extr. cit. non ſit vniuerſalis de omnibus beneficijs tamẽ Iul. II. Paulus III. & Iul. III. ibi relati extendunt ad omnia, & quæcunq, beneficia à ſede Ap. impetrata Alter de cenſur. lib 5 diſp. 17. c. 1. verſ. ſolutio huius queſt.

53 Epiſcopi donationes in vita factæ, reſeruato ſibi Vſufructu, nullæ ſunt per Bullã Clem VIII quã Rota decis. 141 in fi. apud Farin. p. 2. intelligit de donationibus, quæ viuentibus donatarijs non ſunt ſortitæ effectum. Quia tamen hæc Bulla non eſt generalis, ſed directa cuidam Epiſcopo Cameræ. Secundum eam non iudicat, niſi circa ſpolia, quia præſumit fraudem. ibidem.

54 Epiſcopus in Diœceſi ſua eſt maior quocunq; Principe ſæculari illius Diœceſis Pan in c Omnes, & c. Solitæ num. 5. de mai. & obed. Immo abſolutè Epiſcopum maiorem eſſe quocunq; Principe ſæculari tradit Riccius p 1. decis 97. per tex. in c. Omnis anima de cenſib. & c. Duo ſunt diſt. 97.

55 Poteſt cum conſenſu Capituli Eccleſiam in Collegiatam erigere, & diſponere, vt clerici, licet ſæculares, viuant in communi Pan. in c Quoniam, de vit. & hon. cler. num. 2. Primum negat Rebuff. reg. 21. poſt Glo. vlt. vbi de erect. in Colleg. & Cong Concil. in vna Conuerſana 17. Iunij 1626. vt refert Lotar de re benef. lib. 1. q 14. num. 49 declarauit, ſine auctoritate Sed Ap. erigi non poſſe Eccleſiam Collegiatam & idem docent plures relati a Ferentillo ad Burattum decis. 912. vbi licèt alios referat contrarium ſentientes, docet tamen à prio ſententia non eſſe recedendum. Idem docet

Ee Maſtubr.

Maſſubr. prax. concurſ. prælud. 2. dub. 1. & quæ dicatur Eccleſia inſignis, ibidem dub. 2. vbi habetur integra deciſ. Rotæ coram D. Pegna At Moneta de comut. vlt. vol. c. 11. num. 328. priorem ſententiam vt communem multis probat. addens inſuper poſſe in Collegiata Eccleſia erigere nouas numero Dignitates, licet non ſpecie diſtinctas ab ijs, quas ius, vel approbata conſuetudo in collegiatis Eccleſijs introduxit. quod etiam docuerunt Pan. in c. Cum acceſſiſſent de conſt. num. 4. & alij, quos refert ibidem Moneta exponens c. Cum olim de conſuet. quod videtur innuere contrarium.

56 Quid poſſit Epiſcopus tamq. Delegatus Sed. Apoſt. Vide Azor. ex Conc. Trid. colligentem p. 2. lib. 3. c. 14.

57 An poſſit Epiſcopus denuntiare regulares, ſi inciderint in aliquam excommunicationem Vide Dianam duas opiniones referentem p. 3. trac. 2. reſol. 35 vbi Conciliat. V. Excommunicatio num. 11.

58 Capitulum ſede vacante ſuccedit Epiſcopo in iuriſdictione Pan. in c. Illa deuotionis num. 3. & ſeq. Ne ſed. vac. Itaque poteſt abſoluere c. vn. de ma. & obed. in 6. Item diſpenſare Pan. in c. Cum olim eo. tit. dub. 8. Interponere auctoritatem in alienatione bonorum Eccleſiæ Feder. cons 30. Viſitare Diœceſim, non tamen moniales exemptas, quas viſitat Epiſcopus auctoritate Apoſtolica Pan. in c. Cum olim cit. dub 5. Item concedere ſtatuta, Idem dub. 7. Et concedere indulgentias, dub. 13. contra. Felin tract. de indulg. num. 28. Et recipere reſignationes beneficiorum Innoc. in c. Quod in dubijs de renunciat. Pan. dub. 6. allegans Rotam Et caſus reſeruare Azor. p. 2. lib. 5. c. 37 q. 16.

59 Non poteſt ſede vacante intra annum à die vacationis, ordinandi licentiam aut literas dimiſſorias dare, niſi ei, qui Eccleſiaſtici beneficij obtenti, vel obtinendi occaſione arctatus ſit Trid. ſeſſ. 7 c. 10. de refor. de quo vide Monet. de commut. vlt. vol c. 10. num. 164. & ſeqq. vbi num. 172. quòd dicitur arctatus, qui præſentandus eſt a patrono, modò intra certum tempus recipiat aliquem ordinem, licet non requiſitum in fundatione, alioqui amiſſurus beneficium. Pan. vbi ſupra dat regulam Quod Capitulum Succedit Epiſcopo in his, quæ Epiſcopus facit iure ſuo, non autem iure delegati. Sed ego dicerem Capitulum Succedere in ijs etiam, quæ Epiſcopus facit delegatione generali, vt viſitare moniales exemptas & parochiales ſubiectas monaſterijs nullius Diœceſis in caſu negligentiæ Abbatum, & corrigere regulares extra monaſteria degentes; quià caſus quotidiani ſunt, & qui præſenti egent remedio. Et cum ſede vacante multa accidere poſſint, pro quibus minimè expediat conſulere Sedem Apoſtolicam; ideo videtur hæc auctoritas Capitulo competere. Item in his quæ pertinent ad Epiſc. iure communi ſpeciali, vt ſunt caſus à Conc. Trid Epiſcopo reſeruati ſecus in his quæ Epiſcopo competunt iure communi ſpeciali gratioſo. Roder. alios referens de regul. to. 1. q. 6. ar. 9.

60 Poteſt Capitulum ſede vac. conſtituere duos Vicarios etiam æquè principales. aut vnum generalem, & alterum particularem, & alium monialium, ſi viuens Epiſcopus ita faciebat Pauin. p. 2. q. 10. num. 6. relatus à Quaranta ver. Capitulum ſede vac. num. 9. Azor. c. 17. cit. q. 18. Congregatio tamen Conc. ſtatuit ceſſante conſuetudine immemorabili, vnum tantum creandum eſſe V. Vgol. de poteſt. Ep. c. 4. parag. num. 4.

61 Non poteſt Capitulum ſede vacãte conferre beneficia ſpectantia ad collectionem Epiſcopi c. Illa deuotionis, ne ſed vac. Limitat Pan. vbi num. 3 ex Io. And. in c. Quamq; de elect. in 6. Niſi ſint deuoluta ad Epiſcopum propter negligentiam vel delictum inferioris Limitat ſecundo num. 4. vt licet non poſſit conferre, poſſit tamen commendare donec aliter per ſuperiorem fuerit prouiſum Limitat tertio Niſi beneficij collatio pertineat ad Epiſcopum, & Capitulum ſimul: tunc enim conferre poteſt ſed. vac. Alia in quibus ſuccedit Capitulum vide apud Pan loc. cit.

62 Vocem in Capitulo non habet, qui non eſt Subdiaconus Trid. ſeſſ 22. c. 4. de refer. Clæm 2 de æta. & qual.

63 Ad quem ſpectet Cura animarum annexa Capitulo Vide Ripam de reſcript. reſp. 6 & alios, quos refert, & ſequitur Prob. ad Monac. in c. ſuper eo. num 19. de præben. in 6. Rota apud Farin p. 2. deciſ. 340. tenuit ſpectare ad omnes Canonicos vti Collegium.

4 An poſſit Sede vacante Confeſſarios ab Epiſcopo defunctoo approbato reprobare Vide Marchin. de bello diu. p. 5. c. 4. num. 15.

65 Archidiaconus reſpondet, ſcio eſſe dignum, quia præſentatur a bonis, & nihil ſcio de eo mali publicum c. vn de ſcrut. in ord. fac. vbi Pan. & alij Silu. ver. Archid. q. 7.

66 Maior eſt dignitate Archipræsbyter ſecundum ius commune c, 1. de off. Archid, & c. 1 de off. Archipresb.

VICARIVS.

PAROCHVS.

V. Excom. Confeſſor. Domicilium. Epiſcopus. Miſſa. Ordo.

1 Vicarius Epiſcopi non poteſt eſſe Laicus c. Quoniam, & c In nona 16. q. 7 Pan. c. Quoniam de off ord. num. 2. Nau. de off. Iud. del. cons 1. Couar. in c. Alma p. 1 parag. 11 num. 5 Silu. ver. laicus q. 3 Intellige in ſpiritualibus Pan. in c. Decernimus de iudic. num. 12. Nec etiã eſſe poteſt Vicarius coniugatus, Franc. in c. 1 de off. Vic. in 6 Anchar. ibi num. 3. Ceſſat mortuo Epiſcopo glo. in Clem. fi. de procur. Pan. in c 1 Ne ſed. vac. & in c. Tua nobis de off. Vic Silu. ver. Vicarius q. 4 in fi. Idem de omni Vicario, mortuo illo, à quo eſt factus Pan. in d. c. Tua citato Hoſt. in c. Quoniam Abbas de off. deleg.

2 Vicariatus perpetuus eſt beneficium c. Poſtulaſti de reſcrip. glo. in c, 1 de off. Vic. & c. fi. eo. Clem. 1 eo. tit. Nau. c. 23. num. 11 1. ad 13 in fi. Et non datur niſi in beneficijs curatis iur. cit. Poteſt autem huiuſmodi Vicarius ſibi facere Vicarium temporalem. c Illud. 7 q. 1 Silu. ver. vicarius q. 2 ver. 2.

3 Vicarius temporalis poteſt ſubſtituere Vicarium, ſi ſit conſuetudo, aut habeat ſpeciale mandatum; aut ſi partem committat, non potens totum implere. Silu. q. 5.

4 Geſta per Vicarium excommunicati vices committentis valent, c. Romana de Off. Vic. in 6 Intellige de excommunicato denuntiato, aut notorio Clerici percuſſore poſt extrau. Ad euitanda. al enim in officio publico tolerantur, & eorum geſta tenent, de quo infra ver. Excom. num. 36.

5 Vicarij generalis, & Epiſcopi ſui vnum eſt tribunal. quare à Vicario ad Epiſcopum non datur appellatio; nec valet contraria conſuetudo, ne ab eodem ad ſeipſum appellatio interpoſita videatur, c. 2. de conſuet. in d. 6 c. Romana de appell. eo lib. vbi Anchar. & alij. Intellige in ijs, in quibus eſt ordinarius, non in ijs, in quibus eſt deligatus Epiſcopi, vt multis cit. docet Sanchez de matr. lib. 3 diſp. 29. num 9.

6 Poteſt audire confeſſiones omnium de Diœceſi, & alijs licentiam dare audiendi. Ang. confeſſio 3. parag 3. Silu. confeſſor 1. q. 4. Anchar. in c. Omnis vtriuſq; de pœnit. & remiſſ. num. 8. Pan. ibi num. 12. & alij multi, quos refert, & ſequitur Sanchez vbi ſupra num. 15.

7 Parochus in foro interiori poteſt quicquid non eſt Epiſcopo reſeruatum Nau de pœnit. & remiſſ. con. 24.

8 Tenetur ſubditum morientem, etiam peſte, audire confitentem, & communicare Nau in man. c. 24. num. 10. & c. 25. num. 133 Niſi ſufficienter ſupplere poſſit per Vicarium Idem de conſt. cons. 14 Idem de baptiſmo affirmat Roder. in ſum. lib. 1. cap. 26. num. 1. Tempore peſtis tenetur quidem Parochus ad perſonalem reſidentiam: Sed ſacramenta Baptiſmi, & Pœnitentiæ miniſtret infectis per alios; ne ſani recuſent conuerſari cum Curatis eunti-

Ee 2 bus

bus ad infectos Cong. Concil. de mente Greg. XIII. ad S. Carolum.

9 Tenetur ſub mortali docere ſubditos rudimenta fidei Sot. de iuſt. lib. 10. q. 5. ar. 3. Vide Concil. Trid. ſeſſ. 24. c. 4 de refor.

10 De Parochia efficitur quis acquiſitione domicilij: Et quoad pœnitentiam, & Euchariſtiam habitatione plus ſex menſium, licèt domicilium illuc non tranſtulerit. Quoad decimas ſepulturam & huiuſmodi vtilia Parocho requiritus animus habitandi quaſi per annum Silu. ver. Parochia, ver. domicilium, & ver. Confeſſor, 1. q. 10. Quoad pœnitentiam, & Euchariſtiam in Paſchate, ſufficit cuiuſuis etiam parui temporis habitatio Eug. V. vt refert Sorb. ver. Abſolutio quoad ſæculares, & ver. communicare. Et ſatis eſt communicare, vbi eo die contingerit reperiri. ibidem V. Suar to. 4. diſp. 15. ſect. 2. Nau. in c. Placuit de pœnit. d. 6. num. 77. & ſeqq. Quare Vagabundi dicuntur habere proprium Sacerdotem vbi vagantur, cum in huiuſmodi hominibus actualis habitatio ſuccedat loco domicilij Silu. confeſſor q. 1. 10. Med. de Confeſſ. q. 36.

11 Quantum ad matrimonium ſufficit parui temporis habitatio, ſi non ſunt vagabundi Congr. conc. Adde, ſi cum animo habitandi per maiorem anni partem; Secus ſi ſtatim redituri Sanchez de matr. lib. 3. diſp. 33. à num. 10. V. Ricc. p. 2. decis. 108. V. ver. Matrimonium, in fine.

12 Quoties teneatur Parochus celebrare, res eſt controuerſa. Nau. c. 25. num. 134. vult non teneri niſi in diebus feſtis, vbi conſuetudo, aut inſtitutio aliud non requirit. addit Cord. lib. 1. qq. q. 4. dub. 5. aut niſi lex diœceſis aliud ſtatuat. Sot. de iuſt. lib. q. q. 3. ar. 1 docet teneri ſingulis diebus, ſi habeat redditus ad ſui ſuſtentationem. Toler. lib. 5 c. 5 affirmat ſufficere, ſi præter feſta, aliquod etiã ex alijs diebus celebret.

13 Parochus nullo iure tenetur pro ſuis Parochianis ſacrificia offerre, vt multis relatis docent Ricc. p. 4 decis. 201 Suar. in 3 p. to. 3 diſp. 88. ſect. 1 ver. De beneficijs igitur Curatis, & alij plures quos refert, & ſequitur Bonac. de ſacram. diſp. 4 q. vlt. p. 7 num. 5. Nau. c. 25 num. 132. Cord. lib. 1 qq. q. 4.

14 Parochus in funeralibus debet præcedere Canonicos & beneficiatos capitulariter inſeruientes: dicitur enim eſſe in proprio officio cuius ratione datur prælatio etiam contra eos, quibus aliàs extra illud officium poſtponeretur Gratian. diſcep. for. c. 298 vbi à num. 7 ad verbum refert conſilium D. Theodoſij Rubei. V. Barbos. de off. Parochi cap. 9.

15 Cum in priuilegijs Religioſis mendicantibus concedi ſolitis dicitur (ſaluo iure Parochiali) intelligitur de decimis, primitijs, & alijs oblationibus iure communi Eccleſiæ parochiali debitis Silu. ver. parochia, dicens ſic declaraſſe Greg. IX. eo. parag. 1. in fi. Azor. p. 2. lib. 3 c. 13 q. 8.

16 Parochus intra tempus, quo promouetur, legitimè impeditus, ceſſante impedimento (quoad vtrumq; forum non alium annum integrum, ſed tantum complementum partis anni, in qua legitimè impeditus fuit, ad promouendũ acquirit. Nau. de in integr. reſtit. conſ. 1. in nou. Barbos. ad c. Comiſſa de elect. in 6. num. 7.

17 Tenetur ſuorum confeſſiones audire, quoties ipſi confiteri voluerint; modò per hoc à maioribus Curæ oneribus non auocetur Nau. in c. Placuit de pœnit. diſt. 6 num. 141. & in man. c. 25. num. 137 Suar. to. 4 diſp. 32 ſect. num. 4. V. ver. confeſſor. num. 4.

18 Poteſt Epiſcopus vti opera Parochi in viſitatione per bimeſtre ſingulis annis, prouiſa ipſa Parochia de idoneo Vicario Cong. eg. Concilij Quarantia ver. reſidentia.

19 Parochialis Eccleſia, ſi perpetuis vniatur Cathedralibus, Collegiatis, ſeu alijs Eccleſijs, vel Monaſterij beneficijs, ſeu Collegijs, aut pijs locis, poteſt in ea conſtitui Vicarius perpetuus, aut etiam temporalis, ſi Epiſcopus ita expedire iudicauerit cum idonea fructuum aſſignatione Conc. Trid. ſeſſ. 7. c. 7.

20 Pa-

10 Parochianus moritur in ſua Eccleſia, quando moritur vbi ſeceſſerat animo redeundi c. Is qui, de ſepult. in 6 Nau. de paroch. conſ. 22 num. 3. Silu. Confeſſor 1. q. 6 Niſi ſit Clericus Mercator, & huiuſmodi: horum enim parochus eſt, in cuius parochia habitant de præſenti, nec poſſunt commodè adire proprium. Pan. in c. Omnis vtriuſq; de pœnit. & rem num. 23. glo. in Clem. 1. de priuil. ver. parochialis Nau. vb ſupra Suar. loc. cit. dub. 2. Non admittens limitationem illam, ſi non poſſit commode, &c.

CLERICVS.

V. Benef. Domicilium. Excom. Bullæ. Filij. Gabella. Iudicium. Ordo. Peculum.

1 Clericorũ nomine in materia fauorabili venit Religioſus, & Epiſcopus, non autem in odioſa, in qua, nec Canonicus Cathedralis, nec in Dignitatẽ conſtitutus, arg. c. ſtatutum de elect. & c. Quia periculoſum de ſent excom. in 6. Sil. Clericus 1 parag. 1. Venit etiam Clericus primæ tonſuræ Pan. rubr. de vit. & hon. cler. num. 4. & alij quos refert, & ſequitur Sanchez in ſum. lib. 7 c. 13 num. 33

2 Clerici in materia fauorabili veniunt nomine Monachorum, & populi Silu. vbi ſupra Pan. in c. Rodulphus de reſcrip. vbi dicit., quod vbi vnum verbum poteſt capi in ſuo genere, & in certa ſpeciè, ſi ſumus in materia odioſa debet capi in ſua ſpecie, non in genere; ſecus in materia fauorabili, ſeu indifferenti.

3 Clericorum ſuorum nomine veniunt tantum illi, qui recepti ſinè fraude, & fictione, verè ſui Clerici familiares exiſtunt, & in ſuis expenſis continui commenſales. c. vlt. de verb. ſign. in 6. quod verum eſt in priuilegijs odioſis: aliàs enim appellatione Clericorum ſuorum veniunt omnes ſubditi glo. in d. c. vlt. per c. Cum tib. eo in ant.

4 Clericali priuilegio gaudens, etiam Hæremitæ alicui regulæ, aut ſuperiori ſubditi Silu. ver. Hæremita, & ver Eccleſia 1. q. 6 Pan. in c. Nullus de for. comp. Et incluſi ob deuotionem, mutato habitu Felin. in c 1. defor. comp. Et fratres. & ſorores tertij ord. S Franciſci, & S. Dominici Silu excom 6. parag. 3 Bulla Sixti IV. Fel. Qando lit Ap. præiud. patr. Ecc. num. 24. Pan in c. vn. de oblig ad ratioc. num 6. V. infra ver Religio num. 3 Anchar. in c. cum Ioannes, de fide inſtr. in fi.

5 Clericus primæ tonſuræ non ſolet eſſe exemptus in ciuilibus à poteſtate ſæculari Couar. prac. quæſt. c. 31 Contrarium verius docet Pan. in c. Qualiter de iudic. Intellige, modo ex ijs ſit, de quibus Trid. ſeſſ. 25 c. 6. de refor.

6 Qui eſt in ſacris, ſi dimiſſa tonſurã, & habitu ſe multis enormibus immiſcet, poteſt ſecundum communem opinionem, ſine degradatione, & traditionẽ, per iudicem ſæcularem puniri, quod fortè verum eſt in aliquo caſu Couar vbi ſupra c. 31. Regulariter prærequiritur trina monitio, c. In audientia de ſent. exc. Poteſt etiam quicunq; inueteratus in enormibus, vel incorrigibilis, ſi Prælati Eccleſiaſtici fuerint negligentes, vel periculum in mora non patitur eos adirẽ, vel incorrigibilitas eſt notoria. Silu. excom. 6. num. 7. Tu dic Seruandum c. Cum non ab homine de iudic. vt prius ab Eccleſiaſtico Iudice deponatur, & incorrigibilis excommunicetur, & ſi non ſe corrigat, Curiæ ſæculari tradatur.

7 Clerici tenentur ſeruare leges ciuiles non impedientes adminiſtrationẽ Eccleſiaſticam Vict. de poteſt. Papæ relect. 1. Sot. in 4. diſt. 25. q. 2. ar. 2. Molin. trac. 2. diſp. 31. V. Hoſt. in c. fi. de ſolut. Anchar in c. filius de teſtam. num. 2. Et canones antiquos de vit. & hon. cler. Trid. ſeſſ. 22. c. 1. de refor.

8 Clericus in ſacris, vel beneficiatus aduocare poteſt coram Iudice ſæculari in cauſa propria, vel Eccleſiæ, vel conſanguineorum, qui id commodè per alium non poſſunt; vel miſerabilium perſonarum, toto, tit. de poſtul. In ijſdem

caſi-

ætate, & ordine tẽpore electionis; aliàs electio eſt nulla; nec ſufficit quòd ſuperueniant iſtæ qualitates poſt electionem. Quod enim nullum eſt ab initio, tractu temporis non conualeſcit, c. Non firmatur, de reg. iur. in 6. Pan. in c. Dudũ de elect. num. 8. Barbos. ad c. ex literis num. 8. de tranſact. V. infra ver. Beneſ. num. 20. & ſeq.

PAPA. CONCILIVM. CARDINALIS.

V. Obedientia. Literæ. Lex.

1 PAPA peccat mort. non ſeruando legem humanam, aut in ea ſine cauſa diſpenſando Sot. de iuſt. lib. 1. q. 6. art. 7.

2 Papæ electio ſimoniaca nulla eſt. Concil. Later. nec conualeſcit per ſequentem adorationem Bulla Iul. 2. Cum tam diuino, &c.

3 Contra Papam de hæreſi ſuſpectum poteſt Concilium prouidere, ſi nolit corrigi, c. Si Papa diſt. 40. Silu. ver. Concilium num. 5. & ſeqq. & ver. Papa q. 4. Azor. p. 2. lib. 4. c. 7. q. 5.

5 Nulla excomunicatio, aut cenſura impedit Papæ electionem. Pius 4. Bulla In eligendis 1562.

5 Viuente Papa tractantes de eligendo ſucceſſore excommunicati ſunt ipſo facto Paulus 4. in Bulla, Cum ſecundum Apoſtolum 1558.

6 Papa peccat mort. dando bona Eccleſiæ conſanguineis, vt præ alijs eos diuites faciat. Archid. in c. Non liceat Papæ 12. q. 2. quem ſecuti ſunt Pan. in c. Conſtitutus num. 16. de relig. dom. & Felin. in c. Quæ in Eccleſiarum. num. 44. de conſtit. & Dec. in Epiſcop. num. 15. de præben, inde inferentes poſſe Eccleſiæ Prælatum aliqua dare conſanguineis ad ſuſtentationem, vt in c. Monemus 12. q. 2. &c. Non ſatis diſt. 86. Anchar. conſ. 306. & nouiſſimè Conc. Trid. omnino eccleſiaſticis interdicit, ne ex redditibus Eccleſiæ conſanguineos familiareſue ſuos augere ſtudeant: cum & Apoſtolorum canones prohibeant, ne res Eccleſiaſticas, quæ Dei ſunt, conſanguineis donét. Immo Sancta Synodus quam maximè poteſt eos monet, vt omnem humanum hunc erga fratres, nepotes, propinquoſq; carnis affectum, vnde multorum malorum in Eccleſia ſeminarium extat, penitus deponant. quod non ſolum ad Epiſcopos, ſed etiam ad S. R. E. Cardinales pertinere decernit.

7 Concilium Tridentinum cæpit obligare quoad ius poſitiuum à Cal. Maij 1564. Pius V. in Bulla quæ in c. Sicut ad ſacrorum. eo. anno.

8 Concilium Prouinciale faciendum quolibet triennio: Diœceſanum quotannis: Conc. Trid. ſeſſ. 24. c. 2. de reſor. Sed Prouinciale publicari non poteſt, niſi prius Sedi Apoſt. præſentatum ab ea approbetur Piaſecc. prax. Ep: p. 2. c. 2. in fi. & ſtatuit Sixtus V. in ſua conſt. incip. Immenſa 25. Martij 1584.

9 Concilium Synodale poteſt Epiſcopus celebrare ſine auctoritate metropolitani Silu. ver. Epiſcopus q. 8. verſ. 7. & ad eius decreta non requiritur conſenſus, & approbatio Cleri, ſed tantum conſenſus capituli, non tamen neceſſariò ſequendus. Congreg. Concilij.

10 Ad Synodum Diœceſanam ire tenentur ſoli Curati. Anchar. & Io. And. in c. Quod ſuper de mai, & obed. Piaſecc vbi ſupra num. 2. quia hi ſoli, cum habeant populum, tenentur ad Cathedraticum. Pan. verò in d. c. Quod ſicut num. 1. diſtinguit. Quia aut in Synodo ea ſola agitari debent, quæ concernunt curam animarum et tunc ſoli Curati tenentur accedere: aut agendum eſt de morum reformatione aut ſimilibus, et tunc totus Clerus Diœceſis conuenire debet, ita tamen, quod Eccleſijs non ſubtrahatur diuinum officium; & ſic dicit intelligendum Innoc. qui in c. Grane de præben. dicit totum Clerum venire debere ad Synodum. Certè præter Curatos, reliquus Clerus non tenetur ad Cathedraticum Hoſt. quem refert, ac ſequitur Anchar. vbi ſupra num. 4. & ad Panor. poſſet

reſpon.

reſponderi Synodo ſatisfieri publicatis ipſius Synodi Decretis, ad quorum obſeruantiam tenetur vniuerſus Clerus dioeceſis V. Maſſubr. de Synodo Diœces. cap. 3. dub. 2. cum ibi cit.

11 Cardinalis Epiſcopus debet in ſua Eccleſia reſidere Trid. ſeſſ. 23. c. 1. de refor.

12 Cardinali aliquid aſſerenti, an ſemper credendum, vide infra ver. Literæ.

EPISCOPVS.

CAPITVLVM. ARCHIDIACONVS.

V. Beneficium. Confeſſor. Irregularitas. Legatum. Ordo. Scriptio. Religio. Statutum. Verberare. Vicarius.

1 POteſt Papa præcipere alicui, vt Epiſcopatū accipiat S Tho. 2. 2. q. 185. ar. 2 ad 1. Roder. in ſum. p. 2. c. 9 num. 6.

2 Epiſcopus poteſt duas Eccleſias vnire, c. Sicut de exceſſ. Præl. Trid. ſeſſ. 21. c. 5. de refor. Nau. de reb. Eccl. non al. cons. 12. Et vnam diuidere, & vnam alteri ſubijcere, requiſito aſſenſu eorum, quorum intereſt Silu. ver. Epiſcopus q. 8. verſ. 7. Nau. vbi ſupra c. 11. Pan. in c. Auaritiæ de præben. not. 3. Et, ſi ſubeſt cauſa, poteſt diuidere, etiam inuito Rectore, vt ob locorum diſtantiam, ſiue difficultatem Trid. vbi ſupra c. 4. c. Ad audientiam 1. de Eccl. ædif. vbi Panor. & Eccleſiæ de nouo erectæ debet aſſignari congrua portio de redditibus matricis Trid. loco cit. Nouus autem Parochus matricem tamquam Patronam agnoſcet, cum iuſpatronatus in ea conſequatur, Glo. in d. c. Ad audientiam ver. præſentationem. Vgol. de poteſt. Epiſc. c. 35.

3 Epiſcopus non poteſt delegare ſimplici Sacerdoti ea, quæ ſunt ordinis Epiſcopalis c. Aqua de conſecr. Eccl. vt conſecrare calices, veſtes ſacerdotales, aram, vel Eccleſiam, & hanc pollutam reconciliare, c. Quamuis diſt. 68. Silu. vbi ſupra Caſtr. de iuſt. hæret. pun. lib. 2. c. 22.

4 Epiſcopatum appetere aliquando licet, ob neceſſitatem, aut charitatem S. Tho. vbi ſupra ar. 1. Sot. de iuſt. lib 10. q. 2. ar. 1. Appetere verò ob temporalia animo bene adminiſtrandi non eſt mortale Sot. ibidem.

5 Epiſcopus reſpondet ſe ſcire vtrunq; teſtamentum, ideſt quantum ſatis eſt ad ſuum officium Silu. ver. Epiſcopus q. 4.

6 Ob nullum periculum temporale poteſt deſerere gregem ſua præſentia indigentem c. Siſcitaris 7. q. 1. Silu. vbi ſupra q. 8. vers. 2. Arag 2. 2. q. 64 ar. 7. dub. 1. ad 3. Ob periculum autem corporale, aut propter aliquod Eccleſiæ commodum licebit deſerere, ſi poſſit per alium ſufficienter prouidere S. Tho vbi ſupra ar. 5. lib. 10. q. 3. art. vlt.

7 Poteſt tempore interdicti vbique celebrare, & celebrari facere c. fi. de priuil in d. Non tamen alta voce, & admiſſis interdictis, & interdictum violando iuxta c. Quod nōnullos de priuil. in ant. glo. fi. eo. in 6.

8 Non incurrit ſuſpenſionem, aut interdictum, niſi fiat expreſſa mentio, c. Quia periculoſum de ſent exc. in d. Secus de excommunicatione, Glo. Gemin. & Doct. in d c. Quia. Silu. vbi ſupra.

9 Poteſt eorum reſignationes recipere, qui aut ſenio confecti, aut valetudinarij aut corpore impediti, vel vitiati, aut criminí obnoxij, cenſuriſuè Eccleſiaſticis irretiti, aut nequeunt, aut non debent Eccleſiæ, aut beneficio inſeruire; ſeu qui vnum aliud, vel plura beneficia obtinuerint, vel quos contigerit ad aliud promoueri, Religionem quoq; ingreſſuri aut matrimonium contracturi, ſi ſtatim id exequantur; & in caſibus Bullæ Innoc. 8. de dimitt. Eccl. Cathed. Idem qui ob capitales inimicitias nequeunt, vel non audent in loco beneficij reſidere ſecuri; modo huiuſmodi reſignantes aliunde habeant, vnde poſſint commodè ſuſtentari. Item poteſt admittere commutationes beneficiorum, quæ canonicis, & Apoſtolicis

ſanctionibus permittuntur iuxta c. Quæſitum de rer. permut· & c. 1 eo. tit. in in 6. Nau. de reb. Eccl. non al. conſ. 15. Sic ſtatuit Pius V. in Bull. Quanta Eccleſiæ Dei, relata à Sayro de cenſur. lib. 4 c. 12 num. 55. Non poteſt tamen de dictis beneficijs prouidere ſuis, aut dimittentium conſanguineis, affinibus, vel familiaribus, ſub pœna nullitatis ipſo facto, & ſuſpenſionis, donec a Papa remiſſionem obtinerit. Et ſi interim conferat, eſt excommunicatus, cum reſeruatione Sum· Pont. Bulla cit. non extenditur autem hæc conſanguinitas vltra tantum gradum, nec affinitas ex copula licita Monaſter. in praxi concurſ. requiſ. 7. dub 25 & ſeq. & Epiſc. conferre poteſt familiari ſui Vicarij, ſed Vicarius nequit conferre familiari Epiſcopi. Idem vbi ſupra dub 30 Non prohibetur tamen huiuſmodi familiaris à concurſibus, vbi beneficium vacet per obitum Rota in vna Ciuitatis Caſtelli coram Orano. Non compræhenduntur tamen beneficia Iuriſpatronatus quoad conſanguineos Cong. concil. apud Quarant. ver. Beneficiorum. reſignat.

10 Poteſt eſſe Legatus Regius pro cauſa juxta Pan. in c. Non eſt de vut. Sot. lib. 10 q. 4. ar. 4

11 Poteſt prouidere pauperibus conſauguineis, etiam in perpetuum mutato ſtatu, vt in poſterum non egeant Sot. vbi ſupra Pan. in c· Inquirendum de pecul. cler. S. Tho. 2. 2. q. 185 art. ad 2 Intellige idem etiam in alijs Clericis Molin. trac. v diſp. 146.

12 Poteſt præcipere Clerico, vl Romam eat pro Eccleſiæ cauſa Silu. ver. obedientia q. 7 vers. 3.

13 De iure antiquo poteſt in aliena Dicecefi exiſtens ſuis conferre beneficia; eſt enim id voluntariæ iuriſdictionis actus, c. Qua front. de appell. c. Poſt electionem, de conceſſ. præb. glo. in c. Nouit. de off. lega. Couar. 3 var. reſol. c. 20 num. 8 Nau. de temp. ord. cons. 41. Sed nunc repugnat Bulla Clem. 8. de quo infra ver. Beneficium num. 65

14 Non poteſt in aliena Diœceſi Pontificalia exercere ſine Ordinarij loci expreſſa licentia, ſub pœna ſuſpenſionis ipſo facto Trid. ſeſſ. 6. vlt. Nau. de Cler· ex com. conſ. 12 vbi ait Epiſcopum conſecrantem calicem, vel corporalia in aliena Diœceſi ſine licentia, etiam credentem id ſibi licere, incurrere ſuſpenſionem, & celebrando irregularitatem. V. glo. in Clem. Quamuis de fer. comp & in Clem. 2. de priuil Sanchez de matr. lib. 3. diſp. 9 iu ſi.

15 Poteſt teſtari de acquiſitis propria induſtria Pan. in. c. Cum in officij de teſtam. num. 3. Silu. Clericus 4 q 6 & de datis ab Ordinatis Couar· c. 1. de teſtam num. 1ſ. V. Molin. trac. 2 diſp. 117.

16 Debet intereſſe diuinis officijs ſaltem in dominicis c. Epiſcopus de conſecr. d. 3 Hoſt. in ſum de cler. non reſid. parag. 1. Et ceſſante infirmitate, etiam alijs ſolemnibus diebus, glo. in d. c. Epiſcopus Pan. in c. Magnæ de vot. num. 11

17 Qui non eſt idoneus ad Epiſcopatum, aut ad curam, tenetur renunciare Sot lib. 10. q· 2. art. vlt.

18 Ob ſenectutem, aut ægritudinem, aut cum populus ita durus eſt, vt nihil fiat, poteſt Epiſcopus renunciare, retenta tamen ſuſtentatione Sot. loco cit. Item ob conſcientiam criminis, defectum ſcientiæ, graue ſcandalum, & irregularitatem, requiritur tamen licentia Papæ c. Cum pridem de renunc Crimen autem intellige, cum per ipſum officij executio impeditur Anchar. in d. c. Niſi num. 2.

19 Ex Monaco factus Epiſcopus exceptus eſt religionis inſtitutis, præterquam tribus votis, & habitus geſtatione Couar. c. 1. de teſtam. num. 11. Tenetur etiam ad obſeruantias, quæ nõ impediũt Epiſcopale officiũ S. Tho. 2. 2. q. 185. ar. 8. Silu. religio 6 q. 12. vt ieiunare die veneris; nõ comedere carnes

in die

hi die Natiuitatis Domini, ſi incidat in fer. Sextam quando ex regula tenebatur Cai. d. ar. 18. quod tamen idem Cai. opuſc. 25. à prima opinione diſcedens Sot. lib. 10. q. 5. ar. 7. Couar. vbi ſupra num. 18. Ang. ver. monachus parag. 8. negant poteſt verò ſecum diſpenſare, vt Prælati religioſorum, S. Tho. Couar. Sot. cit. Mutat autem obedientiam à Prælato in Papam, & eſt dominus fructuum ſicut alij Prælati ſeculares, & poteſt frui paterna hæreditate, ſed non poteſt teſtamentum condere ſine licentia Papæ Sot. vbi ſupra, licèt S. Tho. 2. 2. q. 88 ar. 11. ad 4. velit huiuſmodi Epiſcopum non eſſe dominum fructuum ſed tantũ diſpenſatorem. Inteſtato nõ ſuccedit monaſterium, ſed propria Eccleſia c. Statutũ 18. q. 1.

20 Epiſcopi poſſident ſicut diſpenſatores pauperum, & non autem vt proprietarij S. Aug. epiſt. 50. Nau. de redd. Eccl. & in Apol. eiuſdem operis, & in man. ſæpè. Couar. vbi ſupra Sot. ver. vbi ſupra q. 4 ar. 3. & plures ex recentioribus contrariũ affirmant.

21 Qui ante Epiſcopatum fecit votum religionis, tenetur ingredi c. Per tuas de vot. vbi Anchar. Pan. Boich. & alij S. Tho. 2. 2. q. 189. ar. 3 ad 1. & alij quos refert, ac ſequi Suar. de regil. to. 3 lib. 1. c. 19. num. 3.

22 Epiſcopus viſitans per alium tenetur ei de omnibus, excepto victu c. Si Epiſcopus de off. ord. in d. vbi glo. dicit Hodie Epiſcopos ex priuilegio poſſe per alios viſitare, & integram procurationem recipere. Viſitans per ſe ipſum omnia poteſt accipere c. Cum Apoſtolus, c. Sopite, & c. Nuper de cenſib. in ant. & c. 1. & 2. eo. in 6. Et, volentibus viſitatis, poteſt accipere procurationem in pecunia c. 3. eo. Vbi verò viget conſuetudo, vt nihil omnino detur pro viſitatione ſeruanda eſt. Abſtinendum verò à muneribus in actu viſitationis ſub pœna dupli intra menſem reſtituendi, alioqui interdicti d. c. 2. & extrau. vn. de cenſib. quæ omnia innouauit Conc. Trid. ſeſſ. 24. c. 3. de refor. V. Anchar. in c. 1. de cenſib. in 6. not. 15. Si Eccleſia, quæ viſitatur, adeo ſit pauper, vt ſoluere procurationem non poſſit, opem ferent vicinæ Eccleſiæ pro rata. c. Cum inſtantia, & c. Procurationes de cenſib. Quod ſi vicinæ Eccleſiæ præ paupertate id non poſſint, viſitabit Epiſcopus proprijs ſumptibus: Nec enim tenentur Rectores Eccleſiæ paramenta ea de cauſa diſtrahere Glo in c. Cum Apoſtolus, ver. graue de cenſib. Paul. Rom. de penſ. c. vlt. num. 8. Azor. p. 2 lib. 8. c. 42. q. 10. Nomine procurationis non veniunt vecturæ equorum, aut iumentorum ſarcinas deferentium; nec expenſæ factæ in itineris tranſitu. Glo in c. Romana parag. procurationes, de cenſib in 6. Sed tantum quotidiana victualia Surd. de aliment. tit. 4. q. 22. Azor. vbi ſupra q. 7. V. Anchar. in c. 1. de cens in 6. num. 7. Si tamen Viſitator ſit Delegatus Sum. Pont. omnia debentur, Glo. in Clem. 2. ver. ſi voluerit, de cenſ. non obſtante contraria conſuetudine, cum circa hanc procurationem non detur præſcriptio, c. Cum inſtantia de cenſibus.

23 Laici viſitati non ſolum tenentur ad procurationem, quando eorum Eccleſia præ paupertate non poteſt, ſed nomine ſuo Io. And. Imol. & Anchar. not. 5. in c. 1. de cenſib. in 6. Azor. vbi ſupra q. 3. & colligitur ex eodem textu, vbi dicitur viſitandum eſſe Clerum, & populum, & ſubdit, Ac procurationes à locis tantum recipere viſitatis Sed tamen Glo. in d. c. 1. ver. laicos Vgol. de poteſt. Ep. c. 49. parag. 4. num. 3. Megal. inſtit. confeſſ. lib. 2. c 10. q. 2. Marian. Socin. in trac. de viſit. lib. 11. q. 5. & 8. Aug. Barbos. ad c. Cum inſtantia de cenſib. num. 5. & trib. ſeqq. & de off. & pot. Ep. p. 3. aleg. 74. vbi alios refert contrarium docent per d. c. Cum inſtantia, & c. Procurationes decens, & ego ex ſupradictis id verum eſſe cenſeo. Si enim cum Eccleſia viſitata adeo eſt pauper, vt procurare non poſſit vicinæ Eccleſiæ coguntur opem ferre, vt etiam concedit Azor. vbi ſupra q. 10. & conſtat ex cit. c. Procurationes; ergo laici non tenentur, alioqui dixiſſet textus, procurent laici Extante conſuetudine vt Epiſcopo viſitante à laicis victualia miniſtrentur, ſi laici ſpontè perſeuerant in hac conſuetudine ſeruanda eſt,

quan-

tia ſi rem aliquam magni momenti emerit ad ſuam Eccleſiam conſeruendam neceſſariam Hoſt. vbiſupra. Quarta ſi Epiſcopus in cõmunibus negotijs totius Diœceſis pertractandis magnas impenſas fecerit Innoc. in c. 1. de ſta. mon. Quinta Si Epiſcopus ſit iter facturus ad Papam, vel Imperatorem, vel Regem ob ſuæ Eccleſiæ, vel totius Diœceſis, aut etiam totius vniverſalis Eccleſiæ bonum Innoc. & Hoſt vbi ſupra. Sexta ſi viſitaturus ſit limina Apoſtolorum, vt iuramentum impleat, c. Ea quæ de cenſib. Septima ſi vocatus ad generale concilium iter ſuſcepit Inn. & Io. And. in c. Graue de præben Item ſi ad Concilium Prouinciale Inn. & Pan. in c. 1. de ſta. mon. Octaua ſi impenſas neceſſarias fecerit, & alicuius momenti in aduentu Imperatoris, Regis, aut Principis præſertim ſi ab eo habet regalia non debet tamen in hoc caſu Clericos, aut Eccleſias nimium grauare, vel ad hoc compellere Nona Si Epiſcopus impenſas fecerit alicuius momenti ad ſoluendam annatam, quæ ſolui conſueuit in promotione Epiſcopi. Item ad electionem ſuam in Curia proſequendam S. Ant. p. 3 tit. 20. c. 2. parag. 10. & alij Intellige tamen ſi conſuetudine recepta petat Remig. Gom. in ſuo trac. q. 5. num. 4. Nau. de cenſib. cons. 5. in nou.

35 Si petente Epiſcopo ſubſidium Clerus contradicat, contendens ſe non teneri, quod cauſa non ſit rationabilis, eligendi arbitri, qui iudicent Inn. Io. And. & Butr. in c. Cum Apoſtolus de cenſib. Glo. in Extr. Bened. 12. de cens. vers. charitatiuum. Vel per Superiorem dirimenda lis Anchar. in d. c. Cum Apoſtolus num. 11. & in Clem. frequens de exceſſ. Præl. num. 12.

36 Vicarius Epiſcopi generalis, non poteſt exigere niſi ex ſpeciali mandato Epiſcopi Belez. q. 11. Nec alij Prælati Epiſcopo inferiores. niſi ex priuilegio, vel conſuetudine Belenz. q. 4. & 5. Excipe tamen primo adminiſtratorem generalem datum à Papa Eccleſiæ Cathedrali vacanti Belenz. q. 8 ex c. Is cui de elect. in 6 & c. vlt. de ſuppl. negl. Præl. eo. lib, vbi dicitur Adiuto- rem ſimpliciter datum Epiſcopo à Papa omnia poſſe, quæ Epiſcopus, præter alienationem immobilum. Secundo Commendatarium perpetuum, cui Eccleſia Cathedralis commendatur: habet enim legitimam adminiſtrationem, & exercere poteſt ea, quæ ſunt iuriſdictionis, quare exigere poteſt ſubſidium ab Eccleſijs ſibi ſubiectis Belenz. q. 6 ex Archid. in c. Nemo deinceps, de elect. in 6. & alij. Tertia Epiſcopum tantum electum, & per Papam confirmatum Belenz. q 9. Generales Ordinum pro ſumptibus neceſſarijs ad totius Ordinis gubernationem Calder. cons. 3. de cenſib.

37 Exigere poteſt Epiſcopus huiuſmodi ſubſidium à Clericis ſuæ Diœceſis, c. Conquerente de off ord. non autem à laicis Archid. in c. Cauendum 10. q. 3. Nec à Monaſterijs Inn. in c. 1. de ſta. mon. Hoſt. in ſum. eo tit. & de cenſib. parag. Ex quibus cauſis, & com. Licèt Panor in c. Dilectus de off. ord. dubitet, per Clem. 1. & 2. de cenſib. quæ intelligi debent de monaſterijs habentibus Eccleſias ſæculares ſibi ſubiectas, & ſolitas prius huiuſmodi ſubſidium proprio Epiſcopo ſoluere. Item nec ab Eccleſijs ſuæ diœceſis exemptis Anchar. in Clem. frequens de exceſſ Præl. num. 12. Item nec à Clerico non beneficiato, licèt habeat amplum patrimonium Belenz. q. 31. Nec à Clericis inopia preſſis, qui ex redditibus ſuorum beneficiorum nihil habent vltra commodum, & honeſtum victum. Idem. q. 30.

38 Non excuſatur à ſolutione ſubſidij beneficiarius, qui excommunicatus fuit dum huiuſmodi ſubſidium ab epiſcopo exigitur. Idem de Clerico ſuſpenſo à beneficio, nullus fructus beneficij percipiente durante ſuſpenſione Azor. p. 2 lib 9. c. 14. q. 6. parag. Quid item dicendum.

39 Si Clericus ex beneficio nullos fructus percipit: aut ſi habet titulum, non autem poſſeſſionem, quia ab alio per vim poſſidetur, non tenetur ad ſubſidium. ſed poſſeſſor ſiue bonæ ſiue malæ fidei. Quod ſi duo Clerici ſuper eodem beneficio contendant, liberum eſt Epiſcopo à quo maluerit exigere, reſeruato illi iure repetendi, ſi vincatur. Belenz. q. 14.

40 Ha-

40 Habens Eccleſiam in vna Dioeceſi, in alia verò prædia, tenetur ſubſidium ſoluere Epiſcopo, in cuius dioeceſi ſita eſt Eccleſia, quia eſt onus eccleſiarum Belenz. q. 35. Vide ver. Tributum num. 16.

41 Penſionatius ex ſtylo Curiæ eſt immunis à ſubſidio, & alijs oneribus licet Belenz & alij quidam dicant teneri cum beneficiario pro rata quod verum eſt quando penſio ſimpliciter aſſignatur: ſecus ſi cum clauſula, libera, & immunis ab oneribus, &c. Azor. vbi ſupra.

42 Hoſpitalia, & alia pia loca, ſi habeant titulum beneficij, tenentur, com. ex Belenz. q. 38. Si verò beneficij rationem non habent, nec ſunt fundata auctoritate Epiſcopi, non tenentur. Si autem fundata ſunt actoritate Epiſcopi. Card. Clem. Quia contingit de rel. dom. & alij dicunt non teneri; Belēz. verò vbi ſupra affirmat Epiſcopum poſſe exigere. Vtramq; opinionem dicit probabilem Azor. vbi ſupra.

43 Habens Eccleſiam in confinio duarum dioeceſum non tenetur vtriq; ſed Epiſcopi conueniant, vt alternis vicibus ſubſidium exigant: quibus diſcrepantibus, ad Metropolitanum recurrendum Belenz q. 52.

44 Succeſſor in beneficio non tenetur ad ſubſidium à prædeceſſore non ſolutum, ſed hæredes, vel qui fructus perceperunt, vt rectè colligit Domin in c. fi. parag. Porrò de off. ord. Belen. tamen q. 51. docet teneri ſucceſſorem, quia eſt onus impoſitum beneficio. Azor. vbi ſupra docet Epiſcopum à quo maluerit exigere poſſe.

45 Non poteſt Epiſcopus ſubſidium remittere, & Clericos, ac Eccleſias ab huiuſmodi onere immunes reddere, com. vt teſtatur Belen. q. 47. licèt Inn. in c. Paſtoralis de donat. doceat id poſſe. Tu dic poſſe ſemel, aut iterum non tamen perpetuò. Cauendum tamen, ne dum aliquem eximit, alios grauet Azor. vbi ſupra.

46 Poteſt Epiſcopus cum Clero conuenire, vt ſubſid.um alia recompenſet Belen. q. 48.

47 Si ſubſit cauſa rationabilis, poteſt Epiſcopus ſæpius charitatis ſubſidium exigere Pan. in c. Cum Apoſtolus de cenſib.

48 Poteſt ſibi reſeruare cenſum ſuper beneficio Primo in fundatione Iurispatronatus de conſenſu patroni c. Eleutherius 18. q. 2. c. Scientes de cenſib. & ipſi etiam patrono ſiue proſe, ſiue pro alio c. Grauis, c. Quanto, & c. Præterea 2. de iurep. quando tamen illud impendi poteſt extra dotem neceſſariam, ſine qua ſcilicet Eccleſia in ſtatu debito commodè ſuſtentari non poteſt. Nec prodeſt Epiſcopi auctoritas cum ſit contra ius. Pan. in c. 1. de cenſib. num. 1.

49 Secundò Quando concedit alteri Eccleſiam, cui etiam remittit iura Epiſcopalia. quo caſu poteſt ſibi reſeruare annuam penſionem, ſiue cenſum in ſignum ſubiectionis c. Conſtitutus de rel. dom. vbi Anchar. & Pan. Præter hæc non poteſt Epiſcopus aliquid ſibi reſeruare cum præter iura Epiſcopalia in iure expreſſa non poſſit Epiſcopus aliud ab Eccleſijs ſibi ſubiectis exigere c Conquerente de off. Iud. ord. Pan. num 3. Sunt autem illi de iure reſeruata, Primo charitatiuum Subſidium de quo ſupra. Secundo Procuratio tempore viſitationis, de qua etiam ſupra dictum eſt; & pro eo ſecratione Eccleſiæ, c. Cùm ſit de ſimon. Tertio Cathedraticum, ſiue ſynodaticum, idest duo ſolidi ſiue argentei, ſiue aurei monetæ viualis. Et dicitur Cathedraticum, quia ſoluitur in honorem Cathedræ, & in ſignum ſubiectionis. Et Synodaticum, quia ſoluitur in Synodo. Et vnum tantum ab vnaquaq; Eccleſia parochiali debetur Glo. in c. Conquerente cit. ver. duos ſolidos c. Placuit, & c. Cauendum eſt 10. q. 3. Pauin. de Viſit. q. 5. p. 1. num. 12. Boich. de Synod. Ep. p 3. Sbtocc. de Vic. lib. 2 q. 48. num. 1. Concil. Prou. mediol. 2, ſub. S. Carolo decr. 41 Turrecr. in d. c. Placuit Pan. in d. c Conquerente, & in c Paſtoralis de donat. num. 7. Quare habentes Eccleſias, ſiue capellas ſine populo epiſcopo ſubiecto, non tenentur ad cathedraticum, cum iuxta communiorem ſententiam nec teneantur ire ad Synodum

c. Quod

c. Quod ſuper his, de mai. & obed. vbi Glo. ver. diœceſana. Anchar. Io. And. Felin. Boich. vbi ſupra q. 2. dicto 18. Glo. fin in c. Dilectus de off. ord. Piaſecc. prax. Ep. lib. 2. c. 2. num. 10. V. ver. Concilium num. 10 & alia, quæ congerunt Anchar. & & Pan. in d. c. Dilectus ſiue de lege diœceſana, ſiue de lege iuriſdictionis, de quibus vide in d. c. Dilectus.

50 Non poteſt Epiſcopus de nouo cenſum imponere beneficio, nec veteres augere, quod ſi fiat, irritum eſt c. Prohibemus, de cenſibus. Nec valet pactum etiam iuratum de nouo cenſu ſoluendo, Lancellot. inſtit. can. lib. 2. tit. 21. parag. Sed nec Epiſcopus per tex. in c. Significauit, & c. Grauis de cenſib. V. ver. præſcriptio num. 11.

51 Non poteſt ad ſuam Eccleſiam accedere, aut bonorum Eccleſiaſticorum adminiſtrationem accipere: nullumq; cum recipere, aut ei parere pot, eſtabſq; Sedis Apoſt. literis eius promotionem, & conſecrationem continentibus. Contrafacientes Epiſcopi nihil de Eccleſiæ ſuæ prouentibus accipere poſſunt. Et, ſi interim aliquid actũ fuerit, nullum, & irritum eſt. Extrau. Iniunctæ de elect. inter com. vbi Glo ver. conſecrationis, dicit verbum (conſecrationis) referri ad electos in Epiſcopos, & Superiores Prælatos. V. Quarant. ver. Capitulum ſed vac. num. 13. Non igitur ali debet nouus Epiſcopus ex fructibus Eccleſiæ ſibi collatæ, vbi Bullas prædictas non obtinuit, & poſſeſſionem non cœpit, ſi per eum ſtetit Vbi autem electus neceſſe habet litigare pro conſequenda Dignitate, alimenta cum expenſis miniſtranda ſunt ab Eccleſia eligente c. vt Præterita de elect. & c. Cupientes in fi. eo. tit. in 6. & alijs relatis docet Surd. de alim. tit. 1. q. 84. num. 2. & ſeq. v. Suar. de cenſur. diſp. 31. ſect. 5. num. & licet Rebuff. prax. benef. de ſimon. in reſig. num 31. doceat extrau. cit. intelligendam eſſe in caſu reſignationis: alij tamen communiter abſolute intelligunt, vt præter cit. docet Azor. p. 2. lib. 3. c. 29. & lib. 5 c. 25. q. 11.

52 Ex Concil. Trid. ſeſſ. 23. c. 2. de refor. videtur poſſe colligi, Epiſcopum ante conſecrationem & adeptam poſſeſſionem percipere poſſe fructus Epiſcopatus ibi enim Epiſcopus intra tres menſes non ſuſcipiens munus conſecrationis iubetur fructus perceptos reſtituere; iuſtè igitur prius perceperat. Vide tamen Riccium in ſua prax. Ep reſol. 500. vbi quòd ante expeditionem Bullarum, & earum præſentationem Capitulo Eccleſia dicitur vacare. Surd. de alim tit 1. q. 84. num. 2. & ſeq. Azor. p. 2. lib. 3 c. 29 q 9. & lib. 6. c. 25. q. 11. & vbi 7. c. 1. vbi licet Extr. cit. non ſit vniuerſalis de omnibus beneficijs tamẽ Iul. II. Paulus III. & Iul. III. ibi relati extendunt ad omnia, & quæcunq; beneficia à ſede Ap. impetrata. Alter de cenſur. lib 5 diſp. 17. c. 1. verſ. ſolutio huius queſt.

53 Epiſcopi donationes in vita factæ, reſeruato ſibi Vſufructu, nullæ ſunt per Bullã Clem VIII quã Rota decis. 241 in fi. apud Farin. p. 2. intelligit de donationibus, quæ viuentibus donatarijs non ſunt ſortitæ effectum. Quia tamen hæc Bulla non eſt generalis, ſed directa cuidam Epiſcopo Cameræ. Secundum eam non iudicat, niſi circa ſpolia, quia præſumit fraudem. ibidem.

54 Epiſcopus in Diœceſi ſua eſt maior quocunq; Principe ſæculari illius Diœceſis Pan in c Omnes, & c. ſolitæ num. 5. de mai. & obed. Immo abſolutè Epiſcopum maiorem eſſe quocunq; Principe ſæculari tradit Riccius p 1. decis 97. per tex. in c. Omnis anima de cenſib. & c. Duo ſunt diſt. 97.

55 Poteſt cum conſenſu Capituli Eccleſiam in Collegiatam erigere, & diſponere, vt clerici, licèt ſæculares, viuant in communi Pan. in c Quoniam, de vit. & hon. cler. num. 2. Primum negat Rebuff. reg. 21. poſt Glo. vlt. vbi de erect. in Colleg. & Cong Concil. in vna Conuerſana 17 Iunij 1626. vt refert Lotar de re benef. lib. 1. q 14. num. 49 declarauit, ſine auctoritate Sed Ap. erigi non poſſe Eccleſiam Collegiatam & idem docent plures relati a Ferentillo ad Burattum decis. 912. vbi licèt alios referat contrarium ſentientes, docet tamen à priori ſententia non eſſe recedendum. Idem docet

Eo Maſlubr.

Digitized by Google

Maſſubr. prax. concurſ. prælud. 2. dub. 1. & quæ dicatur Eccleſia inſignis, ibidem dub. 2. vbi habetur integra deciſ. Rotæ coram D. Pegna At Moneta de commut. vlt. vol. c. 11. num. 328. priorem ſententiam vt communem multis probat. addens inſuper poſſe in Collegiata Eccleſia erigere nouas numero Dignitates, licet non ſpecie diſtinctas ab ijs, quas ius, vel approbata conſuetudo in collegiatis Eccleſijs introduxit. quod etiam docuerunt Pan. in c. Cum acceſſiſſent de conſt. num. 4. & alij, quos refert ibidem Moneta exponens c. Cum olim de conſuet. quod videtur innuere contrarium.

56 Quid poſſit Epiſcopus tamq. Delegatus Sed. Apoſt. Vide Azor. ex Conc. Trid. colligentem p. 2. lib. 3. c. 14.

57 An poſſit Epiſcopus denuntiare regulares, ſi inciderint in aliquam excommunicationem Vide Dianam duas opiniones referentem p. 3. trac. 2. reſol. 35 vbi Conciliat. V. Excommunicatio num. 11.

58 Capitulum ſede vacante ſuccedit Epiſcopo in iuriſdictione Pan. in c. Illa deuotionis num. 3. & ſeq. Ne ſed. vac. Itaque poteſt abſoluere c. vn. de mai. & obed. in 6. Item diſpenſare Pan. in c. Cum olim. eo. tit. dub. 8. Interponere auctoritatem in alienatione bonorum Eccleſiæ Feder. cons 30. Viſitare Dioeceſim, non tamen moniales exemptas, quas viſitat Epiſcopus auctoritate Apoſtolica Pan. in c. Cum olim. cit. dub 5. Item concedere ſtatuta, Idem dub. 7. Et concedere indulgentias, dub. 13. contra. Felin tract. de indulg. num. 28. Et recipere reſignationes beneficiorum Innoc. in c. Quod in dubijs de renunciat. Pan. dub. 6. allegans Rotam Et caſus reſeruare Azor. p. 2. lib. 5. c. 37 q. 16.

59 Non poteſt ſede vacante intra annum à die vacationis, ordinandi licentiam aut literas dimiſſorias dare, niſi ei, qui Eccleſiaſtici beneficij obtenti, vel obtinendi occaſione arctatus ſit Trid. ſeſſ. 7 c. 10. de refor. de quo vide Monet. de commut. vlt. vol c. 10. num. 164. & ſeqq. vbi num. 172. quòd dicitur arctatus, qui præſentandus eſt a patrono, modò intra certum tempu recipiat aliquem ordinem, licet non requiſitum in fundatione, alioqui amiſſurus beneficium. Pan. vbi ſupra dat regulam Quod Capitulum Succedit Epiſcopo in his, quæ Epiſcopus facit iure ſuo, non autem iure delegati. Sed ego dicerem Capitulum Succedere in ijs etiam, quæ Epiſcopus facit delegatione generali, vt viſitare moniales exemptas & parochiales ſubiectas monaſterijs nullius Dioeceſis in caſu negligentiæ Abbatum, & corrigere regulares extra monaſteria degentes; quià caſus quotidiani ſunt, & qui præſenti egent remedio. Et cum ſede vacante multa accidere poſſint, pro quibus minimè expediat conſulere ſedem Apoſtolicam; ideo videtur hæc auctoritas Capitulo competere. Item in his quæ pertinent ad Epiſc. iure communi ſpeciali, vt ſunt caſus á Conc. Trid. Epiſcopo reſeruati ſecus in his quæ Epiſcopo competunt iure communi ſpeciali gratioſo. Roder. alios referens de regul. to. 1. q. 6. ar. 9.

60 Poteſt Capitulum ſede vac. conſtituere duos Vicarios etiam æquè principales. aut vnum generalem, & alterum particularem, & alium monialium, ſi viuens Epiſcopus ita faciebat Pauin. p. 2. q. 10. num. 6. relatus à Quaranta ver. Capitulum ſede vac. num. 9. Azor. c. 17. cit. q. 18. Congregatio tamen Conc. ſtatuit ceſſante conſuetudine immemorabili, vnum tantum creandum eſſe V. Vgol. de poteſt. Ep. c. 4. parag. num. 4.

61 Non poteſt Capitulum ſede vacāte conferre beneficia ſpectantia ad collectionem Epiſcopi c. Illa deuotionis, ne ſed vac. Limitat Pan. vbi num. 3 ex Io. And. in c. Quamq; de elect. in 6. Niſi ſint deuoluta ad Epiſcopum propter negligentiam vel delictum inferioris Limitat ſecundo num. 4. vt licet non poſſit conferre, poſſit tamen commendare donec aliter per ſuperiorem fuerit prouiſum Limitat tertio Niſi beneficij collatio pertineat ad Epiſcopum, & Capitulum ſimul: tunc enim conferre poteſt ſed. vac. Alia in quibus ſuccedit Capitulum vide apud Pan. loc. cit. q. 59. q. 4

62 Vocem in Capitulo non habet, qui non eſt Subdiaconus Trid. ſeſſ 22. c. 4. de refer. Clem 2 de æta. & qual.

63 Ad quem ſpectet Cura animarum annexa Capitulo Vide Ripam de reſcript. reſp. 6 & alios, quos refert, & ſequitur Prob. ad Monac. in c. ſuper eo. num 19. de præben. in 6. Rota apud Farin p. 2. deciſ. 340. tenuit ſpectare ad omnes Canonicos vti Collegium.

4 An poſſit Sede vacante Confeſſarios ab Epiſcopo defuncto approbato reprobare Vide Marchin. de bello diu. p. 5. c. 4. num. 15.

65 Archidiaconus reſpondet, ſcio eſſe dignum, quia præſentatur à bonis, & nihil ſcio de eo mali publicum c. vn de ſcrut. in ord. fac. vbi Pan. & alij Silu. ver. Archid. q. 7.

66 Maior eſt dignitate Archipræsbyter ſecundum ius commune c, 1. de off. Archid, & c. 1 de off. Archipresb.

VICARIVS. PAROCHVS.

V. Excom. Confeſſor. Domicilium. Epiſcopus. Miſſa. Ordo.

1 Vicarius Epiſcopi non poteſt eſſe Laicus c. Quoniam, & c In nona 16. q. 7 Pan. c. Quoniam de off ord. num. 2. Nau. de off. Iud. del. cons 1. Couar. in c. Alma p. 1 parag. 11 num. 5 Silu. ver. laicus q. 3 Intellige in ſpiritualibus Pan. in c. Decernimus de iudic. num. 12. Nec etiã eſſe poteſt Vicarius coniugatus, Franc. in c. 1 de off. Vic. in 6 Anchar. ibi num. 3. Ceſſat mortuo Epiſcopo glo. in Clem. fi. de procur. Pan. in c 1 Ne ſed. vac. & in c. Tua nobis de off. Vic Silu. ver. Vicarius q. 4 in fi. Idem de omni Vicario, mortuo illo, à quo eſt factus Pan. in d. c. Tua, citato Hoſt. in c. Quoniam Abbas de off. deleg.

2 Vicariatus perpetuus eſt beneficium c. Poſtulaſti de reſcrip. glo. in c, 1 de off. Vic. & c. fi. eo. Clem. 1 eo. tit. Nau. c. 25. num. 111. ad 13 in fi. Et non datur niſi in beneficijs curatis iur. cit. Poteſt autem huiuſmodi Vicarius ſibi facere Vicarium temporalem. c Illud. 7 q. 1 Silu. ver. vicarius q. 2 ver. 2.

3 Vicarius temporalis poteſt ſubſtituere Vicarium, ſi ſit conſuetudo, aut habeat ſpeciale mandatum; aut ſi partem committat, non potens totum implere. Silu. q. 5.

4 Geſta per Vicarium excommunicati vices committentis valent, c. Romana de Off. Vic. in 6 Intellige de excommunicato denuntiato, aut notorio Clerici percuſſore poſt extrau. Ad euitanda. al jenim in officio publico tolerantur, & eorum geſta tenent, de quo infra ver. Excom. num. 36.

5 Vicarij generalis, & Epiſcopi ſui vnum eſt tribunal. quare à Vicario ad Epiſcopum non datur appellatio; nec vales contraria conſuetudo, ne ab eodem ad ſeipſum appellatio interpoſita videatur, c. 2. de conſuet. in d. 6 c. Romana de appell. eo lib. vbi Anchar. & alij. Intellige in ijs, in quibus eſt ordinarius, non in ijs in quibus eſt deligatus Epiſcopi, vt multis cit. docet Sanchez de matr. lib. 3 diſp. 29. num 9.

6 Poteſt audire confeſſiones omnium de Diœceſi, & alijs licentiam dare audiendi. Ang. confeſſio 3. parag 3. Silu. confeſſor 1. q. 4. Anchar. in c. Omnis vtriuſq; de pœnit. & remiſſ. num. 8. Pan. ibi num. 12. & alij multi, quos refert, & ſequitur Sanchez vbi ſupra num. 15.

7 Parochus in foro interiori poteſt quicquid non eſt Epiſcopo reſeruatum Nau de pœnit. & remiſſ. con. 24.

8 Tenetur ſubditum morientem, etiam peſte, audire confitentem, & communicare Nau in man. c. 24. num. 10. & c. 25. num. 133. Niſi ſufficienter ſupplere poſſit per Vicarium Idem de conſt. conſ. 14 Idem de baptiſmo affirmat Roder. in ſum. lib. 1. cap. 26. num. 1. Tempore peſtis tenetur quidem Parochus ad perſonalem reſidentiam: Sed ſacramenta Baptiſmi, & Pœnitentiæ miniſtret infectis per alios; ne ſani recuſent conuerſari cum Curatis eunti-

Ee 2 bus

bus ad infectos Cong. Concil. de mente Greg XIII. ad S. Carolum.

9 Tenetur ſub mortali docere ſubditos rudimenta fidei Sot. de iuſt. lib 10. q. . ar. 3. Vide Concil. Trid. ſeſſ 24. c 4 de refor.

10 De Parochia efficitur quis acquiſitione domicilij: Et quoad pœnitentiam,& Euchariſtiam habitatione plus ſex menſium, licèt domicilium illuc non tranſtulerit. Quoad decimas ſepulturam & huiuſmodi vtilia Parocho requiritus animus habitandi quaſi per annum Silu. ver. Parochia, ver. domicilium, & ver. Confeſſor, 1. q. 10. Quoad pœnitentiam, & Euchariſtiam in Paſchate, ſufficit cuiuſuis etiam parui temporis habitatio Eug. V. vt refert Sorb. ver. Abſolutio quoad ſæculares,& ver. communicare. Et ſatis eſt communicare, vbi eo die contingerit reperiri. ibidem V. Suar to. 4. diſp 25. ſect. 2. Nau. in c. Placuit de pœnit. d 6: num. 77. & ſeqq. Quare Vagabundi dicuntur habere proprium Sacerdotem vbi vagantur, cum in huiuſmodi hominibus actualis habitatio ſuccedat loco domicilij Silu. confeſſor q. 1. Io. Med. de Confeſſ. q. 36.

11 Quantum ad matrimonium ſufficit parui temporis habitatio, ſi non ſunt vagabundi Congr. conc. Adde, ſi cum animo habitandi per maiorem anni partem; Secus ſi ſtatim redituri Sanchez de matr. lib. 3. diſp. 33. à num. 10. V. Ricc. p. 2. decis. 108. V. ver. Matrimonium, in fine.

12 Quoties teneatur Parochus celebrare, res eſt controuerſa. Nau. c. 25. num. 134. vult non teneri niſi in diebus feſtis, vbi conſuetudo, aut inſtitutio aliud non requirit. addit Cord. lib. 1. qq. q 4 dub. 5. aut niſi lex diœceſis aliud ſtatuat. Sot. de iuſt lib. q. q. 3. ar. 1 docet teneri ſingulis diebus, ſi habeat redditus ad ſui ſuſtentationem. Toler. lib. 5 c. 5 affirmat ſufficere, ſi præter feſta, aliquod etiã ex alijs diebus celebret.

13 Parochus nullo iure tenetur pro ſuis Parochianis ſacrificia offerre, vt multis relatis docent Ricc. p. 4 decis 201 Suar. in 3 p' to. 3 diſp 88, ſect. 4 ver. De beneficijs igitur Curatis, & alij plures quos refert, & ſequitur Bonac. de ſacram. diſp. 4 q. vlt. p. 7 num 5. Nau. c. 25 num. 131. Cord. l b. 1 qq q 4

14 Parochus in funeralibus debet præcedere Canonicos & beneficiatos capitulariter inſeruientes: dicitur enim eſſe in proprio officio cuius ratione datur prælatio etiam contra eos. quibus aliàs extra illud officium poſtponeretur Gratian diſcep. for. c. 198 vbi à num. 17 ad verbum refert conſilium D Theodoſij Rubei. V Barbos de off. Parochi cap. 9

15 Cum in priuilegijs Religioſis mendicantibus conc. diſſolutis dicitur (ſaluo iure Parochiali) intelligitur de decimis, primitijs, & alijs oblationibus iure communi Eccleſiæ parochiali debitis Silu. ver. parochia, dicens ſic declaraſſe Greg. IX. eo. parag. 1. in fi. Azor. p. 2. lib. 3 c. 13 q 8

16 Parochus intra tempus, quo promouetur, legitimè impeditus, ceſſante impedimento (quoad vtrumq; forum non aliud annum integrum, ſed tantum complementum partis anni, in qua legitimè impeditus fuit, ad promouendũ acquirit. Nau. de in integr. reſtit. conſ. 1. in nou Barbos. ad c. Commiſſa de elect. in 6 num. 7

17 Tenetur ſuorum confeſſiones audire, quoties ipſi confiteri voluerint: modò per hoc à maioribus Curæ oneribus non auocetur Nau in c. Placuit de pœnit. diſt. 6 num. 141. & in man. c. 25. num. 137 Suar to. 4 diſp. 32 ſect. num. 4. V. ver. confeſſor. num. 4.

18 Poteſt Epiſcopus vti opera Parochi in viſitatione per bimeſtre ſingulis annis, prouiſa ipſa Parochia de idoneo Vicario Cong. eg. Concilj Quaranta ver. reſidentia.

19 Parochialis Eccleſia, ſi perpetuis vniatur Cathedralibus, Collegiatis, ſeu alijs Eccleſijs, vel Monaſterij beneficijs, ſeu Collegijs, aut pijs locis, poteſt in ea conſtitui Vicarius perpetuus, aut etiam temporalis, ſi Epiſcopus ita expedire iudicauerit cum idonea fructuum aſſignatione Conci Trid. ſeſſ. 7. c. 7.

20 Pa-

10 Parochianus moritur in ſua Eccleſia, quando moritur vbi ſeceſſerat animo redeundi c. Is qui, de ſepult. in 6 Nau. de paroch. conſ. 2. num. 3. Silu. Confeſſor 1. q. 6 Niſi ſit Clericus Mercator, & huiuſmodi: horum enim parochus eſt, in cuius parochia habitant de præſenti, nec poſſunt commodè adire proprium. Pan. in c. Omnis vtriuſq; de pœnit. & rem num. 13. glo. in Clem. 1. de priuil. vêr. parochialis Nau. vb ſupra Suar. loc. cit. dub. 2. Non admittens limitationem illam, ſi non poſſit commode, &c.

CLERICVS.

V. Benef. Domicilium. Excom. Bullæ. Filij. Gabella. Iudicium. Ordo. Peculum.

1 Clericorũ nomine in materia fauorabili venit Religioſus, & Epiſcopus, non autem in odioſa, in qua, nec Canonicus Cathedralis, nec in Dignitate conſtitutus, arg. c. ſtatutum de elect. & c. Quia periculoſum de ſent excom. in 6. Sil. Clericus 1 parag. 1. Venit etiam Clericus primæ tonſuræ Pan. rubr. de vit. & hon. cler. num. 4. & alij quos refert, & ſequitur Sanchez in ſum. lib. 7 c. 13 num. 33

2 Clerici in materia fauorabili veniunt nomine Monachorum, & populi Silu. vbi ſupra Pan. in c. Rodulphus de reſcrip. vbi dicit, quod vbi vnum verbum poteſt capi in ſuo genere, & in certa ſpeciē, ſi ſumus in materia odioſa debet capi in ſua ſpecie, non in genere; ſecus in materia fauorabili, ſeu indifferenti.

3 Clericorum ſuorum nomine veniunt tantum illi, qui recepti ſinè fraude, & fictione, verè ſui Clerici familiares exiſtunt, & in ſuis expenſis continui commenſales. c. vlt. de verb. ſign. in 6. quod verum eſt in priuilegijs odioſis; aliàs enim appellatione Clericorum ſuorum veniunt omnes ſubditi glo in d. c. vlt. per c. Cum tib. eo in ant.

4 Clericali priuilegio gaudens, etiam Hæremitæ alicui regulæ, aut ſuperiori ſubditi Silu. ver. Hæremita. & ver Eccleſia 1. q. 6 Pan. in c. Nullus de for comp. Et incluſi ob deuotionem, mutato habitu Felin. in c 1. de for. comp. Et fratres, & ſorores tertij ord. S. Franciſci, & S. Dominici Silu excom 6. parag. 3 Bulla Sixti IV. Fel. Qando lit Ap. præiud. patr. Ecc. num. 24 Pan in c. vn. de oblig ad ratioc. num 6. V. infra ver Religio num. 3 Anchar. in c. cum Ioannes, de fide inſtr. in fi.

5 Clericus primæ tonſuræ non ſolet eſſe exemptus in ciuilibus à poteſtate ſæculari Couar. prac quæſt. c. 31 Contrarium verius docet Pan. in c. Qualiter de iudic. Intellige, modo ex ijs ſit, de quibus Trid. ſeſſ. 23 c. 6. de refor.

6 Qui eſt in ſacris, ſi dimiſſa tonſura, & habitu ſe multis enormibus immiſcet, poteſt ſecundum communem opinionem, ſine degradatione, & traditione, per iudicem ſæcularem puniri, quod fortè verum eſt in aliquo caſu Couar vbi ſupra c. 31. Regulariter prærequiritur trina monitio, c. In audientia de ſent. exc. Poteſt etiam quicunq; inueteratus in enormibus, vel incorrigibilis, ſi Prælati Eccleſiaſtici fuerint negligentes, vel periculum in mora non patitur eos adire, vel incorrigibilitas eſt notoria. Silu. excom. 6. num. 7. Tu dic Seruandum c. Cum non ab homine de iudic. vt prius ab Eccleſiaſtico Iudice deponatur, & incorrigibilis excommunicetur, & ſi non ſe corrigat, Curiæ ſæculari tradatur.

7 Clerici tenentur ſeruare leges ciuiles non impedientes adminiſtrationem Eccleſiaſticam Vict. de poteſt. Papæ relect. 1. Sot. in 4. diſt. 25. q. 2. ar. 2. Molin. trac. 2. diſp. 31. V. Hoſt. in c. fi. de ſolut. Anchar in c. filius de teſtam. num. 2. Et canones antiquos de vit. & hon. cler. Trid. ſeſſ. 22. c. 1. de refor.

8 Clericus in ſacris, vel beneficiatus aduocare poteſt coram Iudice ſæculari in cauſa propria, vel Eccleſiæ, vel conſanguineorum, qui id commodè per alium non poſſunt; vel miſerabilium perſonarum, toto tit. de poſtul. In ijſdem caſi-

caſibus poſſunt etiam Epiſcopi coram Iudice Eccleſiaſtico Silu. ver. Aduocatus q. 2. verſ. 3. & q. 3. Clericus verò in minoribus non beneficiatus poteſt coram Iudice ſæculari, etiam in criminalibus Nau. c. 25. num. 110 modò non immineat pœna ſanguinis Pan. in c. fi. de poſtul. Nau. eo. tit. conſ. 1. Glo tamen in in c. 1. eo. tit ver. ſtip. ndiis negat in criminalibus. Beneficiatus non poteſt, niſi in ciuilibus: & qui non eſt Sacerdos, aut ſi beneficiatus, non tamen ſufficienter, poteſt ex tali aduocatione victum querere, ſi eget. Silu. vbi ſupra.

9 Clericus coniugatus ipſo facto amittit priuilegium fori, non autem canonis ſi quis ſuadente, ſi incedat in habitu, & tonſura Silu. Clericus 3, q. 3. Falſa opinio de priuilegio fori, ſi contraxit cum vnica, & Virgine, & habitum, ac tonſuram deferens, alicui Eccleſiæ de mandato Epiſcopi ſeruiat c. vn. de cler. coniug. in 6. Trid. ſeſſ. 23. c. 6. de refor in reliquis verò, vt circa debita, tributa, lites, &c. non gaudet, vt ex d. c. vn. rectè colligit poſt alios, & Glo. Couar. pract. ſeq. c. 31. num. 9 Mortua verò vxore omnia priuilegia conſequitur, quæ Clericis non coniugatis ſunt conceſſa Pan. in c. clericus 2. de vit. & hon. cler. num. 4. V. Riccium p. 2. decis. 169. & ſeq. vbi quòd gaudet etiam in ciuilibus.

10 Nullus Clericus primæ tonſuræ, aut quatuor min. ord. gaudet priuil. fori niſi beneficium Eccleſiaſticum habeat, aut Clericalem habitum, & tonſuram deferens alicui Eccleſiæ de mandato Epiſcopi ſeruiat, vel in Seminario, vel in aliqua Schola, aut vniuerſitate de licentia Epiſcopi verſetur. Trid. vbi ſupra. De Stylo tamen Romanæ Curiæ non ſeruatur hoc poſtremum, vt ſcilicet alicui Eccleſiæ, &c. Farinac. pract. crim.

11 Clerici familia eiuſdem fori priuilegio gaudet Pan. in c. Nullus de for. comp. glo. in c. Clericum 11. q. 2 l. 1. & 2. C. de Epiſc. & Cler. Bald. ibi, & in l. ſi non plures C. de Sacr. ſan. Eccl. Silu. Cler. 1 q. 1. verſ. 5 Intelligit autem Capicc decis. 12. de ſeruis perpetuis, non de conductitijs, & Bald. in l. ſi cit. de ſeruis neceſſarijs. Felin. vno in c. 1. de for. comp. dicit tunc familiam gaudere priuilegio Domini, quando Dominus non poſſet commode vti priuilegio ſuo, niſi includeretur familia De familia Epiſcopi omnes conſentiunt illam omnino gaudere Pan & Capicc. vbi ſupra Iul. clar. prac. crim. q. 35. verſ. Quæro nunquid familiares, &c.

12 Clericus vti poteſt Statuto, & conſuetudine laicorum ad ſuum commodum Silu. Cler. 2 q. 8. Pan. in c. Ex literis de vit. & hon. Cler. & in c. Ad noſtram, deprobat Seruanda tamẽ formà ſtatuti, & conſuetudinis Iaſ. in l. De quibus ff. de legib. num. 12 vbi ex Baldo in d. l. & in c. At ſi clerici de iudicijs decet clericum vti non poſſe huiuſmodi ſtatuto, quando ſtatuentes à principio exceptuarunt Clericos. Nec id eſſe contra libertatem Eccleſiæ, ſi nolo tibi dare priuilegium meum, & quo nihil de tuo aufero Azor. p. 1. lib. 5. c. 14. q. 4 Pan. in c. Eccleſia S. M, de conſt. num. 33 Sed contra Baldum pluribus agit Duard. in can. 15 Bull. Can. q. 19 à num. 31. V. infra excom. non reſeru. num. 5. An verò Eccleſia tenetur vti eo ſtatuto contra ſe, ex quo fruitur eius commodo? Pan. vbi ſupra, & in Nouit de iudic. negat, quia poſſe vti eſt ſpeciale fauore Eccleſiæ, quod in eius læſionem retorqueri non debet. de quo idem in c. Quod clericis de for. comp. Glo. in d. c. Ex literis ver. ſe tuentur, ſignat contrarium. Anchar. autem, ibidem num. 4. citato Io. And. diſtinguit. Aut priuatus vtitur iure, de quo quæritur de facto percipiendi vtilitatem, & ſic tacite approbando, & tunc tenetur recipere contra ſe; vel de iure tantum in iudicio caute allegando, & tunc non tenetur contra ſe.

13 Si eget poteſt honeſto labore manuum victum quærere c. Clericus 1. & 2. diſt. 91. S. Ant. p. 3. tit. 13 c. 2. parag. 38 Arg. clericus 9. parag. 2. Silu. cler. 3 p. 10 poteſt etiam tutelam à lege poſitam ſuſcipere, non autem datam à Iudice Silu. immunitas,

munitas 1 parag. 17 Poteſt etiam qui eſt in minoribus fieri laicus ex cauſa Silu. ver. Apoſtaſia q. 2 Ang. eo. parag. 1 & aduocare coram Iudice eccleſiaſtico pro mercede. & etiam coram Iudice ſeculari pro negotijs eccleſiaſticis & pro ſua cauſa, & Eccleſiæ ſuæ, vel pro ſ[illegible]arum coniunctarũ, aut miſerabilium ſecundũ Pan. in c. 1 & c. ſi. de poſtul. [illegible] ver. Aduocatus q. 4. citato Hoſt.

14 Clericus in ſacris, aut beneficiatus peccat mort. negotiando negotiatione illicita Pius IV. conſt. incip. Decens, relata ad verbum à Redoan. de ſpol. Ecc. q. 2. & docet Silu. ver. Apoſtaſia q. 2 Nomine autem negotiationis illicitæ venit mercatura, qua aliquid emitur vt immutatum carius vendatur c. eiciens. et c. Conſequens eſt diſt 88. & c. Canonum 14 q. 4 Secus ſi aliquid emat vt deinde arte induſtria, vel alio modo mutatum vendat, eſt enim artificium. non negotiatio Redoan. vbi ſupra num. 15 Secus item ſi negotietur propter curam pupillorum & orphanorum, & viduarum; aut ſi proprius Epiſcopus Eccleſiaſticarum rerum ſollicitudinem habere præcipiat. c. Decreuit diſt. 88 Poteſt verò negotiari per alios Arag. 2. 2 q. 77 art. 4 concl. 4. Nau. in Man. c. 25 num. 11. verſ. Clericus verò in fi. glo in Clem. 1 ver. publice, & perſonaliter de vit. & hon. cler. vbi Pan. docet, quod ad incurrendam pœnam duo copulatiue requiruntur, quod publicè. & perſonaliter. Si ergo occultè, vel per alium licet non excuſetur à culpa, euitat tamen pœnam: Niſi per alium negotietur pro ſua, & ſuorum neceſſitate V. Azor. p. 2. lib. 7. c. 15 in fi. & lib. 8. c. 2. q. 4. Silu. Clericus 2. num. 4. Molin. diſp. 342. num. 10 Io. Med. de reſt. q. 20.

15 Quod Laico eſt aduentitium, Clerico eſt quaſi caſtrenſe Pan in c. Quia nos de teſtam. & in c. Conſtitutus de in integr. reſt. Auth. Præsbyteros de Epiſc. & Cler. Intellige de acquiſitis poſt Clericatum etiam primæ tonſuræ Couar. in d. c. Quia nos num. 3. Nau. c. 17. num. 142 Sanchez. lib. 7. ſum. c. 13. num. 31 & 33 licet is Clericus eas conditiones non ſeruet, quas requirit Trid. ſeſſ. 23. c. 6 de refor. Eſt etiam quaſi caſtrenſe, quod Clerico datur pro patrimonio, vt ad eius titulum ordinetur in ſacris. Si tamen datum ſit à parentibus, adducendum eſt ad partitionem cum cæteris fratribus Molin. d. ſp. 138 verſ. Dicendum tamen arbitror, iuncta diſp. 231 verſ. Item quaſi caſtrenſia Sanchez vbi ſupra num. 29. Vide tamen ſupra ver. legitima num. 10

16 Clericus in ſacris exercens iudicium ſanguinis, peccat mort. cap. Niſi à quibus 23 q. 8. Sot. de iuſt. lib. 5. q. 5 ar. 1. Ang. Clericus 9 parag. 12.

17 Clericus in crimine fragranti capi poteſt à ſæculari. vt tradatur eccleſiaſtico c. Cum non ab homine, & ibi Pan. à num. 11. de iudice Intellige, ſi id faciat de mandato expreſſo Iudicis Eccleſiaſtici c. Vt famæ iuncta glo. de ſent. exc. Niſi enormibus ſe immiſceat. c. Cum non ad homine eo. tit V. Savr. num. 6.

18 Clericus poteſt capi, & incarcerari ad impedienda mala Pan. vbi ſupra Silu. Clericus 2. parag. 1. Nau. de ſent. exc. conſ. 26. & 29. Iul. Clar. prac crim. q. 77. verſ. Sed hic quæro.

19 Cum in iure aliquid iubetur, aut prohibetur clericis, intelligitur de clericis in ſacris aut beneficiatis Nau in man. c. 25. c. 111 & de regul. con ment. 4. num. 28. Hoſt. in c. 1. Ne cler. uel mon. Ban. ibidem. & in c. 1. de poſtul. num. 4. Tolet. lib. 1. c 47

20 In prohibitis iure humano, vt geſtare arma offenſiua, intereſſe executioni ſententiæ capitalis, vti officio medicis, niſi circa pauperes. & coniunctos, vbi non eſt periculum mortis, aut mutilationis, negotiari, & c non peccat mortaliter clericus, ſi abſit contemptus, aut ſcandalum, aut pœna gr[illegible] Caiet. in ſum. ver. Clerici peccata. Cuius opinionem putat nimis laxam Nau. in man. c. 25. num. 110. verſ. Adde quod Caiet. niſi limitetur, vt procedat in transgreſſione earum legum, quæ non vtuntur verbo præcepti uo, & quæ communiter nec à ſubditis inter magna peccata

com-

computatur De intereſſente executioni ſentētiæ capitalis, licèt id faciat ex curioſitate, volunt eſſe mortale, cum faciat contra c. Sententiam ſanguinis, Ne cler. vel mon. non tamen fieri irregularem, docent Glo. ibidem, & Pan. num. 4. & ſeq. Anchar. num. 10. Silu. homic. 3. q. 5. vers. 3. item Pan. in c. Ex literis de exceſſ. Præl. num. 2. & alij, quos ſequitur Sayr. de cenſur. lib. 6. c. 28. num. 20. Id tamen limitat Nau. c. 17. num. 214. ad ſolos Clericos in ſacris, & religioſos, ac beneficiaros, ſed Roder. in ſum p. 1. c. 170. num. 21. dicit conſuetudinem contrariam eos omnes excuſare à mortali.

21 Clericus relinquens habitum ad tempus ex cauſa, etiam ſi ſit in ſacris, non dicitur Apoſtata, Silu. ver. Apoſtaſia q. 2.

22 Clericus ſuſpectus de fuga poteſt à creditore capi, & tradi Iudici proprio Io. And in c. Si Clericos de ſent. ex c. in 6 Couar. 1. var. res c. 1. num. 9. Ias. in l. Vinum ff. ſi certum pet. Etiam in criminalibus; vt cum familia capit Clericum criminoſum, ne fugiat. Pan. in c. Cum non ab homine de iudic. à num 12. & in c. Vt famæ de ſent. ex c. num. 6.

23 Bona patrimonialia Clericorum eodem priuilegio gaudent cum bonis Eccleſiaſticis Butr. & Imol. in c. 1. de conſuet. & Speculator de cler. coniug. parag. fi. vers. Quid ſi Clericus. Innoc. in c. Cœterum de iudic. Dec. in c. Eccleſia S M. de conſtit. num. 21. & ſeq. Glo. ibidem ver. perſonis, & in c. Quamquam de cenſib. in 6. ver. ipſarum, in c. Ex literis de vit. & hon. cler. Alij tamen docent id non eſſe vniuerſaliter verum, ſed tantum in caſibus in iure expreſſis, ſic Fel. in d. c. Eccleſia. Couar. vbi ſupra c. 4. Sot. lib. 9. q. 4. ar. 4. Pan. in d. c. ex literis, & d. c. Eccleſia in repet. num 3. qui caſus notantur à Io. And in c. 1. de cler. coniug. in 6. vbi refert Oldrad. dicentem huiuſmodi bona eſſe de foro ſæculari. Idem tenet Anchar. in c. Non minus de immun. Eccl. num. 5. Vide Excom Bullæ num. 45. Si Clericus ſit coniugatus eius bona patrimonialia non gaudent priuilegio c. Ex parte de cler. coniug. vbi Pan. num. 1.

24 Bona patrimonialia data in titulum ſunt exempta etiam in caſibus in iure non expreſſis Felin. vbi ſupra Ricc. p. 2. decis. 299. Nau de immun. ecc. conſ. 5. Glo. in c. Epiſcopus de præb. Contrarium docent Pan. & Couar. vbi ſupra Dicendum eſſe exempta quoad defenſionem ratione poſſidentis, qui ad laicum forum trahi non debet. Ita Innoc. & alij quos refert Pan. in c. Cum ſit generalis de for. comp. & in c. Si Clericus, & c. Si Epiſcopus de præben. & in c. Si diligenti de præſcrip. num. 36. Ang. uer. præſcriptio parag 38. Certè ſi illa bona habebant prius onera perpetua, & inuariabilia, tenentur Clerici ea præſtare. Secus ſi imponantur poſtquam in Clerici poteſtatem deuenerunt, pro tempore, quo ipſe poſſidet Pan. in d. c. Ex literis. Vide eundem in c. Dilectus filius de præb. num. 3. & conſ. 13 uol. 2. Ricc. ubi ſupra Megall. 1. Secundæ par. lib. 2. c. 17. num. 114. Couar. 1. uar. res. c. 4 uum. 4.

25 Bona patrimonialia data in titulum alienari non poſſunt, donec beneficium Eccleſiaſticum ſufficiens ſit adeptus, aut aliunde habeat, unde uiuere poſſit; requiriturq; licentia Epiſcopi Trid. ſeſſ. 21. c. 2. de refor.

26 Clericus in minoribus non beneficiatus poteſt eſſe tabellio in foro ſæculari, beneficiatus uerò, ſi eget, in Eccleſiaſtico. Et in negotijs, quæ expediuntur extra forum, & etiam qui eſt in ſacris Couar. prac. qq. c. 9. num. 8. Ang. cler. 9. parag 6. V. Pan. in c. Sicut, ne Cler. uel mon.

27 Clericus portans arma lege laicorũ prohibita, & uetita, poteſt à Sæculari miniſtro iuſtitiæ ſpoliari ſine reſtitutione, aut excommunicatione Couar. ubi ſupra c. 33. in fi. Iul. Clar. affirmans de com prac. crim. q 36 num. 27. Probabilius tamen eſt, id ad Eccleſiaſticum ſpectare Azor. p. 1. lib. 5. c. 26. q. 1. Barbos. ad c. 2. de uit. & hon. cler. num. 6. & ad c. Nimium 23. q. 8.

28 Non poteſt eſſe procurator generalis laici, ſed tantum in aliquo negotio Pan. in c. Per uenerabilem, Qui fil. ſint legit.

git. quod intellige in cauſis ſæcularibus in iudicio. Immo prohibentur Clerici eſſe miniſtri, aut procuratores laicorum, & ſi moniti non deſiſtunt, ſi deprehendantur in fraude, ab Eccleſia non defenduntur. c. Sacerdotibus Ne Cler. vel Mon. In cauſis Eccleſiaſticis poteſt eſſe ex charitate non ex cupiditate Pan. in d. c. Sacerdotibus Ang. Cler. 9. parag. 11.

29 Poteſt eſſe conſiliarius Principis, non autem locumtenens Pan. in c. Sed nec, ne Cler. vel Mon. num. 7. & in c. Clericus eo. num. 10.

30 Poteſt deponi, & tradi Curiæ ſæculari. ob furtum, homicidium periurium ſi ſit incorrigibilis c. Cum non ab homine de iudic. Intellige tamen, non pro ſimplici furto &c. ſed quando Eccleſia condignam pœnitentiam imponere non poteſt, aut de iure non poteſt, quia grauiſſimum eſt delictum, quòd non habet condignam pœnam Pan. in d. Cum non ab homine nũ 6. & c. At ſi Clerici eo nũ 41

31 Vtens in peccato mortali poteſtate accepta per ordinem, aut conſecrationem peccat mort. Nau. c. 25. num. 31 Ang. Clericus 8. parag. 1. V. ver. 8. ordo num. 13 & ſeq.

32 Sacerdos etiã abſens eſt ſubditus ſui Epiſcopi Pan. in c. Meminimus num 5. de appell. & in c. Licet num. 41. de for. comp.

33 Eccleſiaſtici poſſunt præſidere in ciuilibus ciuiliter, & in criminalibus extra iudicium ſanguinis Pan. in c. Sed nec, Ne Cler. vel Mon

34 Venatio ſine ſtrepitu etiam Prælatis eſt licita cauſa recreationis, etiam cum canibus modeſtè Pan. in c. 1. de cler. ven. Silu. & Ang. ver. Venatio Hoc dictum videtur contra c. 1. eo tit. Epiſcopus, præsbyteris, & diac. prohibitum eſt ſub pœna ſuſpenſionis, ne canes, aut accipitres ad venandum habeant. & c. 2 interdicuntur venationes & ſiluaticæ vagationes cum canibus, & accipitres, & falcones. Idem habetur c. 1. Ne cler. vel Mon.

35 Clerico aleatori conferri non poteſt beneficium. et quidem ſi publicus ſit, nulla eſt collatio; ſi verò occultus irritanda. c. Inter dilectos de exceſſ. Præl. ſi tamen ſe libenter corrigat, in obiento poteſt Epiſcopus facere gratiam glo. ibidem ver. aleatorem. Excipe ludentem modicum quid recreationis gratia Silu. ver. ludus q. 10. Ang. eo. parag. 4. hic enim non peccat mort. Niſi eius præſentia ſit cauſa ludendi ludo mortali. Nau. c. 20. num. 14. Immo nullo modo peccat, etiam ſi ſit religioſus, ſi ludat cauſa recreandi ægrotum, quia ceſſat ratio legis Nau. c. 23. num. 3.

36 Peccat mort. habitando cum fœmina ſuſpecta, toto tit. de cohab. cler. & mul. Silu. Cler. 2. parag. 2. Aug. Cler. 5. parag. 2.

37 Non tenetur ſeruire Eccleſiæ, in qua non habet beneficium, & cui ab Epiſcopo non fuit in ipſa ordinatione aſcriptus Cong. Conc.

38 Clericum incedere perſonatum, & ludum larualem exercere mortale eſt Silu. ver. ludus q. 2 vers. 4. Ang. eo parag. 2. Salon. 2. 2. q. 5. de dominio art. 4 concl. 2

39 Cogi non poteſt Clericus ad hoſpitandum l. 1. C. de Epiſc. & Cler. vbi glo & com. Pan. in c. de immun. Eccl. Quod priuilegium extenditur ad Patres, fratres, nepotes cum ipſis Clericis habitantes in indiuiſo Carol. de Graff. de effec. Cleric. off. 3 num. 122. cum alijs ab eo citatis, quicquid alij in contrarium dicant. Et ſacra Congreg. Card. Epiſc. & Regul. in vna Nouar. 9. Iu ij 1617. declarauit non poſſe Magiſtratus ſæculares hoſpitari facere in domibus Eccleſiaſticorum, quamuis laicis locatis, cum per indirectum redundet in præiudicium bonorum Eccleſiaſticorum Idem docet Barbos. ad c. 1. num. 3. de immun. Eccl.

40 Iudex eccleſiaſticus poteſt per laicum torquere, & verberare etiam Sacerdotem, nec incidit in excommunicationem, ſi ita eſt conſuetum; peccat tamen Nau. c. 26 num. 80. Quòd ſi id fieri poteſt per Clericos non ſunt ad mittendi laici, aliàs incidunt in excommunicationem Iudex & miniſtri Pan. in c. Vt famæ, & c. Vniuerſitatis de ſent. Exc. vbi Felin. num. 3.

41 Clericus laici hære nõ poteſt propter

ea bona conueniri coram Iudice ſæcalari: niſi lis cum ipſo Teſtatore iam intentata eſſet Couar. pract. qq c. 8. num. 4. Ias in Auth. Quas actiones C. de ſact. ſan. Eccl. Contrarium docet Pan. in c. Quia V. de iudic. num. 12. quia habet omnino ſuos Iudices ſeparatos. & alterius qualitatis, quàm haberet defunctus. Eandem opinionem tanquam veriorem tenet Dec. in d. c. Quia V. & Philip: Simoneta addit. ad Felin. in d. c. Quia Vide ibi notata ad Pan. per Ant. Franc. & Altetium de cenſur. lib. 5. diſp. 16. c. 1. verſ. Tertius cauſus. Certè res eſt dubia propter multorum Doct. opiniones. V. Gratian. diſcep. for. to. 1. c. 16. num. 31. & ſeq.

42 Clericus etiam primæ tonſuræ beneficium, aut etiam penſionem obtinens, ſi habitum & tonſuarm non deferat iugiter, beneficio, officio, & penſione eo ipſo priuatus eſt ſine alia citatione, aut monitione, aut Iudicis decreto, & beneficia, &c. ſic vacantia alijs liberè conferri poſſunt. Sixt. V. in Bull. quæ in c. Cum ſacroſanctum, &c.

BENEFICIVM.

V. Clericus. Debitum. Diſpenſatio. Electio. Epiſcopus. Horæ canon. Irregularitas. Iudicium. Iuriſdictio. Iuſpatr. Lex. Miſſa. Religio Reſidentia. Reſtitutio. Simonia.

1 BEneficium eſt ius perpetuum percipiendi fructus ex bonis Eccleſiaſticis propter aliquod officium ſpirituale, auctoritate Eccleſiæ conſtitutum, ex Hoſt. & Innoc. in c. Relatum de præbendis.

2 Aliud eſt ſæculare, aliud regulare. Sæculare eſt, quod non eſt pro regularibus inſtitutum. præſumitur autem eſſe ſæculare, niſi contrarium probetur. Regulare eſt quod eſt pro regularibus inſtitutum, vt Abbatia, Prioratus; Canonicatus regularis, aut ita annexa, vt per eos debeant adminiſtrari, vt quædam parochiales; aut ſi per quadraginta annos poſſeſſum fuit à regularibus abſq; diſpenſatione.

3 Rurſus Aliud duplex, aliud ſimplex: Duplex eſt, quod habet adminiſtrationem, vt Epiſcopatus, Cardinalatus, Dignitates, Præpoſituræ Decanatus, Archidiaconatus, Perſonatus, Sacriſta Theſaurarius, Parochialis, &c. Simplex eſt, quod neq: adminiſtrationem neq; eminentiam ſingularem habet, ſed tantum inſtitutum eſt ad preces Deo perſoluendas, &c. vt Canonicatus etiam Cathedralis Nau. de præben. cons. 45. Canonicatus regulares, Capellæ, Sacella, Altaria, Præſtimonia, quæ inſtituta ſunt pro ſtudioſis, aut in ſubſidium contra Infideles cum paruo onere Rebuff. prax. ben. initio, ver. ſæculare beneficium quotuplex. Præſtimonium quod datur in titulum perpetuum, & annexum habet aliquod onus ſpirituale, eſt verè beneficium, quod verò non datur in titulum, vt potè quia in ſola temporalitate conſiſtit, cuius etiam laici ſunt capaces, non venit nomine beneficij Mandos. in reg. 34. q. 12. num. 3. Caſſador. decis 3. num. 34. V. Azor. p 2. lib. 3. c. 8 Monet. de commut. vlt. vol. c. 10. q. 2. Alter. de cenſur. to. 1. lib. 2. diſp. 6. c. 4.

4 Eſt autem Dignitas Eccleſiaſtica adminiſtratio rerum Eccleſiaſticarum cum iuriſditione etiam in modicis cauſis., Anchar. in Clem. Si dignitatem de præben. Et ſecundum Pan. in c. De multa eo. tit. Eſt habere iuriſdictionem in foro contentioſo. Perſonatus eſt prærogatiua in Eccleſia ſine iuriſdictione, vt habere ſtallum honorificum in Choro, in Capitulo, in optionibus, in proceſſionibus, in vocibus dandis, & ſimilibus. Anchar. in c. 1. de conſuet. in 6. num. 6.

5 Rurſus alia compatibilia, alia incompatibilia, & hæc ſunt duplicis generis; primi ſunt beneficia cum cura animarum, Dignitas, perſonatus, & huiuſmodi quorum vnum alterum excludit, vt

præben-

Digitized by Google

prabendæ vniformes ſub eodem tecto c. Literas de conceſſ. præb. Secundi generis ſunt, quæ ſimul quidem abſq; diſpenſatione licitè retineri non poſſunt, non tamen ita pugnant, vt alterum vacet, altero obtento. V. Quarant. ver. Benef. reſignat. concl. 5.

6 Beneficiarius poteſt diſponere de redditibus, & de immobilibus ex illis emptis nomine proprio Nau. de ſpol. Cler. parag. 6. num. 4. & de redd Eccl. q. 1. mon. 47. V. Azor. p. 2. lib. 7. c. 7.

7 Clerico inteſtato decedenti ſine hæredibus ſuccedit Eccleſia, cui præerat; ſi autem Eccleſiam non habebat, ſuccedit Chriſtus c. 1. de ſucceſſ. ab inteſt. c. Sicubi, & c. Quicunq; 12. q. 5. Pan. in c. Excommunicamus 1. de hæret. & in c. Præsbyteri de pœn.

8 Debita contracta honeſta cauſa ab habente adminiſtrationem ſoluet ſucceſſor Armill ver. beneficium parag. 3. Silu. ver. Solutio q. 3. per cap. 1. de ſolut. vbi Pan. num. 2. Non tenetur tamen ad contracta ratione Eccleſiæ, ſi hanc ſuſtentare ad populum, aut alium pertinet; vel is habet ad id bona Nau. de ſpol. cler. parag. 10. num. 7. V. ſupra ver Eccleſia num. 27.

9 Poteſt Epiſcopus ex cauſa diſpenſare cum hæredis conſenſu in caſu, vt detur beneficium non habenti omnia requiſita à fundatore Nau. de orat. c. 2. num. 73. Felin. in c. Cum acceſſiſſent de conſt. à num. 28. & clarius Pan. ibi V. Iuſpatr. num 12.

10 Dignitatem habet Rector Eccleſiæ Collegiatæ, Prior, Guardianus, &c. Panor. vbi ſupra, & in c. Niſi eſſent, eo. tit. num. 6. Silu. ver. Dignitas num. 1. 2. & 3. Imol. in Clem. Quia regulares de ſuppl negl. Præl num. 30. V. eundem in Clem Et ſi principalis de reſcrip. & Alphons. Hoied. de incompatib. benef. p. 1. c. 7.

11 Ad Dignitates ſine cura requiruntur 22 anni Trid. ſeſſ. 24. c. 11. de refor. oportet autem eſſe completos Cong. Concil. Molin. de iuſt. tract. 2. diſp. 571. Leſſ. lib. 2. c. 34. num. 108. Ad epiſcopatum requiruntur triginta completi c. Cum in cunctis de elect. innouatum per Conc. Trid. ſeſſ. 7 c. 1. Ad cœteras autem Dignitates cum cura requiruntur viginti quinq; incepti Trid. ſeſſ. 24 c. 12. de refor.

12 Beneficia promoti ad Epiſcopatum vacant ipſo iure per introniżationem in ſede Epiſcopali, ideſt per adeptionem poſſeſſionis, d. c. Cum in cunctis parag. Cum verò De quo plura Mandos. in reg 16. q. 4. Rota tamen coram Seraph. decis. 110. num. 2. tenuit non vacare ipſo iure; niſi Papa in ipſo actu promotionis vel tranſlationis decernat vacare beneficia Certè ſi Epiſcopatus ſit Titularis, vt ſunt Epiſcopatus in partibus Infidelium, per huiuſmodi promotionem, non vacant beneficia, vt multis relatis docet Ferentil. ad Buratt. decis. 464. Beneficia quot modis dicantur vacare latè Barbos. de auct Epiſc. par 3. alleg. 57 num. 197. Maſſubr. prax. concur. requis. 1. dub. 2. pertot.

13 Habens Dignitatem, Perſonatum, aut Curatum, ſi alterum tale accipiat vacat primum ipſo iure. quòd ſi ſtatim non reſignet, ſed retinere contenderit. priuator etiam ſecundo, c. De multa, de præb. Nau. eo. tit. conſ. 12. 15. Et niſi infra ſex menses alterum coram Ordinario realiter ſub teſtimonio publico dimiſerit, vtroq; ipſo iure priuatus eſt. Extrau. Execrabilis de præben. Trid ſeſſ. 24. c. 14. & huiuſmodi beneficia ſic vacantia, vel dimiſſa Sedi Apoſt. ſunt reſeruata; eſtq; ad ordines ſacros, & beneficia inhabilis, Extr. cit. Intellige ſecundum Silu benef. 4. q. 4. Nau Pan. vbi ſupra quoad Dignitates, quando ſunt in eadem eccleſia. Secundo ſi habeat pacificam poſſeſſionem ſecundi; aut ſi per ipſum ſtat, & non renuntiat priori. Extr. cit. Silu. vbi ſupra Et ſi fructus ſecundi beneficij poteſt percipere, c. Si tibi conceſſo de præben. in 6. Tertio intellige de Curato, niſi alterum ſit Curatum tantum habitu, vt quia derelictus eſt locus, c. Licet canon de elect. in 6. Pan. in c. De multa de præben. num. 24. aut non per ſe, ſed per vnionem Curati, c. Super eodem, de præb. in d. aut ſi ſit Epiſcopatus, qui ſine

licentia Papæ renunciari non poteſt c. Inter incorporalia de tranſlat. Epiſc. Aut ſi retineatur primum ob expenſas in eo factas de patrimonio. c. Quicunq; 12. q. 4. Aut non acceptum nomine perpetui beneficij Anchar. in c. 1. de conſuet. in 6.

14 Epiſcopus poteſt diſpenſare, vt quis præter canonicatum obtineat ſub eodem tecto Capellaniam, quæ perſonalem reſidentiam non requirit Pan. in c. Cum iam dudum num. 6. & in c. Extirpandæ parag. Quia verò in 2 lect. de præben. num. 40. Contrarium tamen declarauit Congreg. Concil non poſſe videlicet, ſed neceſſariam eſſe diſpenſationem Sed, Apoſt. Niſi alterum ſit de Iu. repatr V. Quarant ver. Benef. reſign. cauſa 9. concl. 3. Nau. de præben. conſ 16. & duob. ſeq. Ricc. p. 2. decis. 156. Azor. p. 2. lib. 6. c. 11. & ſeq.

15 Habens parochialem, aut huius perpetuum Vicariatum, ſi intra annum à die adeptæ poſſeſſionis non ſit præsbyter ipſo iure priuatur Trid ſeſſ. 24. c. 12. de refor. c. Licet canon. de elect. in 6 Nau. in man. c. 25. num. 118. Niſi ſit in Eccleſia Collegiata; ſi enim cura ſit annexa canonicatui, ſufficit 22. an. c. Statutum de elect. in 6. vbi Anchar. Congreg. Concil. Aut ſi ſit Plebania habens ſub ſe capellam, poteſt enim ſuppleri per alios Silu. benef 3. q. 3. Excuſatur autem qui habet iuſtum impedimentum Gemin. in c. Elapſo de elect. in 6. quale eſt morbus faciens ineptum ad functiones Sacerdotis Congreg. Concil. Item ſi intra annum petierit ſe promoueri, offerens ſe paratum, ſed Epiſcopus nolit promouere. ibidem. Azor. p. 3. lib. 6. c. 5. q. 9.

16 Epiſcopus poteſt diſpenſare cum Curato cauſa ſtudij per ſeptem annos, ne fiat præsbyter, debet tamen fieri ſubdiaconus, c. Cum ex eo, de elect. in 6. Nau. vbi ſupra, & de hor can. c. 21. num. 59. Silu. vbi ſupra. Fertur tamen Sacra Cong. Concil. declaraſſe, non poſſe Epiſcopum niſi per quinquennium. Quòd ſi ſtudijs non vacet, nullum eſt priuilegium, Glo. in d. c. Cum ex eo, ver. literarum, & c. Tua de Cler. non reſid. Ponendus tamen interim Vicarius, cum congrua portione, vt ibi. Amplia etiam ad Vicarium perpetuum, eadem enim ratio Gemin. c. Elapſo de elect. in 6. V. Reſidentia num. 9. Interim autem non percipit diſtributiones quotidianas, etiam vbi nulli alij eſſent fructus, aut præbendæ, ſed ſolum diſtributiones. Nec excuſat licentia Papæ, niſi eas ſufficienter exprimeret, aut niſi adſit conſuetudo vt huiuſmodi abſentibus cauſa ſtudij, aut ob alias iuſtas cauſas dentur. Moneta de diſtrib. quot. p. 2. q. 10. & 12. Azor. p. 2 lib. 7. c. 7. q. 7. licet Ricc. prax. Ep. decis. 220. num. 14. contrarium doceat.

17 Habens beneficium curatum tenetur per ſeipſum reſidere Trid. ſeſſ. 7. c. 3. Gemin. in c. Is etiam, & c. Porro de elect. in d. Cyned. ad Soctum collect. 30. num. 2. Silu. ver. reſidentia q. 2. Niſi in caſibus à iure permiſſis, de quibus infra ver. reſidentia num. 12.

18 Fructus perceptos ſine animo clericandi non tenetur reſtituere qui non eſt Curatus, tenetur tamen ſub mortali recipere ordinem ad ſeruitium neceſſarium Duard. in can. 18. Bull. Cœnæ q. 7. num. 3. Sanchez alios referens de matr. lib. 7. diſp. 45. num. 13. Curatus verò, præter peccatum mortale tenetur reſtituere fructus c. Commiſſa de elect. in 6. Intellige fructus illius temporis, quo non intendit clericari Sot. de iuſt. lib. 10. q. 5. ar 6. Niſi poſtea intentionem mutaſſet, d c. Commiſſa Nau. c 25. num. 118. & de orat c. 21. à num 45. Glo. in d. c. Comiſſa, voi ver. (Non mutata) dicit mutata voluntate fraudem purgari. Hoc vltimum intelligit Sot. de retentione beneficij: nam de fructibus docet eſſe reſtituendos pro eo tempore, quo non intendebat clericari, Verior tamen eſt opinio Nau. quam etiam docet Ang. cleric. 7. parag. 5. text. in d. c. Commiſſa id apertè ſtatuit, ibi, Niſi voluntate mutata

promo-

promotus fueris, ad reſtitutionem fructum teneberis. Vnde infertur voluntate mutata, & aſſumpto Sacerdotio nullos eſſe fructus reſtituendos. Et de non Curato docet Duard. vbi ſupra non teneri ad reſtitutionem, ſi eo animo acipiat, & retineat, vt velit beneficio ſufficienter inſeruire donec illud relinquar. Fructus perceptos cum animo retrocedendi tenetur reſtituere etiam non Curatus, Glo. in Clem. I. de ætà. & qual. V. Anchar. in d. c. Commiſſa Azor. p. 2. lib. 6. c. 9. q. 5.

19 Beneficium curatum collocatum non attingenti 25. annum ipſo iure vacat c. Cum in cunctis parag. Inferiora de elect. in ant. & c Licet canon. eo. in 6. Trid. ſeſſ. 7 c. 3. & ſeſſ. 22. c. 4. & ſeſſ. 24. c. 12. Nau. de ætà. & qual. conſ. 1. & 3. & in man c. 25. num. 115. Cyned. ad Decretal. collect. 30 ad 6. Silu. Eccleſia 2. q. 7. Nec poteſt Epiſcopus diſpenſare in ætate c. vn de ætà. & qual in 6. & ibi Glo. ver imminet, c. Nihil, iuncta Glo. ver. ætatis de elect. V. Glo. in c. Dilectus eo. tit. ver. in ætate. Nec vt retineat adueniente ætate, ſi beneficij poſſeſſionem ſcienter cepit, eſt enim intruſus Nau. vbi ſupra, & c. 17. num. 194. cum ſine legitimo titulo ſe intruſerit Idem de reſcrip. conſ 12. num. 3. & ſeq. & conſequenter inhabilis ad illud Felin. c. In noſtra de reſcrip. coroll. 2. Secus ſi à principio iuſto titulo acceptam poſſeſſionem continuauit; vt qui v. g. adepta poſſeſſione in ætate legitima, poſtea titulum amiſit, quia non ſe fecit intra annum promoueri Nauar. 6. conſ. 12. Non tamen poterit Epiſcopus idem beneficium illi conferre in illa vacatione, ſed in alia c. Commiſſa de elect. in 6.

20 Quod verò in iure cauetur, vt prouiſus de beneficio Curato teneatur intra annum ſacerdotium ſuſcipere; intelligitur de prouiſo in ætate legitima, ſed nondum ordinato: quia ætas requiritur tempore collationis, aliàs collatio eſt nulla d. c. Licet canon. & c. Si eo tempore de reſcrip. in 6. & c. Ei cui de præben. eo. lib. Pan. in d parag. Inferiora num. 1. & in c. 2. de ætà. & qual. num. 5. 6. & 9 Glo. in c. Si pro clericis de præben. in 6. & in c. 2. de inſtit. eo. lib. & Trid ſeſſ. 22. c. 4. & com. V. Nau. in c. Si quando de reſcrip. excep. 10. Azor. vbi ſupra c. 5. q. 3.

21 Nec ſufficit ſi ante adeptam poſſeſſionem ætas legitima ſuperueniat. Quoties enim habilitas à principio requiritur, non ſufficit, ſi poſtea ſuperueniat, Flam. Paris. de reſign benef. lib. 4. q. 1. num 14. Glo. in c. Ex literis, ver. tonſuratum, de tranſact. Vnde infert Glo. ibidem, quod ad beneficia iudicandus eſt habilis qui talis reputatur tempore præſentationis, & non prodeſt, ſi habilitas ſuperueniat. Rota diuers. p. 3. lib. 1. deciſ. 63. & 1234. coram Seraph. & alij, quos refert, & ſequitur Barboſa ad cit c. Ex literis, & ad c. Si eo tempore de reſcrip. in 6. & ad Clem. II. de ætà, & qual Ricc. p. 4. deciſ. 115. & 343. & Gratian. diſcep. for. c. 508. num. 9. & ſeq alios referens docet quod reſeruatio penſionis facta Clerico erit inualida, ſi tempore reſeruationis non erat Clericus, adeo vt neq; Clericatus ſuperueniens validat gratiam, cum habilitas requiratur tempore datæ c. Si eo tempore de reſcrip. in 6. & c. Non firmatur de reg. iur. in d. Et collatio facta laico, quamuis haberet propoſitum ordinandi, & eſſet deſtinatus ad clericatum, non valet Gratian. vbi ſupra num. 12. Pan in c. Cum adeo num. 3. & Dec. ibi num. 11. fusè Fel. à num 2. cum ibi not. vers. 4. de reſcrip. Item profeſſus in religione incapaci tempore delatæ hæreditatis ſuccedere non poteſt, licèt ex poſt facto auctoritata Apoſtolica ad religionem capacem transferatur. Rota coram Buratto deciſ. 576. num. 3. & declarauit Congreg. Concil. 7. Iunij 1617. Vide Ferentill. ad d. deciſ. 576. & deciſ. 756 Sanchez in ſum. lib. c. 14. num. 1. & lib 7. c. 3. num. 42. & c. 23. q. 1. Azor. p. 2. lib. 8. c. 28. q. 7. Barboſ.

Barboſ.ad c. Ei. cui, de præben· in 6. Felin. in c. Cum dilectus de accuſ. & Maſlubr. in prax. conuerſ· requiſ. 9. dub. 1

22 Poſſeſſor triēnalis beneficij non ſimoniacè obtenti, & pacificè poſſeſſi toto eo tempore, non eſt moleſtandus: modo in beneficio diſpoſitioni Sed· Apoſt ex aliqua reſeruatione in corporis iure clauſa reſeruato ſe non intruſerit. Regul Cancell. 35. Ampliant alij licet beneficium illi collatum ſit tempore, quo erat excommunicatus Barboſ ad c. Poſtulaſti de cler exc. num. 22. Garz. de benef p. 7 c. 13 num. 7. Contrarium tamen meritò docent Couar. in c. Poſſeſſor p. 2. parag. 10. num. 10 Sayr. de cenſur. lib. 2. c 5. num. 7. Azor. p. 2. lib. 7. c 15 q. 1. Nau in man c. 27. num. 272. in fi. requiritur enim capacitas in poſſeſſore: excom municatus autem eſt incapax d.c. Poſtulaſti, et c. cum bona de ætæ. & qual. Silu excō n. 3. num. 1. verſ. 9 Angel. ex c. vlt. num. 8. Couar. 3. var. res. c. 16. num. 14. de quo infra num. 60. & ver. excomm· verſ. collocatio beneficij num 34. Eadem capacitas requiritur in quocumque triennali poſſeſſore per reg. cit. vt multis probat Azor. vbi ſupra. Tribuit autem hæc regula poſſeſſori ius & titulum, adeo quod nec ordinarius in eum inquirere, nec ex eo iuris, & tituli, quod in beneficio habet, rationem exigere poſſit Azor. q· 9. & 10. citato Rebuff. & ſatis conſtat ex regula cit.

23 Intruſus verò dicitur, qui ſine auctoritate eius, cuius eſt beneficium conferre, ſe in beneficium immittit, & intrudit c· Ad aures, de exceſſ. Præl. E qui ſine titulo ſe in beneficij adminiſtrationem infert. Pan. in c. Cum iam dudum, de præben. Et qui ſine canonico titulo, vel per vim beneficium occupat. c. Eum qui de præb. in 6 Et iſti omnes, ſi poſtea beneficium impetrarit, nulla facta mentione ſuæ intruſionis, non valet impetratio· Intruſus etiam dicitur, qui poſt electionem ante confirmationem beneficium adminiſtrat, quia ipſo iure acquiſitum ius amittit, c. Auaritiæ de elect. in 6. Et qui beneficium adhuc retinet, poſtquā per Iudicis ſententiam ab eo eſt amotus; Niſi ab ea ſententia ad ſuperiorem iure appellauerit Innoc. in c· Qualiter 2. de accus Item qui beneficium alteri inique ademptum, & omiſſo iuris ordine detinet, c. Tanta de exceſſ. Præl. Et qui à Superiore vinculo excommunicationis, ſuſpenſionis ab officio, vel interdicti obſtricto beneficium adeptus eſt, vel ab eo, qui conferendi poteſtatem non habet, c. Tanta cit· Item latè intruſus vocatur, qui crimen admiſit, quo meretur à beneficio amoueri, vel ob quod eſt ipſo iure priuatus beneficio d. c. Tanta Item, qui poſſeſſionem cepit ſine literis Pontificis, licet per impetrationem à Sum. Pont. ſimpliciter ſignatam. Et hic non facit fructus ſuos, ſed in conſcientia tenetur ad eorum reſtitutionem, nec iuuatur regula de triennali ipſoque iure priuatur beneficio ſic obtento. & ad alia obtinenda inhabilis redditur. Extrau. Iniunctæ inter com· iunctis conſtit. Pauli III. Cum nobis & Iulij II. Romani, & Iulii III. Sanctiſſimus Felin. & alii relati ab Azor. p. 1. lib. 5, c· 2. q. 5. contra Nauar. in c. Accepta de reſt. ſpol· oppoſit. 8. num. 24 Secus dicendum in prouiſis auctoritate Ordinariorum. Hi enim ſi ante literarum expeditione beneficii poſſeſſionem adepti fuerint, nullis pœnis afficiuntur· quia ſupradictæ conſtitutiones de ſolis prouiſis auctoritate Apoſtolica loquuntur Azor. loco cit. verſ· Tertio animaduertendum &c Item qui abſq; legitima inſtitutione beneficii fructus percepit; quia ipſo facto iure, quod habet in beneficio, priuatur. c. Auaritiæ de elect. in 6. Vltimò qui ſimpliciter nominatus, vel præſentatus, ſed canonicè non inſtitutus beneficium adminiſtrat, & ipſo facto eſt priuatus. Item inſtitutus dicitur qui lite pendente impetrat comiſſionem ſe per priuationem alterius fuiſſe prouiſum. Rota coram Mantica decis. 310·

24 Beneficium curatum non conferendum niſi ſaltem Subdiacono· poteſt tamen diſpenſari, vt etiam in minoribus, c· Præterea de æta & qual· Intellige modò aliàs ſit idoneus ætate iuxta ſupradicta· Diſpenſat Epiſcopus glo. fin. ibidem

25 Beneficiorum multitudo prohibita iure

iure diuino, ſed poſſeſſio tenet Arag. 2. 2. q. 63 ar. 3 Communior tamen opinior eſt, prohibiram tantum eſſe iure naturali, canonico S. Th quodl. 9 ar. 15 Silu. beneficium 4 parag. 1 Sot de iuſt. lib. 3. q. 6 ar. 3 & fusè Azor p. 2 lib. 3 c 10. & dub. ſeq & c. 12. q. 7. docet poſſeſſionem tenere, quoad forum exterius, non tamen in conſcientia, ſi abſque iuſta cauſa ſit diſpenſatum. Quæ autem ſint iuſtæ cauſæ vide apud Rebuff. de diſpenſ. ad plura benef. à num. 43 vbi num. 55 ſeqq. quod Papa ſine cauſa diſpenſans & ſic diſpenſatus nō ſunt tuti in conſcientia: peccat enim mort. ſic diſpenſatus Silu. vbi ſupra q. 2 Pan. in c. Dudum 2 de elect Ang ver. beneficium prag 35 & alij ſupra cit. Et de Curatis quidem certiſſimum eſt, ſicut de aliis incompatibilibus, quæ aſſiduam beneficiarii reſidentiam requirunt. De ſimplicibus communis eſt ſententia non poſſe duo retineri ſine diſpenſatione Apoſtolica Congreg. Conc Niſi quando vnum non ſufficit honeſtæ ſuſtentationi ipſius beneficiarij; tunc enim poteſt Epiſcopus aliud ſimile conferre, modo vtrumque perſonalem reſidentiā non requirat Trid. ſeſſ. 24. c. 17 de refor. Immo ſi duo non ſufficiunt, poteſt ab Epiſcopo conferri tertium, & quartum, quouſq; ille poſſit ſufficienter viuere, habita ratione ſtatus, & Azor. vbi ſupra c 11. q. 8 Verum eſt, quod ſi conferatur vnum ſufficiens, omnia priora inſufficientia vacāt ipſo iure Congr Concil. Non eſt tamen facilè neganda abſolutio habenti plura incompatibilia ex diſpenſatione ſine cauſa rationabili, ſi per Vicarios bene prouideatur Cai. in ſum. ver. beneficium. V. Azor. vbi ſupra, Pan. in c. Conquerente de Cler. non reſid. & in c. non eſt deuot. num. 8. vbi quod diſpenſatus à Papa ſuper pluralitate beneficiorum non eſt totus apud Deum. Quod autem beneficium cenſeatur ſufficiens vitæ Clerici ſuſtentandæ, & quæ in eo conſideranda ſint, vide apud Azor. & ab eo cit. p. 2. lib 6. c. 20 q. 8. & ſeq. & c. 11. vbi ex multorum ſententia docet pluralitatem beneficiorum eſſe non tantum iure canonico, ſed etiam iure naturali damnatā. quæ opinio ſemper mihi placuit. Quis enim non miretur, videns aliquos ita Eccleſiaſticis beneficiis abundare ad luxum, ad pompas, ad proprios conſanguineos ditandos, &c. & pauperes Clericos Eccleſiæ inſeruientes adeo inopes, vt nec neceſſaria alimenta illis ſubminiſtrentur? vt recte] dixerit Cai. Vnus ebrius eſt, & infiniti eſuriunt. V c. Quia intantum de præben & Maſſobr. in praxi concurſus requiſ. 7. dub. 14.

26 Beneficii collocatio facta habili tenet, ſi ſuperueniat excommunicatio, ideoque poteſt acceptare, com. vt docet Barbos. ad c. Poſtulaſti de cler. exc. num. 2. contra Silu. excomm. 3. num. 1. vers. 9. Eandem ſententiam tenet Couar. in c. Alma mater p. 1 parag. 7. num. 4. vbi alios refert. Idem Azor. p. 2 lib. 6 q. 9 vbi q. 17. idem dicit de appræhenſione poſſeſſionis, cum hoc ſit quid facti, non iuris V. Couar 3. var. res. c. 16. num. 4. Alter de centur. to. 1. lib. 2. diſp. 6. c. 5. Capellania erecta ſine auctoritate Epiſcopi, aut Papæ non eſt beneficium eccleſiaſticum Nau. de hor. can. c. 20. num. 17 Azor. p. 1. Lib. 10. c. 3. q. 5 vbi quod ſi teſtator certos annuos reddituſ nomine Capellaniæ relinquit, & expreſsè ait ſe nolle, vt in eiuſmodi bona Epiſcopus ſe inferat: aut ſi nominet, aut eligat certum Clericum, ſtatuens, vt ſui poſteri, vel ſibi genere propinquiores abſolutè per ſe ius, & auctoritatem habeant ſine Epiſcopo nominand, & eligendi Clericum ad Capellaniam, non erit beneficium. Quod ſi ſpatio quadraginta annorum quater, terue, aut etiam bis Epiſcopus contulerit, aut in ea inſtituerit Clericum oblatum a laico, haberi debet pro beneficio Eccleſiaſtico. Conſuetudine enim poteſt contra laicum præſcribi Quare licet Capella prima ſui inſtitutione beneficium non fuerit, progreſſu tamen temporis in beneficium Eccleſiaſticum tranſire poteſt.

27 In beneficiis conferendis, cœteris paribus, oriundus non oriundo, Diœceſanus non Diœceſano præferendus eſt. Item graduatus non graduato, & inter gradua-

tos

Digitized by Google

tos magis graduatus. Sic. reg. Cancell. 16. Barbos. ad c. Si proponente num. 7. de reſcrip. vbi quòd ſi fortè vel alienigena impetrat beneficium, falsò dicens ſe eſſe clericum talis Dioeceſis, vel non facta mentione ſuæ originis, ſeu de ſua dioeceſi, gratia eſt ſubreptitia; quia in dubio intendit quilibet prouidere in dioeceſi ſua, & beneficia oriundis priuſquam exteris conferre Flam. Paris. de reſign. lib. 4. q. 7 Quòd ſi in ſupplicatione dicat ſe eſſe clericum talis dioeceſis, cum re uera non ſit ex ea oriundus, ſed domicilium, vel beneficium in ea habeat, gratia non erit ſubreptitia ſic Rota in vna Placentina canonicatus coram Orano 26. febr. 1596. & alij plures, quos refert Barbos. vbi ſupra in fi. Electio num. 9.

28 Poteſt Epiſcopus ex rationabili cauſa vnam præbendam in duas diuidere modo vtrique ſufficiant illius prouentus, c. 1. Vt Ecc. ben. ſine dim. &c. Vnde ſi poſtea reperiatur quod non ſufficiant duobus, tenetur Epiſcopus reintegrare de his quæ vacare contigerit, c. Vacante eo. tit.

29 Beneficia reſignari poſſunt à damnatis ad priuationem beneficij, & poſſunt reſignari ad fauorem alterius pendente appellatione, etiam ſi habeat notitiam collationis factæ per Papam in caſu priuationis, ſic allegans plures deciſiones Rotæ Ricc. p. 2. decis. 213. dicens hoc eſſe indubitatum in Curia Romana V. Azor. p. 2. lib. 2. c. 3. p. 13.

30 Prouiſio Apoſtolica non mutat ſtatum beneficij. Rota apud Farin p. 1. decis. 163. & p. 2. decis. 235. num. 2.

31 Poteſt Epiſcopus compellere promouendos ad beneficia præſertim Curata, vt ſub iuramento promittant, ſe in Eccleſijs, ad quas promouentur, perpetuò commoraturos, neq; citra ipſius vel ſucceſſorum ſuorum conſenſum non dimiſſuros, vel cum alijs commutaturos, vel aliorum gratia depoſituros, niſi ſuperueniat iuſta cauſa Azor. p. 2. lib. 6. c. 9. q. vlt.

32 Reſignatio, ſiue permutatio parochialium, aliorumq; beneficiorum perſonalem reſidentiam requirentium, præſertim cum penſione, non admittitur in Curia, niſi exprimatur à quo tempore reſignans vel permutans illud poſſederit, vel obtinuerit. Si enim eſt tempus breue, reſignatio, & permutatio non admittitur in Curia. Paris. de reſign. lib. 3 q. 2. num. 22. Idem in permutationibus beneficiorum perſonalem reſidentiam non requirentium docet Garz. de beneſ. lib. 3 c. 4. num. 46. vbi dicit ſic ſeruari in Dataria à tempore Greg. XIV. ideoq; hodie requiri quod illud poſſederit per quinque aut ſaltem per tres annos; Sicquè refert Ricc. p. 2. decis. 337. Et de beneficijs curatis, & ſimilibus prius ſtatuit Innoc. IX. renuntiari non poſſe ante triennium, vt teſtatur Quarant. ſum. Bull. ver Beneſic. reſign. in fi.

33 In concurſu beneficij Curati ille dignior ſimpliciter eſt, qui iuxta munus, cui ille præficiendus eſt, aptior eius miniſterio apparet, non qui doctior, vel ſanctior. Præferendus etiam eſt is, cuius mores noti, probatiq; ſunt ei cuius vita ignoratur, licet doctiori. Ordinarius enim præſumitur inſtructus de vita & moribus concurrentium, & alijs vltra doctrinam requiſitis, tamquam eius dioeceſano um. Rota coram Buratto decis. 22. num. 29. & ſeq Glo. in c. Neminem. ver. Ciuitatis diſt. 70. De concurſu ad beneſ. curata, latè Maſſobr. in ſuo tract. eiuſdem tit. vbi prælud 3. dub. 3. in quibus caſibus ommittatur concurſus

Vacante Eccleſia Parochiali fieri debet examen per concurſum, præmiſſis edictis. Examen autem fieri debet per examinatores in Diœceſana Synodo electos, iuxta Trid. ſeſſ. 24. c. 18. de refor.

An deficientibus examinatoribus ſynodalibus, vel ipſis impeditis, poſſit Epiſcopus, aut capitulum Sede vac. alios creare donec ſynodus habeatur. Congreg. Concil. reſpondit non poſſe.

Quid ſi tempore quo facienda eſt prouiſio per concurſum non adſint examinatores, vt quia abſentes, vel mortui, vel impediti? Docet Riccius, & alij ab eo cit. in ſua praxi reſol. 355. poſſe Epiſcopum deputare alios examinatores Vbi enim forma à lege inducta nõ poteſt præciſe ſeruari,

remit-

remittitur. Et propterea quia quando conſtitutio inducit nouam formã, & illa de facto ſeruari non poteſt, vt quia non adſunt perſonæ, vel qualitates requiſitæ ſuffici actũ fieri eo modo, quo prius poterat, c. Quia propter vbi Pan. num. 12. de elect. Quare in hoc caſu poteſt Epiſcopus per ſe ipſum examinatores deputare, vt in c. Accepimus. vbi glo. ver. examinari de æta. & qual. Et ſic tenuit Rota in vna Placentina coram Litta. Adde quod ſi expectanda eſſet noua examinatorum deputatio in Synodo facienda, ſeruari non poſſet Decretum Concilij hoc cap. vt Concurſus fiat infra decem dies, poſſet enim Synodi celebrandæ tempus per plures menſes diſtare, & ita fruſtraretur intentio Concilij. De hac materia fusè tractat Maſſubr. in ſua praxi concurſus ad benef. requis. 12. vbi dub. 2. refert declarationẽ Congregationis in hæc verba. Si ex ſex examinatoribus aliqui intra annum ſuæ electionis mortui fuerint, tota facultas examinandi vna cum Vicario ad ſuperſtites, etiam ſi vnus tantum ſupereſſet, ſpectabit eo anno durante. In vna Tolet. 3577. & dub. 3. refert Decretum Clem. VIII. in hæc verba.

S. D. N. Clemens VIII. hoc in futurum ſeruari decreuit, quando omnes examinatores Synodales intra ãnũ ſuæ deputationis mortui fuerint: Nempe, vt Epiſcopus ex antiquis examinatoribus, ſi fuerint, ſubroget alios non pauciores numero ſex. Et ſi non ſteterint tot examinatores antiqui Synodales, qui ad hunc numerum aſcendant; tunc Epiſcopus eligat illos, qui fuerint, & alios ſuppleat de nouo, approbatos tamen à Capitulo vſq; ad prædicti numeri complementum. Verum ſi nulli antiqui Synodales examinatores ſuperſtites fuerint; Epiſcopus omnes nouos examinatores probitate, ac ſcientia qui à Capitulo probati ſint, non pauciores prædicto num. ſubſtituat: & veniente vacatione cuiuslibet parochialis Eccleſiæ Epiſcopus debebit ex præfatis examinatoribus eligere tres qui cum eo examen iuxta Trid. perficiant. Officium autem omnium prædictorum examinatorum Synodalium ſubrogatorum expirabit cum primum aduenerit tempus nouam ſynodum iuxta c. 12. ſeſſ. 24. celebrandi, Vide Rotam coram Buratt decis. 479.

34 Fructus ciuiles vt cenſus, penſiones domorum, reſponſiones, & c. quorum tempore reſignationis beneficij nondum venerat dies ſolutionis, ad ſucceſſorem pertinent, ad quem etiam ſpectant fructus pendentes. Glo. in c. Præſenti, de off. ord. in 6. Couar. 1. var. res. c. 15. num. 2. Fructus verò naturales, & induſtriales ſi ante reſignationem erant à ſolo ſeparati, ſunt reſignantis, etiam ſi erant locati, & dies ſolutionis affictus venirent poſt reſignationem, quia affictus ſubrogatur loco fructuum, & attenditur tempus perceptionis fructuum, Rota coram Caualerio apud Farin. p. 1. decis. 240. Vide Barboſ. fusè tractantem ad c. vlt. de confir. vtil. num. 26. in ant. & ad c. Si propter num. 6. & ſeq. de reſcrip. in 6. & ad c. In præſentia num. 26. de probat. in ant.

35 Epiſcopi auctoritate poſſunt fieri permutationes præbendarum & beneficiorum ſi cauſa ſit iuſta, & non interueniat pactum, cum ipſe ſimoniam purificare non poſſit, c. Quæſitum de rer. permut. & ibi Pan. Nau. de reb. Eccl. non al. conſ. 15. etiam ſi ſint Dignitates, modò diuerſæ Pan. in c. Cum olim de rer. permut. Poſſunt autem fieri ex interuallo, vt quando beneficia ſunt in diuerſis diœceſibus Azor. alijs relatis p. 2. lib. 9. c. 29. q. 28. & c. 30. q. 1. Cum autem commutantur beneficia, quæ ſunt in diuerſis diœceſibus requiritur vtriuſq; Epiſcopi conſenſus Azor. c. 29. cit. q. 8. aſſerens de com.

36 Qui poteſt conferre beneficium, poteſt concedere vt permutetur ſiu permutatio 2. q. 2 Armill. eo. parag. 71. ſeruata tamen forma conſt. Pij V. Quanta.

37 Papæ auctoritate fieri poteſt commutatio compenſatio pro fructibus maioribus per penſionem aut pecuniam, c. Ad quæſtionem de rer. permut. Sot. de iuſt. lib. 9 q. 7 ar. 2. Silu. vbi ſupra q 6 Immo etiã auctoritate Epiſcopi ad vitã tantum ipſius grauati Nau. de Simon cons. 43. num. 4. V. infra ver. ſes o uũ 19 & Azor c. 29 cit. q. 17.

38 Fructus nondũ percepti ſunt ſucceſ-

 ſoris

ſoris, ſed is ſoluet debita prioris, & legata ad pias cauſas pro parte debita mortuo, quia eo viuente dies ſolutionis aduenerat Bulla ſul. 3. incip. Cum ſicut, & eſt nona in or. l. in Bullar. nou. Nunc tamen in multis regionibus pertinent ad Cam. Apoſt. vt ex varijs bullis ſum. Pont. præſertim Pauli III. probat Azor. p. 2. lib. 7. c. 9. q. 9.

39 Obtinens beneficium ſimulata ad id ſanctitate, non tenetur reſtituere Sot. vbi ſupra ar. vlt. Pan. in c. Quia plerique de immun. Eccl. num. 36. Azor. p. 1. lib. 1. c. 28. in fi.

40 Beneficia obtenta auctoritate Epiſcopi per ceſſionem, aut permutationem vacant ipſo iure, & nulla eſt prouiſio, niſi ceſſiones, & permutationes huiuſmodi publicentur in Eccleſia ipſius beneficij, & in Cathedrali, & poſſeſſio capiatur intra tres menſes à die collationis. Item niſi collatio fiat intra menſem à die tractatus. Eadem pœna imponitur non publicanti bullas Papæ in caſibus prædictis intra ſex menſes à die datæ. Greg. 13. in Bulla quæ in c. Humani. V. Nau. c. 23. num. 100. vers. 3. Quanrant. ver. Benef. permutatio. De beneficiorum permutatione V. Azor. p. 2. lib. 7. c. 29. & ſeq.

41 Beneficia minora conciſtorialia, ſi in conciſtorio conferantur, nulla indigent promulgatione Paris. de reſign. lib. 11. q. 3. num. 27.

42 Impediens vi, fraude, dolo, mendacijs, ne aliquis beneficium conſequeretur quo dignus erat, ſi electorum animus iam erat firmatus, præter peccatum mortale, tenetur damnum compenſare ad æquale. idem enim eſt, ac ſi iam habitum auferret. Si verò electorum animus non erat firmatus, peccauit; ſed non tenetur compenſare, niſi arbitrio boni viri S. Tho. 2. 2. q. 62. ar. 2. ad 4. Quòd ſi ſolis precibus efficiat, vt illo excluſo, alius dignor, aut æquè dignus obtineat, nil reſtituere tenetur, non enim contra iuſtitiam fecit, cum ſic excluſo nullum ius ſit acquiſitum ante electionem. Sic alios referens Azor. p. 2. lib. 6. c. 15. q. 16.

43 Si parochialis Eccleſia vniatur canonicatui tamquam principali, acceſſorium, attendenda eſt natura canonicatus, vt is, cui collatio facta eſt, in ea ſit ætate, quæ ad Canonicatum requiritur Congreg. Concilij.

44 Nulla eſt collatio beneficij facta habenti aliud licet modicum, ſi de hoc non fit expreſſa mentio in collatione ſecundi, c. Si proponente, & Cum adeo, iuncta Glo. ver. de præbenda, de reſcrip. & c. Non poteſt, de præben. in 6. Mandos. in reg. 16. q. 37. Niſi illa collatio fiat motu proprio ſanctiſſimi, c. Si motu proprio de præben. in 6. vel ſi non excedit 24. duc. de cam. tunc enim licet plura ſint, quorum vnumquodq; eam ſummam non excedit, & dicatur illa plura non excedere, valet gratia Nau. de reſcrip. conſ. 10. huiuſmodi enim beneficij valor non neceſſariò exprimendus, teſte Gomez. in reg. de valore beneficiorum, vt refert Nau. loc. cit. quando ſcilicet beneficium confertur motu proprio Sanctiſſimi Quando verò ad alterius inſtantiam omnino facienda eſt mentio prioris beneficij quantumuis minimi, vt habetur expreſſe c. Non poteſt, & c. Si motu proprio cit. Idem tamen pluribus cit. intelligit Monet. de commut. vlt. vol. c. 6. num 250. ad 263. Si velit primum retinere, aut ſi primum pacificè poſſidet, vel per eum ſtat, aut ſi ſecundum eſt incompatibile, quia ex quo primum vacabit, ceſſat ratio expreſſionis. Idem in collatione facta à legato Papæ c. ſi. de off. lega. vbi Glo. ver. mentio. Secus in collatione ordinarij in qua taciturnitas prioris beneficij non vitiat gratiam ſecundi Clem. II. & ibi Glo. de off. ord. Azor. p. 2. lib. 6. c. 10. q. 4. Felin. c. Ad aures de reſcript. num. 15. Sanchez de matr. lib. 8. diſp. 23. num. 4. Niſi ambo eſſent Dignitates in eadem, aut diuerſa Eccleſia cum reſidentia, aut Curata, Trid. ſeſſ. 7. cap. 2. & 4. & ſeſſ. 24. c. 17. de refor.

45 Reſi-

45 Reſignatio, ſiue renunciatio beneficij facta in manibus Papæ nulla eſt, donec præſtetur conſenſus expeditioni literarum, vt in reg. 44. Cancell. Nau. de renunciat. conſ. 12.

46 Epiſcopus validè confert beneficium in eius manibus reſignatum. Nau. loc. cit. Poteſt autem beneficiorum reſignationes admittere in caſibus enumeratis ſupra, ver. Epiſcopus num. 9. & quos refert Quarant. ver. Benef. reſignat.

47 Beneficium curatum ſibi procurare, illicitum eſt S. Tho. 2. 2. q. 100. ar. 5. ad 3. Silu. benef. 3. q. 13. Intellige ſi id faciat principaliter cauſa honoris, aut temporalis vtilitatis, quia tunc peccat mort. S. Ant. p. 2 tit. 3 c. 5. parag. 4. Nau. c. 23. num. 15. Secus ſi procuret, non vt habeat beneficium, ſed vt alijs prodeſſe poſſit Ang. ver. beneficium parag. 32. ſed hoc non concedit Silu. benef. 3. q. 17. quia inquit, poteſt etiam principaliter quærere beneficium ad ſuſtentationem ſui pauperis, quia non debet fame tabeſcere.

48 Filius legitimus poteſt habere beneficium in Eccleſia, in qua Pater, etiam viuente Patre, c. Ad hæc de fil. præsb. dummodo ad illas præbendas, & beneficia non promoueatur, quæ immediatè Pater habuit, c. Conſtitutus, c. Ex tua, c. Quoniam, & ſeq. eo. tit.

49 Illegitimus non poteſt habere beneficium vbi Pater habuit, aut habet, nec miniſtrare, c. Cum decorem de fil. præsb. Nec penſionem habere ſuper beneficio Patris, nec quodcunq; aliud etiam diſſimile beneficium obtinere in eadem Eccleſia Trid. ſeſſ. 25. c. 15. de refor. etiam mortuo Patre Cong. Concil.

50 Cum illegitimo poteſt Epiſcopus diſpenſare ad vnum beneficium ſimplex modò non paternum c. 1. de fil. præsb. in 6.

51 Qui eſt in ſacris, ſi contrahat matrimonium, non perdit beneficium, nec qui in minoribus, ſi ſponſal a de futuro. Secus ſi matrimonium licet inualidum, modò adſit conſenſus Nau. c. 23. num. 110. Silu. benef 3. q. 22. Et de minoribus aſſerunt etiam Couar. Epit. ad 4. p. 2 c. 6. parag. 3. num. 5. & Glo. in c. 2. ver. relinquendum, de cler. coniug. At tex. in c. Quod in te, & c. Diuerſis eo tit. dicit eſſe priuandos. De conſtituto in ſacris Couar. num. 4. alios referens, & Pan. in c. 1. cit. Azor. p. 2. lib. 7. c. 16. q. 15. affirmant amittere beneficium ipſo iure; de quo etiam dubitat Sanchez de matr. lib. 3. diſp. 2. in fine Diſpenſat Epiſcopus cum Clerico, ſi matrimonium fuit inualidum, et cum eo, qui eſt in ſacris poſt longam pœnitentiam, & laudabilem vitam, cap. ſanè. de Cler. excomug. V. Azor. p. 2. lib. 7. c. 16.

52 Dare beneficium ſimplex digno, relicto digniore, non eſt mortale Sot. de iuſt. lib. 3. q. 6. ar. 2. circa fi. Eſſe mortale docent Couar. in Reg. Peccatum p. 2. parag. 7. num. Azor. p. 2. lib 6. c. 26. q. 12. vbi notat eſſe mortale, quando occurunt duo vnus dignior, alter minus dignus, aut competitores apparent, vel facilè reperiri poſſunt. Limitat Tolet. lib. 5. c. 78. vt non ſit mortale in beneficijs patrimonialibus & in ijs, quæ ipſe ex proprijs inſtituit, & modò non habeant curam animarum. V. Salon. & Arag. 2. 2. q. 63. ar. 2.

53 Dans beneficium indigno non tenetur digniori, ſed Eccleſiæ damnificatæ ſecundum Nau. c. 17. num. 71 & 96. Couar. vbi ſupra. Secundum alios tenetur etiam digniori, ſic Caiet. in ſum. ver acceptio perſonarum. & 2. 2. q. 62. ar. 2. verſ. Ad confirmationem. In foro exteriori ſufficit eligere dignum Couar. & Sot. vbi ſupra V. ver reſtitutio c. 4. num. 5. & ver. Electio num. 10. Salon. 2. 2. q. 62. ar. 2. contr. 15. Arag. q. 63. ar. 2.

54 Beneficiati ſunt domini portionis ſibi aſſignatæ pro ſtipendio S. Tho. 2. 2. q. 185. ar. 8. Sot. lib. 10. q. 4. ar 3. Nec tenetur reſtituere, ſi non det pauperibus Sot. ibidem Non enim tenetur lege iuſtitiæ, vt voluit Nau. de redd. Eccl. & in Apolog. poſt Pan. reper c. Cum eſſes de teſtam. à num. 21. & in c. fi. de pecul. cler. in fi. Peccat tamen mort. ſi quod honeſtæ ſuſtentationi ſupereſt, in alios vſus, præterquam in communes vtilitates pauperum

ſoris, ſed is ſoluet debita prioris, & legata ad pias cauſas pro parte debita mortuo, quia eo viuente dies ſolutionis aduenerat Bulla ſul. 3. incip. Cum ſicut. & eſt nona in or. t. in Bullar. nou. Nunc tamen in multis regionibus pertinent ad Cam. Apoſt. vt ex varijs bullis ſum. Pont. præſertim Pauli III. probat Azor. p. 2. lib. 7. c. 9. q. 9.

39 Obtinens beneficium ſimulata ad id ſanctitate, non tenetur reſtituere Sot. vbi ſupra ar. vlt. Pan. in c. Quia plerique de immun. Eccl. num. 36. Azor. p. 1. lib. 1. c. 28. in fi.

40 Beneficia obtenta auctoritate Epiſcopi per ceſſionem, aut permutationem vacant ipſo iure, & nulla eſt prouiſio, niſi ceſſiones, & permutationes huiuſmodi publicentur in Eccleſia ipſius beneficij, & in Cathedrali, & poſſeſſio capiatur intra tres menſes à die collationis. Item niſi collatio fiat intra menſem à die tractatus. Eadem pœna imponitur non publicanti bullas Papæ in caſibus prædictis intra ſex menſes à die datæ. Greg. 13. in Bulla quæ in c. Humani V. Nau. c. 23. num. 100. vers. 3. Quanrant. ver. Benef. permutatio. De beneficiorum per mutatione V. Azor. p. 2. lib. 7. c. 29 & ſeq.

41 Beneficia minora conciſtorialia, ſi in conciſtorio conferantur, nulla indigent promulgatione Paris. de reſign. lib. 11. q. 3. num. 27.

42 Impediens vi, fraude, dolo, mendacijs, ne aliquis beneficium conſequeretur quo dignus erat, ſi electorum animus iam erat firmatus, præter peccatum mortale, tenetur damnum compenſare ad æquale. idem enim eſt, ac ſi iam habitum auferret. Si verò electorum animus non erat firmatus, peccauit; ſed non tenetur compenſare, niſi arbitrio boni viri S. Tho. 2. 2. q. 62. ar. 2. ad 4. Quòd ſi ſolis precibus efficiat, vt illo excluſo, alius dignior, aut æque dignus obtineat, nil reſtituere tenetur, non enim contra iuſtitiam fecit, cum ſic excluſo nullum ius ſit acquiſitum ante electionem. Sic alios referens Azor p. 2. lib. 6. c. 15. q. 16.

43 Si parochialis Eccleſia vniatur canonicatui tamquam principali; acceſſorium, attendenda eſt natura canonicatus, vt is, cui collatio facta eſt, in ea ſit ætate, quæ ad Canonicatum requiritur Congreg. Concilij.

44 Nulla eſt collatio beneficij facta habenti aliud licet modicum, ſi de hoc non fit expreſſa mentio in collatione ſecundi, c. Si proponente, & Cum adeo, iuncta Glo. ver. de præbenda, de reſcrip. & c. Non poteſt, de præben. in 6. Mandos. in reg. 16. q. 37. Niſi illa collatio fiat motu proprio ſanctiſſimi, c. Si motu proprio de præben. in 6. vel ſi non excedit 24. duc. de cam. tunc enim licet plura ſint, quorum vnumquodq; eam ſummam non excedit, & dicatur illa plura non excedere, valet gratia Nau. de reſcrip. cons. 10. huiuſmodi enim beneficij valor non neceſſario exprimendus, teſte Gomez. in reg. de valore beneficiorum, vt refert Nau. loc. cit. quando ſcilicet beneficium confertur motu proprio Sanctiſſimi Quando verò ad alterius inſtantiam omnino facienda eſt mentio prioris beneficij quantumuis minimi, vt habetur expreſſe c. Non poteſt, & c. Si motu proprio cit. Idem tamen pluribus cit. intelligit Monet. de commut. vlt. vol. c. 6. num 250. ad 263. Si velit primum retinere, aut ſi primum pacificè poſſidet, vel per eum ſtat, aut ſi ſecundum eſt incompatibile, quia ex quo primum vacabit, ceſſat ratio expreſſionis. Idem in collatione facta à legato Papæ c. ſi. de off. lega. vbi Glo. ver. mentio. Secus in collatione ordinarij in qua taciturnitas prioris beneficij non vitiat gratiam ſecundi Clem. II. & ibi Glo de off. ord. Azor. p. 2. lib. 6. c. 10. q. 4. Felin. c. Ad aures de reſcript. num. 15. Sanchez de matr: lib. 8. diſp. 23. num. 4. Niſi ambo eſſent Dignitates in eadem, aut diuerſa Eccleſia cum reſidentia, aut Curata, Trid. ſeſſ. 7. cap. 2. & 4. & ſeſſ. 24. c. 17. de refor.

45 Reſi-

45. Reſignatio, ſiue renunciatio beneficij facta in manibus Papæ nulla eſt, donec præſtetur conſenſus expeditioni literarum, vt in reg. 44. Cancell. Nau. de renunciat. conſ. 12.

46 Epiſcopus validè confert beneficium in eius manibus reſignatum. Nau loc. cit. Poteſt autem beneficiorum reſignationes admittere in caſibus enumeratis ſupra, ver. Epiſcopus num. 9. & quos refert Quarant. ver. Benef. reſignat.

47 Beneficium curatum ſibi procurare, illicitum eſt S. Tho. 2. 2. q. 100. ar. 5. ad 3. Silu. benef. 3. q. 13. Intellige ſi id faciat principaliter cauſa honoris, aut temporalis vtilitatis, quia tunc peccat mort. S. Ant. p. 2 tit. 3 c. 5. parag. 4. Nau. c. 23. num. 15. Secus ſi procuret, non vt habeat beneficium, ſed vt alijs prodeſſe poſſit Ang. ver. beneficium parag. 32. ſed hoc non concedit Silu. benef. 3. q. 17. quia inquit, poteſt etiam principaliter quærere beneficium ad ſuſtentationem ſui pauperis, quia non debet fame tabeſcere.

48 Filius legitimus poteſt habere beneficium in Eccleſia, in qua Pater, etiam viuente Patre, c. Ad hæc de fil. præsb. dummodo ad illas præbendas, & beneficia non promoueatur, quæ immediatè Pater habuit, c. Conſtitutus, c. Ex tua, c. Quoniam, & ſeq. eo. tit.

49 Illegitimus non poteſt habere beneficium vbi Pater habuit, aut habet, nec miniſtrare, c. Cum decorem de fil. præsb. Nec penſionem habere ſuper beneficio Patris, nec quodcunq; aliud etiam diſſimile beneficium obtinere in eadem Eccleſia Trid. ſeſſ. 25. c. 15. de refor. etiam mortuo Patre Cong. Concil.

50 Cum illegitimo poteſt Epiſcopus diſpenſare ad vnum beneficium ſimplex modò non paternum c. 1. de fil. præsb. in 6.

51 Qui eſt in ſacris, ſi contrahat matrimonium, non perdit beneficium, nec qui in minoribus, ſi ſponſal a de futuro. Secus ſi matrimonium licet inualidum, modò adſit conſenſus Nau. c. 23. num. 110. Silu. benef. 3. q. 22. Et de minoribus aſſerunt etiam Couar. Epit. ad 4. p. 2 c. 6. parag. 3. num. 5. & Glo. in c. 2. ver. relinquendum, de cler. coniug. At tex. in c. Quod in te, & c. Diuerſis eo. tit. dicit eſſe priuandos. De conſtituto in ſacris Couar. num. 4. alios referens, & Pan. in c. 1. cit. Azor. p. 2. lib. 7. c. 16. q. 5. affirmant amittere beneficium ipſo iure; de quo etiam dubitat Sanchez de matr. lib. 3. diſp. 2. in fine Diſpenſat Epiſcopus cum Clerico, ſi matrimonium ſuit inualidum, et cum eo, qui eſt in ſacris poſt longam pœnitentiam, & laudabilem vitam, cap. ſanè. de Cler. excomug. V. Azor. p. 2. lib. 7. c. 16.

52 Dare beneficium ſimplex digno, relicto digniore, non eſt mortale Sot. de iuſt. lib. 3. q. 6. ar. 2. circa fi. Eſſe mortale docent Couar. in Reg. Peccatum p. 2. parag. 7. num. Azor p. 2. lib 6. c. 16. q. 12. vbi notat eſſe mortale, quando occurunt duo vnus dignior, alter minus dignus, aut competitores apparent, vel facilè reperiri poſſunt. Limitat Tolet. lib. 5. c. 78. vt non ſit mortale in beneficijs patrimonialibus & in ijs, quæ ipſe ex proprijs inſtituit, & modò non habeant curam animarum. V. Salon. & Arag. 2. 2. q. 63. ar. 2.

53 Dans beneficium indigno non tenetur digniori, ſed Eccleſiæ damnificatæ ſecundum Nau. c. 17. num. 71 & 96. Couar. Vbi ſupra. Secundum alios tenetur etiam digniori, ſic Caiet. in ſum. ver acceptio perſonarum. & 2. 2. q. 62. ar. 2. verſ. Ad confirmationem. In foro exteriori ſufficit eligere dignum Couar. & Sot. vbi ſupra V. ver. reſtitutio c. 4. num. 5. & ver. Electio num. 10. Salon. 2. 2. q. 62. ar. 2. contr. 15. Arag. q. 63. ar. 2.

54 Beneficiati ſunt domini portionis ſibi aſſignatæ pro ſtipendio S. Tho. 2. 2. q. 185. ar. 8. Sot. lib. 10. q. 4. ar 3. Nec tenetur reſtituere, ſi non det pauperibus Sot. ibidem Non enim tenetur lege iuſtitiæ, vt voluit Nau. de redd. Eccl. & in Apolog. poſt Pan. reper. c. Cum eſſes de teſtam. à num. 21. & in c. fi. de pecul. cler. in fi. Peccant tamen mort. ſi quod honeſtæ ſuſtentationi ſupereſt, in al os vſus, præterquam in communes vtilitates pauperum

Gg 2 vel

vel Eccleſiarum egentium inſumant. Idem Nau. loco cit. Couar. vbi ſupra, & in c. Cum in officii de reſtam. & alii quos refert Azor. p. 2. lib. 7. c. 8. q. 2. vbi ſupra. Plures opiniones circa quæſt. An Clericus ſit dominus fructuum beneficii; an ſit vſufructuarius tantum vide apud Azor. loco cit.

55 Inſtitutio prohibens dari beneficium Curatum meliori, ſi ſit extra familiam, iniqua eſt, nec ſeruanda Sor. lib. 3. ar. 2. vltra med. Contrarium docet Azor. p. 2. lib. 6. c. 4. q. 25.

56 Poſt ſex menſes ab obtento beneficio non legitime impeditus ſi non recitat diuinum officium, non facit fructus ſuos. Concil. Later. 1. ſeſſ. 6. parag. Statutum. Si omittat totius diei officium, omnes diei illius fructus perdit. Si matutinum, dimidium, ſi aliquam ex cæteris horis, ſextam partem, etiam habens præſtimonium. Qui autem habet penſionem, vt clericus tenetur ſub eadem pœna ad officium B. M. Reſtitutio autem fieri debet fabricæ Eccleſiæ beneficii, vel pauperibus Pius V. in Bull. inc. Ex primo Later. in ordine 138. in nouo Bullar. Si fecit alia, ad quæ ex beneficio tenebatur, poteſt retinere quantum illa merentur, Arag. 2. 2. q. 82. ar. 13. Tolet. lib. 2. c. 12. dicto 2. Roder. in ſum. lib. 1. c. 146. Lopez. inſtr. p. 2. c. 95. B. Med. in ſum. lib. 1. c. 14. parag. 11. De Canonicis Henriq. lib. 13. c. 13. parag. 2. dicit quod ſi omittat, ſufficit, quod reſtituat quartam partem, ſicut Curatus quintam, reliqui beneficiarij tertiam, & cum hac limitatione dicit receptam eſſe in praxi Bullam Pij V. & eam ſic explicat B. Med. vbi ſupra. At P. Nau. lib. 2. c. 2. num. 198. dicit teneri ad reſtitutionem omnium fructuum, quia præter officium, vix eſt aliud, in quo Eccleſiæ deſeruiant. Valent. to. 3. q. 2. p. 10. parag. 8. & fusè Suar. de relig. to. 2. lib. 4. c. 3. à num. 6. Azor. p. 1. lib. 10. c. 14. q. 2. dicunt quod licèt de iure naturæ aliqua tantum pars foret reſtituenda, tamen ob pœnam canonis ſtatutam, eſſe integros reſtituendos. idq; ampliat Azor. ad quoſcumq; beneficiarios, B. Med. vbi ſupra docet, quòd ſi beneficiarius omittat horas per octo dies, non eſt illi imponenda aliqua reſtitutio, id tamen falſum eſt: Nam in Bulla cit. dicitur, Qui vno vel pluribus diebus &c. V. Nau. c. 25. num. 122. Fructus illorum ſex menſium non eſſe reſtituendos volunt Leſſ. lib. 2. c. 34. num. 176. Azor vbi ſupra q. 3. Nau. loc. cit. num. 123. in fi: Secundum alios, quos refert, & ſequitur Suar. vbi ſupra num. 7. ſunt reſtituendi, quando obligatio ex beneficio oritur, non tamen omnes, ſi beneficiarius ad alia munera teneatur, vt ſi beneficium ſit curatum. Poteſt verò fieri reſtitutio etiam in aliis ſpiritualibus, vt ſi per alios ſex menſes officium ſuppleat recitando quotidie duplicatum officium, aut etiam integrum Roſarium, vel per miſſæ Sacrificium. Idem num. 12. & ſeq. Sed de veritate huius ſententiæ ego ſatis dubito, cum Bulla iubeat reſtitui fructus. at duplicatum officium, &c. non computatur inter fructus, &c. Reſtitutio facienda eſt ante Iudicis ſententiam Idem Suar. vbi ſupra c. 30. De diſtributionibus quotidianis, vide infra ver. Reſidentia.

57 Renunciantem beneficium in manibus Prælati poteſt pœnitere antequam alteri detur c. In cauſis, de elect. Glo. in c. Lectæ de renunc. ver. promiſerunt Silu. ver. renunc. q. 1. Niſi Prælatus acceptauerit renunciationem Nau. de renunc. cons. 4. num. 2. Idem ſi renuntiet per Procuratorem, cuius acta tenent, etiam ſi reuocatum fuerit mandatum modò ante reuocationis intimationem renuntiauerit Silu. loco cit. c. Ex inſinuatione, & ſeq. de procur.

58 Collatio beneficij facta omnino illiterato non valet Innoc. in c. In noſtris de conſuet. Rebuff. de pacif. poſſeſſ. num. 213. Hoſt. c. 2. de inſtit. Nec poteſt Epiſcopus diſpenſare, eſt enim irregularis Azor. alios referens p. 2. lib. 6. c. 6. q. 5. Habens verò aliquam litteraturam, ſi didicit quantum ſatis eſt, & collator manet in priori voluntate, reuiuiſcit collatio Nau. in c. Si

quando

quando de reſcript. except. 8. num. 6. Illiteratus eſt, qui neſcit conſtruere quæ legit Clem. I. iuncta glo. ver. reputamus, de conceſſ. præb. & qui cantare neſcit Card. in 6. Clem. Tu die ſufficere literaturam, quam in ordinandis requirit Conc. Trid. ſeſſ. 23. c. 4. 5. 11. & ſeqq. Nau. vbi ſupra excep. 13. Niſi beneficium ſit Curatum V. Azor. fuſè tranctantem toto c. 16.

59 Iudex delicti poteſt priuare beneficio. quod delinquens alibi habet c. Poſtulaſti, vbi Pan. num. 7. de for. comp. V. infra ver. Iudicium. num. 4.

60 Collatio facta excommunicato non valet, c. Poſtulaſti, de Cler. excomm. etiam ſi excommunicatus ſit minore, & ignoranter, & occultus, nec denuntiatus Pan. in c. Si celebrat de cler. exc. & com vt docet Couar. in cap. Alma mater, de ſent exc. p. 1. parag. 7. num. 3 Azor. vbi ſupra c. 7. q. 7. Nec facta irregulari, ſuſpenſo, interdicto Nau. de temp. ord. conſ. 10.

61 Regularis beneficiatus poteſt diſponere de redditibus, vt ſæcularibus Nau. de regul. com. 2. num. 3.

62 Nullus ante 14. annum beneficium poteſt obtinere Trid. ſeſſ. 23. c. 6. ſufficit verò annus cæptus Cong. Concil.

63 Renuntians beneficium habet titulum, donec ſit admiſſa renunciatio Couar. 1. var. res. c. 5. num. 6. Nau. in c. Acceptam de reſt. ſpol. oppos. 7. num. 26.

64 Sufficit dicere Papæ valorem beneficii ſine diſtributionibus quotidianis. Neque enim hæ compræhenduntur in gratia percipiendi fructus in abſentia Couar. 3 var. res. c. 3, num. 1. & 2. Sufficit etiam dicere valorem beneficii deductis oneribus Gomez. de valore exprimendo, &c. q. vlt. Mandos, in reg. 21 q. 5. num. 3 Rota coram Card. Mantica deciſ. 220 num. 5.

65 Beneficiorum collatio eſt voluntariæ iuriſdictionis Pan. c. Nouit de off. leg. Couar. Nau. &c. Et id. Epiſcopus de iure poteſt. conferre beneficia exiſtens extra Diœceſim. Sed hodie per regul. 8. Cancell. Clem. VIII. Epiſcopus perſonaliter non reſidens in ſua Diœceſi non poteſt beneficia conferre V. Mandos. in reg. 27. q. 2.

66 Docens publicè ſcripturam, eiuſq; ſcholares capiunt fructus beneficii Trid. ſeſſ. 5. c. 1. de ref.

67 Beneficium non perditur ipſo iure per officium Tabellionis, c. Sicut te ne Cler. vel Mon. Nec per ingreſſum religionis durante probatione. c. Beneficium de regul. in 6. etiam ſi contingat profeſſionem differri Sanchez alios referens lib. 7. ſum. c. 4. num. 6.

68 Beneficiatum inſufficienter non eſſe propriè beneficiatum putat Silu. ver. Tabellio q. 3. vers. 3. Sed contrarium docent Mandos in reg. 16 q. 37. num. 4 Reginald. alios referens lib. 30. à num. 33.

69 Beneficiatus tenetur intra annum ſuſcipere ordinem ad beneficium requiſitum Trid. ſeſſ. 22. ar. q. alioqui ipſo iure vacat beneficium c. Licèt canon de elect. in 6. Congreg. Concil. V. ver. Parochus num. 16.

70 Collatio beneficii, aut Eccleſiaſticæ iuriſdictionis facta non habenti primam tonſuram, eſt nulla c. 2. de inſtit. Nau. de hor. can. c. 11 num. 23. Non habet verò primam tonſuram, qui eam accipit ſine dimiſſoriis proprii, Epiſ. aut ob hæretico, ſciſmatico, interdicto, ſimoniaco in ordine, vel beneficio, excommunicato, &c. Rebuff. de lit. dimiſſ. num. 13.

71 Conferens beneficium abſenti non poteſt alteri conferre, donec ille recuſet. c. Si tibi abſenti, de præben. in 6. intellige quando confert iure non proprio, ſed delegato. Nam Papa poteſt alteri conferre ante acceptationem. Pan. in c. Poſtulationem de poſtul. Piæl num. 6. & in c. Accedens de præben. num. 3. Couar. var. res. c. 16.

72 Beneficium non perditur ipſo iure per homicidium Innoc. in c. Clerici. Ne Cler. vel Mon. Nau. de homic. con. 43. Pan. in c. Querelam de iureiur. num. 3. & com. vt docet Fel. in c. Inquiſitionis de accus. num. 3. fallit in quatuor caſibus,

quos

quos vide infra ver. Irregularitas num. 3. Perditur autem per condemnationem ad perpetuos triremes, ſi beneficium requirat reſidentiam, etiam ſi in ſententia nulla fiat mentio de ipſa priuatione. Ricc. p. 2. decis. 97. quia reſidere non poteſt, cum nulla ſit ſpes reuerſionis. Io. M. de Nauar. poſt d. decis.

73 Beneficij collatio tenet, etiam ſi conferens moriatur ante adeptam poſſeſſionem; nec expirat poteſtas executorum, quia cum hæc ſit acceſſoria, ſequitur naturam ſui principalis. c. Si ſuper gratia de off. deleg. in 6. Vbi glo. ver. ſi ſuper, dicit non ſpirare auctoritatem executorum per mortem Papæ, etiam re integra. Sic etiam Pan. conſ. 34 num. 6. vol. 2. V. eundem in c. literis de reſcrip. Fol. in c. Sciſcitatus, eo num. 37. & in rubr. de conſt. Nau. de off. deleg. cons. 2 & in parag. in leu'tico not. 21. num. 26. & de redd. Eccl. q. 3. mon. 3. num. 7. & in. man c. 17. num. 253. Silu. ver. gratia q. 1 Boer decis. 346. Idem de quacumq; gratia facta à quouis alio ſuperiore propter prauitatem rationis, docent Anchar. & Archid. in d. c. Si ſuper gratia.

80 Priuandus beneficio facit fructus ſuos dum toleratur; ſecus ſi priuatus eſt ipſo iure Fol. in c. De quarta de præſcript. num. 36. & alii ibi cit. Alij docent requiri ſententiam declaratoriam etiam quoad priuationem ipſo iure glo. in c. Licet Epiſcopus de præben. in 6. Niſi in lege dicatur teneri in conſcientia dimittere; vel abſolui non poſſe niſi, &c. vel eo ipſo vacare, com. vt refert Quarrant. vec. Benefic. reſign. cauſa 5. V. Reginald. lib. 3. num. 291.

81 Beneficium datum ob cauſam, reſignandum Silu. reſt. 3. q. 20 dicto 1 in fi. Sot l b. 9. q. 7. ar. 3. Nagar. Io. med. de reſt q. 24. in fi. Si Clericus alias ſit idoneus.

82 Si beneficiatus propter infirmitatē teneatur ponere Vicarium ad Epiſcopum, vel populum pertinet prouidere de alimentis ipſi Vicario, vbi beneficii redditus vtrique non ſufficiunt Pan. cons. 70. vol. 1. Quid ſi Epiſcopus, & populus pre paupertate non poſſunt huiuſmodi Vicarium alimentare? Putarem eo caſu ad matrices, ſeu viciniores Eccleſias pro eo tempore transferendam eſſe huiuſmodi parochialem iuxta Trid. ſeſſ. 21. c. 7. de reſor.

83 Empta ex fructibus beneficij nomine proprio, ſunt beneficiarii ſecus ſi nomine Eccleſiæ, aut ex bonis Eccleſiæ, fusè Azor. p. 2. lib. 7. c. 10. q. 1

84 Beneficia in Curia vacantia ſpectant ad Papam c. Præſenti de præben. in 6. & extrau. Ex debito, de elect. inter. com. Si tamen ſint Curata, poteſt Epiſcopus etiam ſi viuo Pontifice vacauerint, ſi Papa ante obitum non prouidit c. Si Apoſtol ca de præben. in 7. V. Maſſobr. in prax. concurs. requis. 1. dub. 10. à num. 32. & requis. 7 dub. 45.

Quomodo ante dicantur vacare in Curia, & qui dicantur Curiales vide glo. ad d. cap. Præſenti Mandos. in reg 5 Azor p. 2. lib. 6 c. 34. & quando dicantur vacare apud Sedē Apoſtol. Maſſobr. vbi ſupra prælud. 3. dub. 3 in fin.

85 Habens beneficium Curatum tenetur ad minus intra duos menſes à die adeptæ poſſeſſionis in manibus Epiſcopi, aut eo impedito coram generali eius Vicario publicam fidei profeſſionem facere. Prouiſi de Canonicatibus, & Dignitatibus in Eccleſijs Cathedralibus nō ſolum corā Epiſcopo ſeu eius Vicario, ſed etiam in Capitulo idē facere tenentur, alioqui non faciunt fructus ſuos, nec illis poſſeſſio ſuffragatur. Trid. ſeſſ. 24. c. 12. de reſor. V. Ricc. p. 1 decis. 220. Azor. p. 2. lib. 7 d. 2. q 4. & Bullam Pij IIII 48. in ord. Bullar. nouo.

86 Beneficia ſiue generaliter, ſiue in ſpecie reſeruata Sedi Apoſtolicæ non poſſunt per Epiſcopum, quæ autem ſint huiuſmodi beneficia vide apud Paris. de reſign. lib. 2. q. 16.

87 In collatione beneficii non poteſt Epiſcopus partē prouentuum ſibi retinere c. 1. Vt Eccl. benef. ſine dimin. &c. c Prohibemus de cenſib. & c. ſi quis præbendas 1. q. 3.

88 Collator ſi intra ſex menſes à die ſcientiæ vacationis non conferat collatio de-

deuoluitur ad Superiorem c. 2. de conceſſ. Præb. vbi Pan. num. 12. & Anchar. num. 13. Azor. p. 2. lib. 6. num. 26. q. 9. & ſeq.

89 Prouiſio facta à Papa nulla facta mentione decreti, cui derogandum erat, vt potè irritantis, nulla eſt. Licet enim Papa præſumatur habere omnia iura in pectore, eaque ſubici eius voluntati; Immo licet habeat notitiam alicuius decreti, ea notitia non ſufficit, niſi adſit clauſula derogatoria Rota diuers. decis. 48.

90 Excommunicatus, & ſuſpenſus ob contumaciam non poteſt percipere fructus ſui beneficii glo. in c. Paſtoralis parag. de appell. vbi Pan. num. 16. Victor de excom. num. 15. Nau. in man. c. 25. num. 124. Intellige, ſi ſit in mora petendi abſolutionem Silu. Cler. 4. q. 24. P. Nau. lib. 2. c. 2. num. 237. Si tamen exequatur officia beneficio debita, poteſt participare P. Nau. num. 236. Sed hoc intellige, niſi delictum impediat delinquentem ipſo iure miniſtrare Couar. in 4. p. 2 c. 6. parag. 8. num. 7. Suſpenſus in pœnam poteſt percipere fructus ſufficientes ad ſe, & ſuos modeſtè ſuſtentandos Nau. vbi ſupra.

91 Capellani beneficiati, non manuales, ideſt qui habent Capellanias in titulum, non tenentur in tempore infirmitatis etiam diuturniſſimæ per alium ſupplere; ni aliud cautum eſſet in fundatione: ſecus non eſſent ſufficienter prouiſi ad honeſtam ſuſtentationem iuxta Trid. ſeſſ. 21. cap. 2. de refor.

92 Nec obiicias hanc doctrinam procedere, quando Capellanus aliunde non habet, vnde viuat: Nam reſpondemus, beneficia non mutare naturam, quando dantur Clerico pauperi, vel diuiti, ſed abſolutè dari, vt Clericus, qui aſſumptus eſt in ſortem Domini, viuat de patrimonio Chriſti, Cap. Cum ſecundum, de Præb. & Dignit. Panor. cap. penult. de cler. non reſid. in Glo. vlt. Tab. de benef. 3. num. 1. circa medium, & num. 11. Fauet etiam Cap. ſignificaſti, eodem titulo.

PENSIO

V. Beneficium.

1 EST ius percipiendi fructus ex alieno beneficio Tolet. lib. 5. cap. 82.

2 Duobus modis ſolet dari, Vel ex cauſa lucratiua, vel ex cauſa oneroſa Ex cauſa lucratiua, cum vacante beneficio, vni illud confertur, & alteri penſio reſeruatur, vt ille cōmodius ſuſtentari valeat. Mandos. de ſignat. gratiæ, tit. Penſio aut conceditur. quæ clauſula operatur vt penſio cenſeatur appoſita ex cauſa alimentorum. Ex cauſa oneroſa datur penſio, vel propter extinctionem litis, vel propter reſignationem beneficij in alterius fauorem.

3 Ad hanc autem cognoſcendam, attendendum eſt, an renuncians dimiſerit poſſeſſionem beneficij reſignati, Datur verò hæc ex ſtylo, ne reſignans ex renunciatione nimium diſpendium patiatur. Hæc autem penſio ſuccedit loco beneficij, & ideo de illa facienda mentio in impetratione beneficij. Gigas de penſion. q. 56.

4 Penſionario moriente ante diem ſolutioni præfixum, ſi fructus omnes erant percepti, debetur hæredibus integra penſio, vt ſi illi debebatur penſio in Natiuitate Domini, & tamen decedat de menſe Octobris. termini enim ſolutioni præfixi ſunt tantum cauſa commodioris ſolutionis. Si verò pars tantum erat collecta, debetur pro rata fructuum collectorum. Si verò adhuc pendebant, remanent apud Eccleſiam grauatam Caccialup. de penſion. q. 25. Gigas q. 53. quicquid dicat Nau. de redd. Eccl. q. 2. mon. 26. V. Couar. 1. var. res. c. 15. num. 13. Molin. de iuſt. trac. 2. diſp. 635. num. 8.

5 Penſiones titulo ſæculari conceſſæ, vt Regibus, & militibus. poſſunt redimi, vendi, & conſtitui cum pacto redimendi. Sot. lib. 9. q. 7. ar. 1. & 2. Item quæ in commutationibus, & renunciationibus interueniunt, ſi eodem titulo concedantur, ar. 2. cit. Verumq; negat Azor. p. 2. lib. 8. c. 16.

c. 10. q. 10. quia eſt ius, quoddam ſpirituale, & ſtylus Curiæ contrarium ſeruat, vt nonniſi auctoritate Sum. Pont. redimantur. & idem docet Nau in man. c 23. num. 111 & de ſimon. cons. 63. num. 4 & 5. Roder. in ſum. lib. 2. c. 21. num. 8.

6 Penſio non obligat ad habitum clericalem, quia non eſt proprie beneficium Pan. & Fel. in c. Ad audientiam 2. de reſcrip. Sot. lib. 10. q. 5. ar. 4. Azor. p. 2. lib. 3. c. 5 q. 2. Intellige de illa, quæ non datur Clerico, vt Clerico, & quæ non datur in titulum beneficij, ad hanc enim non requiritur habitus, & tonſura Nau. de orat. c. 21. num. 53. Cenſetur autem data clerico, vt Clerico, niſi Papa aliud exprimat. Idem miſcell. 50. & hæc obligat ad habitum, & tonſuram Idem de præbend. cons. 54. num. 3. ſi tamen excedat ſum. duc. 60. Sixtus V. 1. febr. 1589. Azor. p. 2. lib. 7. c. 17. vers. 17 Nec Epiſcopus poteſt concedere laico Nau. de ſimon. cons. 63. Perditur autem ipſo iure, ſi Clericus non deferat habitum, & tonſuram; aut alius penſionarius non incedat in habitu militari regular, aut militiæ approbatæ conuenienti, Bulla cit. licèt Nau. d. num. 53. & de præben cons. 53. velit non extigui eo ipſo quod Clericus clericaliter non viuit. Niſi fortè intelligat non de habitu, & tonſura, ſed de moribus.

7 Penſio extinguitur ipſo iure per matrimonium etiam nullum Azor. alios referens p. 2. lib. 8. c. 10. q. 1. etiam ſi ſponſa ante matrimonij conſumationem religionem ingrediatur, ibidem, ſi tamen ſit data vt Clerico, ſeu titulo clericali, Couar. in 4 p. 2. c. 6 parag. 3. Poteſt enim à Papa dari coniugato ad honeſtam ſuſtentationem Nau. de orat. miſcell. 50. & in man. c. 25. num. 115. Item extinguitur per ingreſſum penſionarij in religionem, ſecuta ſolemni profeſſione. Item per militiam, ſi monitus non deſerit Azor. vbi ſupra q. 1. & 4.

8 Non peccat penſionem, aut beneficium ſimplex accipiens animo tranſeundi ad ſtatum coniugalem: modo eo animo accipiat, & retineat, vt velit interim ſufficienter inſeruire, viuendo clericaliter Nau. de orat. c. 21. num. 52.

9 Poteſt Epiſcopus conſtituere penſionem in collatione beneficij ad vitam beneficiati Nau. de iurep. conſ. 8. num 19. id enim non eſt penſionem beneficio imponere quod nullus poteſt citra Papam, ſed ipſi beneficiario, ad cuius ſucceſſorem non tranſit, cum ſit onus perſonale Azor. p. 2. lib. 8. c. 6. q. 1. Idem tenet Nau de ſimon. cons. 43. num. 1. Caccialup. de pens. q. 4. Rota decis. 166. apud Farin. p. 2. volunt imponi poſſe etiam ad vitam penſionarij renunciantis, ſi tamen adſit iuſta cauſa, qualis etiam eſt amor, quo Nepotem ſuum proſequitur. Ante collationem beneficij poteſt ſubtrahere de eius fructibus ad pios vſus S. Tho. 2. 2. q. 100. ar. 4. ad 3. Item imponere penſionem ſuper Eccleſijs ditioribus, vt Clericis egentibus ſubueniat Pan. in c. Expoſuiſti de præben. quod iam non eſſe in vſu teſtantur Nau. de reb. Ecc. non al. cons. 15. Arag. 2. 2. q. 63. ar. 2. Item poteſt imponere penſionem in permutatione, vt adæquentur fructus ad vitam tantum eius, qui beneficium grauatum retinebit Nau. d. conſ. 43. Sed hoc etiam ad Papam pertinere docet Sot. lib. 9. q 7. ar. 2. & ſic de ſtylo Curiæ ſeruari aſſerit Leſſ. lib. 2. c. 34. num 206. Poteſt etiam imponere perpetuas pro bono pacis ex cauſa concordiæ, & ad lites dirimendas Mando. in reg. 33. q. 14. num. 11. & ſic conciliat prædictas opiniones. vt Papa pro ſolito libito poſſit penſiones imponere, Epiſcopus verò cum cauſæ cognitione, ex iuſta cauſa concernente vtilitatem Eccleſiæ, vt docent Anchar. conſil. 274. Caccialup. de penſion. q. 5 Cum autem Epiſcopus imponit penſionem, requiritur conſenſus beneficiarij, alias nulla eſt impoſitio Gigas de penſ. q. 10. num. 1. Caccialup. q. 5. Azor. vbi ſupra c. 8. q. 6. qui etiam aſſerunt vacante beneficio non poſſe Epiſcopum penſionem imponere niſi dato legitimo defenſore, qui conſentiat Pan. in c. Auaritiæ in fi. de præben.

10 Vicarius Epiſcopi non poteſt imponere penſionem ſuper beneficio, niſi hoc

ſibi

ſibi fuerit ab Epiſcopo ſpecialiter conceſſum Sbroc. de offi.Vic; lib. 2. q. 71. num. 14 & alij quos refert, & ſequitur Monet. de commut. vlt. vol. 5. num. 690.

11 Excommunicatio lata in non ſoluentem penſionem tempore præfixo, non ligat, ſecundum ſtylum Curiæ, vſq; dum penſionarius declaret ligaſſe. Nau. in man. c. 23. num. 104. Tolet. lib. 1. c. 9 Quod idem Nau. c. 17 num. 274. Caſſador. de penſ. deciſ. 2 Gomez. in reg. de infir. reſign. in fi. Mandoſ. in reg. 27. q. 7 Couar in c. Alma mater p. 1. parag. 10. num. 7. intelligunt quãdo conſenſit in penſionem per procuratorẽ: ſecus ſi per ſeipſũ; tunc enim ligatur etiam ſine declaratione.

12 Penſionarius tenetur recitare horas B.V. ſub pœna amiſſionis pro rata, vt de beneficiario dictum eſt, Bulla Pij Ex primo Lateran. Conc. Nau. de hor. can. c. 21 num. 10. Equites tamen religioſorum ordinum non tenentur ad horas canonicas, licèt percipiant annuos redditus ex comendis; & licèt non militent, ſed domi ſuæ otioſi manent: quia licèt dicti redditus ſint illis aſſignati, cauſa militiæ, non tamen ea lege, & conditione, vt militent; dantur enim militi, quia miles eſt, non tamen, vt actu militet. Tenetur tamen ad alias preces iuxta regulæ præſcriptum Azor. p. 1. lib. 13. c. 4. q. 5

13 Alii penſionarij, vt laici, quibus penſio datur pro aliquo miniſterio temporali extra Eccleſiam exhibito: Vel eccleſiaſtici, quibus ob officium aliquod ſpirituale erga Eccleſiam, datur penſio, vt cõcionatori propter concionem, Sacriſtæ, &c. non tenentur ad aliquid recitandum. Tolet. lib. 5. c. 82.

14 Peccat mortaliter penſionarius, qui canonicè obtinuit penſionem animo non viuendi clericaliter, non tamen tenetur ad reſtitutionem ſi recitat officium B. V. Nau. de orat. miſcell. 45. num. 6.

15 Cathedrales, quorum redditus ſummam ducatorum mille Parochiales, quæ ducata centum non excedunt, penſionibus grauare non poſſunt Trid. ſeſſ. 24. c. 13. de refor. & pro quantitate, quæ ſupereſt, ſolet imponi penſio Azor. p. 2 lib. 8. c. 8. q. 5. Hæc ducata intelligẽ libera, ideſt deductis oneribus, ita vt centum abſque diminutione remaneat. Ricc. prax. Epiſ. reſol. 428. num. 1: Tenetur autem beneficiarius ad penſionem, licè poſſeſſionem non cœperit de ſtylo Curiæ; ſed id non operatur vltra duos, vel tres annos ex benignitate Rotæ, vbi iuxta fuit cauſa non adipiſcendi poſſeſſionem. Ricc vbi ſupra reſol. 429 Rotæ coram Seraph deciſ. 66

16 Clauſula quod remaneant centum pro Rectore appoſita in penſionibus, verificanda eſt, non ſolum tempore gratiæ, ſed etiam requiritur, vt continuò duret, & ad hoc vt penſio ſuſtineatur; alioqui ex penſione detrahendum, & ſupplendum quod Rectori deeſt. Seràp. deciſ. 951. num. 4. V. Rotam coram Buratto deciſ. 418. & 468. Rice. p. 3, dec. 274

17 Beneficiario non ſoluente penſionem, datur penſionario regreſſus ad beneficium, quod per reſignationem dimiſit. Sic enim loquuntur literæ Pontificiæ, vbi penſio reſeruatur Azor. vbi ſupra c. 9. q. 4. Caſſador. & Mandoſ. vbi ſupra.

18 Si beneficij fructus in toto, vel in parte perirent, vt in bello, incendio, ſterilitate, &c. penſio non remittitur, quando fructus aſſignantur gratia demonſtrationis, non taxationis Felin. in c. Ad audientiam 2. de reſcrip. verſ. 6. Nau. de præben. conſ. 49. Dicuntur autem fructus aſſignati gratia demonſtrationis cum dicitur ſoluendam eſſe penſionem centum aureorum ex fructibus beneficij gratia verò taxationis, cum vnica oratione dicitur ſoluendam eſſe penſionem ex fructibus talis beneficij. De ſtylo tamen Curiæ debetur nihilominus penſio, ſed ex fructibus alterius anni Gigas de penſ. q. 62 num. 10. Azor. p. 2. num. 8 c. 13. q. 3. Nau. de præben. conſ. 49. numero. 7. aſſerentes id valdè pium, vt potè reſeruatum Clerico pro alimentis.) Ego verò (ſaluo ſtylo Curiæ ſi eſt

Barbos.ad c. Ei. cui, de præben in 6. Felin. in c. Cum dilectus de accuſ. & Maſtubr. in prax. conuerſ. requiſ. 9. dub. I

22 Poſſeſſor triẽnalis beneficij non ſimoniacè obtenti, & pacifice poſſeſſi toto eo tempore, non eſt moleſtandus: modo in beneficio diſpoſitioni Sed. Apoſt ex aliqua reſeruatione in corporis iure clauſa reſeruato ſe non intruſerit. Regul Cancell. 35. Ampliant alij licet beneficium illi collatum ſit tempore, quo erat excommunicatus Barbos ad c. Poſtulaſti de cler excom. 21. Garz. de beneſ p. 7 c. 13 num. 7. Contrarium tamen merito docent Couar. in c. Poſſeſſor p. 2. parag. 10. num. 10 Sayr. de cenſur. lib. 2. c 5. num. 7. Azor. p. 2. lib. 7. c 15 q. 1. Nau in man c. 27. num. 272. in fi. requiritur enim capacitas in poſſeſſore: excommunicatus autem eſt incapax d.c. Poſtulaſti, et c. cum bona de æta. & qual. Silu excõm. 3. num. 1. verſ. 9 Angel. ex c. vlt. num. 8. Couar. 3. var. reſ. c. 16. num. 14. de quo infra num. 60. & ver. excomm. verſ. collocatio beneficij num 34. Eadem capacitas requiritur in quocumque triennali poſſeſſore per reg. cit. vt multis probat Azor. vbi ſupra. Tribuit autem hæc regula poſſeſſori ius & titulum, adeo quod nec ordinarius in eum inquirere, nec ex eo iuris, & tituli, quod in beneficio habet, rationem exigere poſſit Azor. q. 9. & 10. citato Rebuff. & ſatis conſtat ex regula cit.

23 Intruſus verò dicitur, qui ſine auctoritate eius, cuius eſt beneficium conferre, ſe in beneficium immittit, & intrudit c. Ad aures, de exceſſ. Prꝗl. Et qui ſine titulo ſe in beneficij adminiſtrationem infert. Pan. in c. Cum iam dudum, de præben. Et qui ſine canonico titulo, vel per vim beneficium occupat. c. Eum qui de præb. in 6 Et iſti omnes, ſi poſtea beneficium impetrarit, nulla facta mentione ſuæ intruſionis, non valet impetratio. Intruſus etiam dicitur, qui poſt electionem ante confirmationem beneficium adminiſtrat, quia ipſo iure acquiſitum ius ammittit, c. Auaritiæ de elect. in 6. Et qui beneficium adhuc retinet, poſtquã per iudicis ſententiam ab eo eſt amotus; Niſi ab ea ſententia ad ſuperiorem iure appellauerit Innoc. in c. Qualiter 2. de accus Item qui beneficium alteri inique ademptum, & omiſſo iuris ordine detinet, c. Tanta de exceſſ. Prꝗl. Et qui a Superiore vinculo excommunicationis, ſuſpenſionis ab officio, vel interdicti obſtricto beneficium adeptus eſt, vel ab eo, qui conferendi poteſtatem non habet, c. Tanta cit Item ſatè intruſus vocatur, qui crimen admiſit, quo meretur à beneficio amoueri, vel ob quod eſt ipſo iure priuatus beneficio d.c. Tanta. Item, qui poſſeſſionem cepit ſine literis Pontificis, licet per impetrationem à Sum. Pont. ſimpliciter ſignatam. Et hic non facit fructus ſuos, ſed in conſcientia tenetur ad eorum reſtitutionem, nec iuuatur regula de triennali ipſoque iure priuatur beneficio ſic obtento. & ad alia obtinenda inhabilis redditur. Extrau. Iniunctæ inter com. iunctis conſtit. Pauli III. Cum nobis & Iulij II. Romani, & Iulii III. Sanctiſſimus Felin. & alii relati ab Azor. p. 1. lib. 5, c. 2. q. 5. contra Nauar. in c. Accepta de reſt. ſpol. oppoſit. 8. num. 24. Secus dicendum in prouiſis auctoritate Ordinariorum. Hi enim ſi ante literarum expeditione beneficii poſſeſſionem adepti fuerint, nullis pœnis afficiuntur. quia ſupradictæ conſtitutiones de ſolis prouiſis auctoritate Apoſtolica loquutur Azor. loco cit. verſ. Tertio animaduertendum &c Item qui abſq; legitima inſtitutione beneficii fructus percepit; quia ipſo facto iure, quod habet in beneficio, priuatur. c. Auaritiæ de elect. in 6. Vltimò qui ſimpliciter nominatus, vel præſentatus, ſed canonicè non inſtitutus beneficium adminiſtrat, & ipſo facto eſt priuatus. Item inſtitutus dicitur qui lite pendente impetrat comiſſionem ſe per priuationem alterius fuiſſe prouiſum. Rota coram Mantica decis. 310.

24 Beneficium curatum non conferendum niſi ſaltem Subdiacono. poteſt tamen diſpenſari, vt etiam in minoribus, c. Præterea de æta & qual. Intellige modò aliàs ſit idoneus ætate iuxta ſupradicta. Diſpenſat Epiſcopus glo. fin. ibidem

25 Beneficiorum multitudo prohibita iure

iure diuino, ſed poſſeſſio tenet Arag. 2. 2. q. 63 ar. 3 Communior tamen opinior eſt, prohibitam tantum eſſe iure naturali, canonico S. Th quodl. 9 ar. 15 Silu. beneficium 4 parag. 1 Sot de iuſt. lib. 3. q. 6 ar. 3 & fusè Azor p. 2 lib. 3 c 10. & dub. ſeq & c. 12. q. 7. docet poſſeſſionem tenere, quoad forum exterius, non tamen in conſcientia, ſi nabſque iuſta cauſa ſit diſpenſatum. Quæ autem ſint iuſtæ cauſæ vide apud Rebuff. de diſpenſ. ad plura benef. à num. 43 vbi num. 55 ſeqq. quod Papa ſine cauſa diſpenſans & ſic diſpenſatus nō ſunt tuti in conſcientia: peccat enim mort. ſic diſpenſatus Silu. vbi ſupra q. 2 Pan. in c. Dudum 2 de elect Ang ver. beneficium prag 35 & alij ſupra cit. Et de Curatis quidem certiſſimum eſt, ſicut de aliis incompatibilibus, quæ aſſiduam beneficiarii reſidentiam requirunt. De ſimplicibus communis eſt ſententia non poſſe duo retineri ſine diſpenſatione Apoſtolica Congreg. Conc Niſi quando vnum non ſufficit honeſtæ ſuſtentationi ipſius beneficiarij; tunc enim poteſt Epiſcopus aliud ſimile conferre, modo vtrumque perſonalem reſidentiã non requirat Trid. ſeſſ. 24. c. 17 de refor. Immo ſi duo non ſufficiunt, poteſt ab Epiſcopo conferri tertium, & quartum, quouſq; ille poſſit ſufficienter viuere, habita ratione ſtatus, & Azor. vbi ſupra c 11. q. 8 Verum eſt, quod ſi conferatur vnum ſufficiens, omnia priora inſufficientia vacãt ipſo iure Congr. Concil. Non eſt tamen facilè neganda abſolutio habenti plura incompatibilia ex diſpenſatione ſine cauſa rationabili, ſi per Vicarios bene prouideatur Cai. in ſum. ver. beneficium. V. Azor. vbi ſupra, Pan. in c. Conquerente de Cler. non reſid. & in c. non eſt deuot. num. 8. vbi quod diſpenſatus à Papa ſuper pluralitate beneficiorum non eſt tutus apud Deum. Quod autem beneficium cenſeatur ſufficiens vitæ Clerici ſuſtentandæ, & quæ in eo conſideranda ſint, vide apud Azor. & ab eo cit. p. 2. lib 6. c. 20 q. 8. & ſeq. & c. 11. vbi ex multorum ſententententia docet pluralitatem beneficiorum eſſe non tantum iure canonico, ſed etiam iure naturali damnatã. quæ opinio ſemper mihi placuit. Quis enim non miretur, videns aliquos ita Eccleſiaſticis beneficiis abundare ad luxum, ad pompas, ad proprios conſanguineos ditandos, &c. & pauperes Clericos Eccleſiæ inſeruientes adeo inopes, vt nec neceſſaria alimenta illis ſubminiſtrentur? vt rectè dixerit Cai. Vnus ebrius eſt, & infiniti eſuriunt. V c. Quia intantum de præben & Maſſobr. in praxi concurſus requiſ. 7. dub. 14.

26 Beneficii collocatio facta habili tenet ſi ſuperueniat excommunicatio, ideoque poteſt acceptare, com. vt docet Barbos. ad c. Poſtulaſti de cler. exc. num. 2. contra Silu. excomm. 3. num. 1. vers. 9. Eandem ſententiam tenet Couar. in c. Alma mater p. 1 parag. 7. num. 4. vbi alios refert. Idem Azor. p. 2 lib. 6 q. 9 vbi q. 17. idem dicit de appræhenſione poſſeſſionis, cum hoc ſit quid facti, non iuris V. Couar 3. var. res. c. 16. num. 4. Alter decenitur. to. 1. lib. 2. diſp. 6. c. 5. Capellania erecta ſine auctoritate Epiſcopi, aut Papæ non eſt beneficium eccleſiaſticum Nau. dè hor. can. c. 20. num. 17 Azor. p. 1. Lib. 10. c. 3. q. 5 vbi quod ſi teſtator certos annuos redditus nomine Capellaniæ relinquit, & expreſsè ait ſe nolle, vt in eiuſmodi bona Epiſcopus ſe inferat: aut ſi nominet, aut eligat certum Clericum, ſtatuens, vt ſui poſteri, vel ſibi genere propinquiores abſolutè per ſe ius, & auctoritatem habeant ſine Epiſcopo nominand, & eligendi Clericum ad Capellaniam, non erit beneficium. Quod ſi ſpatio quadraginta annorum quater, ternè, aut etiam bis Epiſcopus contulerit, aut in ea inſtituerit Clericum oblatum à laico, haberi debet pro beneficio Eccleſiaſtico. Conſuetudine enim poteſt contra laicum præſcribi Quare licet Capella prima ſui inſtitutione beneficium non fuerit, progreſſu tamen temporis in beneficium Eccleſiaſticum tranſire poteſt.

27 In beneficiis conferendis, cœteris paribus, oriundus non oriundo, Diœceſanus non Diœceſano præferendus eſt. Item graduatus non graduato, & inter gradua-

tos magis graduatus. Sic. reg. Cancell. 16. Barbos. ad c. Si proponente num. 7. de reſcrip. vbi quòd ſi fortè vel alienigena impetrat beneficium, falsò dicens ſe eſſe clericum talis Dioecesis, vel non facta mentione ſuæ originis, ſeu de ſua dioeceſi, gratia eſt ſubreptitia; quia in dubio intendit quilibet prouidere in dioeceſi ſua, & beneficia oriundis priuſquam exteris conferre Flam. Paris. de reſign. lib. 4. q. 7 Quòd ſi in ſupplicatione dicat ſe eſſe clericum talis dioeceſis, cum reuera non ſit ex ea oriundus. ſed domicilium, vel beneficium in ea habeat, gratia non erit ſubreptitia ſic Rota in vna Placentina canonicatus coram Orano 26. febr. 1596. & alij plures, quos refert Barbos. vbi ſupra in fi. Electio num. 9.

28 Poteſt Epiſcopus ex rationabili cauſa vnam præbendam in duas diuidere modo vtrique ſufficiant illius prouentus. c. 1. Vt Ecc. ben. ſine dim. &c. Vnde ſi poſtea reperiatur quod non ſufficiant duobus, tenetur Epiſcopus reintegrare de his quæ vacare contigerit, c. Vacante eo. tit.

29 Beneficia reſignari poſſunt à damnatis ad priuationem beneficij, & poſſunt reſignari ad fauorem alterius pendente appellatione, etiam ſi habeat notitiam collationis factæ per Papam in caſu priuationis, ſic allegans plures deciſiones Rotæ Ricc. p. 2. decis. 213. dicens hoc eſſe indubitatum in Curia Romana V. Azor. p. 2. lib. 2. c. 3. p. 13.

30 Prouiſio Apoſtolica non mutat ſtatum beneficij. Rota apud Farin p. 1. decis. 163. & p. 2. decis. 235. num. 2.

31 Poteſt Epiſcopus compellere promouendos ad beneficia præſertim Curata, vt ſub iuramento promittant, ſe in Eccleſijs, ad quas promouentur, perpetuò commoraturos, neq; citra ipſius vel ſucceſſorum ſuorum conſenſum non dimiſſuros, vel cum alijs commutaturos, vel aliorum gratia depoſituros, niſi ſuperueniat iuſta cauſa Azor. p. 2. lib. 6 c. 9. q. vlt:

32 Reſignatio, ſiue permutatio parochialium, aliorumq; beneficiorum perſonalem reſidentiam requirentium, præſertim cum penſione, non admittitur in Curia, niſi exprimatur à quo tempore reſignans vel permutans illud poſſederit, vel obtinuerit: Si enim eſt tempus breue, reſignatio, & permutatio non admittitur in Curia. Paris. de reſign. lib. 3 q. 2. num: 22. Idem in permutationibus beneficiorum perſonalem reſidentiam non requirentium docet Garz. de benef. lib. 3 c. 4. num. 46. vbi dicit ſic ſeruari in Dataria à tempore Greg. XIV. ideoq; hodie requiri quod illud poſſederit per quinque aut ſaltem per tres annos; Sicquè refert Ricc. p. 2. decis. 337. Et de beneficijs curatis, & ſimilibus prius ſtatuit Innoc. IX. renuntiari non poſſe ante triennium, vt teſtatur Quarant. ſum. Bull. ver Beneſic. reſig. [illegible] ſi.

33 In concurſu beneficij Curati ille dignior ſimplic[illegible] eſt, qui iuxta munus, cui ille præficiendus eſt, aptior eius miniſterio apparet. non qui doctior, vel ſanctior. Præferendus etiam eſt is, cuius mores noti, probatiq; ſunt ei cuius vita ignoratur, licet doctiori Ordinarius enim præſumitur inſtructus de vita & moribus concurrentium, & alijs vltra doctrinam requiſitis, tamquam eius dioeceſano [illegible]um. Rota coram Buratto decis. 22. num. 29. & ſeq Glo. in c Neminem, ver. Ciuitatis diſt. 70. De concurſu ad benef. curata, latè Maſſobr. in ſuo tract. eiuſdem tit. vbi prælud 3. dub. 3. in quibus caſibus ommittatur concurſus

Vacante Eccleſia Parochiali fieri debet examen per concurſum, præmiſſis edictis. Examen autem fieri debet per examinatores in Diœceſana Synodo electos, iuxta Trid. ſeſſ. 24. c 18. de refor.

An deficientibus examinatoribus ſynodalibus, vel ipſis impeditis, poſſit Epiſcopus, aut capitulum Sede vac. alios creare donec ſynodus habeatur. Congreg. Concil. reſpondit non poſſe.

Quid ſi tempore quo facienda eſt prouiſio per concurſum non adſint examinatores, vt quia abſentes, vel mortui, vel impediti? Docet Riccius, & alij ab eo cit. in ſua praxi reſol. 355. poſſe Epiſcopum deputare alios examinatores Vbi enim forma à lege inducta nō poteſt præciſe ſeruari,

remit-

remittitur. Et propterea quia quando conſtitutio induci nouam formã, & illa de facto ſeruari non poteſt, vt quia non adſunt perſonæ, vel qualitates requiſitæ ſuffici actũ fieri eo modo, quo prius poterat, c. Quia propter vbi Pan. num. 11. de elect. Quare in hoc caſu poteſt Epiſcopus per ſe ipſum examinatores deputare, vt in c. Accepimus, vbi glo. ver. examinari de æta. & qual. Et ſic tenuit Rota in vna Placentina coram Litta. Adde quod ſi expectanda eſſet noua examinatorum deputatio in Synodo facienda, ſeruari non poſſet Decretum Concilij hoc cap. vt Concurſus fiat infra decem dies, poſſet enim Synodi celebrandæ tempus per plures menſes diſtare, & ita fruſtaretur intentio Concilij. De hac materia fuſè tractat Maſſubr. in ſua praxi concurſus ad benef. requis. 12. vbi dub. 2. refert declarationẽ Congregationis in hæc verba. Si ex ſex examinatoribus aliqui intra annum ſuæ electionis mortui fuerint, tota facultas examinandi vna cum Vicario ad ſuperſtites, etiam ſi vnus tantum ſupereſſet, ſpectabit eo anno durante. In vna Tolet. 1577. & dub. 3. refert Decretum Clem. VIII. in hæc verba.

S. D. N. Clemens VIII. hoc in futurum ſeruari decreuit, quando omnes examinatores Synodales intra ãnũ ſuæ deputationis mortui fuerint: Nempe, vt Epiſcopus ex antiquis examinatoribus, ſi fuerint, ſubroget alios non pauciores numero ſex. Et ſi non ſteterint tot examinatores antiqui Synodales, qui ad hunc numerum aſcendant; tunc Epiſcopus eligat illos, qui fuerint, & alios ſuppleat de nouo, approbatos tamen à Capitulo vſq; ad prædicti numeri complementum. Verum ſi nulli antiqui Synodales examinatores ſuperſtites fuerint; Epiſcopus omnes nouos examinatores probitate, ac ſcientia qui à Capitulo probati ſint, non pauciores prædicto num. ſubſtituat; & veniente vacatione cuiuslibet parochialis Eccleſiæ Epiſcopus deb bit ex præfatis examinatoribus eligere tres qui cum eo examen iuxta Trid. perficiant. Officium autem omnium prædictorum examinatorum Synodalium ſubrogatorum expirabit, cum primum aduenerit tempus nouam ſynodum iuxta c. 12. ſeſſ. 24. celebrandi, Vide Rotam coram Burato decis 479.

34 Fructus ciuiles vt cenſus, penſiones domorum, reſponſiones, &c. quorum tempore reſignationis beneficij nondum venerat dies ſolutionis, ad ſucceſſorem pertinent, ad quem etiam ſpectant fructus pendentes. Glo. in c. Præſenti, de off. ord. in 6. Couar. 1. var. res. c. 15. num. 2. Fructus verò naturales, & induſtriales ſi ante reſignationem erant à ſolo ſeparati, ſunt reſignantis, etiam ſi erant locati, & dies ſolutionis affictus venirent poſt reſignationem, quia affictus ſubrogatur loco fructuum, & attenditur tempus perceptionis fructuum, Rota coram Caualerio apud Farin. p. 1. decis. 240. Vide Barbos. fusè tractantem ad c. vlt. de confir. vtil. num. 26. in ant. & ad c. Si propter num. 6. & ſeq. de reſcrip. in 6. & ad c. In præſentia num. 26. de probat. in ant.

35 Epiſcopi auctoritate poſſunt fieri permutationes præbendarum & beneficiorum ſi cauſa ſit iuſta, & non interueniat pactum, cum ipſe ſimoniam purificare non poſſit, c. Quæſitum de rer. permut. & ibi Pan. Nau. de reb. Eccl. non al. cons. 14. etiam ſi ſint Dignitates, modò diuerſæ Pan. in c. Cum olim de rer. permut. Poſſunt autem fieri ex interuallo, vt quando beneficia ſunt in diuerſis diœceſibus Azor. alijs relatis p. 2. lib. 9. c. 29. q. 28. & c. 30. q. 1. Cum autem commutantur beneficia, quæ ſunt in diuerſis diœceſibus requiritur vtriuſq; Epiſcopi conſenſus Azor. c. 29. cit. q. 8. aſſerens de com.

36 Qui poteſt conferre beneficium, poteſt concedere vt permutetur ſitu. permutatio 2. q. 2 Armill. eo. parag. 71. ſeruata tamen forma conſt. Pij V. Quanta.

37 Papæ auctoritate fieri poteſt in commutatione compenſatio pro fructibus maioribus per penſionem aut pecuniam, c. Ad quæſtionem de rer. permut. Sot. de iuſt. lib. 9 q. 7 ar. 2. Silu. vbi ſupra q. 6 Immo etiã auctoritate Epiſcopi ad vitã tantum ipſius grauati Nau. de Simon cons. 43. num. 4. V. infra ver Ceſſio nũ. 19 & Azor. c. 29 cit. q. 17.

38 Fructus nondũ percepti ſunt ſucceſ-

Gg ſoris

foris, ſed is ſoluet debita prioris, & legata ad pias cauſas pro parte debita mortuo, quia eo viuente dies ſolutionis aduenerat Bulla ſul. 3. incip. Cum ſicut. & eſt nona in or l. in Bullar. non. Nunc tamen in multis regionibus pertinent ad Cam. Apoſt. vt ex varijs bullis ſum. Pont. præſertim Pauli III. probat Azor. p. 2. lib. 7. c. 9. q. 9.

39 Obtinens beneficium ſimulata ad id ſanctitate, non tenetur reſtituere Sot. vbi ſupra ar. vlt. Pan. in c. Quia plerique de immun. Eccl. num. 36. Azor. p. 1. lib. 1. c. 28. in fi.

40 Beneficia obtenta auctoritate Epiſcopi per ceſſionem, aut permutationem vacant ipſo iure, & nulla eſt prouiſio, niſi ceſſiones, & permutationes huiuſmodi publicentur in Eccleſia ipſius beneficij, & in Cathedrali, & poſſeſſio capiatur intra tres menſes à die collationis. Item niſi collatio fiat intra menſem à die tractatus. Eadem pœna imponitur non publicanti bullas Papæ in caſibus prædictis intra ſex menſes à die datæ. Greg. 13. in Bulla quæ in c. Humani. V. Nau. c. 23. num. 100. vers. 3. Quarant. ver. Benef. permutatio. De beneficiorum permutatione V. Azor. p. 2. lib. 7. c. 29 & ſeq.

41 Beneficia minora conciſtorialia, ſi in conciſtorio conferantur, nulla indigent promulgatione Paris. de reſign. lib. 11. q. 3. num. 27.

42 Impediens vi, fraude, dolo, mendacijs, ne aliquis beneficium conſequeretur quo dignus erat, ſi electorum animus iam erat firmatus, præter peccatum mortale, tenetur damnum compenſare ad æquale. idem enim eſt, ac ſi iam habitum auferret. Si verò electorum animus non erat firmatus, peccauit; ſed non tenetur compenſare, niſi arbitrio boni viri S. Tho. 2. 2. q. 62. ar. 2. ad 4. Quòd ſi ſolis precibus efficiat, vt illo excluſo, alius dignor, aut æquè dignus obtineat, nil reſtituere tenetur, non enim contra iuſtitiam fecit, cum ſic excluſo nullum ius ſit acquiſitum ante electionem. Sic alios referens Azor. p. 2. lib. 6. c. 15. q. 16.

43 Si parochialis Eccleſia vniatur canonicatui tamquam principali acceſſorium, attendenda eſt natura canonicatus, vt is, cui collatio facta eſt, in ea ſit ætate, quæ ad Canonicatum requiritur Congreg. Concilij.

44 Nulla eſt collatio beneficij facta habenti aliud licet modicum, ſi de hoc non fit expreſſa mentio in collatione ſecundi, c. Si proponente, & Cum adeo, iuncta Glo. ver. de præbenda, de reſcrip. & c. Non poteſt, de præben. in 6. Mandos. in reg. 16. q. 37. Niſi illa collatio fiat motu proprio ſanctiſſimi, c. Si motu proprio de præben. in 6. vel ſi non excedit 24. duc. de cam. tunc enim licet plura ſint, quorum vnumquodq; eam ſummam non excedit, & dicatur illa plura non excedere, valet gratia Nau. de reſcrip. conſ. 20. huiuſmodi enim beneficij valor non neceſſario exprimendus, teſte Gomez. in reg. de valore beneficiorum, vt refert Nau. loc. cit. quando ſcilicet beneficium confertur motu proprio Sanctiſſimi Quando verò ad alterius inſtantiam omnino facienda eſt mentio prioris beneficij quantumuis minimi, vt habetur expreſſe c. Non poteſt, & c. Si motu proprio cit. Idem tamen pluribus cit. intelligit Monet. de commut. vlt. vol. c. 6. num 250. ad 263. Si velit primum retinere, aut ſi primum pacificè poſſidet, vel per eum ſtat, aut ſi ſecundum eſt incompatibile, quia ex quo primum vacabit, ceſſat ratio expreſſionis. Idem in collatione facta à legato Papæ c. ſi. de off. lega. vbi Glo. ver. mentio. Secus in collatione ordinarij in qua taciturnitas prioris beneficij non vitiat gratiam ſecundi Clem. II. & ibi Glo. de off. ord. Azor. p. 2. lib. 6. c. 10. q. 4. Felin. c. Ad aures de reſcript. num. 15. Sanchez de matr. lib. 8. diſp. 23. num. 4. Niſi ambo eſſent Dignitates in eadem, aut diuerſa Eccleſia cum reſidentia, aut Curata, Trid. ſeſſ. 7. cap. 2. & 4. & ſeſſ. 24. c. 17. de reſor.

45 Reſi-

Digitized by Google

45. Reſignatio, ſiue renunciatio beneficij facta in manibus Papæ nulla eſt, donec præſtetur conſenſus expeditioni literarum, vt in reg. 44. Cancell. Nau. de renunciat. conſ. 12.

46 Epiſcopus validè confert beneficium in eius manibus reſignatum. Nau loc. cit. Poteſt autem beneficiorum reſignationes admittere in caſibus enumeratis ſupra, ver. Epiſcopus num. 9. & quos refert Quarant. ver. Benef. reſignat.

47 Beneficium curatum ſibi procurare, illicitum eſt S. Tho. 2. 2. q. 100. ar. 5. ad 3. Silu. benef. 3. q. 13. Intellige ſi id faciat principaliter cauſa honoris, aut temporalis vtilitatis, quia tunc peccat mort. S. Ant. p. 2 tit. 3 c. 5. parag. 4. Nau. c. 23. num. 15. Secus ſi procuret, non vt habeat beneficium, ſed vt alijs prodeſſe poſſit Ang. ver. beneficium parag. 32. ſed hoc non concedit Silu. benef. 3. q. 17. quia inquit, poteſt etiam principaliter quærere beneficium ad ſuſtentationem ſui pauperis, quia non debet fame tabeſcere.

48 Filius legitimus poteſt habere beneficium in Eccleſia, in qua Pater, etiam viuente Patre, c. Ad hæc de fil. præsb. dummodo ad illas præbendas, & beneficia non promoueatur, quæ immediatè Pater habuit, c. Conſtitutus, c. Ex tua, c. Quoniam, & ſeq. eo. tit.

49 Illegitimus non poteſt habere beneficium vbi Pater habuit, aut habet, nec miniſtrare, c. Cum decorem de fil. præsb. Nec penſionem habere ſuper beneficio Patris nec quodcunq; aliud etiam diſſimile beneficium obtinere in eadem Eccleſia Trid. ſeſſ. 25. c. 15. de refor. etiam mortuo Patre Cong. Concil.

50 Cum illegitimo poteſt Epiſcopus diſpenſare ad vnum beneficium ſimplex modò non paternum c. 1. de fil. præsb. in 6.

51 Qui eſt in ſacris, ſi contrahat matrimonium, non perdit beneficium, nec qui in minoribus, ſi ſponſal à de futuro. Secus ſi matrimonium licet inualidum, modò adſit conſenſus Nau. c. 23. num. 110. Silu. benef. 3. q. 22. Et de minoribus aſſerunt etiam Couar. Epit. ad 4. p. 2 c. 6. parag. 3. num. 5. & Glo. in c. 2. ver. relinquendum, de cler. coniug. At tex. in c. Quod in te, & c. Diuerſis eo tit. dicit eſſe priuandos. De conſtituto in ſacris Couar. num. 4. alios referens, & Pan. in c. 1. cit. Azor. p. 2. lib. 7. c. 16. q. 5. affirmant amittere beneficium ipſo iure; de quo etiam dubitat Sanchez de matr. lib. 3. diſp. 2. in fine Diſpenſat Epiſcopus cum Clerico, ſi matrimonium fuit inualidum, et cum eo, qui eſt in ſacris poſt longam pœnitentiam, & laudabilem vitam, cap. ſanè. de Cler. excomug. V. Azor. p. 2. lib. 7. c. 16.

52 Dare beneficium ſimplex digno, relicto digniore, non eſt mortale Sot. de iuſt. lib. 3. q. 6. ar. 2. circa fi. Eſſe mortale docent Couar. in Reg. Peccatum p. 2. parag. 7. num. Azor. p. 2. lib 6. c. 26. q. 12. vbi notat eſſe mortale, quando occurunt duo vnus dignior, alter minus dignus, aut competitores apparent, vel facilè reperiri poſſunt. Limitat Tolet. lib. 5. c. 78. vt non ſit mortale in beneficijs patrimonialibus & in iis, quæ ipſe ex proprijs inſtituit, & modò non habeant curam animarum. V. Salon. & Arag. 2 2. q. 63. ar. 2.

53 Dans beneficium indigno non tenetur digniori, ſed Eccleſiæ damnificatæ ſecundum Nau. c. 17. num. 71 & 96. Couar. vbi ſupra. Secundum alios tenetur etiam digniori, ſic Caiet. in ſum. ver. acceptio perſonarum. & 2. 2. q. 62. ar. 2. verſ. Ad confirmationem. In foro exteriori ſufficit eligere dignum Couar. & Sot. vbi ſupra V. ver. reſtitutio c. 4. num. 5. & ver. Electio num. 10. Salon. 2. 2. q. 62. ar. 2. contr. 15. Arag. q. 63. ar. 2.

54 Beneficiati ſunt domini portionis ſibi aſſignatæ pro ſtipendio S. Tho. 2. 2. q. 185. ar. 8. Sot. lib. 10. q. 4. ar. 3. Nec tenetur reſtituere, ſi non det pauperibus Sot. ibidem Non enim tenetur lege iuſtitiæ, vt voluit Nau. de redd. Eccl. & in Apolog. poſt Pan. reper. c. Cum eſſes de teſtam. à num. 21. & in c. fi. de pecul. cler. in fi. Peccant tamen mort. ſi quod honeſtæ ſuſtentationi ſupereſt, in al os vſus, præterquam in communes vtilitates pauperum

vel Eccleſiarum egentium inſumant· Idem Nau. loco cit. Couar. vbi ſupra, & in c· Cum in officii de reſtam. & alii quos refert Azor p. 2. lib. 7. c. 8. q. 2. vbi ſupra. Plures opmiones circa quæſt. An Clericus ſit dominus fructuum beneficij; an ſit vſufructuarius tantum vide apud Azor. loco cit.

55 Inſtitutio prohibens dari beneficium Curatum meliori, ſi ſit extra familiam, iniqua eſt, nec ſeruanda Sot· lib. 3 ar. 2. vltra med· Contrarium docet Azor. p. 2. lib. 6. c. 4 q. 15.

56 Poſt ſex menſes ab obtento beneficio non legitime impeditus ſi non recitat diuinum officium, non facit fructus ſuos. Concil. Later· 1. ſeſſ. 6 parag. Statutum Si omnittat totius diei officium, omnes diei illius fructus perdit. Si matutinum, dimidium, ſi aliquam ex cæteris horis, ſextam partem, etiam habens præſtimonium. Qui autem habet penſionem, vt clericus tenetur ſub eadem pœna ad officium B. M. Reſtitutio autem fieri debet fabricæ Eccleſiæ beneficii, vel pauperibus Pius V: in Bull inc. Ex primo Later· in ordine 138. in nouo Bullar. Si fecit alia, ad quæ ex beneficio tenebatur, poteſt retinere quantum illa merentur, Arag. 2. 2. q. 82· ar. 13. Tolet. lib. 2. c. 12. dicto 2. Roder. in ſum. lib. 1. c. 146. Lopez. inſtr. p. 2. c. 95. B. Med. in ſum. lib. 1. c. 14. parag. 11. De Canonicis Henriq. lib. 13. c. 13. parag. 2. dicit quod ſi omittat, ſufficit, quod reſtituat quartam partem, ſicut Curatus quintam, reliqui beneficiarij tertiam, & cum hac limitatione dicit receptam eſſe in praxi Bullam Pij V. & eam ſic explicat B. Med. vbi ſupra. At P. Nau. lib. 2. c. 2. num. 198. dicit teneri ad reſtitutionem omnium fructuum, quia præter officium, vix eſt aliud, in quo Eccleſiæ deſeruiant. Valent. to. 3. q. 2. p. 10. parag. 8. & fusè Suar. de relig. to. 2. lib. 4. c. 3. à num. 6. Azor. p. 1. lib. 10. c. 14. q. 2. dicunt quod licet de iure naturæ aliqua tantum pars foret reſtituenda, tamen ob pœnam canonis ſtatutam, eſſe integros reſtituendos. idq; ampliat Azor ad quoſcumq; beneficiarios, B. Med. vbi ſupra docet, quod ſi beneficiarius omittat horas per octo dies, non eſt illi imponenda aliqua reſtitutio, id tamen falſum eſt: Nam in Bulla cit. dicitur, Qui vno vel pluribus diebus &c. V. Nau. c. 25. num. 122. Fructus illorum ſex menſium non eſſe reſtituendos volunt Leſſ. lib. 2. c. 34. num. 176. Azor vbi ſupra q. 3. Nau. loc. cit. num. 123. in fi: Secundum alios, quos refert, & ſequitur Suar. vbi ſupra num. 7. ſunt reſtituendi, quando obligatio ex beneficio oritur, non tamen omnes, ſi beneficiarius ad alia munera teneatur, vt ſi beneficium ſit curatum. Poteſt verò fieri reſtitutio etiam in alijs ſpiritualibus, vt ſi per alios ſex menſes officium ſuppleat recitando quotidie duplicatum officium, aut etiam integrum Roſarium, vel per miſſæ Sacrificium. Idem num. 12. & ſeq. Sed de veritate huius ſententiæ ego ſatis dubito, cum Bulla iubeat reſtitui fructus, at duplicatum officium, &c· non computatur inter fructus, &c. Reſtitutio facienda eſt ante Iudicis ſententiam Idem Suar. vbi ſupra c. 30. De diſtributionibus quotidianis, vide infra ver. Reſidentia.

57 Renunciantem beneficium in manibus Prælati poteſt pœnitere antiquam alteri detur c. In cauſis, de elect. Glo. in c. Lectæ de renunc. ver. promiſerunt Silu ver. renunc. q. 1. Niſi Prælatus acceptauerit renunciationem Nau. de renunc. conſ. 4. num. 2. Idem ſi renunciet per Procuratorem, cuius acta tenent, etiam ſi reuocatum fuerit mandatum, modò ante reuocationis intimationem renuntiauerit Silu. loco cit. c. Ex inſinuatione, & ſeq. de procur.

58 Collatio beneficij facta omnino illiterato non valet Innoc. in c. In noſtris de conſuet. Rebuff. de pacif. poſſeſſ. num 213. Hoſt. c. 2. de inſtit. Nec poteſt Epiſcopus diſpenſare, eſt enim irregularis Azor. alios referens p. 2. lib. 6. c. 6. q. 5. Habens verò aliquam litteraturam, ſi didicit quantum ſatis eſt, & collator manet in priori voluntate, reuiuiſcit collatio Nau. in c. Si

quando

quando de reſcript. except. 8. num. 6. Illiteratus eſt, qui neſcit conſtruere quæ legit Clem. I. iuncta glo. ver. reputamus, de conceſſ. præb. & qui cantare neſcit Card. in 6. Clem. Tu dic ſufficere literaturam, quam in ordinandis requirit Conc. Trid. ſeſſ. 23. c. 4. 5. 11. & ſeqq. Nau. vbi ſupra excep. 13. Niſi beneficium ſit Curatum V. Azor. fuſe tractantem toto c. 16.

59 Iudex delicti poteſt priuare beneficio. quod delinquens alibi habet c. Poſtulaſti, vbi Pan. num. 7. de for. comp. V. infra ver. Iudicium. num. 4.

60 Collatio facta excommunicato non valet, c. Poſtulaſti, de Cler. excomm. etiam ſi excommunicatus ſit minore, & ignoranter, & occultus, nec denuntiatus Pan. in c. Si celebrat de cler. exc. & com. vt docet Couar. in cap. Alma mater, de ſent exc. p. 1. parag. 7. num. 3 Azor. vbi ſupra c. 7. q. 7. Nec facta irregulari, ſuſpenſo, interdicto Nau. de temp. ord. conſ. 10.

61 Regularis beneficiatus poteſt diſponere de redditibus, vt ſæcularibus Nau. de regul. com. 2. num. 3.

62 Nullus ante 14. annum beneficium poteſt obtinere Trid. ſeſſ. 23. c. 6. ſufficit verò annus cæptus Cong. Concil.

63 Renuntians beneficium habet titulum, donec ſit admiſſa renunciatio Couar. 1. var. reſ. c. 5. num. 6. Nau. in c. Acceptam de reſt. ſpol. oppoſ. 7. num. 26.

64 Sufficit dicere Papæ valorem beneficii ſine diſtributionibus quotidianis. Neque enim hæ comprehenduntur in gratia percipiendi fructus in abſentia Couar. 3 var. reſ. c. 3, num. 1. & 2. Sufficit etiam dicere valorem beneficii deductis oneribus Gomez. de valore exprimendo, &c. q. vlt. Mandos. in reg. 21 q. 5. num. 3 Rota coram Card. Mantica deciſ. 220 num. 5.

65 Beneficiorum collatio eſt voluntariæ iuriſdictionis Pan. c. Nouit de off. leg. Couar. Nau. &c. Et id. Epiſcopus de iure poteſt, conferre beneficia exiſtens extra Diœceſim. Sed hodie per regul. 8. Cancell. Clem. VIII. Epiſcopus perſonaliter non reſidens in ſua Diœceſi non poteſt beneficia conferre V. Mandos. in reg. 27. q. 2.

66 Docens publice ſcripturam, eiuſq; ſcholares capiunt fructus beneficii Trid. ſeſſ. 5. c. 1. de ref.

67 Beneficium non perditur ipſo iure per officium Tabellionis, c. Sicut te ne Cler. vel Mon. Nec peringreſſum religionis durante probatione. c. Beneficium de regul. in 6. etiam ſi contingat profeſſionem differri Sanchez alios referens lib. 7. ſum. c. 4. num. 6.

68 Beneficiatum inſufficienter non eſſe propriè beneficiatum putat Silu. ver. Tabellio q. 3. vers. 3. Sed contrarium docent Mandos in reg. 16 q. 37. num. 4 Reginald. alios referens lib. 30. à num. 33

69 Beneficiatus tenetur intra annum ſuſcipere ordinem ad beneficium requiſitum Trid. ſeſſ. 22. ar. q. alioqui ipſo iure vacat beneficium c. Licèt canon de elect. in 6. Congreg. Concil. V. ver. Parochus num. 16.

70 Collatio beneficii, aut Eccleſiaſticæ iuriſdictionis facta non habenti primam tonſuram, eſt nulla c. 2. de inſtit. Nau. de hor. can. c. 11 num. 23. Non habet verò primam tonſuram, qui eam accipit ſine dimiſſoriis proprii Epiſ. aut ob hæretico, ſciſmatico, interdicto, ſimoniaco in ordine, vel beneficio, excommunicato, &c. Rebuff. de lit. dimiſſ. num. 13.

71 Conferens beneficium abſenti non poteſt alteri conferre, donec ille recuſet. c. Si tibi abſenti, de præben. in 6. intellige quando confert iure non proprio, ſed delegato. Nam Papa poteſt alteri conferre ante acceptationem, Pan. in c. Poſtulationem de poſtul. Præl. num. 6. & in c. Accedens de præben. num. 3. Couar. var. reſ. c. 16.

72 Beneficium non perditur ipſo iure per homicidium Innoc. in c. Clerici Ne Cler. vel Mon. Nau. de homic. conſ. 43. Pan. in c. Querelam de iureiur. num. 3. & com. vt docet Fel. in c. Inquiſitionis de accuſ. num. 3. fallit in quatuor caſibus, quos

quos vide infra ver. Irregularitas num. 3. Perditur autem per condemnationem ad perpetuos triremes, ſi beneficium requirat reſidentiam, etiam ſi in ſententia nulla fiat mentio de ipſa priuatione. Ricc. p. 2. decis. 97. quia reſidere non poteſt, cum nulla ſit ſpes reuerſionis. Io: M. de Nauar. poſt d. decis.

73 Beneficij collatio tenet, etiam ſi conferens moriatur ante adeptam poſſeſſionem; nec expirat poteſtas executorum, quia cum hæc ſit acceſſoria, ſequitur naturam ſui principalis. c. Si ſuper gratia de off. deleg. in 6. Vbi glo. ver. ſi ſuper, dicit non ſpirare auctoritatem executorum per mortem Papæ, etiam re integra. Sic etiam Pan. conſ. 34 num. 6. vol. 2. V. eundem in c. literis de reſcrip. Fol. in c. Scifcitatus, eo num. 37. & in rubr. de conſt. Nau. de off. deleg. cons. 2 & in parag. in leuitico not. 21. num. 26. & de redd. Eccl. q. 3. mon. 3. num. 7. & in man c. 17. num. 253. Silu. ver. gratia q. 1 Boer decis. 346. Idem de quacumq; gratia facta à quouis alio ſuperiore propter prauitatem rationis, docent Anchar. & Archid. in d. c. Si ſuper gratia.

80 Priuandus beneficio facit fructus ſuos dum tolleratur; ſecus ſi priuatus eſt ipſo iure Fol. in c. De quarta de præſcript. num. 36. & alij ibi cit. Alij, docent requiri ſententiam declaratoriam etiam quoad priuationem ipſo iure glo. in c. Licet Epiſcopus de præben. in 6. Niſi in lege dicatur teneri in conſcientia dimittere, vel abſolui non poſſe niſi, &c. vel eo ipſo vacare, com. vt refert Quarrant. vec. Benefic. reſign. cauſa 5. V. Reginald. lib. 3. num. 291.

81 Beneficium datum ob cauſam reſignandi nullum Silu. reſt. 3. q. 20 dicto 1 in fi. Sot l b. 9. q. 7. ar. 3. Nagar. lo. med. de reſt q. 24. in fi. Si Clericus aliàs ſit idoneus.

82 Si beneficiatus propter infirmitatē teneatur ponere Vicarium ad Epiſcopum; vel populum pertinet prouidere de alimentis ipſi Vicario, vbi beneficii redditus vtrique non ſufficiunt Pan. cons. 70. vol. 1. Quid ſi Epiſcopus, & populus præ paupertate non poſſunt huiuſmodi Vicarium alimentare? Putarem eo caſu ad matrices, ſeu viciniores Eccleſias pro eo tempore transferendam eſſe huiuſmodi parochialem iuxta Trid. ſeſſ. 21. c. 7. de reſor.

83 Empta ex fructibus beneficij nomine proprio, ſunt beneficiarii ſecus ſi nomine Eccleſiæ, aut ex bonis Eccleſiæ, fusè Azor. p. 2. lib. 7. c. 10. q. 1

84 Beneficia in Curia vacantia ſpectant ad Papam c. Præſenti de præben. in 6. & extrau. Ex debito, de elect. inter com. Si tamen ſint Curata, poteſt Epiſcopus, etiam ſi viuo Pontifice vacauerint; ſi Papa ante obitum non prouidit c. Si Apoſtol ca de præben. in 7. V. Maſſobr. in prax. concurs. requis. 1. dub. 10. à num. 32. & requis. 7 dub. 43.

Quomodo ante dicantur vacare in Curia, & qui dicantur Curiales vide glo. ad d. cap. Præſenti Mandos in reg 5 Azor p. 2. lib. 6 c. 34. & quando dicantur vacare apud Sedē Apoſtol. Maſſobr. vbi ſupra præl ud. 3. dub. 3 in fin.

85 Habens beneficium Curatum tenetur ad minus intra duos menſes à die adeptæ poſſeſſionis in manibus Epiſcopi, aut eo impedito coram generali eius Vicario publicam fidei profeſſionem facere. Prouiſi de Canonicatibus, & Dignitatibus in Eccleſijs Cathedralibus nō ſolum corā Epiſcopo ſeu eius Vicario, ſed etiam in Capitulo idē facere tenentur, alioqui non faciunt fructus ſuos, nec illis poſſeſſio ſuffragatur. Trid. ſeſſ. 24. c. 12. de reſor. V. Ricc. p. 1 decis. 220. Azor. p. 2. lib. 7 d. 2. q 4. & Bullam Pij IIII 48. in ord. Bullar. nouo.

86 Beneficia ſiue generaliter, ſiue in ſpecie reſeruata Sedi Apoſtolicæ non poſſunt per Epiſcopum, quæ autem ſint huiuſmodi beneficia vide apud Paris de reſign. lib. 2. q. 16.

87 In collatione beneficii non poteſt Epiſcopus partē prouentuum ſibi retinere c. 1. Vt Eccl benef. ſine dimin. &c. c Prohibemus de cenſib. & c. ſi quis præbendas 1. q. 3.

88 Collator ſi intra ſex menſes à die ſcientiæ vacationis non conferat collatio de-

deuoluitur ad Superiorem c. 2. de conceſſ. Præb. vbi Pan. num. 12. & Anchar. num. 13. Azor. p. 2. lib. 6. num. 26. q. 9. & ſeq.

89 Prouiſio facta à Papa nulla facta mentione decreti, cui derogandum erat, vt pote irritantis, nulla eſt. Licet enim Papa præſumatur habere omnia iura in pectore, eaque ſubici eius voluntati; Immo licet habeat notitiam alicuius decreti, ea notitia non ſufficit, niſi adſit clauſula derogatoria Rota diuers. decis. 48.

90 Excommunicatus, & ſuſpenſus ob contumaciam non poteſt percipere fructus ſui beneficij glo. in c. Paſtoralis parag. de appell. vbi Pan. num. 16. Victor de excom. num. 15. Nau. in man. c. 25. num. 124. Intellige, ſi ſit in mora petendi abſolutionem Silu. Cler. 4. q. 24. P. Nau. lib. 2. c. 2. num. 237. Si tamen exequatur officia beneficio debita, poteſt participare P. Nau. num. 236. Sed hoc intellige, niſi delictum impediat delinquentem ipſo iure miniſtrare Couar. in 4. p. 2 c. 6. parag. 8. num. 7. Suſpenſus in pœnam poteſt percipere fructus ſufficientes ad ſe, & ſuos modeſtè ſuſtentandos Nau. vbi ſupra.

91 Capellani beneficiati, non manuales, ideſt qui habent Capellanias in titulum, non tenentur in tempore infirmitatis etiam diuturniſſimæ per alium ſupplere; ni aliud cautum eſſet in fundatione: ſecus non eſſent ſufficienter prouiſi ad honeſtam ſuſtentationem iuxta Trid. ſeſſ. 21. cap. 2. de refor.

92 Nec obiicias hanc doctrinam procedere, quando Capellanus aliunde non habet, vnde viuat: Nam reſpondemus, beneficia non mutare naturam, quando dantur Clerico pauperi, vel diuiti, ſed abſolutè dari, vt Clericus, qui aſſumptus eſt in ſortem Domini, viuat de patrimonio Chriſti, Cap. Cum ſecundum, de Præb. & Dignit. Panor. cap. penult. de cler. non reſid. in Glo. vlt. Tab. de benef. 3. num. 1. circa medium, & num. 11. Fauet etiam Cap. ſignificaſti, eodem titulo.

PENSIO

V. Beneficium.

1 EST ius percipiendi fructus ex alieno beneficio Tolet. lib. 5. cap. 82.

2 Duobus modis ſolet dari, Vel ex cauſa lucratiua, vel ex cauſa oneroſa Ex cauſa lucratiua, cum vacante beneficio, vni illud confertur, & alteri penſio reſeruatur, vt ille cōmodius ſuſtentari valeat. Mandos. de ſignat. gratiæ, tit. Penſio aut conceditur. quæ clauſula operatur vt penſio cenſeatur appoſita ex cauſa alimentorum. Ex cauſa oneroſa datur penſio, vel propter extinctionem litis, vel propter reſignationem beneficij in alterius fauorem.

3 Ad hanc autem cognoſcendam, attendendum eſt, an renuncians dimiſerit poſſeſſionem beneficij reſignati, Datur verò hæc ex ſtylo, ne reſignans ex renuntiatione nimium diſpendium patiatur. Hæc autem penſio ſuccedit loco beneficij, & ideo de illa facienda mentio in impetratione beneficij. Gigas de penſion. q. 56.

4 Penſionario moriente ante diem ſolutioni præfixum, ſi fructus omnes erant percepti, debetur hæredibus integra penſio, vt ſi illi debebatur penſio in Natiuitate Domini, & tamen decedat de menſe Octobris. termini enim ſolutioni præfixi ſunt tantum cauſa commodioris ſolutionis. Si verò pars tantum erat collecta, debetur pro rata fructuum collectorum. Si verò adhuc pendebant, remanent apud Eccleſiam grauatam Caccialup. de penſion. q. 25. Gigas q. 53. quicquid dicat Nau. de redd. Eccl. q. 2. mon. 26. V. Couar. 1. var. reſ. c. 15. num. 13. Molin. de iuſt. trac. 2. diſp. 635. num. 8.

5 Penſiones titulo ſæculari conceſſæ, vt Regibus, & militibus, poſſunt redimi, vendi, & conſtitui cum pacto redimendi Sot. lib. 9. q. 7. ar. 1. & 2. Item quæ in commutationibus, & renunciationibus interueniunt, ſi eodem titulo concedantur, ar. 2. cit. Vtrumq; negat Azor. p. 2. lib. 8. c. 16.

ſibi fuerit ab Epiſcopa ſpecialiter conceſſum Sbroc. de off.Vic; lib. 2. q. 71. num. 14 & alij quos refert, & ſequitur Monet. de commut. vlt. vol. 5. num.696.

11 Excommunicatio lata in non ſoluentem penſionem tempore præfixo, non ligat, ſecundum ſtylum Curiæ, vſq; dum penſionarius declaret ligaſſe. Nau. in man. c. 23. num. 104. Toler. lib. 1. c. 9 Quod idem Nau. c. 17 num. 274. Caſſador. de penſ. deciſ. 2 Gomez. in reg. de infir. reſign. in fi. Mandos. in reg. 27. q. 7 Couar in c. Alma mater p. 1. parag. 10. num. 7. intelligunt quãdo conſenſit in penſionem per procuratorẽ: ſecus ſi per ſeipſũ: tunc enim ligatur etiam ſine declaratione.

12 Penſionarius tenetur recitare horas B.V. ſub pœna amiſſionis pro rata, vt de beneficiario dictum eſt, Bulla Pij Ex primo Lateran. Conc. Nau. de hor. can. c. 21 num. 10. Equites tamen religioſorum ordinum non tenetur ad horas canonicas, licèt percipiant annuos redditus ex comendis; & licèt non militent, ſed domi ſuæ otioſi manent: quia licèt dicti redditus ſint illis aſſignati causa militiæ, non tamen ea lege, & conditione, vt militent; dantur enim militi, quia miles eſt, non tamen, vt actu militet. Tenetur tamen ad alias preces iuxta regulæ præſcriptum Azor. p. 1. lib. 13. c. 4. q. 5

13 Alii penſionarij, vt laici, quibus penſio datur pro aliquo miniſterio temporali extra Eccleſiam exhibito: Vel eccleſiaſtici, quibus ob officium aliquod ſpirituale erga Eccleſiam, datur penſio, vt cõcionatori propter concionem, Sacriſtæ, &c. non tenẽtur ad aliquid recitandum. Toler. lib. 5. c. 82.

14 Peccat mortaliter penſionarius, qui canonicè obtinuit penſionem animo non viuendi clericaliter, non tamen tenetur ad reſtitutionem ſi recitat officium B. V. Nau. de orat. miſcell. 45. num. 6.

15 Cathedrales, quorum redditus ſummam ducatorum mille Parochiales, quæ ducata centum non excedunt, penſionibus grauare non poſſunt Trid. ſeſſ. 24. c. 13. de refor. & pro quantitate, quæ ſupereſt, ſolet imponi penſio Azor. p 2 lib. 8. c. 8. q. 5. Hæc ducata intelligẽ libera, ideſt deductis oneribus: ita vt centum abſque diminutione remaneat. Ricc. prax. Epiſ. reſol. 428. num. 1: Tenetur autem beneficiarius ad penſionem, licè poſſeſſionem non cœperit de ſtylo Curiæ; ſed id non operatur vltra duos, vel tres annos ex benignitate Rotæ, vbi iuxta fuit cauſa non adipiſcendi poſſeſſionem. Ricc vbi ſupra reſol. 429 Rotæ coram Seraph decil.66

16 Clauſula quod remaneant centum pro Rectore appoſita in penſionibus, verificanda eſt, non ſolum tempore gratiæ, ſed etiam requiritur, vt continuò duret, & ad hoc vt penſio ſuſtineatur, alioqui ex penſione detrahendum, & ſupplendum quod Rectori deeſt. Serap. decil. 951. num. 4. V Rotam coram Buratto decis. 418. & 468. Ricc. p. 3, dec. 274

17 Beneficiario non ſoluente penſionem, datur penſionatio regreſſus ad beneficium, quod per reſignationem dimiſit. Sic enim loquuntur literæ Pontificiæ, vbi penſio reſeruatur Azor. vbi ſupra c. 9. q. 4. Caſſador. & Mandos. vbi ſupra.

18 Si beneficij fructus in toto, vel in parte perirent, vt in bello, incendio, ſterilitate, &c. penſio non remittitur, quando fructus aſſignantur gratia demonſtrationis, non taxationis Felin. in c. Ad audientiam 2. de reſcrip. vers. 6. Nau. de præben. conſ. 49. Dicuntur autem fructus aſſignati gratia demonſtrationis cum dicitur ſoluendam eſſe penſionem centum aureorum ex fructibus beneficij. gratia verò taxationis, cum vnica oratione dicitur ſoluendam eſſe penſionem ex fructibus talis beneficij. De ſtylo tamen Curiæ debetur nihilominus penſio, ſed ex fructibus alterius anni Gigas de penſ. q. 62 num. 10. Azor. p. 2. num. 8 c. 13. q. 3. Nau. de præben. conſ. 49. numero. 7. aſſerentes id valdè pium, vt potè reſeruatum Clerico pro alimentis) Ego verò (ſaluo ſtylo Curiæ ſi eſt

dicerem non deberi, quando fructus pereunt, ita vt beneficiario nihil omnino remaneat vltra congruam ſui ſuſtentationem Quid enim, ſi beneficiarius aliundè non habeat vnde viuat? cogenduſne erit beneficio gratis ſeruire, & penſionem ſoluere, & mendicare? præterea ſi beneficium vix ferre poteſt annuam penſionem, ſi ſequenti anno cogitur beneficiarius ſoluere penſionem præcedentis anni ſterilis, duas cogetur penſiones, præteriti ſcilicet, & præſentis anni, & ſic integros beneficij fructus penſionario dare, quod à recta ratione, & omni æquitate videtur alienum. Qui enim altari ſeruit, de altari viuere debet, 1. ad Corint. 9. c. Ex his 12. q. 1. c. Cum ſecundum Apoſtolum, & c. Extirpandæ, de præben. quibus in locis dicitur id eſſe de iure diuino. Et in d. c. Extirpandæ condemnatur conſuetudo, qua beneficiario adeo exigua portio relinquitur, vt ex ea nequeat congruè ſuſtentari V. Conc. Trid. ſeſſ. 24. c. 13. de refor. Et certè ratio illa, quod cauſa alimentorum ſit pia, & fauorabilis, magis fauere debet beneficiario, cui potius debentur alimenta, cum ſuſtinere debeat onera beneficij, & ideo duæ cauſæ in ipſo concurrunt ſcilicet alimentorum, & ſeruitij: in penſionario autem ſola cauſa alimentorum. Fauet Barboſ. ad c. De monachis num. 3. & 5. de præb. vbi pluribus cit. & in ſpecie decis. Rotæ docet, quod Eccleſia non debet ita grauari, vt illius Rector non poſſit ex eius redditibus viuere, & iura Epiſcopalia perſoluere; de quo etiam Flamin. de reſign. lib. 6. q. 2. num. 22. & Glo. in cit. cap. De monachis. V. Pan. ibidem, & Felin in c. Ad audientiam de reſcrip. num. 17.

19 Penſio ſoluenda à Succeſſore in beneficio, non ab hæredibus defuncti, licet defunctus habuerit integros fructus totius anni, niſi ex Pontificijs literis aliud colligatur. Penſionem autem intellige, non ſolum præſentem, ſed etiam præteritam, quia eſt onus reale, Michael Nizol. alleg. 39. Nau. de ſolut. conſ. 2. Azor p. 2. lib. 8. c. 8. q. 14. Limita hoc poſtremum, vt teneatur quidem ſoluere præteritam, ſi ab eo petatur; quia penſionarius poteſt vel contra hæredes, vel contra beneficij poſſeſſorem agere attamen beneficiarius poteſt ab hæredibus ſolutam penſionem repetere Nau. conſil. cit. Gigas q. 39. num. 11. & q. 43. cum alijs ibi relatis. Conſultius tamen eſt vt penſionarius agat contra poſſeſſorem beneficij; Nam contra eum, cui literæ reſeruationis beneficij intimatæ ſunt, procedi poteſt executiue. at contra hæredes defuncti neceſſe habet iuris ordinem ſeruare. Quod ſi penſionarius debitis adhibitis diligentijs, à prædeceſſore penſionem exigere non potuit, tenetur ſucceſſor Seraph. decis. 352. V. Ricc. in ſua praxi reſol. 372. Gratian. diſcep. for. c. 94. num. 51. 52. 58. & ſeq. Rotam in vna Cæſarauguſt. penſ. coram Pamphil. Caſſador. decis. 3 & 4.

20 Vbi ſoluenda ſit penſio, Vide Gratian. vbi ſupra c. 55. num. 34. & ſeq. & c. 94. num. 6. Soluenda in auro poteſt ſolui in argento iuxta æſtimationem auri, quando aurum difficilè reperitur. Idem num. 34. cit. & c. 94. num. 65.

21 Penſio ſoluenda in feſto S. Io. Baptiſtæ, licet eo tempore nondum ſint collecti fructus, ſoluenda nihilominus Seraph. decis. 24.

22 Si penſio aliuſuè cenſus Eccleſiæ impoſitus Eccleſiam adeo grauat, vt non poſſit Eccleſiæ, ac præsbyteri neceſſitatibus ſubueniri diminui deberi, & reduci ad menſuram moderatam, & reſtrictam iuxta facultates Eccleſiæ iuxta c. 1. de conſuet. vbi dicitur tolli debere, & moderari conſuetudines Eccleſijs grauamen imponentes Pau. Rom. de penſ. c. vlt. per conſ. 369. q. 5. Lud. Rom.

23 In beneficijs ſimplicibus non ſolet imponi penſio quæ excedat dimidiam partem fructuum Quòd ſi non excedat viginti quatuor ducata nulla imponi ſolet penſio. Mandos. de ſignat grat. tit. Penſiones. Si beneficium reſignatum ſit Canonicatus, aut Dignitas, non ſolet onerari penſione, niſi excedat centum ducata & tunc non niſi pro quantitate, quæ ſupereſt.

ſolet

ſolet imponi penſio. Azor. p. 2. lib. 8. c. 8. q. 7. Vide Flamin. de reſignat. lib. 9. quæſt. 17. num. 53.

24 Non poteſt Epiſcopus, vel Archiepiſcopus ab initio vni beneficium conferre, & ſibi, vel nepoti, vel famulo, vel alteri ex eo reſeruare penſionem, quia beneficia ſunt ſine diminutione conferenda c. 1 vt Ecc. ben, &c. Barbos. ibi, & in c. Extirpandæ de præb. num. 6. & c. Prohibemus de cenſib. Azor. p. 2. lib. 6. c. 26. q. 2. vers. ſine diminutione.

25 Accipiens primam tonſuram ab alieno Epiſcopo ſine licẽtia proprij eſt ipſo iure ſuſpenſus, & penſionis incapax Azor. vbi ſupra c. 10. q. 7. & apud ipſum Gigas de penſ. q. 49. De ſuſpenſione contrarium docent Suar. de cenſuar. diſp. 31. ſect. 1. num 19. Quaranta ver. Ordo, vers. Secundo limita.

26 Inhabilis ad beneficia, vt ſunt filij, & Nepotes hæretici poſt parentum hæreſim concepti, ſunt etiam incapaces penſionis. Nau. de temp. ord. conſ. 11 num. 2. In Nou. Gigas de penſion. q. 94. num. 7. & alij relati à Sanchez in ſum. lib. 2. c. 28. num. 36.

27 Penſio redimi non poteſt ſine auctoritate Sum. Pont. Gigas q. 87. num. 5. & ſeq. Gambar. & Paulus Rom. ab eo citati.

28 Penſio reſeruata reſignanti cum clauſula (Non alias, nec alio modo) ſi beneficium illam pati non poteſt, reduci non debet, aut nulla declarari, ſed reſignanti datur regreſſus ad beneficium. Rota decis. 286 apud Farin. p. 2.

29 Solutiones metu cenſurarum factæ non conſtituunt in quaſi poſſeſſione Rota coram Seraphino decis 117. Niſi ſoluens acquieuerit compulſioni, & proteſtatus non fuerit in actu ſolutionis. Idem decis. 147.

30 Nulla eſt penſio cum detractis oneribus ordinarijs, non poteſt æqualis ſumma remanere pro Rectore Rota diuers. p. 1. decis 198.

31 Duæ penſiones obtineri non poſſunt ſub eodem tecto ſine diſpenſatione. Rebuff. de diſpens. ratione ætat. vers. Etiam ſi ſunt ſub eodem tecto.

32 Excommunicatus non eſt capax penſionis ſuper beneficio Eccleſiaſtico. Say. de cenſur. lib. 2. c. 5. num. 11. licet enim penſio beneficium non ſit, ſunt tamen fructus Eccleſiaſtici. Alter. de cenſur. to. 1. lib. 2. diſ. 6. c. 4.

33 Milites Sacrorum Ordinum penſionem habentes ſuper beneficijs Eccleſiaſticis, non tenẽtur ad Horas paruas Beatæ M. Virg. Quia tales penſiones non dantur illis vt Clericis iuxta Bullam Pij V. & c. Homob. de Priuil. Cler. ſect. 1. quæſt. 14. Azor. p. 1. lib. 10. c. 14. quæſt. 3. Suar. de Relig. to. 2. trac. 4. cap. 22. num. 6. & Alij.

IVSPATRONATVS

V. Electio.

1 IVſpatronatus eſt ius, & poteſtas præſentandi inſtituendum ad beneficium Eccleſiaſticum. Hoſt. in ſum. de iurepatr. Vel eſt ius honorificum, oneroſum, & vtile alicui competens in Eccleſia ex eius vel donatione, vel fundatione, vel conſtructione. Silu. eo tit.

2 Eſt quid ſpirituale ſecundum Sot. de iuſt. lib. 7. q. 7. ar. 1. Tolet. lib. 5. c. 90. quia vendi non poteſt ſine ſimonia. Verius tamen eſt, non eſſe ſimpliciter ſpirituale, ſed ſecundum quid, quia eſt ſpirituali annexum c. De iure eo tit. Non tamen vendi poteſt, niſi cum vniuerſitate bonorum, cum qua ius ipſum tranſit, pro quo nihil plus accipi poteſt. Sed nec illa bona principaliter emi debent ad id iuris conſequendum: nec in eorum venditione exprimendum dictum ius eſſet enim tunc ſimonia. Pan. in c. Quia Clerici, & c. Ex literis de iurep. S. Tho. 2. 2 q. 100. ar. 4. ad vlt. & ibi Arag. Emere

autem, aut vendens, licèt committat ſimoniam, non tamen incidit in excommunicationem. Nau. in man. c. 23. num. 11. Tranſit etiam cum ipſa vniuerſitate bonorum, licèt ea bona tranſeat tantum quoad vtile dominium, niſi aliter cautum ſit c. Ex literis cit.

3 Inſtituens præbendam de bonis ſuis reſeruare ſibi poteſt de conſenſu Epiſcopi Iuſpatronatum, c. Quicunque fidelium, c. Filijs & c. Monaſterium 16. q. 7. Etiam meretrix de lucro meretricio Gratian. diſcep. for. c. 201. num. 5. & ſeq. Item qui fundum dedit ad ædificandum c. Piæ mentis 16. q. 7. Pan. sub. de iurepat. & in c. Propoſuit de fil. præsb. & vol. 1. conſ. 54. Item qui Eccleſiam ædificauit. c. Nullus de iurep. & ita eſſe poſſunt tres patroni in vno beneficio, ſi vnus dotet, ſecundus det fundum, tertius ædificet. Doct. cit. Quod ſi Eccleſiam penitus collapſam, quis in totum readificet, acquirit iuſpatronatum. Rota coram Seraphino decis 555. quem ipſo iure amiſit prior patronus, etiam ſi ex priori materia readificetur, Glo. alios referens in c. Quoniam de iurepat. Azor. p. 2. lib. 6. c. 19. q. 10. intellige autem ſupradicta, modo adſit conſenſus Epiſcopi. Pan. in c. Nobis de iurepat. Si fundus eius ſit, qui primò ædificauit, ambo erunt Patroni. Viuian. de iurep. lib. 15. c. 3. num. 2. Acquirit etiam, qui auget dotem vltra medietatem valoris fructuum, vt pluries cenſuit Rota, teſte Ferentillo ad Burat. decis. 931. num. 10. Nunc tamen vt docet Monet. de commut. vlt. vol. c. 10. à num. 204. iure nouo Concil. Trid. ſeſſ. 14. c. 12. c. 32. & ſeſſ. 14. c. 12. & ſeſſ. 25. c. 9. de refor. duo tantum ſunt tituli acquirendi Iuſpatronatum. Nempe fundatio ſimul, & conſtructio, & dotatio. Quare fundans, & conſtruens non prius acquirit Iuſpatronatum, quam ipſe, vel alius de eius licentia de proprio dotet. Monet. num. 209.

4. In plures hæredes vnius, & plures patronos tranſit Iuſpatronatum per ſtirpes, non per capita. Clem. Plures eod. tit. V. Anchar. conſ. 331. Quod ſi ſuccedant alio iure, quam hæreditario, vt legati, aut donationis, vt ſi donetur familiæ, omnes de familia ſuccedunt per capita. Ricc. p. 1. decis. 218.

5 Iuſpatronatus tranſit in quoſcunque hæredes etiam extraneos, etiam fœminas; & tranſit cum re data in feudum, c. Cum ſæculum de Iurep. Non tamen tranſit ad extraneos, ſi adſint hæredes ſanguinis Alex. Trentacinq. de ſubſtit. p. 4. c. 8. num. 17. Nec in illegitimos, ſi adſint legitimi. Rota decis. 126. apud Farin. p. 1. Gratian. diſcep. for. c. 218. præcipuè in Iurepatronatus de familia, cum illegitimus non dicatur de familia, niſi legitimetur cum expreſſione qualitatis inceſtus, Ric. in ſua prax. p. 1. reſol. 185. Azor. vbi ſupra q. 15. Regulariter autem Spurius ſuccedit, & eſt capax Iuriſpatronatus, vt cum illi legatur, vel venditur vniuerſitas, in qua eſt iuſpatronatus, aut cum ab extraneo hæres inſtituitur, in cuius hæreditate eſt iuſpatronatus: aut cum ipſe de ſuo fundat, conſtituit, dotat, &c. ſic multi, quos refert Azor. vbi ſupra.

6 Non tranſit in maritum cum vniuerſitate dotis, ſed ad vxorem pertinet nominatio, & præſentatio. Pan. in c. fin. num. 8. de conceſſ. præb. Azor. vbi ſupra q. 6. relato Io. And. in d. c. fi. Non deſunt tamen alij contrarium ſentientes, inter quos Card. in Clem. 2. de iurep. Viuian. eo. tit. p. 1. lib. 3. c. 1. num. 70. Sed lib. 4. c. 7. num. 4. & 7. citato Manuca decis 141. priorem ſententiam amplectitur, & lib. 12. c. 15. num. 6. docet in caſu occurrenti vacationis dari locum præuentioni inter virum, & vxorem in præſentatione, & Gratia. diſcep. for. c. 521. num. 21. & Rota decis 10. de iurep. in nou. docent valere conſuetudinem, vt præferatur maritus.

7 Poſſunt patroni inter ſe conuenire de Rectore ab eis alternis vicibus præſentando. Clem. II. cit.

8 Præſentatus ſi non eſt malus, non poteſt ab Epiſcopo repelli. c. Monaſterium 16. q. 7. Adde Et ſi idoneus Trid.

ſeſſ.

ſeſſ. 25. c. 9. de refor. Quòd ſi repellat, & patronus laicus alium præſentet, & Epiſcopus inſtituat, tenet inſtitutio, non obſtante appellatione per patronum prius facta. Epiſcopus autem compellitur competens beneficium primo conferre, ſi maliotioſe repulit. c. Paſtoralis de iurep. Euitat autem pœnas, ſi probet illum non eſſe dignum. Glo. ibidem ver. malitiosè. V. Ricc. par. 3. decis 255.

9 Præſentatus debet exhiberi perſonaliter coram Ordinario, nec ſufficit, mittere inſtrumentum præſentationis. Niſi præſentatus ſit perſona nota, & valde qualificata Ricc. plures referens p. 1. decis 13. Viuian. vbi ſupra c. 11. Nunc tamen vſum eſſe in contrarium docet Azor. p. 2. lib. 6. c. 16. q. 6.

10 Patronus non poteſt ſe præſentare. c. Per veſtras de iurep. Nec ius præſentandi in alium transferre, quò ab illo præſentetur. quia eſſet præſentare ſe ipſum, cum procurator eius vicem gerat. Anchar in c. Conſuluit, caſu 2. num. 5. & in c. Ex inſinuatione num. 8. & in c. fi. de inſtit. vbi Pan. num. 6. & facit c. Qui per alium de reg. iur. in 6. Si Procurator conſtitutus ſit à multis patronis ad præſentandum, & vnum ex dictis conſtituentibus præſentet, modo comparuerit nomine omnium, valet actus Campanil. in diuerſor. iur. canon. rubr. 11. c. 13. num. 399. quem refert, & ſequitur Barbos. ad cit. c. Per veſtras num 3. Poteſt etiam patronus preces emittere coram Epiſcopo, vt ſibi prouideatur de beneficio. Pan. in d. c. Per veſtras. Immo poſſunt compatroni vnum ex ſe ipſis præſentare. Azor. p. 2. lib. 6. c. 21. q. 3. Barbos. ad. c Conſuluit, de iurep. relatis Vgol Alar. Anton. Lambertino, Rocco, Viuiano, & alijs. Poteſt tamen Epiſcopus conferre motu proprio. Pan. in d. c. Per veſtras Silu. ver. Iuſpatr. q. 7. Poteſt præſentare filium c. Quia Clericis, & ibi Glo. ver. filij de iurep. Pan. in d. c. Conſuluit. Hoſt. in ſum eo. tit. parag. In quibus Silu. & alij.

11 Patronus in fundatione poteſt de conſenſu Epiſcopi ſibi reſeruare penſionem in recognitionem, c. Præterea 2. de iurepat. modò præſentato remaneat ſufficiens ſtipendium. Pan. in d. c. præterea Ang. ver. Iuſpatr. parag. 23. Silu. eo. q. 3. item Pan. in c. 1. de cenſib. nor. 1. Poteſt verò patronus vendere huiuſmodi penſionem, titulo apud ipſum remanente, ſecundum eoſdem, & Anch. in d. c. Præterea.

12 Iuſpatronatus inſtitutus cum clauſula, vt detur Sacerdoti, dari non poteſt, non habenti ætatem ad Sacerdotium requiſitam, alias nominatio, & collatio eſt nulla. Rota coram Seraph. decis. 1328. Nau. de præben. cons 5. 7. & 8. Roder. in ſum. lib. 1. c. 30. conc. 1. per c. Si cui de præben. in 6. & fauet Trid. ſeſſ. 25. c. 5. de refor. V. Anchar. in c. Si pro Clericis de præben. in 6. Quod ſi inſtituens requirat Sacerdotem de familia, & non reperiatur, poteſt nominari Clericus. Nau. c. 5. cit. Poteſt etiam Epiſcopus cum conſenſu fundatoris, aut eius hæredis inſtituere nominatum, licet non habeat omnia requiſita, pro illa vice tantum, Fel. in c. Cum acceſſiſſent de conſtit. à num. 28. & clariſſimè Pan. vbi num. 5. dicit beneficium conferendum præsbytero poſſe de conſenſu patroni dari non præsbytero. idem Sapp. ad d num. 5. Nau. de orat. c. 3. num. 73. Item poteſt pro magna vtilitate Eccleſiæ, etiam renuente patrono. Pan. loco cit. Congregatio tamen Concilij declarauit etiam de conſenſu patroni derogari non poſſe qualitatibus in fundationem requiſitis: & per Conc. Trid. ſublatam eſſe facultatem, de qua Doct. in d. c. Cum acceſſiſſent. V. Monet. de commut. vlt. vol. 2 c. 20. à num. 348. Si tamen hic patronus eſſet ipſe fundator, non vero hæres, veram putarem Pan. & Felin. ſententiam: quia ſicut in limine fundationis poterat eas conditiones non apponere: ſic poteſt eaſdem tollere, ſi tamen non fiet in præiudicium Eccleſiæ. Vide tamen Maſſobrium in praxi concurſus prælud. 6. dub. 9. Licet fundator Iuriſpatronatus in ipſa fundatione dixerit, quod ad ipſum beneficium præſententur præsbyteri, non erit tamen bene-

ficium

ficium ſacerdotale, ſi ex obſeruantia ſubſecuta, aliquando, & ſæpe admiſſi fuerunt ſimplices Clerici. Sic deciſum in Rota in vna Panpilonen. benef. 12. Febr. 1591. coram Mantica teſtator Gonzal. ad regul. 8. Cancell. glo. 5. num 85. & ſeqq. Licet enim nomine præsbyteri propriè veniāt Sacerdotes, id tamen etiam alijs Clericis conuenire colligitur ex. c. Veſtra de cohab. Cler. & mul. Obſeruantia enim eſt optima cuiuslibet diſpenſationis interpres. Idem dicendum, ſi in fundatione dictum ſit quod præſentetur Sacerdos, ſi poſtea ex obſeruantia ſubſecuta præſentati ſunt minores Clerici, quia & in his intrat præſcriptio. Sic Moneta de commut. vol. vlt. c. 10. num. 142. Viuian. de iurep. lib. 6. c. 16. caſu. 2.

13 Poteſt in alium transferri donatione, venditione, permutatione, & teſtamento; ſed requiritur Epiſcopi conſenſus c. Quod autem, c. Illud. & c. fin de Iurep. & poteſt transferri in laicum, aut etiam Clericum, quando huic non donatur cauſa Eccleſiæ, ſed ſuiipſius Azor. plurib. cit. par 2. lib. 6. c. 20. q. 4. & ſeqq. Non ſufficit verò licentia Vicarij, niſi habeat ſpeciale mandatum. Rota decis 311. apud Farin. p. 1. Quod ſi donatio fiat alteri Compatrono, non requiritur conſenſus Epiſcopi, c. Ex inſinuatione de iurep. vbi glo. ver. liberaliter. Nec quando transfertur ex teſtamento, ſiue per viam legati in aliam Eccleſiam, aut locum pium Monet. vbi ſupra c. 11. num 214.

14 Patrono laico non præſentante intra quatuor menſes, Epiſcopus per ſeipſum prouidere poteſt: Eccleſiaſtico dantur ſex menſes. c. Si verò. c. Eam te decet, & c. Cum propter de iurep. in aut. & c. vn. eo in 6. Non currit autem dictum tempus niſi à die ſcitæ vacationis. Rota coram Seraph. decis. 380. num. 1. Nec iuſte impedito c. Quia diuerſitatē de conceſſ. præb. Nec orta lite inter patronum, & Epiſcopum, qui prætendens Eccleſiam eſſe liberam, mandat patronis, ne præſentent. Lambert. de iurep. lib. 2. p. 2. q. 1. ar. 1. 12. Nec patronis litigantibus ſuper facta præſentatione quod non fuerit ſeruatus modus, & c. Card. in Clem. Plures parag vlt. num. 1. de iurep. Poſſunt verò patroni in limine fundationis cum Epiſcopi conſenſu prorogare; vel abbreuiare tempus a iure ſtatutum ad præſentandum. Viua. de iurep lib. 7. c. 3. num. 8. Poteſt etiam Epiſcopus per ſe ipſum prouidere ſi patroni non concordant in præſentando cap. Quoniam de iurep. Pan. in c. Cum autem eo tit. Aut litigant ſuper Iurepatronatus, & infra quatuor menſes, ſi fuerit laicum, aut ſex, ſi fuerit Eccleſiaſticum, à die vacationis, non fuerit controuerſia terminata, c. Cum te, & c. Cum propter de iurep. Ideo verò laico dantur quatuor menſes, & Eccleſiaſtico ſex, quia hic facta nominatione variare non poteſt, ille verò ſic, c. Paſtoralis iuncta glo. ver. robur. & c. Cum autem de iurep. Notat autem, & rectè, Anchar. in d. c. Poſtulaſti num. 3. non poſſe dici variationem ſed accumulationem, quia poteſt ſecundum accumulare primo, vt Epiſcopus alterum inſtituat. Poteſt autem Epiſcopus prorogare dictum terminum Ricc. in ſua prax. p. 1. reſol. 195. & inſtituere præſentatum in tempore, etiam poſt ſex menſes & c. quia Epiſcopo nullum eſt à iure præſcriptum tēpus, intra quod inſtituere debet ſed tantū rationis ad patrones Azor. p. 2. lib. 6. c. 22. q. 13 & c. 25 q. 11 Viuianus de iurep. lib. 7 c. 5. num. 9. & lib. 12. c. 6. vbi cum Pan in c. Cauſam quæ num 6. de elect. & Rota decis. 4. de ſuppl. negl. Præl. docet quod vbi quis debet conferre, vel inſtituere ex iure ad ſe deuoluto ex negligentia patroni, aut debentis inſtituere habet ſemeſtre ad conferendum à die notitiæ deuolutionis. Et certe opinio Azorij non videtur vera per text. in d. c. Cum propter, vbi dicitur, quod contendentibus patronis ſuper iure patronatus, ſi intra debitum tempus non fuerit diffinitum, Epiſcopus Eccleſiam de perſona idonea non differat ordinare. Pan. tamen in c. 2 de conceſſ præb. num. 12. citat Rotam deciſ. 210 tenentem reſpectu inſtitutionis nullum eſſe tempus à iure limitatum, ſicut in collatione ideo in caſu negligentiæ Epiſcopi recurrendum eſſe ad ſuperiorem. idem docet

in

Digitized by Google

in c. Paſtoralis num. 8 de iurep. & Viuia. c. 6. cit.

15 Si laicus habet iuſpatronatus cum eccleſia, habet ſex menſes ad præſentandum Vgol. de pot. Ep. c. 51. num. 5. glo. fi. in c. vni de iurep. in 6. vbi Anchar. num. 5. in fi. Quoad derogationem autem cenſetur laicum, ita vt in dubio non cenſeatur Papa velle ei derogare, neque illud comprahendere ſub quibuſuis reſeruationibus, niſi id exprimat Monet. de commut. vlt. vol. c. 10. num. 284. & ſeq. & num. 395. & ſeq.

16 Præſentatus à Clerico acquirit ius ad rem fixam, & irreuocabile, cum Clericus variare non poſſit, niſi fundauerit ex patrimonio, vt infra num. 5. q. Secus ſi à laico, qui variare poteſt Gomez. alios referens. q. 1. in reg. De iure alt. quæs. non toll.

17 Fundatum à Clerico ex patrimonio cenſetur laicale glo. in c. Clem. Plures ver. præſentare de. iurep. Pan. in c. Eam te, c. Cum autem. & c. Cum dilectus eo. tit.

18 Patronus in fundatione, poteſt de conſenſu Epiſcopi, aut eius Vicarij Epiſcopo extra Prouinciã abſente c. Ex frequentibus de inſtit. conditiones apponere, etiam contra ius, quæ omnino ſeruandæ ſunt. Monet. de commut. vlt. vol. c. 11. num. 274. Nau. de iurep. concil. 7. c. Cum dilectus iuncta gol. ver. conſtitutum de conſuet. Maſſobr. prax. concurs. prælud. 7. dub. 8. citato Lambert. modo tamen non ſint contra iura, in quibus non licet Epiſcopus diſpenſare, vt quod poſſit præſentare Rectorem in Eccleſia Collegiata Azor. p. 2. lib. 6. c. 24. q. 1. & 5. Nec alius à Pontifice poteſt eas tollere, Clem. Quia contingit de relig. dom. quòd tamen facere non præſumitur, niſi expreſſe caueat q. 1. cit. Si tamen patronus conſentiat, poteſt Epiſcopus. Monet vbi ſupra num. 188. & ſeqq. Niſi illæ conditiones eſſent viles, quia tunc etiam cum patroni conſenſu nequit Epiſcopus ſine cauſa derogare. Idem num. 160. & latius num 204. & ſeqq. Derogatur autem conſuetudine contraria per 40. annos ſine titulo: cum titulo autem 3, quia fuit diſpenſatum, aut aliter ſufficiunt viginti inter abſentes Nau. de iuriſp. cons. 1.

19 Iuſpatronatus laicale donatum Eccleſiæ efficitur Eccleſiaſticum Pan. in c. De Monachis num. 14. de præben. Rota coram Seraph. decis. 1420. & in alia Valent. benef. coram Orano. Limitat niſi trã ſferantur cum conditione vt retineat naturam laicalis iuriſpatr. Maſſob. vbi ſupra requis 8. dub. 1. in fi. Idem ſi patronus ex fundatione efficiatur religioſus Lambert. de iurepatr. lib. 2. p. 2. q. 1. art. 11. num. 12. Limitat tunc Garz. de benef. p. 5. c. 1. num. 559. ac ſuitam Epiſcopus Monach. iuspatron. iure ſanguinis defertur in poſteros, & illi adſunt.

20 Patrono egenti danda alimenta ab Eccleſia patronata c. Quicumque c. 16. q. 7. & c. Nobis de iurep. Intellige quando ſupereſt Eccleſiæ. Nam primo ſubueniendum eſt ſeruitoribus, & cultui diuino, & pro reparatione Eccleſiæ Pan. in d. Nobis num. 6. Rota plurimos referens decis. 454. apud Farin. p. 1.

21 Per patroni præſentationem in tempore factam acquiritur ius ad beneficium, quod cenſetur præſeruatum per clauſulam, Dummodo tempore datæ præſentium non ſit alteri ius quæſitum Pan in c. Bertoldus num. 9. de re iud. Rota de præben. decis. 17. in nou & decis. 1238. coram Seraph. V. decis. 1153. 1274. & 1498. coram eodem Suſpendit enim gratiam dicta clauſula quare ſi tempore datæ vel gratiæ conceſſæ aliquis habeat ius in re, vel ad rem, gratia huiuſmodi eſt reſoluta, ac ſi non fuiſſet conceſſa: Si enim de eo conſtet, gratia pro non facta habetur, Rota decis. 1484. coram eodem. Habetur autem hæc clauſula ſemper pro appoſita. Vnde hæc conditio tacita, & ſub intellecta impedit ortum & ſuſpendit Mandos. in reg. 17. q. 1.

22 Iuris autem quæſiti appellatione venit non ſolum ius in re, ſed etiam ius ad rem, & quodcunq; ius ſuper quibuſcunq; & quomodocunq; & quacunq; occaſione verè, & certitudinaliter quæſitum Mandos. vbi

vt ſupra, & ius quæſitum poſt ſpem firmam à præterito originem habentem. Idē q. 3. num. 3. æquiparatur enim effectui de de præſenti Idem q. 9. num. 6. Niſi ſit quæſitum per expectatiuam; quia expectanti, qui ſolum acceptauit, non præiudicatur cōſiderabiliter, cum illi maneat ius vtendi ſua gratia in alia vacatione Monet. de commut. vlt. vol. c. 10. num. 465. Sed contrarium docet Gomez. in reg de iur. alt. quæſ. &c. q. 1. verſ. Tertio modo in fi. ſi ius eſt quæſitum per acceptationem vigore gratiæ expectatiuæ.

23 Huic iuri licet Papa derogare poſſit, ipſumq; tollere cum in beneficialibus plenariam habeat poteſtatem Clem. I. Vt lite pendente: & c. 2. de præb. in 6. non tamen vbi alicui competit ex collatione etiam abſenti facta, iuxta c. Si tibi abſenti, de præben. in 6. Vel ex electione, aut præſentatione, etiam ante acceptationem Rebuff. prax. benef. De iur. alt. quæſi, &c. glo. 6. num. 37. & ſeq. Gomez. ibidem q. 1 verſ. ſecundus modus. Acquiritur etiam per præſentationem factā à patrono coram Ordinario, ipſi præſentato ius ad rem conſiderabile, cui non cenſetur derogatum, niſi cum expreſſa derogatione regulæ: Sicut etiam acquiritur per deductionem iuris ad rem validi in iudicium ante gratiam ab alio obtentam Rota decis. 253. apud Farin. p. 2. & decis. 7. de iurep. apud Creſcent. V. Gratian. diſcep. for. to. 3. c. 458. Rotam diuerſ. p. 1. lib. 3. decis. 492. & to. 4. c. 614. num. 16. Quomodo autem intelligendum ſit, Papam habere plenitudinem poteſtatis, & eſſe dominum in beneficialibus, vide Monet. de commut. vlt. vol c. 5. num. 99.

24 Immò numquam intendit Papa derogare iuri alteri quæſitum, quibuſcumq; vtatur verbis, & clauſulis, etiam ſi addat, Ex certa ſcientia, motu proprio, & de plenitudine poteſtatis; non enim id poteſt facere ſine peccato Rebuf glo 6. cir. Mandos. vbi ſupra q. 8. Limitat tamen primò Niſi Papa expreſsè deroget huic regulæ De iure alt. quæſi. &c. quæ habet locum in iure quomodolibet quæſito, etiam ex priuilegio. Et dicto (quomodo libet) includit etiā ius minimum. Rota decis. 1082. coram Seraph. Limitat Secundo Niſi gratia ſit natura ſua præiudicialis, vt ſunt exemptiones, & ſimilia; tunc enim non requiritur expreſſa derogatio; quia ſublato præiudicio ceſſaret gratia Rota decis. 174. apud Farin. p. 1

25 Præſentatus in tempore præferendus eſt prouiſo Apoſtolico. Vnde ſi ante prouiſionem, cum qua concurrit data inſtitutionis, inſtitutus fuiſſet per diem ante præſentatus à patronis, per talem præſentationem fuit ei tale ius quæſitum ad rem, vt præferri debeat prouiſo Apoſtolico, licet in gratia adeſſet derogatio in totum iurispatronatus: quia cum huiuſmodi gratia ſit poſt præſentationem patronorum, nihil operatur Rota coram Seraph. decis. 1263. Vide decis. 574. par. 1. diuerſ. Maſſobr. in ſua Praxi concurſus, prælud. 7. dub. 2. Ampliat Selua de benef. p. 3. q. 11. num. 90. Etiam ſi adſit clauſula Anreferri, &c. quia hæc non præiudicat habentibus ius ad rem per electionem, aut præſentationem. Hi enim præferuntur prouiſis a Papa Monet. vbi ſupra num. 457. & ſeqq. Ricc. in ſua praxi p. 1. reſol. 177. De hac clauſula Anteferri. vide Felin in cap. Capitulum de reſcript. num. 6.

26 Vbi poſt Concilium Trid. Ordinarius cauſa cognita approbauit Iuſpatronatum, non tenetur patronus amplius docere de titulo Riccius vbi ſupra decis. 21. & Cong. Concilij apud Gonzales glo. 18 num. 26 quam ad verbum refert. Maſſobr. prax. concurſ. requiſ. 1. dub. 26. num. 12.

27 Si Papa conferat beneficium Iuriſpatronatus Eccleſiaſtici nulla illius facta mentione, tenet collatio, modò patronus non præſentauerit: tunc enim ad collationis validitatem requiritur ſpecialis derogatio ipſius præſentationis Selua vbi ſupra. Si verò Iuſpatronatus ſit laici, licet nondum præſentauerit, literæ Papæ non nocent. Felin. in c. Cauſam quæ. de reſcrip. num. 26. relato Ægidio concluſ. 168. Nam iuripatronatus laicorum, aut etiam mixto, numquam præiudicat Papa, niſi id fuerit verbis expreſſum Felin. tract. Quando lit.

Apoſt.

Digitized by Google

Ap. noc. patr. Eccl. initio, & num. 6. & ſeqq. Pan. de off. lega c. Cum dilectus num. 4. Mantic. decis. 292. V. c. Cum dilectus, & ibi Glo. de iurep. Quarant. de benef. permut. Niſi cum clauſula motus. proprij ſimul addatur Non obſtantibus quibuſcunq; per quæ gratia noſtra poſſet quomodolibet impediri, vel diffetti Monet. vbi ſupra c. 10. num. 173. Felin. in c. Ad aures num. 8. de reſcrip. & in d. trac. quando literæ Ap. &c. ampl. 2. V. Maſſubr. in Prax. concurſus prælud. 7. dub. 2.

28 Literarum Apoſtolicarum executio impediti poteſt per alterius poſſeſſionem, quando impediens eſt legitimus contradictor: vt quando clarum non eſt, beneficium eſſe Papæ reſeruatum; & alius eſt à Patrono, vel Epiſcopo prouiſus, & poſſidet. Rota decis. 523. apud Farin. p. 2. Impediri etiam poteſt, donec iuſtificentur in eis narrata, cum alias cenſeantur ſub reptitiæ Rota apud eundem decis. 251. Non enim danda executio, niſi literis iuſtificatis decis. 57. & 605. ibidem, & quoties adeſt legitima cauſa c. Si quando, de reſcrip. vbi Felin. num. 2.

29 Inſtitutus permutare non poteſt ſine conſenſu patroni, qui cogi poteſt ad conſentiendum, & illo prorſus recuſante, approbari poteſt permutatio per Superiorem Rebuff. prax. ben. tit. de permut. num. 12. & ſeq. & de ſignat. p. 3. num. 40. & trib. ſeq. vbi quod audiendus eſt patronus, & recuſationis cauſa examinanda. Sed num. 40. docet ex generali Eccleſiæ conſuetudine, omnes ferè Epiſcopos huiuſmodi permutationes expedire inconſultis patronis precipuè cum ea permutatio eſt Eccleſiæ neceſſaria Mandos. in reg. 32. q. 9. num. 4.

30 Non poteſt Epiſcopus Eccleſiam patronatã in Collegiatã erigere ſine conſenſu patroni, Glo. in c. Nobis, de iurep. ver. in capella; quia ſic patronus amitteret ius nominandi; cum in Eccleſia Collegiata Præfectum nominare non poſſit. Pan. in c. Suggeſtum num. 2. de iurep. Azor. p. 2. lib. 6. c. 22. q. 11. Intellige niſi Froponus ſit abſẽs, aut cõtradixerit, aut cõſenſerit reſeruato iure ſuo, glo. in c. nobis, & ibi Pan in fi. de iurep.

31 Nulla eſt Epiſcopi inſtitutio, etiam ſi præſentatio facta ſit, à ſedis Ap. Nuntijs, niſi præſentatus fuerit prius ab Ordinario examinatus, & idoneus repertus. Niſi præſentatus ſit, vel nominatus ab Vniuerſitate, ſeu collegio generalium ſtudiorum Conc. Trid. ſeſſ. 7. c. 13. de refor. etiam ſi beneficium ſit ſimplex Cong. Conc. Et ſatis patet ex textu, qui generaliter loquitur Ad quæ vis beneficia.

32 Inſtitutus ex vi fundationis obligatus in certo loco, vel altari celebrare, ſi legiumè impediatur, debet id alibi præſtare, ne fundator debitis ſuffragijs fraudetur. Azor. vbi ſupra c. 23. q. 7.

33 Vbi ſunt plures patroni, debet præſentatus niti maiori patronorum ſuffragio c. Quoniam de iurep. Quod Io. And. quem ſequitur Pan. ibi num. 13 & Anchar. num. 8. ita intelligit, vt ſi conueniant patroni vt Collegium, non vt ſinguli, requiratur maior pars. Si verò vt ſinguli, ſufficiat maior pars reſpectu aliarum partium; vt ſi ſunt quatuor patroni, duo nominent Ioannem. tertius Petrum. quartus Franciſcum, Ioannes eſt inſtituendus Azor. vbi ſupra c. 20. q. 20.

34 Renunciari non poteſt in alterius fauorem citra patroni conſenſum; renunciatio tamen tenet, ſed venit irritanda, ſi patronus contradixerit intra id tempus, quo Clericum nominare poteſt Azor. p. 2. lib. 7. c. 25. q. 4. citato Lambert. lib. 3. q. 5. principali ar. 2. num. 2. V. eundem Azor. c. 23. q. 11. lib. 6.

35 Poteſt penſione grauari inſcio patrono, cum iuri ſuo nihil propterea derogetur. Gigas de penſ. q. 24. Rebuff. de ſignat. p. 3. num. 28. Quod ſi poſtea patronus alimentis indigeat, & patrono, ac penſionario ſatisfieri non poſſit, patrono prius ſubueniendum. Azor. p. 2. lib. 8. c. 8. q. 11.

36 Poteſt Vicarius generalis inſtituere præſentatum, Glo. in c. Ex frequentibus ver. officialiũ, de inſtit. vbi Pan. num. 5. Anchar. nũ. 5. Azor. lib. 6. c. 22. q. 3. Sbrozz. de off. Vic. lib. 2. q. 11. Itẽ Capitulũ ſed. vac. c. Cũ olim. de mai. & obed. c. 1, de inſtit. in 6. Glo. in c. fi.

ver non poſſunt de off. Vicar. eo. lib. & in c. Cum in illis, ver. noſcatur de præben. eo. lib. Azor. p. 2. lib. 3. c. 38. q. 2. & lib. 6. c. 25. 38. q. 13. Intellige niſi habeat mandatum limitatum Cong. Concil apud Garziam de beneſi. p. 5. c 8 num. 83. & ſeqq

37 Epiſcopus inſtituere aliquem non poteſt ſine conſenſu patroni alias irrita eſt inſtitutio, c Decernimus 16. q. 7. Pan. in c. Illud de iurep. Azor. p. 2. lib 6. c. 2. q 1. Nec officit d. c. Illud, vbi dicitur inſtitutionem eſſe irritandam; quia idem eſt ac irritam declarandam. Vel eſt irritanda quoad factum, ſicut Epiſcopus de facto proceſſit Pan. loco cit num. 2. & apud ipſum Io. And. in c 2. de off Vic. in 6. Intellige autem niſi patronus ſit negligens, aut præſentauerit indignum. quo caſu ſi patronus ſcienter præſentauerit indignum, priuatus eſt ipſo iure pro ea vice poteſtate præſentandi. Si ignoranter, laicus poteſt intra quatuor menſes alterum præſentare, cum ipſe variare poſſit. Non ſic patronus Eccleſiaſticus Anchar. in c. Cum vos, de off. ord. & ibi Pan. alios referens num. 2. Azor. vbi ſupra q. 6.

38 Pluribus à patronis præſentatis tenetur Epiſcopus digniorem inſtituere Ricc. in ſua praxi to. 1. reſol. 206. vbi alios refert addens num. 3. ex multorum ſententia peccare mort. Epiſcopum inſtituentem minus dignum, non tamen teneri ad reſtitutionem, niſi beneficium deberetur digniori ex aliquo ſtatuto, vel lege reperto in concurſu: Glo tamen in c. 3. de iurep. docet illum eſſe inſtituendum, qui maiori patronorum ſuffragio nititur, ſi dignus ſit. Si tamen plures æquè idonei ab examinatoribus pronuntientur, locus erit gratificationi, ſi præſentatio fiat à laicis: Secus ſi ab Eccleſiaſticis, tunc enim primus præferendus c. Cum autem de iurep. V. Conc. Trid. ſeſſ. 24. c. 18. de refor.

39 Epiſcopus inſtituere non poteſt præſentatum abſq, affixione edictorum, alias inſtitutio nulla eſt ipſo iure, vt pluribus cit. præcipuè Rota Rom. docet Ricc. reſol. 143. ſicut nullam eſſe factam intra terminum edicti docet reſol. 144.

40 Patronus laicus poteſt quotcunq; præſentare Epiſcopo, ſiue ſimul, ſiue ſucceſſiuè, vt vnum ex eis eligat Epiſcopus. Clem. Plures iuncta Glo. ver. præſentare, de iurepatr.

41 Quoties Iuſpatronatus tranſit in monaſterium, Solus Superior præſentare non poteſt, niſi hoc habeat ex priuilegio aut conſuetudine præſcripta, ſed id ſpectat ad totum Collegium, c. Nouit, c. Quanto, & clarius c. Ea noſcitur, de his, quæ fiunt à Præl. alias præſentatio eſt irrita d. c. Nouit.

42 Pupillus ſeptennio maior præſentare poteſt ſine auctoritate Tutoris aut Curatoris Io. Aud. Anchar & alij, quos refert, & ſequitur Rochus de iurepatr. ver. competens q. 2. Pan. in c. Cum dilecta in fi. de conceſſ. præb.

43 Legatus de latere patronatam Eccleſiam concedere non poteſt, ſi patronus eſt laicus, aut clericus ratione patrimonij, c. Cum dilectus de iurepatr. aut cum eſt commune laico cum Clerico. Azor. p. 2. lib. 5. c. 28 q. 2.

44 Iuſpatronatus confiſcari non poteſt, nec tranſit in fiſcum, ſed Eccleſia libertatem conſequitur Rota decis. 53. num. 5. apud Farin. p. 1. Monet. de commut. vlt. vol. c. 11. num. 164 Niſi patronus delinquens haberet compatronos: tunc enim ius præſentandi apud illos remaneret Sanchez in ſum. lib. 2. c. 19. num. 13. Alij tamen, quos refert, & ſequitur Surd de alimen tit. 9. q. 22 num. 28 Pan. in c. Cū laici num. 3 & c. Nobis num. 3. de iurep. docēt tranſire cum vniuerſitate bonorum, ſi tamen eius ſit naturæ, vt tranſire poſſit in extraneos, vt docet Sāchez vbi ſupra num. 10. vbi num. 5. plures refert in contrarium, & Monet num. 165. id etiam intelligit, quando Iuſpatronatus eſt hæreditarium, & tranſitorium in extraneos, & vltimus poſſeſſor ſine hærede legitimo, aut honorario, id eſt bonorū poſſeſſore vſq; ad decimum gradum; vel ſine vxore inteſtatus decedit. V. Imol. in Clem. Plures à num. 70. de iurep. Felin. in c Quanto de iudic. num 3. Azor. p. 2. lib. 6. c. 20 q. 14.

45 Præſcribi poteſt aduerſus patronum priuatum ſpatio decem annorum inter præ-

ſentes,

ſentes, viginti inter abſentes cum titulo, & triginta ſine titulo. Mol. de iuſt. trac. 2. diſp. 70. Verum Couar. in reg. Poſſeſſor p. 2. parag 10. num. 8. cenſet omnino requiri quadraginta annorum quaſi poſſeſſionem abſq; titulo. Contra Eccleſiam liberam laicus non præſcribit, cum ſit incapax: niſi ex priuilegio, aut iuris communis titulo Molin. diſp. 75. Excipit Couar. num. 2. cum alijs quando non eſſet omnino certum Eccleſiam fuiſſe liberam, & præſcribentes ſunt parochiani.

DECIMAE OBLATIONES. PRIMITIAE.

V. Præſcriptio.

1 Decima eſt omnium bonorum mobilium licitè acquiſitorum pars decima Deo data, conſtitutione diuina Deo debita Hoſt. in ſum. de de decim. Et eſt triplex, perſonalis, prædialis, mixta ex vtraq. Silu. ver. decima. Perſonalis eſt, quæ prouenit ex lucro induſtriæ. Prædialis, quæ debetur ex ijs, quæ naſcuntur, vel quaſi naſcuntur ex prædijs, vt ſunt fructus agrorum, domorum, molendinorum, piſtrinorum. Mixta, quæ debetur ex ijs, quæ partim ex prædijs, partim ex induſtria hominum prouenit, vt ex animalibus, & eorum fœtu, lana, &c. De decimis P. Moneta in ſuo trac. de decim. Reginald. lib. 19. c. 3. ſect. 3. Suar. de relig. trac. 2. lib. 1. c. 9. & ſeqq. Leſſ. de iuſt. lib. 2. c. 39. dub. 1. & 2. S. Tho. 2. 2. q. 87. Sot. de iuſt. lib. 9. q. 4. Silu. & Summiſtæ ver. Decima. Panor. & Canon. in tit. de decim. & alij plures.

2 Oblatio idem eſt, quod decima. differt tamen, quod decima offertur miniſtris Eccleſiæ: oblatio verò immediatè ipſi Deo

3 Primitia eſt prima pars fructuum, vel frugum Deo offerenda Silu. vbi ſupra.

4 Decimas non debet Clericus ex fructibus Eccleſiæ, c. Nouum genus, & ibi Pan. de decim S. Tho. vbi ſupra ar. 4. Hoſt. in ſum. de decim. Sot. vbi ſupra ar. 4. Nec de patrimonio, ſi ſeruit illi Eccleſiæ, Silu. ver. Decima q. 13. Ang eo. parag 7. Contraria eſt com. Hoſt. Pan. S. Tho. Sot. loc. cit Azor. p. 1. lib 7. c. 35. q. 5. Nec agricola de eo, quod perit ſine culpa graui Sotus vbi ſupra ar. 8. ad 2.

5 Decimæ perſonales nullibi ferè ſunt in vſu. vbi verò viget conſuetudo, ſoluendæ deductis impenſis, iuxta c. Paſtoralis de decim. Nau. c. 21. num. 31. Et debentur Eccleſiæ, vbi recipit ſacramenta c. Ad Apoſtolicæ, de decim.

6 Decimæ non debentur, vbi non eſt mos. Hoſt. eo. tit. parag. Cui danda Nau. vbi ſupra. Colonus prædij regularium, qui ex priuilegio exempti ſunt à decimis, ſi priuilegium ſit perſonale quia perſonæ ſunt exemptæ, vt non teneatur ad decimas, nunc colonus tenetur pro parte, ſecus ſi priuilegium ſit reale, quia agri, & prædia à decima eximuntur, ideo eorum conductor ad decimam non tenetur. Azor. p. 1. lib. 7. c. 26. q. 7. per Glo. in Clem. 1. de decim. ver. Excclendas, & Anchar. Imol. & Cardin. ibidem Pan in c. Ex parte 1. num. 4. de decim. quia fructus capiuntur ex terra priuilegiata.

7 Non obſtante Conc. Trid. ſeſſ. 23. de ref c. 12. poteſt abſolui, qui iuſtè impeditus non ſoluit decimas Nau. vbi ſupra, & de decim. conſ. 2. ſed cum Trid. non excommunicet ipſo facto; ideo intelligendus eſt Nau. poſt latam excommunicationem.

8 Si res aliqua ferat duplices aut triplices fructus, ex omnibus ſoluendæ decimæ Azor. vbi ſupra q. 22.

9 Si prædia, quæ prius ſoluebant decimas, donentur Eccleſiæ, ex eaque donatione propria Eccleſia magnum damnum recipiat, tranſeunt cum onere cap. ſuggeſtum de decim. Caiet. & Arag. 2. 2. q. 87. ar. 4. Regulares de bonis emptis non tenentur ad decimas Congreg. Conc.

10 In decimis prædialibus non deducuntur impenſæ, neq; ſementis c ex parte, & ſeq. c Tua nobis, & c. Paſtoralis de decim.

11 Decimæ prædiales an debeantur

ſacramentali, aut prædiali, attenditur conſuetudo Rota dec. 279 apud Farin. P. 2. c. cum contingat, & c. cum in tua de decimis. De iure tamen, com. debentur Eccleſiæ parochiali c. fi. de paroch. in 6. & d. c. Cum in tua. Excipe Colonum, qui tenetur ſoluere Eccleſiæ vbi ſunt prædia, non Eccleſiæ ſui domicilij Anchar. in c. Cum ſit homines, de decimis; ſed hic textus dicit, Etiã in hoc caſu ſeruandam eſſe conſuetudinem legitimè tamen præſcriptam, vt docet ibi glo:

12 Decimæ ex fructibus animalium debentur propræ parochiæ, ſi in ea commorentur, & paſcant. Si verò alibi paſcantur, illi parochiæ debentur pro rata temporis, quo ibi paſcuntur Suar. vbi ſupra c. 21. num. 8.

13 Decimæ Papales ſoluendæ etiam ex fructibus prædiorum, quæ ſunt in alia Diœceſi, cui non ſunt impoſitæ, quia non eſt onus prædialæ, ſed eccleſiæ, Moneta alios referens, de decim. c. 9. num. 68. & ſeq.

14 Si laicus per plures annos decimas non ſoluit, & prædium vendidit, in electione Rectoris Eccleſiæ eſt, vel contra primum, vel contra ſecundum poſſeſſorem agere Feder. cons 54. & com. vt teſtator Anchar. in c. Cum ſint homines, de decim. & in c. fi. eo in 6. verſ. Duodecimo nota.

15 Oblationes notoriè diſſidentium, & opprimentium pauperes, non recipiuntur c. Oblationes diſt. 90. Nec raptorū Eccleſiarum, qui ſani non reſtituentes cum poſſint, in morte impotentes reperiuntur, c. Super eo de rapt. Nec Vſurariorum, c. Quia in omnibus de viur. Nec meretricum Hoſt. vbi ſupra Silu. ver Decimæ q. 9 glo. in c. Ex tranſmiſſa de decim. Ne videatur fauere peccato S. Tho. 2. 2. q. 86. ar. 3. ad 1. Nec violantis immunitatem Eccleſiaſticam, qui non vult emendari c. Miror. 17. q. 4. Nec ſacrilegorum quouſq; ad communionem recipiantur c. De viro, 11. q. 2.

16 Offerre aliquid teneris in Eccleſia, ſi eſt conſuetudo obtinens vim legis, vt cum decimæ in vſu non ſunt, & miniſtri aliundè non habent, vnde viuant. Aut ſi ſit conſuetudo immemorabilis offerendi certum quid ſtatis ſolemnitatibus: ſecus ſi per modum liberæ donationis Sot. de iuſt. lib. 9 q. 3. art. 1 Ang. ver. oblatio num. 1. Sufficit verò maiorem populi partem, etiam cum conſuetudo obligat Silu. vbi ſupra num. 4.

17 Oblationes, quæ fiunt ſacris Imaginibus, ſpectant ad Parochum intra limites ſuæ parochiæ Barbos. plurimos referens ad c. Quia Sacerdotes 10. q. 1. Panor. in c. Paſtoralis num. 1. de his quæ fi. à mai. par. cap. Item ſi fiant Cappellæ vel Altari fundato intra parochiam : Pan. in rubr. de paroch. num. 3. Et licet pictura ſit in domo alicuius priuati. Idem in c. Quoniam num. 1. de decim. V. tamen Felin. in cap. Dilectus, de off. ord. Limitat Pan. in c. Theodoſius num. 4. de ſta. mon. Niſi huiuſmodi oblationes fiant in locis religioſis, quia hæ non cedunt Epiſcopo, nec parochiæ, ſed ipſis locis religioſis.

18 Primitiæ ſoluendæ vbi eſt mos. Nau. c. 21. num 31. Quantitas pendet ex dantis voluntate S. Tho. vbi ſupra ar. 4. ad 3. Silu. vbi ſupra num. 3. Ang. ver. primitiæ Innoc. in c. 1. de decim. vbi Pan. num. 8.

RESIDENTIA

V. Beneficium

1 RESidentia eſt perſonalis ſolutio proprij officij in proprio beneficio Silu. ver. reſidentia Reſidere, & intereſſe differunt: Non enim omnis reſidens in Eccleſia intereſt diuinis. Caſſadr. de cler. non reſid. decis. 22. Angel. clericus 2. parag. 2. Silu. ver. reſid. q. 7.

2 Omne beneficium requirit reſidentiam de iure antiquo Inn. in c. Clericos

de

de cler. non reſid. Hoſt. in ſum. eo. tit. num. 1. Nau. eo. conſ. 4. num. 3. dicens contrarium eſſe probabile. Armill. ver. reſid. parag. 2. Alij vt Panor. in c. fi. de cler. non reſid. vbi ſupra q. 4. dicunt non omnia requirere, niſi ex priuilegio, ſtatuto, aut conſuetudine, Ang. cler. 9. parag. 1. docet omne beneficium etiam ſimplex requirere reſidentiam, niſi conſuetudo, vel diſpenſatio ex legitima, & rationabili cauſa excuſet. Sot. de iuſt. lib. 10. q. 3. ar. 1. docet beneficia, quibus annexa eſt cura animarum, vt Epiſcopatus, Parochiale, Abbatia, & huiuſmodi, requirere reſidentiam. Azor. p. 2. lib. 7. c. 3. q. 1. vult teneri etiam habentes Dignitatem, vel adminiſtrationem, vel officium, vt Præpoſiti, Perſonatus, Decani, Archidiaconi, Theſaurarij, Præcentores, & huiuſmodi, per c. Ad hæc de præben. & c. Ex parte noſtra, c. Inter quatuor, & c. Ex parte tua, de cler. non reſid. quæ iura innouat, & confirmat Conc. Trid. ſeſſ. 24. c. 12. de reſor. Item habentes canonicatum, portionem, ſiue, præbendam in Cathedralibus, ſiue collegiatis. Trid. vbi ſupra. Alij, vt Hoſt. vbi ſupra, & Io. And. in c. fi de cler. non reſid. cenſent illa tantum beneficia reſidentiam requirere, quæ dantur in titulum, ſiue ſint Vicariæ, ſine modicæ æſtimationis. Verum de beneficijs ſimplicibus dicendum, quod licet de iure canonico teneantur beneficiarij ad reſidentiam: conſuetudine tamen, priuilegio, aut ſtatuto introduci poteſt, vt ad eam non teneantur. Et Congreg. Concil. declarauit beneficium ſimplex, etiam in titulum collatum ad reſidentiam non obligare, nec ad eam poſſe Epiſcopum cogere Mandos. in reg. 1. q. 34. num. 8. Tenetur tamen ſufficienter prouidere, ne Eccleſia ſua debitis ſeruitijs fraudetur, Azor. vbi ſupra, vers. Quæres item,

3 Non dicitur reſidere, qui licèt præſens ſit, non tamen ſeruit Hoſt. vbi ſupra Silu. ver. reſidentia parag. 1.

4 Epiſcopus, & Cardinalis reſidere tenentur etiam in Eccleſia commendata Trid. vbi ſup. Pius IV. in Bulla, quæ incip. In Suprema. Et Cardinalem Epiſcopum non excuſat à reſidentia eſſe in Curia, Caj. 2.2. q. 185. ar. 5. Sot. de iuſt lib. 9. q. 3. ar. 1.

5 Curatorum reſidētia eſt de iure diuino, nec ſuppleri poteſt per Vicarium Sot. Vbi ſupra Nau. c. 23. num. 121. Silu. ver. reſidentia q. 2. Roder. in ſum. p. 2. c. 23. Dec. repet. c. Cum omnes, de conſt. num. 3. & fauet Trid. ſeſſ. 7. c. 3. de reſor. & ſeſſ. 23. c. 1. Caiet. vbi ſupra Couar. 3. var. res. c. 13. Azor. p. 2. lib 7. c. 4. q. 1.

6 Poteſt Epiſcopus ex cauſa abeſſe tres menſes, & Curatus duos, ſed hic nonniſi cauſa per Epiſcopum cognita, & licentia in ſcriptis obtenta, prouiſa Eccleſia de idoneo, & ab Epiſcopo approbato Vicario. Trid. c. 1. cit.

7 Non reſidens in beneficio ſine iuſta cauſa peccat mort. & tenetur fructus reſtituere ante condemnationem aut fabricæ Eccleſiarũ, aut pijs operibus Trid. vbi ſupra.

8 Habentes beneficiũ Curatum in Cathedrali, aut collegiata non poſſunt abeſſe quotannis plus tribus menſibus Trid. d. c. 1. & ſeſſ. 24. c. 12. de reſor.

9 Obtinens beneficium Curatum poſt Trid. non poteſt abeſſe cauſa ſtudiorum. Quòd ſi licentiam obtineat, exprimenda ætas. Nam ſi te eſt 30. annor. non conceditur, niſi iam ſtudia incepiſſet Cong. Conc. De iure abeſſe poteſt per ſeptennium c. Cum ex eo, de elect. quod intelligit ibi Glo. ver. Septennio, à die commiſſi regiminis. Interim verò ponendus Vicarius in Eccleſia, cum congrua fructum portione Cong. Conc.

10 Poteſt quis abeſſe animi gratia, ſed non diù Sot. de iuſt lib. 9 q. 3. ar. 4.

11 Non reſidentes tenentur tot Miſſas per Vicarium dicere, quot tenebantur reſidentes. Sot. vbi ſupra ar. 1.

12 Excuſat à reſidentia auditio Theologiæ per quinquennium, docere ſemper, c. Licet, iuncto c. fi. de magiſtr. Idem de prælectione, & auditione iuris canon. Pan. & Felin. d. c. fi. Archid. in c. 2. de priuil. in 6. Ad alias ſcientias requiritur Epiſcopi licentia c. Relatum,

&c

& c. Tua de Cler. non reſid. c. Cum ex eo, de elect. in 6. & Pius IV. in conſt. quæ incipit Sanctiſſimus V Ancar. in d. c. 2. de priuil. Non valet diſpenſatio cum his qui dociles non ſunt, ceſſat enim ratio priuilegij. ſicut etiam ceſſat, cum diſpenſatus ſtudijs non vacat. quare perdit priuilegium glo. in. d. c. Cum ex eo, ver literaturam. Excuſat etiam ſeruire Papæ, aut Epiſcopo in vtilitatem Eccleſiæ c. De cœtero. c. ad Audientiam, & c. dilecti s de cler. non reſid. De Parocho ſtatuit Congreg. Concil. Epiſcopum non poſſe illum extra Curã ad certa negotia adhibere, etiam conſtituto Vicario, niſi cauſam viſitationis per bimeſtre. De Epiſcopo cenſent Cai 2. 2. p. 185. ar. 5. Sot lib. o. q. 3 ar. 4. non excuſari, ſi ſeruiat in Curia in officio Camerarij, Pœnitentiarij. Theſaurarij & huiuſmodi; quod ea officia ab alijs commode obiri queant, & concedit Azor. p. 2 lib. 7 c. 4 q 5 quando abſunt alij ad ea munera ſatis idonei. Excuſant etiam licentia legitima; glo. in c. Inter quatuor de Cler. non reſid. Item honeſta conſuetudo cum cauſa legitima Innoc. in c. Tuæ eo tit. quæ tamen duæ cauſæ non videntur legitimæ in Curato, qui ex Trid c. 1. cit. abeſſe non poteſt, niſi ex quatuor cauſis.

Prima Chriſtiana charitas, vt ad dirimendas lites, controuerſias, ſimultates, odia; & diſſidia inter aliquos orta.

Secunda, Euidens vtilitas, vt cum ad tempus abeſt ad morbum curandum, ob bellum, hoſtium incurſus, peſtem ſæuientem, aeris intemperiem, vel ob inimicitias, odium, vel offenſionem Principis, vel Domini loci, vel etiam populi declinandam, & ob vitæ ſalutis, vel libertatis periculum ad tempus deuitandum. Odium & offenſionem Principis &c. Intellige, ſi Epiſcopus eos reconciliare non poteſt, nec aliud beneficium illi conferat. Et ſi inimicitiæ non ſunt exortæ culpa ſua, & poſt obtentum beneficium. Nam aliàs non excuſatur niſi per annum de licentia Epiſcopi.

Tertia, Obedientia, vt ſcilicet Papæ, vel Legato, vel Epiſcopo officium iuſtum, ac debitum imperanti pareat. c. Cum dilecti, & ſeq. de Cler. non reſid. qui textus cum loquatur tantum de Canonicis non habet locum in alijs curam, aut adminiſtrationem habentibus Io: M. d. & Pan. in c ad Audientiam, de Cler non reſid. licet Silu. ver reſidentia q. 6. verſ. 2. extendat ad omnes. ſed non rectè Azor. vbi ſupra q. 3. verſ. quinta cauſa.

Quarta Euidens vtilitas, vel neceſſitas Eccleſiæ cui præeſt, vt cum ad Synodum generalẽ, ſiuè prouincialem rite & legitimè vocatus proficiſcitur. Item negotia Cleri legitimè demandata Congreg. Conc. In omnibus tamen ſupradictis caſibus, Eccleſia fraudari non debet debitis obſequijs, ſed ſupplendum per idoneum Vicarium Trid. c. 1. cit. Nau. c. 25. num. 121. verſ. Quinta.

13 Obtinens Parochialem. & Canonicatum, qui conſiſtit ſolum in diſtributionibus ſine præbenda, eas lucratur abſens cauſa parochiæ, ſi vtrique ſeruire non poteſt Congreg. Concil. Idem cum abeſt cauſa ſtudiorum dempta tertia parte, quæ inſeruientibus accreſcit, & diſtributionibus Miſſis, aut defunctorum anniuerſarijs applicatis. ibidem referente Quaranta ver. reſidentia in addit. Idem de Lectore publico ex gratia, vt declarauit Greg. XIII. referentem eadem Quaranta.

14 Excuſat à reſidentia in Collegiatis non inſignibus conſuetudo immemorabilis, & redditus tenuis, qui canonicos alere non poteſt Congreg. Concil.

15 Cæcus præbendatus non excuſatur à reſidentia, niſi aliud obſiet; ad id enim tenetur ex vi beneficij. Sicut eadem ratione non excuſatur ab aſſiſtentia in Choro, & recitatione officij in quantum poteſt cũ alijs, ſi memoriam tenet Nau. de hor. can. c 1. num. 13 quem ſequatur Suar. de rel g. to 2. lib. 4. c. 27. num. 4. tract. 4

15. Diſpenſationes de non reſidendo, & beneficiorum fructus recipiendo ratione ſtudij etiam conceſſæ a Sede Apoſtolica. non valent ſine conſenſu Ordinarij Pius IV. in conſt. quæ in c. incipit Sanctiſſimus 24 Nau 1564.

17 Diſtributiones quotidianæ deben-

tur

tur impedito infirmitate c. vn. de cler. non reſid. in 6. Et detento iniuſtè in carcere, iniuſte excommunicato; non potenti adeſſe ſine corporali læſione: in exilium iniuſtè miſſo: timenti vim ſibi inferendam Nau. de Cler. non reſid. conſ. 10. & ſeq. & de hor. can. c. 11. num. 10. Silu. benef. vlt. q. 3. Intellige ſi dum non impediuntur ſoliti ſunt adeſſe diuinis officijs in choro Pan. in c. 1. de Cler. ægrot. & in c. Ad audientiam de Cler. non reſid num. 5. & vol. 1. conſ. 70. Felin in c. Apoſtolicæ de except. num. 12. Nau. de hor. canon. c. 10. num 11 Azor p. 2 lib. 7. c. 7 q. 11. Couar. 3, var. reſol. c. 13. num. 8. Debentur etiã Senio confectis, qui ad Eccleſiam ire ſcommodè non poſſunt, ſi prius erant ſoliti reſidere Congreg. Concil. Azor. vbi ſupra q. 12. Et abſentibus ad euidentem Eccleſiæ vtilitatem c. vn. cit. Silu. & alij cit. Et celebranti tempore diuinorum officiorum de præcepto Superioris Pan. in c. Cum olim de re iud. num. 4. & 6. V. Barbos. de Epiſcopo p. 3. allegat. 53. à num. 155.

17 Diſtributiones quotidianæ duplices debentur ei, qui habet in Eccleſia duo beneficia Cong. Concil. Panor. & Felin in d. c. Cum olim. Cou. vbi ſupra num. 6. quia eas obtinet diuerſo iure. V. Azor. p. 2. lib 7. c. 7. q. 13. Barbos. ad c. Eam te num 7. de reſcrip. & ad c. Cum olim. num 2. de re iud.

18 Diſtributiones quotidianæ ſecundum Nau. de hor. can. c. 22. num. 50 ſunt in duplici differentia. quædam enim ſunt extraordinariæ, quæ de redditibus particularibus Dignitatum, Perſonatuum, & Officiorum conſtituuntur, lucri faciendæ ab eis ſolis, qui eas habent, impendendo officia diuina eis ab Epiſcopo deſignata, vt v. g. cantantes miſſam ſolemnem certis diebus & hæ in defectu, fabricæ applicantur Congreg. Concil. Quædam ſunt ordinariæ, quæ conſtituuntur de fructibus communibus, lucrifaciendæ à facientibus communiter officia diuina, & hæ alijs inſeruientibus accreſcunt. Et per hæc conciliantur c. 3. de refor. ſeſſ. 21. Conc. Trid. & ſeſſ. 22. c. 3. In illo enim de ordinarijs; in hoc verò de extraordinarijs diſtributionibus agitur.

19 Canonicus non legitimè impeditus non accedens ad chorum, præter diſtributionum amiſſionem, peccat venialiter: niſi talis eſſet eius conſuetudo: vel propter eius abſentiam officia in Eccleſia minimè dicerentur, quæ eo præſente recitarentur: Vel Eccleſia notabile damnum in diuino cultu pateretur; tunc enim peccat mortaliter Silu. ver. hora q. 10. Nau. de hor can. c. 15. num. 18. Ang. ver. hora parag. 26. Cai. in ſum ver. hora, & alij, id rectè intelligentes etiam de alijs Eccleſijs Collegiatis, & regularibus iuxta Clē. I. de celebr. Miſſ.

21 Canonici non poſſunt remittere diſtributiones quotidianas non intereſſentibus abſq; legitima cauſa, non obſtante ſtatuto aut conſuetudine in contrarium c. Licet, & c. Extirpandæ parag. Quia nonnulli de cler. non reſid. in ant. & c. Conſuetudine eo. in 6. Trid. ſeſſ. 24. c. 12. de ref. & accreſcunt alijs inſeruientibus, huiuſmodi remiſſioni non aſſentientibus. Quòd ſi omnes aſſenſerint, debentur vſibus Eccleſiæ Cong. Conc. ſæpè. Si poſt earum reſtitutionem, ab ijs, ad quos pertinent, liberè, & ſine coactione donentur, poſſunt retinere Nau. de orat. miſcell. 14. Ang. clericus 7. parag. 8. Azor. p. 2. lib. 7. c. 7. q. 9.

22 Canonici Eccleſiæ collegiatæ compellendi ſunt ad reſidendum, atq; ad horas canonicas ſtatis horis recitandas Cong. Conc. vt refert Quarant. ver. Horæ canon.

23 Canonicus abſens pro defenſione iurium ſui beneficij, cum licent. a ſui Epiſcopi non amittit diſtributiones quotidianas, quia cenſetur præſens c. Ex parte 2. de cler. non reſid. Rota in vna Aſten. fructuum coram Manzanedo 15. maij. 1613.

24 Cum redditus beneficij conſiſtunt in ſolis diſtributionibus quotidianis, eas lucratur reſidens in loco beneficij, licet non interſit horis canonicis, Glo. in c. vn. de cler. non reſid. in 6. ver. receperis, quia potius ſunt præbendæ quam diſtributiones Moneta de diſtrib. quot. p. 1. q. 7. num. 14. & p. 2. q. 10. num. 24. Azor vbi ſupra q. 7. Proſper de Auguſt. ad Quarant. ver. reſidentia.

HO-

autem, aut vendens, licèt committat ſimoniam, non tamen incidit in excommunicationem. Nau. in man. c. 23. num. 81. Tranſit etiam cum ipſa vniuerſitate bonorum, licèt ea bona tranſeāt tantum quoad vtile dominium, niſi aliter cautum ſit c. Ex literis cit.

3 Inſtituens præbendam de bonis ſuis reſeruare ſibi poteſt de conſenſu Epiſcopi Iuſpatronatum, c. Quicunque fidelium, c. Filijs & c. Monaſterium 16. q. 7. Etiam meretrix de lucro meretricio; Gratian. diſcep. for. c. 202. num. 5. & ſeq. Item qui fundum dedit ad ædificandum c. Piæ mentis 16. q. 7. Pan. ſub de iurepat. & in c. Propoſuit de fil. presb. & vol 1. conſ. 54. Item qui Eccleſiam ædificauit. c. Nullus de iurep. & ita eſſe poſſunt tres patroni in vno beneficio, ſi vnus dotet, ſecundus det fundum, tertius ædificet. Doct. cit. Quod ſi Eccleſiam penitus collapſam, quiſpiam totam readificet, acquirit iuſpatronatum. Rota coram Seraphino decis 555. quem ipſo iure amiſit prior patronus, etiam ſi ex priori materia readificetur, Glo. alios referens in c. Quoniam de iurepat. Azor. p. 2. lib. 6. c. 19. q. 10. intellige autem ſupradicta, modo adſit conſenſus Epiſcopi. Pan. in c. Nobis de iurepat. Si fundus eius ſit, qui primò ædificauit, ambo erunt Patroni. Viuian. de iurep. lib 15. c. 3. num. 2. Acquirit etiam, qui auget dotem vltra medietatem valoris fructuum, vt pluries cenſuit Rota, teſte Ferentillo ad Curat. decis. 931. num. 10. Nunc tamen vt docet Monet. de commut. vlt. vol. c. 10. à num. 204. iure nouo. Concil. Trid. ſeſſ. 14. c. 12. c. 12. & ſeſſ. 14. c. 12. & ſeſſ. 25. c. 9. de refor. duo tantum ſunt tituli acquirendi Iuſpatronatum: Nempe fundatio ſimul, & conſtructio, & dotatio. Quare fundans, & conſtruens non prius acquirit Iuſpatronatum, quam ipſe, vel alius de eius licentia de proprio dotet. Monet. num. 209.

4 In plures hæredes vnius, & plures patronos tranſit Iuſpatronatus per ſtirpes, non per capita. Clem. Plures cod. tit. V. Anchar. conſ. 335. Quod ſi ſuccedant alio iure, quam hæreditario, vt legati, aut donationis, vt ſi donetur familiæ, omnes de familia ſuccedunt per capita. Ricc. p. 1. decis. 318.

5 Iuſpatronatus tranſit in quoſcunque hæredes etiam extraneos, etiam fœminas; & tranſit cum re data in feudum, c. Cum ſæculum de Iurep. Non tamen tranſit ad extraneos, ſi adſint hæredes ſanguinis Alex. Trentacinq. de ſubſtit. p. 4. c. 8. num. 17. Nec in illegitimos, ſi adſint legitimi Rota decis 126. apud Farin. p. 1. Gratian. diſcep. for. c. 218. præcipuè in Iurepatronatus de familia, cum illegitimus non dicatur de familia, niſi legitimetur cum expreſſione qualitatis inceſtus, Ric. in ſua prax. p. 1. reſol. 185. Azor. vbi ſupra q. 15. Regulariter autem Spurius ſuccedit, & eſt capax Iuriſpatronatus; vt cum illi legatur, vel venditur vniuerſitas, in qua eſt iuſpatronatus, aut cum ab extraneo hæres inſtituitur, in cuius hæreditate eſt iuſpatronatus; aut cum ipſe de ſuo fundat, conſtituit, dotat, &c. ſic multi, quos refert Azor. vbi ſupra.

6 Non tranſit in maritum cum vniuerſitate dotis, ſed ad vxorem pertinet nominatio, & præſentatio. Pan. in c. fin. num. 8. de conceſſ. præb. Azor. vbi ſupra q. 6. relato Io. And. in d. c. fi. Non deſunt tamen alij contrarium ſentientes, inter quos Card. in Clem. 2. de iurep. Viuian. eo. tit. p. 1. lib. 3. c. 1. num. 70. Sed lib. 4. c. 7. num. 4. & 7. citato Mantica decis 141. priorem ſententiam amplectitur, & lib. 12. c. 15. num. 6. docet in caſu occurrenti vacationis dari locum præuentioni inter virum, & vxorem in præſentatione, & Gratia. diſcep. for. c. 521. num. 21. & Rota decis 10. de iurep. in nou. docent valere conſuetudinem, vt præferatur maritus.

7 Poſſunt patroni inter ſe conuenire de Rectore ab eis alternis vicibus præſentando. Clem. II. cit.

8 Præſentatus ſi non eſt malus, non poteſt ab Epiſcopo repelli. c. Monaſterium 16. q. 7. Adde Et ſi idoneus. Trid.

ſeſſ.

ſeſſ. 25. c. 9. de refor. Quòd ſi repellat, & patronus laicus alium præſentet, & Epiſcopus inſtituat, tenet inſtitutio, non obſtante appellatione per patronum prius facta. Epiſcopus autem compellitur competens beneficium primo conferre, ſi malitioſe repulit. c. Paſtoralis de iurep. Euitat autem pœnas, ſi probet illum non eſſe dignum. Glo. ibidem ver. malitioſè. V. Ricc. par. 3. decis 265.

9 Præſentatus debet exhiberi perſonaliter coram Ordinario, nec ſufficit mittere inſtrumentum præſentationis. Niſi præſentatus ſit perſona nota, & valde qualificata Ricc. plures referens p. 1. decis 13. Viuian. vbi ſupra c. 11. Nunc tamen vſum eſſe in contrarium docet Azor. p. 2. lib. 6. c. 16. q. 6.

10 Patronus non poteſt ſe præſentare, c. Per veſtras de iurep. Nec ius præſentandi in alium transferre, quò ab illo præſentetur. quia eſſet præſentare ſe ipſum, cum procurator eius vicem gerat. Anchar in c. Conſuluit, caſu 2. num. 5. & in c. Ex inſinuatione num. 8. & in c. fi. de inſtit. vbi Pan. num. 6. & facit c. Qui per alium de reg. iur. in 6. Si Procurator conſtitutus ſit à multis patronis ad præſentandum, & vnum ex dictis conſtituentibus præſentet, modo comparuerit nomine omnium, valet actus Campanil. in diuerſor. iur. canon. rubr. 11. c. 13. num. 399. quem refert, & ſequitur Barbos. ad cit. c. Per veſtras num 3. Poteſt etiam patronus preces emittere coram Epiſcopo, vt ſibi prouideatur de beneficio. Pan. in d. c. Per veſtras. Immo poſſunt compatroni vnum ex ſe ipſis præſentare. Azor. p. 2. lib. 6. c. 21. q. 3. Barbos. ad. c Conſuluit, de iurep. relatis Vgol Alar. Anton. Lambertino, Rocco, Viuiano, & alijs. Poteſt tamen Epiſcopus conferre motu proprio. Pan. in d. c. Per veſtras Silu. ver. Iuſpatr. q. 7. Poteſt præſentare filium c. Quia Clericis, & ibi Glo. ver. filij de iurep. Pan. in d. c. Conſuluit. Hoſt. in ſum eo. tit. parag. In quibus Silu. & alij.

11 Patronus in fundatione poteſt de conſenſu Epiſcopi ſibi reſeruare penſionem in recognitionem, c. Præterea 2. de Iurepat. modò præſentato remaneat ſufficiens ſtipendium. Pan. in d. c. præterea Ang. ver. Iuſpatr. parag. 23. Silu. eo. q. 3. item Pan. in c. 1. de cenſib. not. 1. Poteſt verò patronus vendere huiuſmodi penſionem, titulo apud ipſum remanente, ſecundum eoſdem, & Anch. in d. c. Præterea.

12 Iuſpatronatus inſtitutus cum clauſula, vt detur Sacerdoti, dari non poteſt non habenti ætatem ad Sacerdotium requiſitam, alias nominatio, & collatio eſt nulla. Rota coram Seraph. decis. 1328. Nau. de præben. cons. 5. 7. & 8. Roder. in ſum. lib. 1. c. 30. conc. 1. per c. Si cui de præben. in 6. & fauet Trid. ſeſſ. 25. c. 5. de refor. V. Anchar. in c. Si pro Clericis de præben. in 6. Quod ſi inſtituens requirat Sacerdotem de familia, & non reperiatur, poteſt nominari Clericus. Nau. c. 5. cit. Poteſt etiam Epiſcopus cum conſenſu fundatoris, aut eius hæredis inſtituere nominatum, licet non habeat omnia requiſita, pro illa vice tantum. Fel. in c. Cum acceſſiſſent de conſtit. à num. 28. & clariſſimè Pan. vbi num. 5. dicit beneficium conferendum præsbytero poſſe de conſenſu patroni dari non præsbytero. idem Sapp. ad d num. 5. Nau. de orat. c. 3. num. 73. Item poteſt pro magna vtilitate Eccleſiæ, etiam renuente patrono. Pan. loco cit. Congregatio tamen Concilij declarauit etiam de conſenſu patroni derogari non poſſe qualitatibus in fundationem requiſitis: & per Conc. Trid. ſublatam eſſe facultatem, de qua Doct. in d. c. Cum acceſſiſſent. V. Monet. de com. nut. vlt. vol. 1 c. 20. à num. 348. Si tamen hic patronus eſſet ipſe fundator, non vero hæres, veram putarem Pan. & Felin. ſententiam: quia ſicut in limine fundationis poterat eas conditiones non apponere: ſic poteſt eaſdem tollere, ſi tamen non ſiet in præiudicium Eccleſiæ. Vide tamen Maſſobrium in praxi concurſus prælud. 6. dub. 9. Licet fundator Iuriſpatronatus in ipſa fundatione dixerit, quod ad ipſum beneficium præſententur præſbyteri, non erit tamen bene-

ficium

ſicium ſacerdotale, ſi ex obſeruantia ſubſecuta, aliquando, & ſæpe admiſſi fuerunt ſimplices Clerici. Sic deciſum in Rota in vna Panpilonen. benef. 12. Febr. 1591. coram Mantica teſtatur Gonzal. ad regul. 8. Cancell. glo. 5. num 85. & ſeqq. Licet enim nomine præsbyteri propriè veniāt Sacerdotes, id tamen etiam alijs Clericis conuenire colligitur ex. c. Veſtra de cohab. Cler. & mul. Obſeruantia enim eſt optima cuiuslibet diſpenſationis interpres. Idem dicendum, ſi in fundatione dictum ſit quod præſentetur Sacerdos, ſi poſtea ex obſeruantia ſubſecuta præſentati ſunt minores Clerici, quia & in his intrat præſcriptio. Sic Moneta de commut. vol. vlt. c. 10. num. 142. Viuian. de iurep. lib. 6. c. 16. caſu. 2.

13 Poteſt in alium transferri donatione, venditione, permutatione, & teſtamento; ſed requiritur Epiſcopi conſenſus c. Quod autem, c. Illud. & c. fin de Iurep. & poteſt transferri in laicum, aut etiam Clericum, quando huic non donatur cauſa Eccleſiæ, ſed ſuiipſius Azor. plurib. cit. par 2. lib. 6. c. 20. q. 4. & ſeqq. Non ſufficit verò licentia Vicarij, niſi habeat ſpeciale mandatum. Rota decis 311. apud Farin. p. 1. Quod ſi donatio fiat alteri Compatrono, non requiritur conſenſus Epiſcopi. c. Ex inſinuatione de iurep. vbi glo. ver. liberaliter. Nec quando transfertur ex teſtamento, ſiue per viam legati in aliam Eccleſiam, aut locum pium Monet. vbi ſupra c. 11. num 214.

14 Patrono laico non præſentante intra quatuor menſes, Epiſcopus per ſeipſum prouidere poteſt: Eccleſiaſtico dantur ſex menſes. c. Si verò. c. Eam te decet, & c. Cum propter de iurep. in aut. & c. vlt. eo in 6. Non currit autem dictum tempus niſi à die ſcitæ vacationis. Rota coram Seraph. decis. 380. num. 1. Nec iure impedito c. Quia diuerſitatē de conceſſ. præb. Nec orta lite inter patronum, & Epiſcopum, qui prætendens Eccleſiam eſſe liberam, mandat patronis, ne præſentent. Lambert. de iurep. lib. 2. p. 2. q 1. ar. 1. 12. Nec patronis litigantibus ſuper facta præſentatione quod non fuerit ſeruatus modus, &c. Card. in Clem. Plures parag vlt. num. 1. de iurep. Poſſunt verò patroni in limine fundationis cum Epiſcopi conſenſu protogare; vel abbreuiare tempus a iure ſtatutum ad præſentandum. Viua. de iurep lib. 7. c. 3. num. 8. Poteſt etiam Epiſcopus per ſe ipſum prouidere ſi patroni non concordant in præſentando cap. Quoniam de iurep. Pan. in c. Cum autem eo tit. Aut litigant ſuper Iurepatronatus, & infra quatuor menſes, ſi fuerit laicum, aut ſex, ſi fuerit Eccleſiaſticum, à die vacationis, non fuerit controuerſia terminata, c. Cum te, & c. Cum propter de iurep. Ideo verò laico dantur quatuor menſes, & Eccleſiaſtico ſex, quia hic facta nominatione variare non poteſt, ille verò ſic, c. Paſtoralis iuncta glo. ver. robur. & c. Cum autem de iurep. Notat autem, & rectè, Anchar. in d. c. Poſtulaſti num. 3. non poſſe dici variationem ſed accumulationem, quia poteſt ſecundum accumulare primo, vt Epiſcopus alterum inſtituat. Poteſt autem Epiſcopus prorogare dictum terminum Ricc. in ſua prax. p. 1. reſol. 195. & inſtituere præſentatum in tempore, etiam poſt ſex menſes & c. quia Epiſcopo nullum eſt à iure præſcriptum tēpus, intra quod inſtituere debet ſed tantū rationis ad patrones Azor. p. 2. lib. 6. c. 22. q. 13 & c. 25 q. 11 Viuianus de iurep. lib. 7 c. 5. num. 9. & lib. 12. c. 6. vbi cum Pan in c. Cauſam quæ num 6. de elect. & Rota decis. 4. de ſuppl. negl. Præl. docet quod vbi quis debet conferre, vel inſtituere ex iure ad ſe deuoluto ex negligentia patroni, aut debentis inſtituere habet ſemeſtre ad conferendum à die notitiæ deuolutionis. Et certe opinio Azorij non videtur vera per text. in d. c. Cum propter, vbi dicitur, quod contendentibus patronis ſuper iure patronatus, ſi intra debitum tempus non fuerit diffinitum, Epiſcopus Eccleſiam de perſona idonea non differat ordinare. Pan. tamen in c. 2 de conceſſ præb. num. 12. citat Rotam deciſ. 210 tenentem reſpectu inſtitutionis nullum eſſe tempus à iure limitatum, ſicut in collatione ideo in caſu negligentiæ Epiſcopi recurrendum eſſe ad ſuperiorem, idem docet

ina

in c. Paſtoralis num. 8 de iurep. & Viuia. c. 6. cit.

15 Si laicus habet iuſpatronatus cum eccleſia, habet ſex menſes ad præſentandum Vgol. de pot. Ep. c. 51. num. 5. glo. fi. in c. vn: de iurep. in 6. vbi Anchar. num. 5. in fi. Quoad derogationem autem cenſetur laicum, ita vt in dubio non cenſeatur Papa velle ei derogare, neque illud compræhendere ſub quibuſuis reſeruation bus, niſi id exprimat Monet. de commut. vlt. vol. c. 10. num. 284. & ſeq. & num. 395. & ſeq.

16 Præſentatus à Clerico acquirit ius ad rem fixam, & irreuocabile, cum Clericus variare non poſſit, niſi fundauerit ex patrimonio, vt infra num. 5. q. Secus ſi à laico, qui variare poteſt Gomez. alios referens. q. 1. in reg. De iure alt. quæs. non toll.

17 Fundatum à Clerico ex patrimonio cenſetur laicale glo. in c. Clem. Plures ver. præſentare de. iurep. Pan. in c. Eam te, c. Cum autem. & c. Cum dilectus eo. tit.

18 Patronus in fundatione, poteſt de conſenſu Epiſcopi, aut eius Vicarij Epiſcopo extra Prouinciā abſente c. Ex frequentibus de inſtit. conditiones apponere, etiam contra ius, quæ omnino ſeruandæ ſunt. Monet. de commut. vlt. vol. c. 11. num. 274. Nau. de iurep. concil. 7. c. Cum dilectus iuncta gol. ver. conſtitutum de conſuet. Maſſobr. prax. concurs. prælud. 7. dub. 8. citato Lambert. modo tamen non ſint contra iura, in quibus non licet Epiſcopus diſpenſare, vt quod poſſit præſentare Rectorem in Eccleſia Collegiata Azor. p. 2. lib. 6. c. 24. q. 1. & 5. Nec alius à Pontifice poteſt eas tollere, Clem. Quia contingit de relig. dom. quòd tamen facere non præſumitur, niſi expreſſe caueat q. 1. cit. Si tamen patronus conſentiat, poteſt Epiſcopus. Monet vbi ſupra num. 188. & ſeqq. Niſi illæ conditiones eſſent viles, quia tunc etiam cum patroni conſenſu nequit Epiſcopus ſine cauſa derogare. Idem num. 160. & latius num. 204. & ſeqq. Derogatur autem conſuetudine contraria per 40. annos ſine titulo: cum titulo autem 3. quia fuit diſpenſatum, aut aliter ſufficiunt viginti inter abſentes Nau. de iuriſp. cons. 1.

19 Iuſpatronatus laicale donatum Eccleſiæ efficitur Eccleſiaſticum Pan. in c. De Monachis num. 14. de præben. Rota coram Seraph. decis. 1410. & in alia Valent. benef. coram Orano. Limitat niſi trāſferantur cum conditione vt retineat naturam laicalis iuriſpatr. Maſſob. vbi ſupra nequis 8. dub. 1. in fi. Idem ſi patronus ex fundatione efficiatur religioſus Lambert. de iurepatr. lib. 2. p. 2. q. 1. art. 11. num. 12. Limitat tunc Garz. de benef. p. 5. c. 1. num. 555. ac ſuitam Epiſcopus Monach. iuspatron. iure ſanguinis defertur in poſteros, & illi adiunt.

20 Patrono egenti danda alimenta ab Eccleſia patronata c. Quicumque c. 16. q. 7. & c. Nobis de iurep. Intellige quando ſupereſt Eccleſiæ. Nam primo ſubueniendum eſt ſeruitoribus, & cultui diuino, & pro reparatione Eccleſiæ Pan. in d. Nobis num. 6. Rota plurimos referens decis. 454. apud Faria. p. 2.

21 Per patroni præſentationem in tempore factam acquiritur ius ad beneficium quod cenſetur præſeruatum per clauſulam, Dummodo tempore datæ præſentium non ſit alteri ius quæſitum Pan in c. Bertoldus num. 9. de re iud. Rota de præben. decis. 17. in nou & decis. 1238. coram Seraph. V. decis. 1153. 1274. & 1498. coram eodem Suſpendit enim gratiam dicta clauſula quare ſi tempore datæ vel gratiæ conceſſæ aliquis habeat ius in re, vel ad rem, gratia huiuſmodi eſt reſoluta, ac ſi non fuiſſet conceſſa: Si enim de eo conſter, gratia pro non facta habetur, Rota decis. 1484. coram eodem. Habetur autem hæc clauſula ſemper pro appoſita. Vnde hæc conditio tacita, & ſub intellecta impedit ortum & ſuſpendit Mandos. in reg. 17. q. 1.

22 Iuris autem quęſiti appellatione venit non ſolum ius in re, ſed etiam ius ad rem, & quodcunq; ius ſuper quibuſcunq; & quòmodocunq; & quacunq; occaſione verè, & certitudinaliter quæſitum Mandos. vbi

Ap. noc. patr. Eccl. initio, & num. 6. & ſeqq. Pan. de off. lega c. Cum dilectus num. 4. Mantic. decis. 292. V. c. Cum dilectus, & ibi Glo. de iurep. Quarant. de benef. permut. Niſi cum clauſula motus proprij ſimul addatur Non obſtantibus quibuſcunq; per quæ gratia noſtra poſſet quomodolibet impediri, vel differri Moner. vbi ſupra c. 10. num. 173. Felin. in c. Ad aures num. 8. de reſcrip. & in d. trac. quando literæ Ap. &c. ampl. 2. V. Maſſubr. in Prax. concurſus prælud. 7. dub. 2.

28 Literarum Apoſtolicarum executio impediri poteſt per alterius poſſeſſionem, quando impediens eſt legitimus contradictor: vt quando clarum non eſt, beneficium eſſe Papæ reſeruatum; & alius eſt à Patrono, vel Epiſcopo prouiſus, & poſſidet. Rota decis. 523. apud Farin. p. 2. Impediri etiam poteſt, donec iuſtificentur in eis narrata, cum alias cenſeantur ſub reptitiæ Rota apud eundem decis. 251. Non enim danda executio, niſi literis iuſtificatis decis. 57. & 605. ibidem, & quoties adeſt legitima cauſa c. Si quando, de reſcrip. vbi Felin. num. 2.

29 Inſtitutus permutare non poteſt ſine conſenſu patroni, qui cogi poteſt ad conſentiendum, & illo prorſus recuſante approbari poteſt permutatio per Superiorem Rebuff. prax. ben. tit. de permut. num. 12. & ſeq. & de ſignar. p. 3. num. 40. & trib. ſeq. vbi quod audiendus eſt patronus, & recuſationis cauſa examinanda. Sed num. 40. docet ex generali Eccleſiæ conſuetudine, omnes ferè Epiſcopos huiuſmodi permutationes expedire inconſultis patronis precipuè cum ea permutatio eſt Eccleſiæ neceſſaria Mandos. in reg. 32. q. 9. num. 4.

30 Non poteſt Epiſcopus Eccleſiam patronatã in Collegiatã erigere ſine conſenſu patroni, Glo. in c. Nobis, de iurep. ver. in capella; quia ſic patronus amitteret ius nominandi; cum in Eccleſia Collegiata Præfectum nominare non poſſit. Pan. in c. Suggeſtum num. 2. de iurep. Azor. p. 2 lib. 6. c. 22. q. 11. Intellige niſi Proponus ſit abſés, aut cõtradixerit, aut cõſenſerit reſeruato iure ſuo, glo. in c. nobis, & ibi Pan in ſi, de iurep.

31 Nulla eſt Epiſcopi inſtitutio, etiam ſi præſentatio facta ſit, à ſedis Ap. Nuntijs, niſi præſentatus fuerit prius ab Ordinario examinatus, & idoneus repertus. Niſi præſentatus ſit, vel nominatus ab Vniuerſitate, ſeu collegio generalium ſtudiorum Conc. Trid. ſeſſ. 7. c. 13. de refor. etiam ſi beneficium ſit ſimplex Cong. Conc. Et ſatis patet ex textu, qui generaliter loquitur Ad quæ vis beneficia.

32 Inſtitutus ex vi fundationis obligatus in certo loco, vel altari celebrare, ſi legitimè impediatur, debet id alibi præſtare, ne fundator debitis ſuffragijs fraudetur. Azor. vbi ſupra c. 23. q. 7.

33 Vbi ſunt plures patroni, debet præſentatus niti maiori patronorum ſuffragio c. Quoniam de iurep. Quod Io. And. quem ſequitur Pan. ibi num. 13 & Anchar. num. 8. ita intelligit, vt ſi conueniant patroni vt Collegium, non vt ſinguli, requiratur maior pars. Si verò vt ſinguli, ſufficiat maior pars reſpectu aliarum partium; vt ſi ſunt quatuor patroni, duo nominent Ioannem. tertius Petrum. quartus Franciſcum, Ioannes eſt inſtituendus Azor. vbi ſupra c. 20. q. 20.

34 Renunciari non poteſt in alterius fauorem citra patroni conſenſum; renunciatio tamen tenet, ſed venit irritanda, ſi patronus contradixerit intra id tempus, quo Clericum nominare poteſt Azor. p. 2. lib. 7. c. 25. q. 4. citato Lamberr. lib. 3. q. 5. principali ar. 2. num. 2. V. eundem Azor. c. 23. q. 11. lib. 6.

35 Poteſt penſione grauari inſcio patrono, cum iuri ſuo nihil propterea derogetur. Gigas de penſ. q. 24. Rebuff. de ſignat. p. 3. num. 28. Quod ſi poſtea patronus alimentis indigeat, & patrono, ac penſionario ſatisfieri non poſſit, patrono prius ſubueniendum. Azor. p. 2. lib. 8. c. 8. q. 11.

36 Poteſt Vicarius generalis inſtituere præſentatum, Glo. in c. Ex frequentibus ver. officialiũ, de inſtit. vbi Pan. num. 5. Anchar. nũ. 5. Azor. lib. 6. c. 22. q. 3. Sbrozz. de off. Vic. lib. 2. q. 111. Idẽ Capitulũ ſed. vac c. Cũ olim, de mai. & obed. c. 1, de inſtit. in 6. Glo. in c. ſi.

ver non poſſunt de off. Vicar. eo. lib. & in c. Cum in illis, ver. notcatur de præben. eo. lib. Azor. p. 2. lib. 3. c 38. q. 2. & lib. 6. c. 35. 38. q. 13. Intellige niſi habeat mandatum limitatum Cong. Concil apud Garziam de benefi. p. 5. c 8 num. 83. & ſeqq

37 Epiſcopus inſtituere aliquem non poteſt ſine conſenſu patroni aliàs irrita eſt inſtitutio, c Decernimus 16. q. 7. Pan. in c. Illud de iurep. Azor. p. 2. lib 6. c. 2. q 1. Nec officit d. c. Illud, vbi dicitur inſtitutionem eſſe irritandam; quia idem eſt ac irritam declarandam. Vel eſt irritanda quoad factum, ſicut Epiſcopus de facto proceſſit Pan. loco cit num. 2. & apud ipſum Io. And. in c 2. de off Vic. in 6. Intellige autem niſi patronus ſit negligens, aut præſentauerit indignum. quo caſu ſi patronus ſcienter præſentauerit indignum, priuatus eſt ipſo iure pro ea vice poteſtate præſentandi. Si ignoranter, laicus poteſt intra quatuor menſes alterum præſentare, cum ipſe variare poſſit. Non ſic patronus Eccleſiaſticus Anchar. in c. Cum vos, de off. ord. & ibi Pan. alios referens num. 2. Azor. vbi ſupra q. 6.

38 Pluribus à patronis præſentatis tenetur Epiſcopus digniorem inſtituere Ricc. in ſua praxi to. 1. reſol. 206. vbi alios refert addens num. 3. ex multorum ſententia peccare mort. Epiſcopum inſtituentem minus dignum, non tamen teneri ad reſtitutionem, niſi beneficium deberetur digniori ex aliquo ſtatuto, vel lege reperto in concurſu: Glo. tamen in c. 3. de iurep. docet illum eſſe inſtituendum, qui maiori patronorum ſuffragio nititur, ſi dignus ſit. Si tamen plures æquè idonei ab examinatoribus pronuntientur, locus erit gratificationi, ſi præſentatio fiat à laicis: Secus ſi ab Eccleſiaſticis, tunc enim primus præferendus c. Cum autem de iurep. V. Conc. Trid. ſeſſ. 24. c. 18. de refor.

39 Epiſcopus inſtituere non poteſt præſentatum abſq; affixione edictorum, alias inſtitutio nulla eſt ipſo iure, vt pluribus cit. præcipuè Rota Rom. docet Ricc. reſol. 143. ſicut nullam eſſe factam intra terminum edicti docet reſol. 144.

40 Patronus laicus poteſt quotcunq; præſentare Epiſcopo, ſiue ſimul, ſiue ſucceſſiuè, vt vnum ex eis eligat Epiſcopus. Clem. Plures iuncta Glo. ver. præſentare, de iurepatr.

41 Quoties Iuſpatronatus tranſit in monaſterium, Solus Superior præſentare non poteſt, niſi hoc habeat ex priuilegio aut conſuetudine præſcripta, ſed id ſpectat ad totum Collegium, c. Nouit, c. Quanto, & clarius c. Ea noſcitur, de his, quæ fiunt à Præl. alias præſentatio eſt irrita d. c. Nouit.

42 Pupillus ſeptennio maior præſentare poteſt ſine auctoritate Tutoris aut Curatoris Io. Aud. Anchar. & alij, quos refert, & ſequitur Rochus de iurepatr. ver. competens q. 2. Pan. in c. Cum dilecta in fi. de conceſſ. præb.

43 Legatus de latere patronatam Eccleſiam concedere non poteſt, ſi patronus eſt laicus, aut clericus ratione patrimonij, c. Cum dilectus de iurepatr. aut cum eſt commune laico cum Clerico. Azor. p. 2. lib. 5. c. 28 q. 2.

44 Iuſpatronatus confiſcari non poteſt, nec tranſit in fiſcum, ſed Eccleſia libertatem conſequitur Rota decis. 53. num. 5. apud Farin. p. 1. Monet. de commut. vlt. vol. c. 11. num. 164. Niſi patronus delinquens haberet compatronos: tunc enim ius præſentandi apud illos remaneret Sanchez in ſum. lib. 2. c. 19. num. 13. Alij tamen, quos refert, & ſequitur Surd de alimen tit. 9 q. 22 num. 28 Pan. in c. Cũ laici num. 3 & c. Nobis num. 3. de iurep. docet tranſire cum vniuerſitate bonorum, ſi tamen eius ſit naturæ, vt tranſire poſſit in extraneos, vt docet Sãchez vbi ſupra num. 10. vbi num. 5. plures refert in contrarium, & Monet num. 165. id etiam intelligit, quando Iuſpatronatus eſt hæreditarium, & tranſitorium in extraneos, & vltimus poſſeſſor ſine hærede legitimo, aut honorario, id eſt bonorũ poſſeſſore vſq; ad decimum gradum; vel ſine vxore inteſtatus deceditur. V. Imol. in Clem. Plures à num. 70. de iurep. Felin. in c Quanto de iudic. num 3. Azor. p. 2. lib. 6. c. 20. q. 14.

45 Præſcribi poteſt aduerſus patronum priuatum ſpatio decem annorum inter præ-

ſentes,

ſentes, viginti inter abſentes cum titulo, & triginta ſine titulo. Mol. de iuſt. trac. 2. diſp. 70. Verum Couar. in reg. Poſſeſſor p. 2. parag 10. num. 8. cenſet omnino requiri quadraginta annorum quaſi poſſeſſionem abſq; titulo. Contra Eccleſiam liberam laicus non præſcribit, cum ſit incapax: niſi ex priuilegio, aut iuris communis titulo Molin. diſp. 75. Excipit Couar. num. 2. cum alijs quando non eſſet omnino certum Eccleſiam fuiſſe liberam, & præſcribentes ſunt parochiani.

DECIMAE OBLATIONES. PRIMITIAE.

V. Præſcriptio.

1 DEcima eſt omnium bonorum mobilium licitè acquiſitorum pars decima Deo data, conſtitutione diuina Deo debita Hoſt. in ſum. de de decim. Et eſt triplex, perſonalis, prædialis, mixta ex vtraq. Silu. ver. decima. Perſonalis eſt, quæ prouenit ex lucro induſtriæ. Prædialis, quæ debetur ex ijs, quæ naſcuntur, vel quaſi naſcuntur ex prædijs, vt ſunt fructus agrorum, domorum, molendinorum, piſtrinorum. Mixta, quæ debetur ex ijs, quæ partim ex prædijs, partim ex induſtria hominum prouenit, vt ex animalibus, & eorum fœtu, lana, &c. De decimis P. Moneta in ſuo trac. de decim. Reginald. lib. 19. c. 3. ſect 3. Suar. de relig. trac. 2. lib. 1. c. 9. & ſeqq. Leſſ. de iuſt. lib. 2. c. 39. dub. 1. & 2. S. Tho. 2. 2. q. 87. Sot. de iuſt. lib. 9. q. 4. Silu. & Summiſtæ ver. Decima. Panor. & Canon. in tit. de decim. & alij plures.

2 Oblatio idem eſt, quod decima. differt tantum, quod decima offertur miniſtris Eccleſiæ: oblatio verò immediatè ipſi Deo

3 Primitia eſt prima pars fructuum, vel frugum Deo offerenda Silu. vbi ſupra.

4 Decimas non debet Clericus ex fructibus Eccleſiæ, c. Nouum genus, & ibi Pan. de decim S. Tho. vbi ſupra ar. 4. Hoſt. in ſum. de decim. Sot vbi ſupra ar. 4. Nec de patrimonio, ſi ſeruit illi Eccleſiæ, Silu. ver. Decima q. 13. Ang eo. parag 7. Contraria eſt com. Hoſt. Pan. S. Tho. Sot. loc. cit Azor. p. 1. lib 7. c. 35. q. 5. Nec agricola de eo, quod perit ſine culpa graui Sotus vbi ſupra ar. 8. ad 2.

5 Decimæ perſonales nullibi ferè ſunt in vſu. vbi verò viget conſuetudo, ſoluendæ deductis impenſis, iuxta, c. Paſtoralis de decim. Nau. c. 21. num. 31. Et debentur Eccleſiæ, vbi recipit ſacramenta c. Ad Apoſtolicæ, de decim.

6 Decimæ non debentur, vbi non eſt mos. Hoſt. eo. tit. parag. Cui danda Nau. vbi ſupra. Colonus prædij regularium, qui ex priuilegio exempti ſunt à decimis, ſi priuilegium ſit perſonale quia perſonæ ſunt exemptæ, vt non teneatur ad decimas: nunc colonus tenetur pro parte, ſecus ſi priuilegium ſit reale, quia agri, & prædia à decima eximuntur, ideo eorum conductor ad decimam non tenetur. Azor. p. 1. lib. 7. c. 26. q. 7. per Glo. in Clem. I. de decim. ver. Excclendas, & Anchar. Imol. & Cardin. ibidem Pan in c. Ex parte 1. num. 4. de decim. quia fructus capiuntur ex terra priuilegiata.

7 Non obſtante Conc. Trid. ſeſſ. 23. de ref c. 12. poteſt abſolui, qui iuſtè impeditus non ſoluit decimas Nau. vbi ſupra, & de decim. conſ. 2. ſed cum Trid. non excommunicet ipſo facto; ideo intelligendus eſt Nau. poſt latam excommunicationem.

8 Si res aliqua ferat duplices, aut triplices fructus, ex omnibus ſoluendæ decimæ. Azor. vbi ſupra q. 12.

9 Si prædia, quæ prius ſoluebant decimas, donentur Eccleſiæ, ex eaque donatione propria Eccleſia magnum damnum recipiat, tranſeunt cum onere cap. ſuggeſtum de decim. Caiet. & Arag. 2. 2. q. 87. ar. 4. Regulares de bonis emptis non tenentur ad decimas Congreg. Conc.

10 In decimis prædialibus non deducuntur impenſæ, neq. ſementis c. ex parte, & ſeq. c. Tua nobis, & c. Paſtoralis de decim.

11 Decimæ prædiales an debeantur Eccle-

Digitized by Google

ſacramentali, aut prædiali, attenditur conſuetudo Rota dec. 279 apud Farin. P. 2. c. cum contingat, & c. cum in tua de decimis. De iure tamen com. debentur Eccleſiæ parochiali c. fi. de paroch. in 6. & d. c. Cum in tua. Excipe Colonum, qui tenetur ſoluere Eccleſiæ vbi ſunt prædia, non Eccleſiæ ſui domicilij Anchar. in c. Cum ſint homines, de decimis; ſed hic textus dicit, Etiã in hoc caſu ſeruandam eſſe conſuetudinem legitimè tamen præſcriptam, vt docet ibi glo:

12 Decimæ ex fructibus animalium debentur propriæ parochiæ, ſi in ea commorentur, & paſcant. Si verò alibi paſcantur, illi parochiæ debentur pro rata temporis, quo ibi paſcuntur Suar. vbi ſupra c. 21. num. 8.

13 Decimæ Papales ſoluendæ etiam ex fructibus prædiorum, quæ ſunt in alia Dioeceſi, cui non ſunt impoſitæ, quia non eſt onus prædialæ, ſed eccleſiæ, Moneta alios referens, de decim. c. 9. num. 68. & ſeq.

14 Si laicus per plures annos decimas non ſoluit, & prædium vendidit, in electione Rectoris Eccleſiæ eſt, vel contra primum, vel contra ſecundum poſſeſſorem agere Feder. cons 54. & com. vt teſtator Anchar. in c. Cum ſint homines, de decim. & in c. fi. eo in 6. verſ. Duodecimo nota.

15 Oblationes notoriè diſſidentium, & opprimentium pauperes, non recipiuntur c. Oblationes diſt. 90. Nec raptorũ Eccleſiarum, qui ſani non reſtituentes cum poſſint, in morte impotentes reperiuntur, c. Super eo de rapt. Nec Vſurariorum, c. Quia in omnibus de vſur. Nec meretricum Hoſt. vbi ſupra Silu. ver Decimæ q. 9 glo. in c. Ex tranſmiſſa de decim. Ne videatur fauere peccato S. Tho. 2. 2. q. 86. ar. 3. ad 1. Nec violantis immunitatem Eccleſiaſticam, qui non vult emendari c. Miror. 17. q. 4. Nec ſacrilegorum quouſq; ad communionem recipiantur c. De viro, 11. q. 2.

16 Offerre aliquid teneris in Eccleſia, ſi eſt conſuetudo obtinens vim legis, vt cum decimæ in vſu non ſunt, & miniſtri aliundè non habent, vnde viuant. Aut ſi ſit conſuetudo immemorabilis offerendi certum quid ſtatis ſolemnitatibus: ſecus ſi per modum liberæ donationis Sot. de iuſt. lib. 9 q. 3. art. 1 Ang. ver. oblatio num. 1. Sufficit verò maiorem populi partem, etiam cum conſuetudo obligat Silu. vbi ſupra num. 4.

17 Oblationes, quæ fiunt ſacris Imaginibus, ſpectant ad Parochum intra limites ſuæ parochiæ Barbos. plurimos referens ad c. Quia Sacerdotes 10. q. 1. Panor. in c. Paſtoralis num. 2. de his quæ fi. à mai. par. cap. Item ſi fiant Cappellæ vel Altari fundato intra parochiam: Pan. in rubr. de paroch. num. 3. Et licet pictura ſit in domo alicuius priuati. Idem in c. Quoniam num. 1. de decim. V. tamen Felin. in cap. Dilectus, de off. ord. Limitat Pan. in c. Theodoſius num. 4. de ſta. mon. Niſi huiuſmodi oblationes fiant in locis religioſis, quia hæ non cedunt Epiſcopo, nec parochiæ, ſed ipſis locis religioſis.

18 Primitiæ ſoluendæ vbi eſt mos. Nau. c. 21. num 31. Quantitas pendet ex dantis voluntate S. Tho. vbi ſupra ar. 4. ad 3. Silu. vbi ſupra num. 3. Ang. ver. primitiæ Innoc. in c. 1. de decim. vbi Pan. num. 8.

RESIDENTIA

V. Beneficium

1 RESIDENTIA eſt perſonalis ſolutio proprij officij in proprio beneficio Silu. ver. reſidentia. Reſidere, & intereſſe differunt: Non enim omnis reſidens in Eccleſia intereſt diuinis. Caſſadr. de cler. non reſid. decis. 22. Angel. clericus 2. parag. 2. Silu. ver. reſid. q. 7.

2 Omne beneficium requirit reſidentiam de iure antiquo Inn. in c. Clericos

de

de cler. non reſid. Hoſt. in ſum. eo. tit. num. 1. Nau. co. conſ. 4. num. 3. dicens contrarium eſſe probabile. Armill. ver. reſid. parag. 2. Alij vt Pano. in c. fi. de cler. non reſid. vbi ſupra q. 4. dicunt non omnia requirere, niſi ex priuilegio, ſtatuto, aut conſuetudine, Ang. cler. 9. parag. 1. docet omne beneficium etiam ſimplex requirere reſidentiam, niſi conſuetudo, vel diſpenſatio ex legitima, & rationabili cauſa excuſet. Sot. de iuſt. lib. 10. q. 3. ar. 1. docet beneficia, quibus annexa eſt cura animarum, vt Epiſcopatus, Parochiale, Abbatia, & huiuſmodi, requirere reſidentiam. Azor. p. 2. lib. 7. c. 3. q. 1. vult teneri etiam habentes Dignitatem, vel adminiſtrationem, vel officium, vt Præpoſiti, Rectoratus, Decani, Archidiaconi, Theſaurarij, Præcentores, & huiuſmodi, per c. Ad hæc de præben. & c. Ex parte noſtra, c. Inter quatuor, & c. Ex parte tua, de cler. non reſid. quæ iura innouat, & confirmat Conc. Trid. ſeſſ. 24. c. 12. de refor. Item habentes canonicatum, portionem, ſiue, præbendam in Cathedralibus, ſiue collegiatis. Trid. vbi ſupra. Alij, vt Hoſt. vbi ſupra, & Io. And. in c. fi. de cler. non reſid. cenſent illa tantum beneficia reſidentiam requirere, quæ dantur in titulum, ſiue ſint Vicariæ, ſiue modicæ æſtimationis. Verum de beneficijs ſimplicibus dicendum, quod licet de iure canonico teneantur beneficiarij ad reſidentiam: conſuetudine tamen, priuilegio, aut ſtatuto introduci poteſt; vt ad eam non teneantur. Et Congreg. Concil. declarauit beneficium ſimplex, etiam in titulum collatum ad reſidentiam non obligare, nec ad eam poſſe Epiſcopum cogere Mandos. in reg. 1. q. 14. num. 8. Tenetur tamen ſufficienter prouidere, ne Eccleſia ſua debitis ſeruitijs fraudetur, Azor. vbi ſupra, vers. Quæres item,

3 Non dicitur reſidere, qui licèt præſens ſit, non tamen ſeruit Hoſt. vbi ſupra Silu. ver. reſidentia parag. 1.

4 Epiſcopus, & Cardinalis reſidere tenentur etiam in Eccleſia commendata Trid. vbi ſup. Pius IV. in Bulla, quæ incip. In Suprema. Et Cardinalem Epiſcopum non excuſat à reſidentia eſſe in Curia, Caj. 2.2. q. 185. ar. 6. Sot. de iuſt lib. 9. q. 3. ar. 1.

5 Curatorum reſidentia eſt de iure diuino, nec ſuppleri poteſt per Vicarium Sot. Vbi ſupra Nau. c. 23. num. 121. Silu. ver. reſidentia q. 2. Roder. in ſum. p. 2. c. 23. Dec. repet. c. Cum omnes, de conſt. num. 3. & fauet Trid. ſeſſ. 7. c. 3. de reform. & ſeſſ. 23. c. 1. Caiet. vbi ſupra Couar. 3. var. res. c. 13. Azor. p. 2. lib 7. c. 4. q. 1.

6 Poteſt Epiſcopus ex cauſa abeſſe tres menſes, & Curates duos, ſed hic nonniſi cauſa per Epiſcopum cognita, & licentia in ſcriptis obtenta, prouiſa Eccleſia de idoneo, & ab Epiſcopo approbato Vicario. Trid. c. 1. cit.

7 Non reſidens in beneficio ſine iuſta cauſa peccat mort. & tenetur fructus reſtituere ante condemnationem aut fabricæ Eccleſiarũ, aut pijs operibus Trid. vbi ſupra.

8 Habentes beneficiũ Curatum in Cathedrali, aut collegiata non poſſunt abeſſe quotannis plus tribus menſibus Trid. d. c. 1. & ſeſſ. 24. c. 12. de refor.

9 Obtinens beneficium Curatum poſt Trid. non poteſt abeſſe cauſa ſtudiorum. Quòd ſi licentiam obtineat, exprimenda ætas. Nam ſi est 30. annor. non conceditur, niſi iam ſtudia incepiſſet Cong. Conc. De iure abeſſe poteſt per ſeptennium c. Cum ex eo, de elect. quod intelligit ibi Glo. ver. Septennio, à die commiſſi regiminis. Interim verò ponendus Vicarius in Eccleſia, cum congrua fructuum portione Cong. Conc.

10 Poteſt quis abeſſe animi gratia, ſed non diù Sot. de iuſt lib. 9 q. 3. ar. 4.

11 Non reſidentes tenentur tot Miſſas per Vicarium dicere, quot tenebantur reſidentes. Sot. vbi ſupra ar. 1.

12 Excuſat à reſidentia auditio Theologiæ per quinquennium, docere, ſemper, c. Licet, iuncto c. fi. de magiſtr. Idem de prælectione, & auditione iuris canon. Pan. & Felin. d. c. fi. Archid. in c. 2. de priuil. in 6. Ad alias ſcientias requiritur Epiſcopi licentia c. Relatum,

&c.

& c. Tua de Cler. non reſid. c. Cum ex eo, de elect. in 6. & Pius IV. in conſt. quæ incipit Sanctiſſimus V Ancar. in d. c. 2. de priuil. Non valet diſpenſatio cum his qui dociles non ſunt, ceſſat enim ratio priuilegij. ſicut etiam ceſſat, cum diſpenſatus ſtudijs non vacat. quare perdit priuilegium glo. in d. c. Cum ex eo, ver literaturam. Excuſat etiam ſeruire Papæ, aut Epiſcopo in vtilitatem Eccleſiæ c. De cætero. c. ad Audientiam, & c. dilectus de cler. non reſid. De Parocho ſtatuit Congreg. Concil. Epiſcopum non poſſe illum extra Curã ad certa negotia adhibere, etiam conſtituto Vicario, niſi cauſam viſitationis per bimeſtre. De Epiſcopo cenſent Caj. 2. 2. p. 185. ar. 5. Sot lib. 10. q. 3 ar. 4. non excuſari, ſi ſeruiat in Curia in officio Camerarij, Pœnitentiarij, Theſaurarij & huiuſmodi; quod ea officia ab alijs commodè obiri queant, & concedit Azor. p. 2 lib. 7 c. 4 q 5 quando abſint alij ad ea munera ſatis idonei. Excuſant etiam licentia legitima; glo. in c. Inter quatuor de Cler. non reſid. Item honeſta conſuetudo cum cauſa legitima Innoc. in c. Tuæ eo tit. quæ tamen duæ cauſæ non videntur legitimæ in Curato, qui ex Trid. c. 1. cit. abeſſe non poteſt, niſi ex quatuor cauſis.

Prima Chriſtiana charitas, vt ad dirimendas lites, controuerſias, ſimultates, odia, & diſſidia inter aliquos orta.

Secunda, Euidens vtilitas, vt cum ad tempus abeſt ad morbum curandum, ob bellum, hoſtium incurſus, peſtem ſæuientem, aëris intemperiem, vel ob inimicitias, odium, vel offenſionem Principis, vel Domini loci, vel etiam populi declinandam, & ob vitæ ſalutis, vel libertatis periculum ad tempus deuitandum. Odium & offenſionem Principis &c. Intellige, ſi Epiſcopus eos reconciliare non poteſt, nec aliud beneficium illi conferat. Et ſi inimicitiæ non ſunt exortæ culpa ſua, & poſt obtentum beneficium. Nam aliàs non excuſatur niſi per annum de licentia Epiſcopi.

Tertia, Obedientia, vt ſcilicet Papæ, vel Legato, vel Epiſcopo officium iuſtum, ac debitum imperanti pareat c. Cum dilecti, & ſeq. de Cler. non reſid. qui textus cum loquatur tantum de Canonicis non habet locum in alijs curam, aut adminiſtrationem habentibus, Io. Mon. & Pan. in c. ad Audientiam, de Cler. non reſid. licet Silu. ver. reſidentia q. 6. verſ. 2. extendat ad omnes. ſed non rectè Azor. vbi ſupra q. 3. verſ. quinta cauſa.

Quarta Euidens vtilitas, vel neceſſitas Eccleſiæ cui præeſt, vt cum ad Synodum generalẽ, ſiuè prouincialem ritè & legitimè vocatus proficiſcitur. Item negotia Cleri legitimè demandata Congreg. Conc. In omnibus tamen ſupradictis caſibus Eccleſia fraudari non debet debitis obſequijs, ſed ſupplendum per idoneum Vicarium Trid. c. 1. cit. Nau. c. 25. num. 121. verſ. Quinta.

13 Obtinens Parochialem. & Canonicatum, qui conſiſtit ſolum in diſtributionibus ſine præbenda, eas lucratur abſens cauſa parochiæ, ſi vtrique ſeruire non poteſt Congreg. Concil. Idem cum abeſt cauſa ſtudiorum, dempta tertia parte, quæ inſeruientibus accreſcit, & diſtributionibus Miſſis, aut defunctorum anniuerſarijs applicatis. ibidem referente Quaranta ver. reſidentia in addit. Idem de Lectore publico ex gratia, vt declarauit Greg. XIII. referentem eadem Quaranta.

14 Excuſat à reſidentia in Collegiatis non inſignibus conſuetudo immemorabilis, & redditus tenuis, qui canonicos alere non poteſt Congreg. Concil.

15 Cæcus præbendatus non excuſatur à reſidentia, niſi aliud obſtet; ad id enim tenetur ex vi beneficij. Sicut eadem ratione non excuſatur ab aſſiſtentia in Choro, & recitatione officij in quantum poteſt cũ alijs, ſi memoriam tenet Nau. de hor. can. c 1. num. 13 quem ſequatur Suar. de rel. g. to. 2. lib. 4. c. 17. num. 4. tract. 4

15 Diſpenſationes de non reſidendo, & beneficiorum fructus recipiendo ratione ſtudij etiam conceſſæ a Sede Apoſtolica, non valent ſine conſenſu Ordinarij Pius IV. in conſt. quæ in c. incipit Sanctiſſimus 24 Nau. 1564.

17 Diſtributiones quotidianæ deben-

tur

tur impedito infirmitate c. vn. de cler. non reſid. in 6. Et detento iniuſtè in carcere, iniuſte excommunicato; non potenti adeſſe ſine corporali læſione: in exilium iniuſtè miſſo: timenti vim ſibi inferendam Nau. de Cler. non reſid. conſ. 10. & ſeq. & de hor. can. c. 11. num. 10. Silu. benef. vlt. q. 3. Intellige ſi dum non impediuntur ſolliti ſunt adeſſe diuinis officijs in choro. Pan. in c. 1. de Cler. ægrot. & in c. Ad audientiam de Cler. non reſid num. 5. & vol. 1. conſ. 70. Felin in c. Apoſtolicæ de except. num. 12. Nau. de hor. canon. c. 10. num 11 Azor p. 2 lib. 7. c. 7 q. 11. Couar. 3, var. reſol. c. 13. num. 8. Debentur etiã Senio confectis, qui ad Eccleſiam ireſcommodè non poſſunt, ſi prius erant ſoliti reſidere Congreg. Concil. Azor. vbi ſupra q. 12. Et abſentibus ad euidentem Eccleſiæ vtilitatem c. vn. cit. Silu. & alij cit. Et celebranti tempore diuinorum officiorum de præcepto Superioris Pan. in c. Cum olim de re iud. num 4. & 6. V. Barbos. de Epiſcopo p. 3. allegat. 53. à num. 155.

17 Diſtributiones quotidianæ duplices debentur ei, qui habet in Eccleſia duo beneficia Cong. Concil. Panor. & Felin in d. c. Cum olim. Cou. vbi ſupra num. 6. quia eas obtinet diuerſo iure. V. Azor. p. 2. lib 7. c. 7. q. 13. Barbos. ad c. Eam te num 7. de reſcrip. & ad c. Cum olim. num 2. de re iud.

18 Diſtributiones quotidianæ ſecundum Nau. de hor. can. c. 22. num. 50 ſunt in duplici differentia. quædam enim ſunt extraordinariæ, quæ de redditibus particularibus Dignitatum, Perſonatuum, & Officiorum conſtituuntur, lucri faciendæ ab eis ſolis, qui eas habent, impendendo officia diuina eis ab Epiſcopo deſignata, vt v. g. cantantes miſſam ſolemnem certis diebus & hæ in defectu, fabricæ applicantur Congreg. Concil. Quædam ſunt ordinariæ, quæ conſtituuntur de fructibus communibus, lucrifaciendæ à facientibus communiter officia diuina, & hæ alijs inſeruientibus accreſcunt. Et per hæc conciliantur c. 3. de refor. ſeſſ. 21. Conc. Trid. & ſeſſ. 22. c. 3. In illo enim de ordinarijs; in hoc verò de extraordinarijs diſtributionibus agitur.

19 Canonicus non legitimè impeditus non accedens ad chorum, præter diſtributionum amiſſionem, peccat venialiter: niſi talis eſſet eius conſuetudo: vel propter eius abſentiam officia in Eccleſia minimè dicerentur, quæ eo præſente recitarentur: Vel Eccleſia notabile damnum in diuino cultu pateretur; tunc enim peccat mortaliter Silu. ver. hora q. 10. Nau. de hor can. c. 15. num. 18. Ang. ver. hora parag. 26. Cai. in ſum ver. hora, & alij, id rectè intelligentes etiam de alijs Eccleſijs Collegiatis, & regularibus iuxta Clé. I. de celebr. Miſſ.

21 Canonici non poſſunt remittere diſtributiones quotidianas non intereſſentibus abſq; legitima cauſa, non obſtante ſtatuto aut conſuetudine in contrarium c. Licet, & c. Extirpandæ parag. Quia nonnulli de cler. non reſid. in ant. & c. Conſuetudine eo. in 6. Trid. ſeſſ. 24. c. 12. de ref. & accreſcunt alijs inſeruientibus, huiuſmodi remiſſioni non aſſentientibus. Quòd ſi omnes aſſenſerint, debentur vſibus Eccleſiæ Cong. Conc. ſæpè. Si poſt earum reſtitutionem, ab ijs, ad quos pertinent, liberè, & ſine coactione donentur, poſſunt retinere Nau. de orat. miſcell. 14. Ang. clericus 7. parag. 8. Azor. p. 2. lib. 7. c. 7. q. 9.

22 Canonici Eccleſiæ collegiatæ compellendi ſunt ad reſidendum, atq; ad horas canonicas ſtatis horis recitandas Cong. Conc. vt refert Quarant. ver. Horæ canon.

23 Canonicus abſens pro defenſione iurium ſui beneficij, cum licent. a ſui Epiſcopi non amittit diſtributiones quotidianas, quia cenſetur præſens c. Ex parte 2. de cler. non reſid. Rota in vna Aſten. fructuum coram Manzenedo 15. maij. 1613.

24 Cum redditus beneficij conſiſtunt in ſolis diſtributionibus quotidianis, eas lucratur reſidens in loco beneficij, licet non interſit horis canonicis, Glo. in c. vn. de cler. non reſid. in 6. ver. receperis, quia potius ſunt præbendæ quam diſtributiones Moneta de diſtrib. quot. p. 1. q. 7. num. 14. & p. 2. q. 10. num. 24. Azor vbi ſupra q. 7. Proſper de Auguſt. ad Quarant. ver. reſidentia.

HO-

HORAE CANONICAE.

V. Beneficium. Oratio.

1 HORA Canonica eſt officium diuinum dicendum certa hora ex inſtitutione ſacrorum Canonum. Silu. ver. hora.

2 Beneficiarij omnes qualecumq; habeant beneficiũ à die adeptæ poſſeſſionis licet non ſit in Sacris Paris. de reſign. lib. 1. q. 9 num 13. Leſſ. lib. 2. c. 34. num. 87. in fi. Aut ſi per ipſum ſteterit quo minus illam habuerit: vt quia malitiosè, aut negligenter ſe geſſit Suar. alios referens de relig. tract. 4. lib. 4. c. 14. num. 6. & ſeq. Aut cum ſua culpa non admittitur in poſſionem, Vaſquez. opuſc. de benef. c. 4. parag. 3. art. 1. dib. 6. Item qui beneficium Eccleſiaſticum habet non in titulum, ſed in comendam, ſiuè ad tempus, ſiuè in perpetuũ: habet enim verã benefic j adminiſtrationem ſpiritualem, & temporalem, & fructus percipit, ſicut beneficiarius ratione tituli. Io. Med. de orat. q. 3. glo in c. Nemo de elect. in 6. Nauar. de orat. c. 20. num. 16. Azor. p. 1. lib. 10. c. 3. q. 6. Item in ſacris conſtituti, Concil Baſilien. ſeſſ. 21. Qualiter extra chorum, & conſtar de antiquitate conſuetudinis quæ vim præcepti obtinet. de quo Marchin. de ordi. tract. 2. p. 5. c. 12. difficul. 1. & alij ab ipſo relati. Sanchez de matri. lib. 9. diſp, 15 num. 6. Suar de relig to. 2 lib. 4. c. 16. Monachi, & Moniales profeſſi ad Chorum deputati tenentur ſub mortali ad recitationem horarum canonicarum. Eſt com. Ang. ver. horæ can. parag. 3 Silu. cũ Nau. c. 25. num. 97. & de orat c. 7. à num. 4. Cai. in ſum. ver. horæ can. Sot. de iuſt. lib. 10. q. 5. ar. 3. Valent. to. 3. q. 2. p. 10 parag. 2 Arag. 2. 2. q. 83. art. 12. B. Med. in ſum. lib. 1. c. 14. parag. 11. S Ant. p. 3. tit. 13. c. 4. parag. 1 Pan. & Canoniſtæ inc. 1. de celeb. Miſſ. Azor p. 1. lib. 10 c. 5. Et licet quoad regulares negent ratione ſtatus obligari, niſi ſint in ſacris Cai, vbi ſupra. Io. Med. de orat q. 7. & Suar. de relig. to. 2. tract. 4. lib. 4. c. 16. Verius tamen alij docent omnino teneri. Conuerſi non tenentur ſub mortali ad recitandas orationes illis à regula perſcriptas: Niſi aliud in ipſa regula ſtatuatur. Cai. Arag. Nau. loco cit. Silu. vbi ſupra q. 2. verſ. 2.

3 Habens Præſtimonium, ſeu præſtimoniales portiones tenetur ad horas canonicas; eſt enim verè beneficium Eccleſiaſticum, cum ſit perpetuum, nec conferri poteſt, niſi ab Epiſcopo, vel alio ſuperiore Eccleſiaſtico; & nonniſi Clerico, & in titulum, nec obitu Clerici extinguatur, ſed vacet, & alteri conferatur, Pan. p. 2. conſil. 47 num. 1 & Pius V. conſt. incip. Ex primo Lateran. Concil. id aperte ſtatuit. Eſt autem Præſtimonium beneficium inſtitutum ad ſubſidium adoleſcentium, qui in ſtudia literarum incumbunt; Vel eorum qui contra Chriſtianæ religionis hoſtes bellum gerunt: aut Canonicorum, qui ex Canonicatu ſufficientes ad victum redditus non habent. Ex Azor. p. 1 lib. 10. c. 3. q. 4 V. Beneficium num. 3.

4 Ad officium non tenetur, qui habet beneficium ad officium non eccleſiaſticum, vt pulſandi organa, docere Theologiam. Silu. vbi ſupra. Nau. de hor. can. c. 7 num. 26. Nec Religioſus diſpenſatus in caſtitate Nau. vbi ſupra num. 26. Azor. vbi ſupra c. 6. in fi.

5 Excommunicatus, & ſuſpenſus tenetur ad horas, ſed priuatim, & ſine Dominus vobiſcum Silu. vbi ſup. à q. 3. Nau. num. 6. Couar. var. res. lib. 3 c. 13 num. 8. Sot. art. 3. cit. Item degradatus Silu. vbi ſupra Nau. num. 17.

7 Infirmus, & cœcus, ſi poſſint habere ſocium, cum quo recitent, tenentur ſi viuant ex redditibus Eccleſiaſticis, aut patrimonium in titulum; aliàs non tenentur quærere ſocium Nau. de hor. c. 12. num. 12. ad 18. Azor p. 1. lib. 10. c. 13. q. 3. & 6. At Suar. vbi ſupra c. 27 num. 14. docet quod licet non viuant ex redditibus eccleſiaſticis, &c. tenentur aut quærere ſocium, ſi ſine magna difficultate, aut ſumptu poſſunt illum habere; aut ſi memoria teneant officium,

um,

illum, aut aliquam partem totalem, vt horam integram, illam recitare. V. intra num. 40.

8 Habentes ſolos minores ordines nec Epiſcopus poteſt cogere ad liquid Sot. vbi ſupra Io. Med. de orat. q. 7. Azor. p. 1. lib. 10. cap. 5. q. 2.

9 Capellania inſtituta ſine auctoritate Epiſcopi, aut Papæ non obligat ad officium Nau. de hor. c. 20. num. 17.

10 Ordo horarum non eſt in præcepto Silu. vbi ſupra q. 9. verſ. 4. Ang. eo. parag. 18. S. Ant. p. 3. tit. 13. c. 4. parag. 4. & ideo poteſt ex cauſa mutari Nau. vbi ſupra c. 3. num 66. Sot. ar. 4.

11 Veſperas ante prandium in quadrageſima dicere oportet in publico officio, non autem in priuato Nau. vbi ſupra num. 41. & miſcell. 70. Silu vbi ſupra verſ. 5.

12 Poſſunt manè dici horæ vſq; ad veſperas incluſiuè Cai. in ſum. ver. hora parag. quoad quartum ſi tamen ad ſit iuſta cauſa Azor vbi ſupra c. 9. q. 8. in fi. vt ob futuras occupationes, c. præsbyter diſt. 91 & c. præsbyter de celebr. miſſ. vbi Pan. num. 3.

13 Recitare matutinum veſpere vt manè voluptuoſius quis dormiat, non eſt mortale. S. Tho. quol. 5. ar. 28. Nau. in man. c. 25. num. 97. & de hor. c. 3. num. 54. S. Ant. vbi ſupra Silu. ver. hora q. 9. verſ 3.

14 Poſt mediam noctem tranſit obligatio officij illius dici Nau. c. 3. cit. num. 50. Armill. ver. hora num. 17. Silu. eo. q. 9. verſ. 6. in fi. Azor. vbi ſupra c. 9. q. 6.

15 Tempus recitandi officium eſt poſt exactam horam completorij diei præcedentis, attenta diuerſitate dierum, & temporum Caiet. vbi ſupra Bellarm. to. 3. controu. 3. lib. 2. c. 18. S. Tho. quol. 5. art. It. & duabus, tribuſue horis poſt meridiem Azor. vbi ſupra q. 5. Suar. de relig. to. 2. trac. 4. lib. 4. c. 26. num. 14.

16 Officium B. V. vbi eſt conſuetudo apud omnes, vt etiam dicatur extra chorum obligat ſub mortali ad illius recitationem: Secus vbi non eſt huiuſmodi cõſuetudo Silu. ubi ſupra q. 5. & com. apud Summiſtas. Quæ obligatio licet uere ſublata ſit à Pio V. per conſtitutionem quæ initio Bræuiarij ponitur, non ſuſtulit tamen laudabilem conſuetudinem Eccleſiarum illud officium in choro canentium, ut ex ipſius uerbis conſtat: Sic Azor. p. 1 lib. 10. c. 16. q. 2. Hæc porrò obligationis abrogatio illis tantum conceditur, qui Romano breuiario utuntur: alij uerò uti non poſſunt hac remiſſione. Idẽ intellige de pſalmis gradualibus Septẽ pſalmis pœnit. ac officio Defunctorum. Et generaliter in ijs Eccleſijs quæ Romano breuiario non utuntur, conſulenda eſt conſuetudo uel formula recitandi, aut ſpecialia ſtatuta Suar. ubi ſupra c. 23. nu 3 & ſeq. V. Nau. de orat. c. 10. nu. 3. & 4. & Suar. lib. 4. cit. c. 25. nu. 7. Obligatus autẽ ea recitare in choro, non tenetur extra illud. Idẽ ubi ſupra nu 8 & Nau. de celebr. miſſ. conſ. 12. Arag. 2. 2. q. 83. art. 12.

17 Officiũ defunctorũ quod recitari ſolet poſtridie feſti Omniũ Sanctorum obligat omnes ſub peccato mortali, cũ ſi officiũ illius diei proprium Sot lib. 10. q. 5 ar. 4. Ad officiũ uerò defunctorũ, quod dicit in initio cuiuſq; menſis ex præſcripto rubricæ, non eſt obligatio ſub mortali Bulla Pij V. cit.

18 Ordinatũ ad titulũ patrimonij poſſe dicere quoduis officiũ putat Silu. ubi ſupra q. 1. uerſ. 4. & concedit Nau. c. 25 nu. 107. ad 3. ſi non habet beneficiũ ſed id meritò negat Sot. ubi ſupra Nam & Bulla Pij & ſacri Canões iubent conſtitutũ in ſacris teneri ad ofcium iuxta laudabilem, & approbatam cõſuetudinem Eccleſiæ propriæ Nau. de hor. c. 19. num. 211. & c. 22. num. 23.

19 Ex cauſa dicere ſemel aut iterũ aliud officiũ non eſt peccatũ, & ſi abſq; contẽptu non eſt mortale id facere ſine cauſa Nau. ubi ſupra c. 21. num. 23. Nec mutare qualitatẽ officij ex inaduertentia, uel ignorantia u. g. dicere de Sancto cũ ſit dicendũ de feria: aut ſecũdũ vnũ ritũ, &c. Caiet uer. Hora, parag. Quoad ſecundũ Silu. eo. nu. 15: Sot. ubi ſupra Valent. to. 3. q. 2. de orat. p. 2. parag. 1. B. Med inſtruc lib. 1. c. 14. parag. 1. S. uerò fiat in fraudẽ, ut breuius recitetur, licet Silu. uelit eſſe ueniale; uerius tamẽ Philiarc. de offic. Sacerd. lib. 1. c. 6 Suar. ubi ſup c. 23. à nu 12 docẽt eſſe mortale poſt cõſt. Pij

20 Qui calet plures linguas dicere poteſt priuatim horas canonicas eo idiomate quod ſibi magis placuerit, etiam partem uno, partem altero, modo ſine contemptu

 id fiat,

id fiat, & aliquo bono fine Nau. de hor. c. 13. num. 7. & de celebr. miſſ. conſ. 12.

21 Recitans ſine attentione tenetur repetere Nau. c. 13 cit. num. 46. Sufficit verò attentio virtualis ſaltem ad verba, vel ad ſenſum, ad Deum, vel ad rem petitam S. Tho. 2. 2. q. 83. ar. 13. & ibi Arag. Sot. de iuſt. lib. 10. q. 5. ar. 5. quælibet enim harum attentionum ſufficit Cai. in ſum. ver. Hora, verſ. quoad 3. Si vagetur ex propoſito, aut craſſa negligentia, tenetur repetere Sot. vbi ſupra conclus. 7. Quòd ſi vagetur cum animo repetendi, non peccat mort. Arag. vbi ſupra P. Nau. de reſt. lib. 2. c. 1. num. 202. Valent. to. 3. q. 2. de orat p. 10 verſ. licet. Item ſi ſtudeat ſe reducere S. Tho. vbi ſupra ad 3.

22 Eccleſia non obligat ad attentionem interiorem S. Ant. p. 3. tit. 13. c. 4. parag. 7. Silu. ver. Hora q. 11. verſ. 2. Arag. vbi ſupra; quia lex humana non poteſt cohibere, nec ordinare actus interiores, qui latent. Poteſt tamen indirectè, quatenus actus interiores ſunt conditiones, & forma actus exterioris, à quibus accipiunt bonitatem, qui enim præcipit recitationem officij ex conſequenti præcipit attentionem, vt conditionem neceſſariam ad debitam recitationem. Colligitur apertè ex Clem. 1. de ſta. mon. vbi prohibentur Monachi ſub pœna excommunicationis accedere ad Curiam animo nocendi, & Clem. Multorum de hæret. excommunicantur Inquiſitores odio, vel amore contra aliquem procedentes. Sic Caiet. 1. 2. q. 91. ar. 4. Suar. to. 4. diſp. 36. ſect. 7. Et quod orans teneatur eſſe attentus, apertè aſſerunt S. Tho. 2. 2. q. 83. art. 13. & ibi Caiet. Nau. de orat. c. 43. num. 19. Sot lib. 10. q. 9. ar. 5. concl. 7. Azor. p. 1. lib. 10. c. 12. q. 6. Anchar. in Clem. 1. de celebr. miſſ num. 4. & com. V. Azor. p. 1. lib. 5. c. 10. & lib. 7. c. 5. q. 2. & 3. Glo. in d. Clem. Multorum parag. Verum, ver. eo ipſo. Vaſquez opuſc. de benef. c. 4 parag. 1. ar. 3. dub. 3. Suar. de relig. trac. 4. lib. 4. num. 25. c. Dolentes vbi Barbos. & alios ibi relatos, de celebr. miſſ.

23 Vagari inuoluntariè non eſt peccatum Cai. in ſum. ver. hora parag. Quoad tertium Quod ſi ex negligentia, eſt veniale Ang. ver. Hora parag. 28.

24 Omiſſio omnium horarum vnum eſt peccatum Silu. vbi ſupra q. 12. Nau. de hor. c. 7. num. 6. Azor. vbi ſupra c. 7. q. 4. S. Ant. p. 3 tit. 12. c. 4. parag. 5. quia vnum tantum integrum quotidianum officium negligitur.

25 Solus primus pſalmus integer vna cum Hymno præcedente eſt pars notabilis, atq; ideo eam omittens peccat mortaliter Nau. vbi ſupra c. 10. num. 44. quia, inquit, eſt omiſſio circiter tertiæ partis, refertq. S. Ant. ita ſentientem, & conſentit Azor. vbi ſupra q. 3. licèt dicat eam regulam non eſſe vniuerſaliter veram. Nam cum tertia pars diei naturalis ſit octo horarum, non excuſatur à mortali qui in die feſto opus ſeruile fecit etiam per quatuor horas. Intelligendum igitur eſt; etiam partem minorem tertia eſſe notabilem, quando totum aliquid eſt magnum. Omiſſio unius horæ integræ eſt peccatum mortale Nau. vbi ſupra c. 7. num. 1. Azor. q. 2. & com. Negat Marchin. de ord. trac. 2. p. 6. c. 12. diffic 3. quia ſingulis diebus vnicum tamen vrget præceptum: omiſſio verò vnius horæ eſt parua materia comparata ad integrum diuinum officium.

26 Recitans horas ſine animo, & intentione ſoluendi debitum officium, non ſatisfacit Io. Med. de orat. q. 16. ar. 3. Nau. in man c. 25. num. 106. vbi etiam explicat, quæ intentio ſufficiat, & de hor. can. c. 20. num. 20. & c. 13 num. 15. & duob. ſeq. Azor. vbi ſupra c. 12. q. 8. Alij verò vt Arag. 2. 2. q. 83. an 12. Valent. to. 3. diſp. 6. q. 6. in fi. Sanchez in ſum. lib. 1. c. 13. num. 16. & lib. 4. c. 14. num. 26. Leſſ. lib. 2. c. 37. dub. 10. num. 9. & alij plures relati a Barbos. ad c. Dilectos de celebr. miſſ. num. 10. docent ſatisfacere: Nam præceptum ſolum obligat ad recitandum officium, non autem ad hoc, vt quis peculiari alio actu voluntatis, & in actu ſignato velit etiam præcepto ſatisfacere. Sed quid, ſi recitat cũ animo non ſatiſfaciendi? Azor loco cit. docet minime ſatiſfacere. Contrarium tamen

men verius docet Suar. de relig. tract. 4. lib. 4. c. 28. num. 8.

27 Qui cantare neſcientes tam notabiliter malè cantant ea, ad quæ tenentur, vt alijs riſum, faſtidium, vel perturbationem generent, grauiter peccant, Nau. de hor. c. 16. num. 30.

28 Domeſtici Cardinalium, & Epiſcoporum dicere poſſunt idem officium, quod ipſi dicunt Clem. II. de celebr. miſſ. Turrecr. in c. 1. diſt. 91. q. 19.

29 Canonicus tantam habere debet ſcientiam cantus, vt ea, ad quæ tenetur, canere valeat; & diſcere recuſans non eſt abſoluendus Nau. in cap. ſi quando de reſcrip. excapt. 18. & de hor. c. 12. num. 41.

30 Qui dicendo officiū cum ſocio, vel in Choro alternatim nimis anticipat verbum, ita vt non audiatur finis alterius partis, peccat quantitate defectus Nau. de hor. c. 16. num. 25. & in man. c. 25. num. 99.

31 Canonicus, & quilibet alius recitans in Choro alternatim, ſatisfacit audiendo capitulum, antiphonas, lectiones, & alia, quæ ab vno tantum, vel duobus recitantur, abſq; eo, quod ipſe repetat Nau. de hor. c. 10. num. 17. Silu. eſt ver. hora q. 7. Azor. p. 1. lib. 10. c. 7. q. 8. S. Ant. parag. 5. cit.

32 Qui verba, & ſillabas degluciendo, ſincopando, & corrumpendo horas recitant, ſi illud totum conſtituit partem notabilem horæ, peccant mort. Nau. vbi ſupra num. 9. Certè grauiter reprehenduntur huiuſmodi in Clem. I. de celebr. miſſ. & in Concil. Baſil. ſeſſ. 25. parag. Qualiter horæ canonicæ ſint dicendæ. Et negandum non eſt nonnullum peccatum eſſe admittere ſic recitantem, non tamen mortale. Nec huiuſmodi Horæ ſunt repetendæ. Immo ſi id vitio linguæ, vel conſuetudine quadam ingenita, & quodammodo in naturam conuerſa id faciunt; nullum eſt peccatum Azor. vbi ſupra q. 11. Suar. de relig. lib. 4. c. 25. num. 6. & c. 13. num. 10. & ſocius, qui cum huiuſmodi impedito recitat, ſatisfacit, nec tenetur repetere Roder. in ſum. p. 1. c. 143. num. 1.

33 Qui ſolus recitando horas canonicas oculis tantum officium percurrit nulla formando verba non ſatisfacit Io. med. de orat. q. 7. S. Ant. vbi ſupra parag. 7. in fi. Item cum labia mouet, vt nec ſeipſum percipiat, vel intelligat Io. med. cit. Nau. de orat. c. 20. num. 15. Azor. c. 11. q. 4. Non requiritur tanta vox, vt ſeipſum recitando audiat Caiet. 2. 2. q. 83. ar. 12. Sed ſufficit formare verba intra labia, ita vt ipſe ea intelligere valeat. Sic Doct. ſupra cit.

34 Qui inter recitandum horas confabulantur, vel polixè rident, vel vaniloquia immiſcent, ſi ſit exceſſus notabilis, peccant mort. nec ſatisfaciunt Nau. de hor. c. 16. num. 75. Suar. vbi ſupra c. 24. num. 11.

35 Qui dicendo horam ea nondum completa, aliquid interponit, v. g. locutionem, vel aliud opus ſine cauſa neceſſaria per notabile tempus, ita vt meritò dicta, & dicenda non facerent quid vnum, tenetur repetere Nau. vbi ſupra Io. med. de orat. q. 16. in fi. Azor. vbi ſupra c. 8. q. 5. Contrarium docet 2. 2. q. 83. ar. 12. in fi. Quæ autem ſint cauſæ iuſtæ vide apud Nau. & Azor. Interrumpens ex cauſa non tenetur repetere Nau. vbi ſupra num. 65. Azor. q. 9. & Io. med. q. 19. ad fi. Immo nec interrumpens ſine cauſa Roder. in ſum. p. 1. c. 143. num. 3. V. Suar. vbi ſupra à num. 9. Quanta verò eſſe debeat interruptio, vt non teneatur quis repetere, Leſſ. lib. 2. c. 37. num. 57. putat in officio priuato eſſe duas horas, etiam in medio vnius horæ canonicæ, citatq; alios. V. Marchin. & ab eo cit. de ord. trac. 2. p. 6. c. 12. diffic. 5.

36 Qui Choro cœteris canētibus, partem ſuam ſubmiſſè dicit, non ſatisfacit Caiet. opuſc. 17. reſp. 8. & in ſum. ver Horæ parag. quoad ſecundum Nau. de hor. c. 10. num. 47. & miſcell. 79. Et niſi cauſa legitima eum excuſet, non acquirit diſtributiones, & perceptas tenetur reſtituere, etiam ſi officium prius recitauerit domi Sot. de iuſt. lib. 10. q. 5. ar. 4. Nau. d. num. 47. & de celebr. miſſ. conſ. 3. Lopez inſtruc. p. 2. c. 96. Concil. mediol. IV. tit. de minor. Eccl. & colligitur ex Trid. ſeſſ. 24. c. 12. de reſor. Intellige, niſi vigeat conſuetudo vt ſatis ſit intereſſe choro B. Med. lib. 1. c. 14.

Digitized by Google

parag. 1. Tabien. ver. Hora q. 36. Arag. vbi ſupra art. 13. & non canant, niſi per Cappellanos, ſi ea conſuetudo ſit recepta, tollerata, & approbata P. Nau. lib. 2. c. 2. num. 217. Leſſ. lib. 2. c. 34. dub. 33. Azor. p. 1. lib. 10. c. 11. q. 6. non obſtante Trid. loco cit. & conſt. Pij V. quibus huiuſmodi conſuetudine derogari poteſt Suar. vbi ſupra c. 12. num. 12. & ſeq.

37 Non tenetur ſupplere, quod iuſte impeditus, v. g. occupatus in quærendis pſalmis, in transferendis libris, in adferendo prunas ad thurificandum, in referendo nuntijs, in egrediendo paulliſper animi gratia, non potuit audire, vel dicere, modo omiſſa ſint pauca, & non plus temporis, quam ſit neceſſe, in eis conſumat Nau. de hor. c. 10. num. 36. & 37. & c. 21 num. 15. Sot. lib. 10. q. 5. art. 3. Arag. vbi ſupra ar. 12

38 Ingreſſus in Chorum ſerius continuet cum alijs officium, poſtea omiſſa ſuppleat Nau. c. 10. cit. num. 11. & c. 6. Idem cum ex aliqua neceſſitate pſalmum intermiſit. S. Ant. p. 3. tit. 19. c. 4. parag. 6.

39 Reſpondens organo, ipſum pulſando, ſatisfacit Arag. & Sot. vbi ſupra Nau. d. c. 21. num. 15.

40 Obligatus ad dicendum officium, ſatisfacit adhibendo ſibi ſocium, ita vt ambo alternos pſalmos, & reſponſoria, verſus, & lectiones recitent com. vt teſtatur Nau. de orat. c. 10. num. 16. S. Ant. p. 1 tit. 9 c. 12 parag. 3 vers. ſecunda negligentia in fi. Azor ubi ſupra c. 7 q. 5 Silu. uer. Hora q. 7 V. ſupra num. 7

41 Non eſt mortale in publico dicere officium in peccato, niſi ſit in actu peccandi, uel actu proponendo peccare. Io: Med. ubi ſupra q. 12. parag. De oratione tamen publica.

42 Excuſat à recitatione officij carentia breuiarij, quod eo tempore, quo dicendum eſt officium nullo modo haberi poteſt, ſine culpa tamen Silu. uer. hora q. 4. Sot. ubi ſupra ar. 3 Nau. de hor. c. 11. num. 38. Roder. in ſum. lib. 2 c. 185. num 3 Quòd ſi ex culpa ſua omiſit, tunc imputatur illi carentia, non uerò cum non recitat, cum iam ſiat illi impoſſibile Nau. in man. c. 17 num. 101 Valent. to. 3. q. 2. de orat. p. 10 parag. 7. Poteſt uerò eo caſu recitare ſecundum alium ritum, & Breuiarium Suar. ubi ſupra c. 23. num. 15 V. eundem c. 27 per totum. Si fortè proiecit Breuiarium peccat toties, quoties, niſi illum pœnituerit Tolet. lib. 2 c. 14. Arag. ubi ſupra Tenetur tamen eam partem recitare, quam comode poteſt, ut ſi aliqua memoria teneat Philiarc. lib. 1 c. 20 Valent. dicens id eſſe ſecurius parag. 7 cit. Et certè de cœco affirmat Nau. de hor. c. 11 num. 34 Sot. licet. dubius art. 3 cit. Azor. p. 1 lib. 10. c. 13 q. 5 is enim licet legere non poſſit, ſi maiorem officii partem memoria teneat, non excuſatur. quando tamen pars illa eſt totalis, ut hora integra, alioqui non tenetur Sanchez in ſum lib. 1 c. 19 num. 9 etiam in matutino, quando ob carentiam Breuiarij non poſſunt dici lectiones, quando officium eſt nouem lectionem. In officio enim feriæ, uel Sancti ſimplicis non excuſatur, quia omiſſio trium lectionum eſt pars minima.

43 Excuſat etiam urgens neceſſitas, cum aliqua occupatio abſq; aliorum offenſione prætermitti, aut in alius tempus commodè differri nequit, nec potuit præuideri, ut ſi ad populum tumultantem ſedandum, conciones habendum, Confeſſiones tempore neceſſitatis, aut Iubilæi audiendas, cum alius ea præſtare, uel non poteſt, uel recuſat nec tempus ſuppetit recitandi horas Nau. de hor. c. 11 num. 34. Silu. uer. hor. q. ult. Azor. ubi ſupra q. 15 Excuſat etiam damnum notabile corporis, Innoc. & Hoſt. in c. 1 de celebr. miſſ. Nau. ubi ſupra c. 11 & dub. ſeq. & in man. c. 25. num. 100. Item Papæ diſpenſatio Turrecr. in c. Eleutherius diſt. 91. Nau. c. 11. cit. num. 24. Item nullos fructus recipere, nec ſperare Nau. d. c. 25. num. 103. Valent. vbi ſupra. Niſi ſit in ſacris. com. Item ſecundum Sot. lib. 10. q. 5. ar. 3. beneficij tenuitas, vt octo duc. ſed contraria eſt com. Glo. in c. Clericus victum diſt. 91. Nau. d c. 25. num. 102. & de hor. c. 7. num. 26. & c. 21. num. 11.

Turrecr.

Turrecr. in c. Qui autem diſt. 91. ad 6. S. Ant. p. 3. tit. 13. c. 4. parag. 1. Silu. ver. hora q. 2. verſ. 2. V. Azor. p. 1. lib. 10. c. 3. q. 3. Reginal. lib. 3. à num. 33. Limitat Leſſ. lib. 2. c. 34. num. 169. in fi. vt non teneatur ad quotidianum penſum horarum canon. qui habet beneficium non ſuppeditans bonam partem tenuis ſuſtentationis, vt quindecim, vel Sexdecim ducat. ſed tenetur tantum aliquoties per annum, vt feſtis, & dominicis diebus, & probabilem dicit Azor. opinionem Soti. Item litigare ſuper ſuo beneficio, pendente lite per appellationem, ſi ipſi nondum eſt acquiſitum ius in ipſo beneficio. nec fructus percipit. Nau. de celebr. miſſ. cons. 17

44 Excuſatus ab officij recitatione non tenetur aliquid aliud recitare: non enim tenetur, niſi ad officium Nau vbi ſupra num. 18. S. Ant. p. 3. tit. 13. c. 4 parag. 6. quicquid Armill. ver. Hora parag. 16 in contrarium dicat

45 Canonicus accedens ad chorum principaliter propter diſtributiones; peccat mort. & ſimoniam committit; ſecus ſi principali intentione propter Deum, ſecundaria propter diſtributiones S. Tho. quol. 8. art. 11. Silu. ver ſimonia q. 9. Pan. in c. Significatum de præb. num. 8. & in c. Conſuluiſti, de celeb. miſſ. num. 9. glo. in c. 1. de cler. non reſid. in 6. Nau. in man. c. 23 num. 101.

46 Habens titulum reſeruatis fructibus primo beneficiario, ſecundum Sot lib 10. q. 5. ar. 3. non tenetur recitare officiū. Sed eius opinio ſuſtineri non poteſt, niſi cum renuntianti reſeruati ſunt non modò fructus, ſed etiam ſeruitium, & adminiſtratio beneficij, vt benè Nau. in man. c. 25 num. 104. Tolet. lib. 2. c. 14. alioqui daretur beneficium ſine obligatione recitandi horas. Penſionarius enim non tenetur niſi ad horas B. V. habens titulum tantum ex Sot. non tenetur ad horas ergo, &c. Si fructus non percipit ſua ſola voluntate, vt quia alteri gratis cōcedit, nō excuſatur Cai. in ſum. ver. Hora Arag. vbi ſupra dub. 3. V. Azor. p. 1. lib. 10. c. 4. q. 5

47 Beneficiatus in minoribus iuſta de cauſa abſens nihilq; de fructibus accipiens, & per alium idoneum recitans officium, fortè non tenetur recitare Ang. ver. hora parag. 4. Silu. eo q. 2. ver. 3. Veteres tamen docent Io. And. & Panor. in c. Præsbiter de celebr. miſſ. Nau. de hor. c. 11 num. 33 Azor vbi ſupra q. 12. illum teneri, quia eſt onus perſonale

48 Canonicus ſi dum recitat in Choro, non attendit ſaltem ad verba, vt rectè pronunciet. Si deſit etiam attentio externa, item compoſitio, modeſtia, & recollectio exterior, qua ſaltem videatur attentus, confabulationes vitando, &c. non ſatisfacit, & tenetur reſtituere diſtributiones. P. Nau. c. 22 num. 203 & ſeq. & num. 231. & ſeq.

49 Subdiaconus tenetur ad officium ab hora ſuæ ordinationis. quare ſi promoueatur poſt Nonam, tenebitur ad Veſperas Azor. vbi ſupra c. 13 q 17. Suar. de relig. trac. 4 lib. 4 c. 27 num. 8.

50 Dum diuina officia celebrantur, laici inter Clericos ſtare, vel ſedere non debent, c. 1. de vit. & hon. Cler. Concl. prouinc. Mediol. I. Cōmunia de rat. diuin. offic.

51 Regularis choro addictus, ſi ad ſacros non ſit promotus, & ad ſtatum conuerſorum cum ſui Superioris licentia ſe transferat, non tenetur ad horas canonicas Sot. lib. 10. q. 5 art. 3. Azor. ibi ſupra c. 6 q. 7 Arag. 2. 2. q. 83. ar. 12. dub. 4. Sanchez in ſum lib. 6. c. 7. num. 80

52 Sacri milites Religioſorum Ordinū non tenetur ad horas canonicas, licèt percipiant annuos redditus ex Comendis, & licèt non militent, ſed domi ſuæ otioſi maneant: quia licet dict. redditus ſint illis aſſignati cauſa militiæ; non tamen ea lege, & conditione, vt militent: dantur enim militi, quia miles eſt, non tamen vt actu militet. Tenetur tamen ad alias preces iuxta regulæ propriæ præſcriptum Azor. p. 1. lib. 13. c. 4 q. 5 contra alios, quos q. 7. tacito nomine refert.

Digitized by Google

SIMONIA

V. Beneficium Suſpenſio.

1 Simonia eſt ſtudioſa voluntas emendi, aut vendendi ſpirituale, aut ſpirituali annexũ. Vel Eſt dare ſpirituale aut ſpirituali annexũ pro re æſtimabili pecunia S.Tho.2.2 q.100 ar.1. Silu. & Ang. ver.Simonia.Sot. lib.9. q. 5. ar. 1. & com. Nomine emptionis,& venditionis ex S.Tho. loco cit. veniunt omnes contractus non gratuiti, vt tranſactio, renunciatio, permutatio, quando debitum eſt liquidum, & ex remiſſione commodum applicatur parti, & redemptio ab eo, qui iuſtè poſſidebat: Spirituale verò dicitur primo eſſentialiter, vt gratia, & virtutes, & alia ſupernaturalia dona, & cauſaliter, vt ſacramenta, quæ ſunt cauſa gratiæ, & virtutum. Et effectiuè, vt eſt actus ex gratia, & ſacro officio, vel quouis ſpirituali dono procedens, vt baptizare, &c. Spirituali autem annexum dicitur, primo ordinatum ad ſpirituale, vt Iuſpatronatus,& vaſa ſacra,ſacra veſtis, Eccleſia, Cœmeterium reliquiæ ſacræ Secundò ſicut dependens ex ſpiritualibus, vt Eccleſiaſtica beneficia, ius precipiendi decimas, oblationes, & ius ſepulturæ. Nomine pecuniæ intelligitur omne, cuius pretium poteſt pecunia æſtimari Ex S.Tho. Ang & Silu. vbi ſupra Pan. in c. Conſulere de ſim. & alij com.

2 Vbi non eſt obligatio ciuilis, ſeu ex contractu, non eſt ſimonia, licèt ſit obligatio naturalis, v.g. dicendo te intendere, & ſperare ſed non obligare Nau. in man. c. 23. num 106. Item ſi quis ſeruiat propter beneficium, ſed non expectando vt pretium Sot. lib. 9. q. 7. ar. 4 V. Suar. de relig. trac. 3. lib. 4. c. 46. Regulam generalem aſſignat Tolet. lib. 5 c. 87. Numquam ſimoniam committi, niſi cum temporale datur tamquam pretium pro ſpirituali. Quare ſemper aduertendum, an intercedat ratio pretij. Cum enim datur temporale verè non vt pretium, tunc ibi non eſſe ſimoniam V. Suar. vbi ſupra c. 45. vbi de obligatione antidorali.

3 Simonia eſt triplex, realis mentalis & conuentionalis. Realis eſt, cum ex parte dantis, & accipientis re ipſa completur, ideſt cum datum eſt, & acceptum ex pacto tum ſpirituale, tum temporale commodum, & emolumentum. Mentalis eſt cum temporale commodum datur, vel accipitur, ſpe, vel cupiditate aliquid ſpirituale conſequendi ſine vllo pacto tacito, vel expreſſo. Conuentionalis eſt, cum quis dat, vel accipit aliquid ſpirituale, pacto expreſſo, aut tacito, vt det, vel accipiat aliquid ſpirituale. quare ſi quod ſpirituale eſt fuerit datum vel acceptum ex conuentione & nondum redditum temporale lucrum, & è contra, tunc eſt ſimonia conuentionalis.

4 Contrahitur autem tribus modis, vt conſtat ex c. Sunt nonnulli 1. q. 1. Datur enim ſpirituale ab aliquo, vt ipſe recipiat vel munus ab obſequio, vel munus à manu vel munus à lingua. Munus ab obſequio eſt miniſterium quo quis inſeruit alicui. Munus à manu dicitur pecunia, vel quæuis alia res pecunia æſtimabilis, & quæ manu apprehendi poteſt. Munus à lingua eſt fauor, & patrocinium. vel preces hominum, vel laudes S. Tho. vbi ſupra ar. 5. Hæc verò ſi non intendantur vt pretium, ſed ſub alia ratione, vt ſtipendij, modò ſit vera, & poſſibilis, non eſt ſimonia, quamuis intendantur principaliter per miniſterium ſpirituale, vt finis operantis Suar. alios referens vbi ſupra c. 44. num. 11. V. eundem c. 30. num 1. & c. 54.

5 Simonia eſt in re ſupernaturali, qualis non eſt docere Theologiam Sot. lib. 9. q. 5. ar. 1. Cai. in ſum. ver. ſimonia.

6 Simoniacus non eſt in foro conſcientiæ fictè promittens, quia non habet voluntatem emendi, ſed tantum decipiendi. quare beneficium ſibi à Superiore ita collatum retinere poteſt. peccat tamen, quia alterum ad ſimoniam inducit Cai. to. 1. opuſc. 9. q. 2. Sot. lib. 9. q. 8. ar 1. Tolet. lib. 5 c 90. in fi. Leſſ. lib. 2. c. 35. num. 11. Suar. vbi ſupra lib. 4. c. 42.

7 Non eſt ſimonia renuntiare in fauorem alterius Sot. vbi ſupra q. 7. ar. 2. Nec dare

dare aliquid ad redimendam iniuſtam vexationem, ſi eſt iam acquiſitum ius, S. Tho. vbi ſupra ar. 2. ad 5. Silu. ver. Simonia q. 13. c. Dilectus, & ibi Glo. de ſim. Pan. in c. Matthæus eo. tit. Ang. ver. Simonia 2. parag. 11. Nau. in man. c. 23. num. 102. Nec dare aliquid impedienti poſſeſſionem & electionem, ſi quis ſolus dignus eſt eligi Sot. vbi ſupra q. 6. ar 1. & q. 7. ar. 1. De poſſeſſione eſt com. De electione autem verificatur in caſu, quo impediens non eſt elector, ſed alius, qui poteſt tantum obeſſe Arag. 2. 2. q. 100. ar. 3. Et de poſſeſſione vide plenius Pan. in d. c. Dilectus num. 4. Innoc. in c. Ad aures eo. tit. Azor. p. 3. lib. 11. c. 11. q. 4.

8 Non eſt ſimonia ſoluere promiſſum pro ſe ignorante, aut contradicente ad ordines Silu. ver. ſimonia q. 8. verſ. 5. peccat tamen grauiter, ſed diſpenſat Epiſcopus, Pan. in c. De ſimoniacis eo. tit. Immo poteſt ſoluere ei, qui pro ſe ſoluit, modò non eo fine vt ratificet ſimoniam Nau. eo. tit. conſ. 10. & in man. conſ 25. num. 68. in fi. quod tamen apertè videtur contra c. Sicut 2. de ſim. ibi Niſi poſtea conſenſeris pecuniam ſoluendo promiſſam, aut reddendo ſolutam.

9 Cum reſcieris pro tuo beneficio ab alio datam pecuniam, teneris renuntiare cum fructibus extantibus, non verò conſumptis bona fide Silu. vbi ſupra q. 13. verſ 8. Couar. in reg. Peccatum p. 2. parag. 8. à num. 7. Nau. de ſimon. cons. 74. & 97. ad q. 1. & vlt. & cons. 99. S. Tho. 2. 2. q. 100. ar. 6. ad 3. Secus eſt, ſi ſciuisti, & ne fieret contradixiſti: aut ſi poſt electionem data eſt pro confirmatione, aut conſecratione, te contradicente, aut ignorante, niſi poſtea à contradicendo deſtiteris voluntate mutata iuxta c. Sicut ſupra cit. S. Tho. vbi ſupra. Aut ſi quis, vt beneficium perderes, tuo nomine dedit c. Noli eo. tit. Silu. q. 12. verſ. 1. S. Tho. vbi ſupra.

10 Non eſt ſimonia dare ſpirituale pro ſpirituali, vt miſſam pro miſſa niſi daretur tamquam pretium Silu. vbi ſupra q. 16. Sot. lib. 9. q. 5. ar. 2. in fi. Tolet. lib. 5. c. 88. Neq; ire ad Eccleſiam ſola cauſa diſtributionum ſi aliàs non tenetur Sot. vbi ſupra. Nec dare beneficium ſecundariò ob finem temporalem Sot. loc cit. ad 3.

11 Poſſunt vendi ſacra ratione materiæ, ſi plus habent de temporali, quam ſpirituali S. Thom. vbi ſupra ar. 4. ad 2. Silu. q. 12. cit. Cai. in ſum. ver. Simonia, reg. 1 Nau. in man. c. 23. num. 108. Hanc tamen diſtinctionē pluribus impugnat Suar. de relig. trac 3 lib. 4. c. 14 à num. 9 Eam tamen merito defendit, Leſſ. lib. 2. c. 35. dub. 11. Poteſt item vendi locus ſepulturæ honoratior, & pompa funeris non neceſſaria Sot. vbi ſupra q. 7. ar. 1 Arag. 2. 2. q. 100. ar. 4. De loco honoratiore &c. negat Suar. vbi ſupra num. 22. contrarium docet Azor. p. 3. lib. 12. c. 11. q. 3. in fi. & Gratian. diſcep. for. c. 116. docet vendi poſſe ſepulchra etiam fundata auctoritate Epiſcopi quia venditur ſolum in quo eſt ius ſepulturæ, non verò ius ſepulturæ.

12 Dare alicui, vt ſuadeat collatori, Simonia eſt Azor. p. 3. lib. 12. c. 19 in fi. Suar. to. 4. diſp. 52. Sect. 6 num. 1. Item dare patrono, vt præſentet Nau. de Simon conſ. 42. 54 61. & 67. & in man. c. 23. 106. Idem dare pro dimiſſorijs, examine, approbatione ad ordines; conferunt enim ius quoddam petendi, & accipiendi ordines à quo maluerit Antiſtite, id autem eſt quid ſpirituale Nau. conſ. 67. cit. Azor. vbi ſupra c. 5. q. 1. & 3. Silu. ver. ſimonia q. 8. vers. 5. Item pro conceſſione poteſtatis abſoluendi Nau. de pœnit. & rem. cons. 18. num. 5. Et pro licentia celebrandi Concil. Later. ſub Alex. 3. can. 3. de ſimon. Et pro licentia docendi, c. 1. 2. & 3. magiſtr. & Glo. in d. c. 1. ver. conſuetudinis. De mediatore, vide in fi. huius cap.

13 Paciſci de ſuſtentatione ingredientis monaſterium non eſt ſimonia, Silu. q 15. Sot. vbi ſupra q. 6. ar. 2. in fi. Arag. 2. 2. q. 100. ar. 3. in fi. etiam ſi monaſterium ſit locuples Azor. vbi ſupra c. 16. q. 3. & alij cit. cuius contrarium docet Leſſ. lib. 2. c. 35. dub. 12. & videtur S. Tho. vbi ſupra ar. 3. ad 4. Silu. q. 15. cit. verſ. 1. Nau. uerſ. de redd.

redd. Eccl. q. 1. mon. 62. docet monaſterium illicitè recipere, & ſimoniam committere, ſi aliquid accipiat ex pacto præter id quod, alendæ moniali ſit neceſſarium. Item ſi dotem exegerit quando monaſterium poſſet eam alere. Sed hoc vltimum meritò improbat Suar. vbi ſupra c. 17. num. 9. V. Felin. in c. De ſimoniacè, de ſimon. vbi dicit Vrbanum IV. in ſua extrau. de ſimon. de monialibus pauperibus, quæ vigore conſuetudinis aliquid accipiunt pro ingreſſu non eſſe loquutum.

14 Soluere aliquid annuatim ingrediendo ſodalitatem, quæ non eſt religio, non eſt ſimonia Silu. vbi ſupra verſ. 7. Neq; quod concionator accipiat pro ſuſtentatione, pro victu, libris Sot. vbi ſupra. Secus ſi pro prædicatione Cai. in ſum. ver. Simonia regula 2. Leſſ. vbi ſupra dub. 6. Immo poteſt in pactum deducere Arag. vbi ſupra ar. 2. quod negat Sot. lib. 9. q. 5. ar. 1. Aut Capellanus pro ſeruitio, & labore in ſacramentorum adminiſtratione; idem Sot. ar. 1. Niſi ſit labor neceſſariò coniunctus cum ipſa adminiſtratione Arag. vbi ſupra dub. 1. concl. 1. Aut pro miſſa ad ſuſtentationem Nau. in man. c. 21. num. 120. & com. Aut pro obligatione obeundi munus ſpirituale, vt pro exercendo officio Capellani, Concinatoris per annum, & huiuſmodi Nau. vbi ſupra verſ. 10 B. med. in ſum. lib. 1. c. 14. parag. 10. Iniuſtè excommunicatus ſi dat pecuniam, aut aliud temporale pro abſolutione, non commitit ſimoniam, quia nullum ius ſpirituale acquirit, c. Quæſitum 1. q. 3. & c. 1. de vſur. Immo quod dedit repetere poteſt Glo. in c. Nullus Epiſcopus, ver. reſtituat 1. q. 1. Si verò excommunicatio erat iuſta, ſi interueniat pretium, incurritur Simonia ex vtraque parte, quia datur pretium pro re ſpirituali, c. Nemo de ſimon & c. Nullus Epiſcopus cit. Alter. de cenſur. to. 1. lib. 4. diſp. 6. c. 3.

15 Pœna non reuelantium ſimoniacos iam non ligat Silu. vbi ſupra q. 19. verſ. 4. poſt a Nau. de ſent. excom. conſ. 10. num. 5. & conſ. 40. num. 4. Couar. in reg. Peccatum p. 2 parag. 8.

16 Simonia quædam eſt iuris poſitiui, vt vendere officium Oeconomi, aut Sacriſtæ Sot. vbi ſupra in ſol. 2. Si tamen habeat ſpirituali annexum, Panor in c. 1. Ne Præl. vic. ſuas, &c. Silu. num. 9.

17 Simoniacus eſt qui dicit Impetra mihi beneficium, & ego conſentiam in penſionem Nau. c. 23. num. 107. & de ſimon. cons. 67. Item qui aliquid accipit à publicè peccante, ne illius peccatum Epiſcopo, reuelet. Et qui pœnitentem, vel minus dignè pœnitentem ad reconcillationem adducit, ac teſtimonium reconciliationis eidem ferens. Et qui quocunq; liuore dignè pœnitentem à reconciliatione remouet, c. Nemo de ſimon. de quo vide Suar. de relig. trac. 3. lib. 4. c. 22. à num. 72. Et qui aliquid accipit vt deſiſtat à beneficij concurſu, vt dans, vel alius illud obtineat Nau. de ſimon. conſ. 40. & duob. ſeqq. Vide Suar. vbi ſupra num. 16. & ſeq.

18 Bulla Pij IV. & Pij V. de confidentijs. intelliguntur, ſi fiant pacto ſaltem tacito Nau. in man. c. 23. à num. 110. & de ſimon conſ. 17. & 76.

19 Permutatio beneficiorum eſt ſimoniaca. niſi intelligatur ſaluo beneplacito Superiorum Nau. c. 23. num. 108. modò antea non ſequatur effectus Idem de ſimon. conſ. 48. & 76.

20 Extrau. Cum deteſtabile de ſimon. procedit in ſimonia reali, non in conuentionali Rota diuerſ. decis. 405. num. 2. Caſſador. de reſcrip. decis. 5.

21 Electio ſimoniaca ad Dignitates nulla eſt c. penul. de elect. aut ſaltem caſſanda c. Nobis eo. tit. Circa Regulares Pius V in Bulla quæ incipit Paſtoralis 1571. ſtatuit ſubornantes in electionibus, vel ante eas per ſex menſes pro ſe, vel pro alio incurrere ipſo facto excommunicationis ſententiam, ac voce actiua, & paſſiua perpetuò carere. Quod Roder de regul. to. 2. q. 56. ar. 1. intelligit de ſubornatione mala, qua ambiuntur officia pecunia, & alijs donis. Et obtinens per ſimoniam huiuſmodi Dignitates, abſolui non poteſt, niſi poſt renunciationem, iuxta c. penul. cit. V. eundem Roder. to. 3. q. 63, ar. 5. Abſoluunt Superiores per Gregor. 14.

22 Præ-

22 Prælatus pauper per ſubſtitutionē, vel ſubuentionem, poteſt citra ſimoniæ labem pro factis dandi, ſiuè miniſtrandi accipere non ſolum à ſpontè dantibus, ſed etiam ab inuitis. Mādos in reg. 29. q. 6. nu. 9.

23 Seruire Epiſcopo in ſpiritualibus, & temporalibus, cum promiſſione de certo annuo ſalario, donec ſibi de beneficio prouideatur, non eſt illicitum ſecundum Hoſtienſem in c. Cum eſſet de ſimon. Nec ſimonia committitur remittendo poſtea ſalarium; niſi eius promiſſio fuiſſet pura, & perpetua; quia ſalarium erat ſub conditione, quæ expirat collato beneficio. Quod concedit Pan. in d. c. Cum eſſent num. 5. quando Prælatus non inducitur ad conferendum principaliter propter ſeruitium, ſed quia ille meretur, & præſtatio ſeruitij fuit tantum cauſa impulſiua, non finalis.

24 Renuncians ſimoniacè non perdit ipſo iure ius, aut titulum, quia renunciatio non tenet Inn. in c. Cum vniuerſorum, de rer. permut. Nauar. de ſimon. conſ. 21. & 48.

25 In ſimonia mentali non eſt obligatio reſtituendi, ſicut eſt in vſura mentali; quia vſura benè ſoluitur, & malè accipitur. Nam vſuram ſoluere non eſt peccatum c. Debitores de iureiur. recipere autem ſic Quoniam de vſur. qui autem malè recipit ab eo, qui bene dat, tenentur id dami reſtituere. Qui autem per ſimoniam mentalem bene accipit ob ignorantiam malæ intentionis, aut ſaltem accipit à malè dante, & conſequenter nemini tenetur reſtituere, ſaltem ſi præſtet id, propter quod datum eſt Nau. de vſur. c. vlt. à num. 12. & in man c. 23. num. 115 verſ. 5. & conſ. 23. eo tit. Pan. in c. fi. de ſimon. num. 6. Aug. Barbos. ad c. mandato de ſimon. vbi plurimos refert aſſerentes ſimoniacum mentalem non teneri ad reſtitutionem, quicquid in contrarium dicat B. Med. in ſum. lib. 1. c. 14. parag. 21. V. S. Tho. 2. 2. q. 100. ar. 6. Sil. ver. ſimonia q. 20. ver. 1. & ver. Adulatio q. 4. & Azor. p. 3. lib. 12. c. 10. q. 2.

26 Simoniaca collatio beneficij nulla eſt extr. 2. de ſimon. Pius V. in conſt. quæ incip. Cum primum, dandaque pecunia Eccleſiæ in cuius iniuriam facta eſt c. De hoc ſimon. vbi glo. ver. reſtituant & Pan. num. 11. S. Th. ar. 5. cit. ad. 4. Sot. lib. 9. q. 8. ar. 1. Nau. de vſur. conſ. 70. Aut ſi non poteſt commodè reſtitui danda pauperibus Silu. vbi ſupra aut ei qui dedit, ſi pauper eſt, aut ignoranter dedit. Silu. & Pan. cit. At ſi ipſa Eccleſia eſt in culpa, vt ſi totum Collegium conſenſit, debetur pauperibus Hoſt. in ſum de ſimon. parag. vlt. Pan. & Sil. vbi ſu. Reſtitutio verò facienda eſt ei, qui dedit, ante ſententiam Sot. & B. Med. vbi ſupra Contrariū docet Azor. ubi ſupra q. 11. quia turpiter dedit, & Canones præcipiunt reſtitutionē eſſe faciendam Eccleſiæ idem ante beneficii collationem. ibidem V. glo. in c. De hoc de ſimon. Idem dicendum de ſimoniaco conuentionali ſtatuit Pius V. ut refert Azor. vbi ſupra q. 3.

27 Non eſt ſimonia conferre beneficium cum onere docendi, aut ſoluendi certum quid, ſi illud onus erat illi beneficio annexum c. Significauit de præben. Nau. c. 23 num. 100. ver. 2. & c. 25. num. 58.

28 Fructus reſtituere tenetur beneficiatus, & in huius defectum participans Nau. de ſimon. conſ. 70 De iure reſeruantur ſucceſſori legitimè electo; ſi tamen beneficium de iure vacet, non de facto; & modo non ſint conuerſi in utilitatem Eccleſiæ, uel pauperum. ibidem De conſuetudine uerò reſeruantur Papæ. Quare ab eo obtineri poteſt remiſſio Sot ubi ſupra.

29 Bulla Pij V contra ſimoniacos confidentiales, intelligitur pro foro tantum exteriori Nau c. 23. num. 110. & de ſimon. conſ. 15. Nec compræhendit renunciationem factā intentione, ut alteri conferatur, niſi tacitè uel expreſsè ſit in pactum deductum Na. de ſimon con. 17. num. 4.

30 In ſimonia non datur paruitas materiæ, ſi agatur de re ſpirituali; quantumuis enim modica res ſpiritualis uendatur, & quantumuis modicum ſit pretium, eſt mortale propter maximam irreuerentiam, quæ rei ſpirituali irrogatur Sanchez alios referens, in ſum. lib. 1. c. 3. nu. 1. Contrariū docet Reginald. lib. 23. nu.

166. Barbos. in prohem. Decretal. num. 47. cum alijs ibi relatis. Suar. de relig. to. 1. trac. de ſimon. lib. 4. c. 3. num. 4. & ſeqq. vbi c. 38. num. 2. per c. Etſi quæſtiones, de ſimon. aduertit in eo textu non dici paruam pecuniam non ſufficere ad ſimoniam, ſi pro pretio datur, ſed probari quando datur paruum munus, & non conſtat datum eſſe pro pretio. tunc non præſumi tali intẽtione datum præſertim quando aliæ circunſtantiæ non iuuant ad præſumptionem. V. Glo. in c. Statutum parag. Inſuper de reſcrip. in 6. ver. conſumi. & in c. Reuera de conſecr. d. 2. ver. mortui.

31 Sacerdoti nolenti baptizare etiam adultum, aut miniſtrare Sacramentum pœnitentiæ in extrema neceſſitate, licet offerre pecuniam, vbi alius non eſt, qui id præſtare ſciat, aut velit: non enim emitur Sacramentum, quod eſt intrinſecè malum, & ſimoniacum, ſed tantum pecunia obtinere, & mouere animum miniſtri, vt per ſacramentum ſuccurrat neceſſitatem patienti. Neq; propterea peccatur peccato ſcandali actiui, ſed ſolum datur occaſio minoris peccati, vt vitetur maius. Magis enim peccat faciens contra virtutem miſericordiæ, quæ nos obligat, vt curam habeamus ſalutis ſpiritualis proximi, quam faciens contra virtutem religionis, iuxta illud miſericordiam volo, &c. ſic Vaſquez opuſc. de ſcandalo ar. 6. dub. vlt Suar. vbi ſupra c. 12. id extendens ad reliqua ſacramenta, Barbos. ad c. Baptizandis 1. q. 1. contra Azor. p. 3. lib. 12. c. 3. q. 4. At Roder. in ſum. p. 2. c. 58. num. 8. concedit tantum in adulto qui licèt ſaluari poſſit per baptiſmum in uoto, tamen cum certus eſſe non poſſit de contritione ad baptiſmum neceſſaria, iuſtè petit baptiſmum in re, vt ſaluetur (iuxta tamen Silu. baptiſm. 1. q. 2. ſufficit attritio) De paruulo non concedit, quia petens pro eo baptismum, poteſt illum baptizare, quare ceſſat ratio neceſſitatis. Ego verò id concederem, vbi petens neſciret baptizare, aut non poſſet, quia mutus, vel carens manibus V. Azor. vbi ſupra q. 4. Silu. baptiſm. 3. q. 6.

32 Simonia quomodo probanda V. Rotam coram Buratto decis. 445. cum ibi notatis per Ferentillum.

33 Socius criminis in Simonia probat Simoniam, ſi tantum ſit ſocius criminis. Secus ſi ſit etiam ſocius muneris, hic enim non probat c. Veniens de teſtib. in ant. & c. 1. eo. tit. in 6.

34 Suſpenſio ſimoniaci occulti tollitur per pœnitentiam, & renunciationem beneficij ſimoniacè habiti. Manifeſti verò per Epiſcopum, non eum tamen, cum quo comiſſa eſt ſimonia Silu. ver. Suſpenſio q. 7. Melius Pan. in c. Poſt tranſlationem de renunc. num. 21. & in c. De ſimoniacè, de ſimon. num. 4. Si loquamur de ſimoniacè ordinato, ſed ignoranter, diſpenſat Epiſcopus etiam vt aſcendat; ſi vero ſcienter, ſolus Papa, Si de beneficio, ſi ſciens, & ſponte renuntiat non expectata ſententia, diſpenſat Epiſcopus, alioqui ſolus Papa, quia per ſententiam effectus eſt infamis, cum quo non diſpenſat Epiſcopus. Quòd ſi commiſſa eſt Simonia eo ignorante, diſpenſat Epiſcopus vt retineat, ſi beneficium eſt ſimplex. Ad Dignitates verò, & parochiales non item. Congregatio tamen Concilij declarauit Epiſcopum poſſe abſoluere Sacerdotem ſibi ſubditum in ſimonia occulta, & rehabilitare ad ordines, & beneficia, non tamen illa, quæ ſimoniacè obtinuit. V. glo. in d. c. Poſt tranſlationem, ver. acquiſiuit. Sed nunc per Bullam Sixti V. quam confirmauit Clemens VIII. vt refert Quaranta ver. ordo nullus præter Papam, nec Sacra Pœnitentiaria abſoluere poteſt Simoniacum quantumuis occultum, ſi ſit in ordine. Si tamen ratione impedimenti non ſit recurſus ad Papam, abſoluit Epiſcopus Sanchez in ſum. lib. 2. c. 40. num. 3.

35 Simoniacus occultus in beneficio non eſt ipſo iure ſuſpenſus, ſed eſt tantum ſuſpendendus Suar. de relig. trac. 3. lib. 4. c. 56. num. 19. Nau. c. 23. num. 111. vers. 3. ex Inn. ſententia. vbi dicit non eſſe ſuſpenſum, ac poſſe ſacra miniſtrare dimiſſo beneficio, & peracta pœnitentia Azor. p. 3. lib. 12. c. 21. q. 9. At Pan. in c. Per lite-

ras 2: de ſimon. num. 8. & in c. Tua, eo. & S. Tho. 2.2. q. 100. ar. 6. ad 2. docent ipſo iure ſuſpenſum eſſe quoad ſe, non quoad alios V. infra Suſpenſi ipſo iure num. 11.

36 Vt Eccleſiaſticæ pœnæ incurrantur, non ſufficit ſola mentalis ſimonia c. Mandato de ſim. nec ſola conuentionalis, ſed requiritur realis ſaltem ex vna parte, vt docent Cai. in ſum. ver. ſimonia Sot. lib. 9 q. 8. art. 1. Tolet. lib. 5. vlt. & de iuris rigore verius eſſe docet Leſſ. lib. 2. c. 35. dub. 23. Alij tamen verius aſſerunt requiri realem ex vtraque parte. Sic Couar. in reg. Peccatum p. 2. parag. 8. num. 7. Roder. in ſum. lib. 1. c. 56. conclus. 6. Armill. ver. Simonia parag. 4. Nau. in c. Si quando de reſcrip. excep. 4. num. 6. & de ſimon. conſ. 32. & in man. c. 23. num. 104. Suar. vbi ſupra num. 32. Valent. to. 3. diſp. 6. q. 16. p. 5. & 6. & de ſtylo Curiæ concedit Leſſ. cit. Quare reijcitur opinio Pan. in c. Veniens de ſimon. num. 2 & Toleti vbi ſupra affirmantium ligari huiuſmodi pœnis, qui dat rem ſpiritualem, licet temporale ſit tantum promiſſum. V. Gomez. in reg. de trien. q. 12. Caſſador. de reſcrip. decis. 5. Celebrans igitur poſt completam ex vna parte ſimoniā non efficitur irregularis Nau. num. 104. cit.

37 Pœnæ ſimoniacorum precipuæ ſunt duæ. Prima excommunicationis Papalis ipſo iure. Extr. 2. de ſimon. Secunda priuationis beneficij ſimoniacè dati, vel accepti, & obligatio reſtituendi fructus. Niſi excuſet ignorantia vt quia ſimonia ab alio ſe ignorante commiſſa fuit, tenetur tamen reſtituere extantes. S. Tho. 2.2. q. 100. ar. 6. ad 3. Nau. de ſimon. conſ. 95. num. 5. verſ. 3. & conſ. 97 num. 15. Et quibus factus eſt locupletior Idem conſ. 99. num. 12. & ſeq. V. Pan. in c. de hoc. de ſimon. Adde tertiam ſuſpenſionis in ordine quare ſimoniacus in ordine eget abſolutione ab Excommunicatione, & ſuſpenſione Extr. cit.

38 Excommunicationem incurrunt tantum ſimoniaci reales in ordine, & beneficio Suar. vbi ſupra num. 33 & in religionis ingreſſu ibidem num. 2. Et per ſimoniacum intellige etiam mediatorem extr. cit. Mediator autem eſt, qui ſuam operam interponit, vt ſimonia committatur ibidem Leſſ. lib. 2. c. 35. num 14. Et qui pecuniam dat, vel accipit pro fauore, interceſſione, &c. vt danti beneficium, aut diſpenſationē aliamue gratiam obtineat: licet mediator nil Prælato det, ſed tantum gratiam, & amicitiam ab illo poſtulet gratia ſui Nau. de ſimon. conſ. 54. & 61. num. 2. ſufficit enim ex S. Tho. vbi ſupra ar. 2. ad 5. & com. vt teſtatur Suar. vbi ſupra c. 33. à num. 14. ante ius acquiſitum viam ſibi pecunia ſternere ad illud acquirendum. Et hic incidit in pœnas, ſiue ipſe pecuniam accipiat, vt ipſius opera ordo, vel beneficium accipiatur, ignorante ipſo ordinante, &c. vt docent Azor. p. 2. lib. 12. c. 5. Nau. in man. c. 25. num. 106. & de ſim. conſ. 16. & 21. Siue ipſe nihil accipiat; ſed tamen ipſius opera inter ipſos principales commiſſa fuit Suar. vbi ſupra c. 53. num. 14. Azor c. 24. q. 4. Excuſatur tamen quando nil accipit vt prætium, ſed tantum ſtipendium debitum ſuorum laborum: modò inter principales ſimonia commiſſa non fuerit eius opera Nau. de ſimon. cons 98. Ant ſi principaliter datum ſit amicitia, ob quam deinde ſuadeat electori, &c. Nau. d. num. 106. & cons. 16. & 21. cit. Appellatione autem ordinum, veniunt etiam quatuor minores, & prima tonſura c. Cum contingat, de æta. & qual. vbi Pan. num. 1. Azor. c. 5. cit. initio Suar. vbi ſupra c. 13. in fi. & c. 53. Alter de ſuſpens. diſp. 5. c. 4. in fi. Sed cum Theologi communiter, vt teſtantur Silu. ver ordo 1. q 1. Nau. c. 22. num. 18. velint primam tonſuram non eſſe ordinem, conſequentur dicendum, pœnas conſtitutas contra Simoniacos in ordine, non afficere dantes pro prima tonſura.

LIBER TERTIVS IN QVO

De Voto. Religione. Iuramento.

VOTVM

V. Contractus. Debitum coniug. Feſtum. Ieiunium. Iuramentum. Obligatio. Reſtitutio.

VOTVM eſt promiſſio Deo facta de meliori bono, S. Tho. 2.2. q. 88. ar. 1. & 2. Dicitur autem, de meliori bono, non quia id quod vouetur, debeat ſemper eſſe optimum, aut debeat eſſe opus conſilij (nam etiam de rebus præceptis poteſt fieri votum, non quatenus præcepta ſunt, ſed quatenus liberè fiunt, & nouo nos religionis vinculo adſtringimus Sot. lib. 7. q. 1. ar. 3.) ſed quia maioris virtutis officium eſt, quod in uotnm cadit, quam eius contrarium Suar. de relig. trac. 6 lib. 4. c. 1. num. 1. Azor. p. 21. lib. 11. c. 13. q. 1. Propriè autem uotum fit de opere conſilio. rum. S. Tho. ubi ſupra, quæ comparatione eorum, de quibus ſunt data præcepta, hand dubiè meliora ſunt bona: Quare non eſt improbabilis opinio Tabienæ Votũ 1. parag. Notandũ, Quòd materia voti propriè accepti non ſit de rebus alias præceptis.

2 Ad votũ tria neceſſario requiruntur, deliberatio, propoſitũ voluntatis, & promiſſio facta Deo de meliori bono S. Tho. ar. 1. cit.

3 Ea deliberatio requiritur, & ſufficit ad votum, quæ requiritur, & ſufficit ad iudicium rationis, & conſenſum voluntatis ad merendum apud Deum, vel ad peccandum mortaliter. Sot. vbi ſupra ar. 2. Cai. in ſum. de condit. ex parte vouentis & 2.2. q. 88. ar. 1. & ibi Arag. & Ban. Silu. votum 2. num. 13. Pan. in c Veniens, & ſeq. de voto Nau. in man. c. 12. num. 24. & de voto conſ. 1. 2. 4. & 5. & facit c. Sic nobis, de regul & c. Sunt qui opes 17. q. 4. quare puer ante pubertatis annos non obligatur, niſi habeat uſũ rationis S. Tho. ubi ſupra ar. 8.

4 Poteſt quis vouere ſine intentione tripliciter, Primò quando non eſt intentio vouendi, & tunc nullum eſt votum, nec vlla oritur obligatio Com. Secundo quando eſt intentio vouendi, & tamen ſimul adeſt intentio non ſe obligandi: & tunc ex Cai. d. ar. 1. Sot. Arag. vbi ſupra Cord. in ſum. q. 118. Vaſq. 1. 2. diſp. 148. c. 4. num. 34 obligatur ſic vouens. Alij tamen, vt Pan. in c. Literaturam de vot. Silu. ver. metus num. 8. & votum 1. num. 2. Ang. votum 1 parag. 7. dicunt non obligari, quia tota voti obligatio naſcitur ex intentione vouentis. Sic etiam Nau. in man. c. 12. num. 38. Suar. de relig. trac. 6. lib. 4 c. 4. num. 4. quare infert intendentem ſe obligare ſolum ad veniale, non peccare niſi venialiter, ſi faciat contra votum, quamuis ſit in materia graui Sanchez de matr. lib. 1. diſp. 9. num 6. & 10. 1. ſum. lib 4 c. 1. num. 30. Si tamen adeſt intentio vouendi, licet vouẽs non habuerit expreſſam intentionẽ ſe obligandi obligatur, quia eo ipſo tacitè ſe obliuit cum uouit. Tertio poteſt eſſe intentio ſe obligandi, non tamen faciendi quod vouit, & tunc ſecundum omnes, verè obligatur.

5 Vo-

5 Votum de re indifferenti, vt talis eſt, aut inutili, aut maioris boni impeditiuū, non obligat S. Tho. ar. 2. & 10. Sot. vbi ſupra ar. 3. Nau. c. 12. num. 28 Tolet lib. 4. c. 17. Arag. q. 88. cit ar. 2. Quoad materiam indifferentem, intellige quandiù indifferens eſt: Nam ſi propter circumſtantiam non ſit amplius indifferens, obligat, vt cum v. g. voues non ludere, non tranſire illac, quia eſt occaſio peccati, ſic præter cit. Doct. Silu. votum 1. num. 4. Cai. in ſum. ver. votum parag. materia uoti in fi. Quod ſi tempore voti nulla ibi erat occaſio peccandi, votum eſt irritum, licet occaſio poſtea ſuperuēiat, quia fuit de re indifferenti, nec aliqua honeſta cauſa honeſtatum Sanchez lib. 4. ſum. c. 7. num. 19. Contra Nau. c. 12. in fi.

6 Qui non eſt certus ſe uouiſſe, ſed dubitat, non obligatur ad votum B. Med. in ſum. lib. 1. c. 14. parag. 7. Sot. lib. 7. q. 3. ar. 2. Suar. vbi ſupra c. 5. Lopez inſtr. p. 1. c. 45. Roder. in ſum. lib. 1. c. 99. concl. 5. Sanchez vbi ſupra dub. 3. & alij ibi relati. Limitant hi duo poſtremi, modo ſufficientem adhibeant diligentiam ad ueritatem aſſequendam, etiam ſi dubius poſtea nihilominus maneat. Alij verò, vt Ang. votum 3. parag. 12. Silu. religio 2. q. & ſeq. Nau. de voto cons. 26. docent obligari, quia tenetur eligere partem tutiorem. Sed prima opinio uerior.

6 Certus ſe uouiſſe, dubius autem qualitatis, ſeu modi vouendi, uel voluntatis ſe obligandi, vt ſi vouit religionem, dubitet verò an in communi, an hac in ſpecie: aut uouit ſe ad nullam fœminā acceſſuram, dubitet autem an intellexerit etiam de copula licita. Item dubitat, an vouerit caſtitatem, uel ſe non ducturum uxorem. Vel uouit caſtitatem, & religionem, dubitat tamen an caſtitatem uouerit independenter à religione, tenetur ad id, quod minus eſt, non uerò ad id, quod tutius, licet Nau. de uoto cons. 13. alij contrarium doceant, de quo uide Sanchez in ſum. lib. 4. c. 36. num. 113. Quod enim ius eſt de toto ad totum, eſt de parte ad partem: at quando quis dubitat de tota uoti obligatione, ad nihil tenetur, ut ſupra dictum eſt, ergo idem dicendum eſt de parte obligationis quando de ipſa dubitatur. Concluſio eſt Glo. fin. in c. Ex parte de cenſib. ubi Pan. num. 3. & 4. ait præſumi uouentem ſe minus grauare, quam poſſit. V. Suar. de relig. trac. 6. lib. 4. c. 7. & Dianam p. 4. trac. 3. regul. 48.

7 Dubitans an uotum obliget ratione debitæ materiæ, aut finis, aut alicuius circumſtantiæ, certus autem de ualore ueri ex parte ſuæ libertatis, tenetur uoto, quia uoluntas non poſſidet, cum certus ſit ſua ſe libertate priuaſſe Nau c. 12. num. 54. uerſ. 26. Arag. 2. 2. q. 88. ar. 2. dicto 3. Sot. lib. 7. q. 1. art. 3. circa ſecundam concl. in fi. Sanchez de matr. lib. 2. diſp. 41. num. 35. Dubitans uerò an tempore uoti habuerit uſum rationis, ut quia ante pubertatem, non tenetur ſecundum Sot. ubi ſupra q. 3. ar. 2. quia debet eſſe ita certus, ut nihil dubitationis de contrario relinquatur. At ſecundum alios, nulla ſunt uota emiſſa ante ſeptennium: niſi ex coniecturis appareat ucrè tunc fuiſſe uſum rationis. Emiſſa uerò poſt ſeptennium regulariter tenent, niſi ex coniecturis appareat de fuiſſe uſum rationis, aut certè fiat res uerè dubia Suar. ubi ſupra c. 6. num. 7. De illo autem, qui carebat per accidens uſu rationis tempore uoti, ut quia ebrius, furioſus, dormiens, &c. dicendum, quod ſi uerum ſit dubium de tali impedimento, uotum non obligat Suar. ubi ſupra num. 8. & ſeq. ubi nu. 10. cum alijs docet uotum factum ex ſubita paſſione ut iracundia, &c. ſi non conſtet abſtuliſſe uſum rationis, eſſe ualidum Sanchez in ſum. lib. 4. c. 1. num. 2.

8 Votum de peccato mortali, eſt mortale, de ueniali, ueniale Sot. d. ar. 3. Nau. n. 12. num. 34. Valent. to. 3. diſp. 6. q. 6. p. 2. Arag uerò ubi ſupra Sanchez de matr. lib. 1. diſp. 9. num. 6. Suar. de relig trac. 6. lib. 4. à num. 4. contra Cai. in ſum uer. uotum Cord. in ſum. q. 188. puncto 1. Vaſquez 1. 2. q. 158. c. 4.

9 Ligatus uoto ſimplici paupertatis eſt capax dominij, ſed peccat poſſidendo Nau. de regul. com. 1. num. 19 & 22. & de uoto cons 9. & de red. eccl. q. 1. mon 55. num. 20. Suar. de relig. to. 3. lib. 8. c. 5. num 17.

10 Ratificans votum, quia putat ſe teneri, cum non teneatur, non obligatur Silu. matr. 4. q. 9. Nau. in man. c. 12. num. 71 errans enim non conſentit l. Si per errorem ff de iuriſd. omn Iud.

11 Votum non tenet, ſi ipſum, aut rem quam voues in malum finem ordines Nau. vbi ſupra num. 30 Secus ſi votum ordines non ad malum finem, ſed ad aliquod bonum, aut commodum ex malo conſequendum, vt cum vouis, aut iuraſte aliquid facturum, ſi ex bello iniuſto incolumis euaſeris: ſi prolem ex adulterio ſuſceperis, &c. quia nec votum, nec iuſiurandum eſt in malum finem ordinatum. Nam proles ex adulterio ſucepta malum non eſt Azor. p. 1. lib. 1. c. 3. q. 2. Cum verò malum eſt finis obiecti voti, aut iuramenti, non tenet. Sicut nec votum factum, vt malum conſequaris, aut in gratiarum actionem pro malo. Secus ſi ſit finis ipſius actus vouendi, vt ſi voueas religionem vt pecces Nau. & Sot. vbi ſupra. Optimè Cai. 2. 2. q. 88. ar. 1. Sanchez alios referens p. 1. 1. ſum. lib. 4. c. 6. à num. 11.

12 Vouens ſine animo implendi, item ſciens, & aduertens ſe non poſſe illud adimplere, peccat mortaliter Ang. votum 2. parag. 9. Cai. vbi ſupra ar. 2. Nauar. num. 38. V. ver. Iuramentum num. 23.

13 In Baptiſmo non fit propriè votum: neq; eſt alia obligatio, quam præcepti, quod eſt in ipſo baptiſmo Cai. & Arag. ar. 2 cit. Sot. vbi ſupra in reſp. ad 1. Nau. num. 31. Vnde Chriſtianus furando non peccat contra votum. Qui verò docent eſſe votum vt Mag. & alij in 4. ſent. diſtinct 38. impropriè loquuntur.

14 Contrahens matrimonium poſt votum caſtitatis, an teneatur ante conſumationem ingredi religionem, vide Matrimonium, ver. votum.

15 Vouens religionem laxiorem ſi propria auctoritate in ſtrictiorem commutet, & hanc ingreſſus exeat ex iuſta cauſa, quia eius auſteritates ferre non poteſt, non tenetur ad laxiorem. Si verò exeat, quia expulſus, quod eius religionis capax non ſit, vt quia Neophitus, qui ex regula non admittitur, tenetur ad laxiorem Sanchez to. 1. ſum. lib. 4 c. 16. num. 95. & 98.

16 Votum de religione, vbi regula non ſeruatur, non tenet, Neq, qui religionem vouet, debet ingredi, vbi quiſq; pro libito viuit Nau. c. 12. num. 46. Sanchez vbi ſupra num. 14. Immo peccas ibi ingrediens aut filios offerens Nau. num. 51. Cai 2. 2. q. 189 ar. 5.

17 Vouens religionem ſimpliciter ſatisfacit quærendo quinque, aut ſex monaſteria diuerſarum religionum in eadē Prouincia, niſi aliter intendiſſet Sot. lib. 7. p. 2. ar. 1. Similiter quinque, aut ſex monaſteria ordinis, ſi vnum ordinem vouit Tolet. lib. 4. c. 17. Quòd ſi dubium ſit, verū etiam ad diſtantes extra Prouinciam, tenetur tantum finitimas quærere quia, probabiliter ita præſumitur, ſi memoriæ occurriſſet. & quia mos non eſt, vouere religionem extra Prouinciam ſuam. Silu. religio 2. q. 15. Ang. votum 3. parag. 10. Si autem vouit ſine expreſſa, vel tacita limitatione, tenetur ire ad remotas, ſi ſit ſpes ſe recipiendum iuxta Nau. c. 12. num 48. & de voto conſ 28. At veriorem puto ſententiam Silu. quam etiam docuerunt Sot. vbi ſupra p. 1. lib 12. c. 22. de voto q. 1. Fœminæ non tenentur extra patriam quærere monaſterium; niſi in loco diſtante æquè illi commodus ſit ingreſſus, quia illic ſibi conſanguinei neceſſaria ſubminiſtrarent Sanchez in ſum lib. 4. c. 16 num. 45.

18 Vouens religionem non ſatisfacit ingrediens, vbi regula non ſeruatur Nau. nu. 45. Intellige de religione plenè collapſa, niſi ſpes ſit reformationis. Nam ſi profeſſores obſeruent ſubſtantialia, quamuis a prima obſeruantia defecerint, ſatisfacit Sanchez c. 16. cit. num. 13. Quod ſi vouit religionem in genere, tenetur aliam ingredi. Nau. conſ. 28. cit. Et ſi certam vouit, & in ea nullum monaſterium obſeruantiæ reperitur, nec vlla eſt ſpes breui reformandam non tenetur illam, aut aliam ingredi Nau. locis cit. Nec tenetur domi regularem vitam agere, ſi intendit tantum id in religione præſtare: quia ſi excuſatur à voti implemento, quod erat primarium multò

ma.

magis ab eo quod eſt ſecundarium.

19 Vouens religionem in genere ſi in vna non admittatur, tenetur aliam quærere. S. Th. 2. 2. q 88. art. 2. & q. 189. ar. 3. ad. 2 Silu. relig. 2. q. 16. Ang. votum 3. parag. 10. Nau. in man. c. 12. num. 46. & de vot. conſ. 21. Si verò certam vouit, illam ſolam quærere tenetur, in qua ſi non admittatur, eſt liber. Item ſi certum conuentum vouit, & non admittitur, Doct. cit. Quod ſi definire non potest, an religionem in communi, an talem in particulari promiſerit, tenetur ad votum, ſed poteſt eligere laxiorem, non tamen ſatisfacit petendo in vna religione, licet ibi repudietur Suar. de relig. tract. 6. lib. 4. c. 8. num. ſi tamen repudietur propter impedimentum temporale, eo ceſſante tenetur, ſecus ſi nihil impediebat Azor. p. 1. lib. 11. c. 22. q. 5.

20 Vouens abſolutè religionem ſatisfacit aſſumendo ordinem S. Ioannis Hieroſol. Arag. 2. 2. q. 88 ar. 11. verſ. tertiò aduertendum in reſp ad vlt. Cord. in ſum. q. 178. Negat Sanchez alios referens to. 1. ſum. lib. 4. c. 16. num. 12. Niſi ingrediatur religionem clericorum militarium in communi viuentium.

21 Vouens in religionem ingredi, ſi anno probationis diſplicet, poteſt exire. Nau. c. 12. num. 47. Sot. lib. 7. q. 2. ar. 1 Caiet. 2. 2 q. 189. ar. 4. Ang. votum 3. parag. 18. Silu. relig. 2. q. 19. Non tenetur aliam ingredi Nau. de vot. cons. 21. num. 8 Idem de eo, qui non cogitauit de perſeuerando: ſufficit enim ſi probet ſecundum formam iuris. S. Th. 2. 2. q. vlt. ar. 4. Sanchez de matr. lib. 1 diſp 34 num. 17. Couar. rubr. cap. Quamuis pactum p. 1. parag. 3. num. 12. Item ſi intendebat perſeuerare, ſed id non vouit: poteſt enim, ſi diſplicet, exire. ſecus ſi vouit eſſe religioſus Ang. & Silu. vbi ſupra Caiet. loco cit. videtur exigere aliam cauſam rationabilem, vt poſſit exire, nec ſufficere quod vouenti modus illius vitæ non placeant. Sed id non placet Azor. c. 22. cit. q. 6. De illo autem qui vouit ſe profeſſurum Nau. vbi ſupra docet non poſſe exire. At Sot. vbi ſupra Azor. q. 6. cit. Sair. clau. reg. lib. 6. c. 9 dub 9 Arag. vbi ſupra ar 3. docet poſſe exire ſi bona fide ingreſſus, experimento didicit ſibi non conuenire, abſolutumq; proinde eſſe ob obligatione voti. V. Suar vbi ſupra. c. 8 num. 7.

22 Votum ingrediendi religionem, & ſtatim exeundi, non tenet, quia eſt de re mala. Idem de voto ingrediendi, & exeundi ſimpliciter Sanchez vbi ſupra num. 77. & ſeq.

23 Vouens religionem ſtrictiorem poteſt in laxiori profiteri, & profeſſus non tenetur ad ſtrictiorem, quam vouit c. Quia poſt votum de regul. in 6. S. Th. vbi ſupra ar. pen. ad 3. Silu. vbi ſupra q. 18 Pan. in c. Per tuas de uot. Nau. c. 12. num 43. peccat tamen mort. ingrediendo laxiorem, quia minus dat, quam promiſerit Sanchez alios referens c. 16. cit. num. 16. cit. Suar. de relig. to. 3. lib. 6. c 14. num. 15. Niſi votum ingrediendi ſtrictiorem commutetur in votum profitendi in laxiori, & ſic laxiorem profiteatur Sanchez vbi ſupra num. 18 Si tamen non profiteatur in laxiori tenetur ad ſtrictiorem, vt de com teſtatur Nau. in man. c. 12. num. 48. Archid. in d. c. Quia poſt votum Azor vbi ſupra q. 1.

24 Votum factum metu graui ad id incuſſo, non valet c. 1. de his quæ vi; & ibi Pan. Nau vbi ſupra num. 52. & de his quæ vi, cons. 7. Sot. vbi ſupra Etiam ſi interuenerit iuramentum Pan. in c. ſignificauit, de eo qui dux. quam poll. Niſi poſtea ratificet Doct. cit. Aut niſi incuſſus ſit ex iuſta cauſa Nau. vbi ſupra conſ. 8.

25 Non tenetur filius implere votum pro ſe factum a parentibus, vel alijs, niſi ratificet animo ſe obligandi Pan. in c. Olim de reſt. ſpol. num. 4. Nau. c. 12. num. 74. citans pro ſe c. Licet. de vot. quod tunc non videtur ad hunc caſum poſſe adaptari: cum agat de votis parentum exequendis per filios hæredes, &c.

26 Non eſt mortale pœnitere voti, ſed animo implendi Nau. c. 12. num. 54 Ang. votum 3. parag. 13. Silu. votum 2. num. 20. Et, ſi pœnitentia eſt rationabilis, nullum eſt peccatum Sil. ibidem.

Pœnitere

27 Pœnitere oper's factis ex uoto, mortale eſt, quia eſt pœnitere quòd votum impleuerit. Sot. vbi ſupra ar. 4. Nau. d. num. 54. Arag. 2. 2. q 88. ar. 5. ad. 2. dicto vlt.

28 Votum non faciendi aliquod opus ſupererogationis, ſeu conſilij non licet, quia votum cum fiat Deo, eſſe debet de rebus illi gratis Nau vbi ſupra nu 12. Arag. vbi ſupra ar. 2. circa 4. conclus. regulariter tamen non peccat niſi venialiter. V. Sãchez. in ſum. lib. 6. c. 8. num 5.

29 Mulier vouens ad honorem Dei in ſabbato non filare, ſi habet animum faciendi alia opera ſeruilia, nullum eſt votum Nam poſito quod ſolit ab alijs operibus abſtinere, nihil intereſt an filet, nec ne. Sot. lib. 7. q. 4. art. 3. Arag. ubi ſupra Valent. to. 3. diſp. 6. q. 6. p. 2 B. Med. in ſum. lib. 1. c 14. parag 6.

30 Violans uotum virginitatis tenetur ad caſtitatem S. Th. 2. 2. q. 88. ar. 3. ad 2. niſi intendiſſet ſe obligare ad ſolam Virginitatem Arag. d. ar. 3. Nau. ubi ſupra num. 44. uerſ. 14. Quòd ſi intendat perpetuam caſtitatem peccat toties, quoties contra uotum. Si uerò dubia eſt intentio, tutior pars eſt ſeruanda, & interpretandum votum de caſtitate perpetua Sanchez de matr. lib. 9. diſp. 33. num. 7. Sayr. cla. reg. lib. 6. c. 7. num 4. V. Azor p. 1. lib. 11. c. 21. q. 11.

31 Votum religioſi de re non prohibita ſeruanda eſt donec Superior irritet. Sot. lib. 7 q. 2. ar. 1. Silu. votum 3. parag. 3. & alij quos refert. Et, ſi Superior in genere prohibeat huiuſmodi opus poſt votum, non tenetur vouens indicare Superiori, aut petere licentiam illud adimplendi Arag. 2. 2. q. 83. art. 3. Roder in ſum. p. 2. c. 98 conc 2. Sayr. vbi ſupra c. 5. num. 21. De prohibita verò non eſt ſeruandũ ante ſuperioris approbatione ſaltem tacitam, ideoque ei indicandum Sot. Arag. vbi ſup. Nau. c. 12. num. 69. veri ſeptimo ſupponimus. Valent. vbi ſupra puncto 6. dub. 2. Sayr. nu. 10 ſi tamen ſit de re non præiudicante ipſi Prælato, valet votum, donec ipſe irritet Sot. & Silu. loc. cit. Nau. num. 67. Cai. in ſum. ver. Vouentis conditiones. Et per hæc intellige Ang. votum 2 parag. 3. & alios immo, & S. Tho. 2. 2. q. 88. art. 8. ad 3 & 4. affirmantes nullum Monachi votum firmum eſſe niſi ſit de conſenſu Prælati.

32 Puella vouens religionem metu parentum reuerentiali, non tenetur glo. in c. Præterea 20. q. 3. Nau. c. 22. nu n. 51. verſ. 8. & de regul. com. 22. num. 31. & de his, quæ vi conſ. 9. & de conuerſ. coniug. conſ. 3. Intellige de metu cadente in conſtantem puellam; nempe quia alioqui eam parentes, & verbis, & re nimium tractarent aſperius Pan. in c. Cum virum, de regul. num. 8. Sotus art. 1. cit. Sayr. alios referens Cla. regi lib. 6. c. 4. num. 18. Nau. vbi ſupra.

34 Votum numquam peccandi in certa materia, aut mortaliter, aut etiam venialiter. obligat, quia adimpleri poteſt, Sot lib. 7. q. 1. art3. Nau. c. 12. num. 66.

34 Votum numquam peccandi mortaliter obligat, quia poteſt vitari omne mortale gratia Dei S. Tho. 2. 2. q. 47. ar. 1. ad primum & 1. 2. q. 109. ar. 8 Nemo tamen conſulendus, vt ſic voueat. Quod ſi factum eſt, peti poteſt commutatio, vel diſpenſatio: quia peccata interna cogitationis, vel delectationis difficilè cognoſcuntur, & vitantur Sot. vbi ſupra Suar. de relig. tract. 6 lig. 1. c. 3. & alijs quos refert Sayr. vbi ſupra c. 3. num. 9. Arag 2. 2. q. 88. ar. 2. ver. circa eandem rationem V. Sanchez. in ſum lib. c 5. q. 2.

35 Non ideo votum non tenet, quia accidit aliquid, quod ſi præuidiſſes non uouiſſes: ſed ſic, ſi aliquid accidat, quod ſi fuiſſet tempore voti, impediſſet eius obligationem, vt ſi materia voti fiat impoſſibilis, aut illicita; aut maioris boni impeditiua Sot. lib. 7. q 2. ar. 1. vers. tertium Arag. Pan. in c. 1. de vot. num. 4. Cai. in ſum. ver. veterum omiſſio. Sanchez de matr. lib. 10. diſp. 9. num. 14. quod tamen nu. ſeq. intelligit, vt tunc etiam votum non teneat, quando aliquid accidit, quod ſi præuidiſſes, non te obligaſſes, vt etiam docuerunt Silu. ver. ieiunium num. 7. &

iuram.

Digitized by Google

iuram. 3. q. 13. vers. 3. & iuram. 4. q. 17. & votum 2. num. 17. in fi. & alij plures: ſi videlicet illa conditio erat in virtute voluntatis vouendi, vt ſi quis voueat dare eleemoſynam Petro pauperi, ex qua voluntate vouendi ſequitur, vt nolit dare elemoſynam Petro diuiti effecto, quia ea non eſt eleemoſyna; & ideò is euentus non includitur in obiecto volito: ſecus ſi illa conditio ſolū includitur in virtute aliorum actuum, vel habituum vouentis, vt ſi quando vult dare elemoſynam Petro, actu, vel habitu odio habebat fures, decernēs nunquā ſe illis benefacturū: tunc enim ſi contingat Petrū, vel eſſe, vel poſtea effici furem, nihilominus obligatur: quamuis ſi prænouiſſet, illum excepiſſet; quia cum Petrus ſit pauper, comprahēditur ſub obiecto eleemoſynæ volito. V. Sanchez de matrim. diſp. 33. num. 30. Item quando mutatio rei promiſſæ eſt notabilis Sanchez in ſum. lib. 4. c. 2. num. 21. ſic intellige Doct. quos num. 18. refert, aſſerentes neminem per votum obligari vltra id, ad quod ſe obligare voluiſſet, ſi id aduerteret dum promiſſit. V. cap. factum legitime de reg. iur. in 6. Mynſing. Inſtit. de lega. parag. ſi quis debitori ex com. dat regulam. Quæ ſemel vtiliter, & legitimè cōſtituta ſunt, durant; licet ſuperueniat caſus, à quo initium habere nō poſſunt.

36 Si omnes conditiones voti non implentur, & de intentione dubitatur, ſeruandum eſt Silu. votum 2. num. 2. vers. 4.

37 Non peccat mort. quia violat uotum de ſeruanda lege non obligante ſub mortali Sot. vbi ſup. vers. Per hæc ad id, &c. Nō enim videtur vouens aliter ſe obligaſſe.

38 Metus excuſans violationem præcepti ieiunij, excuſat etiam violationem voti de ieiunio, quia obligat votum ad inſtar legis Sot. ar. 1. cit. Sanchez in ſum. lib. 4. c. 3. num. 38. Et quæuis occaſio iudicio prudentis excuſat à præcepto ieiunij, excuſat etiam à voto. Niſi conuouens habens huiuſmodi cauſam, nihilominus uoueat, quia tunc tenetur, vt ſexagenarius, & minor vigintiuno annis Sanchez vbi ſupra c. 11. num. 74. & ſeq.

39 Qui vouit non nubere, non tenetur ex ui uoti ad caſtitatem, niſi aliud intendiſſet Sot. ubi ſupra, Silu. uotum 4. q. 4 Nau. c. 12. num. 43. Arag. 2. 2. q. 88. ar. 3. Et in hoc diſpenſat Epiſcopus Ang. uotum 4. parag. 9. Silu. & Arag. cit. Nau num. 76. contra Caiet. to. 2. opuſ. 15. q. 1

40 Vouens ſe aliquid facturum, ſi incidat in certum peccatum, intelligitur ſolum de prima uice, ſi aliud non cogitauit; Quare diſpenſatus ſuper uoto ea uice, non tenetur amplius, etiam ſi reincidat. Nau. c. 12. num. 43. & de uot. conſ. 13. Et in eo diſpenſat Epiſcopus, etiam poſt commiſſum peccatum, quia nō eſt uotum abſolutum, quamuis ſit de reſeruatis Papæ, ut religionis, caſtitatis, &c. B. Med. in ſum. lib. 11. parag. 6. c. 14. Arag. ubi ſupra ar. 12. Sayr. cla. reg. lib. 6. c. 11. num. 72. Sanchez de matr. lib. 8. diſp. 10. num. 8. & in ſum. lib. 4. c. 40. num. 91. & 99. Roder. de regul. to. 1. q. 63. ar. 7. licèt in Bull. cruc. parag. 9. num. 122. contrarium docuiſſet. Valent. to. 3. diſp. 6. q. 6. p. 7. In uoto uerò conditionali, Sot. lib. 7. q. 4. ar. 3. Nau ubi ſupra Azor. p. 1. lib. 11. c. 19 q. 13. Cord. in ſum. q. 152. & alij docent nec ante, nec poſt impletam conditionem poſſe Epiſcopum, ſed pertinere ad Papam, ſi ſit ex reſeruatis Azor. tamen & Sayr. ubi ſupra putant probabile poſſe Epiſcopum ante conditionis euentum. Alij ut Tolet. lib. 4. c. 18 in fi. Ledes. in ſum. p. 2 tract. 10 c. 8. Sanchez diſp. 10. cit. num. 13 docent, in utroq; caſu poſſe Epiſcopum; quando tamen, ut ait Sanchez uotum uere eſt conditionale, nō uerò quando apparenter, ut cū particula, ſi, æquiualet dictioni Quando. Item ſi conditio ſit de futuro, nec tacitè ineſt: ſecus ſi ſit de præterito, aut præſenti. Idem poſſunt regulares uirtute priuilegiorum, ut docet Idem Sanchez diſp. 16. ubi num. 2. addit, non poſſe regulares in caſu, quo Epiſcopus ratione neceſſitatis tantum poteſt diſpenſare. Verum Couar. c. Quamuis pactum p. 1. parag. 3. num 12. Roder in ſum. p. 2. c. 19. num. 2. Suar. de relig. to. 2. trac. 6. lib. 6. c. 22. nu. 3. Sot. ar. 3. c. cit. negant poſſe Epiſcopum diſpenſare poſt factum, ſi votum ſit de reſeruatis Papæ, quia iam

contracta eſt obligatio. Et hæc mihi videtur verior. V. Nau. de vot. conſ. 15.

41 An coniux poſſit ſine alterius conſenſu vouere non petere debitum v. voti irritatio num. 48.

42 Vouens abſtinere ab ouis, non tenetur abſtinere à carnibus; niſi id etiam intellexiſſet, ſi menti occurriſſet Silu. ver Ieiunium num. 28.

43 Votum factum de re aliqua probabiliter licita, & probabiliter illicita vt agitandi tauros in feſto alicuius Sancti, quæ agitatio ſtat in opinione an ſit licita, non obligat: quia votum eſſe debet de eo, quod conſtat eſſe bonum Suar. vbi ſupra lib. 2. c. 4. num. 7. Sanchez to. 1. ſum. lib. 4. c. 7. num. 13.

44 Votum contrahendi matrimonium abſolutè non obligat, quia eſt de re impeditiua maioris boni, com. vt teſtatur Sanchez de matr. lib. 1. diſp. 4. num 1. limitans Primo, niſi matrimonium eſſet in præcepto, ut ſi uouens defloraſſet Virginem fide data de matrimonio. Secundo niſi ex eo matrimonio ſperetur utilitas maxima totius Reip. chriſtianæ, ut pax inter Principes Chriſtianos. Tertio niſi uotum ſit de ducenda paupere, aut meretrice ex pietate quæ autem ſit cauſa pia uide ibi, & Suar. ubi ſupra c. 9. num. 17. Quarto niſi uouerit cauſa uitandæ fornicationis, & carnis tentationes, quia ſe nimis fragilem experitur. Nam reſpectu huius maius bonum eſt uxorem ducere ſic Cai. 2. 2. q. 88. ar. 2. Nau. c. 12. num. 43. Valent. to. 3. diſp. 6. q. 6. p. 2. Tolet. lib. 4. c. 17 & alij, quos refert, & ſequitur Sanchez num. 7. At Sot. lib. 7. q. 1. ar. 3. Arag. q 88. cit. ar. 2. id negant, quia, inquiunt, licèt matrimonium ſit remedium ad libidinem refrænandam, ipſum tamen uotum non eſt, quia eſt impeditiuum maioris boni, ideſt religionis Prima opinio uerior, quam Suar. ubi ſupra num. 13. ita intelligit, quando ſcilicet talis eſt perſonæ conditio, ut moraliter loquendo prudenter iudicetur melius, & ſecurius illi eſſe nubere, quam religionem ingredi, uel aliter conari ad caſtitatem V. Sanchez in ſum. lib. 4. c. 8. num. 8. & ſeq.

45 Hæres tenetur adimplere uota realia defuncti c. Licet de uot. ut eleemoſinas dare, extruere monaſterium. Perſonalia uerò ut ieiunare peregrinari, &c. non tenetur. Niſi Teſtator ipſe grauaſſet hæredem ſuum ad uota ſua licet perſonalia. Monet. de commut. ult. uol. c. 7. num. 41. Mixta tenetur implere, ex parte. qua ſunt realia ut ſi uouit ædificare monaſterium, & ingredi, tenetur tantum ædificare. Perſonalia principaliter, & acceſſoriè realia non tenetur; non enim tenetur ad perſonale, & ſublato principali, auferrur acceſſorium u. g. uouit peregrinationem, non tenetur ad expenſas, quas feciſſet eundo, & redeundo, niſi hæres acceptaſſet Silu. uotum 2. num. 11 Couar. in c. Si hæredes de teſtam. num. 9. Nau. c. 12. num. 53. & 56. Sot. l b. 7 q. 2. ar. 1. Ang. uotum 3. parag. 8. Intellige de quocunq; hærede etiam extraneo, & de executore Silu. hæreditas 3. q. 12. Item ſi hæres adiuit hæreditatem, quia adeundo quaſi contraxit Silu. num. 11. cit. Item ſi vires hæreditatis ſufficiunt. Silu. ibidem V. Pan. in d. c. licet in fi. vbi quod ſi non ſe obligauit ad voti executionem, poteſt compelli per priuationem hæreditatis, & per excommunicationem, non autem per coactionem perſonalem. Poteſt tamen petere commutationem, licet ſit alteri ius quæſitum Moner. vbi ſupra num. 401. & ſeq. contra Sanch. in ſum. lib. 4. c. 14. num. 57. & ſeq. Immo ſecundum eundem Mone. num. 414. Si in hærede ſit eadem, aut alia ſubiectio ſimilis poteſtatis dominatiuæ eius, qui irritare poteſt vota ſibi ſubditorum, cum ea, quæ erat in defuncto, poteſt etiam ea voti obligatio irritari. V. Sanchez in ſum. lib. 4. c. 15. q. vlt.

46 Vouens non poteſt per alium adimplere vota perſonalia, ſecus de reali, & mixto, qua parte reale eſt. Sanchez alios referens c. 15. cit. num. 3. & ſeqq. Pan. tamen in c. Licet de vot. dicit quod ſi vouens tempore voti certus erat quod impedimẽtum eſſet perpetuum, tenetur implere per alium, ne votum ſit deriſorium, & idem tenet Silu. votum 2. q. 10.

47 In

47 In voto conditionali non ſatis eſt partem conditionis implere, licèr materia ſit natura ſua diuidua: vt ſi vouiſti religionem, ſi frater tuus ſanus ex India redierit, & redeat infirmus Sanchez vbi ſupra c. 23.num. 6. Oportet autem conditionem apponi in ipſo vouendi actu, non autem poſt, etiam ex modico, & imperceptibili interuallo. num 7.

48 Quando de voto conſtat, excuſatio verò eſt dubia præſumendum pro voto Sanchez vbi ſupra c. 1. num. 4.

49 Ad vota populi ex publica cauſa emiſſa cum conſenſu Epiſcopi, tenentur etiam regulares exempti Vaſquez 1. 2. diſp. 167. num. 33. quem ſequitur Sanchez in ſum lib. 4. c. 15. num. 21. & Azor. p. 1. lib. 7. c. 3. q. 2. Sed contrarium docent Palud. in 4. d. 15. q. 4. ar. 3. S. Ant. p. 2. lib. 6 c. 2. parag. 2. Roſell. ver. Ieiunium num. 8. Silu. eo. q. 2. quia conſuetudo laicorum non ligat Clericos ſæculares, nec clericorum ſæcularium regulares, quia ſunt varij modi abſtinentiæ inter eos tres ſtatus perſonarum Excipe tamen feſta ex Trid. ſeſſ. 25. de regul. c. 12. V. ver. Ieiunium, num. 25.

50 Vouens caſtitatem, & religionem, ſi vtrumq; principaliter vouit, tenetur in ſæculo ad caſtitatem. Si verò vouit religionem principaliter, & caſtitatem acceſſoriè, non tenetur ante religionis ingreſſum Sanchez vbi ſupra c. 16. num. 113. In dubio autem cenſetur vouiſſe principaliter. Nau. de vot. cons. 13. num. 2.

51 In dubio an emiſſum ſit votum eleemoſynæ, ſi quis putans ſe teneri, ſoluat, non poteſt vti occulta compenſatione; cum duæ ſint circa hoc opiniones, & pauper habeat pro ſe probabilem: compenſatio autem requirit iniuſtitiam certam poſſidentis. Sanchez vbi ſupra c. 11 num. 17.

52 Conditio impoſſibilis ſiue de præterito, ſiue de præſenti, ſiue de futuro non reijcitur in voto Sanchez vbi ſupra c 23 num 8. alios referens contra Azor p. 1. lib. 11. c. 15. q. 9 docentem id verum eſſe tantum in foro conſcientiæ.

53 De vouente ſub conditione, & ex eius culpa conditio non adimpletur; vt ſe hoc facturum, ſi Deus illum ab vno peccato præſeruet, & in illud incidit. Silu votum 2. num. 2. dicit non obligari, quando, vt communiter fit, eius intentio fuit, vt præſeruaretur per gratiam maiorem ordinaria. Sed Ang. votum 1. parag. 10. Nau. c. 12. num. 41, & de vot. cons. 29. & ſeq. Azor. vbi ſupra c. 20. q. 9. & Sayr. plures referens cla. reg. lib. 6. c. 8. dub. 1. volunt obligari, ſi poſtea non facit id, quod feciſſet ad ſe præſeruandum, etiam ſi non promiſiſſet; vel ſi in illud peccatum ſe præcipitauit. De vouente religionem, ſi ſanus fieret & per propriam intemperantiam fuit infirmus, Et ſimiliter de vouente religionem ſi Doctor fieret, & ex negligentia non fit, Nau. conſ. 29. & 30. cit. cum alijs docet non obligari. ſi ordinariam curam adhibuit, vt ſanus, aut Doctor euaderet. Secus ſi ſe præcipitem dedit in intemperantiam, vel in ſcitiam. Suar. de relig. to. 2. trac. 6. lib. 4. c 17.

54 Votum ſimplex ex falſa cauſa emiſſum, ſi illa ſit cauſa finalis voti, non verò impulſiua, non tenet. Vt putans filium in extremo vitæ periculo conſtitutum, vouet Romam peregrinari, quò filij incolumitatem conſequeretur. Nam vouens non abſoluiè eam rem pomiſit, ſed per modum vnius cum illo fine. quare ſi finis ille non extat, quia falſum erat id periculum, aut iam obierat tempore voti. non obligat, quia non eſt voluntarium Sanchez de matrim. lib 10 diſp 9. num. 16. Error enim cauſæ, quæ promittentem induxit, regulariter annullat promiſſionem Nau. c. 18. num. 17. Molin. de iuſt. trac. 2. diſp. 204. Secus in voto ſolenni, c. fin. 20. q. 3. c. Ex parte 2. de conuerſ. coniug. Niſi error ſit circa ſubſtantialia: licèt enim is ſtatus perfectior ſit, liberam tamen electionem requirit. In dubio autem dicendum cauſam eſſe impulſiuam, & tenere votum. In omni enim voto cauſa finalis videtur eſſe Dei cultus, media illa re promiſſa, cœteræ verò videntur impulſiuæ Sanchez vbi ſupra num. 17 V. Suar. c. 18. cit. num 6. Anchar. in c Magnæ de voto num. 13. diſtinguit, quòd defectus cauſæ vel fuit à

principio, uel ſuperuenit: primo caſu diſſoluit obligationem, in ſecundo uerò minimè.

56 Vouens peregrinationem, uel ieiunium, licet ea faciat non cogitans de uoto ſatisfacit, ſi poſtea ratum habeat quod ieiunauerit, &c. Quod ſi ea fecerit ui, uel intentione expreſſa non implendi uotum, non ſatisfacit. Vide ſupra Horæ can. num. 14. Et ſi illuc poſtea accedat cauſa alicuius negotij aut ſtipendio conductus, aut uinctus à miniſtris iuſtitiæ; ſi obiectum uoti fuit ſola inuiſio templi, ſatisfacit ſi illic ſe inueniens templum liberè inuiſat. Secus ſi obiectum uoti fuit etiam labor itineris. Sanchez in ſum. lib. 4. c. 11. num. 68.

57 Vouens ſe ieiunaturum tali die, ſi non poteſt, aut etiam ex negligentia non ieiunat, ſi votum fuit in cultum illius diei, non tenetur alio die ieiunare. Si verò illa dies aſſignata eſt pro termino, vltra quem noluit differre ieiunium, tenetur Silu. votum 2. q. 4. Ang. votum 4. parag. 3. Cai. 2. 2. q. 88. ar. 12. & in ſum. ver. Votum, verſ. Voti diſpenſatio. Sot. lib. 7. q. 2. ar. 1. Nau. c. 12. num. 41.

58 Si præfixiſti tempus voto, eo adueniente, teneris: commoditas verò relinquenda arbitrio pij, & docti viri Silu. vbi ſupra q. 2. Ang. parag. 2. S. Tho. 2. 2. q. 88. ar. 3. ad 3. & q. 189. ar. 3. Arag. q. 88. cit. ar. 3. Sot. & Nau. vbi ſupra V. Sayr. cla. reg. lib. 6. c. 8. num. 8.

58 Si vouiſti religionem, & commodè potes nunc intrare, Si ſit periculum impedimenti perpetui, peccas mortaliter differendo etiam ex negligentia Ang. & Silu. vbi ſupra Niſi differas, vt commodius poſtea intres, quia v. g. vis prius addiſcere quod in religione nequibis, Suar. de relig. trac. 6. lib. 6. c. 6. num. 9. quia cauſa dilationis eſt vtilis religioni: modo tamen in ſæculo viuere poſſis ſine periculo ſalutis Mai. in 4. d. 38. q. 3.

59 Proponens vouere non obligatur c. Literaturam de vot. & ibi Pan. S. Tho. vbi ſupra ar. 1. Couar. in c. Quamuis pactum p. 1. parag. 3. num. 12. & com.

60 Grauiter deceptus vouens religionem, quod ſi ſciuiſſet non vouiſſet, non tenetur: quia fraus, & ignorantia tollunt voluntarium requiſitum ad votum Arag. q. 88. cit. ar. 1. dub. 2. concl. 2. in fi. Roder. in ſum. p. 2. c. 92. concl. 4. Sayr. cla. Reg. lib. 6. c. 4. num. 14.

61 Votum abſolutè non ludendi non compræhendit ludum, qui ratione honeſtæ recreationis exercetur, cum ludus honeſtus ſit actus virtutis eutropeliæ. Niſi vouens aliud intendiſſet: vel ratione periculi limites honeſti ludi tranſgrediendi. Mens enim vouentis ea videtur eſſe, vt à ſolo ludo illicito, quo dilapidantur bona, abſtineat. Sanchez de matr. lib. 1. diſp. 4. num. 5. Nau. de vot. cons. 36. Sanchez in ſum. lib. 3. c. 14.

62 Vota maiorum non ligant ſucceſſores, niſi hi acceptent, aut interueniat auctoritas Epiſcopi, eiusuè approbatio. quare neceſſe eſt, vt Epiſcopus præcepto ſuo omnes cogat ad voti acceptationem, vel ſaltem ad obſeruantiam actus promiſſi: & tunc obligabuntur qui non vouerunt, non in vi voti, ſed in vi Eccleſiaſtici præcepti Suar. de relig. trac. 6. lib. 4. c. 9. num. 10. & ſeq. & licèt Nau. in man. c. 12. num. 74. putet obligari ratione voti, aut ſaltem vi pacti, & promiſſionis; verumq; tamen optimè impugnat Suar. vbi ſupra num. 6. 7.

63 Vouens generaliter ieiunare omnibus ſextis ferijs, an obligetur ex voto ad ieiunandum ſi dies Natalis Domini incidat in feriam ſextam; Palud. in 4. 6. 38. q. 4. num. 36. Silu. ver. Ieiunium in fi. Vaſquez 1. 2. diſp. 30. c. 4. abſolutè docent teneri, quod illa circunſtantia omnino ſit accidentaria reſpectu talis voti. Molin. de iuſt. trac. 2. diſp. 272. poſt Io. And. in c. ſi. de obſer. ieiun. vult non teneri: quia in generali promiſſione non veniunt illa, quæ veriſimiliter non eſſent intenta, ſi ſpecialiter eſſent propoſita, cuiuſmodi eſt ieiunium Natalis Domini, cum ſit præter generalem

Eccle-

Eccleſiæ conſuetudinem. Suar. lib. 4. cit. c. 20. num. 7. dicit rem eſſe dubiam, ideoq; cum votum ſit certum, & ius commune magis illi faueat, tutiorem partem eſſe ſequendam Ego verò cenſeo rem eſſe certam. Nam in c. fi. cit. Expreſſè habetur, voto aſtrictum non poſſe veſci carnibus ſexta feria, quando in eam incidit feſtum Natiuitatis Domini. Nam, & hoc eſt contra generalem Eccleſiæ conſuetudinem; ergo etiam qui vouit ieiunare, &c. tenetur, eadem enim ratio. idem alios referens docet Sanchez in ſum. lib. 4. c. 11. num. 59. & ſeq: V. Glo. in d. c. fi. & ver. Ieiunium num. 31. Quid, ſi frater minorita aut S. Franciſci de Paula fiat Epiſcopus? Barbos. plures referens ad d. fi. docet poſſe veſci carnibus, ſi dies Natalis incidat in d. feriam, quia non tenetur amplius, niſi ad ſubſtantialia religionis. In reliquis enim eſt ſolutus.

65 Vouens ieiunare vigiliam alicuius Sancti, ſi ea incidat in diem dominicam, ſatisfacit ieiunando in Sabbato, niſi aliud intendiſſet cum vouit. Sayr. cla. reg. lib. 6. c. 8. dub. 5. Azor. p. lib. 11. c. 20. q. 4. S. Ant. p. 2. tit. 11. c. 2. parag. fi. Quòd ſi ſi vouit ieiunare per totum menſem, nec expreſſit dominicos dies, poteſt quidem non ieiunare, ſed veſci non poteſt cibis prohibitis Sayr. vbi ſupra V. ver. Ieiunium num. 9.

66 Votum de re leui, licèt ſit totalis materia voti, aut de vitando aliquo peccato veniali, v. g. mendacium, otioſum, obligat tantum ad veniale. quare illud transgrediendo non peccat mort. S. Ant. p. 2. tit. 10. c. 4. parag. 1. Silu. iuram. 3. q. 7. Arag. 2. 2. q. 88. ar. 3. Sot. lib. 7. q. 1. ar. 3. Nau. c. 12. num. 40. Suar. de relig. trac. 6. lib. 5. c. 4 Azor. vbi ſupra c. 5. q. 3. Sanchez in ſum. lib. 4. c. 12. num. 5. licèt de matr. lib. 1. diſp. 5. num. 25. prius contrarium tenuerit, & com. contra Caiet. 2. 2. q. 89. ar. 3. Cou. 1. var. res. c. 22. initio. Sayr. alios referentem cla. reg. lib. 5. c. 4. à num. 18. Tolet in ſum. lib. 4 c. 17. aſſerentes peccare mort. quando res illa leuis eſt totalis materia voti.

67 Quando verò ſit mortalis transgreſſio voti quæ fit per plures actus leues ex parte materiæ, vt ſi vouiſti per annum quotidie dare aſſem pauperi, aut recitare ſemel orationem dominicam Azor. vbi ſupra, Sanchez in ſum lib. 1. c. 4. num. 14. docent quod ſi id fiat in honorem diei, vel temporis, cum huiuſmodi obligationes cum tempore extinguantur, non peccat mort. licèt per annum omittas. Si verò votum ſit tantum, ne vltra eum diem differatur, peccas quotidie uenialiter omittendo; mortaliter uerò ad finem anni, cum iam res magna euaſerit. Arag. docet in uoto perſonali, ut de dicendo orat. dominicam, numquam peccari mortaliter; Secus in voto reali, quod in illo ſemper frangatur fidelitas in re leui, in hoc autem ſecus ratione nocumenti, uel grauitatis materiæ, quæ aufertur, ſicut in furante quotidie aſſem. Sed hoc rectè impugnat Suar. c. 5. quia ad culpam contra uotum non rectè conſideratur proximi nocumentum, cum in voto reali non fiat iniuria proximo, cuius reſpectu nulla orta eſt obligatio, licèt materia uoti ſit illi utilis. Eandem diſtinctionem improbat Vaſquez 1. 2. diſp. 146. c. 2. in fi. quia utrumque uotum fieri poteſt pro tali die, in ſpecialem deuotionem, & cultum illius diei, & è contra pro ſingulis diebus, ut non differatur obligatio. Valent. to. 3. diſp. 6. q. 6. p. 4. q. 2. Sayr. cla. reg. lib. 6. c. 6. num. 6. Sentiunt in utroque uoto omiſſionem in graui parte eſſe mortalem, licèt ſi onus diei, ut proprium eius, & ſemel omiſſo, nulla maneat obligatio: quod licèt probabile, ſcrupuloſum tamen aſſerit Suar. ubi ſupra. Tu dic cum Suar. c. 5. cit. in huiuſmodi leuibus transgreſſionibus diuerſis temporibus factis, conſiderandum eſſe, an ex his componatur unus actus mortalis, uel non. Si enim non componatur, licèt multa leuia multiplicentur, numquam fiet peccatum mortale. ſecus ergo ſi plures illi actus tendant ad unum componendum. Sub actu uerò etiam omiſſionem contrariã intellige. Perficitur autẽ unus actus grauis per plures leues, uel quãdo ex prioribus actibus leuibus

ſelin-

relinquitur obligatio, quæ præſenti obligationi coniungitur, & ex vtraque fit vna grauis, quod ſæpe in votis realibus contingit. & aliquando etiam in perſonalibus inueniri poteſt, vt ſupra dictum eſt. Vel quãdo ſecundum moralem vſum, & æſtimationem cenſetur vnus actus moraliter ex multis componi vel ſucceſſione quadam actuum, vel ommiſſionum. Sicut ex horis canonicis vnius diei cenſetur componi vna integra recitatio, quæ tamen non componit vnum actum moralem cum officio alterius diei. quare ex leui ommiſſione vnius pſalmi in Matutino, & alterius in Prima, & alterius in Veſperis intra eundem diem, poteſt eſſe grauis tranſgreſſio. In diuerſis verò diebus aliquando inueniri poteſt huiuſmodi actus moraliter vnus: vt ſi voueas Roſarium integrum tribus diebus recitandum, ſingulam tertiam partem ſingulis diebus attribuens tamquam onus illius diei, ſi ſingulis diebus aliquid leui omittas, omneſque illæ leues ommiſſiones aliquid graue conſtituant reſpectu Roſarij, erit mortale.

58 Quoties igitur votum eſt de pluribus actibus leuibus, quorum ſinguli totales ſunt, & diuiſim, ac ſingulatim præſtandi ſiue in diſtinctis diebus, ſiue diuerſis horis eiſdem diei, ex multiplicitate tranſgreſſionium venialium, non peruenitur ad mortale. Et ſic vouens quotidie per annum recitare orationem dominicam, licet toto anno non recitet, non ideo peccat mortaliter, quia nulla eſt ibi vnio.

69 Votum ieiunandi ordinariè diebus dominicis nullum eſt & illicitum can. 65. Apoſt nec transferendum Suar. vbi ſupra c. 6. num. 21. Secus de voto ieiunandi aliquibus diebus ob beneficium, ſecluſo ſcandalo, & vano ſingularitatis ſtudio Sanchez in ſum. lib. 2. c. 37. num. 16

70 Vouens non vouere niſi ſcripto, aut coram aliquibus perſonis, aut de conſilio Confeſſarij, ad vitandam vouendi facilitatem, & ſcrupulos inde conſurgentes: ſi memor prioris voti aliud votum emittat, non ſeruatis illis circunſtantijs, grauiter peccat, non tamen mortaliter: Niſi maximè expediret ſaluti vouentis non aliter vouere. Si autem voueat immemor prioris voti, valet ſecundum. niſi vouens in priori voto expreſſam intentionem habuiſſet nullo alio voto ſe in poſterum obligandi, niſi illis circunſtantijs adhibitis; ita vt nulla tenus valeat votum à ſe aliter emiſſum. Sic in locis citatis Sanchez in ſum. lib. 4. c. 8. à num 14. ad 18

71 Vouens abſtinere ab vſu Fœminæ, ſi ſolum intendit ſe obligare ad abſtinentiã actus externi, non peccat contra votum, ſi interius moroſè delectetur; ſecus ſi abſolutè vouit continentiam Leſſ. lib. 4 c. 3. num 15. in fi.

72 Vouens excuſatur, ſi ſuperior etiam votum ignorans, non permittit adimplere Nau. c. 12. num. 69 Nec tenetur ſubditus aperire votum, ſed ſufficit petere licentiam v. g. ieiunandi Suar. de relig. tract. 6. lib. 3. c. 6 num. 6

73 Votum ex ſubita animi perturbatione emiſſum, ſi iudicium rationis non tollit, validum eſt, & ratum Sicut enim ad meritum, vel peccatum ſufficit ea mentis deliberatio qua quis dicitur mentis ſuæ cõpos, vt ſcienter, & ſpontè faciat; ſic etiam ad votum. Eſt autem iuſta cauſa facilè relaxandi, aut commutandi, &c Si verò omne iudicium rationis peruerterent huiuſmodi affectiones, irritum eſt votum.

VOTI IRRITATIO. Commutatio. Diſpenſatio.

V. Debitum coniugale. Diſpenſatio in matrimonio, in lege. Gratia. Iuramentum. Religio.

1 IRritatio eſt annullatio obligationis voti, ex ſolo beneplacito voluntatis, nec aliam cauſam requirit. Eſt autem duplex irritatio directa, indirecta. Illa ſe tenet ex parte voluntatis vouentis, reuocando, & quaſi diſſoluendo ipſum actũ vouendi

Digitized by Google

vouendi, cadit enim immediatè in votum ipſum, habetq; ſpecialem, & propriam rationem illud auferendi. Poſterior verò ſe tenet tantum ex parte materiæ, & dicitur irritatio ſecundum quid, quia non cadit in votũ ipſum, ſed fit per ſubtractionem materiæ: & ſæpe eſt quaſi ſuſpenſio voti, ed per accidens, cum ſcilicet votum eſt tantum pro definito tempore, pro quo eius materia prohibetur. hoc porrò votum, ceſſante prohibitione, vel impedimento reuiuiſcit: quando ſcilicet votum eſt indefinitè, vel perpetuum. Caiet 2. 2. q. 88. ar. 8. Suar. de relig. tract. 6. lib. 6. c. 1.

2 Commutatio eſt annullatio obligationis voti, cum ligamine ad aliquid aliud faciendum.

3 Diſpenſatio eſt annullatio obligationis voti ex rationabili cauſa.

4 Irritare poſſunt, Pater, Mater, ſi ſit Tutrix, Tutor, Curator, Dominus, Prælatus religionis, etiam Abbatiſſa Suar. vbi ſupra c. 7. num. 19 Roder. de regularibus to. 1. q. 25. ar 7. & in ſum. p. 2. c. 61. num. Et quidem illi poſſunt omnia impuberis vota, & realia puberum, niſi eſſent adiuncta voto religionis, aut facta de bonis caſtrenſibus, vel quaſi; non autem perſonalia non præiudicantia Nau. c. 17. num. 142. Silu. peculium 1. parag. 3. & votum 3. q. 6 Azor. p. 1 lib. 11. c. 17. q. 7. Arag. 2. 2. q. 88. art. 9. vers cira 4. concl. Sayr. alios referens cla. reg. Leſſ 6. c. 10. num. 15. At Superior religionis poteſt omnia, etiam votum non mentiendi Nau. vbi ſupra à num. 72 Sayr. c. 11. à num 7. Sanchez in ſum. lib. 5. c. 33. à num. 4. Nec requiritur aliqua cauſa. quare non peccat Superior pro ſua ſola voluntate irritans S. Ant. p. 2. tit. 11. c. 2. parag 6 in fi. Azor. vbi ſupra c 7 q. 5. & alij: licet Sot. lib 7. q. 3. B. Med. lib. 1. ſum. c. 14. parag. 7. Valent. to 3. diſp. 6. q. 6. p. 6. dicant peccare venialiter, & Sayr. num. 14. dicat id eſſe probabilius. Et Sanchez in ſum. lib. 4. c. 24. num. 8. & 13. dicit ideò non vacare culpa, quia omnis actus humanus ad ſui honeſtatem, & vt vitio otioſitatis liberetur, poſtulat aliquem honeſtum finem. Poſſunt prædicti etiam in vota emiſſa antequam tales eſſent ſub ſua poteſtate c. Noluit 33. q. 5. Silu. loco cit. Non tamen votum tranſeundi ad ſtrictiorem, de quo infra num 10.

6 Dominus, & coniux non poſſunt irritare vota ſibi non præiudicantia S. Thom. 2. 2. q. 88. ar. Silu. votum 5. num. 1. Nau. d. num. 64.

6 Cum vterque Coniux de communi conſenſu vouet continentiam, neuter poteſt irritare. c. Quod Deo 33. q. 5. Sot q. 3 cit. ar. vlt. Caie. 2. 2 q 88. art. 8. & ibi Arag. matr. 3. imped. 5. parag. 5. Silu. uotum 5. q. 2. in fi. Panor in c. Cariſſimus de conuerſ. coniug num. 6. Nau. c. 12. num. 59. Limitat Sanchez ubi ſupra c. 34. num. 17. Niſi dent ſibi iterum mutuã corporũ poteſtatẽ quo caſu poterit uir irritare uotũ uxoris ualide, licet cũ pacto, ſine cauſa licitè uerò cum cauſa; quia matrimonium eſt plenè reſtitutum ad priorem ſtatum. V. eundem de matr. lib. 9. diſp 40. num. 22. & infra Debitum coniug. num 9.

7 Votum impuberis de faciendo aliquid tempore, quo erit liber non tenet. ſi ſemel irritetur: Secus ſi ſit puberis: Niſi is vouiſſet vota explenda durante ſubiectione tantum, aut ea durante, & poſtea Silu. votum 4. q. 2. uerſ. 5 Idem uerò eſt de Religioſo, ac de impubere. ibidem V. Azor. p. 1. lib. 11. c. 17. q. 10. & 14. Sanchez in ſum. lib. 4. c. 23. q. 1.

8 Irritans uotum, ſi poſtea conſentiat, non ideo reuiuiſcit, niſi ille iterum uoueat Silu ubi ſupra verſ. 3. & religio 2. q. 15. Sayr. cla. reg. lib. 6. c. 10. num 30.

9 Irritari poſſunt uota inuito uouente; diſpenſari uerò non item niſi ex urgentiſſima cauſa, & bono publico id expoſcente: commutari uerò numquam Sanchez ubi ſupra c 24. num. 25.

10 Votum impuberis de religione poteſt Pater, & Tutor, etiam poſt pubertatem irritare, ſi ille pubes factus de nouo ſe non obligauit Nau. c. 12 num. 7. Caiet. 2. 2. q. 89 ar. 5. modò non fuerit ſolemne. id enim irritare non poſſunt poſt Pubertatem c. Puella 20. q. 2. Circa primum du-

dubitant Sot. lib. 7. q. 3. art. ult. licet in contrarium magis inclin. & Sayr. ubi ſupra num 183. cum Philiarco de off. Sacer. p. 2. lib. 3. c. 18. ſic conciliat, ut uera ſit Sot. opinio, quando Pater prius ſciebat uotum filij, & tacuit, tunc enim adueniente pubertate, illud irritare non poteſt, eò quòd ſciendo, & tacēdo uideatur illud confirmaſſe. Nau. uerò ſententia uera ſit, ſi prius ignorauit, &c. quia uotum fuit de re, quæ à Patris uoluntate pendebat: taciturnitas uerò filij, non poteſt, aut debet, ei in aliquo præiudicare. Ampliant Doct. cit. ad omnia uota perſonalia filij, ut caſtitatis, orationis, & huiuſmodi. Sayr. plurens referens ubi ſupra num. 123. Azor. ubi ſupra q. 7. & 8. Suar. de relig. tract. 6. lib. 6. c. 6 Item ad uota relicta etiam de peculio caſtrenſi, uel quaſi Sanchez in ſum. lib. 4. c. 35. num. 10. & ſeq. cum ibi cit.

11 Papa poteſt irritare uota Religioſorum tamquam Prælatus ſed non laicorum: quia laici quoad bona temporalia, & obligationes perſonales, non ſubduntur abſolutè Papæ, ſicut religioſus ſub Prælato, quorum primus eſt Papa. & quia ſuper eos non habet poteſtatem dominatiuam, ſed ſolum ſpiritualem Sayr. vbi ſupra c. 10. dub. 1. Cai. 2. 2. q. 88. ar. 12. Nau c. 12. num. 73. Sot. lib. 7. q. 4. ar. 1. dub. 1. At Roder. de regul. to. 1. q. 25. ar. 5. referens pro ſua opinoine Mich. Med. de ſacr. ord. contin. c. 44. & ſeq. contrarium docet, quia per baptiſmum ſit Papa dominus uoluntatis Chriſtiani hominis in ordine ad finem ſpiritualem. Priorem tamen ſententiam tamquam probabiliorem plurimis citatis tuetur Sanchez in ſum. lib. 4. c. 24. num. 18.

12 Coniux poteſt irritare votum continentiæ alterius coniugis, in quod conſenſerat, licet peccet Pan. in c. Scripturæ de vot. num. 8. Sayr. vbi ſupra lib 6. c. 10. dub. 4. & eſt caſus in c. Noluit, & c. Manifeſtum 33. q. 5. Idque etiam affirmant Sot. lib. 7. q. 3. ar. 1. verſ. An verò poſſit alteruter Sanchez de matrim. lib. 9. diſp. 41. num. 17. Qui omnes id maiori ratione affirmant de Prælato religioſorum, vt poſſit omnia ſubditi vota facta de ſui licentia irritare. Si tamen id faciant ſine iuſta cauſa, peccabunt mort. tum coniugati, tum Prælati: immo & petens diſpenſationem, quod alieno peccato cooperetur: tenet tamen diſpenſatio Cai. 2. 2. q. 88. ar. 8. Silu. votum 4. q. 2. Nau. c. 12. num. 73. Sanchez in ſum. lib. 4. c. 27. num. 32. Succeſſor tamen, qui voto non conſenſit, non peccat irritando ſine cauſa Sanchez q. 3. Nequit uerò directè irritare ſucceſſor, cuius poteſtas eſt moraliter diuerſa à poteſtate prioris, ut ſi prior erat Tutor, alter uerò Curaror; ſed poteſt tantum ſuſpendere executionem pro tempore ſubiectionis; & hoc in uotis perſonalibus: In realibus uerò eadē eſt utriuſq; poteſtas Sanches ubi ſupra c. 28. num. 5. Molin. de iuſt. tract. 2. diſp. 224. uerſ. Curator.

13 Poteſt uir irritare omnia uota uxoris ante matrimonium emiſſa, quatenus ſibi præiudicant Pan. ubi ſupra Nau. num. 61. Arag. art. 8. cit. uerſ. Simile dubium Suar. de relig. to. 2. lib. 6. c. 4. At Sanchez. de matr. lib. 9. diſp. 39. num. 25. pluribus abſolutè docet poſſe omnia illa uota irritare Excipit tamen primo uota realia ut ſi uouiſſet dare elemoſynam, cum eſſet ſui iuris, &c. iudicandum enim eſt de his uotis, ac de alijs debitis, ad quæ uxor antea tenebatur. Item ſi uxor habebat aliqua de quibus diſponere poſſit ſine licentia mariti. Abb. in c. Scripturæ de uot. Suar. ubi ſupra num. 4. Excipit ſecundo uotum caſtitatis ante matrimonium emiſſum, quod, licèt quoad redditionem non egeat irritatione, cum fortiori uinculo matrimonij conſtringatur reddere; ualet tamen quoad petitionem; quia petere prohibetur gratia ſui cum in hoc non ſit uiro ſubiecta. Excipit tertio uotum religionis ante emiſſum, ſi matrimonium non ſit conſumatum, tunc enim tenetur implere, nec poterit irritari. Si uerò ſit conſumatum, non indiget pro tunc alia irritatione, cum impleri nequeat. Notat autem irritationem hoc loco à Doctoribus uſurpari pro ſuſpenſione pro tempore matrimonij, & ita eo ſoluto re-

ui-

Digitized by Google

niuiſcere. V. Suar. de relig. trac. 6. lib. 6. c. 14. Excipe Quarto votum tempore diuortij, aut tempore integri matrimonij, ſed poſt diuortium confirmatum: Niſi enim reintegratur matrimonium reconciliatione, eiuſue inſtauratione per ſimile alterius delictũ, irritari non poteſt Sanchez in ſum. lib. 4. c. 30. num. 18. & ſeq. Vxor tamen irritare non poteſt vota mariti, niſi ea ſola que ſibi præiudicant quoad moderatam debiti redditionem, & mutuam cohabitationem Sanchez vbi ſupra c. 24. num. 20.

14 Commutatio ſine cauſa facienda in melius, cum cauſa in æquale Sot. lib. 7. q. 4 art. 3 Caiet. 2. 2. q. 88. art. 12. Poteſt etiam in minus, ſi ſubeſt cauſa. Sot. loc. cit. Arag. d. ar. 12. V. Suar. vbi ſupra c. 17. Valet tamen commutatio facta à ſuperiore ſine cauſa in æquale Sanchez vbi ſupra c. 15. Suar. vbi ſupra c. 20. num. 7. Immo etiam facta in minus, ſed remanet obligato ſupplendi quod defuit ad æqualitatem materiæ ſubrogatæ cum promiſſa Sanchez vbi ſupra num. 8. contra Suar. loc. cit. Etiam ſi commutatio facta ſit propria auctoritate, aut alterius carentis iuriſdictione in bonum æquale, aut minus; nam ſufficit eo caſu ſupplere, vt ſit in euidenter melius. defuit enim domini voluntas quoad modum Idem num. 11 Nomine maioris, vel æqualis boni, in quod votum commutatur, intelligitur non id quod eſt Deo gratius, & magis acceptum per ſe, & ex natura operis quod fit; ſed id quod ei qui vouit eſt melius, commodius. & aptius ad Dei gratiam, & charitatem aſſequendã, & ad votum quod ſit implendum. Quare in votis commutandis perpendenda eſt vouentis vtilitas, potiusq; materiæ magnitudo Æqualitas verò non ſcrupuloſè accipienda eſt; ſed ſufficit arbitrium boni viri; ceſſante fraude, & lata culpa Silu. votum 4. q. 8. in fi. quem ſequitur Azor. p. 1. lib. 11. c. 18. q. 13. Et quæ ſint cauſæ iuſtæ relaxandi uota, Vide apud eundem c. 14. q. 17

15 Cauſæ commutandi ſunt incommoditas exequendi, maior utilitas Silu. uotum 4. q. 6. Arg. eo parag. 10.

16 Cum Papa dat auctoritatem commutandi, intelligitur in aliquid minus: Nam ad apertè æquale non eſt opus auctoritate B. Med. inſtr. lib. 1. c. 14. parag. 7. Cord. in ſum. q. 188. & ſeq. Roderig. lib 2. ſum. c. 100. num. 4. Poteſt autem quis uotum ſuum commutare in apertè melius c. Peruenit 2. de iureiur. & c. Scripturæ de uot. & ibi glo. Sot. lib. 7. q. 4. art. ult. Caiet. q. 88. cit. ar. 10. & fortè etiam in apertè æquale Sot. ibidem:

17 Omnia uota perſonalia per profeſſionem extinguntur, c. Scripturæ, de uot. S. Th. 2. 2 q. 88. ar. 12. ad 3. Realia uerò, & debita in Monaſterium tranſeunt ut hæredem iuxta uires hæreditatis. Nouitius excuſatur à uoto perſonali, non uerò à reali Silu. uotum 4 q 7. S. Ant p. 2. tit. 11. c. 2. parag. 8 Si tamen quamdiu Nouitius eſt, impleri poſſunt ſine damno & incommodo religionis, impleri debent, ut ſunt uota realia; Si uerò non poſſunt ut ſunt perſonalia ieiuniorum, peregrinationum, & huiuſmodi, differuntur ad tempus, quia ſi non profiteatur, reuiuiſcunt; ſi uerò profiteatur, extinguuntur. Poteſt tamen Superior ex priuilegio illũ abſoluere, ſicut & cœteros laicos Azor. ubi ſupra q. 17. Alij uerò ut Arag. 2. 2. q. 88. ar. 12. in ſolut. ad 1. Sanchez alios referens in ſum. lib. 5. c. 5. num. 43. & 45. Suar. de relig. to. 3. lib. 6. c. 14. num 6. docent omnia uota realia per profeſſionem extingui, niſi per uotum reale acquiſitum ſit, ius alicui tertio, ut ſi promiſit, aut iurauit dare alicui centum, & hic acceptauit, tenebitur dare, ſi ſit ſoluendo. V. Sayr. cla. reg. lib. 6. c. 12. num. 11. Vota perſonalia, ſi nõ ſint religioni incompoſſibilia, ut uota ieiunandi orandi, &c. implenda ſunt, niſi uouens habuerit animum ea commutandi in ipſum ingreſſum religionis Suar. ubi ſupra num. 10 ubi num. 8. idem docet de ijs uotis. quæ implenda erant ante ingreſſum, iamq; tempus obligationis aduenerat; ut ſi hodie illi ieiunandum erat, & cras ingredienda religio; modo tempore ipſius obligationis habeat animum ad religionis ingreſſum, & in eam obligationem commutandi ieiunium,

vel aliud votum: Si tamen volens profiteri actualiter vult manere obligatus ad vota in ſæculo facta, non commutabuntur in votum religionis. irritari tamen poterunt facta profeſſione à Prælato religionis. Idem num. 14.

18 Poteſt commutare votum ſuum, qui vouit ſe daturum aliquid alicui, ſi huic non promiſit, quia ex voto nulli acquiſitum eſt ius reale Ang votum 3. parag. 26. Silu. votum 4. q. 7.

19 Qui poteſt commutare vota, poteſt etiam, cum ſunt iurata Sot. lib. 8. q. 1. ar 9. Arag. 2. 2. q. 88. ar. 12. verſ. Si quis quærat. Sayr. vbi ſupra c. 11. num. 103. Et iuramenta de eadem re, & etiam diſpenſare Sot. ibidem Roder. lib. 1. ſum. c 194. concl. 10. Suar. fuſe de relig. to. 3. lib 6. c. 14. Non tamen iuramenta in præiudicium tertij Sot & Arag cit. Silu. iuram 5. q. 6. Sayr. vbi ſupra & com. Alij tamen, vt Sanchez de matr. l. b. 8. diſp. 2. num. 25. ſic diſtinguunt. Vel iuramentum eſt de re diuerſa ab ea, quæ eſt voto promiſſa, vel ſi ſit de eadem re, iuramentum tamen eſt tantum ad voti confirmationem, & ſic vera opinio Soti. Vel iuramentum eſt independenter à voto, & tunc poteſtas relaxandi votum, non extenditur ad iuramentum, quia ſunt duo vincula diuerſæ ſpeciei, nec vnum pendet ab alio. In dubio autem iuratum cenſetur acceſſorium, quod ſemper ſoleat ſic voueri. V eundem lib. 8. cit diſp. 15. num. 11. & tota diſp. 13. Azor. p. 1. lib. 11. c. 10. q. 2. & c. 18. q. 16. vbi priorem ſententiam concedit in ijs qui hanc auctoritatem habent à iure; ſecus in ijs, qui ex priuilegio.

20 Votum factum alicui Eccleſiæ, ſi ſit reale, poteſt vouens in melius commutare, in æquale verò de conſenſu Epiſcopi, quia illi Eccleſiæ nullum eſt acquiſitum ius Silu. votum 4. q. 7. verſ. 4. Ang. votum 3. parag. 26. Nau c. 12. num. 78. & de redd. Eccl. q. 1. mon. 60 Couar. in c. Quamuis pactum p. 1. parag. 3. num. 4. Leſſ. lib. 2. c. 49. num. 90, Cai. 2. 2. q. 88. ar. 12. Immo ex Leſſ cit. ſufficit auctoritas prudentis confeſſarij, & ex Arag. d. ar. 12, nulla requiritur auctoritas. Niſi inſtrumento, teſtamento, promiſſione coram teſtibus, vel acceptatione facta ab Eccleſia, aut alio auctoritatem habente eius nomine: tunc enim commutari non poteſt ſi auctoritate Epiſcopi Roder. in ſum. p. 2. c. 109. num. 6. S. Ant p. 2. tit. 11. c. 2. parag. 8. & illius Eccleſiæ conſenſu, cui acquiſitum eſt ius Sanchez in ſum. lib. 4 c. 41. num. 13. Suar. de relig. trac. 6. lib. 6. c. 15. Azor. vbi ſupra cap. 19. q. 12.

21 Promittens alicui ſe votum eius impleturum, poteſt mutare in ingreſſum religionis Silu. vbi ſup. verſ. 5. Ang. eo. parag. 4.

22 Id in quod votum commutatũ eſt tamq; votum ſeruandum eſt Com. ex Sayr. vbi ſupra c. 12. num. 2. & 23. Et ſi votum ſit ex reſeruatis Papæ, & commuteiur, poterit poſtea Epiſcopus, aut alius confeſſarius virtute priuilegij, aut Iubilæi, vel relaxare, vel commutare id, in quod votum commutatum eſt Cord. in ſum. q. 150. Silu. votum 4. q. 7. in ſi Sayr. num. 23: cit Suar. vbi ſuprac. 20. num. 14. Arag. vbi ſupra ver. Quando votum Sanchez, de matr. lib. 8. diſp. 9. num. 20. & in ſum. lib. 4. c. 40. num. 46. Niſi id in quod commutatum eſt ſit etiam ex reſeruatis Papæ Azor. p. 1 1. c. 18. q. 11. relato Rom cons. 460. Glo. in c. Tempora pœnitudinis 26. q. 7.

23 Si voti commutatio fiat ab homine & non impleatur, non ideo reuiuiſcit votum: ſecus ſi à iure: Vt ſi commutes votum vltramarinum in religionem, & ex tua culpa redeas ad ſæculum, teneris ad votum Sayr. & alij ab eo relati vbi ſupra num 24. Suar. vbi ſupra c. 21. in fi. V. eundem lib. cit. c. 20. num. 11. & 103. lib. 6. c. 14. num. 21. & ſeq. & Sanchez in ſum. lib. 4. c. 55. q. 2. nu. 16

24 Vouens religionem aliquam poteſt auctoritate propria ingredi ſtrictiorem Cai. 2. 2. q. 88. ar. 12. ad æqualem verò requiritur licentia Papæ Nauar. de regul. com. 4. num. 11. Alij tamen verius docent, ſufficere licentiam Epiſcopi, quia non diſpenſatur in ſuſtantia voti religionis, ſed tantum in exceſſu vnius religionis ad aliam Silu. votum 4. q 3. dicto 6. S. Ant. p. 2. tit. 11. c. 2. parag. 9. Sanchez plu-

res

res referens, de matr. lib. 8. diſp. 9. num. 17.

25 Qui poteſt diſpenſare, poteſt etiam commutare S. Tho 2. 2. 88. ar. 10. Sot. lib. 7. q. 4. ar. 3. Silu. vbi ſupra verſ. 2. Arag. q. 88. cit. ar. 12. Tolet. lib. 4. c. 18. in fi. Sayr. c. 11. dub. 20. quod Nau. in man. c. 12 num. 79. & de Iubil. not. 27. Azor. p. 1. lib. 11. c. 18. q. 7. dicunt verum eſſe in his, qui auctoritatem habent a iure, non verò in his qui habent ex priuilegio, aut per iubilæa. Sanchez vbi ſupra diſp. 2. num. 15. id negat tantum in iuriſdictione delegata, concedit verò in poteſtate ex priuilegio. Sed prima opinio verior. Cæterum cui conceditur poteſtas commutandi, non ideò poteſt diſpenſare, vt volunt Arag. Sayr Azor. vbi ſupra, licèt Silu. contrarium ſentiat, quia magis requiritur ad diſpenſationē, quam ad commutationem, qui enim diſpenſat, ex toto obligationem tolli. in commutatione verò in aliam materiam conuertit.

26 Confeſſarij ord. min. & participantes poſſunt in votis commutandis, & diſpenſandis quod Epiſcopi, vt Congreg. Caſſin conceſſit Mart. 5. vt refert Sorb. ad Collector. ver. abſolutio quoad ſæculares, Et deinde Pius V. in Bulla quæ inc. Ex ſupernæ diſpoſitionis, & alij Sum. Pont. vt refert Sayr. vbi ſupra c. 12. dub. 17. Roder. de regul. to. 1. q. 63. ar. 3. Quare ſecundum Pan. in c. Nullus de paroch. Silu. ver. domicilium num. 3. non poſſunt commutare vota forenſium. Sed melius Sanchez de matr. lib. 8. diſp 16. num. 10. docet id poſſe, quia illa reſtrictio diſpenſandi in votis, in quibus poſſunt Epiſcopi ſic intelligenda, vt non poſſint diſpenſare in votis Sum. Pont. reſeruatis. Cum enim hanc diſpenſandi poteſtatem habeant à Papa, nulla eſt ſufficiens ratio reſtringendi ad ſolus ſubditos illius Dioeceſis, in qua religioſi inueniuntur. Verum eſt tamen quod Arag. vbi ſupra Sanchez lib. 2. diſp. 40. num 9. & lib. 16. num. 10. Roder. in Bull. Conc. parag. 9. num. 118. docent nihil poſſe regulares in caſu, quo Epiſcopus poteſt diſpenſare tantum ex neceſſitate, aut in alijs, quæ Conc. Trid. ſunt ſpecialiter conceſſa Epiſcopis, tamquam Apoſtolicæ ſedis delegatis. Si tamen vota illa quantumcumq; Sum. Pont. reſeruata ratione alicuius circumſtantiæ occurrentis, deficiant à vera ratione voti, & materia, poſſunt etiam regulares diſpenſare Sanchez in ſum. lib. 4. c. 34. num. 7. Quando verò id verificetur, notat idem eo. lib. c. 40. a num. 26. & c 54.

27 Quod autem Nau c. 12. num. 79. Sorb. vbi ſupra poſt alios docent, regulares diſpenſare non poſſe in voto peregrinationis vltra duas dietas, non videtur habere fundamentum: quia ſi poſſunt quod Epiſcopi: hi autem poſſunt in omnibus (quinque illis Sum. Pont. reſeruatis exceptis) cur circa regulares reſtringenda eſt hæc facultas ad duas dietas; Et certè Mart. V. in priuilegio cōceſſo Cong. Caſſin. & Paulus III. Soc. Ieſu huius reſtrictionis mentionem non faciunt; ſed abſolutè loquuntur. Poteſt verò hæc diſpenſatio, vel commutatio fieri etiam extra ſacramentum pœnitentiæ, vt aſſerit Sanchez num. 9. & 10. cit licet contradicat Sayr. lib. 6. c. 11. num. 105. V. Roder. de regul. to. 1. q. 63.

28 Si Papa concedat omnia vota præter votum caſtitatis, & religionis, cenſentur conceſſa vota triplicis peregrinationis. Et ſi excipiat votum v. g. Hieroſolymitanum, cenſentur conceſſæ aliæ duæ Sanchez c. 40. cit. a num. 12. per tex. in c. Dominus 32. q. 7. & c. 2. de coniug. lepros, vbi Glo. & Pan. num. 2.

29 Confeſſarius approbatus tranſacto tempore Iubilæi commutare poteſt votum, cuius vouens ipſo tempore Iubilæi inculpabiliter immemor fuit Sayr. ubi ſupra c. 12. num. 17. Immo ut docet Sanchez lib. 8. de matr. diſp. 15. num. 18. poteſt commutare uotum, & diſpenſare in irregularitate, licet pœnitens memor noluerit eo tempore petere commutationem &c. quia licet ſemel noluerit, eo priuilegio vti cum tamen perpetuum ſit, nec tempori alligatum pro caſibus ante iubilæum admiſſis, poteſt, mutata ſententia, eo uti; & idem docet eodem libro diſp. 31. num. 2. Contrarium tamen

men pluribus cit. docet Suar. de relig. trac. 6. lib. 6. c. 16. num. 14. & hæc mihi placet.

30 Commutans votum rationem habeat expenſarum, quas vouens feciſſet in eundo, commorando, & redeundo, c. Magnæ de vot. Immo, & laborum ipſius vouentis Anchar. ibidem num. 10. & expenſarum, quas vouens iuxta ſtatus ſui decentiam facturus erat. deducendæ tamen quas domi feciſſet vt multos referens docet Sanchez in ſum. lib. 4. c. 56. num. 12. & 14. vbi num. 19. quod conſideranda ſunt itineris pericula, & damnum rerum ſuarum ex eius abſentia, & tributa, quæ ſoluturus erat infidelibus, vt tranſitum ad loca ſancta concederent.

31 Facultas commutandi vota virtute Iubilæi, aut aliarum indulgentiarum extenditur etiam ad vota poſt conceſſionem emiſſa Nau. c. 12. num. 96. in fi. & de indulg. not. 34. num. 4. Cord. in ſum. q. 37. propos. 2. Azor. p. 1. lib. 11. c. 18. q. 9. Suar. ubi ſupra c. 13.

32 Facta voti commutatione, licet vouenti, omiſſa commutatione, redire ad priorem voti materiam Sanchez de matrimonio lib. 9. diſp. 9. num. 21. Azor. vbi ſupra c. 18. q. 12. Suar. verò vbi ſupra c. 20. id concedit, ſi commutatio facta ſit in æquale, aut in minus; ſecus ſi in melius: quia commutatio poſtquam eſt acceptata ab ipſo vouente, habet vim noui voti, & num. 13. eo. cap. docet, quod vbi commutatio facta fuit in minus, ſi renuntiata commutatione, redierit ad prioris voti materiam, animo firmiter manendi in priori obligatione, non poterit ad commutationem redire Idem ſi in æquale, ſi vouentis intentio fuit quaſi de nouo voueret, dum commutationi renunciauit. Hanc Suar. opinionem pluribus refellit Sanchez in ſum. lib. 4 c. 55. q. vlt.

33 Votum cadens in promiſſionem factam alicui tertio, commutari non poteſt ſine eius conſenſu, ſi promiſſio ſit acceptata vt cum promiſſioni factæ pauperi puellæ de ea dotanda, & ab ea acceptatæ adiungitur votum ad robur, & confirmationem. Secus ſi votum fiat Deo de dotãda, &c. Quare vt voto adiungatur promiſſio humana, oportet vt directè fiat aliqua promiſſio homini & quod ab illo acceptetur aliàs nõ obligabit Suar. ubi ſu. c. 15

34 Quomodo facienda ſit votorum commutatio V. Sanchez in ſum. lib. 4. c vlt.

35 Perpetuò impedito exequi votum indicitur redemptio c. Quod ſuper his de vot. Si eſt verum impedimentum perpetuum, non tenetur vel redimere, vel implere per alium Pan. in c. 1. num. 4. & c. Licet num. 14. de vot. Silu. votum 2. q. 6 & 10. Ang. votum 3. num. 7. Si tamen non fuit in mora; aut niſi tempore voti certus fuerit ſe perpetuò impeditum exequi; tunc enim tenetur redimere, vel per alium implere, niſi aliud intendiſſet Pan. d. num. 14. Sanchez alios referens in ſum. lib. 4. c. 2. num. 25. vbi num. 26. idem dicit, etiam cum vouens fuit in mora, & culpa, non teneri ad redemptionem, &c. Quod ſuper his cit. intelligendum eſſe quando impedimentum non fuit verum reddens impoſſibilem executionem voti Axot. p. 1. lib. 11. c. 14. q. 12. dicit in eo textu ſermonem eſſe de eo, qui vouit in ſubſidium Terræ ſanctæ, qui non potens per ſe, tenetur per alium In alijs verò caſibus ad nihil teneri.

36 Diſpenſatus etiam à Papa ſine iuſta cauſa non eſt tutus in conſcientia Sot. lib. 7. q. 4. art. vlt. circa fi. Nau. c. 12. num. 76. V. Suar. de relig. trac. 6. lib. 6. c. 17. Sanchez de matr. lib. 8. diſp. 17. num. 3.

37 Cauſæ diſpenſandi ſunt, inutilitas, maioris boni impedimentum S. Tho. 2. 2. q. 88. ar. 10. Silu. votum 4. q. 6. Nau. c. 12. num. 76. facilitas in vouendo, debilitas ad implendum, neceſſitas, vtilitas Nau. num. 77. Item habere numeroſam familiam, quæ abſq; notabili damno patroni abſentiam ferre non poteſt Nau. ubi ſupra Ang. uotum 4. parag. 10. Item difficultas magna ſuperueniens caſu quo non ſit talis, ut uoti obligationem extinguat Pan. in c. non eſt de uot. num. 6. Item cum uouens ratione uoti nimijs conſcientiæ ſcrupulis uexatur, ita ut uoti impletio eius conſcientiæ quieti ualde noceat Sanchez ubi ſupra diſp. 10. num.

10. num. 23. & in ſum. lib. 4. c. 46. num. 3. ubi num. 4. docet ſanum conſilium eſſe admiſcere aliquam commutationem, quod cauſæ ad omnino diſpenſandum raræ ſint

38 In dubio excuſat Prælati auctoritas, & diſpenſatio S. Tho. ubi ſupra ar. 2. ad 2. Silu. uotum 4. q. 6. Sanchez de matr. lib. 8. diſp. 18. num. 9.

39 Non eſt ſufficiens cauſa diſpenſandi in voto continentiæ periculum vitæ, melior eſt enim continentia quam vita S. Tho. vbi ſupra ar. 11. ad 3. & ibi Caiet. S. Ant. p. 2 tit. 11. c. 2. parag. 9. ad fi. quod tamen in voto ſimplici negat Sanchez vbi ſupra diſp. 20. num. 26. Eſt tamen ſufficiens magna fragilitas quam voueus in ſe experitur ad obſeruandum votum, & ob quam credit ſe non adimpleturum Nau. c. 12. num. 78. & de vot. conſ. 36. num. 5. Sanchez vbi ſupra.

40 Exceptis votis caſtitatis perpetuæ, Religionis, liminum Apoſtolorum, Hieroſol. & Compoſtellæ; in alijs diſpenſare poſſunt habentes iuriſdictionem Epiſcopalem adeoq; etiam Prælatus religionis exemptus Silu votum 4. q. 3. verſ. Nau. c. 12. num. 75. Licet ſint vota perpetua, vt votum aſſumendi ordinem ſacrum, aut obedientiæ, & paupertatis extra ſtatum religionis Suar. vbi ſupra c. 21. Quomodo etiam in prædictis votis, cum ſunt pœnalia poſſit diſpenſari vide ver. Votum num. 40. Prædictis quinq; votis referunt Nau. de regul. com. 1. num. 2. & Graff. decaſ. referu. de vot cômut. Greg. XIII. addidiſſe peregrinationem ad S. Mariam laurentanam. ſed id non eſſe in vſu aſſerit Azor. p. 1. lib. 11. c. 18. q 4. & Nau. aſſertioni credendum non eſſe docent Suar. vbi ſupra num, 14. Sanch. in ſum. lib. 4. c. 40. num. 10. Et certè plerique, qui poſt Greg de voto ſcripſere, nullam eius faciunt mentionem.

41 Qui vouit religionem ſtrictiorem, poteſt diſpenſante Epiſcopo ingredi laxiorem; id enim non eſt diſpenſare in religione Pan. in c. Non eſt, & c. Significatum de regul. Sot. lib. 7. q. 4. ar. 3. Nau. de regul. com. 4. num. 11. & de vot. conſil. 40. & ſeq. Silu. votum 4. q. 3. dicto 6. S. Ant. p. 2. tit. 11. c. 2. parag. 9. Sanchez alios referens lib. 8. de matr. diſp. 9. num. 17. Intellige

42 In voto religionis, & perſeuerantiæ, poteſt Epiſcopus diſpenſare circa perſeuerantiam tum ante, tum poſt ingreſſum ſi adſit iuſta cauſa Immo poſt exitum, vt non teneatur iterum ingredi, ſi eadem cauſa perſeueret: quia votum præſeuerandi eſt virtute diuerſum à uoto religionis, & diſpenſando in illo, diſpenſat tantum in illa qualitate adiuncta, quæ nullibi reſeruatur Sanchez ubi ſupra num. 18.

43 Archiepiſcopus dum uiſitat non poteſt diſpenſare erga ſubditos ſuffraganeorum. Sot. & Silu. ubi ſupra Arag. 2. 2. q. 88. ar. 12. concl. 3. S. Ant. ubi ſupra Sanchez in ſum. lib. 4. c. 38. num. 14. Niſi Epiſcopus deneget petitam diſpenſationem, cum diſpenſare teneatur, uel adeſt iuſta cauſa diſpenſandi, tunc enim poteſt Archiepiſcopus per appellationem aditus uel officio eius implorato diſpenſare Sanchez in ſum. lib. 4. c. 38. num. 12. Poteſt tamen diſpenſare cum Epiſcopis ſuffraganeis Sayr. cla. reg. lib. 6. c. 11. num. 79. & alij, quos refert Sanchez in ſum. lib. 4. c. 38. num. 16. qui licet dicat rem eſſe dubiam, concludit tamen poſſe eam opinionem tuto ſequi; cum in contrarium non ſit ratio, uel auctoritas conuincens, & hoc etiam extra actum uiſitationis.

44 In uoto ſolemni caſtitatis poteſt Papa diſpenſare, ſi ſit ſolemnizatum per ſumptionem Sacri ord. com. ex Silu. ubi ſupra q. 5. In ſolemnizato uerò per profeſſionem affirmant Couar. de teſtam. c. 2. num. 10. Cord. lib. 1. qq. q. 4. S. Ant. ubi ſupra, Nau. c. 12. num. 75. & de uot. conſ. 37. num. 9. & conſ. 38. Caiet. 2. 2. q. 88. ar. 11. & to. 2. opuſc. 27. Sayr. plures referens cla. reg. lib. 6. c. 11. num. 17. Azor. p. 1. lib. 12. c 7. Suar. de relig. to. 3. lib 6. c. 16. à num. 5. & c. 17. Negant uerò S. Tho. 2. 2. q. 88. ar 11. & ibi Arag. Sot. lib. 7. q. 4. ſar. 2 S. Bon. in 4. d. 38. q. 3. Almain. de poteſt. Papæ c. 3. & alij plures, & facit c. Cum ad monaſterium de ſta. mon. ubi ſic habes, Abdicatio pro-

prie-

prietas, ſict etiam cuſtodia caſtitatis adeo aſt annexa tegulæ Monachali, vt contra eam nec Sum. Pont. poſſit licentiam indulgere. Tu ſic concilia. Nou poteſt Papa diſpenſare, vt manente viuculo voti, ſeu manente tali Monacho, non ſit obligatus ad caſtitatem propriam, cum de eſſentia Monacatus ſit caſtitas; & ſic vera eſt ſecunda opinio. Arverò poteſt Papa ex ſuæ poteſtatis plenitudine, de Monacho facere non Monachum, & tunc licitum illi erit matrimonium. Et ſic verum dicunt Doct. primæ ſententiæ. Et ſic feciſſe cenſentur varij Sum. Pont. qui cum multes profeſſis diſpenſarunt, quos ex varijs hiſtorijs colligit Sayr. vbi ſupra.

45 In voto Hieroſolymitano cauſa deuotionis non ſubſidij diſpenſare poteſt Epiſcopus, glo. in c. Ex multa, de uot. & ibi Pan. Fel. in c. Quod, ſuper, de fid. inſtrum num. 1. Nau. c. 12. num. 75. Negat Sot. vbi ſupra Arag. 2. 2. q. 88. art. 12. Azor. p. 1. lib. 11. c. 19. q. 4. Sayr. vbi ſupra nu. 36. Silu. votum 4. q. 3. vers. 5. Et ita ſeruat ſtylus Curiæ, cui ſtandum eſt. Nec valeret abſolutio data ab Epiſcopo, vt voluit Ang. alios referens votum 4. parag. 6. In voto facto dandi bona incerta in ſubſidium Terræ ſanctæ diſpenſat Epiſcopus Suar. de relig. tract. 6. lib. 6 c. 21, nom. 13.

49 Diſpenſatio in voto perpetuo ad ſolum Papam pertinet: niſi ex ijs ſit quæ frequenti indigent diſpenſatione, vt ieiunandi, peregrinandi, &c. S. Tho. 2. 2. q. 88. art. 12. ad 3. Intellige de votis, quæ ex natura ſua habent perpetuitatem vt votum caſtitatis, & religionis, hæc enim ad ſolum Papam pertinent. non autem quæ habent perpetuitatem ex intentione vouentis, vt orandi, ieiunandi, &c. Caiet & Arag. d. ar. 12. Azor. vbi ſupra c. 18. q. 4. Sayr. cla. reg. lib. 6. c. 11. num. 44. Et generaliter nullum votum negatiuum eſt Papæ reſeruatum, præter id, quod eſt de tota materia caſtitatis Suar vbi ſupra c. 21. num. 9 Excipe in voto perpetuæ caſtitatis, vbi ſit graue periculum incontinentiæ, & non ſit facilis recurſus ad Papam. de quo infra diſpens. in matr. num. 1. Quod Sanchez lib. 8. de matr. diſp. 9. num. 22. extendit ad caſum, in quo adiri quidem poſſit Papa, at ex mora graue periculum incontinentiæ imminet. Secundò, vbi interceſſit aliquis metus in vouendo, & eſt periculum incontinentiæ Pan. in c. Veniens, Qui cler. vel vou. Armill. ver. diſpenſatio parag. 17. Tertio vbi imminet periculum ſcandali, vel magni damni alterius, licet non adſit periculum incontinentiæ; vt cum voto ligatus deflorauit Virginem Sanchez vbi ſupra in fi. addens non eſſe neceſſe adire legatum Apoſt. niſi is haberet in hoc peculiare priuilegium. Votum coniugum de continentia communi conſenſu emiſſum, eſt votum abſolutum, & perpetum Arag. vbi ſupra ar. 8. Silu. votum 5. q. 2. & ver. diſpenſatio q. 9. Nau c. 12. num, 59. Sayr. vbi ſupra c. 5. num. 16.

47 Epiſcopus diſpenſare poteſt in voto ſimplici Virginitatis, ſi vouens intendit ſolum de primo actu libidinoſo; cum tale votum differat a voto caſtitatis; ſecus ſi intendit ſimpliciter caſtitatem ſeruare, aut ſi vouit ſimpliciter, & abſolutè Virginitatem, nil cogitans, vel de primo concubitu, vel an id votum differat à voto caſtitatis, tunc enim ad ſolum Papam pertinet Sayr. cla. reg. lib. 6. c. 11. dub. 6

48 Epiſcopus diſpenſare poteſt in voto non vouendi Nau. c. 12. num. 76. Ang. votum 4. parag. 9. Silu. eo q. 4. Sanchez de matr. lib. 8. diſp. 9. num. 11. Et in voto non petendi debitum Silu. votum 5. num. 5. Nau. vbi ſupra num. 60 Immo ſecundum eundem Silu. loc. cit. alter. coniugum poteſt irritare, quia coniux in vouendo non poteſt alteri præiudicare. Subdit tamen validum eſſe votum non petendi ratione ſui tantum, ſed non ratione Socij. ſecus ſi ſit de non petendo abſolutè, quia ſocio præiudicat. Sic etiam Sanchez de matr. lib. 9. diſp. 35. num. 21. An verò alter poſſit ſine alterius conſenſu vouere non petere debitum, S. Tho. in 4. diſt. 32. q. vn. ar. 4. ad 3. Turrecr. in c. ſi dicat 33. q. 5. ar. 1. num. 1. ad 4. Armill. ver. Debitum num. 19. Roder. in ſum. p. 2. c. 90. num. 3. abſolute negant Vict. in ſum. de

matr.

Digitized by Google

matr. num. 189 Sot. lib. 7. q. 3. ar. 1. uerſ. An uero poſſit alteruter, docent ual dum eſſe in fœmina, non autem in uiro, quia uxori onerosum eſt præ pudore ſemper petere: uiro autem ſecus. Silu. uotum 5. q. 2. Nau. ubi ſupra. Sanchez num. 21. cir. docent ualidum eſſe uotum non petendi gratia ſui tantum

49 Cum Religioſo, qui uouit tranſire ad arctiorem, poteſt ſuperior diſpenſare, ut maneat, non tamen uotum irritare. Sot. ubi ſupra dub. 2. & q 4 art. ult. coroll. 2. Arag. 2. 2. q. 88. ar. 8. concl. 5. Cai. ibi ar. 12. reſp. ad 3. Azor. p 1. lib. 11. c. 17. num. 18. Sanchez ubi ſupra diſp. 39. num. 9. Leſſ. lib. 2. c. 40. num. 75. Silu. uotum 4. q 3. uerſ. 6 Nau. de uot. conſ 41.

50 Vouens non petere uoti diſpenſationem, poteſt nihilominus ex noua cauſa petere Sot. ubi ſupra Felin. conſ. 26. num. 10. Oportet tamen eandem cauſam in utroq; uoto repetiri, ut ſi ex metu uouit caſtitatem, & ex metu uouit non petere diſpenſationem Sanchez ubi ſupra diſp. 20. num. 31. Immo huiuſmodi uotum non eſſe obligatorium docent S. Ant. p. 2. tit 11. c. 2. parag. 9. Sayr. cla. reg. lib. 6. c. 11. num. 10. Felin. c. Conſtitutus de reſcrip. num. 9. cum aliquando expediat petere diſpenſationem ob maius bonum uel ipſius uouentis, uel ipſius Reipub.

51 In uotis alternatiuis, ſi alterum tantum ſit reſeruatum Papæ, poteſt Epiſcopus, & priuilegiati diſpenſare in non reſeruato, ſi uouentis animus non ſit determinatus ad reſeruatum Suar. ubi ſupra c. 24. ubi nu. 2. docet idē dicendū in voto religionis, vel clericatus in ſacris, etiam ſi dicat promitto caſtitatē, uel ordinari in ſacris; Nā hoc poſtremū non eſt reſeruatū, nec quoad clericatum: nec obligatio eſt ad caſtitatem donec effectu ordinatio fiat.

52 In huiuſmodi alternatiuis ſi pars non reſeruata fiat uouenti impoſſibilis, ut ſi uouit religionem, uel talem eleemoſynam facere; ſi poſtea factus eſt impotens ad eleemoſynam, durante obligatione alternatiua, implenda eſt obligatio in altera parte: non eſt tamen reſeruata, cum non ſit uotum determinatum tali materiæ; & obligatio illa proueniat tantum ex ſolo facto, & impoſſibilitate materiæ, non ex ui uinculi Suar ubi ſupra num. 4. Si uerò antequam altera pars fiat impoſſibilis, alteram eligat, hæcq; poſtea fiat impoſſibilis, abſq; uouentis culpa, non tenetur ad alteram. Et ſi ante uotum res altera perierat, uotum non obligaret. At ſi non perierat, ſed amiſſa erat: aut furto ſublata, ſuſpenditur uotum donec inueniatur, & tunc dabitur electio Sanch. in ſum. lib. 4. c. 13. num. 24. & ſeq.

53 In uoto faciendi aliquid certo die, ſi fiat comutatio materiæ uoti remanet obligatio illius diei, quia ſunt duæ obligationes non connexæ. Niſi commutans explicet ſe utrumque commutare; aut ex materiæ ſubrogatæ qualitate, & circunſtantijs adiunctis colligatur utriuſq; commutatio Sanchez. in ſum. lib. 4. c. 56. num. 29. Moneta de commut. uol. ult. c. 7. num. 422. & ſeq.

54 In dubio an uotum ſit reſeruatum, diſpenſare poſſunt habentes iuriſdictionem etiam ſolam delegatam; ſiue dubium ſit iuris, ſiue facti, ſiue utriſque cenſendum enim eſt non eſſe reſeruatum Sanch. ubi ſupra c. 44. à num. 1. ad 5.

55 Diſpenſatio, Commutatio, & irritatio uoti extorta metu cadente in conſtantem uirum, ualida ſunt, ſi ſuperior non fictè conſenſit; & adfuit iuſta cauſa diſpenſandi Suar. de relig. lib. 6. c. ult. num. 17 & ſeq. Idem docet de ſubdito Sanch. in ſum. lib. 4 c. 47. num. 8. Is enim, ſi uerè conſentit, ualidæ ſunt irritatio, & diſpenſatio, licet graui metu extorqueantur, ſed commutatio non tenet

56 Qui poteſt diſpenſare in uotis poteſt etiam remittere pœnam debitam ex uoti uiolatione. Vt ſi uouiſti non ludere ſub pœna decem aureorum pro qualibet uiolatione, & pluries luſiſti. Item in uoto eleemoſynæ debitæ ex uoto abſoluto Sanchez ubi ſupra c. 22. num. 10. & de matr. lib. 8. diſp. 15. num. 14. Suar. de relig. trac. de uoto c. 20. num. 19.

RE-

Digitized by Google

RELIGIO.

V. Baptiſmus. Contractus, Debitum. Electio. Excomm. Fideiuſſio. Filij. Iudicium. Obedientia. Reſtitutio. Sepultura. Teſtm. Votum.

1 RELIGIO, vt hic, eſt Collegium, & Vniuerſitas hominum colentium Deum Silueſt. religio 1. initio.

2 Nomine religioſi in odioſis non venit frater, aut ſoror Tertij ordinis, nec Mulier mantellata Pan. rubr. de regul. Felin. in c. Eccleſia S. Mariæ de conſtit. num. 1.

3 Religioſi tertij Ordinis S. Franciſci non ſun verè religioſi Pan. in c. Cauſam quæ 1 de iudic. num. 1. Nau. de regul. conſ. 35. Ang. ver. religioſus parag 1. Niſi viuant in Congregatione Nau. conſ. 54. & declararunt Pius V. & Greg. XIII. vt refert Sorb. ver. Tertiarij not. 2. V. Apoſtil. ad Pan. loco cit. De viuentibus in Congregatione affirmat Concil. Later. ſub Leone X. eſſe religioſos, & gaudere priuilegio Clericali, ſed poſſe ſibi eligere ſepulturam & in Paſchate teneri ſumere Euchariſtiā in propria Parochia, & extremam vnctionem. Viuentes autem in domibus ſuis gaudent priuilegio canonis. Confect. ſum. Priuil. tit. 14. c. 16. V. ver. Clericus num. 4.

4 Religiones ducentium vxores non ſunt ſimpliciter religiones, nec diſſoluunt matrimonium ratum S. Th. 2. 2. q. 186. ar. 3. ad 3. Huiuſmodi ſunt in Hiſpania S. Iacobi, Alcantaræ. Calatrauæ, & in Sabaudia SS. Mauritij, & Lazari, & in Tuſcia S. Stephani; licet Nau. de red. Eccl mon. 55. a num 3. Couar. in 4. p. 2. c. 3. parag. 1. num. 18. Sanchez alijs citato 1. ſum. lib. 4. 16. multis probare conentur eſſe verò religiones, earumque ſubditos eſſe vere religioſos. Dicendum tamen cum Sor. lib. 7. q. 5. ar. 3 ad 3. Azor. p. 1. lib. 13. c. 3. dub 2. Ang. vbi ſupra Cord. in ſum. q. 149 Pan. rub. de regul. Clericos, & Sacerdotes dictorum Ordinum Militarium eſſe propriè religioſos, quia ſimpliciter vouent caſtitatem. Milites verò, qui de licentia Magiſtri ordinis vxorem ducunt, non eſſe propriè religioſos: gaudere tamen priuilegio Eccleſiaſtico ex peculiari Sum. Pont. priuilegio. Quare habens votum religionis, non ſatisfacit aſſumendo eorum habitum. V. Alter. de cenſur. to. 1. lib. 5. diſp. 16. c. 1.

5 Ingreſſus religionis purgat omnem ingratitudinem, ita vt filius exhæredari non poſſit Pan. vol. 1. conſ. 27. num. 2. Sanchez plurimos referens lib. 5. ſum. c. 5. num. 33.

6 Ante ingreſſum ſuccurrendū eſt magnæ parentum neceſſitati c. 1. diſt. 30. S. Tho. vbi ſupra q. vlt. ar. 6. Profeſſus faciat quod poteſt ſalua obedientia Idem q. 101 art. vlti ad 4. Silu. religio 6 q. 9. In graui neceſſitate Nouitius tenetur exire. Profeſſus autem ad ſubueniendum extremæ, ſi poteſt. S. Th. loc. cit. Silu. religio 2. q. 7. Nau. c. 14. num. 4 & de ſta mon. conſ. 4. & de regul. conſ. 3. Tolet. lib. 5 c. 1. Si neceſſitas grauis præceſſit profeſſionem, tenetur etiam profeſſus exire Nau. loco cit. & de reg. com. 3. num. 48. Silu. religio. 6. q. 7. Eadem obligatio eſt in Patre reſpectu filij etiam emancipati, & in fratre erga fratrem viuente Patre, aut Matre ſi non habeant neceſſaria ad conuenientem educationem, & ad filias in decenti ſtatu collocandas Suar. de relig. to. 3. lib 5. c. 6. num. 2 & 3. V. Azor. p. 2 lib. 2 c. 3. q. 4 & 5. Ampliat Sanchez in ſum. lib. 4. c. 20 num. 5. non ſolum ad neceſſitatem præſentem, ſed etiam ad eam, quæ probabiliter futura creditur

7 Obligatus debitis etiam iuramento, poteſt ex feruore caritatis ingredi religionem. ſoluet autem Monaſterium, ex illius bonis, ſi habet: non tenetur in religione laborare, vt ſoluat: profitendo enim cedit bonis Ang. ver. religionis num. 6 7. & 8 Silu. religio 2. num. 2. At Nau. de regul. com. 2. num. 8. vult prius ſolui debita ſi poteſt, differendo aliquadiu ingreſsū; alioqui

qui

qui det quod habet creditoribus· quod ſi ingrediatur, tenetur laborare manibus, vt ſoluet, etiam renitente ſuperiore, modò à diuinis non retrahatur· S.Th. 2. 2. q. vlt. ar. 6. ad 3. dicit quod ſoluat quod poteſt, & ingrediatur Hodie per Bullam Sixti V. incip. Cum de omnibus 1587. grauatus ingenti ære alieno ſupra facultates ſuas, neque ad religionem admitti, neque in ea validè profiteri poteſt; & ita profeſſus expellēdus Hęc tamen conſtitutio per aliam Clem. VIII. 622. incip In ſuprema ita moderata eſt, vt profeſſio quidem teneat: ſuperiores autem admittētes ſint ipſo facto priuati voce actiua, & paſſiua, & Officijs, ac Dignitatibus & ad obtinenda perpetuo inhabiles. Vide Sanchez in ſum. lib. 4. c. 19· Quòd ſi poſtea monaſterium ratione huiuſmodi perſonæ, ſiue hereditario iure aut donatione, aut legato, aut ipſius opera, & induſtria acquiſiuit, tenetur creditoribus ſatisfacere Sanchez lib. 7. ſum. c. 31. num. 4.

8 Non compræhenduntur ſupradicto Breui Moniales; eas enim alio Breui exemit Sixtus. Nec Religioſi Militares, & Clerici in communi viuentes, ſi hi non adeo ſtrictam paupertatem voueant, quin habeant bonorum adminiſtrationem; Nec per illam profeſſionē reddantur impotentes ad ſoluendum. Nec qui ſine graui culpa impotētes facti ſunt, ſi in ſæculo permanentes non fierent ſoluendo. Immo etiam ſi in ſæculo manentes poſſent artificio lucrari bona, quibus ſoluerent, quando abſque graui culpa decoxerunt. Nec qui culpa ſua ingentem æris alieni vim contraxerunt, ſi bona omnia creditoribus relinquant, nullaque ſit ſpes, vt in ſæculo manentes fiant ſoluendo· Nec qui debitores ſunt ex ſola liberali profeſſione. Nec quando creditores conſentiunt. Sic ex Breui cit. colligit Sanchez d. c: 19. à num. 22 ad 28·

9 Iurans cum aliqua contrahere, ſi uult in religionem ingredi, tenetur prius contrahere, vt ſeruet iuramentum, & ante copulam ingredi poterit, c. Commiſſum de ſponſal. Hunc tamen textum interpretantur multi, quos refert, & ſequitur ibi Barbos. vt id ſit conſilium, non præceptum; & ſic poſſe, non obſtante iuramento, ingredi religionem. Non enim infringit iuramentū, qui illud in melius commutat c. Peruenit 2. de iureiur. c. Scripturæ de vot. & idem tenet Pan. in d. Commiſſum. Sed hoc eſt intelligendum, niſi iuramentum tangat præiudicium tertij; tunc enim abſq; eius conſenſu ſaltem tacito commutari non poteſt Barbos. ad d. c. Peruenit.

10 Hermaphroditus, ſi in eo præualet ſexus virilis, non poteſt fieri religioſus in monaſterio mulierum, & è contra, nec tenet profeſſio. Quòd ſi profiteatur in Religione virorum, vbi præualet ſexus virilis, tenet quidem profeſſio, & è contra, ſed expellendus. Immo fortè non tenet profeſſio, cum tacuerit vitium, quo detecto, non fuiſſet admiſſus, & ideo deficiente conſenſu, non tenet profeſſio. Si vterque ſexus ſit æqualis, omnino inualida eſt profeſſio, De quo Sanchez in ſum. lib. 5. c. 4. num. 41. V. Silu. & alios ibi cit.

11 Obligatus ad ratiocinia, ſiue publica, ſiue priuata, ingredi non poteſt, ſi propterea lis, vel moleſtia iam illata eſt, vel timetur inferenda, Bull. Sixti V, ſupra cit. Barbos ad c. diſt. 53

12 Criminoſi, qui ſcilicet de aliquo crimine graui, vt homicidio, furto, & alijs ſimilibus, aut grauioribus accuſati, vel inquiſiti fuerint, admitti non poſſunt Bulla Sixti V. Hoc tamen impedimentum non eſſe perpetuum docet Suar, de regul. to. 3. lib. 5. c. 7. num. 18. ſed ſolum quandiu durat ſtatus pro quo merito dicitur aliquis criminoſus. Quare ſi res iudicialiter abſoluatur, licèt reipſa delictum perpetrauerit, poteſt ingredi Immo etiam ſit conuictus, & condemnatus, ſi pœnam impoſitam impleuerit, & parti læſæ ſatisfecerit, non arcetur Peccat verò contra votū, qui eius conſtitutionis conſcius ea crimina perpetrat, vt ſit probabile periculum,

Oo ne

Digitized by Google

ne coram ſæculari Iudice accuſetur, aduertens religionis ingreſſum propterea impediri, ſicut etiam peccat qui ære alieno grauatur ad ſplendidè viuendum, ad ludos, &c. quando non eſt ſoluendo. Immo etiam ſi contrahat ob vrgentem vitæ neceſſitatem, ſi tunc tenetur ingredi, & poſſit, & eo ingreſſu ceſſabit neceſſitas. Idem dicendum quando etſi nondum aduenit tempus obligationis, videt tamen ſibi pareri impedimentum pro debito tempore, quia tunc tenetur præuenire. Sanchez in ſum lib. 4. c. 16. num. 40

13 Seducens Virginem cum promiſſione illam ducendi, etiam ſi fictè promiſerit, non poteſt ingredi religionem. Idem copula non ſecuta; ſi nihilominus illa notabilem famæ iacturam patiatur; etiam ſi ille poſtea religionis voto ſe aſtringat; quia tenetur illam ducere, & conſumare: quia moraliter loquendo, aliter iniuriam reſarcire non poteſt, ad quod iuſtitiæ lege tenetur. Sanch. de matr. lib. 1. diſp. 44. Azor. p. 3. lib. 5. c. 14. q. 15. Quòd ſi profiteatur in religione, aut cum alia matrimonium contrahat, vtrumque validum erit: ſed tenetur aliter ſatisfacere honori puellæ ſeductæ Cord. in ſum. q. 152.

14 Epiſcopus ſine licentia Papæ non poteſt fieri religioſus. c. Niſi cum pridem de renunc. Epiſcopum intellige conſecratum, aut ſaltem electum, & confirmatum, actualiter habentem ſuam Eccleſiam. c. Inter corporalia de tranſlat. Ep. licèt fortè tota illa Eccleſia, vel Prouincia à fide defecerit cuiuſmodi ſunt hodie Epiſcopi titulares Suar vbi ſupra lib. 6. c. 8. num. 5. Quare Epiſcopus tantum electus: aut ſi conſecratus, tamen caret Eccleſia, quia renunciauit, &c. non prohibetur fieri religioſus c. 8. citat. num. 4.

15 Seruus, cum ſui iuris non ſit, ingredi non poteſt, niſi conſentiente domino, à quo intra triennium à die ſcientiæ repeti poteſt. Sanchez ubi ſupra à num. 43. per c. Siquis incognitus 17. q. 2. Quòd ſi intra triennium profiteatur ualida non erit profeſſio Azor. p. 1. lib. 12. c. 2. q. 3. Sanchez ubi ſupra num. 49. At Suar. lib. 6. c. 6. alijs cit. docet ualere profeſſionem, ſed domino petenti reſtituendum ſeruum; qui nihilominus manet uerus religioſus, teneturq; ad caſtitatem, & paupertatem, & ubi aliquauia liber efficiatur, tenetur ad religionem redire. Poſt triennium uerò licet reuocari non poſſit, faciendam tamen domino iuſtam compenſationem docet Glo. in d. c. Si quis uer. intra triennium, &c. Comperimus 14. q. 6. Sed contrarium uerius docet Sanchez ubi ſupra num. 45. per d. c. Si quis, ubi iubentur tantum reſtitui quæ ſeruus attulit monaſterio.

16 Si annus Nouitiatus interrumpitur, v. g. Nouitio egreſſo, opus eſt poſtea toto anno integro, vt valeat profeſſio. Pan in c. Ad Apoſtolicam, de regul. num 9. Silu. relig. 5. q. 4. Nau. de regul. conſ. 41. V. Roder. de reg. to. 3. q. 15. ar. 3. Niſi egreſſus ſit cum habitu de Superiorum conſenſu Azor. p. 1. lib. 12. c. 3. q. 7. Silu. religio 3. q. 19. Nau. in c. Statuimus 19 q. 3 num. 7. Gratian. diſcep for. cap. 166. num. 14. & ſeq. Item ſi Nouitiatus, licet integer, non tamen ſuo tempore factus, ideſt anno 12. in Fœmina, 14. in Viro: aut non in habitu illius religionis Sanchez alijs cit. lib. 5. ſum. c. 14. num. 22. Suar. de relig. 3. to. 3. lib. 5 c. 1. Neq; id eſt contra conc. Trident. ſeſſ. 25. de regul. c. 16. quod videtur requirere annum probationis immediatum ante profeſſionē, ibi finito tempore nouitiatus, ſuperiores Nouitios, quos habiles inuenerint, ad profitendum admittant, aut eijciant. quia qui 16. annum non expleuit, licèt per plures annos habitum geſtauerit, nondũ inuenitur habilis Suar. vbi ſup. nu. 6.

17 Si Nouitius finito probationis anno egrediatur, & poſtea reuertatur, non requiritur nouus annus probationis, ſed poteſt ſtatim profiteri: niſi conditio perſonæ, aut religionis ita ſit mutata, vt non cenſeantur eius difficultates moraliter exploratæ. Sanchez alios referens lib. 5. ſum. c. 4. nu. 34. Ang. ver. Nouitius num. 15. Silu. religio 5. q. 4. in fi. hoc tamen non probat Suar. vbi ſupra c. 15. num. 8. & dub. ſeq.

18 Si ante legitimam ætatem filius ingrediatur inuito Patre, poteſt ab eo intra

an:

annum reuocari c. 1. 20. q. 2. c. 2. de regul. Niſi intra dictum annum expleatur ætas debita, quia tunc reuocari poſtea non poterit Suar vbi ſupra num. 8.

18 Nouitius egreſſus non tenetur ad expenſas Silu religio 5. q. 8. Sanchez in ſum. lib. 7. c. 31. num. 95. Suar. vbi ſupra c. 19. num. 5. Azor. vbi ſupra c. 3. q. 6

20 Interrogatus tacens v. g. morbum contagioſum, aut aliud notabile impedimẽtum, quo cognito non admitteretur: ſiquidem eſt nouitius expellendus, etiam ſi ſcienter admiſſus. ſi verò tempore profeſſionis, & vitium huiuſmodi eſt circa ſubſtantialia iuxta ſtatuta religionis, nulla eſt profeſſio. ſi verò non ſit ſubſtantiale iuxta ſtatuta à Sede Apoſtolica confirmata irritantia profeſſionem, vt ſi quis morbo gallico laboraret, valeret profeſſio Sanchez alios referens lib. 5. ſum. c. 4. à num. 56.

21 Etiam poſt Concil. Trid. ex cauſa poteſt aliqua fieri religioſa, manendo domi ſuæ, & habendo peculium, vnde ſuſtenteturiuxta c. Inſinuante. Qui cler. vel vou. Nau. de regul. com. 2. num. 14. Sed circa peculium contradicunt Azor. vbi ſupra c. 9. q 4. Graff. de caſ. reſer. lib. 3. c. 4. num. 46. ſed intelligendi ſunt de peculio à ſuperiore non reuocabili Sanch. vbi ſupra num. 102. Ang. ver. religioſus num. 19.

22 Filius fam. intrans religionem poteſt diſponere de aduentitijs Pan in c. In præſentia de probat. Pater tamen non amittit Vſumfructum dum viuit Nau. de regul. com. 2. num. 55. Dec. in d. c. In præſentia num. 71. Molin de iuſt. tract. 2. diſp. 138. & alij plures.

23 Nouitij renunciatio nulla eſt, niſi fiat cum licentia Epiſcopi, vel eius Vicarij intra quos menſes ante profeſſionem: ante quam nullum ſortiatur effectum. Trid. ſeſſ. 25. c. 16. de regul. Nec ſufficit deceſſiſſe in religione ante profeſſionem; quia per Trid. requiritur actualis profeſſio Sanch. lib. 7. ſum. c. num. 55. cuiuſmodi non eſt facta ante legitimam ætatem, etiam obtenta ætatis venia: aut ſi intra quinquennium non reclamauit: aut ſi ratificauit. requiritur enim renunciatio facta bimeſtri proximo profeſſioni, & in ætate apta ad profitendum num. 56. ſi tamen profeſſio ſit nulla, quia facta ante integrum annum probationis, ſi finito anno ratificetur profeſſio, valet renunciatio. ibidem. Intellige autem duos menſes proximos tempori, quo regulariter profeſſio fieri debet. licèt enim differatur profeſſio, non ideo inualida renunciatio Sanchez vbi ſupra num. 82. & declarauit S. Cong. Concil. in vna Mediolanen. Non prohibetur autem eo loco teſtamentum, ſed ſolum diſpoſitio inter viuos Nau. vbi ſupra num 15. Nec habet locum in donationibus, & renunciationibus factis ante ingreſſum hoc eſt ante ſuſceptionem habitus Congreg. Concil. V. Sanchez vbi ſupra num. 4.

24 Nouitius Religionis approbatæ poteſt eligere ſepulturam. quòd ſi non eligat; & ante profeſſionem moriatur, ſepeliendus in Eccleſijs ſui ordinis Roder. de regul. to. 3. q. 60. ar. 2 Henric. Boich. c. De his, de ſepult. num. 16. Anchar. ibi num. 3. Sanchez in ſum. lib. c. 14. num. 11. V. Bull. 2. Sixti IV. apud Confect.

25 Nouitius poteſt in votis diſpenſari à Prælato religionis, aut ab Epiſcopo eius Dioeceſis in qua eſt in probatione Sanch in ſum. lib. 4. c. 39. num 17. 18. & 20. Et poteſt etiam confiteri Sacerdoti ſæculari, & ab eo abſolui à reſeruatis in religione. Diana alios referens par. 4. trac 4. reſol. 5.

26 Si Nouitius ante profeſſionem moriatur inteſtatus, nec expreſſè bona ſua monaſterio contulit, ſuccedunt neceſſarij hæredes. Si verò bona ſua monaſterio donauit, nec poſtea reuocauit, ſuccedit monaſterium Pan. c. In præſentia, de probat. vbi Dec & alij relati ab Azor. p. 1. lib. 12, c. 3. q. 3. Nau de regul. comment. 2 num. 49. Quid, ſi Nouitius omnia bona ſua monaſterio abſolutè donauit, & ante profeſſionẽ emiſſã ad ſæculum reuertatur, an ius habeat repetendi, & recuperandi donata; Si expreſſim inter viuos donata non ſunt, in dubio præſumitur donaſſe cauſa mortis; ac proinde, non ſecuta profeſſione recuperat. Secus verò, ſi non omnia, ſed aliqua tantum expreſſè donauit Pan. vbi ſupra V. Donatio num. 34.

DE PROFESSIONE

1 DVplex eſt profeſſio regularium, Expreſſa, & tacita. Prima fit per expreſſa, & publica vota, quæ obligat in vtroque foro: Niſi emittens in ipſa emiſſione habuerit animum non profitendi, nec ſe obligandi Nau. de regul. conſ. 15. num. 2.

2 Secunda fit multipliciter. Primò per ſpontaneum exercitium actus, qui ad ſolos profeſſos pertinet cum habitu profeſſorum à Nouitiorum habitu diſtincto. c. Vidua de regul. etiam ſine perſeuerantia tridui Pan. in d. c. Vidua. Nau. d. c. regul. conſ. 19. num 3. & actus profeſſorum faciat, & habitum profeſſorum ſuſcipiat de conſenſu eius, qui poteſt religioni incorporare Nau. de regul. com. 4. num. 74. & eo. tit. conſ. 24. 25. & 40. Roder. de regul. to. 3. q. 11. ar. 2. & q. 15. ar. 12. & q. 17. ar. 1. & 7. Intellige ſi poſt annum integrum probationis, & an. 16. ætatis iuxta Trid. Nec validatur profeſſio ex eo, quod à Conuentu admittatur ad actus profeſſorum, niſi eo animo admittatur. Nec per ſuſceptionem ſacrorum ordinum de licentia ſolus Superioris, cum ad totum Conuentum ſpectet admittere ad profeſſionem Nau. conſ. 24. cit. & conſ. 29. & tit. Secundo per ſolam geſtationem habitus profeſſorum diſtincti patenter in colore, ſciſſura, vel forma ab habitu Nouitiorum c. 1. de regul. in 6. Clem. Eos qui, eo tit. modò ſpontè ſcienter, & cum conſenſu potentis incorporare, & ſecundum Innoc. in d. c. Vidua, & cum perſeuerantia tridui Pan. in c. Ad noſtram de regul. num. 5. Tertio per delationem habitus annalem, vbi non fit patenter diſtinctus ab habitu profeſſorum c. Ex parte de regul. Diſtinguntur autem etiam ſola benedictione c. Statuimus de regul. in ant. & c. 1. parag. Diſtinctos eo. in 6. Glo. in d. Clem. eos qui De hac materia fusè Suar. de relig. to. 3. lib. 6. c. 19. & 20. Sanchez in ſum. lib. 5. c. 3.

3 Hæc tacita profeſſio non eſt ſublata per Conc. Trid. vt declarauit ſacra Cōgregatio eiuſdem Conc. & docet Nau. de regul. conſ. 26. num. 5. modo fiat poſt 16 annum ætatis, & tranſacto integro probationis anno Sanchez in ſum. lib. 5. c. 3. num. 36. & ſeq. Suar. vbi ſupra c. 20. Prima, & tertia obligant religioni in ſpecie. Secunda in genere, quia poteſt tranſire etiam ad laxiorem, ex Panor. in d. c. Ad noſtram. Si tamen perſeueret per annum, obligat in ſpecie Clem. cit. Immo non eſt propriè profeſſio, ſed habet tantum vim ſimplicis voti. Sanchez vbi ſupra c. 4. num. 18. & 86.

4 Si huiuſmodi tacitè profeſſus vere coram Deo ſemper fuit contrario animo requiſito ad profitendum, & ſe obligandum, non erit coram Deo profeſſus, nec regularis, & conſequenter poterit relicto habitu fugere ſine periculo Apoſtaſiæ, & excommunicationis cum ea profeſſio ſit tantum in foro exteriori, & præſumptiua. Immo etiam ſi ſe habeat merè negatiuè; vt docet Suar. vbi ſupra lib. 6. c. 20. num. 3. Peccat tamen mortaliter faciendo propria profeſſis, & accipiendo alimenta ex bonis monaſterij, cum obligatione reſtituendi; niſi eius obſequia alia ratione ea mereantur Nau. de regul. com. 4. num. 74. & ſeq. Vide eundem de reg. conſil. 13. 20. 21. 26. & 27. Et de expreſſè profeſſo ibidem docet Sanchez de matr. lib. 7. diſp. 37. num. 11. V. Roder. de regul. to. 3. q. 17. ar 16. & 17. ad intelligentiam Conc. Trid. ſeſſ. 25. c. 19. de regul. Quod ſi in aliqua religione ſit ſtatutum excludens tacitam profeſſionem, nulla erit huiuſmodi tacita profeſſio ex defectu conſenſus Sanch. in ſum. lib. 5. c. 3. in fi.

5 Ratificatio profeſſionis nullæ requirit ſcientiam nullitatis, & cauſæ ipſius; nec ſufficit exercuiſſe actus profeſſorum; aut in religione manſiſſe per plures annos. Ricc. pluribus cit. p. 1. decis. 187. Suar. vbi ſupra lib. 7. c. 1. num. 5.

6 Profeſſio non tenet, ſi deſit conſenſus potentis incorporare Ang. ver. profeſ-

ſio

ſio num. 1. Pan. in c. Porrectum de regul. num. 5. & in c. Ad noſtram num. 9. eo. tit. Nau. com. 4. cit. nu. 24. Suar. lib. 6. cit. c. 11.

7 Dolo, aut per ignorantiam inductus ad profeſſionem, non tenetur quando ignorantia eſt circa ſubſtantialia religionis, vt quia putabat obligationem non eſſe perpetuam, vel per profeſſionem non priuari rerum dominio, & huiuſmodi. Suar. vbi ſupra c. 5. Idem ſi decipiatur circa auſteritates, & difficultates religionis, quando tanta eſt, vt moraliter eius vires ſuperet. Sot. de iuſt. lib. 7. q. 1. ar. 2. Idem quando error vel ignorantia contingit non ſolum per iniurioſam deceptionem, ſed etiam ex quacumq; alia cauſa naturali, ſeu extrinſeca, quia impeditur conſenſus Suar vbi ſupra num. 9. Error etiam ex parte religionis impedit, ſi deceptio tanta ſit, vt ſufficiat reddere religionem ſimpliciter inuoluntariam, vt ſi erretur in perſona, vel in conditionibus ſubſtantialibus, iuxta ritum, & conſuetudinem religionis. Idem num. 10. Nau. de regul cōſil. 26. Pan. vbi ſupra nu. 10.

8 Profeſſio iuſto metu facta nulla eſt etiam ſi ille conſentiat Suar. vbi ſupra c. 4. num. 9. per c. 1. de ijs quæ vi, vbi Pan. V. ver matrim. parag. Vis. Si tamen quis non obſtante exteriori cauſa, & comminatione, quæ iudicio prudentis eſſet cauſa ſufficiens, vt vir, vel fœmina conſtans timeret; & nihilominus interius, & reipſa non timeret, velitq; religionem ingredi propter alias cauſas, profeſſio tenet Suar. vbi ſupra num. 14. Metus autem incuſſus religioni non vitiat, modo Superior verè conſentiat. idem nu 64. & ſeq. contra Leſſ. lib. 2. c. 41. dub. 7.

9 Profeſſio facta iuſto metu reuerentiali patris nulla eſt Nau. de regul. com. 2. num. 30. & de ijs que vi, conſil. 26. num 9 & de conuerſ. coniugat. conſ. 3. Sanchez de matr. lib. 4. diſp. 6. q. 2. Intellige tamen ſecundum eundem ibidem q. 3. & Suar. vbi ſupra num. 16. quando concurrunt minæ, & pater ſolitus eſt eas exequi: aliàs ſolus metus reuerentialis non irritat

10 Profeſſio ante 16. annum expletum, & ante integrum annum probationis poſt ſuſceptum habitum, nullam inducit obligationem Trid. ſeſſ. 25. de regul. ſufficit verò vltima dies incæpta ſecundum aliquos relatos à Sanchez de matr. lib. 1. diſp. 24. num. 22. & in ſum. lib. 5. c. 4. ſeqq. Ipſe tamen docet requiri tempus completum de momento in momentum V. etiam Roder. de reg. tom. 3. q. 15. ar. 4. Quare ſecundum Nau de regul. conſ. 26. & 87. non valet ſtatutum, vt non recipiatur, niſi poſt 18. an. aliàs profeſſio ſit nulla; niſi huiuſmodi ſtatutum approbatum fuerit à Papa. Non tamen tenet profeſſio ſecundum eum, non ratione ſtatuti, ſed quia de fuit conſenſus religionis. Quòd ſi ſtatutum non ſit irritans, valet profeſſio Sanchez c. 4. cit. num. 6. Poteſt enim Capitulum generale ſtatutum edere irritans profeſſionem, proteſtatione præmiſſa, non eſſe animum illum admittendi, ſi eo impedimento laboret: aut reſtringere facultatem admittendi habentem tale impedimentum. In primo enim caſu non valeret profeſſio ex defectu conſenſus, & intentionis admittendi. In ſecundo verò ex defectu iuriſdictionis in admittente cap. 4. cit. num. 73.

11 Poteſt Epiſcopus recipere profeſſionem nomine Superioris religioſi Silu. religio 6. q. 9. Non tamen valet profeſſio ante ratificationem ipſius Superioris Ang. ver. profeſſio num. 1. Ego adderem, niſi antea Epiſcopus haberet mandatum à Superiore, quia tunc ſtatim valeret.

12 Tacitè profeſſus eligere poteſt, non eligi in Prælatum c. Nullus de elect. vbi Glo. ver. eo ipſo irritum, c. Ex eo. parag. vlt. & c. Indemnitatibus eo.

13 Profeſſio affert plenariam indulgentiam S. Tho. 2. 2. q. vlt ar 3. ad 3. Ang. ver. religio parag. 46. Nau. de regul com. 1. num. 60. Leſſ lib. 2. c. 41. nu 72. Si tamen ipſa profeſſio fiat in ſtatu gratiæ Caiet. ar. 3. cit Suar. de relig. lib. 5. c. 5. Azor. p. 1. lib 12. c. 5. q. 11.

14 Profeſſus religionem etiam emiſſis tribus votis in manu Epiſcopi, non eſt verè

pro-

profeſſus, ſunt enim vota ſimplicia Nau. de regul. com. 2. num. 5. & conſil. 4. eo. tit. Niſi ea religio ſit ſub Epiſcopi iuriſdictione. Suar. vbi ſupra c. 12. num. 5.

15 Profeſſio coniugis de licentia alterius, in quo eſt periculum incontinentiæ, tenet: ſed reſtituitur alteri petenti; niſi, & ipſe fiat religioſus, aut continentiam voueat, aut ſaltem per ætatem non ſit ſuſpectus, c. 1. c. Cum ſis, c. Ad Apoſtolicam, & c. Significauit de conuerſ. coniug. Coniux tamen qui reuocari poteſt nequit propria auctoritate exire, quia verè profeſſus eſt, tenetur ad obedientiam. Barboſ. ad cit. c. Vxoratus in fi. & ad c. Placet eo. 17. num. 4.

16 Profeſſus inuita vxore, illa mortua contrahere non poteſt c. Quidam de conuerſ. coniug. Non tamen tenetur ingredi monaſterium, ſed tantum ad caſtitatem Suar. vbi ſupra num. 6. ſeq. per c. Placet de conuerſ. coniung.

17 Monialis nouitia, ſi tempore nouitiatus moriatur, poteſt prius ad profeſſionem admitti ad effectum conſequendi indulgentias, & gratias profeſſis decendentibus conceſſas modò ſit legitimæ ætatis. Pius V. 1570. vt refert Roder. de regul to. 3. q. 15. ar. 6. Vbi notat primo huiuſmodi priuilegium non cenſeri reuocatum per Bullam Greg XIII, quam refert Nau in fi. man. & hoc in foro conſcientiæ. Secundo per dictam profeſſionem nullum fieri præiudicium venientibus ab inteſtato circa bona monialis ſic profeſſæ. Tertio ſi dicta monialis non deceſſerit, & poſtea completo anno probationis profeſſionem ratificauerit, ſuccedere monaſterium ſed Sanchez in ſum. lib. 5. c. 4. num. 16. docet per illam profeſſionem ſuccedere monaſterium, cum illa fuerit vera profeſſio.

18 Nulla eſt profeſſio facta cum conditione contraria eius ſubſtantiæ vt quod profitens proprium retineat, aut nutu, & arbitrio ſuo viuat; &c. Pan. in c. fi. de cond. appoſ. & in c. fi. Qui cler. vel von. num. 6. Azor. p. 1. lib. 12. c. 5. q. 2. Ang. ver. religioſus num. 19. Silu. religio 3. q. 6. & duab. ſeq. Intellige modò ea conditio in ipſo profitendi actu apponatur, non verò ſi ex interuallo, licèt modico: & ſic cum retinendi, & liberè acquirendi facultate etiam quoad dominium independenter à Superiore. In dubio autem interpretandum, vt reſeruatio facta ſit tantum quoad vſum de licentia. Sanchez in ſum. lib. 5. c. 4. à num. 42.

19 Receptus ſimoniacè indiget Apoſtolica diſpenſatione ad illic manendum, & eſt excommunicatus Papaliter Extr. 1. de ſimon Profeſſus verò, vt ius habeat ad victum indeterminatum, aut portiones priuilegiatas Nau de regul. com. 4. num. 25. Sed hoc impugnat Sanchez vbi ſupra num. 38. & ſeq.

20 Profeſſus incorrigibilis eijci poteſt Congreg. Conc. de mandato Vrbani VIII. 25. ſept. 1624. Quando autem dicatur vere incorrigibilis, & que præmittenda, vide ibi, & Roder. à Chuna in Bull. contra ſolicitantes q. 24. num. 28. Barboſ. plurimos referentem ad c. Ne religioſi num. 5. de regul.

21 Religioſus prætendens per vim, & metum ingreſſum eſſe religionem, poteſt intra quinquennium reclamare. Conc. Trid. ſeſſ. 25. de regul. c 19. Ex quo ſeptem conditiones colliguntur vt huiuſmodi religioſus intra quinquenniũ reclamare poſſit. prima, ne antea habitum dimittat Secunda ne ſine voluntate Superioris ob id à monaſterio, etiam cum habitu recedat. Tertia, vt cauſas, quas oſtendit, prius coram Superiore & Ordinario deferat. Quarta, vt ſi habitum antea exuerit, nullatenus ad allegandum cauſas admittatur. Quinta vt redire ad monaſterium compellatur, ſi contra fecerit. Sexta Vt tamquam Apoſtata puniatur. Septima Ne vllo religionis priuilegio iuuetur. Quas conditiones putat Nau. de regul. 3 coment. 4. num. 77. & ſeq. ceſſante ſcandalo, & aliorum damno, non ſemper locum habere. Si quis enim bona fide credat ob vim, & metum ſibi contra ius illatum profeſſionem irritam fuiſſe, ob idq; vt reclamet, è carcere fugiens habitum depoſuerit, & Iudicem adierit,

adierit, nec aliter facere nequiuerit, pœnas apoſtatæ non incurrit. Adde quod ſi vi, vel metus, vel reclamandi impedimentum pluſquam quinquennium durauerit, iure poteſt audiri, & in integrum reſtitui. Immo idem dicendum, vbi religioſus per multos annos impeditur, ne reclamet, licet vi, & metus deſierint Azor. p. 1. lib. 12. c. 4. q. 10. Incipit autem quinquennium in profeſſione expreſſa, die qua facta eſt profeſſio. In tacita verò, die, in quo religioſus tacite eſt profeſſus per delationem habitus nouitiorum, & profeſſorum communis, ſcienter, & ſponte, & per annum integrum. Azor. vbi ſupra in fi.

DE VOTO

OBEDIENTIÆ

1 Obedientia eſt virtus inclinans ſubditum ad exequenda Superiorum præcepta, vt præcepta ſunt, ideſt quando ratio inclinans ad obediendum eſt, eò quòd id ſuperior præcipiat Sanchez in ſum. lib. 6. c. 1 initio.

2 Sub voto obedientiæ à religioſo promiſſæ compræhenditur ſolum præceptum ſiue ore tenus, ſiue aliter à Superiore impoſitum, ſiue in regula expreſſum S. Tho. 2. 2. q. 186. art. 9. Id autem non obligat ad obediendum formaliter, & vt eſt virtus ſpecialis, ſed ad materialem executionem præceptorum Superioris, & regulæ Sanchez vbi ſupra num. 6.

3 Obligat votum obedientiæ ad obediendum non ſolum regularibus Prælatis, ſed etiam Romano Pontifici, tamquam ſupremo omnium religioſorum Prælato Sanchez lib. 6. ſum. c. 1. num. 8. Quare Pontifice, & Prælato regulari contraria præcipientibus, potius obediendum Pontifici Idem num. 10. S. Tho. in 4. diſt. 44. in expoſitione literæ, & 2. 2. q. 104. ar. 5. & q. 105. ar. 2.

4 Non tenetur religioſus ex vi voti obedire, licèt norit Prælatum ita velle, niſi adſit illius præceptum voce expreſſum Silu. ver. obedientia in fi. & ver. præceptum q. 2. & alij, quos ſequitur Sanchez num. 5.

5 Tenetur religioſus iudicium, & voluntatem ſuam conformare cum Superioris præcipientis iudicio, & voluntate quantum commode poteſt. Defectus tamen huius conformitatis non eſt mortalis, cum hæc repugnantia non tollat præcepti executionem Sanchez num. 7.

6 Non tenetur religioſus obedire, niſi in ijs, quæ ſunt ſecundum regulam, vel expreſſè, quæ ſcilicet in regulæ ſtatutis expreſſè continentur: aut indirectè, & implicite, vt ſunt ea, quæ in regula ſaltem virtualiter continentur tamquam neceſſaria ad regulæ obſeruantiam, vt mutua obſequia, corporis afflictiones in cautelam recidiui, aut in iuſtam pœnam tranſgreſſionis regulæ, aut alterius delicti; non verò ſi ad magis merendum Sanchez lib. 6. ſum. c. 2. num. 45. Leſſ. lib. 2. c. 41. dub. 9 Suar. de relig. to. 3. lib. 3. c. 8 & vt compræhendit omnia quæ ad præfectam regulæ obſeruantiam vel neceſſaria, vel conuenientia, aut vtilia eſſe poſſunt Suar. loc. cit. num. 4. & ſeq. Neque enim poteſt Prælatus religionis etiam cum Generali Capitulo, nec Sum. Pont. aliud præcipere, aut religioſos obligare ad aſperiorem, & altiorem vitam, quam quæ in regula continetur Sanchez vbi ſupra c. 15. 17 & 22. Azor p. 1. lib. 13. c. 11. q. 19. & com. Si tamen Capitulum, aut Sum. Pont. aliquid tale ſtatuat obligabuntur illi de capitulo, qui conſenſerunt, & in poſterum profitentes. Idem Sanchez num. 20. Suar. c. 8. cit. num. 11.

7 Abbatiſſa, & huiuſmodi monialium Præfectæ ratione officij poteſtatem non habent ponendi præcepta ſpiritualia, ſicut religioſorum Prælati, vt ſcilicèt eo ipſo, quod in ſcriptis dantur, intelligantur obligare ad mortale, ſed tantum ciuilia, vt quod literas nō ſcribāt, nec recipiā. Hæc autē præcepta ex natura rei æſtimanda ſunt, adeò enim ad religioſæ diſciplinæ cuſtodiā cōferre

poſſunt,

poſſunt, vt eorum transgreſſio ſit mortalis Sot in 4.d.20.q. 1.ar.4. Sanchez in ſum. lib. 6. c. 1. à num. 17. Roder de regul. to. 1. q. 12. ar. 2. & q. 15. ar. 1. Mulier enim eſt incapax Dignitatis, cui ſpiritualis iuriſdictio annexa eſt ſecundum eundem Roder. At ſecundum Pan. in c. Dilecta, de mai. & obed. Abbatiſſa non eſt capax iuriſdictionis, quæ à poteſtate clauium pendet, vt abſoluere, excommunicare, interdicere, & In alijs verò ſecus, cum poſſit beneficia conferre, & inſtituere, iuxta d. c. Dilecta ſic etiam docent Anchar. ibidem Azor. vbi ſupra c. 10. q. 5. & 6. V. Silu. ver. Abbatiſſa, initio, & Alter. de cenſur. to. 1. diſp. 7. de excom. lib. 3. c. 5. Peccant tamen mort. moniales, quæ abſolutè nolunt obedire Abbatiſſæ, cum ei teneatur obedire in ſpectantibus ad domeſticam gubernationem. Et in his poteſt Abbatiſſa præcipere ſub pœna voti obedientiæ ſibi præſtitæ, vel obedientiæ ſibi debitæ Sanchez vbi ſupra num. 18. 22.

8 Profeſſus in religione relaxata, ſi à maiori parte capituli regula ſic collapſa ad ſtatum priſtinum reſtituatur, tenetur eam ſeruare Anchar. in c. Super eo, de regul. num. 4. Pan. ibidem num. 6. Azor. vbi ſupra q. 17. Niſi vel eſſet ita delicatus, vt eam auſteriorem obſeruantiam ferre non poſſit. quo caſu diſpenſari poteſt, vt ad aliam laxiorem illi collapſæ ſimilem transeat. Anchar. vbi ſupra. Vel niſi tempore profeſſionis limitata fuiſſet eius intentio ad regulam ſic relaxatam Azor. loco cit. Vel niſi à tempore immemorabili regula collapſa ſit: tunc enim non tenetur huiuſmodi profeſſus eam reformatam ſeruare: præſumitur enim ob temporis diuturnitatatem legitima relaxatio Silu. religio 3. q. 12. Nau. de regul. cons. 43. Immo ſatis eſſe tempus ad alias eccleſiaſticas leges abrogandas requiſitum docet Probus ad Monac. c. 1. de regul. in 9. quem refert Sanchez vbi ſupra num. 41. Si tamen illa relaxatio ſit circa ſubſtantialia, nulla valet contraria conſuetudo, cum ſit contra ius diuinum Suar. c. 8. cit. num. 20 & ſeq.

9 In dubijs quomodo teneatur ſubditus obedire, vide ver. Conſcientia erronea num. 15. & Conſcientia probabilis num. 5.

10 Cum regula prima ſui inſtitutione non obligat ad culpam, ſed ad ſolam pœnam, non poteſt Superior in vniuerſum ad illius obſeruantiam obligare ſub mortali Poteſt tamen priuatum, qui minus parere conſueuit, præcipuè ad aliorum exemplum Sanchez vbi ſupra num. 46.

11 An religioſus obediens Superioris præcepto obliganti ſub mortali, peccet duplex peccatum, V. Sanchez in ſum. lib. 4. c. 11. num. 25.

12 Non omnia contenta in regula obligant ſub mortali: niſi vel alio præcepto ad mortale obligante præcepta ſint, aut pertineant ad ſubſtantialia vota religionis. Ad alia enim, quæ vel continent conſilia Euangelica, vel alias regulares externas obſeruantias. quas inſtitutor expreſſit ad culpam non obligare, non tenentur ſub mortali Sanchez in ſum. lib. 6. c. 4. per totum, præcipue num. 11. vbi plurimos refert. Si tamen tranſgrediatur ex animi torpore, ac negligentia, vel ex nimia cupiditate circa aliquid, erit culpa venialis Si verò ex contemptu, mortali: S. Tho. 2. 2. q. 186. ar. 9 ad 1. & ibi Caier.

13 Quomodo cognoſcatur an regula obliget ad mortale, vel veniale V. infra ver. lex à num. 8. Eaſdem enim regulas afferunt Doct. quæ communiter afferuntur ad cognoſcendum, an leges Eccleſiaſticæ obligent, &c.

14 Tempore peſtis tenetur Religioſus iubente Superiore miniſtrare infirmis ſui ordinis eo morbo laborantibus, etiam cum vitæ periculo: nec poteſt fugere: Secus ſi iubeatur laicis miniſtrare Cai. to. 3. opuſc. trac. 9. q. vn. Roder. de regul. to. 3. q. 31. ar. 3. Niſi cum ob multitudinem infirmorum, parochi ſupplere non poſſunt: tunc enim tenetur eorum confeſſiones audire ſub peccato mortali Roder. vbi ſupra ar. 4. Intellige, de religioſis, quorum inſtitutum eſt ſpirituali ſaluti proximorum incumbere: & vbi deſunt alij Sacerdotes, qui Epiſcopi ſumptibus velint Parochis auxilio eſſe Sanchez lib. 6. ſum. c. 2. à num 60.

15 Te-

15 Tenetur Religioſus ſub mortali ex profeſſione ſua ſe diſponere ad exercenda potiſſima ſui Ordinis munera. quare peculiari obligatione tenētur ad ſtudia literarū Et Superiores tenētur ſub præcepto ſpecialiter curare, vt religioſi ſe exerceant in his operibus miſericordiæ, quæ ſunt ſecundum regulam Bān· 2.2· q. 33. ar.3· dub. 5. contrarium tamē docet Sanchez in ſum. lib. 6. c. 5. num. 11

16 Cum dicitur Religioſus aliquid facere de ſuperiorum conſenſu,intelligitur nō ſolum de expreſſo, ſed etiam tacito Azor.p. 5.lib. 12. c. 12 & com vt pluribus cit. teſtatur Sanchez lib 7. ſum. c. 19· num. 4.

17 Regularis frangens regulam in minimis non peccat morr. Nam, & promiſſio licet iurata de re leui etiam totali, nō obligat ſub mortali Silu. iuram. 2· par. 2. vers. 7. Sot. de iuſt. lib. 7. q. 2. ar. 1. & com· Niſi adſit contemptus Silu. ver obedientia q. 1· Azor p. lib. 4. c. 9. q. 5: &. & Silu. ver. contemptus.

18 Non licet recedere à Cōuentu prætextu Superioris conueniendi, niſi ab ipſo obtento in ſcriptis mandato· Contrauenientes puniri poſſunt ab Epiſcopo, vt apoſtatæ Trid. ſeſſ 25. de regul c.4. Aut niſi immediatus ſuperior nimis ſæuiat: tunc enim recedens non eſt apoſtata Dec. in c. Ad noſtram de appell. num. 1. Nau de regul. com. 3. num. 51. Roder. de regul. to. 2· q. 53. ar. 10· Aut niſi ad Superiorem recurrat, quia correctio non eſt moderata c. Licet de off. ord. c. De Priore de appell. & c. Vniuerſitatis de ſent. excom. Pan. in d. c. Licet. num. 11· Nau. de appell. conſ. 4. V. Sanch· lib. 4·ſum cap. 8· num. 17. Azor. p· 1· lib. 12. c. 11. q. 7. Ric. decis. 215. num. 1. & ſeq. qui decretum Trid. ita intelligit, quando regularis cum ſcandalo pergit ad Superiorem ſine licentia; non verò quando ad illum accedit, vt eū à grauamine liberet· de quo etiam Barbos. ad d. c. Licet· & c. De Priore, vbi alios refert.

19 An Religioſus appellare poſſit à mādatis Superiorū, & quo ordine, vide Say. cla. reg. lib. 12. c. 17. num. 39. Azor. p. 1. lib. 12 c. 11. q. 6· Roder. de regul. to· · q 59. ar. 2. Sacra Cong. decreuit hunc ordinē ſeruandum videlicet à Guardiano ad Prouincialē à Prouinciali ad Generalē, à Generali, ad Protectorem, ab hoc ad Sacram congregationem referunt. Sayr. & Roder. cit.

20 Poteſt Superior aperire literas, etiā legitimè ſcriptas ad Papā à ſuis ſubditis, nec vllam incurrit excommunicationem etiam ſi propterea incarceret ſcribentem, aut deferentē ſine licentia Nau. de ſta. mon. conſ. 16. Vide tamē eundū de regul com. 2. nu. 13.

21 Peccat mort. profeſſus contemnens perfectionem S. Tho. 2.2. q. 186. ar. 2. & ibi Caiet. Nau. de regul. com. 1. num. 10. V. Sanchez in ſum. lib. 6. c. 5.

22 Apoſtata eſt, qui ex contemptu ab obedientia recedit Silu ver. apoſtata num. 3. Niſi tranſeat ad aliud Monaſterium, etiam laxius Silu· eo num. 9· Pan. in c. Cum ad Monaſterium de ſta mon. Nau. de apoſt. conſ. ult.

23 Habitum ex cauſa occultare, aut dimittere licet c. Pen de uit. & honeſt. cler. glo. in c. Deus qui, eo Nau. de regul conſ. 70. Silu. uer. habitus. q· 4 Plures cauſas dimittendi habitū ponit S· Ant. p 3. tit 24. c. 5

24 Profeſſus habitum perſonatorum induens ad malum finem eſt excommunicatus· c. Vt periculoſa Ne Cler. uel Mon. in 6·

25 Profeſſus apoſtata dimiſſo habitu eſt excommunicatus, cit. c· Vt periculoſa. Non dicitur autem dimittere, qui dimitit ad currendum, vel iaculandum lapidem: Immo neq; ut expeditius fornicetur: Niſi relinquat, vt diſſimulatus eat ad fornicandū, aut ad utendum alio ad ſcelus aliquod mortiferum: ut in tantum tempus, aut ob talem cauſam, ut iudicio boni uiri dicatur habitum dimittere. Silu. excom. 9. caſu. 9. not· 2. Nau. in man. c. 27. num. 1 1. Sed contrarium multis cit· probat Sanchez ubi ſupra c. 8. num. 54. ſi dimiſſio aut occultatio ſit ad breue tempus. Si uerò aſſumat alterius religionis habitum ad quam ſe putat licitè tranſire, non dicitur apoſtata Silu. ubi ſup· num. 58. & religio 4 q· 4. Quot modis dicatur religioſus Apoſtata, uide Ric. p. 3. decis 176. Et quæ cauſæ illum excuſent uede ibid. decis. 177. & p. 4. decis. 214.

26 Religioſus an teneatur ſingulis menſibus confiteri per Clem. Ne in agro, vide ver. Confeſſio num. 31.

27 Carthuſianus, ſi alioqui fame moriendum ſit, tenetur carnibus veſci. Pan. in c. Si verò de iureiur. num. 2. Fel ibi num. 3. Poteſt, ſed non tenetur Leſſ. lib. 4. c. 3. num 12. Sanchez in ſum. lib. c 15. num. 39 Intellige non teneri, quando id facit ad vitandum ſcandalum, & aliorum offenſionem, ad confeſſandum religioſæ diſciplinæ conſuetudinem, inſtitutum, & regulam, ne relaxetur. Si verò nullum ſit huiuſmodi virtutis opus, vt ſi ſolus ſit in deſerta ſolitudine, nec alius cibus ſuppetit, & fame laboret, ac pereat, tenetur carnes edere Azor. p. 1. lib. 5. c. 6. in fi.

28 Regularis extra monaſterium degens, etiam ſui ordinis prætextu ſi delinquat, ab Ordinario loci vt ſedis. Apoſt. Delegato, inquiri, puniri, & corrigi poteſt Trid. ſeſſ. 6. c. 3. de reform. Ampliat Rubeus decis. 15. ad regularem exiſtentem in aliqua domo ad erectionem monaſterij deſtinata, ſi ibi non habet Superiorem, nec viuit iuxta regulam. Nec in caſu delicti ſufficit licentia ſuperioris manendi extra clauſtrum. Vide Ricc. p. 1. decis. 223. Barbos. de auct. Epiſc. p 3. alleg. 105.

29 Religioſus alloquens moniales ſine licentia Sum. Pont. peccat mort. Cóg. Card. ſuper reg. 1. Iul. 1606. vt ad verbum refert Duard. in Bullam Cœnæ parag. 9. q. 2. in fi. Nunc verò alloqui poſſunt conſangineas in primo, & ſecundo gradu de licentia Epiſcopi ſeruatis quibuſdam conditionibus, de quibus in Decreto eiuſdem Congreg. de mandato Vrbani VIII. 1623.

30 Etiam poſt Conc. Trid. qui iuſtè credit ſe non eſſe profeſſum, poteſt fugere, etiam relicto habitu Nau. de regul. com. 4. num. 77.

31 Licet tranſire ad laxiorem religionem, ſi non eſt ſpes reformationis; aut ſi diſpenſet Superior exemptus ex cauſa Silu. religio 4. parag. 1. Sunt autem iuſtæ cauſæ, prima, ſi religioſus infirma aut incommoda valetudine vtatur. Secunda ſi ita fragili corporis natura, vt religionis ſtrictioris auſteritates ferre nequeat. Tertia ſi is religioſus odio habeatur à cœteris fratribus; aut indignè, & malè tractetur. Quarta neceſſitas magna parentum, cui in ea religione nequit commodè ſubuenire. Eman. Rodrig to. 3. q 52. ar 9. Azor. p. 1. lib. 12. c. 14. q. 8 Barbos. ad c. Licet, de regul num. 3. & ad c. Virgines 20. q. 4.

32 Profeſſus in ſtrictiori non poteſt à ſuo Superiore diſpenſari, vt ad laxiorem tranſeat ſine graui, & iuſta cauſa. A Papa poteſt cum cauſa. Diſpenſatus autem à Papa ſine cauſa non eſt tutus in conſcientia, nec valet diſpenſatio in foro conſcientiæ Nau. de regul. conſil. 56. & 58. & com. 4. num. 3. & 10. Ang. ver. religioſus num. 35. Silu. religio 4. q. 1. Glo. in c. Non eſt, ver. permittatis de regul Sanchez lib. 6. ſum. c. 7. à num. 67. vbi num. 72. enumerantur plures legitimæ cauſæ huius tranſitus ad laxiorem.

33 Ad ſtrictiorẽ ſufficit petere licentiã licet Superior nolit concedere; expectandum tamen congruo tempore. quod verum eſt, licet prior religio gaudeat priuilegio, vt ſui religioſi tranſire non poſſint ad ſtrictiorem præſumitur enim conceſſum; ne tranſitus fiat timerè, leuiter, aut cum prioris ordinis detrimento, c. Licet de regul vbi Anchar. Azor. p. 1. lib. 12. c. 14. q. 4. Si tamen dubitatur, an is tranſitus fiat leuiter, &c. Superior iudicabit, c. Licet cit. parag. Si verò Eodem etiam priuilegio gaudent Moniales de licentia Epiſcopi, aut ſui Prelati ſi ſint exemptæ, docet alijs cit. Sanchez vbi ſupra num. 61. Nunc verò hæc tranſlatio fieri non poteſt ſine licentia S. Cong. regul quæ id concedere non ſolet, niſi adiectis quibuſdam conditionibus, quas refert Barbos. ad c. Virgines 20. q 4. An verò ſi fiat tranſitus ad ſtrictiorem licentia non petita, poſſit à priorẽ religione reuocari; Glo. in d. c licet, ver. conſueuit Goffred. in c. Sanè eo. Nau. de regul. conſ. 45. num. 4. Silu religio 4. q. 1. verſ. 4. & alij negant Anchar. & Pan. poſt Io. And. in d. c. Licet Azor. vbi ſupra q. 6. Sanchez num. 45. Tranſiens admitti non debet ſine dimiſſorijs ſuperioris prioris re-

li-

Digitized by Google

ligionis, c Statuimus 19. q. 3 alios referens docent reuocari poſſe, & eſſe tutius dicit Hoſt. V. decis. Rotæ in vna Bonon. profeſſ. coram D. Merlino 14. martij 1622 Quis verò dicatur ſuperior, à quo licentia petenda ſit, variant Doct. relati à Sanchez c. 7. cit. à num. 51. ad 58. Ipſe verò num. 59. & ſeq. docet Prælatum immediatum ipſius Conuentus poſſe dare licentiam tranſeundi ad ſtrictiorem; ſi tranſitus fiat ex zelo melioris frugis, alioqui ſpectare ad Sum. Pont. Ad æquè verò ſtrictam ſine cauſa, & ad laxiorem cum cauſa, ad ſolum Generalem, aut Prouincialem. Tranſiens admitti non debet ſine dimiſſorijs ſuperioris prioris religionis c. Statuimus 19. q. 3.

34 Arctior religio habenda eſt, quæ ſanctior. aut fructuoſior Silu. religio 1. q. 4. Ant. p. 3. tit. 16. c. 4. ſi. Alij tamen vt Io. And. & Canoniſtæ in d. c. Licet vbi ſupra q. 2. docent arctiorem eſſe, quæ arctius, & durius habet inſtitutum. Pan. verò, & Anchar. in d. c. Licet, & in d. c. Sanè Item Pan. vol. 1. conſ. 91. Ang. ver. religioſus parag. 35. docent eam eſſe ſtrictiorem, in qua, licet laxior ſit regula, meliustamen ſeruatur, quare habendam non eſſe rationem antiquitatis, aut regulæ ſtrictioris, ſed modi viuendi de præſenti, & hanc multis tuetur Sanchez vbi ſupra num. 24. aſſerens tamen num. 21. illam ſimpliciter eſſe arctiorem religionem, quæ aſperior, & durior. Idem docent Leſſ. lib. 2. c. 41. num. 101. Azor. vbi ſupra q. 3. & 8. & alij plures, & ſatis conſtat ex d. c. Sane. V. Silu. religio 4. q. 1. Ad iuſtificandum verò hunc tranſitum à religione ex ſuo inſtituto ſtrictiorem ad arctiorem iuxta ſolum præſentem viuendi modum, requiritur, vt nullum ſit in ea Prouincia Coenobium, in quo ſit perfecta inſtituti obſeruantia, nec ſubſit probabilis ſpes reformationis Anchar. in d. c. Sane num. 4. Pan num. 7.

35 Religioſus Choro addictus, ſi non ſit in ſacris, poſt de licentia Superioris ad Conuerſorum ſtatum tranſire Sot. de iuſt. lib. 10. q. 5. ar. 3. Azor. p. 1. lib. 10. c. 6. q. 7. Arag. 2. 2. q. 83. ar. 12. dub. 4. Sanch. lib. 6. ſum. c. 7. num. 80.

36 Diſpenſatio tranſeundi ad aliam religionem eſt ſubreptitia, tacito animo, quo depoſuit habitum, vt facilius obtineret diſpenſationem: eo quod ſciſſet Pontificem non diſpenſare, niſi habitu prius dimiſſo Nau. c. 21. num. 86. Roder. de regul. to. 2. q. 46. ar. 6. Sanch. de matr lib. 8. diſp. 25. num. 38.

37 Religioſus aſſumi poteſt ad Eccleſiam parochialem de licentia ſui Prælati c. Quod Dei de ſta. mon. & Clem. 1. de elect. Couar. de teſtam. c. 1. num 3. & de iure antiquo concedit Barbos ad cit. c. Quod Dei. At de ſtylo Curiæ contrarium ſeruari, & ſic declaraſſe ſacram Cong. Conc. Tranſlatus de vno ordine ad alium, etiam Canonic. regul. eſt omnino inhabilis ad beneficia ſæcularia & curata Trid ſeſſ. 14. c. 11. de refor. Immo etiam Canonici regulares ſine aſſenſu Apoſtolico aſſumi non poſſunt Ricc. p. 1. decis. 159. Contrarium tamen docet Nau. de ſta. mon. conſil 11. & ſeq. & de regul. com. 4. num. 12. modò adſit licentia Generalis. V. Sanchez in ſum. lib 6. c. 7. num. 82. & duob. ſeqq. & lib. 7. c. 29. q. 8. num 75. & Bull. Greg. XIII. Aſſumptus autē abſolutus eſt ab obſeruantijs, quas commode obſeruare non poteſt. In alijs verò diſpenſabit Superior, vel ipſe ſecum, ſi Eccleſia ſit exempta Silu. religio 7. q 11. & ſeq. Poteſt etiam aſſumi ad officium Vicarij generalis Epiſcopi de licentia Prouincialis, aut Generalis Roder. de regul to. 3. q. 76. ar. 3.

38 Profeſſus obedientiam ſecundum aliquam regulam approbatam, cenſetur etiam profiteri paupertatem, & caſtitatem S. Tho. 2. 2. q 186. ar. 8. Innoc. in cap. conſulti de regul. Nau. de regul conſ. 10. num. 9. & coment. 1. num 18. & de redd. Ecc. q 3. mon. 27.

39 Profeſſus eiectus non tenetur ad vota paupertatis, & obedientiæ, nec ad officium diuinum, ſi non eſt in ſacris, nec ad ieiunia, aliaue annexa religioni. Quod ſi antea vouerat religionem in genere, poteſt dici iam ſatisfeciſſe per illam profeſſionem Sot. lib. 7. q. 2. ar. 1. Arag. 2. 2. q. 88. ar. 3. Licet

Nn 2 dicat

dicat contrarium eſſe Probabilius. Nec tenetur ad vota ſub obedientia Epiſcopi Molin. de iuſt. tract. 2. diſp. 40. Roder. de regul. to. 1. q. 30 ar. 20. Sayr. cla. reg. lib. 6. c. 19. dub. 14. Leſſ. lib. 1. c. 41. num. 114. Azor p 1. lib. 12. c 17. q. 11. quidquid dicat Nau. de regl. conſ. 77. num. 3. & cons. 79. num. 1. & in c. Non dicatis num. 35. & ſeq. & de regul. com. 2. num. 46.

40 Legitimè eiectus non poteſt compelli redire Nau. d cõſ. 77. & 79. & cons. 78. & 80. & eo. tit. com. 2. num. 36. cuius opinionem eſſe minus tutam docet additionaior ad d. cons. 77. & Sanchez lib. 6. ſum. c 9. num. 30. docet quantumcumque per diffinitiuam ſententiam eiectum, teneri, vbi Superior volet eum admittere, ad religionem redire, poſſeque ad id cogi. Immo teneri ipſos eiectos mores corrigere, & quandiù non corriguntur nec petunt iterum admitti eſſe in malo ſtatu docet idem Sanchez loco cit. vbi alios refert. contra alios priorem ſententiam tenentes. Poteſt autem in ſæculo cum Clericali habitu ſub obedientia Epiſcopi manere, cum correctus ad monaſterium rediens non recipitur Sot. ar. 1 cit. circa fi. Arag. vbi ſupra circa ſecundum Sanchez. vbi ſupra num. 26. & ſeq. Non tamen tenetur ad ſtrictiorem obedientiam Epiſcopo quam alij Clerici ſæculares Molin. vbi ſupra diſp. 140. Sanchez num. 29. Acquirit autem Eccleſiæ, ad quam eſt legitimè translatus; alioqui Epiſcopo ſub cuius obedientia viuit Nau. de reg. com. 2. num. 33. Idem dic, de ijs, quorum religio extinguitur Nau ibidem num. 34. Pan. tamen. in c. fi. de regul. docet quòd ſi ſtatum non mutauit ingrediendo aliam religionem, aut per legitimam translationem, ad Eccleſiam ſæcularem, acquirit Monaſterio, à quo fuit eiectus. Hodie tamen per Bullam Greg. XIII inc. Officij 1572. 21. Ian. pertinent huiuſmodi acquiſita ad Camerã Apoſt. ſicut etiã bona acquiſita ab Apoſtata; ſed poſt mortem. de quo Nau. de ſta. mon. conſ. 17. in nou. & Sanchez in ſum. tit. 7. tot. c. vlt.

41 An autem huiuſmodi eiectus teneatur ingredi aliam religonem Negatiua verior, quia non vouit religionem in genere, ſed hanc Nau. de regul. com. 2. num. 76. Leſſ. in Roder. relati a Barbos. ad c. fi. de rrgul. num. 9. Ipſe tamen eiectus poteſt aliam ingredi etiam laxiorem ſine licentia, ſi in perpetuum eiectus eſt, ſi nulla ſit ſpes, vt quamuis correctus in priori religione admittatur Barbos. vbi ſupra alios referens Sanchez in ſum. lib. 6. c. 9. num. 36 Nau. de regul. conſ. 36.

42 Regularis eſſe non poteſt Tutor, aut Curator Auth. de Sact. Epiſc. parag. Deo auetm, & Auth. Præsbyteros 3. C. de Epiſc. & Cler. Molin. de iuſt. tract. 2. diſp. 221. Niſi interueniat licentia Superioris. quo caſu poteſt etiam ſuſcipere legitimam, aut niſi ſit miſerabilium perſonarum, quo caſu tenetur Ang. ver. tutela parag 1. Silu. eo q. 2. c. fi. diſt. 86. & ibi glo.

43 Religioſus poteſt voci actiuæ, etiam in caſu particulari renunciare; niſi huiuſmodi renuntians ſit perſona ſapiens, & erudita eiuſque ſuffragium vtile ſit communitati ad alios erudiendos Ric. p. 3. decis. 226. & conſtat ex. c. Quia propter, & ibi glo. ver. volunt. & c. Quod ſicut, & ibi glo. ver. voluerunt, & c. Cum nobis de elect. & c. Eccleſia veſtra 2. eo. & cap. Prudentiam parag. Adijcimus de poteſt. Deleg. Barbos. ad d c. Quia propter num. 11. Azor. p. 2. num. 6. c. 14. q. 7. in fi.

44 Translatus ad aliud Monaſterium non habet amplius vocem in Capitulo prioris Monaſterij etiam ſi Monaci expreſsè conſentiat. c. Conſtitutus de elect. & c. vlt. in fi. de relig. dom. Niſi ſecundum Monaſterium dependeret à primo Pan. in d. c. vlt. num. 5. & ſeq. Anchar. num. 4. & 5. quia vnus Monachus non poteſt eſſe in duobus Monaſterijs, vt in d. c. vlt. Nec poteſt ſibi ex pacto reſeruare, vt in d. c. Conſtitutus ſub Anchar. num. 2. fusè Pan. num. 3.

45 Regulares omnes, Franciſcanis exceptis, poſſunt de licentia ſui Superioris eſſe teſtamẽtorum executores c. 2.

de

Digitized by Google

de teſtam. in 6. Clem. vn.eo. tit. ſuffi-cit. autem tacita licentia Silu. teſtam. 2. q. 3. dicto 5. Sanchez vbi ſupra c. 11. num. 11. Sed glo. Glo. in d. Clem. ver. obtenta dicit requiri expreſſam, & idem videtur docere ibi Anchar. num. 1. dum dicit, quod non ſufficit petere: rata tamen eſt executio facta ſine licentia Azor. p. 1. lib. 12. c. 11. q. 1. Ius enim prohibet, ne religioſus id muneris recipiat, non tamen irritat factum. Si tamen is religioſus extra Clauſtra alicui Beneficio perpetuò præſit: aut ſi Superior, cui aut religionis ſtatuto, vel conſuetudine, aut Superioris præcepto interdictum non ſit, poteſt abſque alia licentia id munus obire Molin. vbi ſpura diſp. 247. Sanchez num. 5. Datam verò licentiam ſi Superior re non integra ſine iuſta cauſa reuocare vellet, cogi poſſet non reuocare Sanchez num. 2. Peccat enim Superior reuocans; ſed reuocatio tenet, & inferior non poterit amplius exequi Azor. vbi ſupra c. 11. q. 1. Perficiet autem vel Collega, ſi habet, vel is, de quo prouidit Teſtator, vel Epiſcopus, glos. cit.

46 Vbi ille Religioſus ſolus eſt executor, poteſt relictum in pauperes diſtribuendum proprio Monaſterio applicare Anchar. conſ. 38. Immo etam ſibi, ſi eget, & à Monaſterio ſibi neceſſaria non ſuppeditentur Sanchez vbi ſupra num. 61. Et in caſu etiam, quo illi traditur pecunia in pauperes deſtribuenda gratia exonerandi conſcientiam ob incerta debita, poteſt Religioſus ſibi applicare. Idem num. 63.

48 Profeſſus non poteſt ſibi eligere ſepulturam: niſi ita remotus ſit à proprio Monaſterio, vt commode illuc deferri non poſſit c. Nimis iniqna de exceſſ. Præl. vbi Pan. & clarius c. ſi de ſepult. in 6. vbi glo. & Anchar. citans Archid, & Innoc. Quòd ſi eo caſu decedat non electa ſepultura, ſepeliendus in parochiali Anchar vbidem. Niſi ibi ſit aliud Monaſterium ſui Ordinis. Sanchez lib. 6. ſum. c. 14. num. 4.

48 Profeſſus non poteſt ſine Superioris licentia eſſe teſtis iudiciarius ideſt, vt tamquam teſtis in iudicio deponat. ſic multos referens Sanchez vbi ſupra c. 13. num. 103. Valet tamen eius teſtimonium datum ſine licentia Pan. in c. Cum nuntius, de teſtib. num. 4. Guid. Pap. decis. 517. Farin. de teſtib. 9. 61. num. 154. Hæc verò licentia non requiritur, vt ſit teſtis inſtrumentarius Farin. num. 128.

49 Religioſus poteſt alium etiam extraneum accuſare, ſi interſit Monaſterij, & habeat licentiam Abbatis, glo. in c. Ex parte, & ibi Pan. num. 7. de accus.

50 Pro iniuria ſibi illata non poteſt religioſus agere, niſi abſente Superiore, non relicto procuratore, ſed ad Superiorem ſpectat Pan. in c. Parochianos de ſent. exc. Sayr. alios referens cla. reg. lib. 11. c. 7. num. 15 Farin. verò alijs cit. prac. crim. to. 1. de accus. q. 13. num. 26. docet ad Superiorem, & Monaſterium coniunctim pertinere. Ipſe tamen iniuriatus remittere non poteſt, niſi cum abſens eſt, aut moratur in ſcholis de licentia, Pan. vbi ſupra Sanchez in ſum. lib. 6. c. 12. num. 5. & Poteſt. verò Superior remittere etiam inuito iniuriato Nau. de regul. com. 2. num. 64. V. ver. iniuria num. 8.

51 Monachus accuſans Abbatem pro vtilitate Monaſterij, ſi non habet proprium, nec adminiſtrationem, habebit expenſas à monaſterio, c. Ex parte, & c. Olim de accus. Secus ſi accuſet ob propriam cauſam Rota de regul decis. 6. in ant. Sanchez vbi ſupra c. 12. num. 20. & ſeq. Poteſt tamen ſupplicare Papæ quòd ſibi prouideatur circa expenſas Rot. cit. Tenetur tamen pendente lite, Abbati obedire, excepto litis articulo, quia ad præceptũ Abbatis non tenetur deſiſtere Pan. in c. Ex parte de accus. nu. 4. per. c. Nonne 8. q. 4.

52 Tenetur religioſus ad id quod iurauit ante ingreſſum, niſi ſit incompatibile religioni glo. in c. Præterea diſt. 51. Nau. in c. Non dicatis num. 42.

53 Prælatus qui poteſt cũ ſubditis in regula diſpenſare poteſt cũ ſe ipſo S.Th. 2. 2. q. 185. ar. 8.

ar: 8. Cordub. ad Collector. tit. Accedere ad Monaſteria. V. infra ver: diſpenſatio in lege num. 85. Sanchez de matr. lib. 8. diſp. 3. num. 6. & in ſum lib. 4. c. 24. num. 59. Molin. de iuſt. trac. 2. diſp. 247. vers Religioſus.

54 Religioſus ſine cauſa diſpenſatus in præceptis Regulæ, etiam à Papa, non poteſt ea diſpenſatione vti ſine peccato, glo. in c. Non eſt de vot. Cai in ſum. ver Diſpenſatio Sot. de iuſt. lib. 1. q. 1. art. vlt. ad 2. Nau c. 12. num. 76. Alij tamen, vt Couar. in 4. decretal. p. 2. c. 6. parag. 9. & Roder. alios referens de Regul. to. 1. q. 26. art. 27. docent validam eſſe diſpenſationem, ſi fiat à Superiore, non verò ſi ab inferiore. fuſe Sanchez de matr. lib. 8. diſp. 17. q. 2.

55 Abbatiſſa eligi non debet niſi quadraginta annorum, & octauo poſt profeſſionem anno; aliàs ex alio eiuſdem ordinis monaſterio eligenda; aut ſi id commodè fieri non poteſt, ex monialibus eiuſdem Monaſterij eligatur, quæ triginta annos excesserit, & quinque ſaltem annis poſt profeſſionem, de conſenſu Epiſcopi, aut alterius Superioris Trid. ſeſſ 25. de regul c. 7 Debet autem eſſe expreſsè profeſſa, & idē de omnibus regul. c. Indemnitatibus, initio, de elect. in 6 & Clem. 1. parag. de regul. Eius autem electio pertinet ad Monaſterium Roder. de regul. tom 2. q. 54. ar. 11. per. Trid. loco cit. Cum verò eligitur Monialis ex alio monaſterio, id fieri non debet ſine conſenſu ſaltem medietatis Monialium ipſius Monaſterij Roder. ar. 2. In Italia eſſe non poteſt, niſi triennalis, quo elapſo, ipſo facto ceſſat authoritas; Nec iterum eligi poteſt, niſi poſt triennium; aliàs, & ipſa electio, & omnia inde ſecuta irrita ſunt, & nulla Greg. XIII. & eſt Bulla 80. in nouo Bullar. V. Roder. vbi ſupra q. 16. ar. 2. & 3.

DE VOTO

PAVPERTATIS.

V. Teſtamentum.

1 Votum ſolemne paupertatis eſt non habendi proprium. Nomine autem proprij intelligitur non ſolum dominium, & rei proprietas, ſed etiam vſus iuris. vſuſfructus, poſſeſſio, & adminiſtratio, prout ſunt quid iuris non facti Sanchez lib. 7. ſum. c. 18. num 25.

2 Ad euitandum vitium proprietatis requiritur licentia ſaltem tacita Superioris, quæ ſcilicet in actu aliquo expreſſo iuxta legalem, & rationabilem interpretationem virtute continetur Azor. p. 1. lib. 12. c. 12. q. 2. & duab. ſeqq. S. Tho. 2. 2. q. 32. ar. 8. ad 1. Nau c. 17. num. 205. & de regul. com. 2. num. 200. Sanchez vbi ſupra c. 19 num. Intellige in eo caſu, quo vel id commodè differi non poteſt, quia periculum in mora, nec Superior adiri Leſſ. lib. 2. c. 41. num. 19. Suar. de relig to. 3. lib. 8. c. 11. num. 3. vbi num 9. quòd etiam ſufficit licentia præſupta, quæ ſcilicet ob aliquas coniecturas, vel rationes probabiles creditur futura fuiſſe, ſi Superior conueniretur; quia tunc res non accipitur nomine proprio, quod ſufficit ad tollendam proprietatem. Excuſat etiam conſuetudo aliquid dandi, vel recipiendi ſine licentia, preſumitur enim hoc caſu tacita. In priori tamen caſu, quando ſcilicet non poteſt Superior adiri, ſi res nondum eſt conſumpta, nec alienata, tenetur Religioſus id Superiori indicare, non ſic in poſteriori Sanchez vbi ſupra, num. 7. & duob. ſeq. V. Suar. c. 11. cit.

3 Relictum religioſo ea lege, vt ad eũ non ad monaſterium pertineat, intelligi debet de vſufacti, concedente Superiore: dominium verò pertinet ad monaſterium Pan. in c. 2. de ſta. mon. num. 8. & vol. 2. conſ 44. num. 4. & conſil 63. num. 8. Anchar. in c. Nemo de reg. iur. in 6. q. 7 in fi. & alij plures Etiam ſi Teſtator addat,

& non

& non aliter, nec alio modo: non enim per ea verba reſoluitur legatum, vt voluit Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 3. tit. 6. num. 9. ſed valet Sanchez vbi ſupra c. 17. num. 6. Quòd ſi Superior non conſentiat, legatum fit caducum. hærediq; acquiritur Pan. num. 8. cit. ſilu. ver. Monaſterium num. 3. & alij. Intellige tamen vt religioſus poſſit habere quoad vſus tantum honeſtos, & religioſos Pan. & Silu. vbi ſupra, Sanchez num. 8. V. Suar vbi ſupra num. 34. & ſupra ver. donatio num. 36.

4 Licentia ſuperioris quantumcumq; iniuſta excuſat à vitio proprietatis etiam ſi ſit iniuſta ex parte materiæ, vt ad furandum, aut quia eſt accipiendi ab eo, qui vel donare non poteſt, aut ſaltem donat propter iniuſtam, & turpem cauſam; quia non accipit aliquid nomine proprio: aut quia datur ſine neceſſitate, vel vtilitate rationabili Suar. vbi ſupra à num. 12. & c. 12. num. 11. Si autem ſit iniuſta tantum ex parte petentis, vt quia per vim, dolum fraudem, aut ſubreptionem, non excuſat Suar. c. 11. cit. num. 14. V. eundem c. 15. num. 3. & 4.

5 Religioſus accipiens aliquid ſine Superioris licentia ſaltem tacita apud ſe retinendum, ſiue curans vt deponatur apud alios, vt eo pro libito ſuo vtaturj, facit contra votum; etiam ſi ſolum rei vſum abſq; licentia accipiat, manente dominio apud dantem, quia is vſus eſt pecunia æſtimabilis Sanchez vbi ſupra c. 19. num. 48. & ſeq.

6 Non facit contra votum, & qui ab aliquo petit, vt pecuniam apud alium deponat, nolens tamen eius dominium, aut adminiſtrationem, vſumue acquirere. ſed tantum volens habere opportunas pecunias, ex quibus, cum indiguerit, accipiat neceſſaria ex Superioris licentia Sanchez vbi ſupra num. 50. per cap. Exiuit de verb. ſign.

7 Peccat mort. profeſſus, qui obtenta licentia expendendi pecuniam in aliquam rem, expendit in aliam Roder. de reg. to. 3. q. 29 ar. 10. concl. 4. Sanchez c. 19. cit. num. 68.

8 Poſſe religioſum dare aliquid conſanguineis diuitibus ratione gratitudinis ob conſanguinitatem docent Lud. Lopez lib. 2. de contrac. c. 40. & lib. p. 1. inſtruc. c. 156. Roder. in ſum. p. 2. c. 31. num. 5. Sed id meritò non concedit Sanchez vbi ſupra num. 98. Niſi ea remuneratio iuſtè petat hanc quantitatem ob alia ab eis accepta: alioqui illicitam eſſe: cum nec Superior ipſe poſſit eam facultatem concedere.

9 Concilium Trid. ſeſſ. 25. c. 2. de regul. intelligitur de peculio cum poteſtate diſpenſandi etiam in prophanos vſus: ſecus ſi ſolum in pios ex cauſa Nau. de regul. com. 2. num. 15. Sanch. lib. 7. ſum c. 12. à num. 11. Sed Azor. p. 1. lib. 12. c. 9. q. 2. & 3. ex concilio contrarium docet. V. Suar. de relig. to. 3. lib. 8. c. 15. num. 5. Leſſ. lib. 2. c. 4. dub. 5. Debet autem huiuſmodi peculium eſſe moderatum quia Concilium interdicit mobilia ſuperflua, nec Superioris licentia ad plura ſe poteſt extendere. Habenda verò ratio ſtatus, & gradus perſonarum, locorum, & varietatis temporum Sanchez num. 17. Poteſt autem religioſus excuſari à vitio ſuperfluitatis, vel quando regula ita eſt relaxata, paupertaſq; eo modo intellecta, praualuitq; conſuetudo: vel quia pars illorum redditum expenditur in bonum monaſterij, aut in eleemoſynas, aut Cappellanias. Vel quia ille monaſterio arte ſua multa comparauit, aut multa bona in illud attulit, vt propterea dignus ſit, vt plura illi concedantur, modo in his omnibus accedat Superioris licentia Idem num. 18.

10 Peccat mortaliter Prælatus dans cauſam, vt religioſis permittatur peculium, vt quia non ſubminiſtrat neceſſaria cum commodè poſſit Sanchez vbi ſupra num. 26. Peccat etiam mort. ſubditus dans cauſam, reſiſtendo vitæ communi, cum illi neceſſaria miniſtrantur. Silu. relig. 6 q 7.

11 Non fuit intentio Concilij Trid. ſeſſ. 25. c. 1. & 2. de regul. vt legitime relaxata, aut mutata non liceant Nau. de regul. com. 3. num. 24

12 Profeſſi bona intelliguntur eſſe monaſterij, niſi ille aliter diſpoſuiſſet Auth. Ingreſſi.

Ingreſſi, C. de Sacr. ſan. Ecc. c. Quia ingredientibus 19. q. 3. Silu. religio 3. q. vlt. Ang. eo parag. 51.

13 Religioſus inſtitutus hæres acquirit monaſterio: & in bonis etiam profeſſi inteſtati, accepta legitima filiorum eius, niſi religio ſit incapax Nau. de regul. com. 2. num. 50.

14 Profitente Patre filius habebit legitimam c. Cum ſimus de regul. Nau. eo. tit. com. 2. num. 58. Couar. in c. 2. de teſtam. num. 8. Sanchez plurimos referens in ſum. lib. 7. c. 10. num. 3. Molin. de iuſt. trac. 2. diſp. 140. verſ. An verò ſtatim; licet Bart. & alij quos refert Couar. id non concedant vſque ad mortem naturalem Patris ſic etiam Pan. c. In præſentia de probat. num. 8. addens perenda alimenta à monaſterio. Medietas Vſusfructus peculij aduentitij erit Patris, quare dimidium erit filij ſecundum Bart. in Auth. Idem eſt C. de bon. quæ lib. Pan. vbi ſupra, quia eo caſu Patria poteſtas extinguitur facto Patris. Contra verò Couar vbi ſupra docet totum Vſumfructum eſſe filij, quia cum poſſit viuente Patre petere legitimam, multò magis Vſumfructum bonorum, quorum habet dominium. V. ſupra ver. legitima num. 14.

15 Regularis Beneficiarius habet dominium, & proprietatem, vt ſæcularis: & ſic poteſt de fructibus diſponere Nau. vbi ſupra num. 10. & de redd. ecc. q. 1. mon. 51. num. 1. & q. 3 mon. 23. & de ſta. mon. cons. 13. num. 4. Leſſ. lib. 2. c. 4. num. 29. & c. 41. num. 93. Molin vbi ſupra diſp. 277. verſ. Religioſus in Conuentu, in fi. idem de Epiſcopo, etiam ex ordine Minorum, eſt enim abſolutus à voto paupertatis, vt docet Diana alios refetens p. 3. trac. 2. reſol. 50. Vide eiuſdem reſol 61. Et Sanchaz in ſum. lib. 6. c. 6. num. 14. vbi num. 8. contrarium docet cum Soto de iuſt. lib. 7. q. 4. ar. 2. ad vlt. & lib 10. q. vlt. art. vlt. & alijs, & c. 6. cit. num. 5. vbi num. 36. in fi. quod huiuſmodi beneficiarius tenetur ad monaſterium redire, ſi beneficium renunciet.

16 Abbates, & Priores nunc diſponere non poſſunt de fructibus plus quàm regula permittat Clemens VIII. in Bull. 1594. quam refert Quaranta ver. Munerum largitio.

17 Poteſt Superior concedere ſubdito, vt donet ad vſus, ad quos ipſe poteſt Nau. de regul. com. 2. num. 23. & 26. Et, ſi talem dederit licentiam conuertendi aliunde acquiſita in ſuos vſus honeſtos, poterit etiam conuertere in opera pia num. 41. & de ſta. mon conſ. 3. num. 46. & 48. Poteſt etiam concedere vt maneat extra clauſtrum ex cauſa. Idem de regul. conſ. 63. 69. & 70. & in c. Non dicatis num. 40.

18 Licita eſt conſuetudo, & ſtatutum dandi certum quid religioſo quotannis pro neceſſarijs, vt pro veſtitu, &c. quidquid labore acquirit Nau. de regul. com. 2. num. 14. & de ſta mon. cons. 14. num. 5. Pan. in c Cum ad monaſterium eo tit. num. 8. Azor. p. 1. lib. 12. c. 9. q. 7. Cord. in ſum. q. 54.

19 Si religioſus moriatur ante aditam hæreditatem Patris; ſuccedit monaſterium Couar. in c. 1. de teſtam. Molin. vbi ſupra diſp. 140. Sanch. in ſum. lib. 7. c. 12. à num. 44. Anchar. c. In præſentia de probat num. 18. citato Io. And. Et eo viuente poteſt monaſterium adire hæreditatem monaco delatam etiam ipſo inuito Sanchez vbi ſupra num. 35 Quod ſi monaſterium repudiet, ſuccedent hæredes ab inteſtato, vſq; ad naturalem mortem ipſius monaci, nec interim admittitur ſubſtitutus. Idem c. 16. num. 25. citato Peregrino de fideic. ar. 28. num. 64. contra Pancirol. cons. 114. lib. 1.

20 Religioſus obeſſe poteſt monaſterio in iure quærendo, non in quæſito Nau. de regul. com. 2. num. 32. Felin. in c. Contingit 1. de ſent. ex c. num. 5. Feder. de Sen. & Doct. in c. Tua de his quæ fiunt à Præl. quia antequam acceptetur non eſt queſitum ius in re, glo. in parag. Si vero 16. q. 3. Nec facit contra votum paupertatis. ſi rem ſibi donatam nolit acceptare, ſed donatorem roget, vt v.g donet conſanguineo, quia tunc nil ipſe donat, ſed tantū pro alio intercedit, nec dici poteſt donare aliquid monaſterij, cū ipſi nullum ſit quæſitū ius. Nam donatio

religio-

religioſo facta ad ſui perfectionem requirit acceptationem ſaltem nomine proprio. Peccabit tamen contra charitatem, ſi abſq; legitimâ cauſa non accceptet, quia impedit bonum monaſterij. Sanchez de matr. lib. 6. diſp. 4. num. 7. V. Capell. Tholos. q. 150.

21 An ſolus Superior poſſit repudiare legatum V. Felin. vbi ſupra Silu. ver. alienatio q. 19.

22 Religioſus abſens pro negotio monaſterij, vel cui aliquid conceditur ad vſum, vel ad victum, non poteſt aliquid donare ſine Superioris licentia, licèt parciſſimè viuendo ſibi aliquid de neceſſarijs ſubtrahat. Niſi ea quantitas religioſo aſſignata ſi ad ſuſtentationem ea lege, vt ad nihil aliud teneatur monaſterium; nec ille rationem reddere teneatur Nau com. 2. de regul. num. 8. concl. 1. Arag. 2. 2. q. 30. ar. 8. Molin. inſt. trac. 2 diſp. 276. Etiam ſi is religioſus commoretur intra clauſtra Sanchez in ſum lib. 7. c. 19. num. 101. Poteſt autem in eleemoſynam, aut pios vſus conuertere quicquid à Superiore conceditur cum plena facultate expendendi in quoſcumq; vſus Salon. 2. 2. trac. de dominio q. 1. ar. 2. concl. 1.

23 Accipiens pecunias promiſſis confeſſionibus, prædicationibus, niſi ſtatim Superiori deferat, facit contra votum, & peccat mort. Eſt enim actus dominij de dicta pecunia diſponere. Idem dicendum, cum ſit pactum, Dicam tot miſſas, tu conſanguineo meo eleemoſynam dabis. P. Nau. de reſt. lib. 3 cap. 1. num. 184. Item accipiens ſine licentia pecuniam pro rebus ſibi neceſſarijs vt pro veſtitu, &c, quæ illi danda erant à monaſterio. idem num. 185. Leſſ. lib. 2. c. 141. num 79. verſ. 6. Etiam ſi ex cauſa extra monaſterium commoretur de Superiorum licentia, ibidem, Roder. de regul. to. 3. q. 29. ar 13. Quod ego limito niſi vere egeret nec aliunde haberet; & propter abſentiam non haberet copiam ſuperioris à quo licentiam petere poſſet, aut niſi monaſterium de neceſſarijs non prouideret iuxta religionis ſtatuta, & laudabiles conſuetudines, vt etiam declarauit Congreg. Concil. De quo vide Sanchez in ſum. lib. 7. c. 31. num. 15.

24 Celans aliquid Superiori, vt illius liberæ diſpoſitioni ſubducat; peccat mort. Pan. in c. Cum ad monaſterium, de ſtamon. num. 8. Felin in c. cum M. Ferrar de conſtit. num. 16 in fi. Etiam ſi id habeat de ipſius Superioris licentia Silu. religio 6. q. 7. dicto 1. & alij plures. De quo plenius Suar. de relig. to. 3. c. 12. à num. 5.

25 Expendens conceſſa à Superiore in res illicitas, aut vanas, facit contra votum. Nam iura, & Canones adminiſtrationem regularibus non concedunt niſi ad vtilia, neceſſaria, & honeſta. Nec ſuperior poteſt aliquid contra iura côcedere P. Nau. & Leſſ. vbi ſupra. Non tamen incidit in pœnas contra proprietarios, quia ea ſtatuta ſunt contra retinentes peculium abſq; licentia Nau. de regul. com. 2. num. 21. Sanchez in ſum. lib. 7. c. 9. à num 21. Accipiens autem tenetur reſtituere Sanchez ibidem num 3. cum ibi relatis. licet dans ſit Prælatus num. 32. Molin. vbi ſupra diſp. 94. verſ. Si quid fornicariæ.

26 Peccat item mort. cum culpa leui res ſibi ad vſum conceſſæ pereunt. vel deteriorantur: aut ſi non ad vſum, ſed ad cuſtodiam datæ ſunt. & ipſius lata culpa pereunt P. Nau. vbi ſupra. In primo tamen caſu docêt Leſſ. num 79. cit & Sanchez vbi ſup. c. 19. num. vlt. non teneri niſi de culpa lata

27 Item proprietarius eſt qui ſine ſuperioris conſenſu aliquid ſibi vſurpat et amt eſculenta, libros, &c Doct. tit. Quæ autem quantitas requiratur ad conſtituendum peccatum mortale contra votum paupertatis: Communis ſententia eſt eam quantitatem ſufficere quæ in homine ſæculari ſufficit ad materiam peccati mort. furti; ſurpatur enim res inuito ſuperiore. De quo vide ver. Furtum num. 4.

28 Religioſus donans aliquid ſine licentia duplex peccatum committit, alterum ſacrileg j contra votum paupertatis: alterum furti, donando quod ſui m

non eſt Vaſquez 1. 2. q. 73. diſp. 99. c. 4. num. 10. Sanchez in ſum. lib. 4. c. 11. num. 27. & lib. 7. c. 10. num. 7.

29 Qui ex iis quæ ſibi ad vſum conceſſa ſunt aliquid mutuò vel commodato alteri dat abſq; licentia facit contra votum quia eſt ſolum vſuarius, habens nudum vſum facti: Vſuarius non poteſt vſum alteri concedere quod intellige etiam ſi concedat alteri religioſo eiuſdem monaſterij. Non erit tamen peccatum mortale: Niſi ob aliquam circumſtantiam credatur Superiorem eſſe notabiliter inuitum Sanchez lib. 7. circ. 19. num. 66. Nec accipiens, ſi huiuſmodi vſum tacitè ſaltem Superioris voluntati ſubijcit Azor. p. 1. lib. 12. c. 12. q. 7.

30 Cum religioſus donat alteri religioſo ſiue eiuſdem, ſiue alterius Conuentus requiritur licentia tam in dante, quam in recipiente, nec altera ſufficit Sanchez vbi num. 71. & ſeq. Et quoad alterius Conuentus puto rem eſſe certam. Sed quoad religioſum eiuſdem Conuentus ego dubito, & contrarium puto verius: quia dare, & recipere ſunt correlatiua; ſi igitur huic datur licentia dandi, ergo, & alteri recipiendi. quod enim in vno correlatiuorum ſtatuitur, & in reliquò locum habet l. 1. C. de cupreſſ lib. 11. Panor. in proœ. Decretal. num. 20. cum ibi annot. Corſett ad Report. Pan. ver. Correlatiua. Sicut cum datur licentia ſubdito recipiendi ord. ab alieno, eo ipſo, ratione connexionis, videtur data facultas alieno conferendi, vt docet Rebuff. de fot. litt. dimiſſ. num. 9. per tex. in c. 2. de temp. ord. in 6.

31 Cui commiſſa eſt aliquarum rerum diſpenſatio, ſi aliter, quàm à Superiore ſibi præſcribitur, diſpenſet, facit contra votum, quia diſpenſare eo caſu vt dominus independenter à Superiore Pau. vbi ſupra.

32 Obtinens licentiam precibus importunis accipiendi, vel retinendi aliquid, quando re uera Superior inuoluntariè conſentit, vt importunitatem repellat, aliàs omnino repugnaturus non excuſatur à vitio proprietatis, quia non eſt licentia, ſed violentia Sanchez de matr. lib. 4. diſp. 10. num. 9. & in ſum. lib. 7. c. 19. num. 16. Item cum religioſus licèt dicat ſe paratum relinquere quæ poſſidet; at fundendo querelas, murmurationes, & huiuſmodi cauſa eſt vt Superior contradicere non audens taceat, vt maius malum euitet, non eſt tutus in conſcientia, tum ob ſcandalum, tum ob votum paupertatis quia illa licentia non eſt voluntaria, ſed coacta permiſſio ad vitandum maius malum. Dion. Carthus de profeſſ. mon. lib. 11. ar. 11. P. Nau. lib. 1. c. 1. p. 3. dub. 1. verſ. Vnde infero. Quare infert Nau. de regul. com. 2. num. 22. taciturnitatem Prælati non excuſare à vitio proprietatis, ſi ſit taciturnitas permiſſiua tantum aut verò approbatiua tantum ſed iniuſta, vt quia nulla adeſt honeſta cauſa in id conſentiendi. Sed in hoc poſtremo meritò contradicit Suar. de relig. to. 3. lib. 8. c. 11. à num. 12. de quo ſupra. Preces importunæ ſunt, quæ inſtantiſſimæ, & ſæpius repetitæ, & inculcatæ Sanch. vbi ſupra diſp. 7. num. 8. V. eundem in ſum. lib. 7. c. 19. num. 12. 16. & trib. ſeqq. Rodrig. de regul. to. 3. q. 29. ar. 1.

33 Superior concedens multa ſuperflua, & non faciens quod in ſe eſt, vt viuatur in communi, eſt in malo ſtatu Silu. religio 6. q. 7. verſ. 4. V. Cõcil. Trid. ſeſſ. 25. de regul. c. 1. Sanchez in ſum. lib. 7. c. 19. nu. 27.

34 Inferior de licentia ſui Superioris habens multa ſuperflua, etiam in notabili quantitate, non peccat mort. ſi paratus eſt ad nutum Superioris omnia relinquere, quia tunc non eſt cenſendus proprietarius Silu. vbi ſupra Azor. p. 1. lib. 12. c. 12. q. 5.

35 Vſus facti, quo religioſus vtitur re aliqua abſq; Superioris conſenſu ſaltem tacito, pugnat cum voto paupertatis. Azor. vbi ſupra q. 2.

36 Quid exteris donare poſſit religioſus priuatus; quid Superior; quæ forma ſeruanda in huiuſmodi donationibus, vide in Conſt. Clem. 8. quam ad verbum referunt Azor. vbi ſupra c. 9. q. 5. & Quarant. ver. munerum largitio, & declarat Sorb. ver. Donatio.

37 Non eſt proprietarius religioſus (intellige hic de religioſo, qui nulla regula, aut conſtitutione prohibetur pecuniam

per

per ſe, vel per alium accipere) emens libros ex pecunia ſibi donata inſcio Superiore, ſi illos penes ſe retineat tantum ad vſum, idq, palam inter cœteros libros, quos habet de Superioris licentia quidquid enim eo modo habet huiuſmodi religioſus, Superiorum voluntati, & diſpoſitioni ſubijcit Azor. vbi ſupra c. 12. q. 3.

38 Scribens litteras ſine licentia peccat contra votum obedientiæ non paupertatis. Niſi ſcriberet vana, & ſuperflua accipiens verò litteras peccat tantum contra obedientiam Sanchez c. 19. cit. num. 47. V. Nau. de regul. com. 2. num. 13.

39 Religioſus etiam ex ordine Minorũ factus Epiſcopus recuperat ius ſuccedendi parentibus, & agnatis, & adminiſtrandi bona vndequaque acquiſita dum uixerit. Sanchez lib. 7. ſum. c. 32. à nom. 26. Intellige ſi ea capacitas præcedat parentum mortem. Idem num. 33. aliàs enim ſuccedere non poteſt in eorum præiudicium, quibus ius in re iam eſt acquiſitum. Et c 3. num. 47. & ſeq. idem dicit de religioſo ordinis incapacis tranſlato ad ordinem capacem.

40 Bona profeſſi tranſeuntis ad aliam religionem, ſiue ad aliud monaſterium, aut ad Prælaturam, an pertineant ad priorem religionem, uel ſequantur perſonam: latè Pan. in c. Quod à te, de cler. coniug. & in c. In præſentia de probat. Silu. uer. Apoſtaſia q. 9. & religio 4. q. 10. Ang. uer Monaſterium parag. 5 Nau. de regul. com 4. num. 24 Couar. c. 1. de teſtam. num. 10. & 21. Azor. p. 1. lib. 12. c. 15. Roder. de regul. to. 2. q. 70. ar. 2. Sanchez ubi ſupra num. 9. Qui omnes (excepto Pan. qui uult bona patrimonialia ſequi perſonam, ſi donatio facta ſit intuitu ingreſſus, &c.) docent omnia bona profeſſi acquiſita ſiue in ſæculo, ſiue in poſteriori religione uſq; ad profeſſionem pertinere ad prius monaſterium quoad proprietatem ad Secundum uerſ. quoad uſum fructum durante uita ipſius religioſi V. c. Statutum 18. q. 1. Idem docet Anchar. in d. c. Quod à te nu. 8. Immo etiam acquiſita poſt profeſſionem in ſecunda religione, ſi tranſlatio non ſit legitimè facta Molin. de iuſt. trac. 2. diſp. 140. verſ. Quando religioſus. Quod ſi ſecunda religio ſit incapax, & tranſlatio fuit legitima bona poſt ſecundam profeſſionem acquiſita, pertinent ad eos, ad quos perueniſſent ſi huiuſmodi religioſus mortuus eſſet naturaliter. Item vers Contra verò V. Rotam coram Buratto decis. 510. 576. & 756. cum ibi notatis per Ferentill. Barbos. ad c. Licet num. 24. de regul. cum ibi cit.

41 De peculio religioſo conceſſo non ex bonis monaſterij, ſed à cognatis, vel extraneis, ſeu tempore profeſſionis reſeruato, docet Sanchez vbi ſupra nùm. 11. quod ſi illa conceſſio fuit abſoluta, manebit apud prius monaſterium. Si verò conceſſum ſit ea lege, vt monaſterium non ſe intromittat, alioqui perdat, eo caſu tranſit in ſecundum monaſterium.

42 Religioſus relinquere debet monaſterio acquiſita in Epiſcopatu titulari Sot. lib. 10. in ſi. Sed Azor. p. 1 lib. 2. c. 10. q. 7. Sanchez in ſum. lib. 7. c. 32. num. 68. docent deberi Sum. Pont. quia omnino ſolutus eſt à religionis obedientia.

43 Accipiens pecunias in pauperes diſtribuendas ſine ſuperioris licentia, licèt dans non deſignet pauperes, nec quantitatem eleemoſinæ vnicuiq; pauperi elargiendam, ſed vtrumque religioſo committat, non peccat contra votum quia non accipit, nec retinet nomine proprio, ſed alieno, & alieno nomine eas diſtribuit. Sanchez vbi ſupra dub. 1. dicens hanc ſententiam a pleriſq; viris doctiſſimis ſuæ religionis, & externis approbatam peccat tamen contra votum obedientiæ Idem lib. 4. c 11. num. 34. De hac tamen licentia non meminit Suar. de relig. to. 3. lib. 8 c. 15. nu. 15.

44 Petens eleemoſynam ſiue pro pauperibus in genere, ſiue pro certo paupere non nominando perſonam, poteſt ſibi retinere ſi pauper ſit, vel alteri pauperi applicare: ſecus ſi pro paupere aliquo determinato, ſiue petatur nomine proprio ſiue ad ipſius pauperis inſtantiam. Si tamen etiam in hoc caſu ſibi applicet, vel alteri

dei erit reus furti, non voti violati; quia nil ſibi acquirit, nec acquſiuum monaſterio detrahit Sanch. vbi ſupra a num. 6. ad fi.

45 Religioſus habens licentiam expendendi aliquam pecuniam in vſus, qui ſibi placuerint, aut in ſuas honeſtas recreationes, ſi in vſus turpes expendat, non peccat contra votum paupertatis, nec accipiens tenetur reſtituere, ſecundum Ban. 2. 2. q. 62. ar. 5. Lud. Lopez de contrac. lib. 2. c. 40. verſ. An autem religioſus: Rebell. p. 2. lib. 12. q. 4. ſect. 2. num. 6. Contrarium verius docent S. Ant. p. 2. tit. 16. c. 1, parag. 11. not. 4. Silu. religio 6. q. 7. not. 2. Azor. p. 3. lib. 4. c. 21. q. 2. vers Vlterius quæro Molin de iuſt. trac. 2. diſp. 140. verſ. Si aliquid teſtamento in fi. & diſp. 94. verſ. Si quid fornicariæ, & diſp. 276. in fi. Sanchez lib. 7. ſum. c. 19 num. 30. Sayr. cla. reg lib. 9. c. 16 Roder de regul. to. 2. q. 129. ar. 2. in g. & in ſum. p. 2: c. 40. num. 4. Suar. de relig. c. 15. cit. num. 11.

46 Translatus auctoritate Apoſtolica de religione incapaci bonorum in communi ad capacem recuperat annuum legatum ſibi antea factum; quia non eſt vnum legatū ſed plura & tot ſunt legata, quot anni l. In ſingulos, & l. Cum in annos ff. de ann. lega. Et in principio cuiuslibet anni dicitur nouum legatum, & noua oritur obligatio. Et cum ſit legatum conditionale, attenditur capacitas de tempore purificatæ conditionis, ſic multis relatis Rota coram Buratto deci. 643. & 756. num. 11.

47 Religioſus de licentia ſui ſuperioris poteſt bona ad vſum proprium retinere, & voto paupertatis non contrauenire Rota vbi ſupra vbi refert alias deciſiones, & decis. 584. in Romana Saluiani, & in alia Caputaquen. penſionis coram Andrea Silu. & alij ibi relati Silu religio 6. q. 7. V. Sanchez in ſum. lib. 5. c. 4. à num. 92. ad 102.

DE VOTO CASTITATIS

1 VOtum caſtitatis ſolemne in religioſa profeſſione, rectè docet Sanchez in ſum. lib. 5. c. 16. num. 9. nil habere proprium, ſed omnia illi eſſe communia cum voto ſimplici caſtitatis.

2 Ad duo potiſſimum obligat votum caſtitatis. Primò ad abſtinendum à coniugio. Secundò ad abſtinendum ab omni actu venereo ſiue interno, ſiue externo aduerſo caſtitati, vt à turpibus cogitationibus, delectatione moroſa, à pollutione, à turpi contactu, impudico aſpectu, & à quocumq; coitu Sanchez de matr. lib. 7. diſp. 27. à num. 19. Suar. de relig. to. 3. lib. 3 c. 4.

3 Quidquid in ſæcularibus extra coniugium eſt aliqua ratione peccatum contra caſtitatem, eſt etiam in habente votum caſtitatis, ſacrilegium Silu. religio 6 q. 8. mortale quidem in ijs ſolis actibus, in quibus huiuſmodi luxuria eſt in ſæcularibus, mortalis: Venialis autem, in quibus illa eſt venialis Leſſ. lib. 2. c. 51. num. 78. Eſt autem mortalis delectatio, licèt ſit modica, ſi deliberatè capiatur ex obiecto graui, licèt non ſit periculum pollutionis; non enim datur paruitas materiæ in venereis. Rebell. p. 2. lib. 3. q. 19. ſect. 3. Sanchez in ſum. lib. 5. c. 6. num. 12. corrigens quod prius dixerat lib. 9. de matrim diſp. 46. nu 7.

IVRAMENTVM

V. Confeſſor. Contractus. Iudicium. Mendacium. Pactum. Promiſſio Teſtamentū Votū,

1 IVramentum eſt inuocatio diuini nominis in teſtimonium S. Tho. 2. 2. q. 89. art. 1.

2 Poteſt diuinum teſtimonium eſſe in iuramento, vel explicitè, vt dicendo per Deum, vel implicitè iurando per Crucē, per Euāgelia, per Sanctos quatenus in illis diui-

an

na veritas manifeſtatur S. Tho. vbi ſup. ar. 6.

3 Iuramentum habet tres comites, primò Iudicium ſcilicet diſcretionis, vt non leuiter ſed ex neceſſaria cauſa, & pro re graui, & ſeria, & diſcretè iuretur. ſecundò Veritatem, vt id quod iuratur, falſum non ſit, & verum eſſe ſciatur, quæ dicitur veritas rei, & conſcientiæ. Tertiò Iuſtitiam, vt quod iuratur non ſit illicitum S. Tho. vbi ſupra ar. 3. glo. in c. Et ſi Chriſtus de iureiur c. 2. iuncta Glo. 22. q. 1. per tot. V: Azor. p. 1 lib. 11. c. 1. vſq; ad 6. Conrad. de contrac. q. 3. circa med.

4 Defectus primi comitis tunc eſt peccatum mort. cum interuenit contemptus & cum quis ſe exponit periculo peierandi: vel cum dubitatur vtrũ verum ſit, quod pro verò iuratur maximè in præiudicium tertij.

5 Defectus ſecundi eſt mortalis, primò quando ſcienter iuratur falſum in iudicio. Secundò extra iudicium, quando quis aduertit de falſitate, & iuramento ſimul. Vnde excuſantur à mortali iurantes ex iracundiæ impetu, ſi non aduertant S. Tho. vbi ſupra q. 98. ar. 3. ad 2. Tertiò quando aliter eſt in re, quàm in conſcientia, vt cum quis iurat verum, putans falſum: vel quando iurat falſum putatũ verum, ſi diligentiã non adhibuit; vel quandò eſt dubius tamen iurat certũ.

6 Defectus tertij eſt mortalis, primò cum quis iurat ſe facturum, aut omiſſurum aliquid, quod faciendo aut omittendo peccat mort. Neque enim ſatis eſt verum iurare, ut iuramentum ſit licitum, ſed cum iuſtitia iurare, ideſt non debet quis iurare illud uerum, quod reuelare peccatum eſt, ut cum quis occultum fratris crimen, licet uerum, reuelaret ipſum infamando, quia contra iuſtitiam facit Tolet. lib. 4. c. 21. uerſ. circa iuſtitiã. Et ſi iuramentum adiungat, ut probabilior fiat infamia, eſt peccatum mortale, quia augetur malitia contra religionem, & irreuerentia in Deum, & propterea eſt circunſtantia neceſsariò in confeſſione explicanda Suar. de relig. trac. 5, lib. 3. c, 12. num. 8. Secundò, cum quis iurat aliquid quod poteſt eſse bonum, & malum, ut cum quis uoluntatem alterius ſe facturum in genere pollicetur ſub iureiurando, animo abſolute implendi quicquid ille petierit, vt fecit Herodes. S. Ant. p. 2. tit 10. c. 4 parag. 1. Sot. de iuſt. lib 8. q. 2. ar. 2. Addunt. Silu. iuram. 2. q. 7. Ang. iuram. 5. parag 3. eſſe mort. cum quis iurat ſe non facturum opus conſilij Euangelici, vt non intrare religionem; niſi res ſit modica, quia præcluditur via Spiritui ſancto. Sed de hoc infra num. 39.

7 Triplex eſt iuramentum, Aſſertorium, quo iuratur de præterito, aut præſenti ſic eſſe, vel non eſſe. Promiſſorium de futuro, quo quis iurat ſe facturum, aut daturum Execratorium, cum aliquis ſe, aut aliquid ad ſe pertinens ad pœnam obligat, niſi verum ſit, quod dicit S. Tho. vbi ſupra art. ad 3.

8 Aſſertorium etiam in materia leui etiã ſi ſit iocoſum, aut officioſum, eſt peccatum mortale, quia adducitur Deus in teſtẽ mendacij, quod fieri nequit ſine graui iniuria, S. Th. 2. 2. q. 88. ar. 3. ad. 1. Arag. ibi ar. 2. Cai. in ſum. ver. periurium, & 2. 2. q. 89. ar. 7. Couar. in c. Quamuis peccatum p. 1. parag. 1. num. 4. & 1. var. res. c. 1. num. 2. Sot. de iuſt. lib. 8. q. 2. ar. 3. & de teg. ſecret. memb. 2. q. 7. concl. 2. in fi. Nau. in Man. c. 18. num. 3. In promiſſorio leuitas materiæ excuſat à mortali Arag. Sot. Nau. loco cit. Niſi iurans in actu iurandi intendiſſet nolle ſeruare Azor. dicit eſſe cõmunem p. 1. lib. 11. c. 4. q. 1. Et generaliter ob defectum veritatis de futuro, quæcumque ſit materia promiſſionis, etiam ſi parua ſit, & partialis Valent. to. 3. diſp. 6. q. 7. p. 3. verſ ſit tertia concluſio. & ſic intelligendi Caiet. & Couar. vbi ſup. qui abſolutè dicunt periurium in iuramento promiſſorio eſſe peccatum mort. In execratorio tunc eſt peccatum mortale, quando iurans credit punitionem, quam aſſumit, non afficituram. d. q. 89. ar. 8. Sunt verò hæc iuramenta eiuſdem ſpeciei; quia in omnibus eſt eadem ratio formalis, ſcilicet inuocatio diuini teſtimonij; quia Deus qui in omni iuramẽto teſtis adhibetur, vnus eſt.

9 Formulæ iurandi ſunt, quæ ſimpliciter ab omnibus pro iuramento habentur. Aliæ de quibus dubitatur. Aliæ quibus ad-

ditur

ditur maledictũ in Deum .i. cũ blaſphemia.

10 Primi generis ſunt quibus aliquid aſſerimus, negamus, promittimus, Deum expreſſè, vel tacitè in teſtem adducendo: vt Deum teſtor, teſtem adduco. Per Deum iuro; teſtis ſit mihi Deus. Viuit Deus vel Viuit anima mea, vel tua, Per euangelia, per Crucem, per Sanctos, per Cœlum, per animam, vitam, vel ſalutem meã, vel Patris mei. Iuro per S. Petri caput, veſtem, vel templum. Hæc vel illæ mala mihi, vel meis contingant. Ita me Deus amet, iuuet, ſeruet, liberet & alia huiuſmodi.

11 Secundi generis ſunt, Deus ſcit, Deus videt, vel audit, teſtor, vel dico coram Deo. In anima mea, in vita, ſalute, conſcientia mea, & huiuſmodi, quæ tamen ſi alicubi accipiantur pro iuramento, vim habent iuſiurandi. Item ſi ea quæ his formulis nominantur adducantur in teſtimonium, tamq; ea in quibus Deus colitur, vel veneratur vt auctor omnis veritatis.

12 Dubiæ etiam, & ambiguæ iurandi formulæ ſunt, ſicut Deus eſt veritas aut ſicut eſt filius B. V. ſicut Euangelia ſunt vera, ſic verum eſt quod dico: aut ſicut B. Franciſcus eſt innocens, ſic ego ſum mundus. hæc enim ſi ſignificent tantam eſſe veritatem in dictis noſtris, quanta eſt in Deo, aut in Euangelijs: aut tantam eſſe noſtram innocentiam, quanta eſt in B. Franciſco, ſunt blaſphemiæ iuramento coniunctæ. Si verò tantum ſimilitudinem quandam contineat; vt hoc, quod dico modo quodam verum eſt, ſicut Deus natura ſua eſt verus, tunc non eſt manifeſtè blaſphemia, quia diuinæ veritati noſtam non æquamus Azor. vbi ſupra c. 2. q. 2.

13 Tertij generis ſunt, in quibus verbum profertur, quo aliquid Deo denegatur, quod ipſi conuenit; aut affirmatur aliquid, quod in ipſum non cadit. quare blaſphemus eſt qui iurat per creaturam tanquam diuinitatis aliquid habentem, vt per Iouem, &c. Item ſi aliquid dicatur, quo quis Chriſti fidem abneget, aut à Chriſtiani religione recedat. Item cum aliquid dicitur, quo Deus vel Sancti pœnis maliuè ſubijciuntur, Item ſi per Dei, Sanctorumue membra obſcena. Sunt verò huiuſmodi tertij generis iuramenta, Renego Deum, non credo Deum, vel in Deum, Abnego fidem, Chriſma, quo ſum per Baptiſmum imbutus, quæ ſignificant defectionem à fide. Alia ſunt, quæ contumelioſam execrationem continent, vt per vitam Dei: execror, ac deteſtor Deum, Deum tædeat, doleat Deus, male Deus ſe habeat, nihil poteſt Deus: Al diſpetto, &c. & huiuſmodi alia, quibus quæ Dei ſunt, contumelioſè, inhoneſtè, ac turpiter nominantur; aut impie Deo detrahitur, quod illi conuenit. Azor. vbi ſupra, & hæ ſunt blaſphemiæ hæreticales; pertinenteq; ad officium Inquiſitionis; quamuis non animo diſcedendi à fide, ſed iræ impetu proferantur Sot de iuſt lib. 8. q. 2. art. 3. verſ. Tertio ordine.

14 Hæ locutiones, Teſtis eſt mihi Deus Deus ſcit quæ dico, ſi enunciatiuè tantum dicantur, vt ſi intendam tantum narrate veritatem, & ſimpliciter aſſeuerare Deum videre, non ſunt iuramenta. Si verò inuocatiuè. ita vt intendam Deum in teſtem inuocare, ſine dubio ſunt iuramenta Cad. 2. 2. q. 89. ar. 1. & ibi Arag. Sot. vbi ſupra ar. 1. q. 1. Quare reſpiciendum eſt ad intentionem iurantis. attenta tamen proprietate ſermonis, & communi acceptione, omnes illæ locutiones inuocatiuæ iuramenta dicuntur à Mag ſent. in 3. div. 39. S. Tho. 2. 2. q. 88. ar. 1. ad 3.

15 Per fidem meam eſſe iuramentum affirmant Silu. iuram. num. 7. Sot. vbi ſupra Negant Caiet. vbi ſupra Couar. in c. Quamuis pactum p. 1. parag. 2. num. 2. Nau. in man. c. 12. num. 5. intelligitur enim de fide humana, ſi intentio iurantis non ſit intelligere de diuina.

16 In veritate ita eſt, volunt eſſe iuramentum, Pan. in c. Et ſi Chriſtus, de iureiur. Tab ien. ver. iurare num 32. quia adducitur prima veritas Deus in teſtem. In eo tamen, qui id non intendit, abſolutè, & ex vi ſermonis non eſt iuramentum Ang iuram. 1. parag. 4. & ver. Periurium in princ. Silu iuram. 1. num. 4. Caiet. vbi ſupra ar. 6. Arag. ibi ar. 1. ad 3.

17 Per

17 Per fidem Chriſtianam. eſt iuramentum. idem enim eſt, ac per fidem Chriſti, & diuinam Couar. vbi ſupra Contrarium docent alij. quos refert, & ſequitur Azor. p.1. lib.11. c.2. parag. De ijs verò, niſi fides Chriſti intelligatur Senſus enim eſt hoc dico, vel refero ea fide quæ haberi ſolet homini Chriſtiano Idē cū dicitur in fide boni Chriſtiani aut in bona fine, in fide religioſi Sot. vbi ſup Valent. to 3 diſp. 6. q 7. q 2.

18 In conſcientia per conſcientiam putant eſſe iuramentum Silu. iuram. 1. q.5. Arag. vbi ſupra. Primum negat Sot. lib. 8. q. 1. ar. 1. Poſterius dicunt eſſe iuramentum Nau. in man. in c. 12. num 6 Graff. decis p.1. lib.2. c 14. num.7 Alij verius negant vtrumq; eſſe iuramentum; quia conſcientia proprie loquendo, non eſt idem cum anima, ſed eſt teſtimonium ſynderefis. quare idem erit, ac dicere, Ita mihi ſum conſcius: Id dico quod ſentio Arag. ubi ſupra ante ſol. tertij Sayr. cla. reg. lib. 5. c 1 num. 13.

19 Iuramentum eſt dicere Deus ſcit me dicere verū Nau. ubi ſupra num. 2. Negat Cai. ubi ſup. ar. 2. Conſulēda iurantis intentio, an inuocatiuè, uel enunciatiuè dixerit, iuxta ſuperius notata Sayr. ubi ſup nu.5.

20 Dicere Per Deum, per uitam meam, &c. ſine animo iurandi, non eſt iuramentum ſeruandum tamen propter ſcandalum Couar. ubi ſupra parag. 5. num. 2. Arag. ar. 7. ad concl. 6. Graff. ubi ſup nu. 10.

21 Iurare per creaturam non referēdo in Deum. ſed ex ipſa quantum poteſt, ueritatem confirmando, nec iuramentum eſt, nec peccatū Nau. c. 12. nu. 4. Arag. 2. 2. q. 89. ar. 1. Suar. de relig. to. 2. trac. 5 lib. 1. c. 5. nu. 8.

22 Non eſt neceſſe exprimere in confeſſione an iuramentum falſum fuerit execratorium Couar. de pact. in principio Nec an fuerit per Deum uel per creaturas, quamuis grauius ſit per Deum, quem per creaturas, ut docet S. Tho. 2. 2. q. 89. ar. 10. ad 2. & q. 98. ar. 3. ad 1. & grauius ſit per Sanctos maiores Sot. lib 8. q. 1. ar. 6. quæ intelligenda ſunt cœteris paribus: Nam ſolemniter peierare per Euangelia, grauius eſt, quem per Deum ſine ſolemnitate tam propter ſcandalum, tum propter maiorem deliberationem S. Tho. d. ar. 2. V. Suar, ubi ſup. nu. 12: & c. d 9. Cai. q 89. ar. 1. Azor. p. 1. lib 11. c. 1. & ſeqq. Sayr. cla reg lib. 5 c. 2. Sanchez in ſum. lib. 2. c. 32. num. 39.

23 Iuramentum minus obligat, quàm votum, obligatio enim voti cauſatur ex fidelitate, quam Deo debemus, vt ei promiſſum ſoluamus: obligatio verò iuramēti ex reuerentia, quam ei debemus, quia tenemur id verificare, quod propter nomen eius promittimus, at infidelitas peior eſt: quem irreuerentia S. Th. q. 89. cit. art. 8. & ibi Caiet. & Arag. Silu. iuram. 4. q. 5 Azor. vbi ſupra c. 15. q. 1. Quod ſecundum Nau. c. 12. num. 31. verum eſt quando votum principaliter fit in honorem Dei; iuramentum autem principaliter fit in vtilitatem proximi: ſecus verò quando vtrumque principaliter fit in honorem Dei, vel principaliter in vtilitatē proximi. Greg. Valent. to. 3. diſp. 6. q. 7. p. 4. quoad primum Leſſ. lib. 2. c. 42. num. 21. alij cit. docent contrarium: nempe iuramentum magis obligare, quàm votum qui enim non implet quod promiſſit cum iuramento, facit Deum teſtem falſim: hoc autem grauius eſt quem ei non ſeruare fidem in promiſſis per votum: eo enim ipſo profitetur, vel Deum neſcire quod verum eſt vel, ſi ſciat, poſſe induci, vt mendacio patrocinium ferat Adde quod iuramentum habet duplicem obligationem, ſcilicet religionis erga Deum, quæ per ſe eſt firmior, & iuſtitiæ erga hominem, cui fit iniuria, ſi violetur iuramentum: votum verò ſolo obligat Deo Melius Suar de relig. to. 2. tract. 4. lib. 2. c 5. & lib. 5. c. 4. num. 2. vbi ſententiam D. Th. veram dicit in iuramento promiſſorio, ſecus in aſſertorio. V. Sanchez in ſum. lib. 3. c. 9. num. 4.

24 Aſſuetus ſiue verè, ſiue falsò iurare, etiam cum non aduertit, peccat mort. Caiet 2. 2. q. 89. ar. 2. B Med. c. 14. parag. 4. Nec eſt abſoluendus, niſi habeat animum reſtituendi, & extirpandi, &c. cum ſit in ſtatu peccati mort. Arag. vbi ſupra ar. 4. Secundum Nau. vbi ſupra num. 6. peccat mort. ſi ſic falſum iurat vt, etiam ſi aduertiret iuraret ſed id merito improbant. Sanchez alios referens in lib 5 c. 5. num. 23. & Suar. de relig. trac. 5. lib 3. c. 7. num.

7. num. 5. Illa enim conditionalis nihil refert ad actuala peccatum, ad quod requiritur plena aduertentia, vt actus ſit voluntarius. Sot. verò de iuſt lib. 8. q. 2. ar. 1. & clarius ar 3. concl. 7. docet non peccare mort. niſi negligentia aduertendi ſit mortalis, neque huiuſmodi eſſe in ſtatu peccati mort. Hic enim non cenſetur niſi vbi illum peccati non pœnitet, vel habet animum delinquendi, vel occaſionem nõ amouet, vt ſi domo non pellat amicum; aut ſi artem exerceat ſibi periculoſam, & quæ illum in peccatum inducit. quare in caſu noſtro, modò fugiat familiaritatem illius, qui eſt cauſa iurandi, vel alias quilibet, non dicitur eſſe in ſtatu peccati. Azo. vbi ſupra c. 3. q. 3. & 4 docet iurantem ex conſuetudine, & prauo habitu ſi nullam rationem habeat eius quod iurat ſit nè verum, vel falſum, peccare mort ſi ex plena deliberatione iurat: toties enim ſe peierandi periculo exponit V S ar. vbi ſup. lib. 3. c. 5. 6. 7. & 8. & Sanchez c. 5. cit

25 Mortale eſt iurare falſum, quod craſſa ignorantia credis eſſe verum Ang. & Silu. ver periurium. Nauar. vbi ſupra num. 7.

26 Iudici non competenti, aut non ſeruanti iuris ordinem, poteſt quis iurare ſe non fuiſſe, aut dixiſſe aliquid, quod tamen fecit, intelligendo eo modo, aut animo, quo Index putat. Item cogenti facere, quod licitè non poteſt iurare poteſt ſe facturum, intelligendo, ſi tenebitur. Sicut mulier habens impedimentum, excõmunicata, quia non poteſt probare, cum in articulo mortis eam iurare oportet de ſtando cum viro Silu. iuram. 3. q. 2. Ang. eo. nu. 10. Et vi extorquenti iuramentum poteſt iurare te neſcire, ſcilicet hic, vt dicere tenearis ſufficit enim ſi habeas intentionem ſeruandi in aliquo ſenſu vero. Neque enim iurare teneris ad intentionem illius, qui perperam te ad iurandum cogit Nau c 12. num. 7. Silu. vbi ſupra *Denique* cum non teneris reſpondere ad intentionem petentis potes iurare ſecundum tuam Nau. num. 8. & in c. Humanæ aures q. 2. a num. 10. Suar. c. 10.

21 Teneris reſpondere ad intentionem petentis. Primò cum vltrò teipſum offers ad iurandum. Tolet. lib. 4 c. 21. not. 2; Secundo interrogatus a Iudice competente ſecundum ordinem iuris, vt infra ver. Iudicium num. 50. Tertio quando perſona priuata petit iuramentum ſine violentia, & cum iuſtitia: vt ſi emens interroget ſub iuramento vendentem de vitio occulto, aut iuſto pretio rei venditæ. Et quoties petitur iuramentum ob bonum finem, vt ad ſedandam controuerſiam: vt ſibi ſatisfiat, aut ſi commodato petitur res ipſi petenti aliquo modo debita Tolet. vbi ſupra. fusè Sayr. cla. reg. lib 5. c. 4. V. etiam Nau. in man. c. 12. num 8. 18. 19. & in c. Humanæ aures q. 3. num. 10 & ſeq. Silu. q. 2. cit. Ang. iuram 4. parag. 1. Sot. de iuſt lib. 8. q 5. ar 7. in quarto arg. Azor. vbi ſupra c. 4.

22 Iurãs doloſe aliter intelligẽdo, ac ille cui iuratur, nulla intercedẽte legitima cauſa peccat mort licet deſit animus iurãdi. Si tamè verba illa ſophiſtica plures patiantur ſẽſus, & in vno vera ſint, in alio falſa, à iurante verò intelligantur in ſenſu verò, extra iudicium, & in non præiudicantibus, quamuis fallere intendat, non peccat mort ad ſunt enim veritas, & iuſtitia. licet deſit iudicium Caiet. 2. 2. q. 89. ar. 7. in reſp. ad 4. Quod ſi iuramentum ſit promiſſorium, ſeruandum eſt, continetur enim ſub eo futura executio Cai. loco cit. Et quando iurans vtitur dolo, alter verò minime, debet promiſſum adimpleri ſecundum ſanam, & communem intelligentiam illius, cui iuratur c. Quæcunque. q 5. Nau. c. 12. num. 13 V. ver. Promiſſio num. 13. & Suar. de de relig. trac. 5. lib. 2. c. . & lib. 3. c. 9. & duob. ſeq. Sanchez vbi ſupra c. 10. num. 13. docet huiuſmodi doloſum non obligari in vim iuramenti, ſed tantum ratione ſcandali, & peccare mort. Et num. 14. teneri ad damna inde ſubſecuta, etiam ceſſante ſcandalo

23 Iurans ſine animo iurandi non obligatur coram Deo, quia reuera non iurat, nec iurare intendit, ſed ſimulat. & fingit ſe iurare, niſi forſan ex tali iuramento non ſeruato ſcandalum, vel iniuſtitia ſequeretur; quia tunc ratione ſcandali, & iniuſti-

tiæ

tiæ ſeruandum eſt Cou. de pact. p. i. parag. 5. num. 2. Arag. 2. 2. q. 89. ar. 7. in ſol. ad 4. conclus 6. Suar. vbi ſupra c. 8. & 9. Eſt tamen mortale peccatum, quia magna irriuerentia eſt Dei, illius nomine abuti ad decipiendum alios Suar. c. 17. num. 2. V. Sanch. in ſum. lib. 3 c. 6. num. 8 & ſeqq.

30 De illo autem qui iurauit, animo quidem iurandi, ſed non ſe obligandi Silu. iuram. 4. q. 7. verſ. 1. Ang. iuram. 5. parag. 38. Leſſ. lib. 2. c. 42. dub. 8. Sanchez vbi ſupra c. 10. num. 8. docent non teneri apponitur enim hic clauſula contra ſub ſtantiam iuramenti. Rectius tamen Caiet. vbi ſupra Sor. ar. 7. cit. Sayr. cla. reg. lib. 1. c. 16. dub. 2. Suar. alios referens d. c. 7. num. 30. contrarium docent. Obligatio enim eſt effectus naturalis iuramenti, & ideo non poteſt illam a iuramento ſemouere. Azor. vbi ſupra q. 2. docet vtramq; opinionem eſſe probabilem.

31 Mulier confeſſa adulterium ſacerdoti iurare non poteſt ſe illo crimine carere quia non eſt certa ſibi eſſe dimiſſum c. ſi. de purg. can. S. Ant. p. 2. tit. 10. c. 4. parag. 1. Silu. iuram. 2. q. 8. Poteſt tamen iurare ſecundum propriam intentionem, quia, iniuſte cogitur à marito ad iurandum Azor. vbi ſupra q. 5. Tolet. lib. 4. c. 21. Silu. iuram. 3. q. 2. Ang. iuram. 4. initio. Nau in c. Humanæ aures q. 2. & ideo poteſt vti amphibologia Nau. cit. Azor. vbi ſupra reg. 3. cõtra Sor. de iuſt. lib. 5. q. 6. art. 1.

32 Non eſt mortale iurare falſum quantum ad verba, ſed verum quantum ad intentionem remotam exigentis iuramentum; vt non venio ex tali loco, ſcilicet, peſte infecto, vt tu ſuſpicaris: etiam ſi locus ille peſte infectus ſit, tamen certò ſcis te infectum non eſſe Suar. vbi ſupra lib. 3. c. 9. num 7. Tolet. vbi ſupra Non ſum loquutus cum illa, ſcilicet quod putas Silu. q. 2. cit. Nau. d. num. 9. & in man. c. 12. num. 19. Et generaliter quoties officiales huiuſmodi concederent, aut concedere deberent ingreſſum ſi ſcirent veritatem Sil. ibidē

33 Cum credis te facere non poſſe quod iuras, peccas mort. Idem ſi non habes probabilem cauſam credendi; quia in primo deeſt veritas, in ſecundo iudicium Silu. iuram. 4. q. 45. Nau. c. 12. num. 21.

34 Mortale eſt inducere ad iurandum, quem credis falsò iuraturum c. Ille 22. q. 5. Niſi facias ordine iuris, vt pe ſona publica S. Tho. 2. 2 q. 98. art. 4. Sot. lib. 8 q. 2. ar. 4. Silu. iuram. 2. q. 9 Nau. c. 12. num. 20 & com. Ex cauſa rationabil poteſt admitti iuramentum parati iurare, quia ſe offert. Doct. cit. & alij plures, quos refert, & ſequitur vbi ſupra c. 5. dub 1 Si huiuſmodi inducens eſt Iudex non peccat cum ex officio, & lege ad id obligante teneatur Secus ſi nulla neceſſitate cogatur Sanchez in ſum. lib. 3. c. 8. num. 2. & duob. ſeqq. Perſona verò priuata peccat mort. petens extra iudiciū etiam à parato: niſi adſit iuſta cauſa petendi Idem num. 5 & ſeqq. V. Barbos. ad d. c. Ille Suar. de relig. trac. 5. lib. 3. c. 4. à num. 10. Azor. p. 1. lib. 2. c. 16. q. 6. verſ. quarta regula. & Silu. iuram 2. q. 9. Pan. in c Paſtoralis num. 6. de except. & in c. Qua fronte in fi. de appellat. Inducens ad iurandum pro tuendo iure proprio, quem ſcit falſum reipſa iuraturum, ſed bona fide deceptum, putans eſſe verum; non excuſatur à crimine periurij, Sanchez vbi ſupra c. 28. num. 30.

35 Iuramentum metu extortum obligat, etiam ſi metus ſit cadens in conſtantē, ſi ſeruari poteſt ſine diſpendio ſalutis æternæ, ſed Eccleſia facilè abſoluit, c. Si verò de iureiur. cum metus non excludat voluntarium, eſt conſenſum c. Merito 15 q. 1. Molin. de iuſt. trac. 2. diſp. 579. num. 28. Non tamen peccat mort. non ſeruando c. Verum de iureiur. Pan. verſ. in d. c. Si verò num. 10. dicit, quòd metum paſſus aut habuit animum ſe obligandi, & tunc contraueniendo peccat mort. quia afficit conſenſus, ſed ratione metus non punietur ita acriter, ſicut ſi veniſſet contra iuramentum libere præſtitum. Aut non habuit animum ſe obligandi, & non indiget quoad Deum abſolutione: quia Deus recipit iuramentum, prout ex corde procedit, vt in c. Humanæ aures 22. q. 5. peccauit tamen venialiter iurando, quia aſſumpſit nomē Dei ſine effectu: quod dicit procedere in homine

perfecto; in alijs enim vult nullum eſſe peccatum ratione metus. Aut ſumus in dubio an habuerit animum ſe obligandi, & tunc præſumendum eſt, quod non habuerit &c. licet in foro exteriori Eccleſia velit huiuſmodi iuramentum ſeruari, ne ſic daretur materia peierandi. Quod autem dicitur, ſalutis, &c. intelligit glo. in d. c. Si vero etiam ſi ſit ſalus temporis per c. Innocens parag. vlt. verſ. Quiſquis ergo 2. 2. q. 4. Intelligit Secundo ſi directè vergat in interitum ſalutis temporalis; ſecus ſi occaſionaliter, vt ſi quis aduena iuraſſet non diſcedere Roma menſe Auguſto. Idem docet Pan. in d. c. Si vero num. 2.

30 Excipe primo iuramentum de non denunciando Eccleſiæ, quia eſt contra bonum commune S. Tho. 2. 2. q. 89. ar. 7. vbi Cai. dub. vlt. Ang. iuram. 5. q. 14. & alij quod limitant Arag. ar. 7. cit. circa ſol. ad 3. Sot. lib. 8. q. 1 ar. 7. ad 3. in 3. memb. Sanchez in ſum. lib. 3. c. 27. num 12. vt non obliget, quando occurrit caſus, in quo ex præcepto tenemur ad denunciandum, vt cum crimen eſt attrox contra bonum commune. aut cum à Iudice interrogatum; aut cum crimen eſt committendum: tunc enim iuramentum de non denunciando eſt turpe & contra bonos mores naturales, propter licentiam peccandi, & ideo non obligat Suar. de regul. to. 2. trac. 5. lib. 2. c. 25. in fi. & generaliter cum iuramentum eſt de materia incapaci, & quæ honeſtè impleri non poteſt. Idem c. 10. num. 4.

31 Excipe ſecundò iuramentum adhibitum matrimonio, quod ex metum contractum nullum eſt c. Veniens de ſponſal. Arag. vbi ſupra Couar. in 4. p. 2. c. 3. parag. 5. num. 3. & com. vt teſtatur Sanchez de matr. lib. 4. diſp. 20. num. 15. Alij tamen, vt S. Bon. in 3. diſp. 39. q. 3. num. 55. & Pan. in c. 2. de ijs quæ vi num. 8. docent valere iuramentum donec à Superiore relaxetur. Non firmatur quidem matrimonium metu contractum, quia non reſtituit libertatem ad matrimonium requiſitam, at obligat, vt contrahat, ſeu non veniat contra, niſi abſolutione obtenta Pan. vbi ſupra, & in c. 2. de eo, qui duxit quam poll. quod Arag. vbi ſup. ita intelligit valere, vt non poſſit cum alia contrahere: nam poteſt cælibem vitam ducere, aut religionem profiteri. ſic etiam Caiet. in ſum. ver periurium. quidquid dicat Molin. de iuſt. trac. 2. diſp. 149.

32 Non ſeruare iuramentum promiſſorium in re leui non eſt mortale S. Ant. p. 2. tit. 10. c. 4. parag. verſ. 3. Silu. iuram. 2. q. 1. Sot. lib. 7. q. 1. ar. 1 Nau c 12 num. 10. etiam ſi res illa ſit totalis materia iuramenti Arag. vbi ſupra ar. 3. Sot. ar. 1. cit. Azor. p. 1. lib. 11. c. 5. q. 3. Suar. de relig. trac. 5. lib. 3. cap. 16. à num. 15. Nau. vbi ſupra contra Cai 2. 2. q. 89. ar. 7 & in ſum. ver. Periurium Couar. 1. var. res. c. 21. initio Tolet. lib. 4. c. 22. iu principio, & Sayr. alios referentem cla. reg lib. 5. cap. 4. à num. 28. V. Votum num. 66.

33 Iurare ſine animo implendi mortale eſt, c. 22. q. 2. Arag. vbi ſupra ar. 7. Nau. c. 12. num. 13. Defectus enim animi ad obſeruandū nō excludit vinculū iuramenti, ſed tātū rectitudinē intētionis Cai. ar. 7. cit. ad 4.

34 Iurans ſe aliquem puniturum non tenetur, ſi poſtea videat non expedire Caie. in ſum. ver. periurium parag Iuram. cominat. & 2. 2. ar. 7. cit. Sot. lib. 8. q. 1. ar. 7. vt cū mulier prius cominata punire filium, poſtea id non facit, quia commutat in melius, ne ſcilicet fletus conturbet domum. Idem vbi quis v. g. iurat non præcedere: intelligitur enim ſecundum ſanum, & commune ſenſum, quantum eſt ex ſe; neque enim de eſt veritas, cum in actu iurandi habuerit animum implendi Iam Cai. in ſum. ver. Iuram. promiſſor. Azor. vbi ſupra c. 4. q. 4. Sot. vbi ſupra excuſat ob leuitatem materiæ.

35 Iurans in alterius fauorem, eo relaxante non tenetur c. primo de iureiur. & c. 2. de ſponſal. S. Tho. 2. 2. q. 89. ar. 9. ad 2. Niſi ad honorem Dei ſpectaret; tunc enim induit rationem voti Sot. vbi ſupra ar 9. Intellige quando iurās principaliter cultum Dei reſpexit. Nam ſi non eo intuitu principaliter iurauit, ſed animo fidē ſuam alteri aſtringendi ratione amicitiæ, pot eſt alter remittere Sanchez in ſum lib 3. c. 20. num. 6. Non ceſſat verò huiuſmodi iuramenti obligatio, ſi prorogetur terminus ad ſoluendum; aut ſi eius materia in aliam commutetur

San-

Sanchez alijs relatis in ſum. lib. 4. c. 55. num. 4. & 6. Cum verò tenetur relaxare poteſt ad id compelli per Iudicem Eccleſiaſticum immo etiam per laicum, ſi is ſit laicus, & res promiſſa pertineat ad laicum forum Molin. de iuſt. trac. 2. diſp. 149. verſ. Aliud accipe. Et in caſu, quo adeſt turpitudo in recipiente Felin. in c. num. 22. de iureiur. Pan. in c. 2. num. 3. & cit.

36 An poſſit relaxari iuramentum parte non citata, & ſine cauſæ cognitione, Vide Riccium to. 2. decis. 87. & to. 4 decis. 30. Duas opiniones refert Sanchez in ſum. lib. 3. c. 21. num. 28. Vna negat, quando petitur relaxatio ad effectum agendi, & excipiendi, non autem, ſi ad tollendam omnino obligationem iuramenti, & hanc ipſe amplectitur. Altera verò affirmat ſemper requiri, de quo latè Felin. vbi ſupra, vbi ponit multas limitationes. Regulam ponit Pan in c. 1. cit. num. 28. vbi poſt multa tandem conclud it, quod vbicunq; iuramentum eſt obligatorium ex parte iurantis, ſi aliquam vtilitatem continet ex parte recipientis, numquam debet relaxari, niſi vocata parte; &, ſi aliter fiat, nulla eſt relaxatio. Niſi notoriè conſtet iuramentum continere turpitudinem ex parte recipientis, ita vt certum ſit parti abſenti nullam in hoc defenſionem competere.

37 Fraude iuductus ad iurandum, quā ſi ſciuiſſet, non iuraſſet, non tenetur c. Cum contingat de iureiur. in ant. & c. Licet eo. in 6. Silu. iuram. 4. q. 1. & 30. Couar. vbi ſupra primo 3. parag. 4. num. 2. Nau. vbi ſupra fusè, & optimè Suar. vbi ſup lib. 2. c. 11.

38 Iurans facere peccatū veniale peccat venialiter. Silu. q. 2. cit. Cai. in ſū. ver periurimu, & 2. 2. q. 89. ar. 7 ad 2. Intellige ſi omnino intendebat facere; ſi enim intendebat non peccare, eſt mortale, quia ſine veritate iurauit Tolet. lib. 4. c. 21. Azor. p. 1. lib. 11. c. 31 q. 1. Suar. vbi ſupra c, 14.

39 Iurare ſe non facturum quod melius eſt, vt non ſeruare conſilia Euangelica, volunt non eſſe mortale Cai. vbi ſupra Sot. de iuſt. lib. 2. q. 4. ar. 2. Arag. 2. 2. q. 89. ar 3. Nau. c. 12. num. 26. Alij verò, vt Ang. iuram. 5 parag. 3. Silu. iuram. 2. q. 7. volunt eſſe mortale, & concedit Azor. vbi ſupra q. 1. quando adeſt contemptus, aut cum iurans habet in animo ſe non facturum, etiam cum præcepti vim habuerint, alias non peccare mort.

40 Iuramentum ſequitur naturam primordialem contractus, cui adijcitur: atq; iuxta eius naturam, & cum eiſdem conditionibus, quas ille indiitas in ſe habet, interpretandum eſt. Iuramentum enim non auget obligationem, nec conſenſum, ſed tantum addit religionis vinculum: Vt iuramentum factum fœminæ de ea ducenda, tacitam habet conditionem, niſi illa poſtea fornicetur, aut notabiliter deformis fiat Couar. de pact. p. 1. parag. 4. num. 1. Sanchez in ſum. lib. 3 c. 17. num. 13. Vide tamen Molin. de iuſt. trac. 2. diſp. 151. ad 4 Eſt caſus in c. Quemadmodum de iureiur.

41 Non obligat iuramentum de re inepta: indifferenti, aut maioris boni impeditiua Silu. iuram, 4. q. 1. Caiet. vbi ſupra Tolet. lib. 4. c. 22. Arag. vbi ſupra ar. 4. De indifferenti intellige quamdiù indifferens eſt vt ſi quis iuraſſet non tranſire per talem domum; quamdiù tranſitus ille indiferens eſt, non obligat. Si verò ſit ad vitandam occaſionem peccati, tunc obligaret, quia non eſt de re indifferenti, ſed de re bona Doct. cit. Ang. iuram. parag. parag. 5. Nau. c. 12. num. 12. & 17. Azor. p. lib 11. c. 5. q. 1. verſ. Si quis præterea, V. ver. Votū nu. 5.

42 Iurans redire ad carcerem etiam iniuſtè occidendus, tenetur redire, quia eſt de re licita; velle enim pati etiam iniuſtum ſanctum eſt; materia verò exiſtente iuſta iuramentum non perdit vim ſuam obligatoriam. Si tamen ſit Iudicis incompetentis, aut non legitimè procedentis, non tenetur Cai. q. 89. cit. ar. 7. ad 4. verſ. Ex his autem Nau. c. 12. num. 18. Neq. ſi carcer eſt iniuſtus, Glo. in c. Paſtoralis de re iud. ver. violentiam Pan. in c. ſi verò de iureiur num. 8. vt quia priuatus alicuius latronis, vel Tyranni. Neq; ſi iurat ſine animo ſe obligandi, ſed ficte tantum animo euadendi Nau. vbi ſupra Ang. iuram. 5. parag. 37 Silu. eo q. 16. licet Cai. vbi ſupra contrarium doceat. V. Couar. 1. var. res. c. 2 Suar. de relig. trac.

5. lib. 2. c. 12. à num. 10. & Sanchez vbi ſupra c. 11. num. 34. docent teneri ſeruare iuramentum ſi præuidit periculum mortis etiam iniuſtæ, alias non teneri. Relaxat autem Epiſcopus, etiam ſi iuramentum ſit redeundi, ad carcerem iniuſtum, aut vbi poena eſt Sanchez num. 35. Suar. num. 16. Immo etiam vbi carcer, & poena mortis iuſtæ ſunt, ob naturale ius conſeruandæ vitæ Lopez inſtruc. p. 1 c. 46. Roder. in ſum. p. 1. c 40 num. 3.

43 Ciuitas mutatis ciuibus non tenetur iuramento maiorum niſi ex quadam æquitate, quia obligatio iuramenti eſt perſonalis. & ex parte iurantis non tranſit ad ſucceſſores S. Tho. 2. 2. q. 98. ar. 6. ad 4. Silu. iuram. 4. q. 2. verſ. 1. Ang. iuram. 5 parag. 40. Suar. vbi ſupra c 31. num. 11. Azor. p. 1. lib. 11. c. 8. q. 5. Tenetur tamen vi pacti, non iuramenti Couar. de pact. p. 1. parag. 5. num. 4. Pan c. Veritatis num. 3. de iureiur.

44 Iurans factum alterius tenetur dare operam vt fiat Silu. vbi ſupra q. 22. & iuram. 3. q. 3. Pan. in c. Ex reſcripto de iureiur. num. 10. Couar. vbi ſupra p. 2. parag. 5 per tot. S. Ant. p. 2. tit. 10. c. 4. parag. 1. in fi. V. ver. promiſſio num. 26.

45 Iurans parere mandatis, ſi grauetur, poteſt appellare, glo. in c. Prout nobis, & ibi Pan. num. 11. de dol. & cont. Silu. iuram. 3. q. 2. & 3 & iuram. 5. q. 6.

46 Iuramentum ad malum finem an obliget V. Votum num. 11.

47 Qui iurauit ducere vxorem poteſt ingredi religionem Silu. iuram. 3. q. 5. Ang. iuram. 4. parag. 5. aut fieri ſacerdos: ſunt enim iſta de iure excepta Sot. de iuſt. lib. 7. q. 1. ar. 3 circa fi. de quo pluro Sanchez de matr. lib. 1. diſp. 43. num. 2. & duob. & ſeq. V. Votum num. 49. Intellige niſi alicui mulieri promiſerit in particulari ſub iureiurando, quia tenetur illam ducere, nec poteſt manere in coelibatu Molin. de iuſt. trac. 2. diſp. 149. verſ. Hinc oritur. Contracto verò matrimonio poteſt ante conſumationem ingredi religionem, c. Commiſſum de ſponſal. quod glo. & Pan. ibi dicunt eſſe de conſilio, ne vulgò reputetur periurus. nam alioqui poteſt ante matrimonium ingredi, quia in omni voto ſemper intelligitur, ſi res in eodem ſtatu permanſerint. V. Sanch. in ſum. lib. 3. c. 11. num. 10. & ſeq.

48 Iuramentum non extenditur vltra veriſimiliter cogitata Silu. vbi ſupra q. 2. Ang verb. Caſus fortuitus parag. 5. Nec obligat, ſi aliquid accidat, quod ſi fuiſſet à principio, iuramentum fuiſſet temerarium Ang. iuram. 5. parag. 12.

49 Iuramentum ſeruandi ſtatuta Reip. Communitatis, &c. non extenditur ad futura, niſi id expreſſè voluerit iurans Silu. iuram. 4. q. 23. Armil. ver. Iuram. num. 37. Ang. iuram. 5. parag. 25. Azor. p. 1. lib. 11. c. 8. q 7. & alij quos refert, & ſequitur Sanchez in ſum. lib. 3. c 14 num. 1. Intellige ſecundum eundem, & alios ibi cit. niſi nouum illud ſtatutum ad veteris declarationem ederetur. Si huiuſmodi ſtatuta à maiori parte Reip. vel Communitatis non ſeruantur, reliqui minimè tenentur Azor. vbi ſupra q. 8. V. Silu. iuram. 4. q. 2. dicto 2.

50 Poteſt peti à pagano vt iuret Sot lib. 8. q. 2 ar. 3. & recipi eius iuramentum per falſos Deos: non tamen licet illum ad hoc inducere S. Th. 2. 2. q. 78. ar. 4. q 98. ar. 4 ad 4. Silu. iuram. 4. q. 4. Arag. 2. 2. q. 89. ar. 6. Nau. in man. c. 14 num. 39. & alij.

51 Iurans ſoluere debenti totidem, poteſt compenſare. niſi aliud intendiſſet: vel niſi quod ſibi debetur non eſſet liquidũ Sil. vbi ſup. q. 27. Couar. de pact. p. 2. parag. 4. num. 9 Sot. vbi ſup. q. 1. ar. 7. Azor. vbi ſu. q. 10. cõtra Pan. & alios ab eo relatos in c. Ad noſtrã de iureiur. nu. 3. Adderé ego, vel niſi debita non ſint in omnibus paria, quare ſi vnus non debet, alter verò poſt annum, non poteſt ille nunc compenſare.

52 Iurãs facere certo tempore, ſi tunc non poteſt, tenetur facere poſtea Sil. vbi ſu. q. 25. quia lapſus termini non ſuſtulit obligationem c. Cum dilecti parag. Præterea de dol. & cont.

53 Secundum iuramentum non obligat contra primum c. Intellecto de iureiur. in ant. & glo. fi. c. Licet eo. in 6. Sanchez in ſum. lib. 3. c. 17. nu. 18. Ang. iurã. parag. 6. Silu. iuram. 4. q. 12. Azor. vbi ſup. c. 6. q. 2. V. omnino Pan. in d. c. Intellecto num. 8.

74 Iuramentum de celando ſecreto intelligitur de honeſto alteri non nociuo glo. in c. Ego, de iureiur. & ibi Pan. num. 7 Silu. vbi ſupra, q. 18. Si tamen alia via non poteſt nocumentum impediri, reuelandum, id tamen ſolummodo, quod eſt neceſſarium ad remedium Nau. in man. c. 18. num. 60. & in c. Inter verba concl. 6. num. 21. & in c. Sacerdos de pœnit. d. 6. num. 24. S. Ant. p. 3. tit. 17. c. 21. parag. 2. in fi. Immo ſi producatur in teſtem cogitur reuelare, & vbi id reſpicit vtilitatem publicam Capell. Tholoſ. q. 241. cum ibi not. Pan. in c. Dilectus nu. 5. de exceſ. Præl.

55 Iurata promiſſio, ſi ſit mutua, altero nō implente, alter non tenetur c. Peruenit 2. & c. Sicut 3. parag. Iuramentum, de iureiur. etiam ſi ille non ſeruet ex neceſſitate Pan. in d. c. Sicut num. 6. Ang. iuram. 5. parag. 18. contra Silu. iuram. 4. q. 13. & veriorem dicit Sanchez in ſum. lib. 13. c. 13. c. 17. num. 16. non admittens doctrinam illam pan. in d. c. Peruenit num. 4. & Sayr. clare lib. 5. c. 5. num. 17. vt teneatur ſi illæ obligationes non ſe mutuò referantur ad inuicem, ſed ad diuerſa etiam altero deficiente. V. ver. Promiſſio num. 27.

56 Tenetur quis iurare etiam nō requiſitus, ſi agitur de magno bono publico, aut de ſeruāda vita innocētis Sot. lib. 8. q. 3. ar. 3.

57 Quod per alium feciſti iurare, non potes te non feciſſe Azor. p. 1. lib. 11. c. 8. q. 2. per l. 1. par. deieciſſe ff. de vi, & vi armata, & l. itē apud labeonē par. feciſſe ff. de iniurijs.

58 Iurans per membra Dei, quaſi Deus, vt Deus habet membra, eſt blaſphemus Silu. iuram. 2. q. 10. Arag. 2. 2. q. 89. ar. 5. & colligitur ex S. Tho. 2. 2. q. 13. ar. 1. & ex c. Si quis capillum 22. q. 1. vt illud intelligunt S. Bon. in 3. d. 39 Arag. & Silu. cit.

59 Iurans per membra obſcena Chriſti, & Sanctorum peccat mort. obijcit enim illis ea membra, tamquam turpia, & ignominioſa Cai. 2. 2. q. 13. ar. 1 & in ſum. ver. Blaſplemia Caſtr. de iuſt. hæret. pun. p. 1. c. 12. S. Ant. p. 2 tit. 10 c. 4 Sot. lib. 8 q. 2 ar. 3 concl. 1 Couar. de pact. p. 1 parag. 1 num. 6 Ang. iuram. 3 parag. 11 Arag. vbi ſupra Says. lib. 5 cit. c. 3 num. 15. Ab hac ſententia diſcordat Silu. q. 10 cit. quia, inquit, huiuſmodi membra ſunt in Chriſto, & ſāctis, nec eſt blaſphemia, vt patet ex eius definitione: Sed concordat, vt prima opinio vera ſit quoad peccatū mortale ratione maximæ irreuerentiæ, non verò quoad blaſphemiam, quia reuera nihil Deo, vel Sanctis tribuitur, quod in illis non ſit.

60 Epiſcopi, & ſacerdotes non iurant ſuper Euangelia, ſed ſuper pectus Silu. ver. Teſtis q. 6. vers. 3. Ang. eo. parag. 25. verſ. 3. quod an ſemper ſit verum, & qui caſus excipiatur, V. Pan. in c. fi. de iuram. calnu. 6, glo. in c. Vt circa, ver. corporali de elect. in 6 & in Clem. 1 parag. Porro ver. tacta de hæret.

61 Qui iurauit ſe nulli communicaturum experimentum, ſeu medicinam, non tenetur ſeruare, niſi quando docens eſt præſens, & vult vti. S. Tho quol. 11. art. 21. Silu. iuram. 4. q. 6. verſ. 6. Immo ſecundum S. Tho. peccauit iurando, quia iuramentum interpoſuit, & animum obfirmauit ad aliquod bonum non faciendum, quod eſt illicitum.

62 In omni iuramento ſemper intelligitur excepta auctoritas Superioris c. Venientes, vbi Barboſ. alios referens num. 5. de iureiur. Pan. in c. Significaſti num. 1 de elect.

63 Cum in iuramento requiritur tactus ſine illo nihil fit. Pan. in c. laudabilem de frigid. & malef. num. 3. & in c. 1. de regul. num. 2. quia quando diſpoſitio pro forma exigit tacturam, non valet actus, ſi iuramentum non fuit corporaliter præſtitum, glo. in c. Vt circa, & Clem. 1. ſupra cit.

64 Iuramentum ſuper actu infirmato præſtitum principaliter fauore iurantis, licèt ſecundariò in fauorem publicum, eſt ſeruandum, ſi nec vi, nec dolo præſtitum fuit, & principaliter in alterius præiudicium non redundat c. Cum contingat de iureiur. Vt ſi mulier iurauit non venire contra contractū alienationis rerum dotalium, ab alio factæ ipſa conſentiente. Licet enim caſus non obliget ſecundum leges, tamen tenetur ſeruare iuramentum eſt caſus d. c. Cum contingat.

65 Iurans non fideiubere non tenetur ſeruare. licet enim fideiuſſo nō ſit de præcepto; eſt tamē de conſilio, & opus ex pietate faciendū propter Deū, & amorē proximi. Nec poteſt quis ſe obligare, vt à talibus abſtineat; nec huiuſmodi obligatio acceptatur à Deo Pan. in c. Si verò de iureiur. num. 5. Felin. ibi

num. 5. Silu. iuram. 4. q. 29. p. 1. lib. 11. c. 5. q. 1. Idem dic de voto nou fideiubendi, & huiuſmodi Azor c. 14. q. 6.

66 Iurans non venire contra contractum, ſi ſit læſus vltra dimidium, & petat ſupplementum iuſti pretij, non eſt periurus, niſi expreſsè renunciauerit huic priuilegio Silu. iuran. 5. q. 5. Couar. de pact. p. 3. parag. 4. num. 9.

67 Iuramentum non obligat vltra intentionem iurantis Couar. de teſtam. p. 2. rub. num. 12 niſi interueniat dolus ex parte ipſius iurantis S. Th. 2. 2. q. 89. ar. 7. ad 4. Silu. iuram. 3. q. 2.

68 Admiſſus ad certum Collegium, vt in eo alaur ob ſtudia literarum, ſi iureiurando promittat non ingreſſurum religionum inconſulto Collegij Rectore, poteſt ingredi, petita, licet non obtenta licentia. Idem poſſunt Alumni Collegij Anglici in Vrbe, licèt iurent abſolutis literarum ſtudijs ſe in Angliam profecturos da fidem Catholicam defendendam. qui enim iuſiurandum in melius commutat periurus non eſt c. Peruenit. 2. de iureiur, & clarius cap Scriptura de voto Azor. vbi ſupra c. 5. q. 4. verſ. Ex his liquet, & ſeq. licèt Nau. conſ. 1. de regul. contrarium ſentiat in hoc poſtremo.

69 Plures caſus in quibus iuramentum non firmat contractum irreuocabiliter vide apud Anchar. in c. Acceſſorium de reg. iur. in 6 Duas regulas aſſignant Doct.

70 Prima eſt. Quoties actus in fauorem publicum principaliter prohibetur, non confirmatur iuramēto: ſecus quando principaliter in priuatā vtilitatem; licet ſecundario publicam vtilitatem contineat. Pan. in c. Cum contingat de iureiur. num. 21. vers Octauus caſus, Couar. de pacto p. 2. parag 1. num. 1 & 5. & alij plures. Exemplum primi eſt c. Si diligenti de for. cō. vbi deciditur irritum eſſe pactum quo Clericus fori priuilegio renunciat: quia id priuilegium in fauorem totius clericalis ſtatus conceſſum eſt. Exemplum ſecundi eſt in c. de pact. in 6. vbi contractus nulli fauore minorum confirmantur iuramento. Dicitur verò actus principaliter prohibitus ob bonum publicum, quando ipſum principaliter læditur, vt cum prohibetur, ne equi, arma, aut pecuniæ regno extrahantur: ſecus verò, quando lex primariò, & principaliter dirigitur in executione ad priuatam vtilitatem, & bonum communè immediatè non læditur, vt in alienatione fundi dotalis.

71 Secunda regula eſt. Quando contractus primò, & principaliter prohibetur propter priuatam vtilitatem ſemper firmatur iuramento: niſi reprobetur odio creditoris, in cuius fauorem iuratur; quia eſt turpitudo in ipſo, licet iuramentum ob reuerentiā diuini nominis ſeruandum ſit, donec relaxetur, vt in receptione vſurarum; & iuramento iniquo metu extorto Pan. & Couar. vbi ſupra Molin de iuſt. tract. 2. diſp. 515. Debet autem eſſe turpitudo de iure naturali, & diuino, vt volunt Couar. vbi ſupra parag. 2. & alij, & patet, & Ex c. Quamuis pactum de pact. in 6. Plura vide apud. Sanchez de matrim lib. 5. c. 12. vbi hanc regulam aſſignat. Quoties iuramentum abſq; peccato ſeruari poteſt, nec turpitudo reperitur in creditore, in cuius fauorem præſtatur, & non ſolā faciendi promiſſionem continet, ſed eā quæ formaliter, aut æquipollenter eſt non reuocandi contractum, firmat contractum, cui adijcitur.

72 In iuramento promiſſorio facto homini diſpenſat etiam poteſtas laica Molin. de iuſt. tract. 2. diſp 149. quando ſcilicet ille laicus eſt, idque poſtulat ciuile, ac politicum bonum; quo caſu docet cauſam iuramenti eſſe mixti fori, & quando materia iuramenti eſt ipſi poteſtati laicæ ſubiecta Sanchez lib. 3. ſum. c. 22. num. 2. & 15.

73 In dubio de validitate iuramenti interpretabitur habens Epiſcopi auctoritatem Silu. iuram. 3 q. 7. intellige ex cauſa recipientis Aug iuram. 6. initio.

74 Iuramētū aliquid faciendi, aut omittendi, intelligitur ex cauſa ſubſiſtente tēpore, legitima, vt quia eſt turpitudo ex parte, quo præſtitum eſt: ſecus ſi noua ſuperuenat c. 2. de renunciat. vbi Pan. num. 9. Anchar. num. 1. & 2. Etiam ſi renunciatio ſit iuris futuri; intelligitur enim de iure, & ſpe ex cauſa de præſent.

75 Im-

75 Impuberum iuramenta irrita ſunt Patre contradicente S. Tho. 2. 2. q. 89. ar 9. ad 3. Silu. iuram. 5. q. 7. c. Mulier. 32. q 2.

76 Pater poteſt in filij iuramenta, quæ habent ſpeciem voti, vt in vota; ſecus ſi fiant contractu, quem ille irritare non poteſt Sot. lib 8 q. 1. ar. 9. Et generaliter omnis ille, qui dominium, & poteſtatem habet in rem promiſſam vt maritus in iuramenta vxoris, & dominus in iuramenta ſeruorum S. Tho. vbi ſupra ar. 9. ad 2. Silu. q. 7. cit Sayr. cla. reg. lib. 5. c. 6. num. 5. & alij ibi citati Quod de Patre dictum eſt, ſic intellige, vt iuramentum irritare debeat ſtatim, vt cognouerit d. c. mulier. Votum verò ſecus, ſed expectare poſſit tempus pubertatis. Quod verò de vxore dicitur, intelligendum in his, quæ fieri non poſſunt ſine ſcandalo. & præiudicio virorum, vt docent Silu. Sayr. cum alijs ab eo citatis V. Pan. in c. Conſtitutus de reſcrip. num. 8. Sanch. in ſum. lib. 3. c 19. num. 2.

77 Iuramenta ei ſubſunt, cui ſubeſſent, ſi vota eſſent Cai. & Arag. q. 89. cit. art. 7. Sot. vbi ſupra Silu. iuram. 5. q. 3. & 4. Si tamen ille habeat ordinariam poteſtatem, Com. vt teſtatur Azor. vbi ſupra c. 10. q. 2.

78 In iuramento omni ex parte licito ſolus Papa diſpenſat S. Tho. vbi ſupra Quod Sanchez in ſum. lib. 3. c. 19. num. 5. poſt Sot. ar. 9. cit. intelligit tantum de æquitate. V. Pan. in c. Quanto num. 8. de iureiur. Si verò ſit dubium, an illicitum, vel nociuum; an extortum ſit vi, dolo, metu, Epiſcopus diſpenſat Silu. d. q. 3. Sot. vbi ſupra, etiamſi metus ſit leuis, non enim confirmat contractum, cum adſit turpitudo in recipiente. Sanchez de matr. lib. 4. diſp. 20. num. 9 & alij eo vitati.

79 Poteſt Epiſcopus diſpenſare in iuramentis non expreſſè, aut conſuetudine Papæ reſeruatis Sot. vbi ſupra. At ſecundum Cai. Silu. Arag. vbi ſupra Tolet. lib. 4. c. 23. poteſt tantum in illis iuramentis, in quibus poſſet, ſi vota eſſent. Sic etiam Pan. in c. Quanto de iureiur num. 8. Azor. vbi ſupra c. 9. q. 6. Sayr c 8. num. 9.

80 Iuramentum ad Dei gloriam poteſt quiſque in apertè melius commutare, cap. Peruenit 2. de iureiur. Silu. Arag. To. let. vbi ſupra Sayr. c. 8. num. 15. in fi. Cai 2. 2. q 88. ar. 12. & q. 89. ar 9. dicto 5. Couar. de pact. p. 1. parag. 2. num. 4. verſ. 6. Pan. tamen in d. c. Peruenit num. 1. & in c. Scripturæ de vot. num. 1. id non concedit, niſi quando commutatur temporale obſequium in perpetuum ingrediendo religionem. Prior tamen ſententia magis placet. V. Voti irritatio num. 16.

81 Iuramentum in alterius vtilitatem non poteſt ſine eius conſenſu etiam in melius commutari, nec eius relaxatio obtineri poteſt, quia acquiſitum eſt ius Sanch. in ſum. lib. 3. c. 12. num. 63. & quia debitor vnam rem etiam meliorem pro alia inuito creditore ſoluere non poteſt Inſt. quib. mo. toll. oblig. Silu. iuram. 5. q. 6. Couar. vbi ſupra Nec diſpenſari poteſt etiam à Papa Sayr. vbi ſupra c. 8. & 15. in fi. Niſi ex cauſa rationabili Pan. vbi ſupra Quòd ſi impetrans relaxationem ad effectum agendi, nouit eum, cui iuratum eſt, iuſtè poſſidere, nulla eſt relaxatio; quia ex falſa cauſa; & proinde peccat contra iuſtitiam, & tenetur ad damna.

82 Iuramentum non petendi diſpenſationem voti, vel iuramenti, non valet, quia illicitum Nau. in c. Accepta de reſt. ſpol. oppos 6. num. 9. & Conſil. vn. Vt Eccl. ben. ſine dim. conſ. Fel. in c. Conſtitutus de reſcrip. num. 14. Couar. de pact. p. 2. parag. 3. num. Azor. p. 1. lib. 11. c. 7 q. 6. Tutius tamen ſecundum eoſdē petere abſolutionem. Quod ſi iuraſti non vti diſpenſatione, potes, ſi ratio poſtulat, rem Prælato indicare, &, ſi diſpenſet, vti diſpenſatione Sot. lib. 8. q 1 art. 7. V. Felin, in c. Debitores de iureiur. num. 10. Monet. de commut. vlt. vol. c. 6. num. 306. & c. 9. num. 666.

83 Diſpenſatio iuramenti ſine cauſa non valet. Sot. vbi ſupra Couar. de pact. p. 2. parag. 3. num. 4. Tolet. lib. 4. c. 23. Arag. 6. q. 89. cit. ar. 9 Silu. iurā. 5. q. 2. Azor. ubi ſup. q. 3.

84 Viginti conditiones, quæ in iuramento ſubintelligūtur, uide apud Silu. iurā. 3. q. 1.

85 Iuramentum non tenet contra ſimplicem, & nudam promiſſionem; hæc enim ſeruanda, non obſtante iuramento; ut ſi pro-

promiſiſti dare Petro centum, & poſteà cum iuramento promiſiſti eadem Iacobo. Commun. ut pluribus citatis docet Azor. p. 1. lib. 11 c. 6. q. 1. Excipe uotum caſtitatis, religionis, aut ſacri ordinis; hæc enim in omni promiſſione cenſetur excepta. Idem c. 14. q. 8.

MENDACIVM.

FICTIO. FALSARE

V. EXCOM. BVLLÆ.

1 MEndacium eſt falſa uocis ſignificatio cum intentione fallendi S. Aug. contra mendacium c. 12. & habetur c. Illo ergo 22. q. 2.

2 Triplex eſt mendacium Pernicioſum Officioſum, Iocoſum. Pernicioſum eſt, quo proximo damnum infertur. Officioſum, quod potius alteri prodeſt Iocoſum quod nec prodeſt, nec obeſt. Primum ſemper eſt mortale, niſi excuſetur vel leuitate materiæ, uel indeliberatione. ſecundum, & tertium eſt ueniale, niſi interueniat iuramentum.

3 Mendacium officioſum in iudicio non eſt mortale Sot de reg. ſecr. memb. 2. q. 2. concl. 2. S. Tho 2. 2. q. 10. ar. 4. Nau c. 18. num. 3. Suar. to. 4. diſp. 22. ſect. 10. Tolet. de pecc. mort. c. 54. Arag. 2. 2. q. 69. ar. 2. verſ. Hucuſq, diximus Silu. Confeſſio 1. q. 8. Ang. eo. parag. 7. Nau. in c. Fratres de pœnit. diſt. 5. num. 20. Sot. de iuſt. lib. 5. q. 6. ar. 1. Valent. to. 3. diſp. 6. q. 13. p. 1. Nec in re parui momenti, etiam in confeſſione. Niſi huiuſmodi res parua eſſet totalis materia ſacramẽti tunc enim peccaret mortaliter non quia in re minima peccat; ſed quia ſcienter ſuſcipit abſolutionem à peccatis; cum nullam ſacramenti materiam præſtet Nauar. vbi ſupra num. 27. Tolet. lib. 3. c. 9 Azor. p. 1. lib. 5. c. 28. verſ. Ex his perſpicitur. Adde niſi interueniat iuramentum cum enim adducitur in eo. Deus in teſtem, mendacium etiam in re leuiſſima, eſt mortale Doct. cit. Cai. 2. 2. q. 69. ar. 1. & in ſum. ver. mendacium, docet omne mendacium etiam in re leuiſſima in iudicio eſſe mortale, ſiue iudicium ſit ſacramentale, ſiue forenſe. Sed non concedo l. in ſacramentali quidem, niſi cum ſupradicta limitatione. In forenſi verò, niſi interueniat iuramentum in pertinentibus ad iudicium, vt docent Ang. ver. mendacium parag. Silu. eo. q. 3. verſ. Et ſeptimò.

4 Mentiri in concione in pertinentibus ad doctrinã eſt mortale ſi ſcienter id fiat S. Tho. 2. 2. q. 110. & ar. 4. Mentitur autem qui ſcienter prædicat miracula falſa, quia mentitur contra veritatem Chriſtianæ doctrinæ: & quantum in ſe eſt, euacuat veritatem miraculorum Chriſti, & Sanctorum: Item cum Sanctorum vitas aliter fingit, quam ſint Caiet d. ar 4. Sayr. cla. reg. lib. 11. c. 2. dub. 3. Item cum mentitur circa res diuinas, & mores Silu. vbi ſupra q. 4. Et circa quodcumq. aliud, quod ad docendum, inſtruendum, perſuadendum, mouendumq; Auditorem tamquam Verbum Dei prædicatur Caiet. in ſum. ver. Prædicatorum peccata, & 2. 2. ar. 4. cit Nau. in man. c. 28. num. 141. Contra Ang. ver. mendacium parag. 4. & Roſell. ab ipſo cit. docentes non eſſe mortale mentiri in huiuſmodi pertinentibus ad doctrinam, niſi ratione ſcandali, vel contemptus doctrinæ annexi, vel niſi in his, quæ de neceſſitate facienda, vel omittenda ſunt ſecus autem ſi ex conſilio V. Sayr. & Silu. loc. cit.

5 Petenti quæ reddidiſti potes negare te accipiſſe, ſcilicet, vt petit, quaſi adhuc ſis obligatus Couar. 1. var. res. c. 7. num. 3. & 4. Azor. vbi ſupra lib. 11. c. q. 5. reg. 2. & p. 3. lib. 13. c. 25. dub. vlt. Sayr. cla reg. lib. 12. c. 2. dub. 4. licet enim vti amphibologia etiam ſola mente concepta, ſi adſit iuſta cauſa, vt multis probant Nau. in c. Inter verba concl. 6. corol. 65. num. 399. & Suar. de relig. to. 2. lib. 3. c. 10. & ſeq. trac. 5.

6 Petenti totum potes negare quod debes, ſi tantum partem debes, nec mendacium committis: Nam alioqui mendacium commit-

cōmitteres fatendo totū cū tantum partē debeas Roder in ſum. lib. c. 247, num. 3. Hieron. à Laurentio decis. Auen. 35. num. 5. Sanchez in ſum. lib. 3. c. 6. num. 33. quia propoſitio affirmatiua eſt falſa, nempe debeo centum, ergo negatiua eius contradictoria eſt vera, Azor. vbi ſupra, & alij quos refert Couar. vbi ſupra num. 5. & in ſimili defendit Nau. in c. Humanæ aures q. 2. & in man. c. 12. num. 8. & 18. num. 61. Ipſe tamen Couar. cum alijs ibidem citatis contrarium docet. Placet tamen prior ſententia V. Anchar. in c. Poſſeſſor. de reg. iur. in 6. num. 25. verſ. Iuxta prædicta, & Capell. Tholos cum ibi adnot. q. 209.

7 Non licet mentiri etiam pro defenſione alterius vitæ, etiam ſpiritualis, cap. Super eo, de vſur. & ibi Pan. num. 3. c. 1. & ſeq. 22. q. 2. S. Tho. 2. 2. q. 110. ar. 3. ad 4. Silu. ver. mendacium q. 2. Ad ſempiternam enim ſalutem nemo ducendus eſt opitulante mendacio S. Aug. contra mendacium c. 14. & habetur c. Primum 27. q. 2. vbi loquitur de mendacio officioſo, Adde ex Silu. loc. cit. & Ang. eo. parag. 3. aut ſi interueniat ſcandalum, quod aduertens non curat.

8 Fingens ſanctitatem, ſi bono fine id faciat. vt ad honorem Dei, & proximorum ædificationem, non peccat Silu. ver. ſimulatio q. 4. ſi tamen non contemnat vitam Ang. eo parag. 4. quod intelligunt Cai. in ſum. ver. Hypochriſis, & Nau in man. c. 18. num 8. quando ille non intendit per illa opera oſtendere ſe bonum: aut cum quis occultat peccatum ſuum, ne alios ſcandalizet, vt vult Silu. vbi ſupra q 3. alioqui eſt veniale etiam ſi ad aliorum ædificationem id fiat, quia non ſunt facienda mala; &c. Peccat vero mort. primo cum illa fictio eſt in damnum notabile ſpirituale, vel temporale proximi; vt cum ordinat illam fictionem ad finem facilius ſeminandi hæreſes, vel corrumpendi bonos mores, aut aſſequendi Eccleſiaſticam Dignitatem qua indignus eſt; aut etiam bona temporalia, in quibus finem conſtituit, Secundò cum vult ſanctitatem prætendere, & non curat eam adipiſci Ang. Silu Cai. & Nau. vbi ſupra Azor. p. 3. lib. 13. c. 4.

9 Falſarius monetæ non eſt qui tondet exuperantem, peccat tamen mortaliter, & tenetur reſtituere Principi, vel Communitati materiam ablatam aut ei. qui monetam cudit, ſi eius intereſt. P. Nau. de reſt. lib. 3. c. 1. num 325. Silu. ver falſarij q. 8. Nau. in man. c. 17. num 168. contra Ang. ver. falſarius parag. 9 qui concedens huiuſmodi non eſſe falſarium, dicit quod ſi nolit abſtinere, non credit eum eſſe extra ſtatum ſalutis; ergo conſequenter ſecundum eum non peccat mort nec tenetur reſtituere, & licet hæc opinio ſit contra communem, maximè ſi materia ablata ſit notabilis, cum ipſe tondens nullum ius habere videatur id faciendi ea tamen ratione fortè ſuſtineri poteſt, quia vbi Princeps, aut cudens alienauit monetam, iam non eſt ſua, ſed ementis, & ſic cudens nullum patitur detrimentum. Emens vero cum factus ſit dominus illius monetæ, ſicut poteſt ex ea ſic exuperante conflare vaſa, eaque vendere abſq; eo quod cudenti, aut Principi in aliquo teneatur, ita poteſt tondere quia ſufficit ſi illam expendat in iuſto pondere.

10 Qui tondent non exuperantem, aut quouis modo minuunt à iuſto pondere, tenentur damnificatis, aut, ſi illos ignorent, pauperibus, Ang. Silu. & Nau. vbi ſupra P. Nau. num. 238. Limitat Conrad. de contrac. q. 56. coroll. 3. vt radens non exuperantem ad nihil teneatur, quando eius generis pecunia, quæ communiter ſolet expendi, eſt valde diminuta, & ſuam integram expendere non poteſt niſi vt diminutam. Si tamen propter huiuſmodi raſuram Reſp. interdiceret pecuniam ſic diminutam, radens tenetur damnificatis.

11 Ignoranter accipiens falſam monetam, & ſcienter expendens, tenetur damnificato ad reſtitutionem Silu. vbi ſupra q. 6. Ang. eo parag. 4. Igitur ex eorum ſententia, ſi eadem bona fide in alium tranſtulit, non tenetur. Sed contrarium docent P. Nau. num. 312. M. Nau. in man. c. 17. num. 167. Error enim meus nulli nocere debet, ſed error ſuos tenere debet

auctores. Excuſatur certè à peccato ignoranter expendens huiuſmodi monetam, ſed non ideò liberatur ab obligatione reſtituendi ceſſante bona fide. V. ver. pecunia num. 16.

12 Falſa moneta eſt, quæ nō ſit legitima materia. pondere, ſigno, aut publica auctoritate Silu. Ang. P. Nau. vbi ſupra Couar. coll. vet. numiſ. c. 8. num. 1.

13 Princeps, ſi indiget, poteſt monetæ pondus paulum imminuere, modò ſine præiudicio non ſubditorum, & etiam multum cum conſenſu ſaltem maioris partis Magnatum Silu. vbi ſupra q. 7. Hoc vltimum non concedit ſic abſolutè Pan. in c. Quanto de iureiur. num. 11. cum tractetur de præiudicio ſingulorum, Priorem ſententiam concedit Innoc. relatus à Pan. modò non ſpargatur extra Regnum; quia licet cum conſenſu ſui populi id poſſit, quia quilibet poteſt renunciare iuri ſuo; id tamen non poteſt cum damno non ſubditorum. Ang. vbi ſupra parag 6 dicit requiri conſenſum populi; nec ſufficere Magnatum: Niſi populus ex alia cauſa alleuiaretur ab angarijs. At P. Nau. num. 333. Innoc. Secutus docet nullam extraneorum habendam eſſe rationem quia exteri nō tenentur recipere illam monetam in eo valore, quo vtuntur qui percuſſerunt, cum ſubditi non ſint. ſed aliam æſtimationem imponere poſſunt pro ratione veri valoris illius numiſmatis à vero pondere, & hoc placet.

14 Conuento ſuper mutuo à ſe ſoluto non licet falſum ſolutionis inſtrumentum producere Couar. 1. var. res. c. 2. num. 3. parag. Cœterum.

LIBER

LIBER QVARTVS

Dominium. Subiectio. Tyrannus.

V. Bellum. Iudicium. Locatio. Obedientia. Officium. Pactum. Reſpublica.

DOMINIVM eſt ius habendi, poſſidendi, fruendi, & vtendi aliqua re pro libito volũtatis, ſimpliciter, vel ſecundũ aliquem determinatum modũ, ex quadam Superioritate Silu. ver. dominium, initio Vel eſt ius perfectè diſponendi de re corporali, niſi lege prohibeatur Bart in l. Si quis vi parag differentia ff. de acqu. poſſ.

2 Dominium acquiritur etiam ſine appræhenſione per ſolam traditionem veram, vel fictam, l. Traditionibus C. de pact. Excipitur primò Eccleſia, quæ etiam ſine traditione acquirit dominium. ſic reliqua pia, l. Vt inter diuinum C. de ſacr. ſan. Ecc. Secundò Hæres adita hæreditate, cum videlicet hæres eam acceptat, & profitetur ſe velle hæredem eſſe Inſt. de hæred. qual. parag. fi. Tertiò legatum in ſingulari Couar. in c. Rainaldus de teſtam. parag. 1. num. 1. Ficta traditio fit multis modis Primò per viſum. l. Quod meo parag. Si venditore ff. de acq poſſ. Secundò per traditionem ſcripturæ, qua conſter de titulo, & iure primi poſſeſſoris l. 1. C. de donat non tamen per ſcripturam de nouo confectam, qua venditor dicat ſe tradere venditori Molin. diſp. 13. citan. Tertiò per traditionem clauis eius domus, in qua res vendita continetur. l. Clauibus ff. de contrah. empt. modò ſit præſens dicta domus, Molin. de iuſt. trac. 2 diſp. 13. verſ. Tertius caſus, & modo ex iuſta cauſa tradatur, vt emptionis, donationis, & ſimili, quæ apta ſit dominium transferte. Secus ſi ex cauſa cuſtodiæ Mynſinger. Inſt. de rer. diuis. parag. Si quis merces. Quartò ſi venditor reſeruet ſibi Vſumfructum rei venditæ l. Quiſquis; & l. Si quis argentum parag. ſed ſi quidam C. de donat. Quinto cum venditor conſtituit ſe eius rei conductorem ab emptore Sexto quando res vendita reperitur penes emptorem l. Siue autem, verſ. Si quis ff. de public. in rem act. Septimo, quando rei venditæ apponitur cuſtodia ex parte emptoris. l. Quarumdam rerum ff. de acqu. poſſeſ. Octauo quando in inſtrumento alienationis venditor conſtituit ſe poſſeſſorem nomine ementis l. Quod meo cit. Ias. in l. Quoties C. de rei vendic. num. 14. Pan. in c. Cum veniſſent de reſt. ſpol. num. 12. Couar. 3. var. res. c. 16 à num. 7. Nono, quando de voluntate alienantis emptor per ſe, vel per alium ſignat rem emptã: vt ſi quis emeret duas oues ex grege, eaſque ſignaret, l. Quarundam cit. Varios modos acquirendi dominium ponit Inſt. de rer. diuis ad fi. tit. & ibi Mynſing.

3 Homo eſt dominus propriæ famæ, & honoris, non tamen poteſt ſine cauſa negligere S. Tho. 2. 2. q. 73. ar. 4. ad 1. Sot. de iuſt. lib. 5. q. 10. ar. 2. & de teg. ſecr. memb. 1. q 3. Turrecr. in c. Non ſuit. 10. q. 3. Nau. c. Inter verba concl. 2. num. 10. & 15. & in man. c. 18 num. 28 Couar. 1. var. res. c. 2. num. 8. V. Reſt. c. 12. num. 5.

4 Perſona publica non eſt domina famæ; quia eius infamia vergit in aliorum perniciem V. vbi ſupra.

5 Princeps poteſt compellere bonos ad ſuſcipienda officia publica S. Tho. opuſc. 21. ad Duciſſ. Brabant.

6 Princeps poteſt exigere à populo vltra ſolitum ob Reip. vtilitatem S. Tho. vbi ſupra Silu. ver. dominium q. 5.

7 Poteſt ex cauſa iuſta reſiſtere electioni factæ per Papam, vt ſi eligatur Epiſcopus ſuſpectus, &c Pan in c. Quod ſicut de Elect. num. 7. & in c. Super his de accus. num. 13. Aut ſi beneficia ſimoniacis conferantur Molin. de iuſt. tract. 2. diſp. 31. concl. 2 Poteſt etiam ſecundum Couar. pract. qq. c. 35. num. 6. Cened ad Decretal. collect 5. num. 3. & alios ibi relatos populos ſibi ſubiectos, & oppreſſos à Iudicibus Eccleſiaſticis defendere, & obuiare abuſui notorio Eccleſiaſticæ poteſtatis. de quo vide Nau. in c. Cum contingat de reſcript. remed 1. per tot. Molin. vbi ſupra diſp. 103. Verum Couar. ſententiam falſam omnino eſſe multis probant Azor. p. 1. lib. 5. c. 12. & 14. & Alter. de cenſur. to. 1. lib. 5. diſp. 15. c. 3. & Barbos. ad c. Eccleſia S. M. de conſtit. contraria diluens per c. Qualiter de iudit. quod abrogatum fuit ius antiquum, ſiuè ciuile, ſiuè canonicum, quatenus concedebat Iudicibus ſæcularibus defendendas eſſe cauſas Clericorum in caſu negligentiæ Epiſcopi. Idem ſentit Pan. in d. c. Qualiter num. 7. Quoad priorem partem quam defendit Salon. 2. 2. q. 67. ar. 1. contr. 1. in fi. quando ſubditis, licet Clerici ſint, alia nō ſuppetit via ſe eximendi ab iniuſta vexatione. quo caſu etiam Clerico licet appellare ad Iudicem ſæcularē, exemplo S. Pauli appellantis ad Cæſarem. Sed hanc etiam opinionem pluribus refellit Alter. vbi ſupra.

8 Princeps exigens pedagia tenetur facere itinerà ſecura; alioqui ſi ex eius negligentia committantur furta, tenetur ad reſtitutionem, aut ſaltem maleſactorem exhibere Ang. ver. Pedagium parag. 8. per c. Dominus 23. q. 2. & c. Adminiſtratores q. 5. eadem cauſa Azor p. 3. lib. 5. c. 23. q. 4.

9 Non poteſt aliquid agere in præiudicium populi ipſius conſenſu non requiſito c. Quanto de iureiur. vbi Pan. num. 1. Hoſt. in ſum. de pœn. parag. fin. vbi quod Princeps per ſe non poteſt componere de damnis populo datis ratione belli. de quo Molin vbi ſupra diſp. 113. Item non poteſt ſine populi conſenſu mutare monetam: niſi id conſueuiſſet facere tanto tempore, cuius initij memoria non exiſtat. Mart. de laude de augm. mon. q. 8. Item non poteſt ad libitum diſpenſare de ſubſtantia ſubditorum Pan. vbi ſupra Arag. 2. 2. q. 62. ar. 3 Molin vbi ſupra diſp. 25. Principem enim non poſſe ſine rationabili cauſa tollere à ſubditis ius quæſitum, pluribus docet Marchin. de peſte p. 7. c. 10. dicens contrariam ſententiam a recta, & ſana Theologia eſſe prorſus alienam. Principatus enim eſt de ſolo iure gentium, quæ Principes ad bonorum ſuorum defenſionem non verò ad deſtructionem, aut iniuſtam oblationem elegerunt, & contraria argumenta optime confutat. Cum autem ex cauſa id facit, retribuere debet poſſeſſori æſtimationem Monet. de commut. vlt. vol c. 9. num. 563. & duob ſeqq.

10 Poteſt Princepes ex cauſa rem vnius alteri dare Capicc. decis. 41. num. 13. Felin. c. Quæ in Eccleſiarum de conſtit. num. 28. & ſeqq. Nau. de cenſib. conſi. 6. Ang. ver. Princeps num. 1. Intellige pretio, & æſtimatione poſſeſſori retributa: aliàs minimè poteſt, etiam de plenitudine poteſtatis, vt de communi teſtantur Monet. vbi ſupra num. 562. & ſeq. Molin de iuſt. tract. 6. diſp. 174. vers. Illud etiam Fel. loc. cit. & ibi Pan. num. 11. & alij relati d. num. 563. ſi tamen cauſa illa ceſſat, debet res ipſa reſtitui Fel. num. 29. Eſt autem cauſa legitima fauor publicus. Poteſt etiam aliquem locum communem Reipublicæ proprio vſui dedicare Sot. de iuſt. lib. 4. q 6. ar. 4. Et ex cauſa rationabili rē Eccleſiæ immobilem cum alia immobili permutare, modo ſaltem ſit æqualis; cap. Si Princeps de rer. permut.

11 Non poteſt Princeps venire contra contractum ſuum Ang. & Silu ver. Princeps. Grāmat. decis. 65. num. 27. Pan. in c. 1. de probat. num. 1. Felin. ibi, & in d. cap. Quæ in Eccleſiarum vers. limita

ſecundo Azor. p. 1. lib. 5. c. 11. q. 1 verſ. In hac itaq. nec reuocare priuilegium remuneratorium, niſi adſit iuſta cauſa Gram. loc cit. Felin. in c. Nouit, de iudic. num. 32. Nec Priuilegium gratis conceſſum vbi per illud acquiſitum eſt dominium alicuius rei Fel. ibidem num. 8. Nec priuilegium, quod tranſit in vim contractus. Niſi conceſſiſſet ſuam iuriſdictionem: quia in huiuſmodi conceſſione ſemper intelligitur excepta autoritas ſuperioris Fel. num 5. & 6.

12 Rex tenetur pro populo vitam ponere Sot de iuſt. lib. 5. q. 1. ar. 8. & lib. 10. q. 3. ar. 4.

13 Domini tenentur de damno ab Officialibus dato, ſi, cum poſſint ſine ſuo, & Reip periculo, ea non impediunt Silu. reſt. 3. q. 5. verſ 5 V. Annot. ad Capell. Thol. 196. De damno verò dato à Mancipio non tenetur Dominus in foro conſcientiæ ante condemnationem, niſi inde factus ſit locupletior, aut iuſſerit, conſuluerit, aut ſciuerit, & cum poſſet, non impedierit. quo caſu tenetur ad damna, & pœnas, licet Mancipium alienauerit, aut manumiſſerit poſt delictum. Poteſt tamen Dominus adiuuare fugientem poſt delictum, occultareq. ac in locum tutum transferre, vbi delictum meretur pœnam mortis, mutilationis, aut flagellorum. Quòd ſi alienauit titulo oneroſo, tenetur poſteriori domino tamquam de re vitioſa Molin. de iuſt. trac. 2. diſp. 711. & 713. Rebell. de reſt. lib. 2. q. 10. in fi. Azor. p. 2. lib. 2. c 38. q. 10. in fi. Azor. p. 2. lib. 2 c. 38. q. 10. V. l. 2. ff. de noxal. act. & l. Si ſeruum C. eo.

14 Gubernare principaliter ob diuitias, aut gloriam mortale non eſt Nau. c. 25. num. 1. V. S. Tho. de regim. Princ. lib. 1. c. 17. & ſeq.

15 Domini tenetur corrigere mala publica ſi poſſunt ſine ſcandalo, aut damno Reipublicæ Ang. ver. Iudex parag 7. Nau. c. 25. num. 8.

16 Poſſeſſio eſt corporalis rei detentio corporis, & animi, & iuris adminiculo concurrente. Et eſt duplex Naturalis, cum quis eſt in re ſua, vel eius parte: vel ſaltem videt rem, vel eius partem in conſpectu verbis, vel factis eam defenſurus. Ciuilis, cum quis, nec eſt in re, nec res in conſpectu eius, ſed poſſeſſionem ſolo animo tenet: & rem retinet de iure vero, vel præſumpto Eſt etiã poſſeſſio mixta quam quis, & corpore & animo iuſtè & conuenienter iuri ciuili habet. Quaſi poſſeſſio eſt incorporalium, vt iurium, & ſeruitutum, quæ corporaliter apprehendi non poſſunt Silu. ver. poſſeſſio. Hæc autem quaſi poſſeſſio incorporalium, vt iuris eligendi. præſentandi, vel conferendi, acquiritur per vnicũ actum, vt plurimos congerens, & contraria diluens docet Barbos. ad c. Querelam de elect. à num. 10. ad 14. Ad hoc autem requiritur Primo quod Electio ſit confirmata. & plerumq; ſuum effectum fuerit ſortita: factũ enim non reputatur id quod non habuit effectũ. Secũdo, quod vſus iſte, quo acquiritur huiuſmodi quaſi poſſeſſio exerceatur iure proprio. Tertio, vt acquiratur ſcientibus ijs, quibus præiudicatur. Eſt enim generaliter receptũ, iurium incorporalium quaſi poſſeſſionẽ minimè acquiri poſſe, niſi ſciente & patiente aduerſario. Rot. corã Card. Lancell. apud Farin. to. 1. decis. 110. num. 6. & decis. 547. coram Damaſc. & quia huiuſmodi quaſi poſſeſſio, traditionem, vel patientiam requirit, & in ea formaliter conſiſtit. Quarto quòd adſit bona fides vtentis, vt de com. teſtatur Barbos vbi ſupra num. 18. Quinto, quòd talis actus ex quo prætenditur acquiſita poſſeſſio, ſit clarus, & certus, non verò turbidus dubius, & obſcurus Rota in vna Taruiſana plebis, 5. Iunij 1587. coram Bubulo. Hæc omnia colligit Barbos. loc. cit. quem etiam vide ad c. Conſultationibus num. 6. de Iurepatr.

17 Poſſeſſio rei, quæ in nullius eſt bonis, requirit appræhenſionem Molin. tract. 2. diſp. 12.

18 Poſſeſſor non tenetur relinquere ius ſuum ad dictum executoris. eius enim poteſtas procedit tantum contra reſtitutionem de facto, non autem de iure Rota diuerſ. 204.

18 Poſ-

ditur maledictū in Deum .i. cū blaſphemia:

10 Primi generis ſunt quibus aliquid aſſerimus, negamus, promittimus, Deum expreſſè, vel tacitè in teſtem adducendo: vt Deum teſtor, teſtem adduco. Per Deum iuro; teſtis ſit mihi Deus. Viuit Deus vel Viuit anima mea, vel tua, Per euangelia, per Crucem, per Sanctos, per Cœlum, per animam, vitam, vel ſalutem meā, vel Patris mei. Iuro per S. Petri caput. veſtem, vel templum. Hæc vel illæ mala mihi, vel meis contingant. Ita me Deus ametꝫ, iuuet, ſeruet, liberet & alia huiuſmodi.

11 Secundi generis ſunt, Deus ſcit, Deus videt, vel audit, teſtor, vel dico coram Deo. Iu anima mea, in vita, ſalute, conſcientia mea,& huiuſmodi, quæ tamen ſi alicubi accipiantur pro iuramento, vim habent iuſiurandi. Item ſi ea quæ his formulis nominantur adducantur in teſtimonium, tamq; ea in quibus Deus colitur, vel veneratur vt auctor omnis veritatis.

12 Dubiæ etiam, & ambiguæ iurandi formulæ ſunt, ſicut Deus eſt veritas aut ſicut eſt filius B. V. ſicut Euangelia ſunt vera, ſic verum eſt quod dico: aut ſicut B. Franciſcus eſt innocens, ſic ego ſum mundus. hæc enim ſi ſignificent tantam eſſe veritatem in dictis noſtris, quanta eſt in Deo, aut in Euangelijs: aut tantam eſſe noſtram innocentiam, quanta eſt in B. Franciſco, ſunt blasphemiæ iuramento coniunctæ. Si verò tantum ſimilitudinem quandam contineat; vt hoc, quod dico modo quodam verum eſt, ſicut Deus natura ſua eſt verus, tunc non eſt manifeſtè blasphemia quia diuinæ veritati noſtam non æquamus Azor. vbi ſupra c. 2. q. 2.

13 Tertij generis ſunt, in quibus verbum profertur, quo aliquid Deo denegatur, quod ipſi conuenit; aut affirmatur aliquid, quod in ipſum non cadit. quare blasphemus eſt qui iurat per creaturam tanquam diuinitatis aliquid habentem, vt per Iouem, &c. Item ſi aliquid dicatur, quo quis Chriſti fidem abneget, aut à Chriſtiani religione recedat. Item cum aliquid dicitur, quo Deus vel Sancti pœnis maliſuè ſubijciuntur. Item ſi per Dei, Sanctorumue membra obſcena. Sunt verò huiuſmodi tertij generis iuramenta, Renego Deum, non credo Deum, vel in Deum, Abnego fidem, Chriſma, quo ſum per Baptiſmum imbutus, quæ ſignificant defectionem à fide. Alia ſunt, quæ contumelioſam execrationem continent, vt per vitam Dei: execror, ac deteſtor; Deum, Deum tædeat, doleat Deus · male Deus ſe habeat, nihil poteſt Deus: Al diſpetto, &c. & huiuſmodi alia, quibus quæ Dei ſunt, contumelioſè, inhoneſtè, ac turpiter nominantur; aut impie Deo detrahitur, quod illi conuenit. Azor. vbi ſupra, & hæ ſunt blaſphemiæ hæreticales; pertinentq; ad officium Inquiſitionis; quamuis non animo diſcedendi à fide, ſed iræ impetu proferantur Sot. de iuſt. lib. 8. q. 2. art. 3. verſ. Tertio ordine.

14 Hæ locutiones, Teſtis eſt mihi Deus Deus ſcit quæ dico, ſi enunciatiuè tantum dicantur, vt ſi intendam tantum narrare veritatem, & ſimpliciter aſſeuerare Deum videre, non ſunt iuramenta. Si verò inuocatiuè. ita vt intendam Deum in teſtem inuocare, ſine dubio ſunt iuramenta Cad. 2. 2. q. 89. ar. 1. & ibi Arag. Sot. vbi ſupra ar. 1. q. 1. Quare reſpiciendum eſt ad intentionem iurantis. attenta tamen proprietate ſermonis, & communi acceptione, omnes illæ locutiones inuocatiuæ iuramenta dicuntur à Mag ſent. in 3. div. 39. S. Tho. 2. 2. q. 88. ar. 1. ad 3.

15 Per fidem meam eſſe iuramentum affirmant Silu. iuram. num. 7. Sot. vbi ſupra Negant Caiet. vbi ſupra Couar. in c. Quamuis pactum p. 1. parag. 2. num. 2. Nau. in man. c. 12. num. 5. intelligitur enim de fide humana, ſi intentio iurantis non ſit intelligere de diuina.

16 In veritate ita eſt, volunt eſſe iuramentum, Pan. in c. Et ſi Chriſtus, de iureiur. Tabien. ver. iurare num 32. quia adducitur prima veritas Deus in teſtem. In eo tamen, qui id non intendit, abſolutè, & ex vi ſermonis non eſt iuramentum Ang iuram. 1. parag. 4. & ver. Periurium in princ. Silu iuram. 1. num. 4. Caiet. vbi ſupra ar. 6, Arag. ibi ar. 1. ad 3.

17 Per

Digitized by Google

17 Per fidem Chriſtianam, eſt iuramentum. idem enim eſt, ac per fidem Chriſti, & diuinam Couar. ubi ſupra Contrarium docent alij. quos refert, & ſequitur Azor. p. 1. lib. 11. c. 2. parag De ijs verò, niſi fides Chriſti intelligatur Senſus enim eſt hoc dico, vel refero ea fide quæ haberi ſolet homini Chriſtiano Idẽ cũ dicitur in fide boni Chriſtiani aut in bona fine, in fide religioſi Sot. vbi ſup Valent. to 3 diſp. 6. q 7. q 2.

18 In conſcientia. per conſcientiam putant eſſe iuramentum Silu. iuram. 1. q. 5. Arag. vbi ſupra. Primum negat Sot. lib. 8. q. p. ar. 1. Poſterius dicunt eſſe iuramentum Nau. in man. in c. 12. num 6 Graff. decis p. 1. lib. 1. c. 14. num. 7 Alij verius negant utrumq; eſſe iuramentum; quia conſcientia proprie loquendo, non eſt idem cum anima, ſed eſt teſtimonium ſynderesis. quare idem erit, ac dicere, Ita mihi ſum conſcius: Id dico quod ſentio Arag. ubi ſupra ante ſol. tertij Sayr. cla. reg. lib. 5. c 1 num. 13.

19 Iuramentum eſt dicere Deus ſcit me dicere verũ Nau. ubi ſupra num 2. Negat Cai. ubi ſup. ar. 2. Conſulẽda iurantis intentio, an inuocatiuè, uel enunciatiuè dixerit, iuxta ſuperius notata Sayr. ubi ſup nu. 5.

20 Dicere Per Deum, per uitam meam, &c. ſine animo iurandi, non eſt iuramentum ſeruandum tamen propter ſcandalum Couar. ubi ſupra parag. 5. num. 2. Arag. ar. 7. ad concl. 6. Graff. ubi ſup nu. 10.

21 Iurare per creaturam non referẽdo in Deum. ſed ex ipſa quantum poteſt, ueritatem confirmando, nec iuramentum eſt, nec peccatũ Nau. c. 12. nu. 4. Arag. 2. 2. q. 89. ar. 1. Suar. de relig. to. 2. trac. 5 lib. 2. c. 5. nu 8.

22 Non eſt neceſſe exprimere in confeſſione an iuramentum falſum fuerit execratorium Couar. de pact. in principio Nec an fuerit per Deum uel per creaturas, quamuis grauius ſit per Deum, quem per creaturas, ut docet S. Tho. 2. 2. q. 89. ar. 10. ad 2. & q. 98. ar. 3. ad 1. & grauius ſit per Sanctos maiores Sot. lib 8. q. 1. ar. 6. quæ intelligenda ſunt cœteris paribus. Nam ſolemniter peierare per Euangelia, grauius eſt, quem per Deum ſine ſolemnitate tam propter ſcandalum, tum propter maiorem deliberationem S. Tho. d. ar. 2. V. Suar, ubi ſup. nu. 12. & c. d 9. Cai. q 89. ar. 1. Azor. p. 1. lib 11. c. 1. & ſeqq. Sayr. cla reg lib. 5 c. 2. Sanchez in ſum. lib. 2 c. 32. num. 39.

23 Iuramentum minus obligat, quàm votum, obligatio enim voti cauſatur ex fidelitate, quam Deo debemus, vt ei promiſſum ſoluamus: obligatio verò iuramẽti ex reuerentia, quam ei debemus, quia tenemur id verificare, quod propter nomen eius promittimus, at infidelitas peior eſt: quem irreuerentia S. Th. q. 89. cit. art. 8. & ibi Caiet. & Arag. Silu. iuram. 4. q. 5 Azor. vbi ſupra c. 15. q. 1. Quod ſecundum Nau. c. 12. num. 31. verum eſt quando votum principaliter fit in honorem Dei; iuramentum autem principaliter fit in vtilitatem proximi: ſecus verò quando vtrumque principaliter fit in honorem Dei, vel principaliter in vtilitatẽ proximi. Greg. Valent. to. 3. diſp. 6. q. 7. p. 4. quoad primum Leſſ. lib. 2. c. 42. num. 21. alij cit. docent contrarium: nempe iuramentum magis obligare, quàm votum qui enim non implet quod promiſſit cum iuramento, facit Deum teſtem falſum: hoc autem grauius eſt quem ei non ſeruare fidem in promiſſis per votum: eo enim ipſo profitetur, vel Deum neſcire quod verum eſt: vel, ſi ſciat, poſſe induci, vt mendacio patrocinium ferat Adde quod iuramentum habet duplicem obligationem, ſcilicet religionis erga Deum, quæ per ſe eſt firmior, & iuſtitiæ erga hominem, cui fit iniuria, ſi violetur iuramentum: votum verò ſolo obligat Deo Melius Suar de relig. to. 2. tract. 4. lib. 2. c 5. & lib. 5. c. 4. num. 2. vbi ſententiam D. Th. veram dicit in iuramento promiſſorio, ſecus in aſſertorio. V. Sanchez in ſum. lib. 3. c. 9. num. 4.

24 Aſſuetus ſiue verè, ſiue falsò iurate, etiam cum non aduertit, peccat mort. Caiet 2. 2. q. 89. ar. 2. B Med. c. 14. parag. 4. Nec eſt abſoluendus, niſi habeat animum reſtituendi, & extirpandi, &c. cum ſit in ſtatu peccati mort. Arag. vbi ſupra ar. 4. Secundum Nau. vbi ſupra num. 6. peccat mort. ſi ſic falſum iurat vt, etiam ſi aduerteret iuraret ſed id merito improbant. Sanchez alios referens in lib 5 c. 5. num. 23. & Suar. de relig. trac. 5. lib 3. c.

7. num. 5. Illa enim conditionalis nihil refert ad actuala peccatum, ad quod requiritur plena aduertentia, vt actus ſit voluntarius. Sot. verò de iuſt lib. 8. q. 2. ar. 1. & clarius ar 3. concl. 7. docet non peccare mort. niſi negligentia aduertendi ſit mortalis, neque huiuſmodi eſſe in ſtatu peccati mort. Hic enim non cenſetur niſi vbi illum peccati non pœnitet, vel habet animum delinquendi, vel occaſionem nõ amouet, vt ſi domo non pellat amicum; aut ſi artem exerceat ſibi periculoſam, & quæ illum in peccatum inducit. quare in caſu noſtro, modò fugiat familiaritatem illius, qui eſt cauſa iurandi, vel alias quaſlibet, non dicitur eſſe in ſtatu peccati. Azor. vbi ſupra c. 3. q. 3. & 4 docet iurantem ex conſuetudine, & prauo habitu ſi nullam rationem habeat eius quod iurat ſit nè verum, vel falſum, peccare mort ſi ex plena deliberatione iurat: toties enim ſe peierandi periculo exponit V S ar. vbi ſup. lib. 3. c. 5. 6. 7. & 8. & Sanchez c. 5. cit.

25 Mortale eſt iurare falſum, quod craſſa ignorantia credis eſſe verum Ang. & Silu. ver periurium. Nauar. vbi ſupra num. 7.

26 Iudici non competenti, aut non ſeruanti iuris ordinem, poteſt quis iurare ſe non fuiſſe, aut dixiſſe aliquid, quod tamen fecit, intelligendo eo modo, aut animo, quo Iudex putat. Item cogenti facere, quod licitè non poteſt iurare poteſt ſe facturum, intelligendo, ſi tenebitur. Sicut mulier habens impedimentum, excõmunicata, quia non poteſt probare, cum in articulo mortis eam iurare oportet de ſtando cum viro Silu. iuram. 5. q. 2. Ang. eo. nu. 10. Et vi extorquenti iuramentum poteſt iurare te neſcire, ſcilicet ſic, vt dicere tenearis ſufficit enim vt habeas intentionem ſeruandi in aliquo ſenſu vero. Neque enim iurare teneris ad intentionem illius, qui perperam te ad iurandum cogit Nau c. 12. num. 1. 4. Silu. vbi ſupra Denique cum non teneris reſpondere ad intentionem petentis potes iurare ſecundum tuam Nau. num. 8. & in c. Humanæ aures q. 2. a num. 10. Suar. c. 10.

21 Teneris reſpondere ad intentionem petentis, Primò cum vltrò teipſum offers ad iurandum. Tolet. lib. 4 c. 21. not. 2; Secundo Interrogatus a Iudice competente ſecundum ordinem iuris, vt infra ver. Iudicium num. 50. Tertio quando perſona priuata petit iuramentum ſine violentia, & cum iuſtitia: vt ſi emens interroget ſub iuramento vendentem de vitio occulto, aut iuſto pretio rei venditæ. Et quoties petitur iuramentum ob bonum finem, vt ad ſedandam controuerſiam: vt ſibi ſatisfiat, aut ſi commodato petitur res ipſi petenti aliquo modo debita Tolet. vbi ſupra. fusè Sayr. cla. reg. lib 5. c. 4. V. etiam Nau. in man. c. 12. num 8. 18. 19. & in c. Humanæ aures q. 3. num. 10 & ſeq. Silu. q. 2. cit. Ang. iuram 4. parag. 1. Sot. de iuſt lib. 8. q 5. as 7. in quarto arg. Azor. vbi ſupra c. 4.

22 Iurãs doloſe aliter intelligẽdo, ac ille cui iuratur, nulla intercedẽte legitima cauſa peccat mort licet deſit animus iurãdi. Si tamè verba illa ſophiſtica plures patiantur sẽſus, & in vno vera ſint, in alio falſa, à iurante verò intelligantur in ſenſu verò, extra iudicium, & in non præiudicantibus, quamuis fallere intendat, non peccat mort adſunt enim veritas, & iuſtitia licet deſit iudicium Caiet. 2. 2. q. 89. ar. 7. in reſp. ad 4. Quod ſi iuramentum ſit promiſſorium, ſeruandum eſt, continetur enim ſub eo futura executio Cai. loco cit. Et quando iurans vtitur dolo, aliter verò minime, debet promiſſum adimpleri ſecundum ſanam, & communem intelligentiam illius, cui iuratur c. Quæcunq; 22. q 5. Nau. c. 12. num. 13 V. ver. Promiſſio num. 13. & Suar. de de relig. trac. 5. lib. 2. c. . & lib. 3. c. 9. & duob. ſeq. Sanchez vbi ſupra c. 10. num. 13. docet huiuſmodi doloſum non obligari in vim iuramenti, ſed tantum ratione ſcandali, & peccare mort. Et num. 14. teneri ad damna inde ſubſecuta, etiam ceſſante ſcandalo

23 Iurans ſine animo iurandi non obligatur coram Deo, quia reuera non iurat, nec iurare intendit, ſed ſimulat, & fingit ſe iurare, niſi forſan ex tali iuramento non ſeruato ſcandalum, vel iniuſtitia ſequeretur; quia tunc ratione ſcandali, & iniuſti-

tiæ

tiæ ſeruandum eſt Cou. de pact. p. 1. parag. 5. num. 2. Arag. 2. 2. q. 89. ar. 7. in ſol. ad 4. conclus. 6. Suar. vbi ſupra c. 8. & 9. Eſt tamen mortale peccatum, quia magna irriuerentia eſt Dei, illius nomine abuti ad decipiendum alios Suar. c. 17. num. 2. V. Sanch. in ſum. lib. 3 c. 6. num. 8. & ſeqq.

30 De illo autem qui iurauit, animo quidem iurandi, ſed non ſe obligandi Silu. iuram. 4. q. 7. verſ. 1. Ang. iuram. 5. parag. 38. Leſſ. lib. 2. c. 42. dub. 8. Sanchez vbi ſupra c. 10. num. 8. docent non teneri apponitur enim hic clauſula contra ſubſtantiam iuramenti. Rectius tamen Caiet. vbi ſupra Sor. ar. 7. cit. Sayr. cla. reg. lib. 1. c. 16. dub. 2. Suar. alios referens d. c. 7. num. 30. contrarium docent. Obligatio enim eſt effectus naturalis iuramenti, & ideo non poteſt illam a iuramento remouere. Azor. vbi ſupra q. 1. docet vtramq; opinionem eſſe probabilem.

31 Mulier confeſſa adulterium ſacerdoti iurare non poteſt ſe illo crimine carere quia non eſt certa ſibi eſſe dimiſſum c. ſi. de purg. can. S. Ant. p. 2. tit. 10. c. 4. parag. 1. Silu. iuram. 2. q. 8. Poteſt tamen iurare ſecundum propriam intentionem, quia, iniuſte cogitur à marito ad iurandum Azor. vbi ſupra q. 5. Tolet. lib. 4. c. 21. Silu. iuram. 3. q. 2. Ang. iuram. 4. initio. Nau in c. Humanæ aures q. 2. & ideo poteſt vti amphibologia Nau. cit. Azor. vbi ſupra reg. 3. cõtra Sot. de iuſt. lib. 5. q. 6. art. 1.

32 Non eſt mortale iurare falſum quantum ad verba, ſed verum quantum ad intentionem remotam exigentis iuramentum; vt non venio ex tali loco, ſcilicet, peſte infecto, vt tu ſuſpicaris: etiam ſi locus ille peſte infectus ſit, tamen certò ſcis te infectum non eſſe Suar. vbi ſupra lib. 3. c. 9. num. 7. Tolet. vbi ſupra Non ſum loquutus cum illa, ſcilicet quod putas Silu. q. 2. cit. Nau. d. num. 9. & in man. c. 12. num. 19. Et generaliter quoties officiales huiuſmodi concederent, aut concedere deberent ingreſſum ſi ſcirent veritatem Sil. ibidẽ

33 Cum credis te facere non poſſe quod iuras, peccas mort. Idem ſi non habes probabilem cauſam credendi; quia in primo deeſt veritas, in ſecundo iudicium Silu. iuram. 4. q. 45. Nau. c. 12. num. 21.

34 Mortale eſt inducere ad iurandum, quem credis falsò iuraturum c. Ille 22. q. 5. Niſi facias ordine iuris, vt perſona publica S. Tho. 2. 2. q. 98. art. 4. Sot. lib. 8 q. 2. ar. 4. Silu. iuram. 2. q. 9. Nau. c. 12. num. 20 & com. Ex cauſa rationabil poteſt admitti iuramentum parati iurare, quia ſe offert. Doct. cit. & alij plures, quos refert, & ſequitur vbi ſupra c. 5. dub. 1. Si huiuſmodi inducens eſt Iudex, non peccat cum ex officio, & lege ad id obligante teneatur Secus ſi nulla neceſſitate cogatur Sanchez in ſum. lib. 3. c. 8. num. 2. & duob. ſeqq. Perſona verò priuata peccat mort. petens extra iudiciũ etiam à parato: niſi adſit iuſta cauſa petendi Idem num. 5 & ſeqq. V. Barbos. ad d. c. Ille Suar. de relig. trac. 5. lib. 3. c. 4. à num. 10. Azor. p. 1. lib. 2. c. 16. q. 6. verſ. quarta regula. & Silu. iuram. 2. q. 9. Pan. in c. Paſtoralis num. 6. de except. & in c. Qua fronte in fi. de appellat. Inducens ad iurandum pro tuendo iure proprio, quem ſcit falſum reipſa iuraturum, ſed bona fide deceptum, putans eſſe verum; non excuſatur à crimine periurij, Sanchez vbi ſupra c. 28. num. 30.

35 Iuramentum metu extortum obligat, etiam ſi metus ſit cadens in conſtantẽ, ſi ſeruari poteſt ſine diſpendio ſalutis æternæ, ſed Eccleſia facilè abſoluit, c. Si verò de iureiur. cum metus non excludat voluntarium, eſt conſenſum c. Merito 15 q. 1. Molin. de iuſt. trac. 2. diſp. 579. num. 28. Non tamen peccat mort. non ſeruando c. Verum de iureiur. Pan. verſ. in d. c. Si verò num. 10. dicit, quòd metum paſſus aut habuit animum ſe obligandi, & tunc contraueniendo peccat mort. quia adfuit conſenſus, ſed ratione metus non punietur ita acriter, ſicut ſi veniſſet contra iuramentum libere præſtitum. Aut non habuit animum ſe obligandi, & non indiget quoad Deum abſolutione: quia Deus recipit iuramentum, prout ex corde procedit, vt in c. Humanæ aures 22. q. 5. peccauit tamen venialiter iurando, quia aſſumpſit nomẽ Dei ſine effectu: quod dicit procedere in homine

perfecto: in alijs enim vult nullum eſſe peccatum ratione metus. Aut ſumus in dubio an habuerit animum ſe obligandi, & tunc præſumendum eſt, quod non habuerit &c. licet in foro exteriori Eccleſia velit huiuſmodi iuramentum ſeruari, ne ſic daretur materia peierandi. Quod autem dicitur, ſalutis, &c. intelligit glo. in d. c. Si vero etiam ſi ſit ſalus temporis per c. Innocens parag. vlt. verſ. Quiſquis ergo 2. 2. q. 4. Intelligit Secundo ſi directè vergat in interitum ſalutis temporalis; ſecus ſi occaſionaliter, vt ſi quis aduena iuraſſet non diſcedere Roma menſe Auguſto. Idem docet Pan. in d. c. Si vero num. 2.

30 Excipe primo iuramentum de non denunciando Eccleſiæ, quia eſt contra bonum commune S. Tho. 2. 2. q. 89. ar. 7. vbi Cai. dub. vlt. Ang. iuram. 5. q. 14. & alij quod limitant Arag. ar. 7. cit. circa ſol. ad 3. Sot. lib. 8. q. 1 ar. 7. ad 3. in 3. memb. Sanchez in ſum. lib. 3. c. 21. num 12. vt non obliget, quando occurrit caſus, in quo ex præcepto tenemur ad denunciandum, vt cum crimen eſt attrox contra bonum commune. aut cum à Iudice interrogatum; aut cum crimen eſt committendum, tunc enim iuramentum de non denunciando eſt turpe & contra bonos mores naturales, propter licentiam peccandi, & ideo non obligat Suar. de regul. to. 2. trac. 5. lib. 2. c. 25. in fi. & generaliter cum iuramentum eſt de materia incapaci, & quæ honeſte impleri non poteſt. Idem c. 10. num. 4.

31 Excipe ſecundò iuramentum adhibitum matrimonio, quod ex metum contractum nullum eſt c. Veniens de ſponſal. Arag. vbi ſupra Couar. in 4. p. 2. c. 3. parag. 5. num. 3. & com. vt teſtatur Sanchez de matr. lib. 4. diſp. 20. num. 15. Alij tamen, vt S. Bon. in 3. diſp. 39. q. 3. num. 55. & Pan. in c. 2. de ijs quæ vi num. 8. docent valere iuramentum donec à Superiore relaxetur. Non firmatur quidem matrimonium metu contractum, quia non reſtituit libertatem ad matrimonium requiſitam, at obligat, vt contrahat, ſeu non veniat contra, niſi abſolutione obtenta Pan. vbi ſupra, & in c. 2. de eo, qui duxit quam poll. quod Arag. vbi ſup. ita intelligit valere, vt non poſſit cum alia contrahere: nam poteſt cælibem vitam ducere, aut religionem profiteri. ſic etiam Caiet. in ſum. ver. periurium. quidquid dicat Molin. de iuſt. trac. 2. diſp. 149.

32 Non ſeruare iuramentum promiſſorium in re leui non eſt mortale S. Ant. p. 2. tit. 10 c. 4. parag. verſ. 3. Silu. iuram. 2. q. 1. Sot. lib. 7. q. 2. ar. 1. Nau c 12 num. 10. etiam ſi res illa ſit totalis materia iuramenti Arag. vbi ſupra ar. 3. Sot. ar. 1. cit. Azor. p. 1. lib. 11. c. 5. q. 3. Suar. de relig. trac. 5. lib. 3. cap. 16. à num. 15. Nau. vbi ſupra contra Cai 2. 2. q. 89. ar. 7 & in ſum. ver. Periurium Couar. 1. var. res. c. 22. initio Tolet. lib. 4. c. 22. in principio, & Sayr. alios referentem cla. reg lib. 5. cap. 4. à num. 28. V. Votum num. 66.

33 Iurare ſine animo implendi mortale eſt, c. 22. q. 2. Arag. vbi ſupra ar. 7. Nau. c. 12. num. 13. Defectus enim animi ad obſeruandũ nõ excludit vinculũ iuramenti, ſed tãtũ rectitudinẽ intẽtionis Cai. ar. 7. cit. ad 4.

34 Iurans ſe aliquem puniturum non tenetur, ſi poſtea videat non expedire Caie. in ſum. ver. periurium parag Iuram. comminat. & 2. 2. ar. 7. cit. Sot. lib. 8. q. 1. ar. 7. vt cũ mulier prius cominata punire filium, poſtea id non facit, quia commutat in melius, ne ſcilicet fletus conturbet domum. Idem vbi quis v. g. iurat non præcedere: intelligitur enim ſecundum ſanum, & commune ſenſum, quantum eſt ex ſe; neque enim deeſt veritas, cum in actu iurandi habuerit animum implendi Iam Cai. in ſum. ver. Iuram. promiſſor. Azor. vbi ſupra c. 4. q. 4. Sot. vbi ſupra excuſat ob leuitatem materiæ.

35 Iurans in alterius fauorem, eo relaxante non tenetur c. primo de iureiur. & c. 2. de ſponſal. S. Tho. 2. 2. q. 89. ar. 9. ad 2. Niſi ad honorem Dei ſpectaret; tunc enim induit rationem voti Sot. vbi ſupra ar 9. Intellige quando iurãs principaliter cultum Dei reſpexit. Nam ſi non eo intuitu principaliter iurauit, ſed animo fidẽ ſuam alteri aſtringendi ratione amicitiæ, poteſt alter remittere Sanchez in ſum lib 3. c. 20. num. 6. Non ceſſat verò huiuſmodi iuramenti obligatio, ſi prorogetur terminus ad ſoluendum; aut ſi eius materia in aliam commutetur

San-

Sanchez alijs relatis in ſum.lib.4.c.55.num. 4. & 6. Cum verò tenetur relaxare poteſt ad id compelli per Iudicem Eccleſiaſticum immo etiam per laicum, ſi is ſit laicus, & res promiſſa pertineat ad laicum forum Molin. de iuſt. trac. 2. diſp. 149. verſ. Aliud accipe. Et in caſu, quo adeſt turpitudo in recipiente Felin. in c. num. 22. de iureiur. Pan. in c. 2. num. 3. & cit.

36 An poſſit relaxari iuramentum parte non citata, & ſine cauſæ cognitione, Vide Riccium to. 2. decis. 87. & to. 4 decis. 30. Duas opiniones refert Sanchez in ſum. lib. 3. c. 21. num. 28. Vna negat, quando petitur relaxatio ad effectum agendi, & excipiendi, non autem, ſi ad tollendam omnino obligationem iuramenti, & hanc ipſe amplectitur. Altera verò affirmat ſemper requiri, de quo latè Felin. vbi ſupra, vbi ponit multas limitationes. Regulam ponit Pan in c. 1. cit. num. 28. vbi poſt multa tandem concludit, quod vbicunq; iuramentum eſt obligatorium ex parte iurantis, ſi aliquam vtilitatem continet ex parte recipientis, numquam debet relaxari, niſi vocata parte; &, ſi aliter fiat, nulla eſt relaxatio. Niſi notoriè conſtet iuramentum continere turpitudinem ex parte recipientis, ita vt certum ſit parti abſenti nullam in hoc defenſionem competere.

37 Fraude inductus ad iurandum, quã ſi ſciuiſſet, non iuraſſet, non tenetur c. Cum contingat de iureiur. in ant. & c. Licet eo. in 6. Silu. iuram. 4. q. 1. & 30. Couar. vbi ſupra primo 3. parag. 4. num. 2. Nau. vbi ſupra fusè, & optimè Suar. vbi ſup lib. 2. c. 11.

38 Iurans facere peccatũ veniale peccat venialiter. Silu. q. 2. cit. Cai. in ſũ. ver periurium, & 2. 2. q. 89. ar. 7 ad 2. Intellige ſi omnino intendebat facere; ſi enim intendebat non peccare, eſt mortale, quia ſine veritate iurauit Tolet. lib. 4. c. 21. Azor. p. 1. lib. 11. c. 3. q. 1. Suar. vbi ſupra c. 14.

39 Iurare ſe non facturum quod melius eſt, vt non ſeruare conſilia Euangelica, volunt non eſſe mortale Cai. vbi ſupra Sot. de iuſt. lib. 2. q. 4. ar. 2. Arag. 2. 2. q. 89. ar 3. Nau. c. 12. num. 26. Alij verò, vt Ang. iuram. 5 parag. 3. Silu. iuram. 2. q. 7. volunt eſſe mortale, & concedit Azor. vbi ſupra q. 1. quando adeſt contemptus, aut cum iurans habet in animo ſe non facturum, etiam cum præcepti vim habuerint, alias non peccare mort.

40 Iuramentum ſequitur naturam primordialem contractus, cui adijcitur: atq; iuxta eius naturam, & cum eiſdem conditionibus, quas ille inditas in ſe habet, interpretandum eſt. Iuramentum enim non auget obligationem, nec conſenſum, ſed tantum addit religionis vinculum: Vt iuramentum ſactum fœminæ de ea ducenda, tacitam habet conditionem, niſi illa poſtea fornicetur, aut notabiliter deformis fiat Couar. de pact. p. 1. parag. 4. num. 1. Sanchez in ſum. lib. 3 c. 17. num. 13. Vide tamen Molin. de iuſt. trac. 2. diſp. 151. ad 4 Eſt caſus in c. Quemadmodum de iureiur.

41 Non obligat iuramentum de re inepta: indifferenti, aut maioris boni impeditiua Silu. iuram. 4. q. 1. Caiet. vbi ſupra Tolet. lib. 4. c. 22. Arag. vbi ſupra ar. 4. De indifferenti intellige quamdiù indifferens eſt vt ſi quis iuraſſet non tranſire per talem domum; quamdiù tranſitus ille indiferens eſt, non obligat. Si verò ſit ad vitandam occaſionem peccati, tunc obligaret, quia non eſt de re indifferenti, ſed de re bona Doct. cit. Ang. iuram. parag. parag. 5. Nau. c. 12. num. 12. & 17. Azor. p. lib 11. c. 5. q. 1. verſ. Si quis præterea, V. ver. Votũ nu. 5.

42 Iurans redire ad carcerem etiam iniuſtè occidendus, tenetur redire, quia eſt de re licita; velle enim pati etiam iniuſtum ſanctum eſt; materia verò exiſtente iuſta iuramentum non perdit vim ſuam obligatoriam. Si tamen ſit Iudicis incompetentis, aut non legitimè procedentis, non tenetur Cai. q. 89. cit. ar. 7. ad 4. verſ. Ex his autem Nau. c. 12. num. 18. Neq. ſi carcer eſt iniuſtus, Glo. in c. Paſtoralis de re iud. ver. violentiam Pan. in c. ſi verò de iureiur num. 8. vt quia priuatus alicuius latronis, vel Tyranni. Neq; ſi iurat ſine animo ſe obligandi, ſed ficte tantum animo euadendi Nau. vbi ſupra Ang. iuram. 5. parag. 37 Silu. eo q. 26. licet Cai. vbi ſupra contrarium doceat. V. Couar. 1. var. res. c. 2 Suar. de relig. trac.

5. lib. 2. c. 12. à num. 10. & Sanchez vbi ſupra c. 11. num. 34. docent teneri ſeruare iuramentum ſi præuidit periculum mortis etiam iniuſtæ, alias non teneri. Relaxat autem Epiſcopus etiam ſi iuramentum ſit redeundi, ad carcerem iniuſtum, aut vbi poena eſt Sanchez num. 35. Suar. num. 16. Immo etiam vbi carcer, & pœna mortis iuſtæ ſunt, ob naturale ius conſeruandæ vitæ Lopez inſtruc. p. 1 c. 46. Roder. in ſum. p. 1. c 40 num. 3.

43 Ciuitas mutatis ciuibus non tenetur iuramento maiorum niſi ex quadam æquitate, quia obligatio iuramenti eſt perſonalis & ex parte iurantis non tranſit ad ſucceſſores S. Tho. 2. 2. q. 98. ar. 6. ad 4. Silu. iuram. 4. q. 2. verſ. 1. Ang. iuram. 5 parag. 40. Suar. vbi ſupra c 31. num. 22. Azor. p. 1. lib. 11. c. 8. q. 5. Tenetur tamen vi pacti, non iuramenti Couar. de pact. p. 1. parag. 5. num. 4. Pan c. Veritatis num. 3. de iureiur.

44 Iurans factum alterius tenetur dare operam vt fiat Silu. vbi ſupra q. 22. & iuram. 3. q. 3. Pan. in c. Ex reſcripto de iureiur. num. 10. Couar. vbi ſupra p. 2. parag. 5 per tot. S. Ant. p. 2. tit. 10. c. 4. parag. 1. in fi. V. ver. promiſſio num. 26.

45 Iurans parere mandatis, ſi grauetur, poteſt appellare, glo. in c. Prout nobis, & ibi Pan. num. 11. de dol. & cont. Silu. iuram. 3. q. 2. & 3 & iuram. 5. q. 6.

46 Iuramentum ad malum finem an obliget V. Votum num. 11.

47 Qui iurauit ducere vxorem poteſt ingredi religionem Silu. iuram. 3. q. 5. Ang. iuram. 4. parag. 3. aut fieri ſacerdos: ſunt enim iſta de iure excepta Sot. de iuſt. lib. 7. q. 1. ar. 3 circa fi. de quo pluro Sanchez de matr. lib. 1. diſp. 43. num. 2. & duob. & ſeq. V. Votum num. 49. Intellige niſi alicui mulieri promiſerit in particulari ſub iureiurando, quia tenetur illam ducere, nec poteſt manere in coelibatu Molin. de iuſt. tract. 2. diſp. 149. verſ. Hinc oritur. Contracto verò matrimonio poteſt ante conſumationem ingredi religionem, c. Commiſſum de ſponſal. quod glo. & Pan. ibi dicunt eſſe de conſilio, ne vulgò reputetur periurus. nam alioqui poteſt ante matrimonium ingredi, quia in omni voto ſemper intelligitur, ſi res in eodem ſtatu permanſerint. V. Sanch. in ſum. lib. 3. c. 11. num. 10. & ſeq.

48 Iuramentum non extenditur vltra veriſimiliter cogitata Silu. vbi ſupra q. 2. Ang. verb. Caſus fortuitus parag. 5. Nec obligat, ſi aliquid accidat, quod ſi fuiſſet à principio, iuramentum fuiſſet temerarium Ang. iuram. 5. parag. 12.

49 Iuramentum ſeruandi ſtatuta Reip. Communitatis, &c. non extenditur ad futura, niſi id expreſſè voluerit iurans Silu. iuram. 4. q. 23. Armil. ver. Iuram. num. 37. Ang. iuram. 5. parag. 25. Azor. p. 1. lib. 11. c. 8. q 7. & alij quos refert, & ſequitur Sanchez in ſum. lib. 3. c 14 num. 1. Intellige ſecundum eundem, & alios ibi cit. niſi nouum illud ſtatutum ad veteris declarationem ederetur. Si huiuſmodi ſtatuta à maiori parte Reip. vel Communitatis non ſeruantur, reliqui minimè tenentur Azor. vbi ſupra q. 8. V. Silu. iuram. 4. q. 2. dicto 2.

50 Poteſt peti à pagano vt iuret Sot lib. 8. q. 2 ar. 3. & recipi eius iuramentum per falſos Deos: non tamen licet illum ad hoc inducere S. Th. 2. 2. q. 78. ar. 4. q 98. ar. 4 ad 4. Silu. iuram. 4. q. 4. Arag. 2. 2. q. 89. ar. 6. Nau. in man. c. 14 num. 39. & alij.

51 Iurans ſoluere debenti totidem, poteſt compenſare, niſi aliud intendiſſet: vel niſi quod ſibi debetur non eſſet liquidũ Sil. vbi ſup. q. 27. Couar. de pact. p. 2. parag. 4. num. 9 Sot. vbi ſup. q. 1. ar. 7. Azor. vbi ſu. q. 10. cõtra Pan. & alios ab eo relatos in c. Ad noſtrã de iureiur. nu. 3. Adderé ego, vel niſi debita non ſint in omnibus paria, quare ſi vnus non debet, alter verò poſt annum, non poteſt ille nunc compenſare.

52 Iurãs facere certo tempore, ſi tunc non poteſt, tenetur facere poſtea Sil. vbi ſu. q. 25. quia lapſus termini non ſuſtulit obligationem c. Cum dilecti parag. Præterea de dol. & cont.

53 Secundum iuramentum non obligat contra primum c. Intellecto de iureiur. in ant. & glo. fi. c. Licet eo. in 6. Sanchez in ſum. lib. 3. c. 17. nu. 18. Ang. iurã. parag. 6. Silu. iuram. 4. q. 12. Azor. vbi ſup. c. 6. q. 2. V. omnino Pan. in d. c. Intellecto num. 8.

74 Iuramentum de celando ſecreto intelligitur de honeſto alteri non nociuo glo. in c. Ego, de iureiur. & ibi Pan. num. 7 Silu. vbi ſupra, q. 18. Si tamen alia via non poteſt nocumentum impediri, reuelandum, id tamen ſolummodo, quod eſt neceſſarium ad remedium Nau. in man. c. 18. num. 60. & in c. Inter verba concl. 6. num. 21. & in c. Sacerdos de pœnit. d. 6. num. 24. S. Ant. p. 3. tit. 17. c. 22. parag. 2. in fi. Immo ſi producatur in teſtem cogitur reuelare, & vbi id reſpicit vtilitatem publicam Capell. Tholoſ. q. 241. cum ibi not. Pan. in c. Dilectus nu. 5. de exceſ. Præl.

55 Iurata promiſſio, ſi ſit mutua, altero nō implente, alter non tenetur c. Peruenit 2. & c. Sicut 3. parag. Iuramentum, de iureiur. etiam ſi ille non ſeruet ex neceſſitate Pan. in d. c. Sicut num. 6. Ang. iuram. 5. parag. 18. contra Silu. iuram. 4. q. 13. & veriorem dicit Sanchez in ſum. lib. 13. c. 13. c. 17. num. 16. non admittens doctrinam illam Pan. in d. c. Peruenit num. 4. & Sayr. clauis lib. 5. c. 5. num. 17. vt teneatur ſi illæ obligationes non ſe mutuò referantur ad inuicem, ſed ad diuerſa etiam altero deficiente. V. ver. Promiſſio num. 27.

56 Tenetur quis iurare etiam nō requiſitus, ſi agitur de magno bono publico, aut de ſeruāda vita innocētis Sot. lib. 8. q. 3. ar. 3.

57 Quod per alium feciſti iurare, non poteſ te non feciſſe Azor. p. 1. lib. 11. c. 8. q. 1. per l. 1. par. deieciſſe ff. de vi, & vi armata, & l. Itē apud labeonē par. feciſſe ff. de iniurijs.

58 Iurans per membra Dei, quaſi Deus, vt Deus habet membra, eſt blaſphemus Silu. iuram. 2. q. 10. Arag. 2. 2. q. 89. ar. 5. & colligitur ex S. Tho. 2. 2. q. 13. ar. 1. & ex c. Si quis capillum 22. q. 1. vt illud intelligunt S. Bon. in 3. d. 39 Arag. & Silu. cit.

59 Iurans per membra obſcena Chriſti, & Sanctorum peccat mort. objicit enim illis ea membra, tamquam turpia, & ignominioſa Cai. 2. 2. q. 13. ar. 1 & in ſum. ver. Blaſplemia Caſtr. de iuſt. hæret. pun. p. 1. c. 12. S. Ant. p. 2 tit. 10 c. 4 Sot. lib. 8 q. 2 ar. 3 concl. 1 Couar. de pact. p. 1 parag. 1 num. 6 Ang. iuram. 3 parag. 11 Arag. vbi ſupra Says. lib. 5 cit. c. 3 num. 15. Ab hac ſententia diſcordat Silu. q. 10 cit. quia, inquit, huiuſmodi membra ſunt in Chriſto, & ſãctis, nec eſt blaſphemia, vt patet ex eius definitione: Sed concordat, ut prima opinio vera ſit quoad peccatū mortale ratione maximæ irreuerentiæ, non verò quoad blaſphemiam, quia reuera nihil Deo, vel Sanctis tribuitur, quod in illis non ſit.

60 Epiſcopi, & ſacerdotes non iurant ſuper Euangelia, ſed ſuper pectus Silu. ver. Teſtis q. 6. vers. 3. Ang. eo. parag. 25. verſ. 3. quod an ſemper ſit verum, & qui caſus excipiatur, V. Pan. in c. fi. de iuram. cal. nu. 6, glo. in c. Vt circa, ver. corporali de elect. in 6 & in Clem. 1. parag. Porro ver. tacta de hæret.

61 Qui iurauit ſe nulli communicaturum experimentum, ſeu medicinam, non tenetur ſeruare, niſi quando docens ēſt præſens, & vult vti. S. Tho. quol. 11. art. 21. Silu. iuram. 4. q. 6. verſ. 6. Immo ſecundum S. Tho. peccauit iurando, quia iuramentum Interuenit poſuit, & animum obfirmauit ad aliquod bonum non faciendum, quod eſt illicitum.

62 In omni iuramento ſemper intelligitur excepta auctoritas Superioris c. Venientes, vbi Barboſ. alios referens num. 5. de iureiur. Pan. in c. Significaſti num. 1 de elect.

63 Cum in iuramento requiritur tactus ſine illo nihil fit. Pan. in c. laudabilem de frigid. & malef. num. 3. & in c. 1. de regul. num. 2. quia quando diſpoſitio pro forma exigit tacturam, non valet actus, ſi iuramentum non fuit corporaliter præſtitum, glo. in c. Vt circa, & Clem. 1. ſupra cit.

64 Iuramentum ſuper actu infirmato præſtitum principaliter fauore iurantis, licèt ſecundariò in fauorem publicum, eſt ſeruandum, ſi nec vi, nec dolo præſtitum fuit, & principaliter in alterius præiudicium non redundat c. Cum contingat de iureiur. Vt ſi mulier iurauit non venire contra contractū alienationis rerum dotalium ab alio factæ ipſa conſentiente. Licet enim caſus non obliget ſecundum leges, tamen tenetur ſeruare iuramentum eſt caſus d. c. Cum contingat.

65 Iurans non fideiubere non tenetur ſeruare. licet enim fideiuſſo nō ſit de præcepto; eſt tamē de conſilio, & opus ex pietate faciendū propter Deū, & amorē proximi. Nec poteſt quis ſe obligare, vt à talibus abſtineat; nec huiuſmodi obligatio acceptatur à Deo Pan. in c. Si verò de iureiur. num. 5.

num. 5. Silu. iuram. 4. q. 29. p. 1. lib. 12. c. 5. q. 1. Idem dic de voto non fideiubendi, & huiuſmodi Azor c. 14. q. 6.

66 Iurans non venire contra contractum, ſi ſit læſus vltra dimidium, & petat ſupplementum iuſti pretij, non eſt periurus, niſi expreſsè renunciauerit huic priuilegio Silu. iuran. 5. q. 5. Couar. de pact. p. 3. parag. 4. num. 9.

67 Iuramentum non obligat vltra intentionem iurantis Couar. de teſtam. p. 2. rub. num. 12 niſi interueniat dolus ex parte ipſius iurantis S. Th. 2. 2. q. 89. ar. 7. ad 4. Silu. iuram. 3. q. 2.

68 Admiſſus ad certum Collegium, vt in eo alatur ob ſtudia literarum, ſi iureiurando promittat non ingreſſurum religionum inconſulto Collegij Rectore, poteſt ingredi, petita, licet non obtenta licentia. Idem poſſunt Alumni Collegij Anglici in Vrbe, licèt iurent abſolutis literarum ſtudijs ſe in Angliam profecturos ad fidem Catholicam defendendam, qui enim iuſiurandum in melius commutat periurus non eſt c. Peruenit. 2. de iureiur. & clarius cap Scriptura de voto Azor. vbi ſupra c. 5. q. 4. verſ. Ex his liquet, & ſeq. licèt Nau. conſ. 1. de regul. contrarium ſentiat in hoc poſtremo.

69 Plures caſus, in quibus iuramentum non firmat contractum irreuocabiliter vide apud Anchar. in c. Acceſſorium de reg. iur. in 6 Duas regulas aſſignant Doct.

70 Prima eſt. Quoties actus in fauorem publicum principaliter prohibetur, non confirmatur iuramẽto: ſecus quando principaliter in priuatã vtilitatem; licet ſecundario publicam vtilitatem contineat. Pan. in c. Cum contingat de iureiur. num. 21. vers Octauus caſus, Couar. de pacto p. 2. parag 1. num. 1 & 5. & alij plures. Exemplum primi eſt c. Si diligenti de for. cõ. vbi deciditur irritum eſſe pactum, quo Clericus fori priuilegio renunciat: quia id priuilegium in fauorem totius clericalis ſtatus conceſſum eſt. Exemplum ſecundi eſt in c. de pact. in 6. vbi contractus nulli fauore minorum confirmantur iuramento. Dicitur verò actus principaliter prohibitus ob bonum publicum, quando ipſum principaliter læditur, vt cum prohibetur, nequi, arma, aut pecuniæ regno extrahantur: ſecus verò, quando lex primariò, & principaliter dirigitur in executione ad priuatam vtilitatem, & bonum communè immediatè non læditur, vt in alienatione fundi dotalis.

71 Secunda regula eſt. Quando contractus primò, & principaliter prohibetur propter priuatam vtilitatem ſemper firmatur iuramento: niſi reprobetur odio creditoris, in cuius fauorem iuratur; quia eſt turpitudo in ipſo, licet iuramentum ob reuerentiã diuini nominis ſeruandum ſit, donec relaxetur, vt in receptione vſurarum; & iuramento iniquo metu extorto Pan. & Couar. vbi ſupra Molin de iuſt. tract. 2. diſp. 515. Debet autem eſſe turpitudo de iure naturali, & diuino, vt volunt Couar. vbi ſupra parag. 2. & alij, & patet, & Ex c. Quamuis pactum de pact. in 6. Plura vide apud. Sanchez de matrim lib. 3. c. 12. vbi hanc regulam aſſignat. Quoties iuramentum abſq; peccato ſeruari poteſt, nec turpitudo reperitur in creditore, in cuius fauorem præſtatur, & non ſolã faciendi promiſſionem continet, ſed eã quæ formaliter, aut æquipollenter eſt non reuocandi contractum, firmat contractum, cui adijcitur.

72 In iuramento promiſſorio facto homini diſpenſat etiam poteſtas laica Molin. de iuſt. tract. 2. diſp 149. quando ſcilicet ille laicus eſt, idquè poſtulat ciuile, ac politicum bonum; quo caſu docet cauſam iuramenti eſſe mixti fori, & quando materia iuramenti eſt ipſi poteſtati laicæ ſubiecta Sanchez lib. 3. ſum. c. 22. num. 2. & 15.

73 In dubio de validitate iuramenti interpretabitur habens Epiſcopi auctoritatem Silu iuram. 3 q. 7. intellige ex cauſa recipientis Ang iuram. 6. initio.

74 Iuramẽtũ aliquid faciendi, aut omittendi, intelligitur ex cauſa ſubſiſtente tẽpore, legitima, vt quia eſt turpitudo ex parte, quo præſtitum eſt: ſecus ſi noua ſuperuen at c. 2. de renunciat. vbi Pan. num. 9. Anchar. num. 1. & 2. Etiam ſi renunciatio ſit iuris futuri; intelligitur enim de iure, & ſpe ex cauſa de præſent.

75 Im-

75 Impuberum iuramenta irrita ſunt Patre contradicente S. Tho. 2. 2. q.89. ar. 9. ad 3. Silu. iuram. 5. q. 7. c. Mulier. 32. q 2.

76 Pater poteſt in filij iuramenta, quæ habent ſpeciem voti, vt in vota; ſecus ſi fiant contractu, quem ille irritare non poteſt Sot. lib 8 q. 1. ar. 9. Et generaliter omnis ille, qui dominium, & poteſtatem habet in rem promiſſam vt maritus in iuramenta vxoris, & dominus in iuramenta ſeruorum S. Tho. vbi ſupra ar. 9. ad 2. Silu. q. 7. cit Sayr. cla. reg. lib. 5. c. 6. num. 5. & alij ibi citati Quod de Patre dictum eſt, ſic intellige, vt iuramentum irritare debeat ſtatim, vt cognouerit d. c. mulier. Votum verò ſecus, ſed expectare poſſit tempus pubertatis. Quod verò de vxore dicitur, intelligendum in his, quæ fieri non poſſunt ſine ſcandalo. & præiudicio virorum, vt docent Silu. Sayr. cum alijs ab eo citatis V. Pan. in c. Conſtiturus de reſcrip. num. 8. Sanch. in ſum. lib. 3. c 19. num. 2.

77 Iuramenta ei ſubſunt, cui ſubeſſent, ſi vota eſſent Cai. & Arag. q. 89. cit. art. 7. Sot. vbi ſupra Silu. iuram. 5. q. 3. & 4. Si tamen ille habeat ordinariam poteſtatem, Com. vt teſtatur Azor. vbi ſupra c. 10. q. 2.

78 In iuramento omni ex parte licito ſolus Papa diſpenſat S. Tho vbi ſupra Quod Sanchez in ſum. lib. 3. c. 19. num. 5. poſt Sot. ar. 9. cit. intelligit tantum de æquitare. V. Pan. in c. Quanto num. 8. de iureiur. Si verò ſit dubium, an illicitum, vel nociuum; aut extortum ſit v i, dolo, metu, Epiſcopus diſpenſat Silu. d. q. 3. Sot. vbi ſupra, etiamſi metus ſit leuis, non enim confirmat contractum, cum adſit turpitudo in recipiente. Sanchez de matr. lib. 4. diſp. 20. num. 9 & alij eo citati.

79 Poteſt Epiſcopus diſpenſare in iuramentis non expreſſè, aut conſuetudine Papæ reſeruatis Sot. vbi ſupra. At ſecuncundum Cai. Silu. Arag. vbi ſupra Tolet. lib. 4. c. 23. poteſt tantum in illis iuramentis, in quibus poſſet, ſi vota eſſent. Sic etiam Pan. in c. Quanto de iureiur num. 8. Azor. vbi ſupra c. 9. q. 6. Sayr c 8. num. 9.

80 Iuramentum ad Dei gloriam poteſt quiſque in apertè melius commutare, cap. Peruenit 2. de iureiur. Silu. Arag. Tolet. vbi ſupra Sayr. c 8. num. 15. in fi. Cai 2. 2. q 88. ar. 12. & q. 89. ar 9. dicto 5. Couar. de pact. p. 1. parag. 2. num. 4. verſ. 6. Pan. tamen in d. c. Peruenit num. 1. & in c. Scripturæ de vot. num. 1. id non concedit, niſi quando commutatur temporale obſequium in perpetuum ingrediendo religionem. Prior tamen ſententia magis placet. V. Voti irritatio num. 16.

81 Iuramentum in alterius vtilitatem non poteſt ſine eius conſenſu etiam in melius commutari, nec eius relaxatio obtineri poteſt, quia acquiſitum eſt ius Sanch. in ſum. lib. 3. c. 12. num. 63. & quia debitor vnam rem etiam meliorem pro alia inuito creditore ſoluere non poteſt Inſt. quib. mo. toll. oblig. Silu. iuram. 5. q. 6. Couar. vbi ſupra Nec diſpenſari poteſt etiam à Papa Sayr. vbi ſupra c. 8. & 15. in fi. Niſi ex cauſa rationabili Pan. vbi ſupra Quòd ſi impetrans relaxationem ad effectum agendi, nouit eum, cui iuratum eſt, iuſtè poſſidere, nulla eſt relaxatio; quia ex falſa cauſa; & proinde peccat contra iuſtitiam, & tenetur ad damna.

82 Iuramentum non petendi diſpenſationem voti, vel iuramenti, non valet, quia illicitum Nau. in c. Accepta de reſt. ſpol. oppos 6. num. 9. & Conſil. vn. Vt Eccl. ben. ſine dim. conſ. Fel. in c. Conſtitutus de reſcrip. num. 14. Couar. de pact. p. 2. parag. 3. num. Azor. p. 1. lib. 11. c. 7 q. 6. Tutius tamen ſecundum eoſdẽ petere abſolutionem. Quod ſi iuraſti non vti diſpenſatione, potes, ſi ratio poſtulat, rem Prælato indicare, &, ſi diſpenſet. vti diſpenſatione Sot. lib. 8. q 1 art. 7. V. Felin, in c. Debitores de iureiur. num. 10. Monet. de commut. vlt. vol. c. 6. num. 306. & c. 9. num. 666.

83 Diſpenſatio iuramenti ſine cauſa non valet. Sot. vbi ſupra Couar. de pact. p. 1. parag. 3. num. 4. Tolet. lib. 4. c. 23. Arag. 6. q. 89. cit. ar. 9 Silu. iurã. 5. q. 2. Azor. ubi ſup. q. 3.

84 Viginti conditiones, quæ in iuramento ſubintelligũtur, uide apud Silu. iurã. 3. q. 1.

85 Iuramentum non tenet contra ſimplicem, & nudam promiſſionem; hæc enim ſeruanda, non obſtante iuramento; ut ſi

pro-

cõmitteres fatendo totũ cũ tantum partẽ debeas Roder in ſum. lib. c. 247, num. 3. Hieron. à Laurentio decis. Auen. 35. num. 5. Sanchez in ſum. lib. 3. c. 6. num. 33. quia propoſitio affirmatiua eſt falſa, nempe debeo centum, ergo negatiua eius contradictoria eſt vera, Azor. vbi ſupra, & alij quos refert Couar. vbi ſupra num. 5. & in ſimili defendit Nau. in c. Humanæ aures q. 2. & in man. c. 12. num. 8. & 18. num. 61. Ipſe tamen Couar. cum alijs ibidem citatis contrarium docet. Placet tamen prior ſententia V. Anchar. in c. Poſſeſſor. de reg. iur. in 6. num. 25. verſ. Iuxta prædicta, & Capell. Tholos cum ibi adnot. q. 209.

7 Non licet mentiri etiam pro defenſione alterius vitæ, etiam ſpiritualis, cap. Super eo, de vſur. & ibi Pan. num. 3. c. 1. & ſeq. 22. q. 2. S. Tho. 2. 2. q. 110. ar. 3. ad 4. Silu. ver. mendacium q. 2. Ad ſempiternam enim ſalutem nemo ducendus eſt opitulante mendacio S. Aug. contra mendacium c. 14. & habetur c. Primum 27. q. 2. vbi loquitur de mendacio officioſo, Adde ex Silu. loc. cit. & Ang. eo. parag. 3. aut ſi interueniat ſcandalum, quod aduertens non curat.

8 Fingens ſanctitatem, ſi bono fine id faciat. vt ad honorem Dei, & proximorum ædificationem, non peccat Silu. ver. ſimulatio q. 4. ſi tamen non contemnat vitam Ang. eo parag. 4. quod intelligunt Cai. in ſum. ver. Hypochriſis, & Nau in man. c. 18. num 8. quando ille non intendit per illa opera oſtendere ſe bonum: aut cum quis occultat peccatum ſuum, ne alios ſcandalizet, vt vult Silu. vbi ſupra q 3. alioqui eſt veniale etiam ſi ad aliorum ædificationem id fiat, quia non ſunt facienda mala; &c. Peccat vero mort. primo cùm illa fictio eſt in damnum notabile ſpirituale, vel temporale proximi; vt cum ordinat illam fictionem ad finem facilius ſeminandi hæreſes, vel corrumpendi bonos mores, aut aſſequendi Eccleſiaſticam Dignitatem qua indignus eſt; aut etiam bona temporalia, in quibus finem conſtituit. Secundò cum vult ſanctitatem prætendere, & non curat eam adipiſci Ang. Silu. Cai. & Nau. vbi ſupra Azor. p. 3. lib. 13. c. 4.

9 Falſarius monetæ non eſt qui tondet exuperantem, peccat tamen mortaliter, & tenetur reſtituere Principi, vel Communitati materiam ablatam aut ei. qui monetam cudit, ſi eius intereſt. P. Nau. de reſt. lib. 3. c. 1. num 325. Silu. ver falſarij q. 8. Nau. in man. c. 17. num 168. contra Ang. ver. falſarius parag. 9 qui concedens huiuſmodi non eſſe falſarium, dicit quod ſi nolit abſtinere, non credit eum eſſe extra ſtatum ſalutis; ergo conſequenter ſecundum eum non peccat mort nec tenetur reſtituere, & licet hæc opinio ſit contra communem, maximè ſi materia ablata ſit notabilis, cum ipſe tondens nullum ius habere videatur id faciendi ea tamen ratione fortè ſuſtineri poteſt, quia vbi Princeps, aut cudens alienauit monetam, iam non eſt ſua, ſed ementis, & ſic cudens nullam patitur detrimentum. Emens vero cum factus ſit dominus illius monetæ, ſicut poteſt ex ea ſic exuperante conflare vaſa, eaque vendere abſq; eo quod cudenti, aut Principi in aliquo teneatur, ita poteſt tondere quia ſufficit ſi illam expendat in iuſto pondere.

10 Qui tondent non exuperantem, aut quouis modo minuunt à iuſto pondere, tenentur damnificatis, aut, ſi illos ignorent, pauperibus, Ang. Silu. & Nau. vbi ſupra P. Nau. num. 238. Limitat Conrad. de contrac. q. 56. coroll. 3. vt radens non exuperantem ad nihil teneatur, quando eius generis pecunia, quæ communiter ſolet expendi, eſt valde diminuta, & ſuam integram expendere non poteſt niſi vt diminutam. Si tamen propter huiuſmodi raſuram Reſp. interdiceret pecuniam ſic diminutam, radens tenetur damnificatis.

11 Ignoranter accipiens falſam monetam, & ſcienter expendens, tenetur damnificato ad reſtitutionem Silu. vbi ſupra q. 6. Ang. eo parag. 4. Igitur ex eorum ſententia, ſi eadem bona fide in alium tranſtulit, non tenetur. Sed contrarium docent P. Nau. num. 312. M. Nau. in man. c. 17. num. 167. Error enim meus nulli nocere debet, ſed error ſuos tenere debet

auctores. Excuſatur certè à peccato ignoranter expendens huiuſmodi monetam, ſed non ideò liberatur ab obligatione reſtituendi ceſſante bona fide. V. ver. pecunia num. 16.

12 Falſa moneta eſt, quæ nõ ſit legitima materia. pondere, ſigno, aut publica auctoritate Silu. Ang. P. Nau. vbi ſupra Couar. coll. vet. numiſ. c. 8. num. 1.

13 Princeps, ſi indiget, poteſt monetæ pondus paulum imminuere, modò ſine præiudicio non ſubditorum, & etiam multum cum conſenſu ſaltem maioris partis Magnatum Silu vbi ſupra q. 7. Hoc vltimum non concedit ſic abſolutè Pan. in c. Quanto de iureiur. num. 11. cum tractetur de præiudicio ſingulorum, Priorem ſententam concedit Innoc. relatus à Pan. modò non ſpargatur extra Regnum; quia licet cum conſenſu ſui populi id poſſit, quia quilibet poteſt renunciare iuri ſuo; id tamen non poteſt cum damno non ſubditorum. Ang. vbi ſupra parag 6 dicit requiri conſenſum populi; nec ſufficere Magnatum: Niſi populus ex alia cauſa alleuiaretur ab angarijs. At P. Nau. num. 333. Innoc. Secutus docet nullam extraneorum habendam eſſe rationem quia exteri nõ tenentur recipere illam monetam in eo valore, quo vtuntur qui percuſſerunt, cum ſubditi non ſint. ſed aliam æſtimationem imponere poſſunt pro ratione veri valoris illius numiſmatis à vero pondere, & hoc placet.

14 Conuento ſuper mutuo à ſe ſoluto non licet falſum ſolutionis inſtrumentum producere Couar. 1. var. res. c. 2. num. 3. parag. Cœterum.

LIBER

LIBER QVARTVS

Dominium. Subiectio. Tyrannus.

V. Bellum. Iudicium. Locatio. Obedientia. Officium. Pactum. Reſpublica.

DOMINIVM eſt ius habendi, poſſidendi, fruendi, & vtendi aliqua re prolibito volũtatis, ſimpliciter, vel ſecundũ aliquem determinatum modũ, ex quadam Superioritate Silu. ver. dominium, initio Vel eſt ius perfectè diſponendi de re corporali, niſi lege prohibeatur Bart in l. Si quis vi parag differentia ff. de acqu. poſſ.

2 Dominium acquiritur etiam ſine appræhenſione per ſolam traditionem veram, vel fictam, l. Traditionibus C. de pact. Excipitur primò Eccleſia, quæ etiam ſine traditione acquirit dominium. ſic reliqua pia, l. Vt inter diuinum C. de ſacr. ſan. Ecc. Secundò Hæres adita hæreditate, cum videlicet hæres eam acceptat, & profitetur ſe velle hæredem eſſe Inſt. de hæred. qual. parag. fi. Tertiò legatum in ſingulari Couar. in c. Rainaldus de teſtam. parag. 1. num. 1. Ficta traditio fit multis modis Primò per viſum. l. Quod meo parag. Si venditore ff. de acq poſſ. Secundò per traditionem ſcripturæ, qua conſter de titulo, & iure primi poſſeſſoris l. 1. C. de donat non tamen per ſcripturam de nouo confectam, qua venditor dicat ſe tradere venditori Molin. diſp. 13. citan. Tertiò per traditionem clauis eius domus, in qua res vendita continetur. l. Clauibus ff. de contrah. empt. modò ſit præſens dicta domus, Molin. de iuſt. trac. 2 diſp. 13. verſ. Tertius caſus, & modo ex iuſta cauſa tradatur, vt emptionis, donationis, & ſimili, quæ apta ſit dominium transferte. Secus ſi ex cauſa cuſtodiæ Mynſinger. Inſt. de rer. diuis. parag. Si quis merces. Quartò ſi venditor reſeruet ſibi Vſumfructum rei venditæ l. Quisquis, & l. Si quis argentum parag. ſed ſi quidam C. de donat. Quinto cum venditor conſtituit ſe eius rei conductorem ab emptore Sexto quando res vendita reperitur penes emptorem l. Siue autem, verſ. Si quis ff. de public. in rem act. Septimo, quando rei venditæ apponitur cuſtodia ex parte emptoris. l. Quarumdam rerum ff. de acqu. poſſes. Octauo quando in inſtrumento alienationis venditor conſtituit ſe poſſeſſorem nomine ementis l. Quod meo cit. Ias. in l. Quoties C. de rei vendic. num. 14. Pan. in c. Cum veniſſent de reſt. ſpol. num. 12. Couar. 3. var. res. c. 16 à num. 7. Nono, quando de voluntate alienantis emptor per ſe, vel per alium ſignat rem emptã: vt ſi quis emeret duas oues ex grege, eaſque ſignaret, l. Quarundam cit. Varios modos acquirendi dominium ponit Inſt. de rer. diuis ad fi. tit. & ibi Mynſing.

3 Homo eſt dominus propriæ famæ, & honoris, non tamen poteſt ſine cauſa negligere S. Tho. 2. 2. q. 73. ar. 4. ad 1. Sot. de iuſt. lib. 5. q. 10. ar. 2. & de reg. ſecr. memb. 1. q 3. Turrecr. in c. Non ſuat. 10. q. 3. Nau. c. Inter verba concl. 2. num. 10. & 15. & in man. c. 18 num. 28 Couar. 1. var. res. c. 2. num. 8. V. Reſt. c. 12. num. 5.

4 Perſona publica non eſt domina famæ, quia eius infamia vergit in aliorum perniciem V. vbi ſupra.

5 Princeps poteſt compellere bonos ad ſuſcipienda officia publica S. Tho. opuſc. 21. ad Duciſſ. Brabant.

6 Princeps poteſt exigere à populo vltra ſolitum ob Reip. vtilitatem S. Tho. vbi ſupra Silu. ver. dominium q. 5.

7 Poteſt ex cauſa iuſta reſiſtere electioni factæ per Papam, vt ſi eligatur Epiſcopus ſuſpectus, &c Pan in c. Quod ſicut de Elect. num. 7. & in c. Super his de accus. num. 13. Aut ſi beneficia ſimoniacis conferantur Molin. de iuſt. tract. 2. diſp. 31. concl. 2 Poteſt etiam ſecundum Couar. pract. qq. c. 35. num. 6. Cened ad Decretal. collect 5. num. 3. & alios ibi relatos popu los ſibi ſubiectos, & oppreſſos à Iudicibus Eccleſiaſticis defendere, & obuiare abuſui notorio Eccleſiaſticæ poteſtatis. de quo vi de Nau, in c. Cum contingat de reſcript. remed. 1. per tot. Molin. vbi ſupra diſp. 103. Verum Couar. ſententiam falſam omnino eſſe multis probant Azor. p. 1. lib. 5. c. 12. & 14. & Alter. de cenſur. to. 1. lib. 5. diſp. 15. c. 3. & Barbos. ad c. Eccleſia S. M. de conſtit. contraria diluens per c. Qualiter de iudic quod abrogatum fuit ius antiquum, ſiue ciuile, ſiuè canonicum, quatenus concedebat Iudicibus ſæcularibus defendendas eſſe cauſas Clericorum in caſu negligentiæ Epiſcopi. Idem ſentit Pan. in d. c. Qualiter num. 7. Quoad priorem partem quam defendit Salon. 2. 2. q. 67. ar. 1. contr. 1. in fi. quando ſubditis, licet Clerici ſint, alia nō ſuppetit via ſe eximendi ab iniuſta vexatione, quo caſu etiam Clerico licet appellare, ad Iudicem ſæcularē, exemplo S. Pauli appellantis ad Cæſarem. Sed hanc etiam opinionem pluribus refellit Alter. vbi ſupra.

8 Princeps exigens pedagia tenetur facere itinera ſecura; alioqui ſi ex eius negligentia committantur furta, tenetur ad reſtitutionem, aut ſaltem malefactorem exhibere Ang. ver. Pedagium parag. 8. per c. Dominus 23. q. 2. & c. Adminiſtratores q. 5. eadem cauſa Azor p. 3. lib. 5. c. 23. q. 4.

9 Non poteſt aliquid agere in præiudicium populi ipſius conſenſu non requiſito c. Quanto de iureiur. vbi Pan. num. 1. Hoſt. in ſum. de poen. parag. fin. vbi quod Princeps per ſe non poteſt componere de damnis populo datis ratione belli. de quo Molin vbi ſupra diſp. 113. Item non poteſt ſine populi conſenſu mutare monetam: niſi id conſueuiſſet facere tanto tempore, cuius initij memoria non exiſtat. Mart. de laude de augm. mon. q. 8. Item non poteſt ad libitum diſpenſare de ſubſtantia ſubditorum Pan. vbi ſupra Arag. 2. 2. q. 62. ar. 3 Molin vbi ſupra diſp. 25. Principem enim non poſſe ſine rationabili cauſa tollere à ſubditis ius quæſitum, pluribus docet Marchin. de peſte p. 7. c. 10. dicens contrariam ſententiam à recta, & ſana Theologia eſſe prorſus alienam. Principatus enim eſt de ſolo iure gentium, quæ Principes ad bonorum ſuorum defenſionem non verò ad deſtructionem, aut iniuſtam oblationem elegerunt, & contraria argumenta optime confutat. Cum autem ex cauſa id facit, retribuere debet poſſeſſori æſtimationem Monet. de commut. vlt. vol c. 9. num. 563. & duob ſeqq.

10 Poteſt Princepes ex cauſa rem vnius alteri dare Capicc. dec. s. 41. num. 13. Felin. c. Quæ in Eccleſiarum de conſtit. num. 28. & ſeqq. Nau. de cenſib. conſ. 6. Ang. ver. Princeps num. 1. Intellige pretio, & æſtimatione poſſeſſori retributa; alias minimè poteſt, etiam de plenitudine poteſtatis, vt de communi teſtantur Monet. vbi ſupra num. 562. & ſeq. Molin de iuſt. tract. 6. diſp. 174. vers. Illud etiam Fel. loc. cit. & ibi Pan. num. 11. & alij relati d. num. 563. ſi tamen cauſa illa ceſſat, debet res ipſa reſtitui Fel. num. 29. Eſt autem cauſa legitima fauor publicus. Poteſt etiam aliquem locum communem Reipublicæ proprio vſui dedicare Sot. de iuſt. lib. 4. q 6. ar. 4. Et ex cauſa rationabili rē Eccleſiæ immobilem cum alia immobili permutare, modo ſaltem ſit æqualis; cap. Si Princeps de rer. permut.

11 Non poteſt Princeps venire contra contractum ſuum Ang. & Silu ver. Princeps Gramat. decis. 65. num. 27. Pan. in c. 1. de probat. num. 1. Felin. ibi, & in d. cap. Quæ in Eccleſiarum vers. limita-

ſe.

ſecundo Azor. p. 1. lib. 5. c. 11. q. 1 verſ. In hac itaq. nec reuocare priuilegium remuneratorium, niſi adſit iuſta cauſa Gram. loc cit. Felin. in c. Nouit, de iudic. num: 32. Nec Priuilegium gratis conceſſum vbi per illud acquiſitum eſt dominium alicuius rei Fel. ibidem num. 8. Nec priuilegium, quod tranſit in vim contractus. Niſi conceſſiſſet ſuam iuriſdictionem: quia in huiuſmodi conceſſione ſemper intelligitur excepta autoritas ſuperioris Fel. num 5. & 6.

12 Rex tenetur pro populo vitam ponere Sot de iuſt. lib. 5. q. 1. ar. 8. & lib. 10. q. 3. ar. 4.

13 Domini tenentur de damno ab Officialibus dato, ſi, cum poſſint ſine ſuo, & Reip periculo, ea non impediunt ſilu. reſt. 3. q. 5. verſ 5 V. Annot. ad Capell. Thol. 196. De damno verò dato à Mancipio non tenetur Dominus in foro conſcientiæ ante condemnationem, niſi inde factus ſit locupletior, aut iuſſerit, conſuluerit, aut ſciuerit, & cum poſſet, non impedierit. quo caſu tenetur ad damna, & pœnas, licet Mancipium alienauerit, aut manumiſſerit poſt delictum. Poteſt tamen Dominus adiuuare fugientem poſt delictum, occultareq. ac in locum tutum transferre, vbi delictum meretur pœnam mortis, mutilationis, aut flagellorum. Quòd ſi alienauit titulo oneroſo, tenetur poſteriori domino tamquam de re vitioſa Molin. de iuſt. trac. 2. diſp. 711. & 713. Rebell. de reſt. lib. 2. q. 10. in fi. Azor. p. 2. lib. 2. c 38. q. 10. in fi. Azor. p. 2. lib: 2 c. 38. q. 10. Vt l. 2. ff. de noxal. act. & l. Si ſeruum C. eo.

14 Gubernare principaliter ob diuitias, aut gloriam mortale non eſt Nau. c. 25. num. 1. V. S. Tho. de regim. Princ. lib. 1. c. 17. & ſeq.

15 Domini tenentur corrigere mala publica ſi poſſunt ſine ſcandalo, aut damno Reipublicæ Ang. ver. Iudex parag. 7. Nau. c. 25. num. 8.

16 Poſſeſſio eſt corporalis rei detentio corporis, & animi, & iuris adminiculo concurrente. Et eſt duplex Naturalis, cum quis eſt in re ſua, vel eius parte: vel ſaltem videt rem, vel eius partem in conſpectu verbis, vel factis eam defenſurus. Ciuilis, cum quis, nec eſt in re, nec res in conſpectu eius, ſed poſſeſſionem ſolo animo tenet: & rem retinet de iure vero, vel præſumpto Eſt etiā poſſeſſio mixta quam quis, & corpore & animo tutè & conuenienter iuri ciuili habet. Quaſi poſſeſſio eſt incorporalium, vt iurium, & ſeruitutum, quæ corporaliter appræhendi non poſſunt Silu. ver. poſſeſſio. Hæc autem quaſi poſſeſſio incorporalium, vt iuris eligendi, præſentandi, vel conferendi, acquiritur per vnicū actum, vt plurimos congerens, & contraria diluens docet Barbos. ad c. Querelam de elect. à num. 10. ad 14. Ad hoc autem requiritur Primo quod Electio ſit confirmata, & plerumq; ſuum effectum fuerit ſortita: factū enim non reputatur id quod non habuit effectū. Secūdo, quod vſus iſte, quo acquiritur huiuſmodi quaſi poſſeſſio exerceatur iure proprio. Tertio, vt acquiratur ſcietibus iis, quibus præiudicatur. Eſt enim generaliter receptū, iurium incorporalium quaſi poſſeſſionē minimè acquiri poſſe, niſi ſciente & patiente aduerſario. Rot. corā Card. Lancell. apud Farin. to. 1. decis. 110. num. 6. & decis. 547. coram Damaſc. & quia huiuſmodi quaſi poſſeſſio, traditionem, vel patientiam requirit, & in ea formaliter conſiſtit. Quarto quòd adſit bona fides vtentis, vt de com. teſtatur Barbos vbi ſupra num. 18. Quinto, quòd talis actus ex quo prætenditur acquiſita poſſeſſio, ſit clarus, & certus, non verò turbidus dubius, & obſcurus Rota in vna Taruiſana plebis, 5. Iunij 1587. coram Bubulo. Hæc omnia colligit Barbos. loc. cit. quem etiam vide ad c. Conſultationibus num. 6. de Iurepatr.

17 Poſſeſſio rei, quæ in nullius eſt bonis, requirit appræhenſionem Molin. tract. 2. diſp. 12.

18 Poſſeſſor non tenetur relinquere ius ſuum ad dictum executoris. eius enim poteſtas procedit tantum contra reſtitutionem de facto, non autem de iure Rota diuerſ. 204.

18 Poſ-

rea quidquid, & quouis modo acquirunt, dominio acquirunt l. Acquiritur nobis parag. 1. ff. de acquir. rer. dom. cum nihil proprium habere poſſint Iaſ. in l. Qui in aliena ff. de acqu. hæred. Molin. vbi ſupra Limita primo, niſi interueniat pactum inter ipſum, & Dominum, vt certum quid ſingulis menſibus ei ſoluatur, & reliquum ſibi referuet. Secundò ſi quid Dominus tacitè, vel expreſſè donet Seruo, aut velit ſuum eſſe quidquid quocumque modo acquirat. Tertiò quando ipſi ſeruo vel à Domino, vel ab alio aliquid reſtituitur pro iniuria, aut damno ſibi illato in ijs, quæ Domini poteſtati non ſubiacent. Quartò ſi quid ei donetur ea conditione, vt ſit ſerui, non Domini. Quintò ſi bonis ſuis quorum eſt dominus, aliquid ludo aut negotiatione lucretur, ſine præiudicio tamen ſeruitiorum, quæ Domino debet Molin vbi ſupra Azor. c. 35. cit. licèt Salon. de domin. q. 3. art. 1. in fi. & alij id intelligant de ſeruis emptitijs, qui ſe, operas, & iura vendiderunt.

26 Seruus ſimul ac habetur pro derelicto, aut illi denegantur alimenta cum languet, fit liber c. vn. de infant. expoſ. & ibi Pan. Silu. ver. ſeruitus q. 5. Ang. ver. Expoſitus, initio. V. Azor. p. 1. lib 2. c. 36. q. 9.

27 Licet tempore perſecutionis dare ſe in ſeruum infideli cum pacto non relinquendi ritus Chriſtianos Silu. vbi ſupra q. 8. Ang eo parag. 8.

28 Natus ex ancilla, licet Pater ſit liber, fit ſeruus, quia partus ſequitur ventrem c. vlt. de ſeru. non ord. c. vn. de nat. ex lib. ventr. l. Partum C. de rei vendic. Niſi aliud habeat conſuetudo c. licet de coniug. ſeru. Eſt verò liber, ſi ex libera naſcatur: ſufficit autem matrem eſſe liberam ſiue tempore conceptionis ſiue Natiuitatis, ſiue medio tempore. Inſt. de ingen. parag. ſed & ſi quis l. & ſeruorum parag. ingenui ff. de ſta. hom. Præter ſeruitutem, aut libertatem, in alijs ſequitur conditionem Patris l. Cum legitime ff de ſta. hom. V. Sanchez de matr. lib. 7. diſp. 24.

29 Ancilla, quam Dominus vult cogere ad fornicandum, poteſt fugere, & fit libera, poteſtq; dominus Epiſcopi auctoritate compelli ad manumittendum l Si lenones C. de Epiſc. aud. Ang. ver. ſeruitus parag. 2. Silu. eo. c. 5. Molin. trac. 2. diſp. 39. quod Azor. vbi ſupra c. 38. q. 3. ita intelligit quando ſeipſam ſine peccato incolumem ſeruare non poteſt.

30 Serui de domini voluntate contrahentes matrimonium non poſſunt ſic diſtrahi, vt impediatur reddito debiti Pan. in c. Dignum de coniug. Seru. Nau. c. 22. num. 34. Roder. in ſum. lib. 1. c. 223. concl. 3. V Sanchez de matrim. lib. 7. diſp. 22. vbi refert plures Doct. ſententias.

31 Emens bona fide ſeruum ſiue à mercatoribus illos ex India aſportantibus, ſiue ab ijs, qui iam bona fide poſſidere cæperunt, licitè illum retinet; nec reſtituere tenetur, eſto dubitare incipiat, num iuſto titulo ſit ſeruituti ſubiectus Molin. diſp. 36. ſed eo caſu tenetur moralem facere diligentiam ad ſciendam veritatem.

32 Papæ diſſipanti bona Eccleſiaſtica in perniciem Eccleſiæ poteſt reſiſti Silu. ver. Papa q. 4. in fi. Victor. de poteſt Papæ, & Concil. num. 23. Caiet. opuſc. eo. c. 27. ad 2.

33 Ædificatum in ſolo alieno, ſi bona fide, eſt quidem Domini ſoli, ſed is ſoluet materiam, & mercedem fabrorum, l. Adeo quidem parag. Ex diuerſo ff de acqu. rer. dom. Si mala fide, omnia perdit: fuit enim in culpa, ædificans temerè in eo ſolo quod ſciebat alienum eſſe Inſt de rer diuis. parag. Ex diuerſo V. Iaſ. in l. 1. parag. Nunciatio ff. de nou. oper. nunc. Melioramenta neceſſaria, quæ niſi fierent, res interiret; aut quæ ex conſuetudine ſine dedecore omitti non poſſunt, debentur etiam malæ fidei poſſeſſori, ſi tamen perpetuam rei vtilitatem reſpiciunt. Rota apud Farin. p. 2. decis. 601. num. 5. Vtilia verò, quæ conferunt quidem, & melioranr, non tamen neceſſe erat, vt fierent bonæ fidei poſſeſſor deducit, quatenus rei Dominus factus eſt locupletior ſi tamen Dominus ipſe non erat illa facturus, vt quia pauper; vel quia non curaret pretioſiorem facere, permittetur poſſeſſori de impenſis ea tollere, quæ ſine domini detrimento poteſt, ſibiq; vtile

futurum

non poteſt, niſi de licentia Iudicis illius territorij. Pan. in c. Nouit num. 4. de off. leg. Arg. abſolutio 2. parag. 5 Silu. abſolutio 1. num. 11. verſ. ſecundo adde, & de vtriuſq; litigantis conſenſu, qui inuiti extra proprium territorium trahi non poſſunt. Voluntaria verò poteſt vbique, & ſemper exerceri, quia non requirit Iudicem pro tribunali ſedentem l. Emancipari ff. de adopt. Silu. ver. Iuriſdictio parag. 1. Nau. de temp. ord. conſ. 4. num. 3. Couar 3. var. res. c. 20. num. 8.

4 Rurſus alia eſt Ordinaria, Alia Delegata. Ordinaria eſt, quæ alicui inhærens, nomine proprio ab eo exercetur. Delegata verò eſt, quam quis ab Ordinario Iudice delegandi facultatem, tempore delegationis non impeditam habente accipit Sayr. de cenſur. lib. 1. c. 6. num. 21. & 26.

5 Ordinariam dant Lex, principes, Conſuetudo. Pan. in c. Duo ſimul num. 2. de off. ord. addit Silu. vbi ſupra num. 2. & vniuerſitas approbata, vt Mercatorum, & aliorum artificium; & vniuerſitas facultatum Artium, vel Legiſtarum. hi enim omnes poſſunt de ſuo corpore creare, & eligere Iudicem ordinarium.

6 Rurſus alia plena, alia ſemiplena. Illa eſt ſolius Principis, hæc inferiorum Silu. vbi ſupra,

7 Qui poteſt maiora, poteſt etiam minora, cum eadem eſt, aut maior ratio c Cui licet de reg. iur. in 6. Idem verò quomodo aliquando non verificetur in diſpenſationibus, vide Sanch. de matr. lib. 8. tota diſp. 1.

8 Conceſſa iuriſdictione, intelliguntur etiam conceſſa illa, ſine quibus expediri non poteſt l. 2. ff. de iuriſd. omn. Iud. Silu. vbi ſurpa Panor in c. fi. num. 5. de except.

9 Conceſſio Iuriſdictionis eſt fauorabilis Cou. prac. qq. c. in fi.

10 Iuriſdictio non cenſetur reuocata donec ſciat qui eam habet, licèt reuocetur propter delictum Sic multis cit. Sanchez de matr. lib. 3. diſp. 3. à num. 11. Alij tamen quos refert, & ſequitur Felin in c. Cœterum de reſcrip. num. 24. docet cenſeri reuocatam, quoties reuocetur per ſententiam priuantem ipſo iure non generaliter, ſed ſpecialiter, & certitudinaliter nec ſufficere ſententiam ſuper crimine. Vide locum.

11 Ad intelligentia reg. Quod communis error tribuit iuriſdictionem fuſè Sanchez de matr. lib. 3. tota diſput. 22.

12 Quiuis Superior poteſt facere præceptum obligans ad mortale Arag. 2. 2. q. 62. ar. 3. dub. 1. ad 2.

13 Obedientia excuſat in dubio credentem licere quod iubetur Silu. ver. Obedientia parag. 2. & religio 6. num. 6. Tolet. de pec. mor. c. 15.

14 Non poteſt præcipi, vt quis propter ſanitatem permittat ſibi membrum abſcindi, aut ferat grauiſſimum dolorem Sot de iuſt. lib. 5. q. 2. ar. 1. conc. 3.

15 Non poteſt præcipi reuelatio peccati omnino occulti c. Erubeſcant diſt. 32. aut iteratio confeſſionis Nau. c. 23. num. 38. V. ver. Confeſſio num. 24.

16 Nolle aliquid facere eo ipſo, quia iubetur, mortale eſt, etiam in re leui, eſt enim contemnere, ſeu nolle ſubdi Nau. vbi ſupra num. 36. Item nolle obedire in re notabili ſcienter ſine cauſa etiam ſine contemptu Silu. ver obedientia q. 1.

17 Papæ debent ſæculares obedientiam in ſpiritualibus, non in temporalibus Silu. vbi ſupra q. 6. Pan. in c. Veniens de ver. num. 4.

18 Nolle obedire ex indignatione, id eſt non ex eo quòd Superiori ſubdi renuat, ne ipſum ea re ſolatio afficiat, niſi indignatio ipſa ſit mortalis, non eſt peccatum mortale. Sanchez in ſum. lib. 1. c. 5. num. 12. Sicut nec mortale eſt contemnere Prælatum, quia imprudens eſt, aut infimæ ſortis, aut quod eius auctoritas eſt exigua, aut circa res leues. Caſt de leg. pœn. lib. 1. c. 5. conc. 2 Sanchez num. 23.

19 Non eſt obediendū ſuperiori, cum præſumitur malum inde oriturum Pan. in c Quando de reſcrip. num. 2. Silu. vbi ſupra V. ver. Lex num. 45.

20 Credens Superiorem non fuiſſe præceptum, ſi veritatem ſciret, poteſt non obedire Nau. vbi ſupra num. 39.

21 Nec Prælatus tempore peſtis, nec Princeps tempore belli poteſt populum deſerere Sot. de iuſt. lib. 5. q. 1. ar. 8. Arag. 2. 2. q. 64. ar. 7. dub. 1. ad 3.

22 Non eſt obediendum cum proximi ſcandalo Silu. vbi ſupra q. 5. verſ. Nec ſecundo Cou. in reg. Peccatum p. 1. num. 3. aut cum præcipitur aliquid contra legem Dei, aut in diſpendium ſalutis, aut contra præceptum Superioris S. Tho. relatus à Silu. vbi ſupra q. 1. & ver. adulterium num. 3.

23 Subditus an teneatur obedire contra propriam conſcientiam, V. ſupra pag. 12. num. 29.

24 Non volo denotare præciſè reſiſtentiam, & contemptum. Nolo verò non ſemper Pan. in c. finem de dol. & cont. num. 4. Immo nolo importat præciſè reſiſtentiam, & non volo ſimplicem impotentiam. Ias. in l. Qui ſe Patris C. vnde liberi Dec in c. Prudentiam parag. Sexta num. 19. de off. deleg.

25 In dubio etiam practico, accedente Superioris præcepto, tenetur Subditus obedire Molin. de iuſt. trac. 2. diſp. 113. verſ. Illud circa ſem. de quo Sanchez in ſum. lib. 6. c. 3.

P E C V L I V M.

V. Clericus.

1 PEculium caſtrenſe, aut quaſi caſtrenſe eſt, quod acquiritur ratione militiæ aut Officij publici, & poteſt acquirens de eo liberè diſponere. Profectitium eſt quod filius acquirit ratione Patris, nec in eo quicquam iuris habet, ſed totum eſt Patris. Aduentitium, quod induſtria, donatione, ſucceſſione, aut fortuna acquiſitum; in quo proprietas quidem eſt filij, Vſusfructus vero Patris dum viuit: ſed filius emancipatus habet dimidium Silu. peculium 1. q. 3. Caſtrenſe item eſt, quod ea conditione datum eſt, vt eſſet caſtrenſe, Acquiſitum ex rebus Patris propria induſtria, partim eſt profectitium, partim aduentitium, itaque dimidium erit filij. Nau. in man. c. 17. num. 144. Ang. ver. peculium parag. 11. relato Bart. in trac. de duob. frat. & in l. Cum oportet C. de bo. quæ lib. Silu. verò vbi ſupra q. 12. vult ita acquiſitum totum eſſe Patris, niſi filius ſit emancipatus, quo caſu vera eſt opinio Nau. fusè Molin. de iuſt. tract. 2. diſp. 231. & ſeq. Paſchas de iurib. patr pot. p. 1. c. 3. Azor. p. 2. lib. 2. c. 22. & ſeq. Anchar. in c. Licet de ſepult. in 6.

2 Quod laicis eſt aduentitium, Clericis eſt Caſtrenſe, vel quaſi Silu. vbi ſupra q. 2. Pan. c. In præſentia de probat. num. 56. V. Sanchez in ſum. lib. 7. c. 13. num. 30. & ſeq. & ſupra ver. Clericus num. 15. Eſt etiam quaſi caſtrenſe quod à Patre datur filio intuitu Clericatus, & ab eo donatum, vt eſſet patrimonium, ad cuius titulum ad ordines promoueretur, quando cauſa ſubſecuta eſt. Si enim receptio ordinum non ſubſequatur, non eſſet peculium quaſi caſtrenſe, ſed redit ad Patrem, vbi ſupra num. 29. & cum alijs fratribus adducendum Molin. de iuſt. trac. 2. diſp. 231. verſ. Item quaſi caſtrenſia, &c. V. Donatio num. 25.

O F F I C I V M.

D E L E G A T I O.

V. Dominium. Gratia. Venditio.

1 DOminii tenentur ſub mortali dare officia vilioribus Reipublicæ Arag. & Ban. 2. 2. q. 63. ar. 2. præter eum ſi habeant iuſtitiæ adminiſtrationem Sot. de iuſt. lib. 3. q. 6. ar. 4.

2 Neophiti ad publica Officia promoueri non poſſunt Glo. in c. Conſtituit 17. q. 4. vbi Barbos. plurimos congerens. V. tamen Couar. in Clem. ſi furioſus de homic. p. 1. parag. 2. concl. 5. & ſeq.

3 Quiuis Ordinarius poteſt delegare, cum poteſtate ſubdelegandi Com. ex Silu. ver.

ver. Delegatus num. 10. & 12. Non poteſt tamen is delegatus ſubdelegare nomine proprio, quia neque Ordinarius ei poteſt eam facultatem concedere, Fel. in c. Super quæſtionem num. 18. de off. deleg. Sanchez de matr. lib. 8. diſp. 31. num. 8.

4 Delegatus à Principe poteſt delegare, niſi detur ei nudum miniſterium, ſed non poteſt delegare cum poteſtate ſubdelegandi d. c. Super quæſtionem, c. Paſtoralis, c. Quoniam eo. tit. Pan. in d. c. Super, parag. ſi verò num. 6. & c. Cum cauſam de appellat. num. 4.

5 Poteſt etiam delegare Vicarius generalis Epiſcopi, habet enim ordinariam iuriſdictionem Pan. in d. c. Quoniam num. 11. Couar. 3. var. reſ. c. 10. num. 11. Item Parochus, eiuſq; Vicarius, ſiue perpetuus, ſiue ab Epiſcopo datus loco Parochi, ſiue ab ipſo Parocho conſtitutus cum huiuſmodi facultate Suar. alijs cit. to. 4. diſp. 26. ſect. 1. num. 4. & qui ex priuilegio perpetuo, ratione Dignitatis, aut Officij poteſt abſoluere Nau. c. 27. num. 45. & de priuil. cons. 9. num. 1.

6 Poteſt Prælatus delegare priuilegium abſoluendi ſubditos, vel cum eis diſpenſandi, ſi non ſit conceſſum reſpectu certæ perſonæ, ſed in genere Silu. vbi ſupra num. 11.

7 Delegatus cum nudo miniſterio habet iuriſdictionem coercendi impedientes Glo. in c. fi. parag. Cœterum, ibi Pan. num. 3. de off. deleg. Sed annot. marg. ad d. Glo. id negat, niſi in ipſa delegatione appoſita ſit clauſula Contradictores, &c. Vel ſecundum Rom. 462. & Rebuff. prax. beneſ. de ſor. nou. prouis vers Contradictores, niſi illi ſe opponant de facto, non de iure V. Pan. in c. Ex literis de off. deleg. num. 4. Ego cenſeo veriorem Glo. ſententiam per d. c. Ex literis, ibi, Cum huiuſmodi demandata iuriſdictio deluſoria videretur, ſi ſubdelegatus huiuſmodi coertionem aliquam non haberet. Et glo. ibi, ver. ſubdelegatus dicit, etiam merum executorem habere coerctionem. Quando dicatur electa induſtria perſonæ, & quibus verbis, vide Moneciam fuſius tractantem de commiſ. vlt. vol. c. 5. num. 549. ad 566.

8 Delegatio ſpirat mortuo delegante re integra, c. Relatum, & ſeq. & c. licet vndique de off. deleg. Si tamen communiter ignoratur mors, tenent geſta per Delegatum, vt multis relatis docet Sanchez de matr. lib. 3. diſp. 22. à num. 55. Item ſpirat morte eius contra quem mandatur, c. Significauit de reſcrip. Item excommunicato, aut ſuſpenſo delegante re integra, Glo. in d. c. licet, ver. re integra. Niſi illa priuatio, & amotio hominis ſit occulta; tunc enim tenent geſta, concurrente communi errore Sanchez vbi ſupra num. 58. In vtroq; tamen dicto alij multi contrarium docent. Spirat item finito officio delegantis re integra, etiam ſi ſit delegatus Principis, & ad vniuerſitatem cauſarum, glo. in d. c. Licet in fi. & ibi Pan. num. 7. Sanch. num. 32.

9 Poteſt delegari ſimplex miniſterium abſoluendi etiam à Delegato ordinarij, & à Subdelegato Delegati Papæ, non verò eorum iuriſdictio Nau. c. 27. num. 45.

10 Delegato etiam Principis non creditur, niſi de ipſa delegatione conſtet per authentica ſcripta Extrau. 1. inter com. parag. 1. de elect. l. vn. C. de mand. Princip. V. ver. Cardinalis, & ver. Litteræ num. 2.

11 Delegatio realis, ideſt quæ ſit Dignitati vel Officio non extinguitur morte Delegati, ſed tranſit in ſucceſſorem: ſecus ſi perſonalis. Item realis tranſit in ſucceſſorem, amoto Delegato ab Officio; perſonalis verò ſecus; Nam poteſt adhuc cognoſcere, etiam re integra, cum non expiret eius delegatio finita dignitate: niſi ea perſona ſit priuata dignitate in pœnam delicti; vel niſi tranſlata ſit ad ſtatum incompatibilem, ita vt factus ſit iuriſdictionis Eccleſiaſticæ incapax.

12 Sufficit autem Dignitatem, aut Canonicatum obtineri tempore impetrationis reſcripti, licet tempore præſentationis ceſſarit Dignitas Sanch. de matrim. lib. 8. diſp. 27. q. 1. & 3. Vbi etiam vide, vtrum delegatio ſit perſonalis, aut realis, quando commiſſio ſit expreſſo nomine Dignitatis, & perſonæ. In quo verum

 reſſit

res ſit controuerſa, alijs dicentibus eſſe realem, alijs eſſe perſonalem, ſi præcedat nomen proprium. Ipſe docet ſemper eſſe perſonalem, quia nomen proprium reſtringit nomen Dignitatis, quod eſt generale ad omnes ea fulgentes. V. Pan. in c. mandatum de præſumpt.

13 Subdelegatio non ſpirat re integra quoad ipſum delegatum, mortuo ſubdelegante, ſed ſuperſtite primo delegante, quando delegatus ſubdelegauit ex ſpeciali poteſtate ſibi à delegante tradita, Secus delegato ſubdelegante iure proprio in caſu, quo ſubdelegare poteſt. Item mortuo delegante re integra quoad delegatum, ſed non quoad ſubdelegatum, qui iuriſdictio ne vti cæpit: quia cum ſubdelegatus vſus fuerit iuriſdictione, ipſa radicata in eo eſt: ac proinde eius duratio iam non pendet à primo delegante, aut ſubdelegante c. penul. de off. deleg. in 6. Idem dic mortuo primo delegante, re non integra quoad delegatum. Dicitur autem res non integra in huiuſmodi gratijs, in quibus non eſt, citatio partis, quando delegatus primum actum exercere cœpit correſpondentem citationi partis, vt ſi cœpit vocare ad cognoſcendum de veritate precum. In alijs verſ. cauſis dicitur res non integra quando facta eſt citatio partis c. vlt. de off. leg. a, c. Relatum. & c. Gratum de off. deleg. aut alius actus citationi æquiualens Monet. alios referens de commut. vlt. vol. c. 8. num. 17. V. Couar. 3. var. res. c. 15.

14 Delegatus dicitur functus officio ſuo, eiusq; iuriſdictio ceſſat, cum per ſe, vel per alium executus eſt ſententiam ſuam, c. In literis de off. deleg. & Ideo non poteſt amplius ſe intromittere in cognitione cauſæ Pan. in d. c. In literis num. 2.

15 Delegatus renuntians ſuæ delegationi, poteſt nihilominus pœnitere, eaq; vti, ſi delegans nondum acceptauit renunciationem Monet, vbi ſupra num. 845. per c. Licet, & ibi glo. de procur. in 6. & ſi remiſit cauſam ad Superiorem, deſinit eſſe Iudex illius c. Licet, de off. leg. Sanchez de matr. lib. 8. diſp. 14. num. 8.

TRIBVTVM GABELLA

V. Excom. Bullæ. Officium. Clericus.

1 TRibutum eſt cenſus, qui præſtatur de proprio ſolo Principi, vel Communitati.

2 Gabella genericum nomen eſt, exactionem publicam importans, ſub ſe continens Tributum, penſionem, cenſum, pedagium, guidagium, vectigal, Collectam, tallias, præſtantias, & huiuſmodi Silu. gabella 1. in princ.

3 Princeps imponens noua tributa ſine Republicæ neceſſitate, tenetur reſtituere Nau. in man. c. 23. num. 6. verſ. 16. Arag. 2. 2. q. 62. ar. 3.

4 Poteſt ex conſuetudine immemorabili gabella exigi etiam de rebus ad ſuſtentationem allatis S. Ant. p. 2. tit. 1. c. 13. parag. 8. Nau. c. 17. num. 203. verſ. An autem Silu. gabella 3. num. 6. Azor. p. 3. lib. 5. c. 21. Beia p. 1. caſu 13. verſ. Tum demum. Leſſ. lib. 2. c. 33. dub. 7. Salon. 2. 2. to. 2. de vectig. art. 3. contr. 6. à num. 12. Arag. 2. 2. q. 62. ar. 3. qui etiam docent id licere in caſu vrgente, & neceſſario Reipublicæ. Alij tamen, quos S. Ant. loc. cit. refert, contrarium docent. Poteſt etiam vi præſcriptionis legitimæ exigi cauſa ceſſante. Silu. gabella 3. q. 6. ſed hoc meritò negat Azor. vbi ſupra.

5 Subditus nimium grauatus alijs impoſitionibus poteſt fraudare gabellas iuſtas, S. Ant. vbi ſupra in fi. Silu. gabella 3. num. 17. etiam ſi per id damnificentur gabellas ementes: quia Princeps non poteſt illis vendere, quod eſt alienum; eſt autem tunc ſubditis ius illud ſibi retinendi Silu. vbi ſupra num. 24. Beia p. 2. caſu 13. P. Nau. c. 1. p. 3. dub. 10. Leſſ. lib. 2. c. 33. dub. 10. V. Salon. ar. 3. cit. contr. 8. in fi. vbi alijs cit. docet id illicitum, quando illæ gabellæ ad diuerſos exactores pertinet ſed Molin. de iuſt.

tract.

tract. 2. diſp. 64. num. 10. pluribus cit. abſolutè docent dari compenſationem non ſolum in dicto caſu; ſed etiam cum Princeps debet aliquid alicui, quod hic alia via recuperare non poteſt, & num. 8. & ſeq. docet defraudantem cogendum non eſſe ad reſtituendum.

6 Res emptæ tranſeunt cum onere gabellæ nondum ſolutæ Silu. gabella 2. q. 9. & gabella 4. q. 4. & immunitas 1. q. 6.

7 Clericus non tenetur ſoluere gabellam pro grano, vino, &c. quæ habita ex præbenda vendit, glo in c. fi. de vit. & hon. cler. vbi Pan. num. 10. Silu. q. 6. cit. Nec pro vena ferri, ex qua facit ferrum, vt vendat, & lucretur. Anchar. in c. Ex literis de colab. cler. & mul. Nec de rebus delatis non cauſa negotiandi Silu. gabella num. 9. & gabella 3. num. 10. Immo nec pro rebus delatis cauſa negotiationis, & mercimonij, niſi tertio monitus per Epiſcopum, ab huiuſmodi negotiationibus ſæcularibus non deſiſtat. Pan. vol. 1. conſ. 13. per c. fi. cit. & exigens eſt ipſofacto excommunicatus, c. Quamquam de cenſib. in 6. Nec pro bonis patrimonialibus aſſignatis in titulum, vt ad ſacros ordines promoueatur Martha de iuriſd. p. 4. cent. 1. caſu 12. num. 45 quem ſequitur Ricc. alios referens p. 2. dec. ſ. 298. Nec pro pane, vino, carnibus, pannis, & alijs ad victum & veſtitum neceſſarijs; & exigentes incidunt in excomm. Bullæ Cœnæ can. 18 per illa verba Quiuè Collectas & alia onera clericis imponunt Alter vbi ſupra c. 6. dub. 3. Silu. immun. 1. parag. 22. Pan. in d. c. Non minus. Nau. c. 27. num. 128. Sperell. deciſ. decis. 13. à num. 18. Tolet. lib. 5. c. 24. num. 2. V. eundem Sperell. dec. 94. Nec excuſantur qui exigunt, vel mandant exequi à Clericis huiuſmodi gabellas, animo reſtituendi in fine anni, licet proteſtentur ſe id facere ad vitandas fraudes publicanorum; Nam præterquàm quod numquam tantundem reſtituunt, cogunt ad ſoluendũ, quod Clericis eſt magnum onus, & incommodum, & verè exigunt ab inuitis Alter. c. 3. cit. vers. Sexto not. Pro bonis patrimonialibus, an teneātur Clerici ad tributa, vide ſupra ver. Clericus num. Azor. p. 3. lib. 5. c. 18. q. 7. Sayr. & plures ab eo citatos pro negatiua Alter. c. 6. cit. dub. 7. An teneātur ſoluere pro alijs bonis patrimonialibus, Vide ver. Clericus num 23. Quæ ſint ea, quæ negotiationis cauſa dicuntur; optimè Magal. 1. 2. p. lib. 2. c. 17. q. 5. num. 65. & ſeq.

8 Sufficit gabellam ſoluere cum petitur, ſi res parui pretij vendatur. Item cum tributum magno rigore exigitur. Sot. de iuſt. lib. 3. q. 6. ar. 7. Immo ex Tabien. ver. pedagium parag. 8. ſiue res ſit parui pretij, ſiue magni, modò publicè vendatur, & dolus non interueniat, non tenetur ſoluere, niſi petatur, vbi eſt conſuetudo, vt non ſoluatur niſi petita Couar. in reg. Peccatum. p. 2. parag. 5. num. 5. vers Quod ſi Vbi verò eſt conſuetudo, vt vendentes quærant exactores, ſeruanda eſt in gabella iuſta, Tolet. lib. 5. c. 75. Contra Sot. ſcribit Arag. 2. 2. q. 62. ar. 3.

9 In dubio ſeruandæ leges tributorum, & vectigalium Sot. de iuſt. lib. 3. q. 6. ar. 7. intellige de antiquis. Caſtr. de leg. pœn. lib. 1. c. 11. Nam nouè impoſitum non tenentur Ciues ſoluere, vbi de eius iuſtitia dubitatur. Gabr. in 4. diſt. 15. q. 5. ar. 2. Io. Med. de reſtit. q. 13. Arag. vbi ſupra quare ſi non apparet de iuſta, non cogendi fraudantes ad reſtitutionem Cai. in ſum. ver. Vectigalia. Non videntur autem iuſta quæ imponuntur ijs, qui nullam habent vtilitatem. Med. vbi ſupra q. 15. ad 3. & ſecundum Cai. vbi ſupra, vix vlla gabella iuſta eſt: Nouæ non obligant, niſi conſtet iuſtè impoſitas Silu. gabella 3. q. 3. Arag. vbi ſupra. In qua verò eſt, quæ pro rebus ad vſum proprium allatis exigitur. Ias. in l. Cœtera parag. ſed ſi quis ff. de lega. 1. num. 8. Cai & Sot. vbi ſup. Et exigentes ſunt excõmunicati per Bullã Cœnæ, vbi excõmunicãtur exigẽtes vectigalia prohibita: hæc autem prohibita ſunt l. Vniuerſi C. de vectigalibus. Tolet. lib. 5. c. 73. Poſſunt tamen reddi iuſta ſi alia onera impoſita ſint ciuibus, quibus magis

gra:

grauentur diuites quã pauperes Graſſ deciſ. p. i. lib. 2. 125. num. 25. Iniqua etiam eſt, quæ pro vtilitate propria Principis exigitur Silu. gabella 3. num. 19. Ban. 2. 2. q. 62. art. 3. dub. 3. & com. aut cauſa ceſſante Hoſt. in ſum. de cenſib. parag. Ex quibus, vers. Sed quid ſi mercatores. Zachar. ad Pan. in c. 1. de conſtit. Azor. p 3. lib 5. c. 13. lib. 5. Niſi cauſa ſimilis in genere, vel in ſpecie ſuperueniat Roder in ſum. lib. 2. c. 72. in fi. Sayr. clar. reg. lib. 3. c. 7. nu. 12. Iniqua etiam eſt, quæ maior eſt, quam cauſa poſtulet, aut imponitur non pro ratione bonorum Arag. vbi ſupra Silu. gabella 3. num. 3. vers. 4. Item iniqua eſt, cum vna parte Ciuium exempta, reliqui totum ſoluunt. Silu. gabella 4. q. 9. Sot. lib. 3. q. 6. ar. 7. in fi. Tolet. lib. 5 c. 24.

10 Si ſtatuto cauetur, vt ex quacumq; hæreditate, quæ alicui obuenerit, ſoluatur certum tributum; non tenetur hæres ſuus. Molin. alios referens de iuſt tract. 2. diſp. 180. vers. Ex hoc eodem.

11 Gabellas iuſtas defraudans peccat mort. & tenetur reſtituere Cou. Sot. Silu. Tolet. vbi ſupra contra Ang. ver. Pedagium parag. 6. V. Cordub. de cas. q. 95. Non verò ſi dubias, &c. vt ſupra;

12 Gabellas imponere poſſunt, qui ſuperiorem in temporalibus non agnoſcunt Silu. gabella 3. num. 1. & com. & conſuetudo immemorabilis communiter approbata c. Super quibuſdam de verb. ſign S. Ant. p. 2. tit. 11. c. 13. parag. 8 Arag. ar. 3. c. cit. & com. de quo Alter. de cenſur. to. 1. diſp. 6. lib. 5 c. 4. Azor. p. 3. lib. 5. c. 18.

13 Eccleſiaſtici tenetur ad collectas pro refectione pontium, murorum Ciuitatis, viarum, &c. aut pro communi bono totius Reipublicæ impoſitas ſecundum Inn. in c. Non minus de immun. Eccl. Contraria eſt communis Canoniſtarum, vt refert Hoſt. in ſum. de immun. Eccl. parag. A quibus Pan. in d. c. Non minus dicens ſe ita obtinuiſſe in Ciuitate Senarum, & vol. 2. conſ. 3. & 9. Silu. immunitas 1. q. 5. Ang. eo. parag. 37. Franc. Leo. in Theſ. for. Eccl. ver. Immunitas Eccl. Regulares eximit Pius V. per Bull. quæ inc. Duo vbera. Tenetur Eccleſia ad munera realia de prædio habente tale onus perpetuò annexum, glo. in c. 1. ver. bonorum de immun. Ecc. in 6. de quo iterum, ver. Excom. Bullæ nu. 45. & ſupra ver. Clericus num. 24. Item in concernentibus directè vtilitatem Eccleſiæ, & laicorum, vt ſi flumen inundet, &c. Si hoſtilis exercitus, aut prædonum incurſus territorium Ciuitatis inuadit, prædia deuaſtat, vbi Eccleſia habet ſuas poſſeſſiones; & pro fonte, vnde etiam Clerici hauriunt aquas Azor. vbi ſupra c. 19. q. 11 Non tamen cogi poſſunt per Laicos Pan. & alij cit. Felin. in c. Eccleſia S. M. de conſt num. 44 & ſeq. & in c. Verum, de for. in fi. Anchar. in d. c. Non in fi. Vide 23. q. 8. per tot. & Ias. in l. Placet rationabilis, prima lectura C. de ſacr. ſan. Eccl. Et generaliter, vbi publica verſatur vtilitas, vel neceſſitas poteſt Eccleſia contribuere, iuxta c. Aduerſus de immun. Eccl. Anchar. vbi ſupra num. 2. fusè Carol. Graſſ. de eff. cler. effec. 3. & infra excom. Bull. num. 45.

14 Vſufructuarius tenetur ad onera Collectarum, gabellarum cenſuum, penſionum, tributorum, & ſimilium, cum poſſideat, & fructus percipiat ex re poſſeſſa Gratian. diſcep. for. c 611. num 4. Intellige quando Vſusfructus ferre poteſt illud onus. aliàs ſi remaneret inutilis, ſoluet hæres, vt quando his ſolutis nihil commodi ex vſufructu remaneret Vſufructuario. Surdus pluribus cit. deciſ. 38. num. 6. & ſeq. Silu. Vſuſ. q. 9. ver. 2. Ang. eo. parag. 9. Azor. p. 3. lib. 1. c. 19. parag. 26. quæritur. Regulariter autem Vſufructuarius tenetur ad collectas. l. Si pendentes parag. Si quid ff. de Vſufruc. V. ver. Debitum num. 25.

15 Ad Gabellam contractuum non tenentur Clerici, neque Eccleſia Felin. in c. Eccleſiæ S. M. de conſt. num. 142. Archid. in. c. Sancimus 23. q. 8 Niſi Clericus negotietur, tunc enim ſoluit Dec. in d. c. c Eccleſia num. 77. de quo tamen dic, vt ſupra ver. Clericus num. 14.

16 Forenſes contrahentes in loco Hoſpitij tenetur ad gabellas illius, ſunt enim

onus

onus conſecutiuum contractus Cai. in ſum. ver. Vectigalia iniqua. Io. Med. de reſt. q. 15. vers. Per hæc patet. Sanchez de matr. lib. 3. diſp. 18 num. 2.

16 Eccleſia tenetur ad onera iuſtè impoſita, etiam pro bonis ſuis in alio terri torio, ſi onera ſint realia Eccleſiarum, vel perſonalia, vt procurationes decimæ Papales, &c. ſecus ſi onera illa ſint realia prædiorum, vt in tributis, quæ ſoluuntur vbi ſita ſunt prædia Anchar in c. 1. de immun. Eccl. in 6. q. vlt. & ibi Franch.

17 Pauperes qui nihil præter quotidianum victum habent vel eleemoſynis, vel diurna mercede acquiſitum, non tenentur ad gabellas. Salon. to. 2. de vectigal. ar. 5. controu. 1.

LEX. PRAECEPTVM. STATVTVM.

V. Actus. Clericus. Interpretatio. Iudicium. Oratio. Pœna. Priuilegium.

1 LEX eſt ordinatio actiua rationis practicæ ad bonum commune ab eo, qui curam habet communitatis, de iure non de facto promulgata Silu. ver lex initio

2 Præceptum eſt motio Superioris, aut legis interpretatiua aliquid faciendi, vel omittendi ex debito, ideſt ex neceſſitate ſalutis, ex S. Tho. 1. 2. q. 16. ar. 1. & q. 100. ar. 9.

3 Statutum eſt ius ab homine poſitum vel eſt diſpoſitio, ex qua ius producitur. Inſt. de iur. natur.

4 Legem generalem facere poſſunt, Primò Papa in omnibus ſpiritualibus, & Eccleſiaſticis c. ſi de conſt. & in ciuilibus ex cauſa Silu. vbi ſupra q. 4. in fi. Secundò Generale Concilium Papæ auctoritate auctoritate factum c. Regula diſt. 3. Tertiò Legatus in Prouincia ſua, c. fi. de off lega Quarto Concilium Prouinciale c. Si quis Epiſcopus 1. diſt, 92. Sed non ligat extra Prouinciam Silu. vbi ſupra Quinto Epiſcopus in ſua Diœceſi, c. ſi quis de mai. & obed.

5 In ciuilibus generalem faciunt Imperator, & quibus ipſe hoc mandat: Particularem verò omnis Ciuitas, & populus. Inſtit. de iure nat. parag. 2.

6 Archiepiſcopus, & Epiſcopi Prouinciales tenentur legibus Concilij Prouincialis, etiã quoad vim coactiuã, ita vt in eis diſpẽſare non poſſint, niſi in caſu neceſſitatis, cum non eſt recurſus ad Papam Sanchez pluribus relatis de matr. lib. 8. diſp. 17. num. 38. & ſeq. Nau. de off. ord cons. 7. Vide Silu. abſolutione num. 2. in fi.

7 Lex non obligat in conſcientia, quãdo conſtat eius rationem ceſſare Nau. de ſent. exc cons. 20. num. 5. Silu. ver. lex q. 9. ver. 8. Pan. in c. Quia plerique de immun. Eccl. num. 30. Ang. ver. lex num. 4. Intellige quando ratio illa expreſſa eſt in ipſa lege Caſtr. de iuſt. hæret. pun. lib. 2. c. 26. ar. 2. concl. 1. V. Glo. in c. Neophiti ver. cauſa, diſt. 61. Aut ſaltem ſi inde colligatur Ang. vbi ſupra verſ. 7. Silu. eo. q. 9. verſ. 8. & alij, quos refert, & ſequitur Sayr. cla. reg. lib. 3. c. 7. num. 11. Intellige ſecundò, ſi ratio illa legis omnino ceſſet. Non enim ſufficit, ſi ceſſet in caſu particulari Sot. de iuſt. lib. 1. q. 6. ar. 8. Arag. 2. 2. de domin. verſ. ſed reſtat nunc reſpondere, & q. 67. ar. 2. Azor. p. 1 lib. 5. c. 16. q. 15. Sanch. de matr. lib. 2. diſp. 37. num. 3. Sayr. vbi ſupra cap. 1. num. 6. Niſi ille caſus particularis ex illis ſit, quem ſi legiſlator cogitaſſet excepiſſet: tunc enim lex illum non compræhendit S. Tho. 1. 2. q. 96. ar. 6. & alij cit. Ceſſantibus inconuenientibus, ad quæ vitanda facta eſt lex, ceſſat ipſa lex Pan. in c Quoniam contra de prob. num. 6. Nau. c. 16. num. 37. Caiet. to. 1. opuſc. 12. q. 2. V. Roder. in Bull. Cruc. trac. de cenſib. condit. 4. dub. 1. dicto 3. Monet. de commut. vlt. vol. c. 8. num. 438. qui num 457. cum Suar. de legib lib. 6. c. 9. num. 2. 3. 10. & ſeq. docet ceſſare legem, ceſſante contraria eius cauſa, ſeu ratione, ideſt quando eius vſus propter mu-

tatio-

rationem materiæ, vel circumſtantia rum factus eſt iniuſtus, vel iniquus. Secus ſi ceſſet tantum negatiue, vt quia raro, quæ monet Principem, iam non ſubſiſtit; eius tamen vſus non eſt iniuſtus, nec per ſe contra aliquam virtutem, vt ſi monaſterio conceſſum ſit non ſoluere decimas propter eius indigentiam, & ſolum ceſſet eius indigentia, & num. 468. in primo caſu ceſſare ipſo iure; in ſecundo poſt ſententiam. V. Michaelem Ferrum qq. moral. & Vicar. p. 2. q. 105.

8 An lex obliget ad mortale, in dubio conijciendum ex verbo præceptiuo, materia graui, & pœna Io. med. de ieiunio q. 7. Tolet de pecc. mort. cap. 20. Arag. 2. 2. q. 62. ar. 3. Et quoad pœnam affirmat etiam Sot. lib. 1. q. 6. ar. 5. ſed Nau. de conſ. conſil. 3 & in man. c. 23. num. 54. negat, niſi id quod prohibet, vel iubet, ſit per aliam legem diuinam, naturalem, vel humanam prohibitum. Alij vt Silu. ver. præceptum q. 3. & Salon. 2. 2. q. 76. ar. 6. docent eſſe mortale, ſi pœna ſit corporalis, vt mortis, aut mutilationis, excommunicationis, ſuſpenſionis, depoſitionis, aut interdicti, &c. & hæc verior. V. Duard. in Bull. Cœnæ lib. 3. parag. 8. q. 2. & Sanchez in ſum. lib. 5. c. 9. à num. 11. & lib. 6. c. 4. num. 49. & Azor. p. 1. lib. 5. c. 5. q. 4.

9 Quantum, & quomodo lex obliget, conijciendũ ex communi interpretatione, ac vſu præſertim doctorum, bonorum. Tolet. vbi ſupra c. 19. verſ. quintum, & com.

10 Obligant ad mortale in lege Eccleſiaſtica verba Teneantur, ſint obligati, Præcipimus, & æquipollentia Nau. in man. c. 23. num. 52. ſic etiam Iubeo, debet. Silu. ver præceptum q. 1. Secus de faciant dicat Nau. nu. 49. Mandamus obligat tantum ad veniale Nau. de Iobel not. 32. num. 52. Franch. decis. 639. num. 6. n ſi ſit in materia conſilij Silu. q. 1. cit. aut de honeſtate tantum c. 1, de teſt. cog. Glo. fi. in c. 1. de deſpons. impub. Oportet dicit præceptum Io. Med. de ieiunio q. 9. Nau. vbi ſupra num. 53. In dubio interpretandum pro conſilio Caſtr. de leg. pœn. lib. 1. c. 6. docum. 4. Præcipimus, Iubeo, dicunt præceptum, Glo. in Clem. Paſtoralis, ver. de mora, de re iud. ſic etiam Impero, edico Azor. p. 1. lib. 5. c. 6. q. 5. Item Iniungimus, glo. in Clem. Quia contingit, ver. iniungimus, de rel. dom. Item Prohibeo, Inhibeo, Veto, Interdico. Pan. & Fel. in c. Nam concupiſcentiam de conſt. num. 5. Item Mando, quando ponitur in conſtitutione aliqua ſtatuente Fel. vbi ſupra Silu. ver. præceptum q. 2. Caſtr. de leg. pœn. lib. 1. c. 5. Item Neceſſariò, Neceſſe eſt, quæ important neceſſitatem, vt etiam verbum Non poteſt, Non licet. Sanch. de matr. lib. 6. diſp. 38. num. 20. & in ſum. lib. 6. c. 2. num. 38. Pleniorem de hac materia tractationem vide apud Sayr. clar. rag. lib. 3 c 8. & lib 7. c 7. & 8. Felyn. in c. Rodulphus de reſcrip. parag. fi. Azor. vbi ſupra Suar. de legib. lib. 3. c. 26. Sanch. vbi ſupra.

11 Lex ſub pœna excommunicationis tantum latæ obligat ad mortale Cai in ſum. ver. peccatum Valent. n. 2. de leg. hum. p. 6. Caſtr. de leg. pœn. lib. 1. c. 5. Alij contra lenitiue obligare etiam ſi ſit ferendæ, ſic Silu. vbi ſupra q. 3. Nau. in man. c. 23. num. 53. Cai. 2. 2. q. 196. ar. 8. & Tol. vtrumque Comminatoria nõ obliget ad mor. quando eius tranſgreſſio non peruenit ad hoc, quòd ille ſit dignus excommunicari; tunc enim non peccat mort. niſi poſt legitimam monitionem V Sanchez in ſum. lib. 9 c. 4. à num. 47.

12 Omnis Lex, niſi aliud dicat, ad culpam obligat Sot. de iu. l. lib. 1 q 5 ar. 4 circa fi. Excuſat autem à mortali defectus deliberationis, & materiæ exiguitas Com. Nau. autem c. 23. num. 49. putat nullam legem humanam obligare ad mortale, niſi legiſlator id intenderit. Sed melius alij docent præceptum etiam non intendentis, obligare ad mortale, ſi res ſit grauiſſima ; ſecus ſi leuiſſima, etiam ſi obligare intendat. V. Sanchez vbi à num. 23. & num. 67.

13 Eccleſiæ Lex non obligare cum periculo mortis Cai. 1. 2. q 96. ar. Niſi interueniat Eccleſiæ, aut fidei contemptus Sot. vbi ſupra N. u in c. Inter verba prælim. num. 5 Aut niſi periculum mortis immineat communi.

Quũ- communi.

coniungatur cum obſeruantia legis; vt ſi tempore peſtis Epiſcopus præcipiat Parochis, vt in ſuis parochijs reſideant. huiuſmodi enim præcepta talis naturæ ſunt, vt ad eorum obſeruantiam intrinſecè ſequatur periculum mortis a legiſlatore præuiſum, Arag. vbi ſupra, verſ. In quarto argumento, V. Azor. p. 1. lib. 1. c. 11. & lib. 5. c. 8. q. 6.

14 Eccleſia non poteſt præcipere, nec punire actus interiores S. Tho. 2. 2. q. 91. ar. 4. & ibi Caiet. Nau. de pœnit diſt 5. in princ. num. 23. Couar. in reg. Peccatum initio p. 2. num. 7. & com. Intellige directè, & per ſe, nam indirectè poteſt Arag. 2. 2. q. 83. ar. 13. V. Supra Horæ canonicæ num. 22.

15 Lex non obligat in caſu, quo paret locum non habere Nau. rubr. de iudic nu. 75. & ſeq. Item quando eſt inutilis. Vid. de poteſt ciu. num. 22.

16 Lex prohibens quædam exportari à Prouincia, non obligat ad mort. niſi ea vi, vel armis defendere velis contra cuſtodes. Nau. in man. c. 23. num. 60. & ſeq. Beia Congreg. 5. caſu 1. aut tempore famis exportes frumentum vetitum, & idem dic de cæteris, ſi magni referant Sot. lib. 1. q. 6. ar. 4. Arag. vbi ſupra V. Azor. p. 1. lib. 5. c. 26. q. 2.

17 Lex à moiori partæ non recepta, ſcientè Superiore, & cum poſſit, non contradicente, non obligat Silu. ver. Lex q. 6. ſufficit autem binus, aut trinus actus. Idem ver. conſuetudo q. 6. in fi Pan. in c. 1. de treug. num. 4. cum lapſu decennij Ias. in l. De quibus num. pen. ff. de legib.

18 Lex etiam Papæ obligat poſt duos menſes à publicatione in Prouincia Com. De lege Papæ verum eſt de iure ſcripto; ſed ſtylus Curiæ contrarium ſeruat qui tamen reſtringi poteſt ad forum exterius, & Romæ incolas. Nau. de conſtit. cons. 1. num. 18. & ſeq. Si eſt inferiorum Papa, & Imperatore, ligat ſtatim à promulgatione ſcientes. Pan. in c. 2. de conſtit, & ibi Felin. & Dec. Nau. loc. cit. Et, ſi lex dicat ſtatim ligare, intelligitur quoad annullationem actus; non quoad peccatum, & pœnam: ad hæc enim ignorantia iuſta excuſat Pan. & Nau. vbi ſupra V. Azor. p. 1. lib. 5. c. 3. q. 8.

19 Leges Priuilegiorum reuocatoriæ vim non habent vſq, ad publicationem non ſolum in Prouincia, ſed etiam in Diœceſi Cai. 2. 2. q. 90. ar 4. Sot. vbi ſupra q. 1. ar. 4. Molin. de contrac d. ſp. 395. num. 3 Sayr. cla. reg lib. 3. c. 5. num. 13. Val. 1. 2. diſp. 7. q. 5. p 6. & videtur Ang. ver. Lex num. 13. ſufficit tero abrogationem eſſe illi notam, cuius eſt priuilegium Azor. vbi ſupra q. 6.

20 Lex humana non obligat in caſu metus cadentis in conſtantem Sot. vbi ſupra Sayr. de cenſur. lib. 7. c. 8. num. 18. aſſerens de com. adde, Nec cum infamia Nau. c. 27. num. 239. Azor. p 1. lib. 1. c. 11. q. 1. Nec in caſu ſcandali, c Super quodam de ſta. mon. Pan. in c. Si quando de reſcrip. num. 2.

21 Lex, & Præceptum fundata ſuper præſumptione non obligat, ſi conſtet contrarium Felin. in c. 1, de conſtit. vers. Fallit 6. Silu. ver. lex q. 9 uerſ. 2. Pan. in c. Quia plerique, de immun. Eccl. in fi. Item ſi ſit non ad bonum commune Reip. ſed ad Principis utilitatem S. Tho. 1. 2. q. 96. ar. 4. Silu ubi ſupra uerſ. 3. Sot. lib. 1. q. 6. ar. 4. & com. Si tamen lex illa fraudem præſumendo ſtatueret, obligat. Pan. c. Inter alia, de immun. Eccl. num 6. & ſeq.

22 Lex non obligat, quando eius verba ad caſum non adaptantur, Silu. vbi ſupra verſ. 9 Felin. in c. Nonnulli de reſcrip. num. 101 & ſeq. Item quando eius pœna non poteſt caſui adaptari, Anchar. in c. Vt hi, de æta. & qual. initio Item cum in lege multæ ſunt pœnæ, nec poſſunt in caſu omnes verificari Silu. ver. Interpretatio q 5. vers. 6. Immo ſecundum Hoſtien. ſequitur Pan. in c. Si quiſquam de cohab. cler. & mul. in fi. quando iura varias pœnas imponunt, optio erit Iudicis, &c. Impoſita tamen vna pœna, non poteſt Iudex ad aliam tranſire.

23 Paruitas materiæ excuſat à mortali in omni materia S. Tho. 1. q. 18. ar. 5. Nau. in man. prælud. 9. num. 12. & alibi ſæpè, & com. etiam in venereis Nau. in c. ſicut de pœnit. diſt. 1. num. 17. Sanch. de matr. lib. 9 diſp. 46 num. 9. qui in ſum. lib. 5. c. 6 ſe correxit.

24 Legem ignorãs ſine culpa excuſatur à pœna Sot. vbi ſupra Silu. ver. lex q. 6. Intellige de pœna extrinſeca, nam afficit quoad intrinſecam annullationis actus Imol in Clem. 1. de elect. num. 34. Dec. repet. 6. 3. de conſtit. num. 31. Nau c. 23. num. 42. Sanchez alios referens lib. 3. de matr. diſp. 25. num. re Azor. p. 1. lib. c. 3. q. vlt.

25 Cum ob periculum in mora non poteſt adiri Princeps, excuſatur qui facit contra legem, putans ſibi licere; etiamſi haberet dubium de oppoſito, ſed nõ æquale S. Tho. 1. 2. 96. ar. 6.

26 Cum in lege excipiuntur aliqui caſus, intelliguntur etiam alij aliàs iure excepti, & in materia fauorabili omnes ſimiles Nau. de ſta. mon. com. 5. num. 4. & in rubr. de iudic. num. 73. verſ. 3. & videtur Silu. vbi ſupra q. 18. & 21.

27 In his, quæ concernunt for nam actus, vel inducta ſunt ad iuris rigorem conſeruandum, non excuſantur mulier, & ruſticus, ſed forma generaliter data ſeruari debet Ias. in l. Cum dubitatur C. de iur. emphyt. num. 119.

28 Quando aliquid requiritur pro forma, omiſſio formæ etiam in minima parte, vitiat actum Bur. & Pan. in c. Piſanis, de reſt. ſpol licet ex neceſſitate ſeruari non poſſit; l. Cum hi parag. ſi præter ff. de tranſact. vbi Bart. Pan. in c. Debitum num. 2. de bapt. & in c. Publicato num. 9. de elect. V. Felin. in c. Quoniam frequenter in princ. verſ. Tu vero attende, vt lit. non conteſt Pan. in c. Cum olim num. 6. de arbitr & c. Cum poſt num 1. de elect. Barbos. ad c. Quia propter num. 13. de elect. Nec quicquam addi, aut detrahi poteſt de forma, minuſq; adimpleri per æquipollens Hoied de incompat. benef. p. 2. c. 1. num. 26. & ſeq. Silu. ver. alienatio q. 13.

29 Licere ex cauſa poteſtati ſæculari ſtatuere, ne pareatur literis Apoſtolicis ſine examine; & beneplacito ſuo, putat Couar. pract. qq. c. 35. num. 4. citato Driedone de libertate Chriſt. Ego vero cenſeo id ſine Sum. Pont priuilegio fieri non poſſe: Niſi fortè ſuſpendendo executionem, donec Papa certior fiat de falſa ſupplicatione, aut alijs inconuenientibus idq. per Iudices eccleſiaſticos, iuxta Bullam Pij V. anni 1560 Azor. citan. q. 4. & contra Couar. pluribus agit Azor. vbi ſupra c 14. q. 5. & 6. V. infra Excom. Bullæ claus. 12.

30 Licitum eſt facere contra Eccleſiæ legem ob ſubitam lucri occaſionem non prætermittendam Caiet. in ſum. ver. in feſto licita c. Licet de fer. quia vt ait Silu. ver. dominica q. 4. vtilitas acquirendi, quod alio tempore acquiri non poteſt, excuſat à violatione feſtorum.

31 Standum eſt legis menti apertæ etiam contra verba Silu. ver. lex q. 17. & ſeq. Intelligitur autem mens legis ex ratione expreſſa. Idemq. 20. Azor. vbi ſup cap. 16. q. 9. Rota coram Buratto decis. 22. a nu 19.

32 Per ius nouum non receditur ab antiquo niſi quatenus exprimitur l. Præcipimus in fi. C. de appell. Nau. de priuil. conſil. 24. num. 1.

33 Vbi eadem ratio indubitatè præſumpta, ibidem ius, niſi legiſlator aliud diſponat, quod tamen ſequi non tenemur, niſi exprimat S. Tho. de virt. q. 23. ar. 1. Silu. vbi ſupra q. 18. Intellige quando caſus ſunt ſimiles re ipſa, non tantum iuris fictione Azor. vbi ſupra q. 10. Suar. de legib. lib. 6. c. 3. Alia enim eſt paritas rationis, alias identitas. In illa enim non valet concluſio. In hac verò ſic num. 13.

34 Non ſeruans legem ob magnam difficultatem, aut ne rideatur a prudentibus excuſatur Nau. c. 27. num. 223 S. Ant. p. 1. tit. 3. c. 10. parag. 18. reg. 7. Silu. ver. ſcrupulus q. 4. verſ. 2. & 3.

35 Lex Papæ non tollitur per non vſum neq; per contrarium vſum, niſi data ſcientia Papæ, & illius tollerantia, & acquieſcentia, & curſu quadraginta annorum Rota, apud Farin. p. 1. decis. 197. & 223. & 223. V. ſupra Præſcriptio num.

36 Rex obligatur lege ſua, ſi eſt in ipſa & in

& in alijs par ratio Sot. de iuſt. lib. 1.q.6. ar. 7. prope. fin. V. Couar. c. Alma mater p. 1. parag. 1. num. 3. Cum autem dicitur Principem ſolutum eſſe legibus, intelligitur de poteſtate abſoluta. Nam de poteſtate ordinaria ſubiectus eſt. iuxta l. Digna vox. C. de legib. Monet. de commut. vlt. vol. c. 5 num. 83. V. Azor. p. 1. lib. 5. c. 11. q. 1. & S. Th. 1. 2. q. 96. ar. 5. ad 3. vbi quod Princeps ſolutus eſt legibus quo ad vim coactiuam non quoad directiuam.

37 Fœmina prohibentibus maritis non tenetur obedire Epiſcopo præcipienti, ne ſe ornent, ſi ornatus ſit licitus Silu. ver. Ornatus q 10.

38 Lex puniens delictum intelligitur de perfecto l. 1. parag. Hæc verba ff. Quod quiſq; iuris, & ibi Ias. Nau. de ſent. exc. cons. 10. num. 3. Sayr. de cenſur lib. 1. c. 20. num. 7. Nec ſufficit perueniſſe ad actũ proprinquũ Pan. in c. 1. de eo qui mitt. in poſſeſſ. cauſa rei ſer. num. 13. Et contra leges punientes ſolum conatum derogatum eſt conſuetudine Ias. loco cit. Speculat. de accuſ. parag. 1. verſ. Quid ſi primo, ſaltem quoad pœnam ordinariam; Niſi crimen ſit atrociſſimum c. Si quis cum militibus 6. q. 1. Regula verò illa, Verba cum effectu ſunt accipienda, intelligenda eſt, non de quocumq; effectu extrinſeco; ſed de illo ſolo, quem verba propriè ſignificant. Niſi Legislator tacitè. vel expreſsè aliud requirat Sanchez in ſum. lib. 6. c. 16. num. 117. V. Felin. in trac. Quando conatus, &c in fi. tertij tomi Couar. in Clem. Si furioſus de homic. p. 2. initio Iul. Clar. prac. crim. q. 9. & ſupra ver. Poena num. 10. Fallit quãdo delictum non perficitur in fraudem; vt quando quis peregit opus fornicarium vſq; ad conſumationem, quod præuidens fraudolenter extra ſemen effundit Iul. Clar. parag. ſodomia, vers. Quarto quæro Graff. de cas. reſ. lib. 1. num. 15. Fallit ſecundo, quando quis affectat facere quantum poteſt, & impeditur propter impotentiam faciendi; tunc enim punitur, ac ſi ad effectum plenarie perduxiſſet, & hoc verum præcipuè in cenſuris Bellamer. conſ. 40. num. 4. V. Riccium p. 2. decis 41. contrarium aſſerentes.

39 Ex prohemio colligenda eſt intentio diſponentis Nau. in c. Si quando de reſcrip. except 8. num. 1. Sanchez alios referens de matr. lib. 2. diſp. 37 num. 4. & à quibus mens diſpoſitionis declaratur, reſtringitur, & extenditur Mandos. in reg. 24. q. 1. nu. 9. Sanchez in ſum. lib 7. c. 19. nu. 49.

40 Leges veteres per nouas mutari poſſe, & debere aliquando. & conuenienter docent Couar. in c. Alma mater p 2. initio num. 1. S. Ant. p. 1. tit. 18. c. 1. parag. 3. Snt. lib. 1. q. 7. ar. 1

41 Lex noua veteris declaratoria non extenditur ad præterita. Glo. in c. 1. de poſtul. Præl. in 6. ver. de cœtero, niſi lex ipſa aliud indicat Anchar. ibi. Alij contra ſentiunt, quos refert, & ſequitur Azor. p. 1. lib. 6. c. 16. q. 13. Certe quoad pœnas non extenditur Rodrig. à Chuna in Bulla contra ſolicitantes q. 3. num. 8.

42 Lex reſpicit futura non præterita: niſi in ea de præteritis caueatur c. Cognoſcentes, &c. Quoniam de conſtit.

43 Peregrini, & forenſes an teneantur ad leges, & conſuetudines patriæ, quando extra illam ſunt: an verò ad loci, per quem tranſeunt: in vtramq; partem rationes, & Doctores affert Sanchez de matr. lib. 3. diſp. 18. & latius in ſum. lib. 1. c. 12. à num. 19. vbi num. 38. docet non teneri ad leges, & conſuetudines loci tranſitus, & hoſpitij ad breue tempus quando ea non vigent in proprio domicilio V. Azor. p. 1. lib. 5. c. 11. q. 3.

44 An lex aliqua dicatur fauorabilis, vel odioſa attenditur id, ſuper quo principaliter conſtitutio intendit prouidere. Si enim primum intentum eius ſit ſtatuere in fauorem alicuius eſt fauorabilis, licet redundet in damnum, & odium alterius. Si verò principaliter ſit in alicuius pœnam, licet cedat in fauorem alterius, eſt odioſa. Felin. in c. 1. de ſponſal. num. 24. Sap. ad Pau. in c. Non dubium, ver. fauor. de ſent. exc. & alij quos refert Sanchez de matr. lib. 1 diſp. 1. num. 4 qui cum Couar. 1. var. res c 11. num. 5. id intelligit, quoties odium a fauore diſtingui nequit. at ſi odium, & fauor commode diſtingui poſſunt; fauor, vt fauor, odium vt odium adſumendum eſt: &

ideo extēdēda lex qua parte eſt fauorabilis: reſtringenda verò quatenus odioſa. ſic etiam Pan in c. 1. de loca. num. 10.

43 Quando lex dat certam formam ſuper eo quod alicui conuenit ex officio factum tenet, etiam non ſeruata forma. ſecus quando forma præſcribitur habenti tantum poteſtatem delegatam. Vt ſi Epiſcopo mandetur abſolutio ab excommunicatione iuris non reſeruata ſub aliqua forma, illa non ſeruata tenet abſolutio, qua illa ex officio conuenit Ang. ver. lex num. 18 Silu. eo. q. 18. Pan. in c. Ex parte de conſt. num. 6 Anchar. in Clem. 1. de iureiur. nu. 4. Aut niſi formæ communi addatur aliquis modus limitatus; vt Coniunge, ſi per ſollertem indaginem inueneris non eſſe impedimentum; id enim importat conditionem, quæ iure non ineſt Tolet Lib. 1. c. 15 num. 7. Nau. in man. c. 26. num. 37. Sanchez de matr lib. 3. diſp. 33. Aut niſi lex habeat clauſulam annullatiuam Bart os. ad Clem 1. de iurepatr. num 9. Quando dicatur lex aliquid tradere pro forma vide decem. ſigna cum ſuis ampliat. & limitar. apud Fœlin. in c. Cum dilecta de reſcrip. num. 6.

44 Faciens contra Eccleſiæ præcepta ex cauſa, quam putant rationabilem, non peccat Nau. c. 21 num. 20. & de iniur. conſ. 12. num. 2. & de alien. rer. Eccl. num. 9. & 16. P. Sot de diſt. pecc. lect. 10. in. fi.

45 Præceptum Regis non induendi ſericis non ferendi arma, non equitandi mulas. ſi parui referant nō obligat ad mort. Sot vbi ſupra Sayr. clar. reg. lib. 5. c. 9. num. 15.

46 Non diſcere præcepta Eccleſiæ, & Decalogi, cum poſſis eſt mortale. Tolet lib. 1. c 17. & Articulos fidei Nau pœnit. & rem. conſ. 10. num. 10.

47 Præcepta Eccleſiæ ſi non in totum, ſeruanda tamen ſecundum eam partem quæ ſeruari poteſt Cai 2. 2. q 147. art. 7. Nau. c. 21. num. 22. quod verum eſt, quando præceptum eſt de re diuidua; non indiuidua. de quo vide Sanchez in ſum lib. 2. c. 19. num 4. & lib. 4. c. 10 q 1.

48 Finis præcepti non cadit ſub præceptum, niſi ſit etiam materia præcepti Suar to. 4. diſp. 15. ſect. 6. 12. in man c. 13. num. 7. & de red Eccl. q. 7. mon. 6. num. 3. S. Tho. 1. 2. q 100. art. 9. & 10.

45 Executor excuſatur, ſi non obtemperat Superioris mandato, quando ex eo ſequitur abſurditas, ſcandalum, vel inconueniens Couar. in reg. Peccatum p. 1. initio num. 5. & alij relati à Cyned ad Decretal. collect. 3. Etiam ſi Superior mandet ſub pœna excommunicationis ipſo facto. Pan in c. Si quando, de reſcrip. num. 2. Excuſatur etiam, ſi adſit cauſa rationabilis non parendi d c. Si quando, & c. Cum teneamur, de præben. Factum contra legem prohibentem non tenet licet non ſit adiecta clauſula irritans l. Non dubium C. de legib. niſi ex alia lege aut ratione certa, & manifeſta conſtet illud ratum, & firmum eſſe Azor q. 1. lib. 5. c. 16. q. vlt. ad intelligentiam reg. Quæ contra legem, &c. de reg iur in 6. & c. Imper ali 25. q. 2.

50 Epiſcopi ſtatutum non obligat ſubditos delinquentes extra Diœceſim, c. A nobis. de ſent excom. in ant. & c. fi. de conſtit. 6. Fallit primò quando ſtatutum originat cauſam in territorio proprio ex facto negatiuo in limitibus alterius territori commiſſo; cuius contrarium affirmatiuum in proprio territorio faciendum erat: vt ſi cauetur quod quicumque fecerit, vbicumque illud fecerit, niſi infra menſem à die commiſſi criminis coram Iudice comparuerit, ſit excomunicatus, talis delinquens ligatur ex ea parte quia non comparuerit, quod faciendum erat in territorio ſtatuentis Fallit ſecundò quando ſtatutum reſpicit principaliter rem ſubiectam ſtatuēti, vt cum excommunicātur Clerici non reſidentes. Fallit tertio, quando quis tenetur ad aliquid faciendum, & illud non facit, vt cum mandatur Clericis, vt Synodo interſint. Fallit quarto, quando factum incoatum eſt in territorio & alibi cōſumatur Silu. excom. 2. num. 8. Sayr. de cenſur. lib. 1. c. 6 à num. 39. V. Azor. p. 1 lib. 5. c. 25. p. 2. & infra Excom. num. 18. An autem delinquens intra Dioeceſim, ſed in loco exempto, V. Anchar. in repetit. c. Poſtulaſt. q. 4.

de

de.for.comp. & in c. ſi de conſt. in 6. num. 10. Alter. de cenſur. lib. 3. diſp 9. c. 5. propoſ. 4. V. Nald. in ſum. ver. Monialis num. 17.

51 Statutum continens prohibitionem odioſam non porrigitur in dubio extra territorium ſtatuentis, iuxta Anchar. in c. Canonum ſtatuta, vers. Venio ad aliud membrum, de conſt. Et ideo filia, quæ ex ſtatuto non ſuccedit, cum tale ſtatutum ſit odioſum, poteſt nihilominus ſuccedere in bonis alibi ſitis Pan. in d. c. Poſtulaſti num. 10. & ſeq. Ang. ver. pœna num. 23. Silu. eo. num. 11. & ver. ſtatutum 295. p. 1. vbi aſſeruntur ſex caſus, in quibus forenſis ſubijcitur ſtatutis. vide etiam decis 304. & Anchar. in c. Cum olim. de cler coniug. num. 10.

52 Statuta generalia laicorum ad Eccleſias, vel Eccleſiaſticas perſonas, vel earum bona in earum præiudicium non extenduntur. Nec ſtatutum ſpeciale, etiam ſi earum commodum, & fauorem concernat, niſi fuerit à Papa confirmatum c. Eccleſia S. M. de conſt. vbi Pan. & Felin. Item Pan. vol. cons. 83. num. 2. Deeſt enim in laicis poteſtas ſtatuendi circa Eccleſias, & earum bona d. c. Eccleſia, & c. Quæ in Eccleſiarum de conſt. Nec apponere poſſunt modum, aut conditionem, aliamuè ſolemnitatem in diſpoſitionibus ad pia Silu. immunitas 1. num. 10. Molin. de iuſt. trac. 2. diſp. 134. Azor. p. 3. lib. 8. c. 4. q. 9. Vt quod mulier donare non poſſit ſine conſenſu duorum agnatorum facta enim donatio ſinè dicta ſolemnitate valet ad pia Pan. repet. d. c. Eccleſia num. 34. Si tamen dicta ſtatuta faueant, aut ſaltem non noceant, poſſunt Clerici ea ſeruare, ſi velint Azor. vbi ſupra q. 8. de emphyt. Pan. vbi ſupra num. 25. vbi num. 26. quod valet ſtatutum inducens merum fauorem Clericis, ſi diſponit non præcipiendo; vt quod de bonis defuncti conſtruatur Hoſpitale: vel Clerici habeant certam partem quia laicus poteſt priuilegiare Eccleſiam c. Nouit de iudic. Vide eundem in d. repet. num. 1. 14. 17. & 37. & Fel. vbi ſupra num. 78. & ſeq. cum alijs ibi cit.

53 Stante ſtatuto quod extantibus maſculis fœminæ non ſuccedant, ſi tempore ſtatuti fœmina erat monialis excluditur à ſucceſſione: ſecus ſi erat ſæcularis, licèt poſt fiat religioſa, vt voluit Pan. alios referens in d. c. Eccleſia num. 25. & Ant. Zacchar. in annot. ad d. locum litera K. dicit communiter per ſcribentes reprobari dictam diſtinctionem; nec valere huiuſmodi ſtatutum excludens fœminas ſiue iam ingreſſas ſiue quæ poſt ingrediantur monaſterium, & multos refert idem ſentientes. V. Felin. in d. c. Eccleſia num. 78.

54 Statutum excludēs ſorores dotatas à ſucceſſione fratrum, intelligitur etiamſi ab extraneo ſint dotatæ Rota coram Seraphino decis. 1291.

55 Statutum laicorum, quod non vendantur immobilia non ſubditis, non extenditur ad Clericos propter generale priuilegium, quod habent in acquirendo, de quo in c. ſi. de immun. Eccl. in 6. Pan. in c. A nobis 1. de ſent exc. num. 5. V. Excom. Bullæ num 45.

56 Statutum nō ligat extraneos, & peregrinos niſi ratione rei ſitæ in loco vbi cōditum eſt ſtatutum, vel ratione contractus in eo loco initi, vel ratione delicti ibidem perpetrati. c. ſi. de for. comp. V. Conſuetudo num 8.

INTERPRETATIO.
DISPENSATIO.

V. Affinitas. Beneficium. Confeſſor. Gratia. Iuramentum. Lex. Matrimonium. Ordo. Pactum. Votum.

1 INterpretatio legis eſt, cum declaratur caſum dubium, obſcurum, & aliqua ratione incertum non eſſe lege comprehenſum; aut cum verba legis ambigua, & obſcura explicantur.

2 Diſpenſatio, aliàs relaxatio eſt rigoris iuris per eum, ad quem ſpectat, miſericors, & canonice facta relaxatio. vt ex Hoſt. refert Silu. ver. diſpenſatio. initio

3 Derogatio legis eſt cum ex parte lex tollitur l. Derogatur ff. de verb. ſign.

4 Abrogatio legis eſt, cum Princeps, qui

lit.

legem tulit, eam in totum abolet, & tollit. l. cit. Aliquando tamen idem eſt derogatio, & abrogatio, & aliquando derogare indifferenter, & genericè ſumitur. De quo latè Mon. de commut. vlt. vol. 1. c. 5 q. 1.

5 Irritatio legis eſt cum lex inferioris Magiſtratus à Superiore reſciuditur, & infirmatur, ac inanis fit. in quo ſufficit ſola ſuperis poteſtas, & auctoritas Azor. p. 2. lib. 5. c. 15.

6 In ſubita neceſſitate, in qua ſuperior adiri non poteſt, quiſque poteſt legem interpretari, & diſpenſare, ſequendo manifeſtam legislatoris intentionem; quia neceſſitas non ſubditur legi 8. Tho. 1. 2. q. 96. ar. 6. Et in omni caſu emergente in quo ſi Papa adeſſet, deberet diſpenſare, poterit Epiſcopus Silu. ver. diſpenſatio num. 15. Regulariter autem eius eſt legem interpretari, cuius eſt condere c. Inter alia de ſent. ex c.

7 Ampliatio legis fieri debet inter ea, quæ ſunt eiuſdem ſpeciei Din. in c. Cui licet de reg. iur. in 6. quem refert, & ſequitur Peregrin. de duel. q. 18. num. 10.

8 Conſtitutio facta ad roborandam, & interpretandam aliam, intleligenda eſt ſecundum eam, & concludenda terminis eius, glo. in Clem. Statutum, ver. conſuetudo, de elect. Et eaſdem intentiones, & limitationes recipit interpretans, quas interpretata Felin. in c. 1. de iureiur. num. 1. Nau. de orat Miſcel. 70. num. 4. & extenditur ad præterita, etiam ſi contra ſe habeat conſuetudinem, modo declaret illam non valere, glo. marg. ad c. 2. de conſuet. in 6. alias ſi conſuetudo, & communis opinio prudentum ſit in contrarium, non extenditur glo. in c. vn de poſtul. in 6.

9 In pœnalibus mitior interpretatio eſt facienda, c. In pœnis de reg. iur, in 6. Pan. in c. Eſtote de reg. iur. in ant.

20 Mixta veniunt ſub ſimplici in materia larga. itaque qui poteſt in cauſa adulterij, aut inceſtus, poterit etiam ſi ſimul ſint adulterium, & inceſtus Pan. vbi ſupra num. 5. & in c. At ſi Clerici parag. adulterijs, de iudic. num. 10. & ſeq. & ibi Felin. num. 11. Sanchez de matr. Lb. 8. diſp. 2. num. 28 Et ibi agitur de foro animæ; Pan. in c. Ex tenore, qui fil. ſint. legit. num. 6 Et qui poteſt in ſecundo conſanguinitatis, & affinitatis, poteſt, cum ambo in eodem concurrunt Sanchez vbi ſupra diſp. 24. num. 10. V. annot. ad Pan. in c. Cum nuntius de teſtib.

11 Dictio (nullatenus) importat nullitatem actus ipſo iure, ſi ſecus fiat: & tantum importat, quantum clauſula decreti irritantis Gigas alios referens de penſ. q. 10. & ſeq. Fel. in c. Cum acceſſiſſent num. 8. & in c. Ex parte num. 7. de conſt.

12 Dictio (ſeu) quando ponitur inter duo omnino ſimilia, non eſt diſiunctiua, ſed præſentis declaratiua, glo. fin. in c. Bonæ poſtul. vbi Pan. num. 17. In vltimis voluntatibus eſt augmentatio, vt ſi dicat relinquo fundum meum ſuburbanum, ſeu ædes meas, quæ ſunt in via, &c. Couar. 2 var. res c. 15. num. 10.

13 Dictio (ad inſtar) licet indicet ſimilitudinem, non tamen per omnia aſſimilat Zabarell. in Clem. Dudum, de iudic. Paul. Rom. de penſione c. 2.

14 Verbum (volo) quid importet, fusè Anchar. in c. Ex literis de ſponſal. num. 4. & 5. & infra num. 45.

15 Verba alicuius diſpoſitionis, quando ſunt obſcura, vel ambigua, interpretari debant ſecundum communem intelligentiam d. c. Ex literis, vbi Anchar, num. 3.

16 Per clauſulam generalem (quidam alij, & res aliæ) multitudo effrenata non includitur, nec perſonæ, nec res maiores expreſſis, c Sedes de reſcript. Silu. donatio 1. q. 10. quod. Socin. p. 2. conſ. 297 ita intelligit, vt quando poſt ſpecialem promiſſionem adijcitur clauſula generalis, reſtringatur, quatenus fieri poſſit ad ſimilia expreſſis, non ad diuerſas. Vide eundem conſ. 200. & 300. & Pan in c. vn. de com. mod. num. 18. & Silu. ver clauſula.

17 Alius, & aliud, ſignificāt ſimilia Fas. in l. Si filium ff de liber. & poſthum. num. 2. Fel in d. c. Sedes Gram. decis. 39. num. 32. Intellige quando ponuntur inter ea, quæ ſunt eiuſdem rationis, vt ſi dicat, Teſtamentum, vel aliam vltimam voluntatem Pan in d. c. Sedes num 13. V. Azor. p 2. lib. c. c. 28 q. 2.

18 Particula, ſi, quando æquiualet in animo v. g. vouentis dictioni (quando) vt ſenſus ſit, quando hoc venerit v. g. ingrediar religionē ſi Pater meus obierit,tunc non facit propriè conditionem, ſed eſt determinatio temporis ad faciendum. Quando verò affectus non fertur directè in rem promiſſam, ſed in aliud, quod optat conſequi, aut vitare. aut quando ea particula retinet ſuam naturam, quæ eſt ſuſpendere conſenſum, tunc facit conditionem Sanchez de matr. lib. 8. diſp. 10. num. 4. & ſeq.

19 Dictiones implicatiuæ, vt ſunt (maximè, etiam) implicant idem eſſe in caſu contrario, licet in illo fortior militet ratio Sanchez de matr. lib. 2. diſp. 32. num. 6. Contrarium docet Pan. in c. Damnamus, de Sum. Trin. num. 3. & in c. directè num. 5, de appell. nempe idem importare in caſu contrario ſecundum propriam ſignificationem.

20 Dictio (omnino) excludit omnem gratiā, & diſpenſationem, quia eſt dictio præciſa Iaſ. iul. 11 num. 3. ff. de iuriſd. num, ſud. Pan. in c. Non magno num. 5. Ne Cleric. vel Monach. Tiraquell. in l. Si vmquam C. de reuoc. con. 78. & ſeq. vbi multis relatis, ait ſignificare ſine vlla exceptione, ſine remedio, & ad vnguem, & num. 81, excludere omnem gratiam. V. Sanchez de matr. lib. 2 diſp. 32. num. 6. & lib. 3. diſp. 17. a num. 4.

21 Maſculinum in fauorabilibus concipit fœmininum, non è contra l. Sicut ſcriptum ff. de lega 2. Glo in c. Generale ver. vniuerſos de elect. Etiam in reſcriptis ad lites Pan. in c. Significauit de reſcript. Excipe maſculinum prolatum à Canone; tunc enim concipit fœmininum, etiam in odioſis Glo cit. Silu. ver. maſculinum, vt in c. Si quis ſuadente 17. q. 4. & in crimine læſæ maieſtatis l. Si quid id ff. de iuriſ. omn. Iudic. Si quis dicat, filios meos ex hæredo, filiæ non comprehenduntur l. 1. ff. de ventr. in poſſ. mitt. V. Iaſ. in d. l. Si quis, Et multas limitationes vide apud Atet. Inſt. Qui teſt. tut. dat. poſſ. parag. ſi quis filiabus. Iul. Clar. parag. Emphyteuſis q. 32, & Henr. Boich. in c. Mulieres de ſent. exc. à num. 7.

22 Maſculinum adiectiuum, vt (Quiſquis, Quicumque) & huiuſmodi, concipit fœmininum in omni materia, in qua ratione, vel lege, aut ſtatuto, vel vſu non eſt differentia inter virum, aut mulierem vt Qui noctu proiecerit de feneſtra, ſoluat decem, &c. Silu. ver. maſculinum. Et vbi lex dirigit verbum ad maſculum, ſi materia eſt proportionabilis, comprehendit etiam fœminam Felin. in c. De monialibus de ſent exc. ver. tertio infertur. Sanchez in ſum. lib. 6. c. 16. num. 89.

23 Motus proprius cum clauſula Non obſtantibus ſtatutis, tollit omnia inpedimenta, & obſtacula à ſtatutis, Eccleſiæ inducta, ſed non tollit impedimenta iuris communis I mol. in c. 1 de fil. presb. in 6. V. ibi Anchar. num. 2. Sanchez de matr. lib. 8. diſp. 21. num. 47. Nec tollit ius tertij, niſi adſit certioratio de iure illius, Gratian. diſcep. for. to. 4 c. 614. num. 32. Azor. p. 2. lib. 7. c. 24. q. 10. Nec firmat gratiam contra intentionem concedentis Io. And. in c. ſi motu proprio de præben. in 6. quem refert, & ſequitur Pan. in c. Quia circa nu. 7. de conſang. & in c. Cum olim num. 15. de re iud. V. Barbos. ad d. c. ſi motu proprio, & ad Clem. ſi Romanus. Varios effectus clauſulæ motus propij congerit Monet. de commut. vlt. vol. q. 7. à num. 77. ad 93.

24 Stante ſtatuto quod extantibus maſculis, fœminæ non ſuccedant; ſi teſtator ſimpliciter inſtituat filios ſuos, non cenſetur inſtituiſſe fœminas à ſtatuto excluſas Com. apud Iul. Clar. parag. Teſtamentum q. 76, vers. ſcire tamen.

25 Verba (moneas, & inducas) non inducunt præciſam coactionem Pan. in c. Præterea 1. de ſponſal num. 2. & ibi late Felin. num. 8. vbi per hunc textum, & alios plures probat, quod quando Papa intendit coactionem, addit, & compellas. Debent tamen intelligi cum effectu, nec ſufficit modicum monere, niſi effectualiter inducant Pan. in c. Cum infirmitas de pœnit. & rem num. 1.

26 Clauſula vltima generalis refertur ad omnia præcedentia, niſi ſit ratio diuerſa Pan-

Pan. in c. Secundò requiris de appell. num. 4. Nau. de ſpol, cler. parag. 10. num. 3. V. Ang. & Silu. ver. Caſus fortuitus, & ver. Clauſula generalis.

27 Indefinita æquipollet vniuerſali, præſertim in fauorabilibus, & vbi non eſt ratio determinandi vnum potius, quem aliud Suar. to. 4. diſp. 19 ſect. 1. num. 20. Vbi verſ. ad perſonam dirigitur, in odioſis non æquipollet l. 1. & 2. ff. de liber, & poſtum.

28 Clauſula generalis poſt ſpecialia in mandato expreſſa includit conſimilia, non autem maiora Soa. conſ. 95. num. 10. vol. 1. & cons. 23. ad fi. relatus à Sanch. in ſum. lib. 7. c. 29 num. 154.

29 Clauſula, Ac ſi dictæ literæ non emanaſſent, reducit negotium ad ſtatum priſtinum, ideſt ad ius, in quo erat ante prædictas literas Rota diuerſ. decis. 333. Paris. cons. 44. num. 6. & ſeq. lib. 4.

30 Clauſula, Non retardata executione, ſine alia clauſula, licet apponatur in reſcriptis, tamen denegatur executio quan. conſtat de non iure Rota vbi ſupra decis. 349 in fi.

31 Clauſula, Non obſtante, non reddit gratiam validam, neq; illam auget, ſupplens qualitatem neceſſariò exprimendam, ſed tantum reddit validam, & confirmat expreſſam Sanchez de matr. lib. 8. diſp. 14. num. 6. Monet. de commut. vol. vol. c. 6. num. 291.

32 Clauſula, ex certa ſcientia, operatur tantum in ijs, quæ Princeps præſumitur ſcire, vt ſunt ea quæ conſiſtunt in iure: non verò in ijs quæ præſumitur ignorare, vt ſunt ea, quæ conſiſtunt in facto Molin. de iuſt. trac. 2. diſp. 114. vers. Addidi citato Felino, & alijs. V. Mandos. in reg. 16. q. 5. & 6. Pan. in c. De cœtero num. 8. de re iud. Glo. in c. Ad hæc, ver. elegerint de reſcrip. Monet. de commut. vlt. vol. c. 7. à num. 95. ad 109. vbi de effectibus dictæ clauſulæ

33 Cum in lege dicitur, Nec in iudicio, nec extra ſuffragetur, intelligitur tantum in foro externo, & ad alios effectus extra forum conſcientiæ. Quare, illa clauſula non obſtante, valent diſpenſationes, & gratiæ in foro conſcientiæ Sanchez vbi ſupra diſp. in fi. V. infra Diſpenſatio in matr. num. 108.

34 Cum dicitur, fiat cum conſilio, ſufficit petere; expectandum tamen congruo tempore c. Cum in veteri de elect. & ibi Glo. ver. in tractatu, & in c. Cum conſuetudinis, ver. conſenſu, de conſuet. Si verò dicitur, Secundum conſilium, oportet ſecundum id facere Silu. ver. conſilium q. 2. Niſi aliter conſtet de mandantis intentione, Ang. ver. conſilium parag. 4.

35 Cum dicitur bonus vir, intelligitur in foro exteriori Iudex in interiori, prudens, & timoratus Silu. ver. Arbiter q. 12.

36 Lex priuans ob peccatum re iure poſſeſſa, intelligitur in foro exteriori poſt condemnationem Sot. de iuſt. lib. 1. q. 6. ar. 6. concl. 1. contra Pan. in c. Canonum de conſt. & in c. Dilectis de arbitr. & Caſtr. de leg. pœn. lib. 2. c. 6. & 7. Vide ver. Pœna num. 2.

37 Verbum vniuerſale, quamuis non includat ſingulos de ipſa Vniuerſitate: quia aliud eſt ius vniuerſitatis, aliud ius ſingulorum: vbi tamen materia, de qua loquitur lex, non poteſt comprehendere vniuerſos, vt ſic, ſed vt ſingulos, quia Vniuerſitas eſt perſona ficta, & repræſentata, tunc verbum illud intelligendum eſt de ſingolis Anchar. in Clem ne in agro de ſta. mon. num. 5. Vt cum text dicit Omnes monachi ſingulis menſibus communicent, &c. Idem dic in interpretatione diſpoſitionum vbi quando dictio vniuerſalis ſtare non poteſt in ſua vniuerſitate, reſoluitur in particularem. Panor. in c. Nemo de ſimon.

38 Cum lex prohibet aliquid fieri directè, fieri non poteſt indirectè. c. Cum quid vna via de reg. iur. in 6. Menoch. de præſump. lib. 4. preſump. 189. num. 82. Surd. decis. 21. num. 4. & alij, quos refert, & ſequitur Barbos. ad cit. c. Cum quid Vendens enim rem cum pacto, vt emptor illam alienare non poſſit, non poteſt emptor illam obligare, quia tunc res illa indirectè alienaretur facit l. vlt. C. ſi mancipium ita, ven. vt non proſtit. Cum enim quid prohibetur, prohibentur omnia, quæ ſequuntur

ex illo

Digitized by Google

ex illo, & per quæ perueniri poteſt ad illud Cum quid 32. de reg. iur. in 6. V. glo. ad virumq; cap. Cum quid Azor p. 3. lib. 8. c. 4. de empt. q. 2.

39 Acceſſorium non ſemper ſequitur naturam principalis, quando poteſt diuidi, & ſeparari: tunc enim tranſlato, ſeu finito principali, nunquam finitur, aut transfertur acceſſorium. Surd. conſ. 27. num. 37. lib. 1. præſertim vbi in acceſſorio reperitur promiſſio ſpecialis Gratian. diſcep. for. to. 5. c. 987. num. 23. & ſeq. Et quia in acceſſorij conceſſione exigitur aliquis concedendi modus Sanchez in ſum. lib. 6. c. 16. num. 181. Item quando acceſſorium per ſe obligat, vt in iuramento, quod accedit promiſſioni de ſoluendis vſuris: licet enim promiſſio non teneat, iuramentum tamen per ſe obligat ex virtute religionis, & ſeruari poteſt abſq; diſpendio ſalutis, &c. Azor. p. 3. lib. 11. c. 16. q. 3. V. Sanchez matr. lib. 7. diſp. 29. num. 11.

40 Declarans non diſponit; ſed quid in præteritum actum ſit, oſtendit, & declaratio retrotrahitur ad tempus diſpoſitionis Rota plures referens apud Farinac. p. 1. decis. 505. num. 15.

41 Vtile per inutile non vitiatur in ſeparabilibus, c. Si confirmationem de elect. in 6. vbi Barbos. contraria diluens. & c. Dilecti filij & ibi Glo. fi. de mai. & obed. Nec in Emphyteuſi Gratia. c. 614. num. 32. Inutiliter adiectum vitiatur Rota coram Orano per l. 1. parag. Sed & ſi ff. de verb. oblig. apud Cencium poſt tract. de cenſib. decis. 117. Nec valet regula, quando aliquid requiritur pro forma ſubſtantiali, quia forma eſt indiuidua Barbos. ad c. Quia propter num. 15. de elect.

42 Qui vult antecedens, non neceſſario vult conſequens: niſi conſequens ordinetur per ſe tamquam medium quoddam ad antecedens, vel è contra. Vt rectè ſequitur, Iudas punitur in inferno, ergo peccauit mortaliter: & tamen Deus vult antecedens, non autem conſequens V. Valent. to. 4. diſp. 7. q. 8. p. 4. vers. minor. probatus.

43 Cum agitur de fauore animæ, & ad tollendum peccatum, fit extenſio legis pœnalis Peregrin. de duello q. 11. num. 3. vbi alios refert. Item vbi ratio expreſſa in textu omnino militat. vel ſaltem ratio eſt indubitatè præſumpta, etiam in pœnalibus fit extenſio Silu. ver. Lex q. 8. & ver. Pœna q. 4. Ang. ver. lex parag. 4. Pan. in c. 1. de iuram calu. num. 4. Glo. in Clem. 1. ver. eligatur, de elect. Sanchez de matr. lib. 3. diſp. 42. num. 4 aſſerens de com. & in ſum. lib. 6. c. 16 num. 77. Alij tamen quos refert, & ſequitur Barbos. ad c. Odia, de reg. iur. in 6. negant etiam ex identitate rationis fieri poſſe extenſionem in pœnalibus, & probabiliorem dicit idem Sanchez de matr. lib. 10. diſp. 4. num. 5. & in ſum. loco cit. num. 79. Niſi quando aliàs ſententia eſſet fruſtratoria & nullũ conſequeretur effectum; tunc enim lata fit interpretatio. Sayr. de cenſur. lib. 1. c. 8. num. 1. in fine, & Suar. de cenſur. lib. 5. c. 3. num. 1. in fi.

44 Stante ſtatuto excluſiuo fœminarum propter maſculos, excluditur fœmina extantibus maſculis; licet v. g. emphyteuſis data ſit pro maſculis, & fœminis. Rota coram Buratto decis. 838. cum ibi not. per Ferentill.

45 Quando verbo futuri temporis iungitur particula ſuapte natura importans latam ſententiam, non eſt ſententia ferenda, ſed continet latam Tiraquell. in l. Si vnquam, ver. reuertatur C. de reuoc. donat. quem refert, & ſequitur Sanchez de matr. lib. 3. diſp. 53. num. 8. Vt in Conc. Trid. ſeſſ. 25. de refor. c. 6. & c. vn. de cler. coniug. in 6. & c. vlt. parag. Si quis verò de cland. deſp. in ant. vbi verbo cenſeatur, quod eſt futuri temporis adijcitur dictio, protinus, quæ latam ſententiam importat. Item quando verbo futuri temporis adiungitur participium præteriti, ſonat præteritum, & eo magis quando verbum ſonat & præteritum & futurum Barb. in l. Verbum oportet ff. de verb. oblig. num. 2. Alciat. in l. Verbum eriſſi uo, extrau. 1. de regul. ibi: In monaſterio in quo receptus fuerit.

46 In

46 In legis relaxatione non valet argumentum à pari, vel ſimili, vel etiam à maiori ſumptum Azor. p. 2. lib. 6. c. 3. q. 10. Barbos. ad c. vlt. de fil. præsb. in 6. Silu. beneficium 3. q. 12. citato Gemin. in d. c. vlt. Ang. ver. beneficium num. 25.

47 Dictio, Præſertim, exprimit caſum minus dubitabilem, & continet caſus magis dubitabiles, & in eis iudicat idem iuris eſſe Azor. vbi ſupra lib. 7. c. 32. q. 3. per l. 1 parag. Pater verè, vel maximè ff de collat. bonor. V. Gratum de dict. dict. 180.

48 Dictio (dumtaxat) limitationem, & taxationem denotat, Glo. in extrau. Suſcepti Io. 22. ver. duntaxat, de electio, & eſt excluſiua omnium aliorum caſuum, præter eos, quos includit Clem. Exiui de paradiſo, vers. Cum autem natura, de verb. ſign. Et habet vim non ſolum tacitæ prohibitionis, ſed etiam expreſſæ Grat. vbi ſupra num. 2. dict. dumtaxat. vbi alios refert.

49 Verbum (volo) in vltimis voluntatibus plenam diſpoſitionem ſignificat, l. Pamphilo parag. Propoſitum ff. de lega. 3 In contractibus verò ſecus. Non enim qui vult religionem ingredi, aut vouere, hoc ipſo profitetur, aut vouet Azor. p. 3. lib. 8. c. 25. q. 5. de empt. V. Barbos de dict. ver. volo, vbi plenius.

50 Dictio, (Omnis) in ſingulari ſtat diſtributiuè. Omnes verò in plurali collectiuè Bald. in. c. Quia propter de elect. num. 7.

51 Dictiones A, vel Ab, ſunt excluſiuæ, & denotant ſeparationem, & regulariter huiuſmodi dictiones, ſicut etiam Ex, & ſimiles denotantes terminum, ſunt ſeparatiuæ, & excluſiuæ termini: vbi enim dies termini adiungitur numero dierum, vel mēſium, cum huiuſmodi dictionibus, puta infra triginta dies à die præſentationis literarum, tunc non fit computatio temporis de momento ad momentum. propriè enim iſtæ dictiones ponūtur pro Poſt. Gratian. diſcep. for. c. 162. vbi nu. 21. limitat dummodo materia ſubiecta, fauor, odium, mens diſponentium aliud non ſuadeat, quia tunc ſtant incluſiuè.

52 Dies cœpta non habetur pro completa in odioſis Rota diuers. lib. 2. deciſ. 75. q. 18. & alij quos refert, & ſequitur Gratian. d. c. 161. in fi.

53 Dictio (Inſuper) idē ſignificat quod vltra, & diuerſitatem à præcedentibus denotat; & de ſui natura venit conſecutiuè, addendo ad ſuperiora, retenta eadem materia. Et, ſi priuilegium contineat plura capitula, illud dicitur diuerſum ab alijs quod incipit per iſtam dictionem Et inſuper. Barbos de dict. vſu frequ. dict. 146. Gratus de dict. ver. Et inſuper. Dictio Vſque, ſtat incluſiuè Gratian. diſcep. for. c. 181. & alij plures, quos refert, & ſequitur Barbos. ad c. Cum dilecti num. 3. de dol. & cont.

54 Verba generalia omnia comprehendunt glo. in c. Si Romanorum diſt. 19. Intelligenda tamen ſunt ſecundum ea, quæ præcedunt, & ideo reſtringenda ſecundū ſubiectam materiam Rota deciſ. 140. apud Farin. p. 1. & ad habilia, quando dicta verba proferuntur à lege, vel ſtatuto: ſecus ſi ab homine. Gratian. vbi ſupra c. 724. nu. 18. Debent autem intelligi ciuiliter, & licet amplient præcedentia, tamen referuntur ad ea, quæ ſunt eiuſdem generis, & ad ſuam cauſam. Idem c. 557. num. 44. & non includunt caſus inſolitos, de quibus non eſt veriſimiliter cogitatum Barbos. ad d. c. Si Romanorum num. 6. Item reſtringuntur, ne abſurdi, aut iniqui quidquam ſequatur Felin. in c. In omni num. 2. de teſtib.

55 Cum in lege dicitur, quòd aliquid liberè fieri poſſit, per (liberè) intelligitur, quando nec contradictio, nec difficultas ingeritur. Bellamer. conſ. 40. num. 7. per c. Si beneficia, de præben. in 6. Nec mora Anchar. in c. Cum liberum de ſepult. num. 7. Et quando non requiritur alterius conſenſus Bero. in c. Illud, de Iurep. glo. in c. Ordinarij parag. 1. ver. liberè de off.

ord.

ord. Pan. in c. Statuimus de regul. num. 14. Nec licentia Zabarell in Clem. Dudum. de ſepult. num. 20 Nec diſpenſatio, glo. in Clem. 1. de ætа. & qual. Nec metus concurrit Boniſ. Vitalin. in d. Clem. Dudum parag. Ad honorem num. 50. Et quod non indiget alterius auxilio Pan. in. c. Lator de homic. num. 4. Et quod ab omni ſolemnitatis, & neceſſitatis obſeruantia abſtractum eſt Mandos. in reg. 19. q. 15. num. 3. adde, & quod fieri poteſt præſcriptione, vel appellatione non obſtante, glo. in c. Romana ver. liberè de cenſib. in 6. Item quod excludit omne onus, & conditionem Rota coram Buratto deciſ. 354. num. 6. Plura vide apud Rebuff. ſuper concord. ſub. rubr. de reg. ad præl. nom. parag. 1. ver. liberè, & latius rubr. de collat parag. Præfatique omnes ver. liberè, vbi probat quatuordecim modis accipi. Barbos. de dictionibus, dict. 164.

56 Careat, eſt verbum latæ ſententiæ Felin. in c. Rodulphus de reſcrip. num. 51. Gemin. in c. 1. de cler. coniug in 6.

57 Verba futuri temporis de ſui natura importantia priuationem, denotant ipſo iure Felin. in c. Ex tenore de reſcript. num. 29.

58 Verba imperatiui modi quandoque important conſilium, quandoque neceſſitatem. Quare debent intelligi iuxta ſubiectam materiam, etiam in eadem oratione. Pan. in c. Magnæ num. 4. de voto. Vt cum dicitur Vouete, & Reddite, Pſal. 75. Vouere enim eſt conſilij: Reddite verò præcepti, & obligant ſicut præceptiua, ex quo ſubiecta materia non ſuadet oppoſitum. Idem Pan. in c. Nouit, de iudic. num. 36. & ſatis conſtat ex Clem. exiui de verb. ſign.

59 Lex pœnalis extenditur per eandem, vel paritatem rationis viginti, & vno modis quos vide apud Nau. in c. pœnæ de pœnit. d. 1.

60 Cum in Bulla datur facultas abſoluendi in articulo mortis, intelligitur etiam de præſumpto. Secus cum dicitur in vero articulo Roder. in ſum. p. 1. c. 59. num. 2.

61 Articulus mortis dicitur, cum non eſt probabilis ſpes vitæ. Periculum verò mortis cum de morte timetur, ſiuè id proueniat ex infirmitate, ſiue ex nauigatione, ſiuè ex bello; ſiuè ex commoratione in loco peſte infecto, ſiue ex partu difficili; ſiuè quia hoſtem timet, aut potentis crudelitatem; aut per loca periculoſa eſt tranſiturus Silu. abſolutio 1. num. 8. Roder. in ſum. vbi ſupra num. 1. V. ver. confeſſor. num. 3.

62 Dictiones Donec, Quandiù, Quoad, vel Quouſque, non dicunt perpetuam excluſionem, ſed tantum ad tempus impediunt. Quare ſtatutum excludens filias à ſucceſſione, donec, &c. aliqui de deſcendentibus ex maſculis ſupererint, ad tempus tantum ſuſpendit, non verò perpetuò priuat. Anchar. conſ. 220.

63 Conſtitutio loquens de Abbate compræhendi Priorem, ſeu Præpoſitũ non habentem Abbatẽ adeo quòd in omnibus fungitur loco Abbatis Pan in c. Cum illorum de ſent. exc. nu. 12. Et cõſtitutio loquens de Præsbytero compræhendit Diaconos, & Subdiaconos c. 1. de cohab. Cler. & mul. Pan. in c. Clericus Ne Cler. vel mon. num. 8.

64 Verbum (exercere) ſignificat frequentiam ex diuerſis actibus diuerſo tempore factis. Et dicuntur exercitores, qui quaſi ex vſu continuo aliquid ex habitu, & conſuetudine exercent Nau. in man. c. 27. num. 249. Sayr. de cenſur. lib. 7. c. 12. num. 24. vbi dicit hoc relinquendum arbitrio boni viri. Limita niſi coactè exerceant in delictis Graff. de cas. reſer. libi 1. c. 11. num. 27. Alter. tamen de ſuſpenſ. diſp. 15. c. 3. multis probat ſufficere vnicum actum conſummatũ ad hoc vt ſubijciatur pœnis legis contra exercentes. Rigidior certè ſententia.

65 Cum dicitur, Sodomita, propriè intelligitur agens: Nam patiens dicitur mollis. Quare cum Epiſcopus ſibi reſeruat caſum Sodomiæ, non compræ-

henditur partes Graff. vbi ſupra nu. 6.7. & 26. Marchin. de ord. trac. 1. par 8. c. 4. nu. 9. Idem cum peccatur cum muliere contra ibidem. Caiet. in ſum. ver. mollities.

66 Corruptores monialium dicuntur non ſolum qui frangunt clauſtra virginalia, vel inueniendo fracta, cum ipſis coierint; ſed etiam ſi fœdarunt abſque fractione, ſiue per concubitum, ſiue per complexum, confabulationem oſculum, ſic Graff. vbi ſupra lib. 2. c. 14. num. 23. per tex. in c. Nec Aliqua 27. q. 1.

67 Si Papa conferat beneficium cum clauſula non obſtante quacumque collatione, intelligitur de inualida: ita vt nec videatur tollere poſſeſſionem, ſicut nec ius quæſitum, cum poſſeſſio iuris ſit Rebuff. de iur. alt. quæs. 9. glo. 3. Gomez ibidem q. 50.

68 Diſpenſatio ſine cauſa facta ab habente facultatem à Principe, non valet. Couar. in 4. p. 2. c. 6 parag. 9. num. 11. Silu. ver. Diſpenſatio q. 3.

69 Diſpenſandi facultas non extenditur ad alium caſum, in quo eſt eadem ratio Pan. in c. Ad ſi Clerici parag. De adulterijs num. 8. de iudic. Felin. in c. Poſtulaſti de reſcrip. à num. 41.

70 Scienter iubens aut concedens id, in quo opus eſt diſpenſatione, cenſetur diſpenſare Pan. in c. Veniens de fil. præsb. num. 3. Silu. ver. irregularitas in fi. & ver. diſpenſatio q. 15. Item Pan. in c. fi. de ſchiſmat. Quare ſi Papa diſpenſat cum Spurio, ſciens illum eſſe ſpurium, cenſetur cum illo diſpenſare in illa qualitate. Sufficit enim ſi Princeps ſciat, licèt illa ſcientia non exprimatur in litteris Paris. lib. 4. conſ. 44. num. 45. & ſeq. & alij ibi cit. Vnde infertur, quod ſi Papa det regulari facultatem teſtandi, ſciens illum eſſe regularem, licet de hoc mentionem non faciat, tenet priuilegium. ſicut etiam tenet collatio facta inhabili Papa ſciente inhabilitatem, Mandos. in reg. 10. q. 5. Et vera eſt regula, ſi diſpenſatio fiat ab ipſo legiſlatore, aut eius ſuperiore. Inferior enim non cenſetur diſpenſare, niſi id exprimat Nau. de ſimon. cons. 4. num. 2. & in man. prælud. 9. num. 15. & in c. Si quando de reſcrip. except. 10. num. 4. In foro tamen conſcientiæ tenet diſpenſatio Roder. de regul. to. 1. q. 13. art. 16 Nau. in man. c. 25. num. 74. Inferior cenſetur diſpenſare in his quæ ſibi de iure competunt, aliàs non, niſi expreſſa cauſa Nau ibidem, Sanch. de matr. lib. 8. tota diſp. 4. vbi num. vlt. idem dicit, cum Superior videt aliquem contra legem agere; & cum facile poſſet, non contradicit, ſed tacet. Illa enim taciturnitas eſt ratihabitio de præſenti S. Ant. p. 2. tit. 11. c. 2. parag. 9. V. Azor. p. 1. lib. 5. c. 15. q. 10.

71 Diſpenſatio in iure Superioris, etiam in caſu, quo inferior relaxare poteſt, niſi fiat cum cauſæ cognitione, non tenet Azor. vbi ſupra 5. c. 5. q. vlt. Niſi cauſa ſit notoria Sanchez vbi ſupra num. 22.

72 Diſpenſatio ſine cauſa in iure diuino non tenet Silu. ver. diſpenſatio q. 5. Nau. c. 12. num. 36. Sot. de iuſt. lib. 1. q. 7. ar. 3. Pan in c. Non eſt de vot. Poteſt quidem Superior interpretari ius diuinum, non vero diſpenſare S. Tho. 1. 2. q. 97. ar. 4. ad 3. Couar. in 4. p. 2. c. 6. parag. 9. num. 4. Aliquando tamen tenet diſpenſatio, vt in beneficio dato indigno Suar. to. 4. diſp. 54. ſect. 2. num. 2 Secus in voto, aut iuramento Sot. vbi ſupra.

73 Qui vtitur diſpenſatione ſine cauſa in iure humano, peccat, non tamen mort. niſi ſit ſcandalum aut alterius damnum notabile Sot. vbi ſupra Nau. in man. prælud. 9. num. 14. Couar vbi ſupra num. 7. Et qui petit diſpenſationem putans bona fide cauſas eſſe veras, non peccat, licèt illæ ſint minus bonæ Nau. vbi ſupra num. 13. Sanchez vbi ſupra diſp. 18. num. 9 V. Azor. p. 1. lib. 5. c. 15.

74 Peccat Prælatus non diſpenſans,

cum

cum eſt cauſa diſpenſandi Hoſt. in ſum. de diſpens. c. 2. Silu. ver. Diſpenſatio q. 3. Pan. in c. Paſtoralis de appel. & in c. pen. de obſer. ieiun. num 4. Glo. in c. Domino ſancto, ver. neceſſe diſt. 50. & in c. Exigunt. ver. cauſa 1. q. 7. licet peti non poſſit iure actionis, ſed tantum implorari officium Superioris, vt diſpenſetur, ibidem.

75 Poteſtas diſpenſandi latè interpretanda Pan. in c. fi. de ſimon. num. 3. Nau. num. 4. Quare poteſtas diſpenſandi in aliquo gradu coniunctionis extenditur ad eum gradum, licet duplicatum Sanchez vbi ſupra diſp. 24. num. 9. Non tamen extendenda à caſu etiam maiori ad minorem Fel. in c. Poſtulaſti de reſcrip. à num. 41.

76 Epiſcopus diſpenſare poteſt in lege Papæ, ſi ſit materia leuis, aut caſus frequens, aut reſpicit lex proprium eius Diœceſis bonum Sot. de iuſt. lib. 1. q. 7. art. 3.

77 Illegitimus diſpenſatus ad ordines, non ideo diſpenſatur ad Sacros. & ſi ad ſacros, non ideo ad beneficium curatum Hoſt. in ſum. de fil. præsb. num. 9. Silu. Clericus 1. q. 4. Nau. de fil. præsb. conſ. 6.

78 Data facultate diſpenſandi, intelligitur, ſi fuerit cauſa legitima Nau. in man. prælud. 9. num. 19. Silu. ver. diſpenſatio q. 3. Suar. to. 4. diſp. 54. ſect. 2. Et dubitans an ſit legitima, poteſt diſpenſare, Silu. vbi ſupra num. 2

79 Non valent Papæ diſpenſationes, quæ gratioſæ dicuntur, vſq; ad notitiam Ordinarij Conc. Trid. ſeſſ. 22. c. 5. Intellige de conceſſis in foro exteriori Cong. Concil.

80 Literæ Pœnitentiariæ, licèt non tacerentur, aut ſi parti reddantur non ideo fruſtrantur ſuo valore in foro conſcientiæ. Nam illa verba, Nil illi ſuffragentur, intelliguntur in foro exteriori. id enim importat verbum, ſuffragetur, Gomez, de non iud. iux. for. ſuppl. q. 4. Pan. in c. Illud, de iurep. num. 15. Sanch. de matr. lib. 8. diſp. 35. num. 42. Et cum ibidem dicitur, Abſoluas in foro conſcientiæ, intelligitur etiam extra ſacramentum, id enim ea verba ſignificât, vt illa abſolutio nil ſuffragetur in ſoro exteriori. Secus ſi dicat, In foro pœnitentiæ; tunc enim dari debet in ſacramento pœnitentiæ Roder. de regul. to. 1. q. 20. art. 7. Sanch. de matr. lib. 8. diſp 34. num. 29.

81 Diſpenſatio eſt nulla, & ſubreptitia, cum tacetur veritas, quæ eſt cauſa non tantum finalis, ſed etiam impulſiua conceſſionis; quia nimirum ea veritas declarata retraheret Principem à conceſſione; vel ſaltem difficilius notabiliter eam conceſſiſſet Pan. in c Conſtitutus num. 5. de rel. dom. Molin. de iuſt. to. 3. diſp. 591. num. 5. & 6. & diſp. 650. num. 2. per c. Poſtulaſti de reſcrip. Sed contra, quia alias non valeret conceſſio beneficij facta crimino ſo, qui tamen nullo canonico impedimento affectus ſit: cum tamen verè præſumi poſſet, Pontificem, ſi ſciret, non conceſſurum. Alij, vt Couar. 1. ver. reſ. c. 20. Silu. ver. reſcriptum q. 6. & alij multi docent ſolum vitiari gratiam, & diſpenſationem tacita veritate, quæ eſt cauſa finalis, ideſt qua cognita, Princeps minimè conceſſiſſet: ſecus quando ſolum eſt cauſa impulſiua, per c. Dudum vers. Non igitur de præben. in 6. & c. fi. de fil. præsb. eo lib. Alij, vt Nau. in man. c. 22. num. 86. & de conſt. conſ. 1. num. 48. & de conſang. conſ. 7. 8. & 9. & in c. Si quando de reſcrip. excep. 3. num. 5. & de dat. & prom. not. 32. num. 48. corol. 4. verſ. Non obſtat Roder. in ſum. p. 1. c. 238. num. 1. & c. 179 num. 10. & de regul. to. 2. q. 46. ar. 6. docent non ex omni taciturnitate veritatis gratiam vitiari, ſed tunc ſolum, quando tacetur veritas, quam iura iubent exprimi: Nam voluntas Principis præſumitur talis, qualis eſſet intentio legis l. ex facto in principio ff. de vulgar. Alij plerique quos refert, & ſequitur Sanchez vbi ſupra diſp. 21. dicunt.

82 Primò tunc eſſe gratiam ſubreptitiam, ſiue reſcripta ſint gratiæ, ſiue iuſtitiæ, quando tacetur veritas, quã iura iubent exprimi,

Digitized by Google

23 Paruitas materiæ excuſat à mortali in omni materia S. Tho. 1. q. 18. ar. 5. Nau. in man. prælud. 9. num. 12. & alibi ſæpè, & com. etiam in venereis Nau. in c. ſi cui de pœnit. diſt. 1. num. 17. Sanch. de matr. lib. 9 diſp. 46 num. 9. qui in ſum. lib. 5. c. 6. ſe correxit.

24 Legem ignorãs ſine culpa excuſatur à pœna Sot. vbi ſupra Silu. ver. lex q. 6. Intellige de pœna extrinſeca, nam afficit quoad intrinſecam annullationis actus Imol in Clem. 1. de elect. num. 34. Dec. repet. 6. 3. de conſtit. num. 31. Nau c. 23. num. 44. Sanchez alios referens lib. 3. de matr. diſp. 25. num. re Azor. p. 1. lib. c. 3. q. vlt.

25 Cum ob periculum in mora non poteſt adiri Princeps, excuſatur qui facit contra legem, putans ſibi licere; etiamſi haberet dubium de oppoſito, ſed nõ æquale S. Tho. 1. 2. 96. ar. 6.

26 Cum in lege excipiuntur aliqui caſus, intelliguntur etiam alij aliàs iure excepti, & in materia fauorabili omnes ſimiles Nau. de ſta. mon. com. 5. num. 4. & in rubr. de iudic. num. 73. verſ. 3. & videtur Silu. vbi ſupra q 18. & 21.

27 In his, quæ concernunt formam actus, vel inducta ſunt ad iuris rigorem conſeruandum, non excuſantur mulier, & ruſticus, ſed forma generaliter data ſeruari debet Ias. in l. Cum dubitatur C. de iur. emphyt. num. 119.

28 Quando aliquid requiritur pro forma, omiſſio formæ etiam in minima parte, vitiat actum Bur. & Pan. in c. Piſanis, de reſt. ſpol licet ex neceſſitate ſeruari non poſſit; l. Cum hi parag. ſi præter ff. de tranſact. vbi Bart. Pan. in c. Debitum num. 2. de bapt. & in c. Publicato num. 9. de elect. V. Felin. in c. Quoniam frequenter in princ. verſ. Tu vero attende, velit. non conteſt Pan. in c. Cum olim num. 6. de arbitr & c. Cum poſt num 1. de elect. Barbos. ad c. Quia propter num. 13. de elect. Nec quicquam addi, aut detrahi poteſt de forma, minuſq; adimpleri per æquipollens Hoied de incompat. beneſ. p. 2. c. 1. num. 26. & ſeq. Silu. ver. alienatio q. 13.

29 Licere ex cauſa poteſtati ſæculari ſtatuere, ne pareatur literis Apoſtolicis ſine examine; & beneplacito ſuo, putat Couar. pract. qq. c. 35. num. 4. citato Driedone de libertate Chriſt. Ego vero cenſeo id ſine Sum. Pont priuilegio fieri non poſſe: Niſi fortè ſuſpendendo executionem, donec Papa certior fiat de falſa ſupplicatione, aut alijs inconuenientibus idq. per Iudices eccleſiaſticos, iuxta Bullam Pij V. anni 1560 Azor. citan. q. 4. & contra Couar. pluribus agit Azor. vbi ſupra c 14. q. 5. & 6. V. infra Excom. Bullæ claus. 12.

30 Licitum eſt facere contra Eccleſiæ legem ob ſubitam lucri occaſionem non prætermittendam Caiet. in ſum. ver. in feſto licita c. Licet de fer. quia vt ait Silu. ver. dominica q. 4. vtilitas acquirendi, quod alio tempore acquiri non poteſt, excuſat à violatione feſtorum.

31 Standum eſt legis menti apertæ etiam contra verba Silu. ver. lex q. 17. & ſeq. Intelligitur autem mens legis ex ratione expreſſa. Idemq. 20. Azor. vbi ſup cap. 16. q. 9. Rota coram Buratto decis. 22. a nu 19.

32 Per ius nouum non receditur ab antiquo niſi quatenus exprimitur l. Præcipimus in fi. C. de appell. Nau. de priuil. conſil. 24. num. 1.

33 Vbi eadem ratio indubitatè præſumpta, ibidem ius, niſi legiſlator aliud diſponat; quod tamen ſequi non tenemur, niſi exprimat S. Tho. de virt. q. 23. ar. 1. Silu. vbi ſupra q. 18. Intellige quando caſus ſunt ſimiles re ipſa, non tantum iuris fictione Azor. vbi ſupra q. 10. Suar. de legib. lib. 6. c. 3. Alia enim eſt paritas rationis, alias identitas. In illa enim non valet concluſio. In hac verò ſic num. 13.

34 Non ſeruans legem ob magnam difficultatem, aut ne rideatur a prudentibus excuſatur Nau. c. 27. num. 223 S. Ant. p. 1. tit. 3. c. 10. parag. 18. reg. 7. Silu. ver. ſcrupulus q. 4. verſ. 2. & 3.

35 Lex Papæ non tollitur per non vſum neq; per contrarium vſum, niſi data ſcientia Papæ, & illius tollerantia, & acquieſcentia, & curſu quadraginta annorum Rota, apud Farin. p. 1. decis. 197. & 223. & 223. V. ſupra Præſcriptio num.

36 Rex obligatur lege ſua, ſi eſt in ipſa

& in

& in alijs par ratio Sot. de iuſt. lib. 1.q.6. ar. 7. prope. fin. V. Couar. c. Alma mater p. 1. parag. 1. num. 3. Cum autem dicitur Principem ſolutum eſſe legibus, intelligitur de poteſtate abſoluta. Nam de poteſtate ordinaria ſubiectus eſt. iuxta l. Digna vox. C. de legib. Monet. de commun. vlt. vol. c. 5 num. 83. V. Azor. p. 1. lib. 5. c. 11. q. 1. & S. Thr. 1. 2. q. 96. ar. 5. ad 3. vbi quod Princeps ſolutus eſt legibus quo ad vim coactiuam non quoad directiuam.

37 Fœmina prohibentibus maritis non tenetur obedire Epiſcopo præcipienti, ne ſe ornent, ſi ornatus ſit licitus Silu. ver. Ornatus q 10.

38 Lex puniens delictum intelligitur de perfecto l. 1. parag. Hæc verba ff. Quod quiſq; iuris, & ibi Ias. Nau. de ſent. exc. cons. 10. num. 3. Sayr. de cenſur lib. 1. c. 10. num. 7. Nec ſufficit perueniſſe ad actũ proprinquũ Pan. in c. 1. de eo qui mitt. in poſſeſſ. cauſa rei ſer. num. 13. Et contra leges punientes ſolum conatum derogatum eſt conſuetudine Ias. loco cit. Speculat. de accuſ. parag. 1. verſ. Quid ſi primo, ſaltem quoad pœnam ordinariam; Niſi crimen ſit atrociſſimum c. Si quis cum militibus 6. q. 1. Regula verò illa, Verba cum effectu ſunt accipienda, intelligenda eſt, non de quocumq; effectu extrinſeco, ſed de illo ſolo, quem verba propriè ſignificant: Niſi Legiſlator tacitè, vel expreſsè aliud requirat Sanchez. in ſum. lib 6. c. 16. num. 117. V. Felin. in trac. Quando conatus, &c in fi. tertij tomi Couar. in Clem. Si furioſus de homic. p. 2. initio Iul. Clar. prac. crim. q. 9. & ſupra ver. Poena num. 10. Fallit quãdo delictum non perficitur in fraudem; vt quando quis peregit opus fornicatium vſq; ad conſumationem, quod præuidens fraudolenter, extra ſemen effundit Iul. Clar. parag. ſodomia, vers. Quarto quæro Graſſ. de caſ. reſ. lib. 11. num. 15. Fallit ſecundo, quando quis affectat facere quantum poteſt, & impeditur propter impotentiam faciendi; tunc enim punitur, ac ſi ad effectum plenarie perduxiſſet, & hoc verum præcipuè in cenſuris Bellamer. conſ. 40. num. 4. V. Riccium p. 2. decis 41. contrarium afferentes,

39 Ex prohemio colligenda eſt intentio diſponentis Nau. in c. Si quando de reſcrip. except 8. num. 1. Sanchez alios referens de matr. lib. 2. diſp. 37 num. 4. & à quibus mens diſpoſitionis declaratur, reſtringitur, & extenditur Mandos. in reg. 24. q. 1. nu. 9. Sanchez in ſum. lib 7. c. 19. nu. 49.

40 Leges veteres per nouas mutari poſſe, & debere aliquando, & conuenienter docent Couar. in c. Alma mater p 2. initio num. 1. S. Ant. p. 1. tit. 18. c. 1. parag. 3. Snt. lib. 1. q. 7. ar. 1

41 Lex noua veteris declaratoria non extenditur ad præterita. Glo. in c. 1. de poſtul. Prӕl. in 6. ver. de cœtero, niſi lex ipſa aliud Idicat Anchar. ibi. Alij contra ſentiunt, quos refert, & ſequitur Azor. p. 1. lib. 6. c. 16. q. 13. Certe quoad pœnas non extenditur Rodrig. à Chuna in Bulla contra ſolicitantes q. 3. num. 8.

42 Lex reſpicit futura non præterita: niſi in ea de præteritis caueatur c. Cognoſcentes, &c. Quoniam de conſtit.

43 Peregrini, & forenſes an teneantur ad leges, & conſuetudines patriæ, quando extra illam ſunt: an verò ad loci, per quem tranſeunt: in vtramq; partem rationes, & Doctores affert Sanchez de matr. lib. 3. diſp. 18. & latius in ſum. lib. 1. c. 12. à num. 19. vbi num. 38. docet non teneri ad leges, & conſuetudines loci tranſitus, & hoſpitij ad breue tempus quando ea non vigent in proprio domicilio V. Azor. p. 1. lib. 5. c. 11. q. 3.

44 An lex aliqua dicatur fauorabilis, vel odioſa attenditur id, ſuper quo principaliter conſtitutio intendit prouidere. Si enim primum intentum eius ſit ſtatuere in fauorem alicuius eſt fauorabilis, licet redundet in damnum, & odium alterius. Si verò principaliter ſit in alicuius pœnam, licet cedat in fauorem alterius, eſt odioſa. Felin. in c. 1. de ſponſal. num. 24. Sap. ad Pau. in c. Non dubium, ver. fauor. de ſent. exc. & alij quos refert Sanchez de matr. lib. 1 diſp. 1. num. 4 qui cum Couar. 1. var. res c 11. num. 5. id intelligit, quoties odium a fauore diſtingui nequit. at ſi odium, & fauor commode diſtingui poſſunt; fauor, vt fauor, odium vt odium adſumendum eſt: & ideo

Vn 2

ideo extẽdẽda lex qua parte eſt fauorabilis: reſtringenda verò quatenus odioſa. ſic etiam Pan in c. ſ. de loca. num. 10.

43 Quando lex dat certam formam ſuper eo quod alicui conuenit ex officio factum tenet, etiam non ſeruàta forma. ſecus quando forma præſcribitur habenti tantum poteſtatem delegatam. Vt ſi Epiſcopo mandetur abſolutio ab excommunicatione iuris non reſeruata ſub aliqua forma, illa non ſeruata tenet abſolutio qua illa ex officio conuenit Ang. ver. lex num. 18 Silu eo. q. 8. Pan. in c Ex parte de conſt. num. 6 Anchar. in Clem. 1. de iureiur. nu. 4. Aut niſi formæ communi addatur aliquis modus limitatus; vt Coniunge, ſi per ſolertem indaginem inueneris non eſſe impedimentum; id enim importat conditionem, quæ iure non ineſt Tolet Lib. 1. c. 15 num. 7. Nau. in man. c. 26. num. 37. Sanchez de matr lib. 3 diſp. 33. Aut niſi lex habeat clauſulam annullatiuam Bart os. ad Clem 1. de iurepatr. num 9. Quando dicatur lex aliquid tradere pro forma vide decem. ſigna cum ſuis ampliat. & limitat. apud Fœlin. in c. Cum dilecta de reſcrip. num. 6.

44 Faciens contra Eccleſiæ præcepta ex cauſa, quam putant rationabilem, non peccat Nau. c. 21 num. 20. & de iniur. conſ. 12. num. 2. & de alien. rer. Eccl. num. 9. & 16 P. Sot de diſt pecc. lect. 10. in. fi.

45 Præceptum Regis non induendi ſericis non ferendi arma, non equitandi mulas. ſi parui referant nõ obligat ad mort. Sot vbi ſupra Sayr. clar. reg. lib. 5. c. 9. num. 15.

46 Non diſcere præcepta Eccleſiæ, & Decalogi, cum poſſis eſt mortale. Tolet lib. 1. c 17. & Articulos fidei Nau pœnit. & rem. conſ. 10. num. 10.

47 Præcepta Eccleſiæ ſi non in totum, ſeruanda tamen ſecundum eam partem quæ ſeruari poteſt Caiet. 2. 2. q 147. art. 7. Nau. c. 21. num 22. quod verum eſt, quando præceptum eſt de re diuidua; non indiuidua. de quo vide Sanchezium ſum lib. 1. c. 19. num 4. & lib. 4. c. 10 q 1.

48 Finis præcepti non cadit ſub præceptum, niſi ſit etiam materia præcepti Suar. to. 4. diſp 15. ſect. 6. 12. in man c. 13. num. 7. & de red Eccl. q. 7. mon. 6. num. 3. S. Tho. 1. 2. q 100. art. 9. & 10.

45 Executor excuſatur, ſi non obtemperat Superioris mandato, quando ex eo ſequitur abſurditas, ſcandalum, vel inconueniens Couar. in reg. Peccatum p. 1. initio num. 5. & alij relati à Cyned ad Decretal. collect. 3. Etiam ſi Superior mandet ſub pœna excommunicationis ipſo facto. Pan. in c. Si quando, de reſcrip. num. 2. Excuſatur etiam, ſi adſit cauſa rationabilis non parendi d. c. Si quando, & c. Cum teneamur, de præben. Factum contra legem prohibentem non tenet licet non ſit adiecta clauſula irritans l. Non dubium C. de legib. niſi ex alia lege aut ratione certa, & manifeſta conſtet illud ratum, & firmum eſſe Azor q. 1. lib. 5. c. 16. q. vlt. ad intelligentiam reg. Quæ contra legem, &c. de reg iur in 6. & c. Imperiali 25. q. 2.

50 Epiſcopi ſtatutum non obligat ſubditos delinquentes extra Diœceſim, c. A nobis 1. de ſent excom. in ant. & c. fi. de conſtit. 6. Fallit primò quando ſtatutum originat cauſam in territorio proprio ex facto negatiuo in limitibus alterius territorii commiſſo; cuius contrarium affirmatiuum in proprio territorio faciendum erat: vt ſi cauetur quod quicumque fecerit, vbicumque illud fecerit, niſi infra menſem à die commiſſi criminis coram Iudice comparuerit, ſit excomunicatus talis delinquens ligatur ex ea parte quia non comparuerit, quod faciendum erat in territorio ſtatuentis Fallit ſecundò quando ſtatutum reſpicit principaliter rem ſubiectam ſtatuẽti, vt cum excommunicãtur Clerici non reſidentes. Fallit tertio. quando quis tenetur ad aliquid faciendum, & illud non facit, vt cum mandatur Clericis, vt Synodo interſint. Fallit quarto. quando factum incoatum eſt in territorio & alibi cõſumatur Silu. excom. 2. num. 8. Sayr. de cenſur lib. 1. c. 6 à num. 39 V. Azor. p. 1 lib. 5. c. 25. p. 2. & infra Excom num. 18. An autem delinquens intra Dioeceſim, ſed in loco exempto, V. Anchar. in repetit. c. Poſtulaſt. q. 4.

de

Digitized by Google

de.for.comp. & in c. ſi de conſt. in 6. num. 10. Alter. de cenſur. lib. 3. diſp 9. c. 5. propoſ. 4. V. Nald. in ſum. ver. Monalis num. 17.

51 Statutum continens prohibitionem odioſam non porrigitur in dubio extra territorium ſtatuentis, iuxta Anchar. in c. Canonum ſtatuta, vers. Venio ad aliud membrum, de conſt. Et ideo filia, quæ ex ſtatuto non ſuccedit cum tale ſtatutum ſit odioſum, poteſt nihilominus ſuccedere in bonis alibi ſitis Pan. in d. c. Poſtulaſti num. 10. & ſeq. Ang. ver. pœta num. 13. Silu. eo. num. 11. & ver. ſtatutum 295. p. 1. vbi afferuntur ſex caſus, in quibus forenſis ſubijcitur ſtatutis. vide etiam decis 304. & Anchar. in c. Cum olim. de cler coniug. num. 10.

52 Statuta generalia laicorum ad Eccleſias, vel Eccleſiaſticas perſonas, vel earum bona in earum præiudicium non extenduntur. Nec ſtatutum ſpeciale, etiam ſi earum commodum, & fauorem concernat, niſi fuerit à Papa confirmatum c. Eccleſia S. M. de conſt. vbi Pan. & Felin. Item Pan. vol. cons. 83. num. 2. Deeſt enim in laicis poteſtas ſtatuendi circa Eccleſias, & earum bona d. c. Eccleſia, & c. Quæ in Eccleſiarum de conſt. Nec apponere poſſunt modum, aut conditionem, aliamuè ſolemnitatem in diſpoſitionibus ad pia Silu. immunitas 1 num. 10. Molin. de iuſt. trac. 2. diſp. 134. Azor. p. 3. lib. 8. c. 4. q. 9. Vt quod mulier donare non poſſit ſine conſenſu duorum agnatorum facta enim donatio ſine dicta ſolemnitate valet ad pia Pan. repet. d. c. Eccleſia num. 34. Si tamen dicta ſtatuta faueant, aut ſaltem non noceant, poſſunt Clerici ea ſeruare, ſi velint Azor. vbi ſupra q. 8. de emphyt. Pan. vbi ſupra num. 25. vbi num. 26. quod valet ſtatutum inducens merum fauorem Clericis, ſi diſponit non præcipiendo, vt quod de bonis defuncti conſtruatur Hoſpitale: vel Clerici habeant certam partem quia laicus poteſt priuilegiare Eccleſiam c. Nouit de iudic. Vide eundem in d. repet. num. 1. 14. 17. & 37. & Fel. vbi ſupra num. 78. & ſeq. cum alijs ibi cit.

53 Stante ſtatuto quod extantibus maſculis fœminæ non ſuccedant, ſi tempore ſtatuti fœmina erat monialis excluditur à ſucceſſione: ſecus ſi erat ſæcularis, licèt poſt fiat religioſa, vt voluit Pan. alios referens in d. c. Eccleſia num. 25. & Ant. Zacchar. in annot. ad d. locum litera K. dicit communiter per ſcribentes reprobari dictam diſtinctionem; nec valere huiuſmodi ſtatutum excludens fœminas ſiue iam ingreſſas ſiue quæ poſt ingrediantur monaſterium, & multos refert idem ſentientes. V. Felin. in d. c. Eccleſia num. 78.

54 Statutum excludēs ſorores dotatas à ſucceſſione fratrum, intelligitur etiamſi ab extraneo ſint dotatæ Rota coram Seraphino decis. 1291.

55 Statutum laicorum, quod non vendantur immobilia non ſubditis, non extenditur ad Clericos propter generale priuilegium, quod habent in acquirendo, de quo in c. ſi. de immun. Eccl. in 6. Pan. in c. A nobis 1. de ſent exc. num. 5. V. Excom. Bullæ num 45.

56 Statutum nō ligat extraneos, & peregrinos niſi ratione rei ſitæ in loco vbi cōditum eſt ſtatutum, vel ratione contractus in eo loco initi, vel ratione delicti ibidem perpetrati. c. ſi. de for. comp. V. Conſuetudo num 8.

INTERPRETATIO.

DISPENSATIO.

V. Affinitas. Beneficium. Confeſſor. Gratia. Iuramentum. Lex. Matrimonium. Ordo. Pactum. Votum.

1 INterpretatio legis eſt, cum declaratur caſum dubium obſcurum, & aliqua ratione incertum non eſſe lege compræhenſum; aut cum verba legis ambigua, & obſcura explicantur.

2 Diſpenſatio, aliàs relaxatio eſt rigoris iuris per eum. ad quem ſpectat, miſericors, & canonice facta relaxatio. vt ex Hoſt. refert Silu. ver. diſpenſatio. initio

3 Derogatio legis eſt cum ex parte lex tollitur l. Derogatur ff. de verb. ſign.

4 Abrogatio legis eſt, cum Princeps, qui

lit.

18 Particula, ſi, quando æquivalet in animo v. g. vouentis dictioni (quando) vt ſenſus ſit, quando hoc venerit v. g. ingrediar religionē ſi Pater meus obierit, tunc non facit propriè conditionem, ſed eſt determinatio temporis ad faciendum. Quando verò affectus non fertur directè in rem promiſſam, ſed in aliud, quod optat conſequi, aut vitare. aut quando ea particula retinet ſuam naturam, quæ eſt ſuſpendere conſenſum, tunc facit conditionem Sanchez de matr. lib. 8. diſp. 10. num. 4. & ſeq.

19 Dictiones implicatiuæ, vt ſunt (maximè, etiam) implicant idem eſſe in caſu contrario, licet in illo fortior militet ratio Sanchez de matr. lib. 2. diſp. 32. num. 6. Contrarium docet Pan. in c. Damnamus, de Sum. Trin. num. 3. & in c. directe num. 5, de appell. nempe idem importare in caſu contrario ſecundum propriam ſignificationem.

20 Dictio (omnino) excludit omnem gratiā, & diſpenſationem, quia eſt dictio præciſa Ias. in l. 11 num. 3. ff. de iuriſd. omn. iud. Pan. in c. Non magno num. 5. Ne Cleric. vel Monach. Tiraquell. in l. Si vnquam C. de reuoc. don. 78. & ſeq. vbi multis relatis, ait ſignificare ſine vlla exceptione, ſine remedio, & ad vnguem, & num. 81, excludere omnem gratiam. V. Sanchez de matr. lib. 2 diſp. 32. num. 6. & lib. 3. diſp. 17. a num. 4.

21 Maſculinum in fauorabilibus concipit fœmininum, non è contra l. Sita ſcriptum ff. de leg. 2. Glo in c. Generale ver. vniuerſos de elect. Etiam in reſcriptis ad lites Pan. in c. Significauit de reſcript. Excipe maſculinum prolatum à Canone; tunc enim concipit fœmininum, etiam in odioſis Glo cit. Silu. ver. maſculinum, vt in c. Si quis ſuadente 17. q. 4. & in crimine læſæ maieſtatis. Si quid id ff. de iuriſ. omn. Iudic. Si quis dicat, filios meos ex hæredo, filiæ non comprehenduntur l. 1. ff. de ventr. in poſſ. mitt. V. Ias. in d. l. Si quis, Et multas limitationes vide apud Atet. Inſt. Qui teſt. tut. dat. poſſ. parag. ſi quis filiabus. Iul. Clar. parag. Emphyteuſis q. 32. & Henr. Boich. in c. Mulieres de ſent. exc. à num. 7.

22 Maſculinum adiectiuum, vt (Quiſquis, Quicumque) & huiuſmodi, concipit fœmininum in omni materia, in qua ratione, vel lege, aut ſtatuto, vel vſu non eſt differentia inter virum, aut mulierem vt Qui noctu proiecerit de feneſtra, ſoluat decem, &c. Silu. ver. maſculinum. Et vbi lex dirigit verbum ad maſculinum, ſi materia eſt proportionabilis, comprehendit etiam fœminam Felin. in c. De monialibus de ſent exc. ver. tertio infertur. Sanchez in ſum. lib. 6. c. 16. num. 89.

23 Motus proprius cum clauſula Non obſtantibus ſtatutis, tollit omnia impedimenta, & obſtacula à ſtatutis, Eccleſiæ inducta, ſed non tollit impedimenta iuris communis Imol. in c. 1 de fil. presb. in 6. V. ibi Anchar. num. 2. Sanchez de matr. lib. 8. diſp. 21. num. 47. Nec tollit ius tertij, niſi adſit certioratio de iure illius, Gratian. diſcep. for. to. 4 c. 614. num. 32. Azor. p. 2. lib. 7. c. 24. q. 10. Nec firmat gratiam contra intentionem concedentis Io. And. in c. ſi motu proprio de præben. in 6. quem refert, & ſequitur Pan. in c. Quia circa nu. 7. de conſang. & in c. Cum olim num. 15. de re iud. V. Barbos. ad d. c. ſi motu proprio, & ad Clem. ſi Romanus. Varios effectus clauſulæ motus proprij congerit Monet. de commut. vlt. vol. q. 7. à num. 77. ad 93.

24 Stante ſtatuto quod extantibus maſculis, fœminæ non ſuccedant; ſi teſtator ſimpliciter inſtituat filios ſuos, non cenſetur inſtituiſſe fœminas à ſtatuto excluſas Com. apud Iul. Clar. parag. Teſtamentum q. 76. vers. ſcire tamen.

25 Verba (moneas, & inducas) non inducunt præciſam coactionem Pan. in c. Præterea 1. de ſponſal num. 2. & ibi late Felin. num. 8. vbi per hunc textum, & alios plures probat, quod quando Papa intendit coactionem, addit, & compellas. Debent tamen intelligi cum effectu, nec ſufficit modicum monere, niſi effectualiter inducant Pan. in c. Cum infirmitas de pœnit. & rem. num. 1.

26 Clauſula vltima generalis refertur ad omnia præcedentia, niſi ſit ratio diuerſa

Pan.

ex illo, & per quæ perueniri poteſt ad illud Cum quid 32. de reg. iur. in 6. V. glo. ad vtrumq; cap. Cum quid Azor p 3. lib. 8. c. 4. de empt. q. 2.

39 Acceſſorium non ſemper ſequitur naturam principalis, quando poteſt diuidi, & ſeparari: tunc enim tranſlato, ſeu finito principali, numquam finitur, aut transfertur acceſſorium, Surd. conſ. 27. num. 37. lib. 1. præſertim vbi in acceſſorio reperitur prouiſio ſpecialis Gratian. diſcep. for. to. 5. c. 987. num. 23. & ſeq. Et quia in acceſſorij conceſſione exigitur aliquis concedendi modus Sanchez in ſum. lib. 6. c. 16. num. 13. Item quando acceſſorium per ſe obligat, vt in iuramento, quod accedit promiſſioni de ſoluendis vſuris: licèt enim promiſſio non teneat: iuramentum tamen per ſe obligat ex virtute religionis, & ſeruari poteſt abſq; diſpendio ſalutis, &c. Azor. p. 3. lib. 11. c. 16. q. 3. V. Sanchez matr. lib. 7. diſp. 29. num. 11.

40 Declarans non diſponit; ſed quid in præteritum actum ſit, oſtendit, & declaratio retrotrahitur ad tempus diſpoſitionis Rota plures referens apud Farinac. p. 1. decis. 502. num. 15.

41 Vtile per inutile non vitiatur in ſeparabilibus, c. Si confirmationem de elect. in 6. vbi Barbos. contraria diluens. & c. Dilecti filij & ibi Glo. fi. de mai. & obed. Nec in Emphyteuſi Gratia. c. 614. num. 32. Inutiliter adiectum vitiatur Rota coram Orano per l. 1. parag. Sed & ſi ff. de verb. oblig. apud Cencium poſt tract. de cenſib. decis. 117. Nec valet regula, quando aliquid requiritur pro forma ſubſtantiali, quia forma eſt indiuidua Barbos. ad c. Quia propter num. 15. de elect.

42 Qui vult antecedens, non neceſſariò vult conſequens: niſi conſequens ordinetur per ſe tamquam medium quoddam ad antecedens, vel è contra. Vt rectè ſequitur, Iudas punitur in inferno, ergo peccauit mortaliter: & tamen Deus vult antecedens, non autem conſequens V. Valent. to. 4. diſp. 7. q. 8. p. 4. vers. minor. probatus.

43 Cum agitur de fauore animæ, & ad tollendum peccatum, fit extenſio legis pœnalis Peregrin. de duello q. 21. num. 3. vbi alios refert. Item vbi ratio expreſſa in textu omnino militat. vel ſaltem ratio eſt indubitatè præſumpta, etiam in pœnalibus fit extenſio Silu. ver. Lex q. 8. & ver. Pœna q. 4. Ang. ver. lex parag. 4. Pan. in c. 1. de iuram. calu. num. 4. Glo. in Clem. 1. ver. eligatur, de elect. Sanchez de matr. lib 3. diſp. 42. num. 4 aſſerens de com. & in ſum. lib. 6. c. 16 num. 77. Alij tamen quos refert, & ſequitur Barbos. ad c. Odia, de reg. iur in 6. negant etiam ex identitate rationis fieri poſſe extenſionem in pœnalibus, & probabiliorem dicit idem Sanchez de matr. lib. 10. diſp. 4. num. 5. & in ſum. loco cit. num. 79. Niſi quando aliàs ſententia eſſet fruſtratoria & nullũ conſequeretur effectum; tunc enim lata fit interpretatio. Sayr. de cenſur. lib. 1. c. 8. num. 1. in fine, & Suar de cenſur. lib. 5. c. 3. num. 1. in fi.

44 Stante ſtatuto excluſiuo fæminarum propter maſculos, excluditur fœmina extantibus maſculis; licet v. g. emphyteuſis data ſit pro maſculis, & fæminis. Rota coram Buratto decis. 838. cum ibi not. per Ferentill.

45 Quando verbo futuri temporis iungitur particula ſuapte natura importans latam ſententiam, non eſt ſententia ferenda, ſed continet latam Tiraquell. in l. Si vnquàm, ver. reuertatur C. de reuoc. donat. quem refert, & ſequitur Sanchez de matr. lib 3. diſp. 53. num. 8. Vt in Conc. Trid ſeſſ. 25. de refor. c. 6. & c. vn. de cler. coniug. in 6. & c. ſi. parag. Si quis verò de cland. deſp. in ant. vbi verbo cenſeatur, quod eſt futuri temporis adijcitur dictio, protinus, quæ latam ſententiam importat. Item quando verbo futuri temporis adiungitur participium præteriti, ſonat præteritum. Et eo magis, quando verbum ſonat & præteritum & futurum Barb in l. Verbum oportet ff de verb. oblig. num. 2. Alciat. in l. Verbum erit ff. eo, Extrau. 1. de regul. ibi: In monaſterio in quo receptus fuerit.

ord. Pan. in c. Statuimus de regul. num. 12. Nec licentia Zabarell. in Clem. Dudum. de ſepult. num. 20 Nec diſpenſatio, glo. in Clem. 1. de. ætа. & qual. Nec metus concurrit Boniſ. Vitalin. in d. Clem. Dudum parag. Ad honorem num. 50. Et quod non indiget alterius auxilio Pan. in. c. Lator de homic. num. 4. Et quod ab omni ſolemnitatis, & neceſſitatis obſeruantia abſtractum eſt Mandos. in reg. 19. q. 15. num. 5. adde, & quod fieri poteſt præſcriptione, vel appellatione non obſtante, glo. in c. Romana ver. liberè de cenſib. in 6. Item quod excludit omne onus, & conditionem Rota coram Buratto deciſ. 354. num. 6. Plura vide apud Rebuff. ſuper concord. ſub. rubr. de reg. ad præl. nom. parag. 1. ver. liberè, & latius rubr. de collat parag. Præfatique omnes verb. liberè, bi probat quatuordecim modis accipi. Barbos, de dictionibus, dict. 164.

56 Careat, eſt verbum latæ ſententiæ Felin. in c. Rodulphus de reſcrip. num. 51. Gemin. in c. 1. de cler. coniug in 6.

57 Verba futuri temporis de ſui natura importantia priuationem, denotant ipſo iure Felin. in c. Ex tenore de reſcript. num. 29.

58 Verba imperatiui modi quandoque important conſilium, quandoque neceſſitatem. Quare debent intelligi iuxta ſubiectam materiam, etiam in eadem oratione. Pan. in c. Magnæ num. 4. de voto. Vt cum dicitur Vouete, & Reddite, Psal. 75. Vouete enim eſt conſilij: Reddite verò præcepti, & obligant ſicut præceptiua, ex quo ſubiecta materia non ſuadet oppoſitum. Idem Pan. in c. Nouit, de iudic. num. 36. & ſatis conſtat ex Clem. exiui de verb. ſign.

59 Lex pœnalis extenditur per eandem, vel paritatem rationis viginti, & vno modis quos vide apud Nau. iu c. pœnæ de pœnit. d. 1.

60 Cum in Bulla datur facultas abſoluendi in articulo mortis, intelligitur etiam de præſumpto. Secus cum dicitur in vero articulo Roder. in ſum. p. 1. c. 59. num. 2.

61 Articulus mortis dicitur, cum non eſt probabilis ſpes vitæ. Periculum verò mortis, cum de morte timetur, ſiuè id proueniat ex infirmitate, ſiuè ex nauigatione, ſiuè ex bello; ſiuè ex commoratione in loco peſte inſecto, ſiue ex partu difficili; ſiuè quia hoſtem timet, aut potentis crudelitatem, aut per loca periculoſa eſt tranſiturus, Silu. abſolutio 1. num. 8. Roder. in ſum. vbi ſupra num. 1. V. ver. confeſſor. num. 3.

62 Dictiones Donec, Quandiù, Quoad, vel Quouſque, non dicunt perpetuam excluſionem, ſed tantum ad tempus impediunt. Quare ſtatutum excludens filias à ſucceſſione, donec, &c. aliqui de deſcendentibus ex maſculis ſuperenint, ad tempus tantum ſuſpendit, non verò perpetuò priuat. Anchar. cons. 220.

63 Conſtitutio loquens de Abbate comprænhendi Priorem, ſeu Præpoſitū non habentem Abbatē adeo quòd in omnibus fungatur loco Abbatis Pan in c. Cum illorum de ſent. exc. nu. 12. Et cōſtitutio loquens de Præsbytero compræhendit Diaconos, & Subdiaconos c. 2. de cohab. Cler. & mul. Pan. in c. Clericus Ne Cler. vel mon. num. 8.

64 Verbum (exercere) ſignificat frequentiam ex diuerſis actibus diuerſo tempore factis. Et dicuntur exercitores, qui quaſi ex vſu continuo aliquid ex habitu, & conſuetudine exercent Nau. in man. c. 27. num. 149. Sayr. de cenſur. lib. 7. c. 12. num. 24. vbi dicit hoc relinquendum arbitrio boni viri. Limita niſi coactè exerceant in delictis Graff. de caſ. reſer. libi 1. c. 41. num. 27. Alter tamen de ſuſpenſ. diſp. 15. c. 3. multis probat ſufficere vnicum actum conſummatū ad hoc vt ſubijciatur pœnis legis contra exercentes. Rigidior certè ſententia.

65 Cum dicitur, Sodomita, propriè intelligitur agens: Nam patiens dicitur mollis. Quare cum Epiſcopus ſibi reſeruat caſum Sodomiæ, non compræhendi-

cum eſt cauſa diſpenſandi Hoſt. in ſum. de diſpens. c. 2. Silu. ver. Diſpenſatio q. 3. Pan. in c. Paſtoralis de appel & in c. pen. de obſer. ieiun. num 4. Glo. in c. Domino ſancto, ver. neceſſe diſt. 50.& in c. Exigunt. ver. cauſa 1. q. 7. licet peti non poſſit iure actionis, ſed tantum implorari officium Superioris, vt diſpenſetur, ibidem.

75 Poteſtas diſpenſandi latè interpretanda Pan. in c. fi. de ſimon. num. 3. Nau. num. 4. Quare poteſtas diſpenſandi in aliquo gradu coniunctionis extenditur ad eum gradum, licet duplicatum Sanchez vbi ſupra diſp. 24. num. 9. Non tamen extendenda à caſu etiam maiori ad minorem Fel. in c. Poſtulaſti de reſcrip. à num. 41.

76 Epiſcopus diſpenſare poteſt in lege Papæ, ſi ſit materia leuis, aut caſus frequens, aut reſpicit lex proprium eius Dioeceſis bonum Sot. de iuſt. lib. 1. q. 7. art. 3.

77 Illegitimus diſpenſatus ad ordines, non ideo diſpenſatur ad Sacros. & ſi ad ſacros, non ideo ad beneficium curatum Hoſt. in ſum. de fil. præsb. num. 9. Silu. Clericus 1. q. 4. Nau. de fil. præsb. conſ. 6.

78 Data facultate diſpenſandi, intelligitur, ſi fuerit cauſa legitima Nau. in man. prælud. 9. num. 19. Silu. ver. diſpenſatio q. 3. Suar. to. 4. diſp. 54. ſect. 2. Et dubitans an ſit legitima, poteſt diſpenſare, Silu. vbi ſupra num. 2.

79 Non valent Papæ diſpenſationes, quæ gratioſæ dicuntur, vſq; ad notitiam Ordinarij Conc. Frid. ſeſſ. 22. c. 5 Intellige de conceſſis in foro exteriori Cong. Concil.

80 Literæ Pœnitentiariæ, licèt non tacerentur, aut ſi parti reddantur non ideo fruſtrantur ſuo valore in foro conſcientiæ. Nam illa verba, Nil illi ſuffragentur, intelliguntur in foro exteriori. id enim importat verbum, ſuffragetur, Gomez, de non iud. iux. for. ſuppl. q. 4. Pan. in c. Illud, de ſutep. num. 15. Sanch. de matr. lib. 8. diſp. 35. num. 42. Et cum ibidem dicitur, Abſoluas in foro conſcientiæ, intelligitur etiam extra ſacramentum, id enim ea verba ſignificat, vt illa abſolutio nil ſuffragetur in foro exteriori. Secus ſi dicat, In foro pœnitentiæ; tunc enim dari debet in ſacramento pœnitentiæ Roder. de regul. to. 1. q. 20. art. 7. Sanch. de matr. lib. 8. diſp 34. num. 29.

81 Diſpenſatio eſt nulla, & ſubreptitia, cum tacetur veritas, quæ eſt cauſa non tantum finalis, ſed etiam impulſiua conceſſionis; quia nimirum ea veritas declarata retraheret Principem à conceſſione; vel ſaltem difficilius notabiliter eam conceſſiſſet Pan. in c. Conſtitutus num. 5. de rel. dom. Molin. de iuſt. to. 3. diſp. 591. num. 5. & 6. & diſp. 650. num. 2. per c. Poſtulaſti de reſcrip. Sed contra, quia alias non valeret conceſſio beneficij facta criminoſo, qui tamen nullo canonico impedimento affectus ſit: cum tamen verè præſumi poſſet, Pontificem, ſi ſciret, non conceſſurum. Alij, vt Couar. 1. ver. reſ. c. 20. Silu. ver. reſcriptum q. 6. & alij multi docent ſolum vitiari gratiam, & diſpenſationem tacita veritate, quæ eſt cauſa finalis, ideſt qua cognita, Princeps minimè conceſſiſſet: ſecus quando ſolum eſt cauſa impulſiua, per c. Dudum vers. Non igitur de præben. in 6. & c. fi. de fil. præsb. eo lib. Alij, vt Nau. in man. c. 22. num. 86. & de conſt. conſ. 1. num. 48. & de conſang. conſ. 7. 8. & 9. & in c. Si quando de reſcrip. excep. 3. num. 31. & de dat. & prom. not. 32. num. 48. corol. 4. verſ. Non obſtat Roder. in ſum. p. 1. c. 238. num. 1. & c. 179. num. 10. & de regul. to. 2. q. 46. ar. 6. docent non ex omni taciturnitate veritatis gratiam vitiari, ſed tunc ſolum, quando tacetur veritas, quam iura iubent exprimi; Nam voluntas Principis præſumitur taſis, qualis eſſet intentio legis l. ex facto in principio ff. de vulgar. Alij plerique quos refert, & ſequitur Sanchez vbi ſupra diſp. 21. dicunt.

82 Primò tunc eſſe gratiam ſubreptitiam, ſiue reſcripta ſint gratiæ, ſiue iuſtitiæ, quando tacetur veritas, quã iura iubent exprimi,

primi, vt docent Nau. & Rota de præben. deciſ. 27. num. 7. in nou. Vel. eſt talis, quæ intrinſecè attinet ad diſpenſationem, eſtq; cauſa finalis illius, Et hoc intellige etiam de qualitatibus, quæ ex ſtylo Curiæ Romanæ in reſcriptis exprimendæ ſunt; quia ſtylus Curiæ facit ius, c. Quam graui, de crim. fal. Item quando ex conſuetudine Principis qualitas aliqua narranda eſt.

83 Secundo ſubreptitiam ſimiliter eſſe, quando contingit falſi expreſſio circa cauſam finalem; ita vt falſitate expreſſa denegarentur literæ, aut ſaltem illis eſſet aliquod moderamen adhibitum. Secus ſi plures cauſæ narrantur, & finalis eſt vera. Nam ſi vna ſola narretur, eaq; falſa ſit, qualiſcumq; ſit illa, non valebit reſcriptum.

84 Tertio ſi literæ motu proprio concedantur, valent, non obſtante ſubreptione ex tacita veritate: Secus ſi ex falſitate narrata.

85 Quarto, quando veri taciturnitas, aut expreſſio falſi contingit ſolum circa cauſam impulſiuam, in nullo foro vitiatur reſcriptum. Si verò circa cauſam finalem, & eſt cauſa totius reſcripti, totum vitiabitur, etiam ſi ignoranter contingat; aut ea ſubreptio commiſſa ſit ab eo, cui reſcriptum impetratur, ſiuè ab alio, vt à Curiali, vel à ſollicitatore, quia defuit intentio concedentis. Si verò cauſa ſit ſolius partis, & altera pars eſt omnino ſeparata, vt ſi in eodem reſcripto impetret quis diſpenſationem voti, & peregrinationis Hieroſol. allegata ſcienter falſa cauſa circa alterum, illa ſola pars vitiabitur, in qua eſt ſubreptio doloſa, iuxta c. Vtile per inutile de reg. iur. in 6. vbi glo, & Pan. in c. Dilectus de præb. Si autem partes coniunctionem quandam habeant, ſeparabilem tamen quoad valorem, vt ſi diſpenſatum ſit in duplici impedimento ad matrimonium, vt voti caſtitatis, & conſanguinitatis: tunc, ſi ignoranter, non per fraudem, & malitiam admiſſa ſit ſubreptio, validum erit reſcriptum in vtroque foro, quoad eã ſolam partem, in qua non fuit ſurreptio. Si verò per fraudem, & malitiam, totum vitiabitur. Sed quo ad eam partem, in qua non fuit ſurreptio, non ipſo iure, ſed poſt iudicis ſententiam.

86 Vltimò, ſubreptitia eſt, cum tacetur fraus facta, ad gratiam facilius impetrandam Sanchez vbi ſupra diſp. 25. in fi. At Nau. de conſang. conſ. 8. nu. 5. cum alijs, id non concedit niſi in matrimonio. Sed fallitur Nau. Nã ipſemet in man. c. 22. nu. 86. cum alijs docet idem dicendum in religioſo, qui obtinuit diſpenſationem tranſeundi ad aliam religionem tacito animo, quo dimiſit habitum, quo faciliùs obtineret. V. Sanchez in ſum. lib. 4. c. 47.

87 Limita quartum dictum, primò, vt huiuſmodi taciturnitas non vitiet, quando cauſa finalis eſt de futuris, quæ contingere poſſunt: ſecus quando eſt de præſenti, aut præterito, remouens Principem a gratia concedenda Felin. in c. In noſtra de reſcrip. num. 15. coroll. 7. Flamin. de reſign. lib. 6. q. 2. num. 86. Limita ſecundò, niſi taceatur veritas notoria, & quam creditur Principem noſſe, quia ea taciturnitas non inducit ignorantiam ac defectum intentionis Felin. vbi ſupra coroll. 5. Nau. de feud. conſ. 1. num. 2. & 3. Limita tertiò, niſi qualitas tacita de iure inſit: de ipſa enim non oportet facere mentionem Felin. num. 14. Nau. num. 3. cit. Mandos in reg. 32. q. 9. num. 9. & ſeq. docet mentione non facta omnium, quæ Principem retardare poſſent ad concedendum reſcriptum, nullum, & inualidum reddi, niſi difficultas proueniat ex affectu, vel alia cauſa exorbitante, odioſa, & minimè conſiderabili.

88 Subreptio eſt, cum veritas tacetur, vel per confuſam, vel perplexã eius narrationem occultatur. Obreptio, quando falſum narratur. Dec. tamen in c. Super litteris de reſcrip. num. 4. & in c. 3. eodem num. 29. Menoch. de arb. Iud. lib. 1. cent. 3. caſu. 201. num. 10. & ſeq. docent eſſe ſynonima, nec inter ſe differre.

89 In dubio præſumendum eſt cauſam eſſe impulſiuam, cum iura maximè faueant valori actus, & in dubio eum præſumant Sanchez de matr. lib. 8. diſp. 21. num. 20.

90 Man.

90 Mandata diſpenſandi ſin impedimentis matrimonij, aliſuè rebus, quæ in foro externo Ordinarijs, in interiori verò Confeſſarijs committuntur, non expirant morte concedentis, etiam re integra. quia quando executor eſt neceſſarius, vt qui exequi iubetur, ſi preces veritate nitantur, tunc eſt gratia facta; ac proinde acquiſitũ eſt ius ad rem, ſolaque executio deſideratur Suar. de cenſu. diſp. 41. ſect. 2. in fi. Couar. pract. qq. c. 11. nu. 2. vers. quinta ratio Roder. de regul. to. 2. q. 46. ar. 7. Sanch. alios referẽs lib. 8. cit. diſp. 28. nu 87. vbi nu. 86. plures refert cõtrariũ ſentiẽtes. Secus ſi gratia ſit facienda, quia eius miniſter eſt voluntarius. vt pote cui non præcipitur vt exequatur, ſed ſola facultas exequendi conceditur fauore tantum eius, cui gratia eſt concedenda. Secus item ſi literæ ſint iuſtitiæ, quia pereunt morte concedentis re integra, id eſt antequam Delegatus cœperit vti iuriſdictione c. Quamuis, de off. deleg. in 6. Idem dic finito officio delegantis re integra, etiam ſi ſit Delegatus Principis, & ad vniuerſitatem cauſarum vt ſupra, ver. Delegatio num. 8. Niſi gratia ſit facienda perſonis indeterminatis, quia tunc, cum ſit in fauorem diſpenſaturi, non expirat. ſic multi, quos refert Sanchez num. 86. cit.

91 Ad cognoſcendum quando poteſtas diſpenſandi ſit odioſa, vel fauorabilis; dic cum Felin. in c. At ſi clerici parag. De adulterijs, de iudic quod vel agitur de præiudicio tertij, & ſic eſt odioſa, & conſequenter non poteſt extendi. Vel nulli præiudicat, & ſic eſt fauorabilis, & extenditur.

92 Mandatum diſpenſandi non habet vim diſpenſationis. Quare mandato diſpenſandi in aliquo impedimento matrimonij, non poteſt matrimonium contrahi, nec valet contractum antequam mandatarius diſpenſauerit Couar. in 4. p. 2. c. 6. parag. 9. num. 11.

93 Valet diſpenſatio, licet erratum ſit in nomine eius, cui impetratur, vel petentis. Error enim nominis proprij, quando conſtat de corpore, non vitiat reſcriptum vt multis probat Sanchez lib. 8. cit. diſp. 21. num. 37. & ſeq. Bellamor. concl. 642. Caſſador. de præb. decis. 11. num. 3. fusè Monet. de commut. vlt. vol. c. 6. q. 5. qui tamen num. 345. ſecus dicit quando erratur in nomine petentis, aut ſi ex alijs circunſtantijs conſtaret, à concedente ſpectatam eſſe perſonam nominatam, vt potè ſibi notam. Idem c. 10. num 499. V. c. Significante, & ibi Glo. de reſcrip. Rotam apud Farin. p. 2. decis. 254.

94 Epiſcopi, & reliqui Prælati etiam regulares ſecum diſpenſare poſſunt in ijs omnibus, in quibus poſſunt cum ſubditis Sanchez vbi ſupra diſp. 3. à num. 4. Item habentes delegatam poteſtatem diſpenſandi cum aliqua Communitate, cuius ipſe eſt pars. Secus ſi limitatam cum certis perſonis, vel certo perſonarum numero. Idem num. 10. & ſeq. V. Azor. lib. 5. c. 15. q. 6.

95 Diſpenſare de plenitudine poteſtatis, vel de poteſtate ordinaria, quid ſit, fusè Monet vbi ſupra c. 5. q. 2. præmiſſ. vn. vbi quod abſoluta Papæ poteſtas ſit, qua derogare poteſt, & derogat iuri poſitiuo humano. Ordinaria verò, qua ei non derogat, ſed ſecundum, vel præter illud dumtaxat, agit; vel in ea iuris humani parte diſpenſat, in qua poſſunt ordinarij Iudices diſpenſare. Alios modos huius poteſtatis vide ibi.

CONSVETVDO

V. Clericus.

1 Conſuetudo eſt ius moribus vtentium introductum, & approbatum quod pro lege habetur, vbi lex deſideratur, ac deficit. c. Conſuetudo diſt. 1.

2 Triplex eſt conſuetudo, Contra legem, Præter legẽ, & Secundum legem. Contra legem eſt, quæ vim habet corrigendi legem, vel abrogandi, derogandiq; legis auctoritatem. id eſt abrogandi, vel ex parte tollendi legem vſu receptam. Præter legem ea eſt, quæ moribus vtentium inducitur, vbi nulla eſt, quæ contrarium impediret, aut vetet. Secundum legem eſt, quæ

legem

de com. Anchar. conſ. 258. Capell. Tholoſ. q. 153. cum ibi not. Adde ex Pan. in c. Cum cauſam de ſent. & re iud. num. 4. Niſi ea conſuetudo ſit communis laicorum, & Clericorum: dummodo aliàs ſit rationabilis: vel niſi Clericus litiget in foro ſeculari, aliàs conſuetudo laicorum non compræhendit Clericos in foro Eccleſiaſtico litigantes, quantumcumq; indeterminatè, & generaliter loquatur, idem in cap Quod clericis, de for. comp num. 2. fusè fel. in c. Eccleſia S. M. de conſtit.

9 In ijs quæ ſunt meræ facultatis, non poteſt induci conſuetudo. Quare ſi quis ierit ad alicuius molendinum, etiam per mille annos; non per hoc tenetur perſeuerare Pan. in c. Quod tranſlationem de off. lega num. 4. & in c. Ad noſtram de confir. vtil. num. 10. & in c. Quoniam num. 5. de vit. & hon. cler. Silu. vbi ſupra q. 14. Mandos. reg. 34. q. 11. num. 4. Nec valet ſtatutum Ciuitatis, per quod directè, vel indirectè ciues coguntur ire ad molendinum Ciuitatis, relictis alijs particularium perſonatum Anchar. conſ. 298. Sicut neq; ſtatui poteſt per Dominos, ne ſubditi poſſint alibi molere, quam in molendinis ipſorum, quando ordinatio reſpicit proprium eorum commodum Gratian. diſcep. for. c. 89. num. 14. & ſeq. per l. Ambitioſæ de decret. ab ord facien. Niſi ſimus in Principe Superiore qui poteſt cogere ibidem num 17. Item ſi quis alteri liberaliter donet, licèt per multos annos, non inducitur conſuetudo. Quare ſi diues quotannis certam eleemoſynam certo religioſorum collegio ſponte ſua, gratis, & liberaliter eroget, non poſſunt dicti religioſi vi conſuetudinis dictam eleemoſynam poſtulare. Azor. alios referens p. 1, lib. 5. c. 18. q. 5. Fallit tamen aliquando, Nam indigenæ, & incolæ alicuius loci poſſunt conſuetudine ius acquirere cædendi ligna, venandi in prædijs, & piſcandi in fluuijs alterius populi; dummodo conſuetudo non ſit per vim introducta Pan. in c Dilecti filij num. 7. de arbitr Fallit ſecundò, quando iuit ad molendinum ex neceſſitate Pan. in c. Abbate num. 10. & ſeq. de verb. ſign. vt quia cum nolles ire, ille iuſſit, & tu obtemperaſti. Sed hoc ego non facilè admitto, cum ille coactus, non voluntariè obtemperauerit, non auſus reſiſtere; fortè ob præcipientis potentiam; nec haberet, ad quem pro iuſtitia confugeret. Fallit Tertio quando aliquid fit ex aliqua cauſa præætenſa, vt ſi ruſticus ſoluat annuatim par caponum, quia tenet aliquid à Domino Pan in c. Quod tranſlationem de off. lega. num. 4. & in c. Querelam de elect. num. 14.

10 Conſuetudo aliquo die ieiunandi, aut feſtum celebrandi, ſi à Ciuitate vel populo ſeruatur pietatis ſtudio, affectuq; ſpontaneo, & voluntario, non obligat; licèt huiuſmodi obſeruatio ſit ſæpius repetita. Secus ſi ſeruetur animo, & voluntate conſuetudinem inducendi Sot. de iuſt. lib. 1. q. 7. ar. 2. Obligat verò ex Azor. vbi ſupra c. 18. q. 5. Primò, quandocumq; populus dies feſtos colit, & obſeruat, vſu à maioribus accepto. Sed hoc ſimpliciter non concedo: quia ſi maiores illi ex deuotione ſolum obſeruabant, & ex eodem pietatis, & deuotionis affectu filios idem ſeruare docuerunt; quis velit ſub præcepto hos obligare? Secundò obligat, ſi iam memoria non extet quando conſuetudo introduci cœperit; Tertio, quando dubium eſt, an conſuetudine nec ne, res obſeruetur, tũc enim tutius eſt eligendum. ſed in hoc Tertio dicto contrarium docet Diana to. 4 trac. 3. reſol. 58. poſt Suar. de legib. lib 7. c. 15. num. 16 & de relig. to. 1. trac. 2. lib. 2. c. 12. num. 5.

11 Interrumpitur conſuetudo vnico actu, quando ipſa nondum erat completa, & tunc oportet de nouo incipere. Si verò erat completa, tollitur eo modo, & tempore, quo fuit introducta. ſufficit verò tempus decem ann. Pan. in c. ſi. de conſuet. num. 19. Silu. ver. conſuetudo q. 5. Ang. eo. parag. 21.

12 Lege non tollitur conſuetudo, & ſtatuta particularia, niſi de eis fiat expreſſa mentio c. Licet, de conſt. in 6 Silu. ver. lex q. 27. Item ſtatuta particularia non continentia ſolum ius commune Silu. ibidem. Azor. p. 1. lib. 5 c. 16. q. 4. 5. & 7.

13 Contra legem derogantem futuræ conſuetudini, poteſt ex cauſa derogari conſuetudine Nau. de ſpol.cler.parag.14.num. 8. contra Sot.lib. 1. q. 7. ar. 2. Si tamen illa cauſa noua ſit, quæ non aderat tempore legis derogantis Pan. in d. c. ſi q. vlt. & in c. Sicut conſuetudo de probat. num. 7. & ſeq Silu. ver. conſuetudo num. 10 Niſi lex irritet conſuetudinem tamquam irrationabilem, & corruptelam Couar. 3. var. res. c. 13. num. 4. Vaſquez 1. 2. diſp. 117. c. 8. num. 69. Azor. vbi ſupra c. 17. q. 10. vt quia cum ratione, & iure diuino, aut bonis moribus diſſidet. V. Monetam, & ab eo cit. de diſtrib. quot. p. 2 q. 12. num. 20. & ſeq. V. Azor. vbi ſupra c. 11. q. 1.

14 Conſuetudo non obligat, niſi id intendat, qui potuit legem condere Sor. vbi ſupra Silu.ver.conſuetudo num.7. uerſ. 4. Alij tamen, vt Couar. in 4.p.2 c.6.parag.10. num. 19. Pan.in c. Cum ex officijs de præſcrip. num. 13. & in c. ſi. de conſuet num. 13. docent non eſſe neceſſariam ſcientiam Principis, ſi tamen conſuetudo ſit rationabilis, adde cum Silu. ubi ſupra num. 10. & legitimè præſcripta; & ſi tale ius, quod poſſit præſcribi, ſi inducatur contra ius canonicum, id enim requiritur per cit c. ſi. & c. 3. eo. in 6. Si uerò inducatur contra ius ciuile, non eſt neceſſaria præſcriptio; quia ſufficit populi conſenſus, quia ſæculares habent ius condendi leges, etiam contrarias legibus Imperatoris, iuxta l. Omnes populi ff. de iuſt. & iur. Ang. uer. conſuetudo parag. 9. Verius tamen eſt requiri præſcriptionem iuxta ſuperius dicta. Vide uer. Præſcriptio.

15 Conſuetudo non uniuerſalis, nec uniformis non eſt attendenda Mohed. decis. 3. de decim. Rota in una Mediol. decim. corā Melin. & in alia Mediol. decim. coram Pironaoo decis. 474. apud Farin. p. 1. & in alia decim coram Pamphil. decis. 441. apud eundem p. 2. Gratian. diſcep. for. cap. 679. num. 12.

16 An ualeat conſuetudo, ut mors Prælati nuntietur Principi, ab eoque venia petatur ad nouam electionem faciendam, ita vt aliter facta electio nulla ſit, plures Doctores affirmantes refert Aug. Barbos. ad c. Meſſana de elect. V. tamen Azor. p. 2 lib. 6. c. 14. q. 6. & lib. 10. c. 7. q. 7. citato Innoc. in c. Quod ſicut, de elect. Silu. electio 1. q. 23. Pan. in c. Cum terra num. 2. de elect.

17 Ad probandam conſuetudinem, de tribus copulatiuè deponere debent teſtes. De viſu actus, cuius conſuetudo allegatur. De eius frequentia, & De temporis diuturnitate; ex quibus elicitur conſenſus totius, vel maioris partis populi. Ferentil. plurimos referens ad Buratt. decis. 450. & 498. Conſuetudo differt à præſcriptione in ſeptem caſibus, quos refert Barbos. ad c. ſi. de conſuet in ſi. Azor. p. 1. lib. 5. c. 18. q. 16.

PRIVILEGIVM GRATIA

V. Beneficium. Confeſſio Delegatio. Diſpenſatio Poteſtas.

1 PRiuilegium dicitur quaſi priuata lex, & ſic definitur à Silu. ver. priuilegium initio. Eſt priuatum indultum a Principe contra ius commune, c. Abbate de verb. ſign. & ibi Pan. num. 7. Si verò aliquid conceditur, quod ſit præter ius commune ſine præiudicio alicuius, non dicitur proprie priuilegium, ſed beneficium, ſeu gratia. Pan. in c. Olim num. 7. de verb. ſign.

2 Priuilegium eſt duplex, perſonale, quod alicui perſonæ priuatæ, aut certo perſonarum generi conceditur. & hoc extinguitur cum ipſa perſona, nec extenditur ad poſteros. Reale, quod loco, aut Ciuitati, Collegio, vel Vniuerſitati conceditur & hoc eſt perpetuum, & ad poſteros in perpetuum transfertur. Sanchez in ſum. lib. 6. c. 16. num. 16. V. Silu. vbi ſupra q. 1. V. Monet. de commut vlt. vol. c. 8. à nu. 235.

3 Per vnum priuilegium non cenſetur reuocatum alterum eidem conceſſum Fel. in c. nonnulli de reſcrip. Niſi ſecundum faciat

ciat plenam mentionem primi c. Veniens de præſcrip. Silu. vbi ſupra q. 10. verſ. 6. Sed quid ſi in primo priuilegio adſit clauſula, quod non cenſeatur reuocatum per aliud. niſi in hoc Secundo fiat expreſſio primi de verbo ad verbum; nunquid cenſeatur reuocatum primum, ſi in Secundo adſit eadem clauſula reuocans omnia priuilegia, etiam ſi de illis, &c. Reſpondet Panor. in c. Cum inſtantia num. 5. de cenſib. quem ſequuntur Silu. verſ. 6. cit. & ver. Exemptio q. 11. & Azor. p. 1. lib. 5. c. 22. q. 12. per ſecundum priuilegium omnino eſſe reuocatum primum, eò quod ſecundum contineat pleniſſima verba reuocantia omnia priuilegia antecedentia.

Si reuocatio fiat per viam legis, non eſt neceſſaria dicta expreſſio Fel. num. 4. & 5. Fall. 1. nec vbi ſecundum eſt ſpeciale, primum generale Hoſt. quem refert Silu. loc. cit. V. Anchar. in c. Cum inſtantia de cenſib. num. 7. Sicut Romana de reſcrip., vbi Pan. & Dec.

4 Priuilegio alicui conceſſo gaudet etiam eius ſocius, ſi alioqui illi eſſet inutile c. licet de priuil. in 6. & ibi Glo. ver. non debent Pan. & Fel. in c. Quam ſit de Iude Silu. vbi ſupra q. 6. V. Anchar. in c. Licet, &c. Magnæ de vot. num. 9.

5 Ceſſante cauſa finali priuilegij ceſſat ipſum priuilegium Glo. in d. c. Magnæ ver. cauſæ Silu. vbi ſupra q. 10. verſ. 4. & ver. diſpenſatio q. 6. Ang. eo. parag. 14. Intellige, ſi ſit alteri damnoſũ, c. generaliter 16. q. 1. aut ſi habeat cauſam ſucceſſiuam vt in ſolutionibus decimarum, non ieiunandi, edendi carnes: ſecus ſi iam habuit ſuam perfectionem, & non continet actum ſucceſſiuum Pan. in c. Suggeſtum de decim. Sanchez de matr. lib. 8. diſp. 30. num. 14. alios referens. Item ſi ſit ſpes in futurum, eo quod non in totum ceſſauerit cauſa, niſi de præſenti Pan. in c. Abbate de verb. ſignif.

6 Priuilegium à Papa certæ perſonæ conceſſum, quod excommunicari aut interdici non poſſit, non extenditur ad ſententias Ordinariorũ. Niſi conceſſum ſit Regibus, Reginis, eorumuè filijs, aut religioſo loco, vel Ordini, c. Ne aliqui de priuil.

7 Per priuilegium, quo conceduntur priuilegia alteri conceſſa, non veniunt concedenda Pan. c. Super ſpecula num. 4. Ne cler. vel mon. Roder. alios referens de regul. to. 3. q. 51. ar. 1.

8 Participantes priuilegia poſſunt illis vti contra illos, quorum contemplatione participant; ſi communicantur, ac ſi ipſis ſpecialiter fuiſſent conceſſa, vt ſunt omnes mendicantes, &c. quia iam facta ſunt ſibi propria, & independenter ab alijs Cordub. ad Collectorem ver. Commun. priuil. Roder. de regul. to. 1. q. 55. art. 21. Vbi tamen in eadem cauſa, & reſpectu eiuſdem duo ſunt pariter priuilegiati, ceſſant priuilegia, & vtuntur diſpoſitione iuris com. Pan. in c. Cum pro cauſa num. 2. de ſent. exc.

9 Confirmatio priuilegiorum facta à Greg. XIII. & Sixto V. quatenus decretis Conc. Trid. non aduerſantur, ſic intelligenda, quatenus ſcilicet decretis expreſſè irritantibus dicta priuilegia, per clauſulam, Non obſtantibus priuilegijs, & c. non ſunt contraria Roder. vbi ſupra q. 8. ar. 6. vbi infert Regulares per eorum priuilegia, etiam poſt Conc. Trid. ordinari poſſe extra tempora, cum ſeſſ. 23. c. 8. de refor. vbi de tempor. ordin. nulla priuilegiorum mentio, aut reuocatio fiat. Sicq, plures Epiſcopos Hiſpaniæ conſultos à Theologis & alijs doctiſſimis viris Salmant. plures ordinaſſe. idem habent to. 3. q. 23. ar. 5. In materia priuilegiorum plura vide apud Azor. p. 1. lib. 5. c. 22. & ſeq. & quomodo priuilegia conceſſa alicui religioni aliqua limitatione, aut reſtrictione ab alijs cũ religionibus abſolutè participentur vide Roder. de regul. to. 1. q. 55. art. 17. & q. 62. ar. 2.

10 Priuilegium ad inſtar idem importat, ac Communicatio priuilegij. In vtroque enim caſu reperitur ſimilitudo, & identitas ſpecifica Suar. de legib lib. 8. c. 15. & ſeq. V. Monet. de commut. vlt. vol. c. 8. num. 357. & duob ſeq.

11 Papæ beneplacitum vbi adeſt, ſupplet quoſcumq; defectus, & ſolemnitates aliàs requiſitas Redoan de reb. Ecc. non al. c. 25. rub. 1. De his qui conſentiunt

 num.

num. 12. Gonzal. ad reg 8 Cancell. Glo. 12. in princ. num. 75. Barbos. ad c. Ad audientiam 2. de eccl. ædif. num. 3. Rota apud Farin. p. 1. decis. 461. num. 13. per l. Omnium C. de teſtam. & plures conſulentes ibi cit & p. 2. decis. 473. Gratian. diſcep. for. c. 473. num 19. Non tamen ſupplet defectum cauſæ Farin. p. 2. dec 96.

12 Priuilegium conceſſum alicui perſonæ, vel loco Eccleſiaſtico, vel ſæculari ab vno Epiſcopo, & reſpectiuè à quocumq; Principe diſpenſandi in aliquo particulari iure ſui territorij, vel Regni, non valet ad operandum in alieno aliquid in eo prohibitum per ſimile ſpeciale ſtatutum illius loci. vt de facultate legendi libros prohibitos conceſſa ab Inquiſitore vnius Regni, quia non prodeſt in alio Regno, vbi adſit ſimilis prohibitio Suar. de legib lib. 8. c. 26. num. 7. & ſeq. V. Azor. p. 1. lib. 5. c. 23. q. 5.

13 Priuilegium conceſſum Eccleſiæ, vel perſonæ Eccleſiaſticæ a Principe ſæculari reuocari non poteſt, quia conceſſum eſt non ſubdito. Secus eſt de Priuilegio ab Eccleſia conceſſo etiam Imperatori cum ſit ſubditus Pan. in c. Nouit de iudic. num. 23. & in c. Inter alia de immun. Eccl. num. 19. Felin. in d. c. Nouit num. 9. Suar. de legib. lib. 8. c. 36. num. 2. Azor. p. 3. lib. 5 c 19 q. 3. & com. vt teſtatur Diana P. 4. trac. 1. reſol. 82.

14 Priuilegium ſtrictè interpretandum licet conceſſum ſit à Principe, qui poteſt legem condere, etiam conceſſum toti Ordini religioſorum c. Porrò de priuilegijs, vbi Glo. & Barbos. alios referens num. 11 & ſeq Quod tamen non procedit quando per dictum priuilegium derogatur alteri priuilegio, vel conſuetudini; tunc enim latiſſime interpretandum Barbos. num. 13.

15 Priuilegium Regularibus conceſſum, vt poſſint tempore interdicti celebrare, & admittere laicos ad diuina, reuocatum eſt per Conc. Trid. ſeſſ. 25. de regul c. 12. Nau. c. 27. num. 190. & latius de priuil. conſ. 7.

16 Priuilegium audiendi diuina tempore interdicti ad illos tantum familiares extenditur, qui priuilegiatum ſolent comitari Barbos ad c. licet de priuil. in 6. num. 5.

17 Priuilegium conceſſum loco, vt Eccleſiæ, & monaſterio, ſi locus deſtruatur auctoritate Superioris, ſine animo, & ſpe reficiendi, amittitur. neq; recuperatur. Si verò deſtruatur ab hoſtibus, aut caſu, recuperat, ſi reædificetur. Si tamen ſit priuilegium ipſi ſoli conceſſum, non perditur Pan. in c. Abbate de verb. ſign num. 16. Glo. in c. Priuilegium de reg. iur. in 6. Suar. de legib. lib. 8. c. 5. fusè Monet. de commut. vlt. vol. c. 8. q. 4. præmiſſo 21.

18 An ſi locus, vel Eccleſia alteri vniatur, veniant etiam priuilegia Vide glo. in c. 1. Ne ſed vac. ver. vniendi.

19 Priuilegium, gratia, diſpenſatio, & huiuſmodi alicui impetrata ſine eius mandato valent Monet. vbi ſupra c. 6. q. vlt concl. 2. Sed ei non prodeſt, niſi poſt eius ſcientiam, & acceptationem vel ab eodem, vel ab alio, cum ſpeciali mandato faciendam. Idem loco cit. concl. 3. per c. 1. verſ. Ex parte, de conceſſ. præb. in 6. & plures Doct. ibi relatos. V. Pan. in c. Nonnulli de reſcrip. verſ. ſunt, & alij.

20 Innouatio priuilegiorum nouum ius non tribuit, ſed antiquum conſeruat. c. Ex parte Abbatiſſæ, & c. Quia intentionis de priuil. & c. Cum dilecta, de confir. vtil. intellige ſi extabat primũ priuilegiũ ſecus ſi fuiſſet ſublatum, & reuocatũ: tunc enim ſi renouetur a Papa, confertur nouum ius Pan. in d. c. Quia intentionis.

21 Priuilegium perditur, ſi fiat contra id, quod in priuilegio exprimitur conceſſum Felin, in c. Cum acceſſiſſent, de conſtit. à num. 36. Siluester priuilegium q. 10. verſ. 3. Arg eo. parag. 5. Si priuilegium fuit conceſſum priuato, perditur vnico actu directè obuiante d. c. Cum acceſſiſſent, & ibi Pan. Varios modos perdendi priuilegium vide apud eoſdem. & Ias. in l. ſi ff. de conſt. Prin à num. 53. glo. in d. c. Cum acceſſiſſent, ver. contra venerit, & in c. Suggeſtum ver. priuilegia de decim. Roder. de regul.

de regul. to. 7. q. 8. ar. 2. & to. 3. q. 51. ar. 5. & Monet. de commut. vlt. vol. c. 8. q. vlt.

22 Priuilegia tolluntur per non vſum ſpatio ſexaginta annorum legitimè præſcripto: Quando igitur Papa confirmat priuilegia, quatenus ſunt in vſu, intelligitur, quod non confirmet illa, quæ per contrarium vſum toto illo ſpatio ſunt ſublata, Roder. vbi ſupra ex Priuilegio Eugenij 4. facto Benedictinis. Nec ſi vnus non vtitur, vtenti præiudicat Pan. vbi ſupra Silu. q. 11. Cord. ad Collect. ver. abſolutio quoad ſeculares primo Nec officit ignorantia, etiam in contrario vſu Roder. vbi ſupra to. 3. q. 9. ar. 4. De hæc materia fusè Monet. q. vlt. cit. Barbos. ad c. Si de terra, de priuil. Quandocumq; tamen caſus non accidit, non cenſetur non vſus, ſiue deſuetudo, l. 1. ff. de nundinis etiam ſi per centum, & mille annos lex non ſeruetur. Quare deſuetudo, ſiue nō vſus is accipitur, quo caſus legis accidit, & tamen lex non ſeruatur à tota Communitate, vel maiori parte Azor. p. 1. lib. 5. c. 4. q. 7. & ſeq. relato Nau. conſ. 1. de conſtit. q. 6. num. 25. adde, etiam ſi oblata occaſione vtendi non eſt vſus propter impedimentum Azor. lib. 5. cit c. 22. q. 8. Idem de priuilegijs.

23 Priuilegium ſimpliciter conceſſum hominibus alicuius loci, compræhendit Clericos eiuſdem loci, ſi eo vti velint. Barbos. plures referens ad c. Dilecti num. 5. de for. comp.

24 Mulier etiam poſt mortem mariti retinet eandem Dignitatem honores, nobilitatem, ius; priuilegia, domicilium, & forum, donec in viduitate permanſerit, & caſtè ac honeſtè vixerit, & quouſq; nupta fuerit viro inferioris ordinis. Sic plurimos referens Barbos. ad c. Ex parte B. num. 2. de for. comp.

25 Rei, quæ non eſt, non datur priuilegium c. Ad audientiam 2. de Eccl. nou ædific. & c. Abbate, de re iud. in 6.

26 Priuilegiatus non vtitur ſuo priuilegio contra alium priuilegiatum concurrentibus pariter priuilegijs vtriuſq, Sanch. in ſum. lib. 7. c. 16 num. 34. De quo tamen vide, Barbos. & ab eo citatos ad c. Auditis num. 6. de integr. reſt.

27 Ad euitandam pœnam annullationis gratiæ, ſufficit quod in poteſtate obtinentis non fuerit implere formam datam à Superiore concedente Rota apud Farin. p. 1. decis. 567.

28 Gratia impetrata ex falſa cauſa nulla eſt, c. Super litteris de reſcrip. Nau. de præben. conſ. 33. & de cognat. ſpir. conſ. 8. ſiue impetrata ſit ſit a Papa, ſiue ab Ordinario: niſi ſit ad beneficia, de quo ſupra ver. beneficium Sanchez de matr. lib. 8. diſp. 21. num. 4.

29 Habens gratiam motu proprio cæteris paribus præfertur omnibus alijs quamcumq; ſignaturam habentibus, adeò vt reddatur gratia fauorabilis quoad prærogatiuam, & pleniſſimam interpretationem recipiat Gratian. plures referens diſcep. for. c. 981. num. 7.

30 In gratijs quæ conceduntur contra decreta Concil. Trid. non eſt neceſſaria ſpecialis, & expreſſa derogatio, ſed ſufficit generalis, quando apparet de voluntate Papæ, cum in fine eiuſdem Concilij expreſſe diſponatur omnia eius Decreta eſſe facta Salua auctoritate Sed. Ap. Sic ſæpius Rota, vt teſtatur Gratian. vbi ſupra c. 911. num. 15.

31 Viuæ vocis oracula omnia reuocauit Vrbanus VIII. 20. Decemb. 1631.

32 Reſcriptum, vel Priuilegium, aut conſtitutio, an, & quando debeant mentionem facere de iure, contra quod emanat. Et quando reſcriptum ex certa ſcientia non valeat, & ex quibus præſumatur ſcientia Principis, latè Pan. in c. Nonnulli de reſcrip. num. 8. & duob. ſeq.

33 Priuilegium debet aliquid operari vltra ius commune c. In his, de priuil. & c. Si Papa eo in 6. Pan. in c. Abbate num. 8. de verb. ſign. Felin. in c. 1. de reſcrip. à num. 4. Silu. ver. priuilegium q. 3. Dato tamen aliquo effectu, quem operetur, non debet ad alium extendi, in quo non inuenitur eadem ratio. Dec. in c. Ex parte 2. de off. deleg. num. 34. & c. Eum plantare de priuil. num. 34.

34 Nulla

23 Paruitas materiæ excuſat à mortali in omni materia S. Tho. 1. q. 18. ar. 5. Nau. in man. prælud. 9. num. 12. & alibi ſæpè, & com. etiam in venereis Nau. in c. ſi cui de pœnit. diſt. 1. num. 17. Sanch. de matr. lib. 9 diſp. 46 num. 9. qui in ſum. lib. 5. c. 6. ſe correxit.

24 Legem ignorás ſine culpa excuſatur à pœna Sot. vbi ſupra Silu. ver. lex q. 6. Intellige de pœna extrinſeca, nam afficit quoad intrinſecam annullationis actus Imol in Clem. 1. de elect. num. 34. Dec. repet. 6. 3. de conſtit. num. 31. Nau c. 23. num. 41. Sanchez alios referens lib. 3. de matr. diſp. 25. num. 10 Azor. p. 1. lib. c. 3. q. vlt.

25 Cum ob periculum in mora non poteſt adiri Princeps, excuſatur qui facit contra legem, putans ſibi licere; etiamſi haberet dubium de oppoſito, ſed nō æquale S. Tho. 1. 2. 96. ar. 6.

26 Cum in lege excipiuntur aliqui caſus, intelliguntur etiam alij alias iure excepti, & in materia fauorabili omnes ſimiles Nau. de ſta. mon. com. 5 num. 4. & in rubr. de iudic. num. 73. verſ. 3. & videtur Silu. vbi ſupra q. 18. & 21.

27 In his, quæ concernunt formam actus, vel inducta ſunt ad iuris rigorem conſeruandum, non excuſantur mulier, & ruſticus, ſed forma generaliter data ſeruari debet Ias. in l. Cum dubitatur C. de iur. emphyt. num. 119.

28 Quando aliquid requiritur pro forma, omiſſio formæ etiam in minima parte, vitiat actum Bur. & Pan. in c. Piſanis, de reſt. ſpol. licet ex neceſſitate ſeruari non poſſit; l. Cum hi parag. ſi præter ff. de tranſact. vbi Bart. Pan. in c. Debitum num. 2. de bapt. & in c. Publicato num. 9. de elect. V. Felin. in c. Quoniam frequenter in princ. verſ. Tu vero attende, vt lit. non conteſt. Pan. in c. Cum olim num. 6. de arbitr. & c. Cum poſt num. 1. de elect. Barbos. ad c. Quia propter num. 13. de elect. Nec quicquam addi, aut detrahi poteſt de forma, minuiq; adimpleri per æquipollens Hoied. de incompat. benef. p. 2. c. 1. num. 26. & ſeq. Silu. ver. alienatio q. 13.

29 Licere ex cauſa poteſtati ſæculari ſtatuere, ne pareatur literis Apoſtolicis ſine examine; & beneplacito ſuo, putat Couar. pract. qq. c. 35. num. 4. citato Driedone de libertate Chriſt. Ego vero cenſeo id ſine Sum. Pont. priuilegio fieri non poſſe: Niſi fortè ſuſpendendo executionem, donec Papa certior fiat de falſa ſupplicatione, aut alijs inconuenientibus idq. per Iudices eccleſiaſticos, iuxta Bullam Pij V. anni 1560 Azor. citan. q. 4. & contra Couar. pluribus agit Azor. vbi ſupra c. 14. q. 5. & 6. V. infra Excom. Bullæ claus. 12.

30 Licitum eſt facere contra Eccleſiæ legem ob ſubitam lucri occaſionem non prætermittendam Caiet. in ſum. ver. in feſto licita, c. Licet de fer. quia vt ait Silu. ver. dominica q. 4. vtilitas acquirendi, quod alio tempore acquiri non poteſt, excuſat à violatione feſtorum.

31 Standum eſt legis menti apertæ etiam contra verba Silu. ver. lex q. 17. & ſeq. Intelligitur autem mens legis ex ratione expreſſa. Idemq. 20. Azor. vbi ſup cap. 16. q. 9. Rota coram Buratto decis. 22. anu 19.

32 Per ius nouum non receditur ab antiquo niſi quatenus exprimitur l. Præcipimus in fi. C. de appell. Nau. de priuil. conſil. 24. num. 1.

33 Vbi eadem ratio indubitatè præſumpta, ibidem ius, niſi legiſlator aliud diſponat; quod tamen ſequi non tenemur, niſi exprimat S. Tho. de virt. q. 23. ar. 1. Silu. vbi ſupra q. 18. Intellige quando caſus ſunt ſimiles re ipſa, non tantum iuris fictione Azor. vbi ſupra q. 10. Suar. de legib. lib. 6. c. 3. Alia enim eſt paritas rationis, alias identitas. In illa enim non valet concluſio. In hac verò ſic num. 13.

34 Non ſeruans legem ob magnam difficultatem, aut ne rideatur a prudentibus excuſatur Nau. c. 27. num. 223 S. Ant. p. 1. tit. 3. c. 10. parag. 18. reg. 7. Silu. ver. ſcrupulus q. 4. verſ. 2. & 3.

35 Lex Papæ non tollitur per non vſum neq; per contrarium vſum, niſi data ſcientia Papæ, & illius tollerantia, & acquieſcentia, & curſu quadraginta annorum Rota, apud Farin. p. 1. decis. 197. & 223. & 223. V. ſupra Præſcriptio num.

36 Rex obligatur lege ſua, ſi eſt in ipſa

& in

& in alijs par ratio Sot. de iuſt. lib. 1. q. 6. ar. 7. prope. fin. V. Couar. c. Alma mater p. 1. parag. 1. num. 3. Cum autem dicitur Principem ſolutum eſſe legibus, intelligitur de poteſtate abſoluta. Nam de poteſtate ordinaria ſubiectus eſt. iuxta l. Digna vox. C. de legib. Monet. de commut. vlt. vol. c. 5 num. 83. V. Azor. p. 1. lib. 5. c. 11. q. 1. & S. Thr. 1. 2. q. 96. ar. 5. ad 3. vbi quod Princeps ſolutus eſt legibus quo ad vim coactiuam non quoad directiuam.

37 Fœmina prohibentibus maritis non tenetur obedire Epiſcopo præcipienti, ne ſe ornent, ſi ornatus ſit licitus Silu. ver. Ornatus q 10.

38 Lex puniens delictum intelligitur de perfecto l. 1. parag. Hæc verba ff. Quod quiſq; iuris, & ibi Ias. Nau. de ſent. exc. cons. 10. num. 3. Sayr. de cenſur. lib. 1. c. 20. num. 7. Nec ſufficit perueniſſe ad actũ proprinquũ Pan. in c. 1. de eo qui mitt. in poſſeſſ. cauſa rei ſer. num. 13. Et contra leges punientes ſolum conatum derogatum eſt conſuetudine Ias. loco cit. Speculat. de accuſ. parag. 1. verſ. Quid ſi primo, ſaltem quoad pœnam ordinariam; Niſi crimen ſit atrociſſimum c. Si quis cum militibus 6. q. 1. Regula verò illa, Verba cum effectu ſunt accipienda, intelligenda eſt, non de quocumq; effectu extrinſeco; ſed de illo ſolo, quem verba propriè ſignificant: Niſi Legislator taciè. vel expreſsè aliud requirat Sanchez in ſum. lib 6. c. 16. num. 117. V. Felin. in trac. Quando conatus, &c in fi. tertij tomi Couar. in Clem. Si furioſus de homic. p. 2. initio Iul. Clar. prac. crim. q. 9. & ſupra ver. Poena num. 10. Fallit quãdo delictum non perficitur in fraudem; vt quando quis peregit opus fornicarium vſq, ad conſumationem, quod præuidens fraudolenter, extra ſemen effundit Iul. Clar, parag. ſodomia, verſ. Quarto quæro Graff. de cas. reſ. lib. 11. num. 15. Fallit ſecundo, quando quis affectat facere quantum poteſt, & impeditur propter impotentiam faciendi; tunc enim punitur, ac ſi ad effectum plenarie perduxiſſet, & hoc verum præcipuè in cenſuris Bellamer. conſ. 40. num. 4. V. Riccium p. 2. decis 41. contrarium afferentes,

39 Ex prohemio colligenda eſt intentio diſponentis Nau. in c. Si quando de reſcrip. except 8. num. 1. Sanchez alios referens de matr. lib. 2. diſp. 37 num. 4. & à quibus mens diſpoſitionis declaratur, reſtringitur, & extenditur Mandos. in reg. 24. q. 1. nu. 9. Sanchez in ſum. lib 7. c. 19. nu. 49.

40 Leges veteres per nouas mutari poſſe, & debere aliquando, & conuenienter docent Couar. in c. Alma mater p. 2. initio num. 1. S. Ant. p. 1. tit. 18. c. 1. parag. 3. Sot. lib. 1. q, 7. ar. 1

41 Lex noua veteris declaratoria non extenditur ad præterita. Glo. in c. 1. de poſtul. Præl. in 6. ver. de cœtero, niſi lex ipſa aliud dicat Anchar. ibi. Alij contra ſentiunt, quos refert, & ſequitur Azor. p. 1. lib. 6. c. 16. q. 13. Certe quoad pœnas non extenditur Rodrig. à Chuna in Bulla contra ſolicitantes q. 3. num. 8.

42 Lex reſpicit futura non præterita: niſi in ea de præteritis caueatur c. Cognoſcentes, &c. Quoniam de conſtit.

43 Peregrini, & forenſes an teneantur ad leges, & conſuetudines patriæ, quando extra illam ſunt: an verò ad loci, per quem tranſeunt: in vtramq; partem rationes, & Doctores affert Sanchez de matr. lib. 3. diſp. 18. & latius in ſum. lib. 1. c. 12. à num. 19. vbi num. 38. docet non teneri ad leges, & conſuetudines loci tranſitus, & hoſpitij ad breue tempus quando ea non vigent in proprio domicilio V. Azor. p. 1. lib. 5. c. 11. q. 3.

44 An lex aliqua dicatur fauorabilis, vel odioſa attenditur id, ſuper quo principaliter conſtitutio intendit prouidere. Si enim primum intẽtum eius ſit ſtatuere in fauorem alicuius eſt fauorabilis, licet redundet in damnum, & odium alterius. Si verò principaliter ſit in alicuius pœnam, licet cedat in fauorem alterius, eſt odioſa. Felin. in c. 1. de ſponſal. num. 24. Sap. ad Pau. in c. Non dubium, ver. fauor. de ſent. exc. & alij quos refert Sanchez de matr. lib. 1 diſp. 1. num. 4 qui cum Couar. 1. var. res c 11. num. 5. id intelligit, quoties odium a fauore diſtingui nequit. at ſi odium, & fauor commode diſtingui poſſunt; fauor, vt fauor, odium vt odium adſumendum eſt: &

ideo extēdēda lex qua parte eſt fauorabilis: reſtringenda verò quatenus odioſa. ſic etiam Pan in c. 1. de loca. num. 10.

43 Quando lex dat certam formam ſuper eo quod alicui conuenit ex officio factum tenet, etiam non ſeruata forma. ſecus quando forma præſcribitur habenti tantum poteſtatem delegatam. Vt ſi Epiſcopo mandetur abſolutio ab excommunicatione iuris non reſeruata ſub aliqua forma, illa non ſeruata tenet abſolutio. qua il la ex officio conuenit Ang. ver. lex num 18 Silu eo. q. 8. Pan. in c Ex parte de conſt. num. 6 Anchar. in Clem. 1. de iureiur. nu. 4. Aut niſi formæ communi addatur aliquis modus limitatus; vt Coniunge, ſi per ſolertem indaginem inueneris non eſſe impedimentum; id enim importat conditionem, quæ iure non ineſt Tolet Lib. 1. c. 15 num. 7. Nau. in man. c. 26. num. 37. Sanchez de matr lib. 3 diſp. 33. Aut niſi lex habeat clauſulam annullatiuam Bartolus ad Clem 1. de iurepatr. num 9. Quando dicatur lex aliquid tradere pro forma vide decem ſigna cum ſuis ampliat. & limitat. apud Fœlin. in c. Cum dilecta de reſcrip. num. 0.

44 Faciens contra Eccleſiæ præcepta ex cauſa, quam putant rationabilem, non peccat Nau. c. 21 num. 20. & de iniur. conſ. 12. num. 2. & de alien. rer. Eccl. num. 9. & 16 P. Sot de diſt pecc. lect. 10. in. fi.

45 Præceptum Regis non induendi ſericis non ferendi arma, non equitandi mulas. ſi parui referant nō obligat ad mort. Sot vbi ſupra Sayr. clar. reg. lib. 5. c. 9. num. 15.

46 Non diſcere præcepta Eccleſiæ, & Decalogi, cum poſſis eſt mortale. Tolet lib. 1. c 17. & Articulos fidei Nau pœnit. & rem. conſ. 10. num. 10.

47 Præcepta Eccleſiæ ſi non in totum, ſeruanda tamen ſecundum eam partem quæ ſeruari poteſt Cai 2. 2. q 147. art. 7. Nau. c. 21. num 22. quod verum eſt, quando præceptum eſt de re diuidua; non indiuidua. de quo vide Sanchez in ſum lib. 1. c. 19. num 4. & lib. 4. c. 10 q. 1.

48 Finis præcepti non cadit ſub præceptum, niſi ſit etiam materia præcepti Suar to. 4. diſp 15. ſect. 6. 11. in man c. 13. num. 2. & de red Eccl. q. 7. mon. 6. num. 3. S. Tho. 1. 2. q 100. art. 9. & 10.

45 Executor excuſatur, ſi non obtemperat Superioris mandato, quando ex eo ſequitur abſurditas, ſcandalum, vel inconueniens Couar. in reg. Peccatum p. 1. initio num. 5. & alij relati à Cyned ad Decretal. collect. 3. Etiam ſi Superior mandet ſub pœna excommunicationis ipſo facto. Pan in c. Si quando, de reſcrip. num. 2. Excuſatur etiam, ſi adſit cauſa rationabilis non parendi d c. Si quando, & c. Cum teneamur, de præben. Factum contra legem prohibentem non tenet licet non ſit adiecta clauſula irritans l. Non dubium C. de legib. niſi ex alia lege aut ratione certa, & manifeſta conſtet illud ratum, & firmum eſſe Azor q. 1. lib. 5. c. 16. q. vlt. ad intelligentiam reg. Quæ contra legem, &c. de reg iur in 6. & c. Imper ali 25. q. 2.

50 Epiſcopi ſtatutum non obligat ſubditos delinquentes extra Diœceſim, c. A nobis de ſent excom. in ant. & c. fi. de conſtit. 6. Fallit primò quando ſtatutum originat cauſam in territorio proprio ex facto negatiuo in limitibus alterius territori commiſſo; cuius contrarium affirmatiuum in proprio territorio faciendum erat: vt ſi caueatur quod quicumque fecerit, vbicumque illud fecerit, niſi infra menſem à die com miſſi criminis coram Iudice comparuerit, ſit excomunicatus, talis delinquens ligatur ex ea parte quia non comparuerit, quod faciendum erat in territorio ſtatuentis Fallit ſecundò quando ſtatutum reſpicit principaliter rem ſubiectam ſtatuēti, vt cum excommunicātur Clerici non reſidentes. Fallit tertio. quando quis tenetur ad aliquid faciendum, & illud non facit, vt cum mandatur Clericis, vt Synodo interſint Fallit quarto, quando factum incoatum eſt in territorio & alibi cōſumatur Silu. excom. 2 num. 8. Sayr. de cenſur lib. 1. c. 6 à num. 39 V. Azor. p. 1 lib. 5. c. 25. p. 2. & infra Excom num. 18. An autem delinquens intra Diœceſim, ſed in loco exempto, V. Anchar. in repetit. c. Poſtulaſt. q. 4.

de

de.for.comp. & in c.ſi de conſt.in 6.num. 10. Alter.de cenſur. lib.3.diſp 9.c.5.propoſ. 4. V. Nald. in ſum.ver. Monialis num. 17.

51 Statutum continens prohibitionem odioſam non porrigitur in dubio extra territorium ſtatuentis, iuxta Anchar. in c.Canonum ſtatuta, vers. Venio ad aliud membrum, de conſt. Et ideo filia, quæ ex ſtatuto non ſuccedit cum tale ſtatutum ſit odioſum, poteſt nihilominus ſuccedere in bonis alibi ſitis Pan. in d. c. Poſtulaſti num. 10. & ſeq. Ang. ver. pœna num. 13. Silu. eo. num. 11. & ver. ſtatutum 295. p. 1. vbi afferuntur ſex caſus, in quibus forenſis ſubijcitur ſtatutis. vide etiam decis 304. & Anchar. in c. Cum olim. de cler coniug. num. 10.

52 Statuta generalia laicorum ad Eccleſias, vel Eccleſiaſticas perſonas, vel earum bona in earum præiudicium non extenduntur. Nec ſtatutum ſpeciale, etiam ſi earum commodum, & fauorem concernat, niſi fuerit à Papa confirmatum c. Eccleſia S. M. de conſt. vbi Pan.& Felin.Item Pan. vol. cons. 83. num. 2. Deeſt enim in laicis poteſtas ſtatuendi circa Eccleſias, & earum bona d. c. Eccleſia, & c. Quæ in Eccleſiarum de conſt. Nec apponere poſſunt modum, aut conditionem, aliamuè ſolemnitatem in diſpoſitionibus ad pia Silu. immunitas 1. num. 10. Molin. de iuſt. trac. 2. diſp. 134. Azor. p. 3. lib. 8. c. 4. q. 9. Vt quod mulier donare non poſſit ſine conſenſu duorum agnatorum facta enim donatio ſine dicta ſolemnitate valet ad pia Pan. repet. d. c. Eccleſia num. 34. Si tamen dicta ſtatuta faueant, aut ſaltem non noceant. poſſunt Clerici ea ſeruare, ſi velint Azor. vbi ſupra q. 8. de emphyt. Pan. vbi ſupra num. 25. vbi num. 26. quod valet ſtatutum inducens merum fauorem Clericis, ſi diſponit non præcipiendo; vt quod de bonis defuncti conſtruatur Hoſpitale: vel Clerici habeant certam partem quia laicus poteſt priuilegiare Eccleſiam c. Nouit de iudic. Vide eundem in d. repet. num. 1. 14. 17.& 37. & Fel. vbi ſupra num. 78. & ſeq. cum alijs ibi cit.

53 Stante ſtatuto quod extantibus maſculis fœminæ non ſuccedant, ſi tempore ſtatuti fœmina erat monialis excluditur à ſucceſſione: ſecus ſi erat ſæcularis, licèt poſt fiat religioſa, vt voluit Pan. alios referens in d.c. Eccleſia num. 25.& Ant. Zacchar. in annot. ad d. locum litera K. dicit communiter per ſcribentes reprobari dictam diſtinctionem; nec valere huiuſmodi ſtatutum excludens fœminas ſiue iam ingreſſas ſiue quæ poſt ingrediantur monaſterium,& multos refert idem ſentientes. V. Felin. in d. c. Eccleſia num. 78.

54 Statutum excludẽs ſorores dotatas à ſucceſſione fratrum, intelligitur etiamſi ab extraneo ſint dotatæ Rota coram Seraphino decis. 1291.

55 Statutum laicorum, quod non vendantur immobilia non ſubditis, non extenditur ad Clericos propter generale priuilegium, quod habent in acquirendo, de quo in c.ſi.de immun.Eccl.in 6. Pan.in c. A nobis 1. de ſent exc. num. 5. V. Excom. Bullæ num 45.

56 Statutum nõ ligat extraneos, & peregrinos niſi ratione rei ſitæ in loco vbi cõditum eſt ſtatutum, vel ratione contractus in eo loco initi, vel ratione delicti ibidem perpetrati. c. ſi. de for. comp. V. Conſuetudo num 8.

INTERPRETATIO. DISPENSATIO.

V. Affinitas. Beneficium. Confeſſor. Gratia. Iuramentum. Lex. Matrimonium. Ordo. Pactum. Votum.

1 INterpretatio legis eſt, cum declaratur caſum dubium, ob curum, & aliqua ratione incertum non eſſe lege compræhenſum; aut cum verba legis ambigua, & obſcura explicantur.

2 Diſpenſatio, aliàs relaxatio eſt rigoris iuris per eum, ad quem ſpectat, miſericors, & canonice facta relaxatio. vt ex Hoſt. refert Silu. ver. diſpenſatio. initio

3 Derogatio legis eſt cum ex parte lex tollitur l. Derogatur ff. de verb. ſign.

4 Abrogatio legis eſt, cum Princeps, qui

lit.

18 Particula, ſi, quando æquiualet in animo v. g. vouentis dictioni (quando) vt ſenſus ſit, quando hoc venerit v. g. ingrediar religionẽ ſi Pater meus obierit, tunc non facit propriè conditionem, ſed eſt determinatio temporis ad faciendum. Quando verò affectus non fertur directè in rem promiſſam, ſed in aliud, quod optat conſequi, aut vitare. aut quando ea particula retinet ſuam naturam, quæ eſt ſuſpendere conſenſum, tunc facit conditionem Sanchez de matr. lib. 8. diſp. 10. num. 4. & ſeq.

19 Dictiones implicatiuæ, vt ſunt (maximè, etiam) implicant idem eſſe in caſu contrario, licet in illo fortior militet ratio Sanchez de matr. lib. 2. diſp. 32. num. 6. Contrarium docet Pan. in c. Damnamus, de Sum. Trin. num. 3. & in c. directe num. 5, de appell. nempe idem importare in caſu contrario ſecundum propriam ſignificationem.

20 Dictio (omnino) excludit omnem gratiã, & diſpenſationem, quia eſt dictio præciſa Ias. iul. 11 num. 3. ff. de iuriſd. num, ſud. Pan. in c. Non magno num. 5. Ne Cleric. vel Monach. Tiraquell. in l. Si vnquam C. de reuoc. don. 78. & ſeq. vbi multis relatis, ait ſignificare ſine vlla exceptione, ſine remedio, & ad vnguem, & num. 81, excludere omnem gratiam. V. Sanchez de matr. lib. 2 diſp. 32. num. 6. & lib. 3. diſp. 17. a num. 4.

21 Maſculinum in fauorabilibus concipit fœmininum, non è contra l. Sita ſcriptum ff de lega 2. Glo in c. Generale ver. vniuerſos de elect. Etiam in reſcriptis ad lites Pan. in c. Significauit de reſcript. Excipe maſculinum prolatum à Canone; tunc enim concipit fœmininum, etiam in odioſis Glo cit. Silu. ver. maſculinum, vt in c. Si quis ſuadente 17. q. 4. & in crimine læſæ maieſtatis l. Si quid id ff. de iuriſ. omn. Iudic. Si quis dicat, filios meos ex hæredo, filiæ non compræhenduntur l. 1. ff. de ventr. in poſſ. mitt. V. Ias. in d. l. Si quis, Et multas limitationes vide apud Ater. Inſt. Qui teſt. tut. dat. poſſ. parag. ſi quis filiabus. Iul. Clar. parag. Emphyteuſis q. 32. & Henr. Boich. in c. Mulieres de ſent. exc. à n. 1 in. 7.

22 Maſculinum adiectiuum, vt (Quiſquis, Quicumque) & huiuſmodi, concipit fœmininum in omni materia, in qua ratione vel lege, aut ſtatuto, vel vſu non eſt differentia inter virum, aut mulierem vt Qui noctu proiecerit de feneſtra, ſoluat decem, &c. Silu. ver. maſculinum. Et vbi lex dirigit verbum ad maſculum, ſi materia eſt proportionabilis, comprændit etiam fœminam Felin. in c. De monialibus de ſent exc. ver. tertio infertur. Sanchez in ſum. lib. 6. c. 16. num. 89.

23 Motus proprius cum clauſula Non obſtantibus ſtatutis, tollit omnia impedimenta, & obſtacula à ſtatutis, Eccleſiæ inducta, ſed non tollit impedimenta iuris communis Imol. in c. 1 de fil. præsb. in 6. V. ibi Anchar. num. 2. Sanchez de matr. lib. 8. diſp. 21. num. 47. Nec tollit ius tertij, niſi adſit certioratio de iure illius, Gratian. diſcep. for. 10. 4 c. 614. num. 32. Azor. p. 2. lib. 7. c. 24. q. 10. Nec firmat gratiam contra intentionem concedentis Io. And. in c. ſi motu proprio de præben. in 6. quem refert, & ſequitur Pan. in c. Quia circa nu. 7. de conſang. & in c. Cum olim num. 15. de re iud. V. Barbos. ad d c. ſi motu proprio, & ad Clem. ſi Romanus. Varios effectus clauſulæ motus propij congerit Monet. de commut. vlt. vol. q. 7. à num. 77. ad 93.

24 Stante ſtatuto quod extantibus maſculis, fœminæ non ſuccedant; ſi teſtator ſimpliciter inſtituat filios ſuos, non cenſetur inſtituiſſe fœminas à ſtatuto excluſas Com. apud Iul. Clar. parag. Teſtamentum q. 76. vers. ſciendum tamen.

25 Verba (moneas, & inducas) non inducunt præciſam coactionem Pan. in c. Præterea 1. de ſponſal num. 2. & ibi late Felin. num. 8. vbi per hunc textum, & alios plures probat, quod quando Papa intendit coactionem, addit, & compellas. Debent tamen intelligi cum effectu, nec ſufficit modicum monere, niſi effectualiter inducant Pan. in c. Cum infirmitas de pœnit. & rem num. 1.

26 Clauſula vltima generalis refertur ad omnia præcedentia, niſi ſit ratio diuerſa

Pan.

ex illo, & per quæ perueniri poteſt ad illud Cum quid 32. de reg. iur. in 6. V. glo. ad vtrumq; cap. Cum quid Azor p. 3. lib. 8. c. 4. de empt. q. 2.

39 Acceſſorium non ſemper ſequitur naturam principalis, quando poteſt diuidi, & ſeparari: tunc enim tranſlato, ſeu finito principali, numquam finitur, aut transfertur acceſſorium Surd. conſ. 27. num. 37. lib. 1. præſertim vbi in acceſſorio reperitur prouiſio ſpecialis Gratian. diſcep. for. to. 5. c. 987. num. 23. & ſeq. Et quia in acceſſorij conceſſione exigitur aliquis concedendi modus Sanchez in ſum. lib. 6. c. 16. num. 131. Item quando acceſſorium per ſe obligat, vt in iuramento, quod accedit promiſſioni de ſoluendis vſuris: licèt enim promiſſio non teneat: iuramentum tamen per ſe obligat ex virtute religionis, & ſeruari poteſt abſq; diſpendio ſalutis, &c. Azor. p. 3. lib. 11. c. 16. q. 3. V. Sanchez matr. lib. 7. diſp. 29. num. 11.

40 Declarans non diſponit; ſed quid in præteritum actum ſit, oſtendit, & declaratio retrotrahitur ad tempus diſpoſitionis Rota plures referens apud Farinac. p. 1. decis. 503. num. 15.

41 Vtile per inutile non vitiatur in ſeparabilibus, c. Si confirmationem de elect. in 6. vbi Barbos. contraria diluens. & c. Dilecti filij & ibi Glo. fi. de mai. & obed. Nec in Emphyteuſi Gratia. c. 624. num. 32. Inutiliter adiectum vitiatur Rota coram Orano per l. 1. parag. Sed & ſi ff. de verb. oblig. apud Cencium poſt tract. de cenſib. decis. 117. Nec valet regula, quando aliquid requiritur pro forma ſubſtantiali, quia forma eſt indiuidua Barbos. ad c. Quia propter num. 15. de elect.

42 Qui vult antecedens, non neceſſariò vult conſequens: niſi conſequens ordinetur per ſe tamquam medium quoddam ad antecedens; vel è contra. Vt rectè ſequitur, Iudas punitur in inferno, ergo peccauit mortaliter: & tamen Deus vult antecedens, non autem conſequens V. Valent. to. 4. diſp. 7. q. 8. p. 4. vers. minor. probatur.

43 Cum agitur de fauore animæ, & ad tollendum peccatum, fit extenſio legis pœnalis Peregrin. de duello q. 21. num. 3. vbi alios refert. Item vbi ratio expreſſa in textu omnino militat. vel ſaltem ratio eſt indubitatè præſumpta, etiam in pœnalibus fit extenſio Silu. ver. Lex q. 8. & ver. Pœna q. 4. Ang. ver. lex parag. 4. Pan. in c. 1. de iuram. coll. num. 4. Glo. in Clem. 1. ver. eligatur, de elect. Sanchez de matr. lib. 3. diſp. 42. num. 4 aſſerens de com. & in ſum. lib. 6. c. 16 num. 77. Alij tamen quos refert, & ſequitur Barbos. ad c. Odia, de reg. iur. in 6. negant etiam ex identitate rationis fieri poſſe extenſionem in pœnalibus, & probabiliorem dicit idem Sanchez de matr. lib. 10. diſp. 4. num. 5. & in ſum. loco cit. num. 79. Niſi quando aliàs ſententia eſſet fruſtratoria & nullū conſequeretur effectum; tunc enim lata fit interpretatio. Sayr. de cenſur. lib. 1. c. 8. num. 1. in fine, & Suar. de cenſur. lib. 5. c. 3. num. 1. in fi.

44 Stante ſtatuto excluſiuo fæminarum propter maſculos, excluditur fœmina extantibus maſculis; licet v. g. emphyteuſis data ſit pro maſculis, & fæminis. Rota coram Buratto decis. 838. cum ibi not. per Ferentill.

45 Quando verbo futuri temporis iungitur particula ſuapte natura importans latam ſententiam, non eſt ſententia ferendæ, ſed continet latam Tiraquell. in l. Si vnquam, verb. reuertatur C. de reuoc. donat. quem refert, & ſequitur Sanchez de matr. lib. 3. diſp. 53. num. 8. Vt in Conc. Trid. ſeſſ. 25. de refor. c. 6. & c. vn. de cler. coniug. in 6. & c. vlt. parag. Si quis verò de cland. deſpon. an. vbi verbo; cenſeatur, quod eſt futuri temporis adijcitur dictio, protinus, quæ latam ſententiam importat. Item quando verbo futuri temporis adiungitur participium præteriti, ſonat præteritum. Et eo magis quando verbum ſonat & præteritum & futurum Barb. in l. Verbum oportet ff de verb. oblig. num. 4. Alciat. in l. Verbum erit ff. eo, Extrau. 1. de regul. ibi: In monaſterio in quo receptus fuerit.

ord. Pan. in c. Statuimus de regul. num. … Nec licentia Zabarell. in Clem. Dudum. de ſepult. num. 20 Nec diſpenſatio, glo. in Clem. 1. de æta. & qual. Nec metus concurrit Bonif. Vitalin. in d. Clem. Dudum parag. Ad honorem num. 50. Et quod non indiget alterius auxilio Pan. in. c. Lator de homic. num. 4. Et quod ab omni ſolemnitatis, & neceſſitatis obſeruantia abſtractum eſt Mandos. in reg. 19. q. 15. num. 3. adde, & quod fieri poteſt præſcriptione, vel appellatione non obſtante, glo. in c. Romana ver. liberè de cenſio. in 6. Item quod excludit omne onus, & conditionem Rota coram Buratto deciſ. 354. num. 6. Plura vide apud Rebuff. ſuper concord. ſub. rubr. de reg. ad præl. nom. parag. 1. ver. liberè, & latius rubr. de collat parag. Præſatque omnes ver. liberè, ubi probat quattuordecim modis accipi. Barbos, de dictionibus, dict. 164.

56 Careat, eſt verbum latæ ſententiæ Felin. in c. Rodulphus de reſcrip. num. 51. Gemin. in c. 1. de cler. coniug in 6.

57 Verba futuri temporis de ſui natura importantia priuationem, denotant ipſo iure Felin. in c. Ex tenore de reſcript. num. 29.

58 Verba imperatiui modi quandoque important conſilium, quandoque neceſſitatem. Quare debent intelligi iuxta ſubiectam materiam, etiam in eadem oratione. Pan. in c. Magnæ num. 4. de voto. Vt cum dicitur Vouete, & Reddite, Psal. 75. Vouete enim eſt conſilij: Reddite verò præcepti, & obligant ſicut præceptiua, ex quo ſubiecta materia non ſuadet oppoſitum. Idem Pan. in c. Nouit, de iudic. num. 36. & ſatis conſtat ex Clem. exiui de verb. ſign.

59 Lex pœnalis extenditur per eandem, vel paritatem rationis viginti, & vno modis quos vide apud Nau. in c. pœnæ de pœnit. d. 1.

60 Cum in Bulla datur facultas abſoluendi in articulo mortis, intelligitur etiam de præſumpto. Secus cum dicitur in vero articulo Roder. in ſum. p. 1. c. 59. num. 2.

61 Articulus mortis dicitur, cum non eſt probabilis ſpes vitæ. Periculum verò mortis, cum de morte timetur, ſiuè id proueniat ex infirmitate, ſiuè ex nauigatione, ſiuè ex bello; ſiuè ex commoratione in loco peſte infecto, ſiue ex partu difficili; ſiuè quia hoſtem timet, aut potentis crudelitatem; aut per loca periculoſa eſt tranſiturus, Silu. abſolutio 1. num. 8. Roder. in ſum. vbi ſupra num. 1. V. ver. confeſſor. num. 3.

62 Dictiones Donec, Quandiù, Quoad, vel Quouſque, non dicunt perpetuam excluſionem, ſed tantum ad tempus impediunt. Quare ſtatutum excludens filias à ſucceſſione, donec, &c. aliqui de deſcendentibus ex maſculis ſupererint, ad tempus tantum ſuſpendit, non verò perpetuò priuat. Anchar. cons. 220.

63 Conſtitutio loquens de Abbate compræhendi Priorem, ſeu Præpoſitū non habentem Abbatē adeo quòd in omnibus fungatur loco Abbatis Pan in c. Cum illorum de ſent. exc. nu. 12. Et cōſtitutio loquens de Præsbytero compræhendit Diaconos, & Subdiaconos c. 1. de cohab. Cler. & mul. Pan. in c. Clericus Ne Cler. vel mon. num. 8.

64 Verbum (exercere) ſignificat frequentiam ex diuerſis actibus diuerſo tempore factis. Et dicuntur exercitores, qui quaſi ex vſu continuo aliquid ex habitu, & conſuetudine exercent Nau. in man. c. 27. num. 149. Sayr. de cenſur. lib. 7. c. 12. num. 24. vbi dicit hoc relinquendum arbitrio boni viri. Limita niſi coactè exerceant in delictis Graff. de cas. reſer. libi 1. c. 41. num. 27. Alter tamen de ſuſpenſ. diſp. 15. c. 3. multis probat ſufficere vnicum actum conſummatū ad hoc vt ſubijciatur pœnis legis contra exercentes. Rigidior certè ſententia.

65 Cum dicitur, Sodomita, propriè intelligitur agens: Nam patiens dicitur mollis. Quare cum Epiſcopus ſibi reſeruat caſum Sodomiæ, non comprae-

 hendi-

cum eſt cauſa diſpenſandi Hoſt. in ſum. de diſpens. c. 2. Silu. ver. Diſpenſatio q. 3. Pan. in c. Paſtoralis de appel. & in c. pen. de obſer. ieiun. num 4. Glo. in c. Domino ſancto. ver. neceſſe diſt. 50.& in c. Exigunt. ver. cauſa 1. q. 7. licet peti non poſſit iure actionis, ſed tantum implorari officium Superioris, vt diſpenſetur, ibidem.

75 Poteſtas diſpenſandi latè interpretanda Pan. in c. fi. de ſimon. num. 3. Nau. num. 4. Quare poteſtàs diſpenſandi in aliquo gradu coniunctionis extenditur ad eum gradum, licet duplicatum Sanchez vbi ſupra diſp. 24. num. 9. Non tamen extendenda à caſu etiam maiori ad minorem Fel. in c. Poſtulaſti de reſcrip. à num. 41.

76 Epiſcopus diſpenſare poteſt in lege Papæ, ſi ſit materia leuis, aut caſus frequens, aut reſpicit lex proprium eius Dioeceſis bonum Sot. de iuſt. lib. 1. q. 7. art. 3.

77 Illegitimus diſpenſatus ad ordines, non ideo diſpenſatur ad Sacros. & ſi ad ſacros, non ideo ad beneficium curatum Hoſt. in ſum. de fil. præsb. num. 9. Silu. Clericus 1. q. 4. Nau. de fil. præsb. conſ. 6.

78 Data facultate diſpenſandi, intelligitur, ſi fuerit cauſa legitima Nau. in man. præludi. 9. num. 19. Silu. ver. diſpenſatio q. 3. Suar. to. 4. diſp. 54. ſect. 2. Et dubitans an ſit legitima, poteſt diſpenſare, Silu. vbi ſupra num. 2

79 Non valent Papæ diſpenſationes, quæ gratioſæ dicuntur, vſq; ad notitiam Ordinarij Conc. Trid. ſeſſ 22. c. 5 Intellige de conceſſis in foro exteriori Cong. Concil.

80 Litteræ Pœnitentiariæ, licèt non tacerentur, aut ſi parti reddantur non ideo fruſtrantur ſuo valore in foro conſcientiæ. Nam illa verba, Nil illi ſuffragentur, intelliguntur in foro exteriori. id enim importat verbum, ſuffragetur, Gomez, de non iud. iux. for. ſuppl. q. 4. Pan. in c. Illù I, de Iutep. num. 15. Sanch. de matr. lib. 8. diſp 35. num. 42. Et cum ibidem dicitur, Abſoluas in foro conſcientiæ, intelligitur etiam extra ſacramentum, id enim ea verba ſignificāt, vt illa abſolutio nil ſuffragetur in foro exteriori. Secus ſi dicat, In foro pœnitentiæ; tunc enim dari debet in ſacramento pœnitentiæ, Roder. de regul. to. 1 q. 20. art. 7. Sanch. de matr. lib. 8. diſp 34. num. 29.

81 Diſpenſatio eſt nulla, & ſubreptitia, cum tacetur veritas, quæ eſt cauſa non tantum finalis, ſed etiam impulſiua conceſſionis; quia nimirum ea veritas declarata retraheret Principem à conceſſione; vel ſaltem difficilius notabiliter eam conceſſiſſet Pan. in c Conſtituens num. 5. de rel. dom. Molin. de iuſt. to. 3. diſp. 591. num. 5. & 6. & diſp. 650. num. 2. per c. Poſtulaſti de reſcrip. Sed contra, quia alias non valeret conceſſio beneficij facta criminoſo, qui tamen nullo canonico impedimento affectus ſit: cum tamen verè præſumi poſſet, Pontificem, ſi ſciret, non conceſſurum. Alij, vt Couar. 1. ver. reſ. c. 20. Silu. ver. reſcriptum q. 6. & alij multi docent ſolum vitiari gratiam, & diſpenſationem tacita veritate, quæ eſt cauſa finalis, id eſt qua cognita, Princeps minimè conceſſiſſet: ſecus quando ſolum eſt cauſa impulſiua, per. c. Dudum vers. Non igitur de præben. in 6. & c. fi. de fil. præsb. eo lib. Alij, vt Nau. in man. c. 22. num. 86. & de conſt. conſ. 1. num. 48. & de conſang. conſ. 7. 8. & 9. & in c. Si quando de reſcrip. excep. 3. num. 51. & de dat. & prom. not. 32. num. 48. corol. 4. verſ Non obſtat Roder. in ſum. p. 1. c. 238. num. 1. & c. 179 num. 10. & de regul. to. 2. q. 46. ar. 6. docent non ex omni taciturnitate veritatis gratiam vitiari, ſed tunc ſolum, quando tacetur veritas, quam iura iubent exprimi: Nam voluntas Principis præſumitur talis, qualis eſſet intentio legis l. ex facto in principio ff. de vulgar. Alij plerique quos refert, & ſequitur Sanchez vbi ſupra diſp. 21. dicunt.

82 Primò tunc eſſe gratiam ſubreptitiam, ſiue reſcripta ſint gratiæ, ſiue iuſtitiæ, quando tacetur veritas, quā iura iubent exprimi,

primi, vt docent Nau. & Rota de præben. decis. 27. num. 7. in nou. Vel. eſt talis, quæ intrinſecè attinet ad diſpenſationem, eſtq; cauſa finalis illius. Et hoc intelligẽ etiam de qualitatibus, quæ ex ſtylo Curiæ Romanæ in reſcriptis exprimendæ ſunt; quia ſtylus Curiæ facit ius, c. Quam graui, de crim. fal. Item quando ex conſuetudine Principis qualitas aliqua narranda eſt.

83 Secundo ſubreptitiam ſimiliter eſſe, quando contingit falſi expreſſio circa cauſam finalem; ita vt falſitate expreſſa denegarentur literæ, aut ſaltem illis eſſet aliquod moderamen adhibitum. Secus ſi plures cauſæ narrantur, & finalis eſt vera. Nam ſi vna ſola narretur, eaq; falſa ſit, qualiſcumq; ſit illa, non valebit reſcriptum.

84 Tertio ſi literæ motu proprio concedantur, valent, non obſtante ſubreptione ex tacita veritate: Secus ſi ex falſitate narrata.

85 Quarto, quando veri taciturnitas, aut expreſſio falſi contingit ſolum circa cauſam impulſiuam, in nullo foro vitiatur reſcriptum. Si verò circa cauſam finalem, & eſt cauſa totius reſcripti, totum vitiabitur, etiam ſi ignoranter contingat; aut ea ſubreptio commiſſa ſit ab eo, cui reſcriptum impetratur, ſiuè ab alio, vt à Curiali, vel à ſollicitatore, quia defuit intentio concedentis. Si verò cauſa ſit ſolius partis, & altera pars eſt omnino ſeparata: vt ſi in eodem reſcripto impetret quis diſpenſationem voti, & peregrinationis Hieroſol. allegatà ſcienter falſa cauſa circa alterum, illa ſola pars vitiabitur, in qua eſt ſubreptio doloſa, iuxta c. Vtile per inutile de reg. iur. in 6. vbi glo, & Pan. in c. Dilectus de præb. Si autem partes coniunctionem quandam habeant, ſeparabilem tamen quoad valorem, vt ſi diſpenſatum ſit in duplici impedimento ad matrimonium, vt voti caſtitatis, & conſanguinitatis: tunc, ſi ignoranter, non per fraudem, & malitiam admiſſa ſit ſubreptio, validum erit reſcriptum in vtroque foro, quoad eã ſolam partem, in qua non fuit ſurreptio. Si verò per fraudem, & malitiam, totum vitiabitur. Sed quo ad eam partem, in qua non fuit ſurreptio, non ipſo iure, ſed poſt iudicis ſententiam.

86. Vltimò, ſubreptitia eſt, cum tacetur fraus facta, ad gratiam facilius inpetrandam Sanchez vbi ſupra diſp. 25. in fi. At Nau. de conſang. cons. 8. nu. 5. cum alijs, id non concedit niſi in matrimonio. Sed fallitur Nau. Nã ipſemet in man. c. 22. nu. 86. cum alijs docet idem dicendum in religioſo, qui obtinuit diſpenſationem tranſeundi ad aliam religionem tacito animo, quo dimiſit habitum, quo faciliùs obtineret. V. Sanchez in ſum. lib. 4. c. 47.

87 Limita quartum dictum, primò, vt huiuſmodi taciturnitas non vitiet, quando cauſa finalis eſt de futuris, quæ contingere poſſunt: ſecus quando eſt de præſenti, aut præterito, remouens Principem à gratia concedenda Felin. in c. In noſtra de reſcrip. num. 15. coroll. 7. Flamin. de reſign. lib. 6. q. 2. num. 86. Limita ſecundò, niſi taceatur veritas notoria, & quam creditur Principem noſſe, quia ea taciturnitas non inducit ignorantiam ac defectum intentionis Felin. vbi ſupra coroll. 5. Nau. de feud. cons. 1. num. 2. & 3. Limita tertiò, niſi qualitas tacita de iure inſit: de ipſa enim non oportet facere mentionem Felin. num. 14. Nau. num. 3. cit. Mandos in reg. 32. q. 9. num. 9. & ſeq. docet mentione non facta omnium, quæ Principem retardare poſſent ad concedendum reſcriptum, nullum, & inualidum reddi, niſi difficultas proueniat ex affectu, vel alia cauſa exorbitante, odioſa, & minimè conſiderabili.

88 Subreptio eſt, cum veritas tacetur, vel per confuſam, vel perplexã eius narrationem occultatur. Obreptio, quando falſum narratur. Dec. tamen in c. Super litteris de reſcrip. num. 4. & in c. 3. eodem num. 29. Menoch. de arb. Iud. lib. 1. cent. 3. caſu. 201. num. 10. & ſeq. docent eſſe ſynonima, nec inter ſe differre.

89 In dubio præſumendum eſt cauſam eſſe impulſiuam, cum iura maximè faueant valori actus, & in dubio eum præſumant Sanchez de matr. lib. 8. diſp. 21. num. 20.

90 Man-

90 Mandata diſpenſandi ſin impedimentis matrimonij, alijſuè rebus, quæ in foro externo Ordinarijs, in interiori verò Confeſſarijs committuntur, non expirant morte concedentis, etiam re integra. quia quando executor eſt neceſſarius, vt qui exequi iubetur, ſi preces veritate nitantur, tunc eſt gratia facta; ac proinde acquiſitũ eſt ius ad rem, ſolaque executio deſideratur Suar. de cenſu. diſp. 41. ſect. 2. in fi. Couar. pract. qq. c. 11. nu. 2. vers. quinta ratio Roder. de regul to. 2. q 46. ar. 7. Sanch. alios referẽs lib. 8. cit. diſp. 28. nu 87. vbi nu. 86. plures refert cõtrariũ ſentiẽtes. Secus ſi gratia ſit facienda, quia eius miniſter eſt voluntarius. vt pote cui non præcipitur vt exequatur ſed ſola facultas exequendi conceditur fauore tantum eius, cui gratia eſt concedenda. Secus item ſi literæ ſint iuſtitiæ, quia pereunt morte concedentis re integra, ideſt antequam Delegatus cœperit vti iuriſdictione c. Quamuis, de off. deleg. in 6. Idem dic finito officio delegantis re integra, etiam ſi ſit Delegatus Principis, & ad vniuerſitatem cauſarum vt ſupra, ver. Delegatio num. 8. Niſi gratia ſit facienda perſonis indeterminatis, quia tunc, cum ſit in fauorem diſpenſaturi, non expirat. ſic multi, quos refert Sanchez num. 86. cit.

91 Ad cognoſcendum quando poteſtas diſpenſandi ſit odioſa, vel fauorabilis; dic cum Felin. in c. At ſi clerici parag. De adulterijs, de iudic quod vel agitur de præiudicio tertij, & ſic eſt odioſa, & conſequenter non poteſt extendi. Vel nulli præiudicat, & ſic eſt fauorabilis, & extenditur.

92 Mandatum diſpenſandi non habet vim diſpenſationis. Quare mandato diſpenſandi in aliquo impedimento matrimonij, non poteſt matrimonium contrahi, nec valet contractum antequam mandatarius diſpenſauerit Couar. in 4. p. 2. c. 6. parag. 9. num. 11.

93 Valet diſpenſatio, licet erratum ſit in nomine eius, cui impetratur, vel petentis. Error enim nominis proprij, quando conſtat de corpore, non vitiat reſcriptum vt multis probat Sanchez lib. 8. cit. diſp. 21; num. 37. & ſeq. Bellamor. concl. 642. Caſſador. de præb. decis. 11. num. 3. fusè Monet. de commut. vlt. vol. c. 6. q. 5. qui tamen num. 345. ſecus dicit quando erratur in nomine petentis, aut ſi ex alijs circunſtantijs conſtaret, à concedente ſpectatam eſſe perſonam nominatam, vt potè ſibi notam. Idem c. 10. num 499. V. c. Significante, & ibi Glo. de reſcrip. Rotam apud Farin. p. 2. decis. 254.

94 Epiſcopi, & reliqui Prælati etiam regulares ſecum diſpenſare poſſunt in ijs omnibus, in quibus poſſunt cum ſubditis Sanchez vbi ſupra diſp. 3. à num. 4. Item habentes delegatam poteſtatem diſpenſandi cum aliqua Communitate, cuius ipſe eſt pars. Secus ſi limitatam cum certis perſonis, vel certo perſonarum numero. Idem num. 10. & ſeq. V. Azor. lib. 5. c. 15. q. 6.

95 Diſpenſare de plenitudine poteſtatis, vel de poteſtate ordinaria, quid ſit, fusè Monet vbi ſupra c. 5. q. 2. præmiſſ. vn. vbi quod abſoluta Papæ poteſtas ſit, qua derogare poteſt, & derogat iuri poſitiuo humano. Ordinaria verò, qua ei non derogat, ſed ſecundum, vel præter illud dumtaxat, agit; vel in ea iuris humani parte diſpenſat, in qua poſſunt ordinarij Iudices diſpenſare. Alios modos huius poteſtatis vide ibi.

CONSVETVDO

V. Clericus.

1 CONſuetudo eſt ius moribus vtentium introductum, & approbatum quod pro lege habetur, vbi lex deſideratur, ac deficit. c. Conſuetudo diſt. 1.

2 Triplex eſt conſuetudo, Contra legem, Præter legẽ, & Secundum legem. Contra legem eſt, quæ vim habet corrigendi legem, vel abrogandi, derogandiq; legis auctoritatem. ideſt abrogandi, vel ex parte tollendi legem vſu receptam. Præter legem ea eſt, quæ moribus vtentium inducitur, vbi nulla eſt, quæ contrarium impetet, aut vetet. Secundum legem eſt, quæ

de com. Anchar. conſ. 258. Capell. Tholoſ. q. 153. cum ibi not. Adde ex Pan. in c. Cum cauſam de ſent. & re iud. num. 4. Niſi ea conſuetudo ſit communis laicorum, & Clericorum: dummodo aliàs ſit rationabilis: vel niſi Clericus litiget in foro ſeculari, aliàs conſuetudo laicorum non comprӕhendit Clericos in foro Eccleſiaſtico litigantes, quantumcumq; indeterminatè, & generaliter loquatur, idem in cap Quod clericis, de for. comp num. 2. fuſè fel. in c. Eccleſia S. M. de conſtit.

9 In ijs quӕ ſunt merӕ facultatis, non poteſt induci conſuetudo. Quare ſi quis ierit ad alicuius molendinum, etiam per mille annos; non per hoc tenetur perſeuerare Pan. in c. Quod tranſlationem de off. lega num. 4. & in c. Ad noſtram de confir. vtil. num. 10. & in c. Quoniam num. 5. de vit. & hon. cler. Silu. vbi ſupra q. 14. Mandos. reg. 34. q. 11. num. 4. Nec valet ſtatutum Ciuitatis, per quod directè, vel indirectè ciues coguntur ire ad molendinum Ciuitatis, relictis alijs particularium perſonarum Anchar. conſ. 298. Sicut neq; ſtatui poteſt per Dominos, ne ſubditi poſſint alibi molere, quam in molendinis ipſorum, quando ordinatio reſpicit proprium eorum commodum Gratian. diſcep. for. c. 89. num. 14. & ſeq. per l. Ambitioſӕ de decret. ab ord facien. Niſi ſimus in Principe Superiore qui poteſt cogere ibidem num 17. Item ſi quis alteri liberaliter donet, licèt per multos annos, non inducitur conſuetudo. Quare ſi diues quotannis certam eleemoſynam certo religioſorum collegio ſponte ſua, gratis, & liberaliter eroget, non poſſunt dicti religioſi vi conſuetudinis dictam eleemoſynam poſtulare. Azor. alios referens p. 1. lib. 5. c. 18. q. 5. Fallit tamen aliquando, Nam indigenӕ, & incolӕ alicuius loci poſſunt conſuetudine ius acquirere cӕdendi ligna, venandi in prӕdijs, & piſcandi in fluuijs alterius populi; dummodo conſuetudo non ſit per vim introducta Pan. in c Dilecti filij num. 7. de arbitr Fallit ſecundò, quando iuit ad molendinum ex neceſſitate Pan. in c. Abbate num. 10. & ſeq. de verb. ſign. vt quia cum nolles ire, ille iuſſit, & tu obtemperaſti. Sed hoc ego non facilè admitto, cum ille coactus, non voluntariè obtemperauerit, non auſus reſiſtere; fortè ob prӕcipientis potentiam; nec haberet, ad quem pro iniuria confugeret. Fallit Tertio quando aliquid fit ex aliqua cauſa prӕtenſa, vt ſi ruſticus ſoluat annuatim par caponum, quia tenet aliquid à Domino Pan in c. Quod tranſlationem de off. lega. num. 4. & in c. Querelam de elect. num. 14.

10 Conſuetudo aliquo die ieiunandi, aut feſtum celebrandi, ſi à Ciuitate vel populo ſeruatur pietatis ſtudio, affectuq; ſpontaneo, & voluntario, non obligat; licèt huiuſmodi obſeruatio ſit ſӕpius repetita. Secus ſi ſeruetur animo, & voluntate conſuetudinem inducendi Sot. de iuſt. lib. 1. q. 7. ar. 2. Obligat verò ex Azor. vbi ſupra c. 18. q. 5. Primò, quandocumq; populus dies feſtos colit, & obſeruat, vſu à maioribus accepto. Sed hoc ſimpliciter non concedo: quia ſi maiores illi ex deuotione ſolum obſeruabant, & ex eodem pietatis, & deuotionis affectu filios idem ſeruare docuerunt; quis velit ſub prӕcepto hos obligare? Secundò obligat, ſi iam memoria non extet quando conſuetudo introduci cœperit; Tertio, quando dubium eſt, an ex conſuetudine nec ne. res obſeruetur, tūc enim tutius eſt eligendum. ſed in hoc Tertio dicto contrarium docet Diana to. 4 trac. 3. reſol. 58. poſt Suar. de legib. lib 7. c. 15. num. 16 & de relig. to. 1. trac. 2. lib. 2. c. 12. num. 5.

11 Interrumpitur conſuetudo vnico actu, quando ipſa nondum erat completa, & tunc oportet de nouo incipere. Si verò erat completa, tollitur eo modo, & tempore, quo fuit introducta. ſufficit verò tempus decem ann. Pan. in c. fi. de conſuet. num. 19. Silu. ver. conſuetudo q. 5. Ang. eo. parag. 11.

12 Lege non tollitur conſuetudo, & ſtatuta particularia, niſi de eis fiat expreſſa mentio c. Licet, de conſt. in 6 Silu. ver. lex q. 27. Item ſtatuta particularia non continentia ſolum ius commune Silu. ibidem. Azor. p. 1. lib. 5 c. 16. q 4. 5. & 7.

13 Contra legem derogantem futuræ conſuetudini, poteſt ex cauſa derogari; conſuetudine Nau. de ſpol. cler. parag. 14. num. 8. contra Sot. lib. 1. q, 7. ar. 2. Si tamen illa cauſa noua ſit, quæ non aderat tempore legis derogantis Pan. in d. c. fi q. vlt. & in c. Sicut conſuetudo de probat. num. 7. & ſeq. Silu. ver. conſuetudo num. 10 Niſi lex irritet conſuetudinem tamquam irrationabilem, & corruptelam Couar. 3. var. res. c. 13. num. 4. Vaſquez 1. 2. diſp. 117. c. 8. num. 69. Azor. vbi ſupra c. 17. q. 10. vt quia cum ratione, & iure diuino, aut bonis moribus diſſidet. V. Monetam, & ab eo cit. de diſtrib. quot. p. 2 q. 12. num. 20. & ſeq. V. Azor. vbi ſupra c. 11. q. 1.

14 Conſuetudo non obligat, niſi id intendat, qui potuit legem condere Sot. vbi ſupra Silu. ver. conſuetudo num. 7. uerſ. 4. Alij tamen, vt Couar. in 4. p. 2 c. 6. parag. 10. num. 19. Pan. in c. Cum ex officijs de præſcrip. num. 13. & in c. fi. de conſuet num. 13. docent non eſſe neceſſariam ſcientiam Principis, ſi tamen conſuetudo ſit rationabilis, adde cum Silu. ubi ſupra num. 10. & legitimè præſcripta; & ſi tale ius, quod poſſit præſcribi, ſi inducatur contra ius canonicum, id enim requiritur per cit. c. fi. & c. 3. eo. in 6. Si uerò inducatur contra ius ciuile, non eſt neceſſaria præſcriptio; quia ſufficit populi conſenſus, quia ſæculares habent ius condendi leges, etiam contrarias legibus Imperatoris, iuxta l. Omnes populi ff. de iuſt. & iur. Ang. uer. conſuetudo parag. 9. Verius tamen eſt requiri præſcriptionem iuxta ſuperius dicta. Vide uer. Præſcriptio.

15 Conſuetudo non uniuerſalis, nec uniformis non eſt attendenda Mohed. decis. 3. de decim. Rota in una Mediol. decim. corã Melin. & in alia Mediol. decim. coram Pironaoo decis. 474. apud Farin. p. 1. & in alia decim. coram Pamphil. decis. 441. apud eundem p. 2. Gratian. diſcep. for. cap. 679. num. 12.

16 An ualeat conſuetudo, ut mors Prælati nuntietur Principi, ab eoquè venia petatur ad nouam electionem faciendam, ita vt aliter facta electio nulla ſit, plures Doctores affirmantes refert Aug. Barbos. ad c. Meſſana de elect. V. tamen Azor. p. 2 lib. 6. c. 14. q. 6. & lib. 10. c. 7. q. 7. citato Innoc. in c. Quod ſicut, de elect. Silu. electio 1. q. 23. Pan. in c. Cum terra num. 2. de elect.

17 Ad probandam conſuetudinem, de tribus copulatiuè deponere debent teſtes. De viſu actus, cuius conſuetudo allegatur. De eius frequentia, & De temporis diuturnitate; ex quibus elicitur conſenſus totius, vel maioris partis populi. Ferentil. plurimos referens ad Buratt. decis. 450. & 498. Conſuetudo differt à præſcriptione in ſeptem caſibus, quos refert Barbos. ad c. fi. de conſuet in fi. Azor. p. 1. lib. 5. c. 18. q. 16.

PRIVILEGIVM GRATIA

V. Beneficium. Confeſſio Delegatio. Diſpenſatio Poteſtas.

1 PRiuilegium dicitur quaſi priuata lex, & ſic definitur à Silu. ver. priuilegium initio. Eſt priuatum indultum a Principe contra ius commune, c. Abbate de verb. ſign. & ibi Pan. num. 7. Si verò aliquid conceditur, quod ſit præter ius commune ſine præiudicio alicuius, non dicitur proprie priuilegium, ſed beneficium, ſeu gratia. Pan. in c. Olim num. 7. de verb. ſign.

2 Priuilegium eſt duplex, perſonale, quod alicui perſonæ priuatæ, aut certo perſonarum generi conceditur. & hoc extinguitur cum ipſa perſona, nec extenditur ad poſteros. Reale, quod loco, aut Ciuitati, Collegio, vel Vniuerſitati conceditur & hoc eſt perpetuum, & ad poſteros in perpetuum transfertur. Sanchez in ſum: lib. 6. c. 16. num. 16. V. Silu. vbi ſupra q. 1. V. Monet. de commut. vlt. vol. c. 8. à nu. 235.

3 Per vnum priuilegium non cenſetur reuocatum alterum eidem conceſſum Fel. in c. nonnulli de reſcrip. Niſi ſecundum faciat

ciat plenam mentionem primi c. Veniens de præſcrip. Silu. vbi ſupra q. 10. verſ. 6. Sed quid ſi in primo priuilegio adſit clauſula, quod non cenſeatur reuocatum per aliud. niſi in hoc Secundo fiat expreſſio primi de verbo ad verbum; nunquid cenſeatur reuocatum primum, ſi in Secundo adſit eadem clauſula reuocans omnia priuilegia, etiam ſi de illis, &c. Reſpondet Panor. in c. Cum inſtantia num. 5. de cenſib. quem ſequuntur Silu. verſ. 6. cit. & ver. Exemptio q. 11. & Azor. p. 1. lib. 5. c. 22. q. 12. per ſecundum priuilegium omnino eſſe reuocatum primum, eò quod ſecundum contineat pleniſſima verba reuocantia omnia priuilegia antecedentia.

Si reuocatio fiat per viam leg's, non eſt neceſſaria dicta expreſſio Fel. num. 4. & 5. Fall. 2. nec vbi ſecundum eſt ſpeciale, primum generale Hoſt. quem refert Silu. loc. cit. V. Anchar. in c. Cum inſtantia de cenſib. num. 7. Sicut Romana de reſcrip., vbi Pan. & Dec.

4 Priuilegio alicui conceſſo gaudet etiam eius ſocius, ſi alioqui illi eſſet inutile c. licet de priuil. in 6. & ibi Glo. ver. non debent Pan. & Fel. in c. Quam ſit de Iude Silu. vbi ſupra q. 6. V. Anchar. in c. Licet, &c. Magnæ de vot. num. 9.

5 Ceſſante cauſa finali priuilegij ceſſat ipſum priuilegium Glo. in d. c. Magnæ ver. cauſæ Silu. vbi ſupra q. 10. verſ. 4. & ver. diſpenſatio q. 6. Ang. eo. parag. 14. Intellige, ſi ſit alteri damnoſũ, c. generaliter 16. q. 1. aut ſi habeat cauſam ſucceſſiuam vt in ſolutionibus decimarum, non ieiunandi, edendi carnes: ſecus ſi iam habuit ſuam perfectionem, & non continet actum ſucceſſiuum Pan. in c. Suggeſtum de decim. Sanchez de matr. lib. 8. diſp. 30. num. 14. alios referens. Item ſi ſit ſpes in futurum, eo quod non in totum ceſſauerit cauſa, niſi de præſenti Pan. in c. Abbate de verb. ſignif.

6 Priuilegium à Papa certæ perſonæ conceſſum, quod excommunicari aut interdici non poſſit, non extenditur ad ſententias Ordinariorũ. Niſi conceſſum ſit Regibus, Reginis, eorumuè filijs, aut religioſo loco, vel Ordini, c. Ne aliqui de priuil.

7 Per priuilegium, quo conceduntur priuilegia alteri conceſſa, non veniunt concedenda Pan. c. Super ſpecula num. 4. Ne cler. vel mon. Roder. alios referens de regul. to. 3. q. 51. ar. 2.

8 Participantes priuilegia poſſunt illis vti contra illos, quorum contemplatione participant; ſi communicantur, ac ſi ipſis ſpecialiter fuiſſent conceſſa, vt ſunt omnes mendicantes, &c. quia iam facta ſunt ſibi propria, & independenter ab alijs Cordub. ad Collectorem ver. Commun. priuil. Roder. de regul. to. 1. q. 55. art. 21. Vbi tamen in eadem cauſa, & reſpectu eiuſdem duo ſunt pariter priuilegiati, ceſſant priuilegia, & vtuntur diſpoſitione iuris com. Pan. in c. Cum pro cauſa num. 2. de ſent. exc.

9 Confirmatio priuilegiorum facta à Greg. XIII. & Sixto V. quatenus decretis Conc. Trid. non aduerſantur, ſic intelligenda, quatenus ſcilicet decretis expreſſè irritantibus dicta priuilegia, per clauſulam, Non obſtantibus priuilegijs, & c. non ſunt contraria Roder. vbi ſupra q. 8. ar. 6. vbi infert Regulares per eorum priuilegia, etiam poſt Conc. Trid. ordinari poſſe extra tempora, cum ſeſſ. 23. c. 8. de refor. vbi de tempor. ordin. nulla priuilegiorum mentio, aut reuocatio fiat. Sicq, plures Epiſcopos Hiſpaniæ, conſultos a Theologis & alijs doctiſſimis viris Salmant. plures ordinaſſe. idem habent to. 3. q. 23. ar. 5. In materia priuilegiorum plura vide apud Azor. p. 1. lib. 5. c. 22. & ſeq. & quomodo priuilegia conceſſa alicui religioni aliqua limitatione, aut reſtrictione ab alijs cũ religionibus abſolutè participentur vide Roder. de regul. to. 1. q. 55. art. 17, & q. 62. ar. 2.

10 Priuilegium ad inſtar idem importat, ac Comunicatio priuilegij. In vtroque enim caſu reperitur ſimilitudo, & identitas ſpecifica Suar. de legib lib. 8. c. 15. & ſeq. V. Monet. de commut. vlt. vol. c. 8. num. 357. & duob. ſeq.

11 Papæ beneplacitum vbi adeſt, ſupplet quoſcumq; defectus, & ſolemnitates aliàs requiſitas Redoan de reb. Ecc. non al. c. 25. rub. 1. De his qui conſentiunt

de regul. to. 7. q. 8. ar. 2. & to. 3. q. 51. ar. 5. & Monet. de commut. ult. vol. c. 8. q. vlt.

22 Priuilegia tolluntur per non vſum ſpatio ſexaginta annorum legitimè præſcripto: Quando igitur Papa confirmat priuilegia, quatenus ſunt in vſu, intelligitur, quod non confirmet illa, quæ per contrarium vſum toto illo ſpatio ſunt ſublata, Roder. vbi ſupra ex Priuilegio Eugenij 4. facto Benedictinis. Nec ſi vnus non vtitur, vtenti præiudicat Pan. vbi ſupra Silu. q. 11. Cord. ad Collect. ver. abſolutio quoad ſeculares primo Nec officit ignorantia, etiam in contrario vſu Roder. vbi ſupra to. 3. q. 9. ar. 4. De hæc materia fusè Monet. q. vlt. cit. Barbos. ad c. Si de terra, de priuil. Quandocumq; tamen caſus non accidit, non cenſetur non vſus, ſiue deſuetudo, l. r. ff. de nundinis etiam ſi per centum, & mille annos lex non ſeruetur. Quare deſuetudo, ſiue nō vſus is accipitur, quo caſus legis accidit, & tamen lex non ſeruatur à tota Communitate, vel maiori parte Azor. p. r. lib. 5. c. 4. q. 7. & ſeq. relato Nau. conſ. 1. de conſtit. q. 6. num. 25. adde, etiam ſi oblata occaſione vtendi non eſt vſus propter impedimentum Azor. lib. 5. cit c. 22. q. 8. Idem de priuilegijs.

23 Priuilegium ſimpliciter conceſſum hominibus alicuius loci, compræhendit Clericos eiuſdem loci, ſi eo vti velint. Barbos. plures referens ad c. Dilecti num. 5. de for. comp.

24 Mulier etiam poſt mortem mariti retinet eandem Dignitatem, honores, nobilitatem, ius; priuilegia, domicilium, & forum, donec in viduitate permanſerit, & caſtè ac honeſtè vixerit, & quouſq, nupta fuerit viro inferioris ordinis. Sic plurimos referens Barbos. ad c. Ex parte B. num. 2. de for. comp.

25 Rei, quæ non eſt, non datur priuilegium c. Ad audientiam 2 de Eccl. nou ædific. & c. Abbate, de re iud. in 6.

26 Priuilegiatus non vtitur ſuo priuilegio contra alium priuilegiatum concurrentibus pariter priuilegijs vtriuſq, Sanch. in ſum. lib. 7. c. 16 num. 34. De quo tamen vide, Barbos. & ab eo citatos ad c. Auditis num. 6. de integr. reſt.

27 Ad euitandam pœnam annullationis gratiæ, ſufficit quod in poteſtate obtinentis non fuerit implere formam datam à Superiore concedente Rota apud Farin. p. r. decis. 567.

28 Gratia impetrata ex falſa cauſa nulla eſt, c. Super litteris de reſcrip. Nau. de præben. conſ. 33. & de cognat. ſpir. conſ. 8. ſiue impetrata ſit ſit à Papa, ſiue ab Ordinario: niſi ſit ad beneficia, de quo ſupra ver. beneficium Sanchez de matr. lib. 8. diſp. 21. num. 4.

29 Habens gratiam motu proprio cæteris paribus præfertur omnibus alijs quamcumq; ſignaturam habentibus, adeò vt reddatur gratia fauorabilis quoad prærogatiuam, & pleniſſimam interpretationem recipiat Gratian. plures referens diſcep. for. c. 981. num. 7.

30 In gratijs quæ conceduntur contra decreta Concil. Trid. non eſt neceſſaria ſpecialis, & expreſſa derogatio, ſed ſufficit generalis, quando apparet de voluntate Papæ, cum in fine eiuſdem Concilij expreſſe diſponatur omnia eius Decreta eſſe facta Salua auctoritate Sed. Ap. Sic ſæpius Rota, vt teſtatur Gratian. vbi ſupra c. 911. num. 15.

31 Viuæ vocis oracula omnia reuocauit Vrbanus VIII. 20. Decemb. 1631.

32 Reſcriptum, vel Priuilegium, aut conſtitutio, an, & quando debeant mentionem facere de iure, contra quod emanar. Et quando reſcriptum ex certa ſcientia non valeat, & ex quibus præſumatur ſcientia Principis, latè Pan. in c. Nonnulli de reſcrip. num. 8. & duob. ſeq.

33 Priuilegium debet aliquid operari vltra ius commune c. In his, de priuil. & c. Si Papa eo in 6. Pan. in c. Abbate num. 8. de verb. ſign. Felin. in c. 1. de reſcrip. à num. 4. Silu. ver. priuilegium q. 3. Dato tamen aliquo effectu, quem operetur, non debet ad alium extendi, in quo non inuenitur eadem ratio. Dec. in c. Ex parte 2 de off. deleg. num. 34. & c. Eum plantare de priuil. num. 34.

34 Nulla

34 Nulla gratia, aut conceſſio fauorabilis expirat morte concedentis Nau de off. de leg. conſil 2. & de redd. Eccl. ſq. 3. mon. 8. num. 1. & in c Placuit de pœnit. d. 6. num. 161. & ſeq. & alij multi relati a Cyned. collect. 1. ad Sextum num. 1. Quare facultas audiendi confeſſiones, ſuſcipiendi ordines, eligendi Confeſſarium, non ceſſat per mortem concedentis. Nau. de Iubil. not 31. num. 26 & in d. c. Placuit num. 34. & 163. Roder de regul. to. 2. q. 47. ar. 8. Suar. de pœnit. diſp. 27. ſect. 4. num. 8. & ſeq. Sanchez de matr. lib. 8. diſp. 28 num. 75. Nec finitur vnico actu, ſed poteſt toties, quoties Nau. in d. c. Placuit. num. 169.

35 Gratia conceſſa auctoritate Papæ durat eo mortuo, vel illo, qui conceſſit Silu. ver. gratia q. 6. in fi. Ang. eo. parag. 2.

36 Papæ beneplacitum ceſſat eius morte; non autem beneplacitum Sed. Apoſtol. c. ſi. gratioſè de reſcrip. in 6. Nauar. de præb. conſ. 31. num. 2. & de Iubil. not. 28. num. 7.

37 Cum dicit quis, Donec aliter ordinauero, durat gratia etiam eo mortuo: ſecus ſi dicat, Donec voluero; quia licèt per mortem deſinat velle: non tamen videtur aliud decernere Nau. de priuil. conſ. 3. Glo. in d. c. Si gratioſe. Et cum in priuilegio dicitur, per nos, ſignificatur perſona, non dignitas, glo. cit. Pan. in c. Literis de reſcrip. num. 6. Secus ſi ſub expreſſo nomine dignitatis c. Quoniam de offic. deleg. Sanchez vbi ſupra diſp. 28. num. 46.

38 Beneficium Principis lariſſimè interpretandum, l. Beneficium ff. de conſt. Princ. c. Cum dilecti de donat. & c. Olim de verb. ſignifi. Niſi alteri præiudicet l. 2. & l. Nec filio, & ſeq ff. de natal. reſt. glo. in Auth. de æqual. docet. coll. 7. Silu. ver. priuilegium, q. 3. Nau. de mai. & obed. cons. 5. num. 12. Vel niſi præiudicet iuri communi, quibus caſibus debet ſtrictè interpretari, vt minus deroget, quam fit poſſibile Silu. vbi ſupra Pan. in d. c. Olim. num. 7. Niſi præiudicet tantum ipſi concedenti, tunc enim latiſſimè interpretandum Pan. in c. Quia circa de priuil. not. 3. Aut niſi in ſpecie impetrauerit ſl. 2. parag. Si quis à Principe ff. Ne quid in loco pub fiat. Priuilegium conceſſum contra conſuetudinem iuri communi derogantem latiſſimè interpretandum c. Cum tibi, & ibi Pan. de verb. ſign. Quòd ſi enormiter lædat ius tertij non valet; niſi fiat mentio de hac enormi læſione Pan. in c. Cum ad hæc de cler. non reſid. Silu. vbi ſupra. Et cum Papa concedit iura vnius Eccleſiæ alteri, debet intelligi, vt non vltra quàm facere poſſit illa Eccleſia, exigatur, ideſt deducto ne egeat Anchar. in c. fi. de decim. not. 9.

39 Gratia non ceſſat ante reuocationis certificationem. Niſi quando Princeps vellet ſtatim non valere Gemin. in c. 1. de conceſſ. præb. in 6. Silneſt. ver. gratia num. 4.

40 Conceſſo aliquo intelliguntur etiã præparatoria, & neceſſaria cap. Præterea de off. del. & ſine quibus non poteſt commodè fieri. Nau. de elect. conſ. 12. num. 3. & in c. Nouit de iudic. not. 3. num. 18. & acceſſoria, & neceſſariò conſequentia Silu. ver. conceſſum num. 2.

41 In conceſſione generali non veniunt ea, quæ quis in ſpecie veriſimiliter non eſſet conceſſurus. c. In generali de reg. iur. in 6 c. fi. de off. Vic. & c. Si Epiſcopus de pœnit. & remiſſ. eo. lib.

42 In gratia de ſui natura præiudiciali, vt ſunt exemptiones, & huiuſmodi, non requiritur ſpecialis derogatio, quia ſublato præiudicio, ceſſaret gratia Rota deciſ. 174 apud. Farin. p. 1.

44 Gratia dicitur perfecta etiam per ſolam ſignaturam Caſſad. decis. 4 de cauſa poſſeſſ. Mandos in reg. 12. q. 5. num. 2. Ricc. decis. 206. num. 2. p. 2 præcipuè quando quis vti vult. gratia abſq; literis expeditis, in foro conſcientiæ Gomez de non iudic. iuxta formam ſuppl. q. 14. & de infir. reſig. q. 18. Molin. de maiore tract. 2. diſp. 549. num. 1.

44 Quãdo taciturnitas veri, aut expreſſio falſi vitiet gratiã, vide ſupra Interpretatio num. 75.

MANL.

MANIFESTVM.

NOTORIVM. OCCVLTVM.

1 MANIFESTVM dicitur id, quod conſtat per confeſſioné, aut legitimam probationem, vel facti euidentiam, aut quod ſaltem probari poteſt, c. Cum olim, de verb. ſign. vbi Pan. num. 2. Sed tale manifeſtum potius dicitur notorium c. fi. de cohab. cler. & mul. Manifeſtum igitur d citur, quod ex ſcientia, & certo auctore procedit, & probari poteſt, glo. c. Veſtra, ver. Notorium eo tit. Manifeſtum, & Euidens ſunt ſynonima, c. 2. de verb. ſig. in 6. V. latius per Pan. vol. 2. Conſil o 2.

2 Manifeſtum in dubio, maximè in pœnalibus, propriè accipiendum, non pro notorio Silu. & Ang. ver. Manifeſtum. Pan. vbi ſupra.

3 Notorium factũ dicitur, quod ita eſt euidens, vt negari nequeat Notorium autem iuris, quod eſt notum in iudicio cõfeſſione ſpontanea, aut clara probatione, avt ſententia c. fi. & c. Cum olim. cit Hoſt. in ſum. de cohabit. cler. & mul. num. 6.

4 Notorium facti, aliud eſt facti permanétis actu; ut cũ quis publicè tenet adulteram in domo. aliud facti tranſeuntis actu, vt cum quis publicè hominem interfecit. aliud facti præſumpti; vt ſi quis publicè habitus eſt pro filio, glo. in Clem. Paſtoralis de ſent. & re iud.

5 Notorium facti requirit maiorem partem loci, ſeu Collegij, vbi ſaltem ſint decem. quare, ſi pauciores ſint, non dicitur Notorium. Silu. ver. Notorium. Cord. in ſum. q. 187. puncto 5. Nau. verò in man. c. 25. num. 73. docet etiam ſex. ſi ſint maior pars, facere notorium. Sed dicendum maiorem partem Collegij facere notorium in Collegio, non verò in Ciuitate. aut parochia. Lex. 5. lib. 2. c. 11. dub. 13. Sanchez de matr. lib. 8 diſp. 34. num. 55. V. Sayr. de cenſur. lib. 2. c. 12. num. 19.

6 Quod fit coram duobus, vel tribus, non dicitur publicè fieri Pan. in c. Si quis de purg. can. num. 2.

7 Occultum dicitur, quod poteſt celari tergiuerſando, licet aliqui ſciant; & quod probari non poteſt. Penè occultum verò, quod difficulter probari poteſt P n. in c. Ex literarum de temp. ord. & in c. Veſtra de cohab. Cler. & mul. Silu. ver. Occultum. Et quod toleratur, etiam ſi ab aliquibus ſciatur. d. c. Veſtra, parag. Cæterum. Et quod non eſt publicum, nec publica laborat infamia Sanchez vbi ſupra Suar. de cenſur. diſp. 41, ſect. 3. num. 6. Sayr. vbi ſupra lib. 4. c. 17. num. 21.

8 Occultum dicitur etiam id, quod eſt penè occultum, & quod non eſt notorium Nau. c. 27. num. 255. Et quod licèt publicè ſciatur, ignoratur tamen qualitas facti. vt in impedimento matrimonij, licet ſciatur u. g. copula, ex qua orta eſt affinitas, ignoratur tamen id eſſe impedimentum Sanchez vbi ſupra num. 56 Nau. vbi ſupra num. 242. & 255. vers. 12. dicens ſic eſſe definitum in ſacra Pœnitentiaria Roder. in ſum. p. 1. c. 166. num. 3. Item cum Reus abſoluitur in foro exteriori, licet falſis teſtibus id obtinuerit Sanchez vbi ſupra num. 57. & lib. 2. diſp. 37. num. 12. Sayr. vbi ſupra num. 23. Quod limitat Suar. num. 6. cit. modò non remaneat in foro exteriori aliqua ſemiplena probatio, quia ex huiuſmodi probatione in iudicio generatur publica fama, ac publica notitia, quæ ſufficit, ne delictum dicatur occultum. Sed hanc limitationem merito reijcit. Sanchez num. 6. cit. per rationes ibi adductas

IVDICIVM

V. Clericus. Confeſſor. Iuram. Matrim. Poteſtas. Reſtitutio. Secretum Tyrannus.

1 PRinceps non recognoſcens Superiorem poteſt eſſe Iudex in cauſa propria, quæ concernit vtilitatem, vel dignitatem officij, & ſtatus. Si verò concernat vtilitatem priuatam, æquius eſt vt eligantur arbitri, aut delegetur cauſa. Alter. citatis Gemin. Franc. Anchar. in c. 1. de pænis, in 6. de cenſur. to. 1. lib. 5. diſp. 12. c. 7. verſ. Sed clarius: Si tamen ſubditus agat contra Dominum, poteſt conuenire coram Papa Pan. in c. Ex Epiſtola de probat. num. 5. De quo vide eundem in c. Cum veniſſent, & c. Nouit, de iudic & in vtroq; loco annot. in contrarium. Inferior verò Superiorem recognoſcens non poteſt, niſi in notorijs non requirentibus cauſæ cognitionem, & concernentibus Eccleſiam, aut dignitatem ſecundum eoſdem. V. c. 1. de maled. & ibi Pan.

2 An iuramentum liget, ad ſolum ſuperiorem Eccleſiaſticum ſpectat iudicare c. Cum laicus de lit. cont. Pan. in c. Venerabilem de elect num. 13 & 24. & in c. licet de vot. Nau. rubr. de iudic. num. 12. & in c. Nouit eo. not. 6. num. 11. & coroll. 12. Ias. vol. 4. cons. 113. num. 3. Cyned. ad Decretal. collect. 30. num. 2. Iul. Cler. pract. crim. q. 33. vers. quarto igitur. Silu. Iudex 1. q. 6. licet Couar 4. var. res c 3. dicat poſſe etiam Iudicem ſæcularem inter ſæculares iudicare tam de iure, quam de facto: eſt enim contra communem V. ver. Vſura num. 52. Item cum laicus conuenitur coram laico ob iuramentum, quando non vertitur in dubium an iuramentum obliget Sanchez in ſum. lib, 3. c. 13. num. 13. Quæ ſint cauſæ mere Eccleſiaſticæ quæ merè ſeculares, & quæ mixti fori, Azor. p. 2. lib. 3. c. 54. & p. 3. lib. 13. vers. Secundo notandum.

3 Cauſæ matrimoniales ſunt fori eccleſiaſtici Trid. ſeſſ. 24. can. 12. c. 1. & ibi Glo. ver. occaſione Qui fil. ſint legit: & c. Tuam de ord. cognit. & ad ſolos Epiſcopos pertinet c. Multorum 31. q. 6. & c. Accedentibus de exceſſ. Præl. Intellige vbi quæſtio eſt de iure. Quando enim eſt quæſtio facti, eſt mixti fori, & datur locus præuentioni: quare poteſt tunc Iudex ſæcularis iudicare, & punire ſic contrahentes Sanchez de matr. lib. 3. diſp. vlt. Molin. de iuſt. trac. 2. diſp. 176. verſ. Tertio cauſæ matrimoniales. Salon. de dominio q. 4. ar. 5. vers. An filij illegitimi V. Afflic. decis. 138. cum ibi not.

4 Iudex delicti poteſt priuare beneficio, quod reus alibi habet: ſed Iudex loci, vbi eſt beneficium, exequitur, c. Poſtulaſti de for. comp. vbi Felin. num. 8. Pan. vol. 1. cons. 103. num. 2. & cons. 108. num. 3.

5 Iudex Eccleſiaſticus poteſt ſibi retinere pœnam pecuniariam à ſe impoſitam. Couar. 2. var. res. c. 9. num. 9. Silu. ver. pœna q. 26 Sbroz. de Vic. Ep. lib. 2. q. 160. Piaſecc. prax. Ep. p. 2. c. 4. num. 20. dicens tamen cautius facturum, ſi in pios vſus eroget. Ricc. prax. Ep. reſol. 479. Dicendum tamen pijs locis eſſe applicandas ſtatim ac exactæ fuerint, vt præcipit Trid. ſeſſ. 25. c. 3. de refor. Et de pœna impoſita inſordeſcenti in cenſuris, idem docet Alter. to. 1. lib. 2. diſp. 8. c. 9. vers, poſſunt eam. Si Epiſcopus eſſet admodum pauper, eas ſibi ſumere poſſet Cong. Concil. Barbos. ad c. Irrefragabili num. 15. de off. ord. Poteſt etiam ex cauſa moderari pœnas Eccleſiaſticas in ipſa ſententia Silu. vbi ſupra q. 8.

6 Poteſt Iudex pœnam imponere, quando non eſt impoſita à iure Silu. vbi ſupra, & ver. Iudex 1. q. 11. verſ. 2. Quiſq; Iudex etiam ſupremus allegari poteſt ſuſpectus, vt de Card. legato a latere docet Rolandus conſil. 19. num. 17. lib. 3. Immo, & totum collegium, vt per ſcribentes in c. 1. de iudic. & vt de com. teſtatur Rota. vbi ſupra num. 12. & ſeqq. Et ſecundum ius com. Iudex ſuſpectus allegatus, in cauſa, & cauſis, in quibus ſuſpectus allegatur, ſe

tur, ſe

tur, ſe amplius ingerere, nec poteſt, nec debet, & per ipſum geſta de iure ciuili, & canonico abſq; aliqua appellatione, ſeu probatione, ſunt nulla ipſo iure. Sufficit autem ad Iudicem ſuſpectum allegandum quælibet cauſa etiam ſleuis Dec. in c. Poſtremo num. 12. & in c. ſpeciali num. 22. de appellat. Rota diuerſ. p. 2. decis 2. num. 13. cum alijs relatis per Farinac. cons. crim. 95. Intellige tamen ſi cauſa ſit iuſta, legitima, & rationabilis Barbos. ad cit. c. Poſtremo num. 8. & 11. Fratres tamen regulares recuſari non poſſunt, quando per hoc impediretur eorum correctio; niſi credantur exceſſuri ob paſſionem. Idem num. 16. Et cum appellatio conceditur, hunc ordinem ſeruandum eſſe ſtatuit Sacra Cong. A Guardiano ad Prouincialem, à Prouinciali ad Generalē, à Generali ad Protectorem, à Protectore a Sacram Cong. Hunc referunt Sayr. clau. reg. lib. 12. c. 17. Rodrig. de regul. to. 1. q. 29. præcipuè ar. 2. Poteſt autem recuſari Iudex, ſi fuit Aduocatus in eadem cauſa contra recuſantem: aut ſi ſit conſanguineus partis aduerſæ d. c. Poſtremo Conſanguinitas verò non extenditur vltra quartum gradum, glo. ibi, ver. conſanguineus, licèt honeſtius dicat quod vſq, ad Septimum gradum, quia prima affectio remanet. Poteſt etiam recuſari, ſi eſt Dominus aduerſarij cap. Cauſam quæ, de off. Deleg. aut ſi eſt eius ſuffraganeus c. Accedens 1. Vt lit. non conteſt. aut ſi eſt eius Vaſſallus glo. in d. c. cauſam, ver. Dominus. Item ſi eſt inimicus, c. Secundò requiris in fi. de apppell. ſi tamen inimicitia nō ſit læuiſſima Baldus, ibidem num. 4. Aut ſi ſit eius comenſalis Inſinuante de off. deleg. V. Marian. Socin. in d. c. Accedens num. 3. Vide d. c. Secundo requiris, & c. Vt debitus honor. de appell. & c. Ab arbitris de off. deleg. in 6.

7 In crimine merè laico poteſt Eccleſiaſticus Iudex procedere etiam ad effectum puniendi, quando Iudex laicus eſt negligens Silu. Iudex 1. q. 3. Nau. in c. Nouit de iudic. not. 6. num. 2. Poteſt enim eccleſiaſticus Iudex ſupplere negligentiam Iudicis ſæcularis, c. licet ex ſuſcepto, & c. Ex tenore de for. comp. non è contra; quia eccleſia habet iuriſdictionem in temporalibus ſaltem in habitu, quam non habet ſæcularis in Clericos Pan. in d. c. Nouit num. 11. & ſeq. & in c. Qualiter eo num. 7. V. eundem in d. c. Licet num. 9. Niſi eccleſiaſticus ſit negligens in his, quæ ad fidem pertinent Gabr. in can. miſſæ lect. 75. V. Alter. de cenſur. to. 1. lib. 5. diſp. 15. cap. 3. Duard. in c. 14. Bullæ coen. q. 8.

8 Non valet Iudicis ſæcularis ſententia data in Eccleſia c. Docet parag Ordinari j de imm. Eccl. in d. Pau in c. Qua fronte de appell. num. 2. & 13.

9 Non poteſt Iudex mutare ſententiam diffinitiuam niſi ſit nulla, aut annullāda propter errorem facti, aut ratione publicæ vtilitatis. Princeps tamen poteſt ſemper Silu. ver. ſententia q 4. vers. 5. Ang. eo. parag 1.

10 Peccat mortaliter non viſitando carceres, nec curando prouidere pauperibus Nau. c. 25. num. 24.

11 Si vſuras repetenti non cogit reſtituere, de ſuo tenetur Nau c. 17. num. 257. Ang. reſtitutio 1. verſ. Vſurarius num. 9. & Vſura 1. parag. 14.

12 Iudex poteſt aliquid accipere pro ſigillo, ſi eſt conſuetudo Nau. c. 25. nu. 25. & munera ſponte oblata animo diſponendi ad iuſtitiam faciendam Io. Med. de reſt. q. 27. dub. 4. Nau. de dat. & prom. not. 21 num. 26. Corol. lib. 2 qq. q. 32. Sayr. cla. reg. lib. 10. trac. 5 c. 3 dub. 2. Et pro eo, ad quod non tenetur ex iuſtitia, ſed eſt in eius poteſtate facere, aut non facere Arag 2. 2. q. 62. ar. 1. vers. tertio eſt aduertendum

13 Iudex inferior non poteſt abſoluere à pœna legis, niſi exigatur pro bono priuato, & pars conſentiat c. Tho. 2. 2. q. 67 ar. 4 Silu. Iudex 1. q. 12. Nec tunc debet cum damno reipublicæ Cai. in ſum. ver. Iudicis peccata Nau. c. 25. num 13 Tolet. lib. 5. c. 56. Princeps autem iure poteſt parte non conſentiente ob bonum commune Silu. vbi ſupra Ban. 2. 2. q 67. ar. 4. alioqui peccat mort. remittens ſine cauſa rationabili, quia nocet Reip. Sot. de iuſt. lib. 5. q. 4. ar. vlt. in fi. Salon. art. 4. cit.

14 Iudex alijq; miniſtri plus accipientes pro munere ſuo exequendo, quam ſit ſtipendium à lege taxatum peccant

Zz mort.

mort. & tenetur reſtituere danti· Quæ verò liberè, ac liberaliter dantur, licet ſit contra leges prohibentes huiuſmodi donationes: peccant quidem mort. accipientes ſed retineris poſſunt. Molin. de iuſt. tract. 2. diſp. 88. In hoc tamen poſtremo diſſentit Salon. 2. 2. q 71. ar. 4.

15 Iudex non condenmans in expenſis parte inſtãte tenetur ei. Silu. vbi ſup. q. 12 Arag. eo parag. ſi. Guid. Pap. decis. 36. Niſi reus iuſta cauſa litigaſſet· Pan in c. Finem de dol. & cont. num. 22.

16 Iudex, qui eſt in peccato mort· graui, ſed occulto non pecat mort: condemnando reum: ſecus ſi in peccato publico, propter ſcandalum. S. Tho. 2. 2. q. 60. ar. 2. ad 3. Sot. de iuſt. lib. 3. q. 4. ar. 2.

17 Clerico reſpondere non licet coram Iudice ſæculari Silu. Clericus 3. q. 10. niſi in quibuſdã caſibus quos refert Graff. decis p. 1. lib. 4. c. 18. num. 128. Eius tamen dictum, ſi reſpondeat, facit iudicium, licet coactus, & ſine Superioris licentia teſtificetur Azor. p. 3. lib· 13 c. 26. q. 1. Pan. in c. Cum nuntius, de teſtib. num. 3: In criminalibus autem non facit iudicium Farin. prac. crim. q. 61. num. 61. vbi alios refert.

18 In cauſis Viduarum, & miſerabilium perſonarum non poteſt Iudex Eccleſiaſticus ſe intromittere, niſi in defectum Iudicis ſæcularis c. Ex tenore ſor. comp. Poteſt verò vbi agitur de iniuria, & violentia eis illata, glo in d. c. Ex tenore, ver. iniuſtitia, & c. Si quis de potentibus 24· q. 3. Et vbi agitur poſſeſſorio, c. Ex parte de for. comp, V· infra num. 139.

19 In lite longa, & intricata poteſt Iudex partes cogere ad compoſitionem, Silu. Iudex 1. q. 7. vers. 3. Pan in Rubr. de treug. & pace num. 2. & in fi. de mai. & obed. nu. 2. Angel ver· Iudex parag. 4.

20 Etiam Iudex Eccleſiaſticus poteſt recipere oblata eſculenta modica Silu. vbi ſupra q. 8. vers. 3. Ang. paràg· 8. Molin. de iuſt. tract. 2. diſp. 84. per c. Statutum parag. Inſuper. de reſcrip. in 6·

21 Iudex debet ſecundum allegata & probata iudicare, licèt ſciat reum innocentẽ S. Tho. 2. 2. q. 62. ar. 2. & ibi Cai· Arag. Ban. & alij Iul. Clar. prac. cim. q. 8. verſ· vlt. & q 67· Scias autem Couàr. 1. var. reſ. c. 1. Nec tenetur iudiciũ relinquere, aut remittere ad Superiorem. glo. in c. 1. de off. Ord. ver ſecundum quod canones. Sot. de iuſt. lib. 5. c. 4. ar. 2. licèt Roder· in ſum· in ord. iudic. c. 12. num. 9. dicat. teneri iudicium relinquere ſub mortali. & Pan. in c. Paſtoralis parag. quia verò de off. deleg & Ang. ver. iudicare num. 7. velit numquam licere condemnare, quem Iudex ſcit innocentẽ Si delegatus remiſit cauſam ad ſuperiorẽ deſinit eſſe Iudex illius c. licet de off. lega. Sanch. de matrim. lib. 8. diſp. 14. num. 8. Opinio. S. Tho· ſeruanda eſt etiã in ciuilibus Sot. vbi ſupra; Poteſt tamen Iudex conſcius innocentiæ rei occultam illi fugiendi copiam facere Sot. ibidem concl. 2. Sanchez de matr. lib. 7. diſp. 37. num. 1. Santarel. var. reſol. p. 1 q. 48. num. 22. cũ alijs ibi cit.

22 Iudex alibi notoriè excõmunicatus. denuntiatus, validè iudicat vbi id eſt occultum· de quo infra ver· excõmunicatio nu· 36

23 Clericus compræhẽſus à Iudice laico antequam reſtituatur, poteſt cognoſci an ſit Clericus, cognitio tamen ſpectat ad Eccleſiaſticum, cum ſit ſpiritualis, vocato ſæculari, aut alio, cuius intereſt: niſi in Clericalibus inuentus ſit, aut manifeſtè conſtet eſſe Clericum: aut ſi communiter pro Clerico habebatur; tunc enim Eccleſiaſtico reſtituendus eſt ante cognitionem de clericatu c. Si Iudex de ſent. exc. in 6. Nau. c. 27. num 24. V. Capell Tholos. q. 52. & Alter de cenſur to. 1 lib. 5. diſp· 16· verſ. Non eſt tamen prætereundum. Gratian. diſcep. for. to. c. 192. Couar. prac. qq. c. 33. Farin. prac crim. q· 8. num. 17.

24 Factus Clericus poſt delictum in fraudem puniri poteſt à Sæculari Iudice. Silu· iudex 1. q· 2. ver 6. Sayr. cla. reg. lib. 12. c. 7. num. 9. Et è contra, ſi tempore delicti erat Clericus, licet efficiatur laicus, ab Eccleſiaſtico Iudice cognoſci. Sayr. ibidem Ricc. p. 1. decis. 115. quod Pan. vol. 1. cons. 85. & ſeq. intelligit quando præuentus erat ab illo Iudice, & pendẽte lite mutauit forum, & dicit eſſe communem.

V. Anchar. in c. vn de oblig. ad ratioc & in Clem. 1. de cenſib. num. 5. & in c. Ea quæ de reg. iur. in 6. Is enim citato Io: And. docet huiuſmodi Clericum non poſſe perſonaliter diſtingui; niſi ordinatus ſit exiſtens in carceribus laici Iudicis: ſecus quoad proceſſum, & inſtantiam finiendam, & realiter exequendam. Et idem dicit de clerico obligato ex contractu V. Capell. Tholos. decis. 143. & 149. Couar. prac. qq c. 31 num. 4. Duard. in Bull. Cœn. can. 15. q. 11. vbi plenè. &c.

25 Iudex Eccleſiaſticus non poteſt ſibi aſſumere laicum in aſſeſſorem, vbi eius conſiliũ ſequendum eſſet ex neceſſitate, vt quia Iudex illud requirit ob imperitiam; aut cum in reſcripto id mandatur: aut cum Aſſeſſor aſſumitur loco Arbitrorum iuris (Hi ſunt qui eliguntur à partibus ex recuſatione Iudicis ordinarij, vel delegati, qui in executione iuſtitiæ debent ſeruare formam iuris, & ab eis appellatur) vbi Iudex tamquam ſuſpectus habetur c. 2. de iudic: c. Cũ olim de arbitr. Bulla Leonis X. in Concil. Later. ſeſſ. 10. cum alijs adductis per Monet. de commut. vlt. volunt. c. 8. num. 160. Iudex, qui iudicauit ita in prima inſtantia dicitur ſuſpectus in cauſa appellationis: nec poteſt eſſe aduocatus in ſecunda inſtantia Gratian. diſcep. forens c. 4. num 1.

26 An vi conſuetudinis poſſint laici cognoſcere cauſas Clericorum Vide Azor: p. 1. lib. 5. c. 12. vbi fusè de immun. cler. &c. Barbos c. Eccleſia S. M. de conſtit.

DE MODO PROCEDENDI

27 Poteſt Iudex contra aliquem procedere, vel per viã accuſationis, vel denunciationis, vel inquiſitionis Sayr. cla. reg. lib. 12. c. 10. num. 1. Accuſatio eſt delatio criminis, cum actione, qua Iudex petitur, & compellitur reum punire. Denunciatio iudicialis eſt mera criminis manifeſtatio ſine aliqua actione, qua crimen Prælato denuntiatur, vt ipſe ex officio faciat, quod ſecundum ius ſibi videtur. Inquiſitio eſt inueſtigatio criminis, vel occulti peccatoris.

28 Poſſe lex cauſa Papam, vel Imperatorem ſecundum conſcientiam in aliquibus caſibus iudicare omiſſo iuris ordine docent Felin. in c. Paſtoralis parag. Quia verò de off. deleg num. 23. & in c. In cauſis de re iud. num 2. Tolet. lib. 5. c. 56. Sed contrarium verius docent Cai. in ſum. ver. homicidium. Sot. lib. 4. q. 1. art. 3. ad 1. & q. 4. ar. 3. S. Ant. p. 3. tit. 9 c. 15. parag. 3. Silu. Iudex 1. q. 5. verſ. 2 Nau. c. 25. num. 9. & ſeq. Arag. 2. 2. q. 67. ar. 2. dub. 1. concl. 2. Coua. 1. var. res. c. 1. num. 7. Sayr cla. reg. lib. 12. c. 8. num. 2. 2. quando crimen eſt omnino ſecretum, vel improbabile.

28 Papa, vel Imperator, & ſupremus Iudex poſſunt ex cauſa facere, vt procedatur in aliquibus ſine accuſatione, vel æquivalente Couar. vbi ſup. S. Ant. loco cit. parag. 1. Item. in crimine hæreſis, vel læſæ maieſtatis & ad imped ẽda mala futura Na. rubr. de iudic num. 9. Sayr. vbi ſup. nu. 10. Non tamen ſine ſufficientibus teſtibus, loco defenſionis dato, citando, & audiendo partem: hæc enim, cum ſint de Iure naturali, & diuino prætermitti nõn poſſunt, Cai. Sot. S. Ant. Silu. vbi ſup. P. Nau. de reſt. lib. 2. c. num. 181.

30. Non poteſt quis hic puniri pro delicto alibi commiſſo Silu. ver. pœna q. 22. & com. vt teſtatur Gram. decis. 26. num. 20. Intellige ſi non eſt ſubditus. Couar. prac. qq c. 11. num. 6. Ang. ver. pœna parag. 14 Pan. in c. Licet. de for. comp. Clem. paſtoralis de re iud. Vel niſi aliud habeat conſuetu to Iul. Clar. prac. crim. q. 39. verſ. Sed quæro, vbi multos pro vtraq parte citat.

31 Rem pernicioſam Reip. ſi non potes aliter impedire, teneris accuſare, aut denunciare Nau. in man. c. 25. num. 33 Silu. ver. accuſatio p. 2. intellige ſi poſſis probare S. Thom. 2. 2. q. 68. ar. 1. Nau. de off. ord. conſ. 11. num. 4. Amplia etiam ſi ſi Clericus proteſtando tamen ſe non intendere pœnam ſanguinis. quod licet etia in alijs criminibus c. 2. de homic. in 6. Cc uat. in Clem. Si furioſus, de homic. p. 2

parag. 1. Nau c. 27. num. 213. Caiet. 2. 2. q. 33. ar. 7. Arag. q. 68. ar. 1. in fi,

32 Accuſandi ius habens, non tenetur prius fraternè corripere, Arag. vbi ſupra Sot. de teg. ſecr. memb. 2. q. 5. concl. 4. Intellige in criminalibus contra bonum publicum, quando per ſecretam correptionẽ facile occurri non poteſt. Nam in crimine contra ipſum accuſantem præmittenda correptio Arag, loco cit.

33 Accuſator ſi expedit bono publico reũ puniri, non debet cauſa deſiſtere Arag. vbi ſupra ar. 3. dub. vlt. Tolet. lib. 5. dub. 57.

34 Qui non ſit legimus accuſator, V. Anchar. in c. 1. de accuſ. num. 3. & ibi glo.

35 Denunciationem iudicialem, ſiue publica ſit, quæ videlicet fit coram Iudice in publico ob publicam delinquentis pœnitentiam: ſiue priuata, quæ coram iudice ob priuatam vtilitatem fit, non neceſſario præcedere debet admonitio Sayr. cla. reg. lib. 12. c. 10. dub cum ibi cit.

36 Hæreticum, etiam ſi Pater tuus ſit, ſi aliter emendari non poteſt, teneris denunciare, & teſtificari, ſi alij deſint, qui teſtificetur Caſtr. de iuſt. hæret. pun. lib. 2. c. 26. Nau in man, c. 25. num. 50. & in c, Inter verba concl. 6. à num. 420. Salon. 2. 2. q. 70. ar. 1. contr. 2. concl. 3. Azor. p. 2. lib. 2. c. 3. q. 13. Pegna ad Director. commen. 25.

37 Iuſſus iudicialiter denunciare, intelligitur ſi poſſit probare S. Tho. 2. 2. q. 68. ar. 1. Arag. q. 70. ar. 1. Nau de off. ord. conſ. 11. num. 4. & de hæret. conſ. 11. num. 3. Non eſt autem opus, vt habeat denunciator duos teſtes, vt dicatur poſſe probare, quando agitur ſolum ad emẽdationem: tunc enim ſufficit ſi vnum habeat, cum eo caſu ipſe denunciator ſit etiam teſtis Nau c. Inter verba concl. 6. num. 381. Id tamen non videtur admittendum, niſi cum ipſa principalis perſona probat præmiſiſſe correctionem fraternam, c. In omni negotio de teſt. iuncta glo. Eſt enim eo caſu denunciatio Euangelica, ad quam neceſſario præ requiritur ſecreta admonitio, vt docet S. Th. 2. 2 q. 33. art. 7. & com.

38 In delictis, quæ ſunt in proprium damnum, & in cauſa propria non obligatur quis per edictum denunciare. poteſt enim iuxta Euangelicum conſilium proprias iniurias condonare Salon. 2. 2. 68. ar 1. in fi.

39 Poteſt ſine infamia, aut denunciatione procedi, inquirendo in genere, an fiant adulteria, homicidia, &c. & contra ſic cognita procedi; ſic enim ſolere docent Pan. in c. 1. de off. ord. num. 16. Nau. de vſur. conſ. 20. num. 7. Salon. 2. 9. q. 69. ar 2 contr. 5 Non tamen iudicialiter. Sot. de teg. ſecr. memb. 2 q. 6 concl. 3 vers. quintus caſus. Item in caſu magni ſcandali, vel periculi Silu. inquiſit o 1 q. 9. & ad euitandum damnum; & in crimine publico, vel atroci, aut nocenti tertio. Sot. vbi ſupra.

40 Sufficit crimen eſſe notorium, vt quæri poſſit quis fecerit: non tamen ſi quæratur de certa perſona in particulari non infamata, nec inditiata; niſi neceſſe ſit ad bonum publicum, aut ad tollendum ſcandalum Salon. vbi ſupra Sot. concl. 3. cit. & de iuſt. lib. 5. q. 6. ar. 2. Arag. 2 2. q. 69. ar. 1. & 2 Si tamen Iudex caſu incideret in ipſummet delinquentem, non tenetur hic ſe manifeſtare, ſiue agatur inquiſitione generali, ſiue ſpeciali Sot. de teg ſecr. memb. 2 c. 7. Nau. c. Inter verba concl. 7. perfecta num 333. alias 731.

41 Infamia nata poſt capturam non ſufficit ad inquirendum Nau. rubr. de iudic. num 91 in fi. Nec etiam quæ ante, niſi ſit à perſonis honeſtis Idem in c. Inter verba concl. 6. perfecta num. 293 aliàs 651

42 Fama ex certo autore, & ſuſpicione nihil probat Hoſt. in ſum. de cohab. cler. & mul. num. 5. Non orta à vilibus, & æmulis, glo. in c. Cum dilecti de purg. can. ver. apud bonos. Silu. inquiſitio 1 q. 8

43 Quanta infamia ſufficiat ad inquirendum, relinquitur arbitrio Iudicis Nau. vbi ſupra num. 8

44 Teſtis deponens de fama non probat, niſi dicat ſe audiuiſſe à maiori parte hominũ talis loci. Nec ſufficit dicere, quod eſt publica vox, aut quod audiuit publicè

dici

dici; cum eſſe poſſit quod vnus publicè dixerit Caſſad. de probat. decis. 3. fama propriè eſt quando tota Ciuitas, aut vicinia, aut maior pars reclamat. Rumor quando aliqua pars, puta tertia, vel quarta Pan. in c. Super eo, de eo, qui cogn: conſ. vxor. V. eundem in c. Veſtra de cohab. cler: & mul. & Capell. & Tholos. decis. 180 cũ ibi not.

45 Inquirens principaliter de vno, ſi incidenter aliud congnoſcat, poteſt contra id procedere Sot. de iuſt. lib. 5. q. 6. ar. 2. Nau. rubr. de iudic. à num. 86. Quando tamen illud contingens eſt cauſa principalis, vt ſi reperiatur concubinatus cum moniali c. 1. de except. & ibi glo. ver. contingere, & in c. 2. de confeſſis, ver. confeſſu: Sot. de reg. ſecr. memb. 2. q. 6. concl. 6. Salon. 2. 2. e. 69. ar. 2. contr. 7. ſed hanc limitationem reijcit Nau. loco cit. num. 96. Communis opinio eſt poſſe procedi, ſed non in eadem tela iudicij Pan. in d. c. 2. de confeſſ.

46 Cum requiritur infamia, non teneris prodere, etiam ſimiplenè probatũ Nau. de accuſ. conſ. 4. num. 3. & conſ. 5. num. 1. & in man. c. 18. num. 38. requiritur autem cum proceditur via inquiſitionis ibidem.

47 Cartula peccatorum reperta penes delinquentem non facit iudicium contra ipſum ad pœnam, cum ſcripta fuerit in ordine ad confeſſionem ſacramẽtalem Ricc. pluribus cit. p. 1. decis. 172.

48 Sacerdos quocumq; modo reuelans audita in confeſſione non facit iudicium: nec aliud operatur in foro fori. com. vt pluribus relatis teſtatur Pegna ad Direct. Inquis p. 2. coment. 25.

49 Infamatus de vno crimine, interrogari non poteſt de alijs de quibus non eſt infamatus; niſi ſint ita coniuncta priori, vt efficiant iuſtam ſui ſuſpicionem, vel ſint circunſtantia prioris Sot. de iuſt. lib. 5. q. 6. ar. 2. & de reg. ſecr. memb. 2. q. 6. Cai. 2. 2. q. 69. ar. 2. & ibi Salon. contr. 8. Ang. ver. inquiſitio parag. 11. quicquid in contrarium dicat Silu. inquiſitio 1. q. 3. verſ. 4.

50 Confeſſo proprium crimen in iudicio, cum ſit infamis, non eſt credendum contra ſocium c. 1. de confeſs. c. veniens 1. de teſtib. Nau de accuſ. conſ. 3. fallit in crimine ſimoniæ, quando eſt ſocius criminis, & muneris, & agitur ciuiliter, c. 1. de teſtib. in 6. & in crimine Læſæ maieſtatis d. c. 1. de confeſſ. Nec eius dictũ facit indicium ad formandam, & tranſmittendam inquiſitionem, niſi in caſibus exceptis; aut vbi ſocius criminis ita confeſſus, eſſet periurus. c. Teſtimonium de teſtis Iul. Clar. prac. crim. q. 25. ſufficit tamen ad inquirendum, vbi non ſit periurus, ibidem verſ. Scias tamen V. Pan. in d. c. 1. de confeſſ.

DE TESTE.

51 NON tenetur quis teſtificari in occultis S. Tho. 2. 2. q. 70. ar. 1. Et cum ſit inquiſitio generalis de criminibus debet quis indicare notorium, & quorum eſt infamia, non autem occulta: niſi ſint contra bonum commune, aut in damnum proximi, quad aliter impediri non poſſit. Et in crimine Reipublicæ pernicioſo poſſunt teſtes ſine infamia, & indicijs interrogari Sot. de reg. ſecr. memb. 2. q. 6. Non autem reus Idem q. 7. Salon 2. 2. q. 69. ar. 2. cont. 5. & 6. Idem cum per Inquiſitionem generalẽ proceditur. ibidem & com. Si ſcis quis occiderit iacentem in platea, docet Arag. q. 69. cit. ar. 1. & 2. teneri prodere Iudici cum iuramento interroganti, licet infamia, aut indicia ſufficientia non præceſſerint. Sed id meritò non approbat Salon. loco cit. cont. 7.

52 Secretum tibi commiſſum, quod aliàs neſciebas, non debes prodere Iudici niſi vergat in damnum alterius, quod aliter vitari nequeat, tunc enim prodendum Sot. de iuſt. lib. 5. q. 7. ar. 1. in fi. Nau. c. 18 num. 60. Etiam ſi iuraſſes te celaturum. Idem Nau. num. 54. & c. 26. num. 41 Silu. ver. ſecretum & ver. Teſtis. q 8. vers. 2. S. Ant. p. 2. tit. 1. c. 22. parag. 5. Pan. in c. Sacerdos de off. ord.

ord. num. 7. Niſi maius ſit damnum huius, quam illius ſi reueles. Ban. 2. 2. q. 70. art. 7. Alij tamen, vt B Med. in ſum. lib. 1. parag. 36. c. 14. reg. 1. docent omnino reuelandum Iudici iuridicè interroganti; niſi commiſſum fuiſſet petendo conſilium, aut remedium: Niſi fortè, vt docent Ban. vbi ſupra, & Nau. c. 25. num. 41. & 46. ad euitandũ notabile damnũ Reipublicæ V. infra ver. Excommunicatio nu. 59. & Sanchez de matr. lib. 3. diſp. 13. Azor. p. 3. lib. 13. c. 18. dub. 2. Vbi quod non tenetur reuelare huiuſmodi ſecretum, cum damnum non pendet in futurum, & Iudex inquirit tantum ad punitionem: Secus ſi pendet in futurum, & directè tendit contra bonum commune vel contra vitam innocentis, vt crimen hæreſis, patriæ proditio, crimen latronum, & piratarum. Idem docet Sayr. cla. reg. lib. 11. c. 20. num. 14. V. Leſſ. de iuſt. lib. 2. c. 30. dub. 6.

53 Qui eſt de familia non tenetur reuelare Domini delictum procedenti criminaliter: Secus ſi ciuiliter, & ex eo ſibi damnum non imminet Silu. ver familia q. 7. & ver teſtis q. 1. verſ. 9. Ang. ver. familia parag. 7. In crimine tamen hæreſis, & læſæ maieſtatis. prodendus eſt Dominus Ban. vbi ſupra.

54 Non tenetur reſpondere teſtis, aut Reus, niſi ſciant ſe teneri Sot. lib. 5. q. 6. ar. 1. med. Arag. 2. 2. q. 69. ar. 2. & q. 70. ar. 1. In dubio autem ſecundum Silu. ver. Inquiſitio num. 7. præſumendum eſt pro Iudice, & dicenda veritas. Verius tamen docent alij reo potius fauendum, per c. Cum ſunt partium de reg. iur. in 6 Sot. de reg. ſecr. memb. 2. q. 7. concl. 3. Nau. c. Inter verba concl. 6. perfecta num. 101. Roder. de regul. to. 2. q. 19. ar. 5. Niſi crimen ſit imminens, & in damnum publicum, tunc enim tenetur reſpondere cum legitimè interrogetur Salon. 2. 2. q. 70. ar. 1. contr. 2. & ibi Arag. ante ſol. arg. Secus ſi præteritum; aut ſi reus vult abſtinere Salon. ibidem

55 Non tenetur teſtis ad teſtificandum, ſi probabiliter timet damnum aliquod notabile vel in vita, vel in fama, uel in bonis temporalibus ſuis, vel ſuorum. Quare poterit eo caſu veritatem occultare verbis ambiguis: quòd ſi occultet per mendacium, erit peccatum mortale Azor. p. 3. lib. 13. c. 27. dub. 6. Sot. concl. 3. cit. & de iuſt. lib. 5. q. 6. ar. 2. Nau. c. 25. num. 50.

56 Vbi alij ſunt, qui teſtificari poſſunt; in criminalibus cogi non poſſunt ad teſtificandum rei aſcendentes, aut deſcendentes, aut coniux, ſocer, gener, vitricus, priuignus, cognatus intra quartum gradum, libertus, aut patronus Nau. vbi ſupra num. 47. & ſeq. Silu. ver. teſtis q. 1. vers. 8. Et de Patre, quod non teneatur contra filium, & è contra, etiam in crimine læſæ maieſtatis docet Dec. in c. 1. de probat. num. 7. in fi. In ciuilibus, quando ob defectum aliorum teſtium res aliter ſciri non poteſt, cogi poſſunt ſupradicti Ang. ver. denunciatio parag. 13. latè Nau. c. Inter verba concl. 6. à num. 410. V. infra ver. Excõmunicatio c. 1. circa fi. Lazar. prac. qq. ſect. 3. q. 11. Annot. ad decis. 3. 4. & 413. Capell. Tholos. An teſtes in criminalibus cogi poſſint, Vide glo. in c. Dilectorum de teſtib. cog.

57 Tenetur quis teſtificari etiam non requiſitus ad liberandum innocentem à morte, damno, vel infamia S. Tho. 2. 2. q. 70. ar. 1. & ibi Ban. & Arag. Silu. ver. teſtis q. 8. Sot. de iuſt. lib. 5. q. 7. ar. 1 concl. 3. Nau. c. 15. num. 17. & c. 18. num. 32. Niſi ſciat in confeſſione Com. Regulariter autem Teſtis vltro ſe offerens præſumitur inimicus, & repellitur. Secus ſi ad mandatum Iudicis. Felin. in c. meminimus de actus Miranda in ord iudic. q. 17. ar. 3. concl. 9. in fi. Farinac. de teſtib. q. 80. nu. 1.

58 Cogi poteſt frater contra fratrem in ciuilibus verò, vbi agitur de magno crimine, & veritas aliter haberi non poteſt, Glo. in c. Statutum 2. q. 6. & in c. Quiſquis metu 11. q. 3. l. Si quando inuitos C. de teſtib. Hoſt. in ſum de teſt. cog. parag. Iul. Clar. prac. crim. q. 25.

59 Clericus, licet regulariter cogi non poſſit: quando tamen veritas aliter haberi non poteſt, cogendus eſt c. Quamquam

14. q. 2.

Digitized by Google

14. q. 2. Non tamen in criminalibus Clar. vbi ſupra q. 24. verſ. Scias tamen.

60 Clericus teſtificari poteſt pro ſua Eccleſia, modò cauſam Eccleſiæ non procuret c. ſuper prudentia 14. q. 6. c. Inſuper, & c. Cum nuntius, de teſtib. Regulariter autem domeſtici non admittuntur in teſtes pro domino, niſi ad probandam conſanguinitatem c. 1. 35. q. 6. V. Glo in d. c. Inſuper. Regulares, & qui ſunt de aliquo collegio ſunt teſtes idonei pro monaſterio, & collegio, c. Tuis de teſtib. & c. Et ſi Chriſtus, de iureiur. Latè Ricc. prax. Ep. p. 2. decis. 296. quia damnum, aut lucrum non pertinet ad eos proprio nomine; & ſic non poteſt dici cauſa ſingulorum. id tamen procedit in defectum aliorum teſtium c. Et ſi Chriſtus in fi. Pan. in d c. Inſuper num. 2. Anchar. num. 3. & Felin. afferens multas fallentias, & in c. Tertio loco de probat. num. 3. Vrſill. ad Afflic decis. 400. glo. in c. In litteris, ver. de familia, de teſtib. Familiares dicuntur conſanguinei, colonus, adſcriptitius, mercenarius, filius in poteſtate, libertus, & ſeruus, & omnes habitantes in domo. Domeſtici verò dicuntur, quibus imperari poteſt ratione patriæ, aut dominicæ poteſtatis. Et hi nullo modo admittuntur in teſtes pro Domino. Illi verò cum diſtinctione affectionis, vt propterea contra eos præſumatur, vel non, glo. cit.

61 Rarò accidit, vt quis teneatur offerre ſe in teſtem in ciuilibus aut enim non eſt tanta neceſſitas proximi, vt id poſtulet: aut non poteſt ſine ſuo damno, Nau. c. Inter verba concl. 6. num. 318.

62 Quod audiſti, & non vidiſti poteſt teſtificari te neſcire Sot. de iuſt. lib. 5. q. 6. ar. 1. & de reg. ſecr. memb. 3. q. 3. concl. 4. & in 4. ſent. diſt. 18. q. 4. ar. 5. circa ſolut. 4. quando ſcilicet agitur de delicto, aut actu, qui non conſiſtit in voce, ſed in eo quod videtur Sanchez in ſum. lib. 3. c. 7. num. 5. Ea enim cenſentur teſtes ſcire, quæ in eorum præſentia geſta ſunt, c. Teſtis 3. q. 9. V. c. Hoc quidam 22. q. 5. Intellige niſi iuſtè interrogeris, an audieris Sot. lib. 5. cit. q. 7. ar. 1. in fi. Sanchez vbi ſupra.

63 Teſtimonium de auditu proprio valet, c. 2. de conſtit. quandocumque actus ſubijcitur ſenſui auditus; ſecus de auditu alieno Pan. in c. Tam litteris num 5. de teſtib. V. Farinac. de teſtib. q. 69. per tot.

64 Teſtis poteſt interrogari ſuper occultis circunſtantijs criminis non occulti Sot. vbi ſupra Iul. Clar. prac. crim. q. 45. vers. Sed pone Pan. in c. Qualiter, 1. de actus num. 7. & ibi Anchar. num. 8.

65 Non licet teſti aliquid accipere pro dicenda viritate c. Non ſane 14. q. 5. Secus pro intereſſe; aut teſtimonio, quod dare non tenetur Silu. ver. teſtis q. 8. verſ. 5. Couar. in reg. Peccatum p. 2. parag. 3. nu. 2. Rebell. lib. 18 q. 20. V. ſupra ver. reſtitutio c. 4. num. 14. Idem de Aduocato docet Silu. loc. cit.

66 Teſtis legitimè interrogatus ſuper crimine, ob quod bona erant publicanda & negans non tenetur fiſco, cum ſit pœna: Secus ſi ſuper alterius furto, cum illud ſit damnum Nau. c. 25 num. 51. P. Nau. lib. 3. c. 4. num. 123. Hoc tamen vltimum intelligunt, quando manifeſtare poteſt abſq; honoris, vitæ, aut rei ſuæ detrimento V. reſtitutio c. 1. num. 37.

67 Legitimè productus in teſtem tenetur teſtificari de re, quam prius iurauit nemini dicere Pan. in c. 2. de off. ord. num. 7. & quoties iuridice interrogatur, vel ſaltem intimatur illi per miniſtrum iuſtitiæ mandatum Iud cis, tenetur ex iuſtitia vera dicere Reginald. lib. 25. num. 163.

68 Teſtis non tenetur reſpondere Iudici iuridicè interroganti, quando accuſator non habet niſi vnum teſtem Ban. 2. 2. q 70. ar. 1. p. 2. in reſp. ad 4. Leſſ. lib. 2. c. 15. num. 44. Nau c. Inter verba concl. 6. nu. 310. Communis tamen ſententia contrarium docet, teneri ſcilicet, etiam ſi ſolus viderit, ſi adducatur in teſtem. ſic Sot. de iuſt. lib. 5. q 7. ar. 1. in fi. Salon. 2. 2. q. 60. art. 1. contr. 1. Silu. ver. teſtis q. 8. initio Azor. p. 3. lib. 13. c. 27. dub. 2. Hoſt. in ſum de teſtib. num. 4. dicens oppoſitam ſententiam eſſe temerariam. Intellige, ſi ſit teſtis omni exceptione maior, cuius dictum facit indicium ſufficiens ad torturam.

Excipe

Excipe quando Iudex per inquiſitionem generalem procedit : niſi certò ſciat eſſet alios, qui ſciant delinquentem. Nam Iudex tunc ſolum ius habet interrogandi, ita vt ille veritatem fateri teneatur, cum duo, vel tres nouerunt crimen Sayr. cla. reg. lib. 12. c. 10. num. 26. Si tamen non timeatur malum in futurum . aut ſi priuatis monitis ſperetur emendatio, non tenetur huiuſmodi teſtis denunciare, neq; teſtificari, licet duo, vel tres alij ſciant. Leſſ. vbi ſupra num. 46.

69 Qui repellantur à teſtificando, notat Azor. vbi ſupra c. 28. V. c. forus de verb. ſignif.

70 Teſtes ſingulares probant in quadraginta ſex caſibus, quos enumerat Aug. Barboſ. ad c. In omni negotio, de teſtib.

71 Teſtis iuratus qui in ſecundo examine contraria dixit iis, quæ in priori dixerat, eſt periurus, c, Sicut nobis de teſtib. Couar. var. reſ. c. 13. num. 1. & eius teſtimonium non valet, ſi ex interuallo ſe corrigit : niſi oſtendat cauſam, tunc enim admittendus eſt, ibidem num. 8. V. Farin. de teſtib. q. 56. a num. 186. Mirandam prax. crim. q. 17. ar. 3. num. 121. & ſeqq. vbi num. 125. Farin. cit. & Gratian. diſcep. for. to. 1. c. 192. num. 8. quod Periurium, & infamia teſtis non purgatur per torturam in cauſa criminali.

73 Teſtes de credulitate non probant, nec etiam præſumptionem faciunt, licèt dicant ſe pro certo credere, niſi cauſam ſuæ credulitatis oſtendant, c. litteris, & ſeq. de præſumpt. Barboſ. alios referens ad c. Quoties num. 6. de teſtib, Rota apud Farin. p. 1. deciſ. 245. num. 5. & p. 2. deciſ. 358. num. 6. & deciſ. 299. num. 3. & deciſ. 611. V. c. Inquiſitionis parag. Quæſiuiſti, de accuſ. Probat verò contra producentem Gratian. diſcep. for. c. 469. nu. 10. V. etiam eundem c. 105. num. 5. & c. 109. num. 9. Iaſ. rubr. ff. de iureiur. vbi ponit plures caſus, in quibus ſtatur dicto teſtium deponentium de credulitate. Item probat in iis caſibus, in quibus probant teſtes de auditu Farin. prax. crim. p. 2. q. 68. num. 106. Item ad Rei innocentiam probandam ibidem num. 77. Item in probatione ætatis num. 94. Item in probatione filiationis num. 88. Et in probatione æſtimationis, vel valoris num. 98. Et in factis antiquis num. 95. & ſeq. Et in his quæ conſiſtunt in peritia, vt ſunt medici, obſtetrices, & ſimiles, &c. num. 95. & q. 117. num. 109. Gratian. c. 151. num. 20. Et in his, quæ directò probari non poſſunt Farin. d. q. 168. num. 81. V. Pan. in d. c. Quoties, & c. 1 de ſcrutin. in ord. fac.

73 In criminalibus familiares non admittuntur in teſtes, c. Super eo, & c. In literis de teſtib. Nec criminoſi, qui in crimine perſeuerant. Nec emendati, ſi nihilominus remanet infamia. Nec periuri etiam poſt pœnitentiam, c. Teſtimonium, & c. ſuper, & vtrobiq; glo. de teſtib.

74 Teſtis dubitans an Iudex legitimè procedat, ſi cauſa eſt criminalis, capitalis, inclinare debet in fauorem rei Azor. p. 3. lib. 13. c. 27. dub. 1.

75 Sola paupertas non repellit à teſtimonio in ciuilibus, ſi alias ſit perſona honeſta & non ſuſpecta propter paupertatem, c. Si qui teſtium, juncta Glo. ver. paupertate de teſtib. & ibi Pan. vbi de qualitatibus teſtium Gratia. vbi ſupra c. 177. num. 4. Si tamen aliàs carent ſuſpicione, Glo. in c. Si teſtis 4. q. 2. & 3. ver. locupletes. Iul. Clar. prac. crim. q. 24. num. 11. Scriptura, vel inſtrumentum ex publico Archiuio prolatum teſtimonium publicum habet Barboſ. ad c. Ex epiſtolam 1. de probat. num. 11. & ad c. Ad audientiam num. 5. de præſcript. & alij plures ibi relati; & concedit Pan. ibidem num. 11. ſi Tabellio, aut alius ſuper Archiuio deputatus teſtetur illud de Archiuio eſſe, & Rom. conſ. 316. quod ſcriptura Archiuij publici facit notorium.

76 Libris mercatorum quando fides adhibenda ſit. Vide Rotam coram Buratto deciſ. 34. cum ibi cit. per Ferentill. in c. c. Bonæ el. 1. de poſtul. Præl. num. 30. & ſeq. Felin. in c. 1. de fid. inſtrum. Gratian. diſcep. for. c. 171.

77 In delictis occultis dictum ſocij facit indicium ad torturam Ricc. alios referens

rens

rens decis. 236. à num. 10. Dictum Sodomiæ an faciat indicium ad torturam V. Ricc.p. 7. collut. 525. Farin cons. crim. 216.

78 Teſtis deponens ſuper immemorabili, debet deponere de viſu per annos quadraginta. quare opus eſt vt habeat ætatem congruam, qualis eſt annorum quinquaginta quatuor Farin. alios referens p. 2. decis. 248. num. 3.

79 Laicus non poteſt teſtificari contra Clericum in criminalibus c. De cætero de teſtib. c. Cum P. Manconella de accus. Admittitur autem laicus, etiam fœmina ad probanda impedimenta electi ad beneficium, & in ciuilibus c. Tam literis veſtris de teſtib. vbi Glo. ver. fœminas. Item ad accuſandum pro ſua, ſuorumuè iniuria d. c. De cœtero. Item in crimine Simoniæ, hæreſis, læſæ maieſtatis & ſimilibus, ſi tamen ex bono zelo, & non ex odio procedant: aliàs nec ad accuſandum, nec ad teſtificandum admittuntur. Item cum Clericus eſt de aliquo crimine infamatus, quo caſu admittuntur laici, & viles perſonæ. Glo. in d. c. Cum P. ver. laicus. In crimine Simoniæ admittitur etiam meretrix c. Tanta de ſimon. & alij criminoſi, præſertim emendati c. Per tuas eo. vbi Pan. num. 13. ad inſtructionem Iudicum ponit multas conſide rationes V. etiam Indicem Felin. ver. laici.

80 In crimine graui ſeruanda omnia ſupradicta etiam circa regulares, ſiue agatur via accuſationis, ſiue denunciationis, ſiue inquiſitionis, docet Salon. 2. 2. q. 69. ar. 2. contr. 7. Sed Io. And. in c. Qualiter 2. & c. Olim de accus. docet ſeruandum eſſe iuris ordinem tantum quoad veritatem, & legitimam defenſionem, & verum dicit, Nam in cit. cap. Qualiter in fi. ſic habetur. Hunc tamen ordinem circa regulares non credimus viquequaq; ſeruandum, & in d. c. Olim, mandat Papa Iudicibus, vt procedant de plano, & abſque iudiciorum ſtrepitu. Secus in Inquiſitoribus hæret. prauit: hi enim tenentur iuris ordinem ſeruare.

81 Liber mortuorum bonæ vitæ, & famæ, concurrente conſuetudine; præſtito iuramento hæredi in ſupplementum facit fidem Ricc. decis. 106. cum ibi cit. & ſaltem facit ſemiplenam probationem Capell. Tholos. concl, 497. cum ibi not. V. afflic. decis. 40. cum notatis per Vrſill. & Rotam coram Buratto decis. 39. cum notatis per Ferentill.

DE REO

82 ACcuſatus tenetur verum fateri, ſi eſt probata infamia, aut indicia expreſſa probara, aut crimen ſemiplenè probatum, idque conſtet, alioqui non tenetur S. Tho. 2. 2 q. 69. ar. 2. vbi Arag. De infamia negant Pan. c. 2. de confeſſ. num. 19. Reginald. lib. 2. c. 29. dub. 15. & c. 31. num. 16. cum infamia ſæpè ſit fallax.

83 Reus iuridicè interrogatus de crimine, ob quod infligeretur illi pœna ſanguinis, poteſt ſubticere veritatem, vtendo æquiuocatione, non tamen mentiri. P. Nau. de reſt lib. 5. p. 1. dub. 2. Roder. in ſum, de ord iudic. c. 21. concl. 1. & de regul. to. 2. q. 19. ar. 4. Salzed. prac. crim c. 129. Panor. vbi ſupra Silu, ver. accuſatio q. 13. & ver. confeſſio non ſacr. q. 1. Ang. confeſſio delicti num. 1. Armil. ver. accuſatio. Leſſ lib. 2. c. 31. num. 16. & probabile dicit Arag. vbi ſupra, & conſentit Reginal. lib. 24. num. 37. quando crimen non eſt plene probatum. Contraria tamen eſt com. S. Tho vbi ſupra ar. 1. vbi Cai. Ban. Arag & alij. Sot. vbi ſupra Azor. p. 3. lib. 13. c. 25. dub. 3. Salon. 2. 2. q. 69 ar. 2. contr. 10. Nau. in man c. 18. num. 57. & c. 25. num 36. & c. Inter verba concl. 6. 188. & latius coroll. 65. Sayr. cla. reg. lib. 12 c. 6. dub 1. Ego puto vtramque probabilé.

84 Semiplene probat vnus teſtis omni exceptione maior, qui directè teſtetur, v. g. de viſu, Cai. vbi ſupra ar. 2. Silu. ver. indicium num. 3. Nau. c. 25. num. 36. Pan. in c. 1. de confeſ. num. 3. Iul. Clar. prac. crim q. 21. vers. Teſtis.

85 Cum dubitatur an Iudex legitimè pro-

procedat, non eſt illi obediendum in re ardua damnoſa, niſi damnum publicum præponderet, Sot. de reg. ſecr. memb. 2. q. 7 concl. 7. Intellige ſi intra ſe ſtatuit in illa dubitatione ſe nō teneri reſpondere quod ſcit Nau. c. Inter verba concl 6. nu. 20

86 Accuſatus de aliquo crimine, & abſolutus non poteſt de eo amplius accuſari c. De his de accuſ. c. fi. de collus. detec. vbi glo ver. nouis, dicit delicto vnius hominis ſæpius quæri non debere, per l. licèt in fi. ff Nautæ caup. &c. Fallit primo ſi ſecundus accuſator doceat primum fuiſſe præuaricatum. Secundò ſi ſuum dolorem proſequatur, ignorans accuſationē ab alio inſtitutam, ſi actum eſt in forma iudicij. glo. in d. c. De his, ver. replicari V. Anchar. & Pan. ibidem.

87 Negare veritatem in iudicio in re leui veniale eſt; niſi interueniat iuramentum Sot. vbi ſupa, & com. contra Cai. 2. 2. q 69. ar. 1. V. Iuram. num. 8.

88 Crimen cenſetur probatum, probatis violentis ſuſpicionibus Direct. Inquis. p. 2. q. 46. num 6. Silu. ver. indicium q. 3.

89 Confeſſus id, de quo erant indicia, non poteſt de alijs interrogari; niſi in quibuſdam caſibus, vt in crimine aſſaſſinij, furti, &c. & vbi huiuſmodi eſſet bannitus Iul. clar. vbi ſup. q. 64 verſ ſucceſſiue quæro.

90 Vbi reus eſt ſuſpectus de fuga, poteſt Iudex habita aliqua informatione delicti reum capere, & incarcerare, & poſtea pleniores informationes ſumere Iul. Clar. q. 28. ver. ſcas autem Villagut. ſpec. crim. p. 2. c. 20. ſufficit verò vulneratum v. g. manifeſtaſſe Villagut. cap. 4. Extra hunc caſum non eſt locus capturæ ante indicia ſufficientia, iuriſque ordine ſeruato, etiam inter regulares Nauar. rub. de iudic. 91.

91 Non legitimè interrogatus poteſt negare ſubintelligendo ſic, vt dicere teneatur Ban. 2. 2 q. 69. ar. 2. p. 3. & q 70. ar. 1. p. 3. dub. 2. Sot. de reg. ſecr. memb. 3. q. 3. concl. 4. Nau. c. Inter. verba concl. 6. num. 368. Silu. ver. Mendacium, q. 6. etiamſi in particulari interrogetur, feciſti? audiſti? vidiſti? Salon. q. 69. cit. ar. 2 contr. 11

Contrarium, ſed minus verè docent Sot. ſibi contrarius de iuſt. lib. 5. q. 6. ar. 2. in fi. Arag. q. 69. cit. ar. 2. in fi.

92 Cum reus non tenetur reſpondere, nec tenetur iurare de dicenda veritate S. Tho. q. 69. cit. art. 1. & ibi Arag. Nau. vbi ſupra num. 188. coroll. 65.

93 Reus interrogari non poteſt de ſocijs occultis Nau. vbi ſupra num. 15. Niſi in crimine contra aliquem, quod aliter impediri non poteſt, aut hæreſis, aut læſæ maieſtatis, aut quod ſine ſocijs committi non poteſt Roder. in ord. iudic. c. 10. num. 9. Nau. vbi ſupra coroll. 67. Aut ſi crimen ſit nimis pernicioſum, & atrox Sot. de reg. ſecr. memb. 2. q. 6 Aut cum id vult lex, aut conſuetudo Nau. vbi ſupra num. 191. quod tamen negat Arag. vbi ſup. verſ. Dico ſecundo, cum de iure naturali requiratur infamia ante inquiſitionem. V. Clarum prac. crim. q. 21. vers. dictum ſocij. Cum autem licet interrogare de ſocijs, non eſt quærendum de aliqo in particulari, niſi ſit infamatus Roder. vbi ſupra c. 6. concl. 9. etiam ſi ſciant tres teſtes occulti Cord. ad Sot. de reg. ſecr. memb. 2. q. 7

94 Non tenetur reus illa fateri, quibus proditis iniuſtè comdemnaretur, Sot. vbi ſupra dub. 2. Roder. concl. 7. Salon. vbi ſupra ar. 2. contr. 11. vers. Hinc. colligo 2.

95 Reus interrogatus de crimine proprio, ſed occulto probato tamen per falſos teſtes, poteſt ſubticere. etiam ſi iubeatur ſub excōmunicatione, quam propterea non incurrit Sot. vbi ſupra memb. 3. q. 1. concl. 4.

96 Non tenetur manifeſtare complices, niſi ad obuiandū malis futuris in damnum Reipublicæ, vt tertiæ perſonæ, non autem ad vindicandum præterita Sot. de iuſt. lib. 5. q. 6. ar. 2.

97 Confeſſarius non debet reum cogere, vt fateatur; niſi clariſſimum ſit eum teneri; præſertim in re graui, & vnde non tantum periculi alteri imminet Sot. vbi ſup.

98 Quando crimen tuum alterius falſo imponitur, non teneris teipſum prodere Sot. de iuſt. lib. 4. q. 6. ar 3 poſt. med. Poteſt tamen ſi velis idem de reg. ſecr. memb. 2. q. 3

99 Vnum

99 Vnum indicium probabile ſufficit ad torturam Silu. ver. indicium num. 1. Ang. eo parag. 2. Debet tamen probari ad minus per duos teſtes, vt ex Bart. & Iul. Clar. probat Roder de regul. to. 2. q 21. ar. 2.

100 Dictum ſtupratæ facit indicium ad torturam, ſi illa erat bonæ famæ, ille verò male, quia in delictis, quæ occultè fiunt, ſocius criminis admittitur Ricc. p. 2. decis. 237. nu. 9V. Farinac. conſ. crim. 216

101 Dictum vulnerati morientis non ſufficit ad torturam. ſed tantum ad inquirendum, & ad capturam Clar. prac. crim. q. 21. vers. Aſſertio vulnerati.

102 Niſi quis legitimè præſumitur habere ſocios, non debet torqueri, vt reuelet Nau. in man. ci 18. num. 59.

103 Reo non eſt danda tortura ante indicia ſufficientia arbitrio Iudicis; alioqui tenetur Iudex de damno; neque ea confeſſio valet Pan. in c. Cum contemplatione de reg. iur. Sot. de teg. ſec. memb. 2. q. 2. concl. 5. Ban. 2. 2. q. 70. art. 1. p. 4. dub. vn concl. 3. Silu. ver tortura, & ver. indicium num. 3. V. Felin. in c. Qualiter 2. de accus. num. 1. Nec etiam danda tortura pro delicto, quod non meretur pœnam corporalem ibidem vers. debet etiam Pan. & Silu vbi ſupra.

104 Crimen tuum occultum dignum morte reuelare non potes ne patiaris torturam, niſi certus ſis te ad mortem eſſe torquendum Nau. c. 18. num. 59. Contrarium docet Sot. vbi ſup. memb. 3. q. 4. concl. vlt. in primo caſu, quia non teneris cum tanto cruciatu vitam ſeruare

105 Iuſte tortus vt crimen alterius ſibi ſecretò commiſſum reuelet, non tenetur cum tanto ſuo damno celare. N. ſi eſſet Regis, Reipublicæ, magnique momenti: aut ratione publici officij ad id teneretur: aut ab alio per vim, aut fraudem extorſiſſet, eiq; magnum damnum ex reuelatione ſequatur Sot. vbi ſup. concl. 6. 7. & 8.

106 In criminalibus debent eſſe probationes luce clariores l. fi. C de probat. Pan. in c. Veniens de teſtib. num. 8. & in c. At ſi Clerici de Iudic. num. 39. & teſtes omni exceptione maiores Clar. vbi ſupra q. 66. verſ. Debent autem.

107 Citatio non valet facta intra tempora anguſta; aut cauſa non expreſſa, aut tempore feriato, aut à Iudice non ſuo; aut ſi in ipſa non inſeratur reſcriptum in cauſa delegationis; aut ſi fiat loco inhoneſto. Glo. in c Si Epiſcopus, 2. q. 3. Silu. ver. citatio q. 2. aut ſi fiat loco periculoſo, c. Ex parte de appell Clem. Paſtoralis de re iud.

108 Reum, qui ordinario modo puniri non poteſt, poteſt Iudex curare occidendum etiam in alieno territorio, de voluntate tamen ſaltem præſumpta Domini loci; modò is Iudex auctoritatem habeat puniendi iuris ordine non ſeruato. Silu. homicid. 1. q. 2. verſ. 3. & q 3. Quòd ſi timetur in futurum, vbicunque occidi poteſt, etiam ſine conſenſu domini loci; quia eſt defenſio iure naturali conceſſa, licet enim vbique vim vi repellere. Nec poteſt Princeps eſſe rationabiliter inuitus, cum is non ſit actus iuriſdictionis, ſed neceſſariæ defenſionis: ſecus ſi ad vindictam P. Nau lib. 2. c. 3. nu. 231

109 Ad ſupplicium ductus non tenetur fateri, quod malè negauit: niſi alioqui graue damnum ſit ſecuturum Nau. c. 25. num. 38 Roder in ord. iudic. c. 10. num. 2. B. Med. in ſum lib. 1. c. 14. parag. 55.

110 Crimen læſemaieſtatis per nõ ſubbitũ non committitur Clem. Paſtoralis cit.

111 Furtum, quis ſortitur vel ractione delicti, vel contractus, aut domicilij ſiue rei, de qua agitur poſſeſſorio. Et nomine contractus intelligitur etiã quaſi contractus, & id omne vnde oritur obligatio c. fi. de for comp. iuncta glo. ver. ſeu contractus.

112 Non poteſt is puniri à quo extorta eſt confeſſio contra ordinem iuris Silu. ver. Tortura Ban. 2. 2. q. 70. ar. 1. p 2. concl. 3 Sot. de iuſt. lib. 5. q. 6. ar. 2. Clar. vbi ſup. q. 35. verſ. ſi verò confeſſio Dubitat tamẽ idẽ Sot. de teg ſec. memb. 2. q. 1. concl. 5. Niſi poſt expreſsè ratificet Grammat. decis. 34. num. 55. & 58. Aut niſi delictum ſit contra bonum communem. & in fieri: aut niſi eius punitio ſit neceſſaria bono communi; aut ad tollendum ſcandalum Salon. contra. 7. cit.

113 Condemnatus legitimè, ſed innocens poteſt ſe defendere citra vulnera Sot. q. 6. cit ar. 4. licet dubius; & expreſsè Ban. 2. 2. q. 69 ar. 4. dub. 1 docet poſſe etiam Iudicem, & miniſtros iuſtitiæ occidere, ſi aliter euadere non poſſit, ſecluſo tamen ſcandalo. Sed id meritò negant alij Salon. ar. 4. cit. contr. 1. Arag. ibi in princ. & q 67 ar. 2. in fi. Couar. 1. var. res. c. 2. num. 13. Roder. in Sum. lib. 1. c. 136. concl. 9. Sayr. cla. reg. lib 12. c. 18. num. 3. Ex quorũ ſententia poteſt reus, vel fugiendo vel recipiendo ſe in locum munitũ, vel dum capitur eripiere ſe à ſatellitibus citra vulnera. Et ſecundũ Nau. c. 17. num. 102. licet iuuare fugientẽ ſatellites volentes comprahendere, non tamen illis reſiſtendo. Non reſiſtit verò, qui à tergo ſe prahendentem trahit Sot. vbi ſupra.

114 Damnatus ad mortẽ poteſt fugere fractis vinculis, & carcere, licet Iudex id prohibuerit, ſed non reſiſtendo miniſtris iuſtitiæ S. Th. 2. 2 q. 69 ar. 4. ad 2. & ibi Cai. ad 3. Nau. vbi ſupra nu. 101 Etiam ſi ſciat alios vinctos fugituros; tenetur tamẽ de damno rei fractæ Sot. vbi ſup & ad debita, ſi pro illis detinebãtur: niſi adeò eſſent pauperes vt neq; per ſe neq; per alios ſoluere poſſent Graff. deci. p. 1. lib. 3. c. 7. nu. 1. Verius tamen docet Salon. q. 69. cit. ar. 3. contr. 2. concl. 4 ad 4. nõ teneri ad debita; niſi fugã conſuluerit nolentibus fugere: nec ad damnũ rei fractæ Sayr alios referẽs vbi ſup. nu. 22. An verò liceat iuuare frãgentẽ carcerẽ. Sot. vbi ſup. Card ar. 4 negant. Arag. & Bã. ar 4 cit Couar. 1. var res c 2 nu. 13 dicunt quò vbi licita eſt fuga, non peccant cooperantes, niſi ratione ſtatuti aut officij. Caiet. loco cit. ad 5. Sayr dub. 9. Arag. vbi ſup docent licere præbare limã clauem adulterinã, & huiuſmodi, non tamen ab extra effringere carceres aut vincula rumpere. Poteſt talis fugere, ſed non tenetur Couar. & Graff. vbi ſu. nu. 5. Si tamen licite detineatur non ad mortem aut mutilationem fugere non poteſt ſecundũ Silu ver fugere nu. 1. ſed cõtrarũ docet Azor. p. 3. lib. 3. c. 14 q. 5. Ang. ver. fugere num 1. Silu. eo. Nau. c. 17. nu. 101. & ſeq limitat Sot. vbi ſup. niſi immineat ei vitæ, aut corporalis ſupplcij periculũ. Limitant etiam, ſed minus vere Ban. 2. 2. q 69. ar. 4. dub. 2 conc. 5. & ibi Salon. controu. 2. concl. 4. Niſi ſit condemnatus ad perpetuos carceres: hoc enim negant alij communiter, vt docent Azor. vbi ſup. ſiue carcer ſit ad cuſtodiam, ſiue ad pœnam, ſiue ad tempus, ſiue in perpetuum.

115 Condemnatus ad carceres non poteſt fugere, etiam ſi poſſet ſine effractione Couar. & Graff. vbi ſup. Caiet. ar. 4. cit. dub.

116 Iuſtè damnatus, vt fame pereat, ſi cibus offeratur poteſt comedere, com. vt teſtatur Sayr. vbi ſup. dub. 11. Et ſecundũ alios tenetur: quia non comedendo eſſet ſeipſum occidere S. Th. vbi ſup. & ibi Cai. Arag. dub. pen. Ban. dub. pen. & q. 32. ar. 2. dub. 3 Couar. vbi ſupra num. 10. At ſecũdũ alios licet poſſit comedere, non tamen tenetur. ſic. Sot. de iuſt. lib. 5. q. 6. ar. 4. Salon. vbi ſup. contr. 4. dub vlt. Sayr. vbi ſup. quia, & ſi eſt obiectus non tenetur ſe defendere: poteſt enim licitè ſuſtinere pœnam, & pati ſententiam iuſtam qua damnatus eſt Azor. p. 3. lib. 2. c. 3. q. 6. Poſſunt verò qui non ſunt cuſtodes cibos offerre, ſed non tenentur. S. Th. & alij cit.

117 Damnatus ad veneni hauſtum poteſt bibere: ſicut licet damnato ad mortem aſcendere ſcalam, præbere iugulũ Vict. relec de homic num. 31. Arag. 2. 2. q. 61. ar. 3 & 69 ar. 4. Tolet. lib. 5. c 6. Roder. in ord. iudic. c. 14 concl. 2. Negant alij, cum ſit actus proximus, & immediatus, ex quo efficienter ſequitur mors. ſic Ban vbi ſup. P. Nau. lib. 2. c. 3 num 81. Salon vbi ſup. ar. 3. contr. 4. initio Sayr. clar. reg. lib. 7. c. 9. dub. 7. Cai. vbi ſu ad 7. Azor. verò vbi ſu q. docet non poſſe ſibi miniſtrare, & parare venenum ad bibendum, vel edendum, poſſe tamen ſumere ab alijs miniſtratũ. Ego probabiliorem puto ſententiam Ban. &c.

118 Dimittenda eſt aliquando punitio delinquentium, ne ſequantur maiora mala. Silu. ver. ſcandalũ q. 3. verſ. 3. Tabien eod.

119 Condẽnatus poteſt ex cauſa priuari cõmunione Nau. de pœnit. & rem. conſ. 10. Et confeſſione, ſi credatur id facere ſpe euadendi Silu Iudex 1. q. 11. Roder. in ſum. lib. 1. c. 135. num. 7.

120 Exe;

120 Executor ſententiæ Principis iubentis ſuſpendere abſq; proceſſu non excuſatur; niſi crimen ſit notorium Cai. in ſum. ver. Homicidium.

121 Executor merus non debet expendere iniquitatem ſententiæ Iudicis, ſed remittere debet ad Superiorē, vbi de nullitate excipiatur Pa. c. De cætero de re iud. nu. 3. Poteſt autem exequi ſententiā ſuperioris, quā ſcit eſſe iniuſtā ſed validā ſi; nō poteſt detrectare executionē; niſi eſſet notoria iniquitas, aut error intollerabilis Sil. index 2 q. 6

122 Exemptus delinquens in loco non exempto incidit in pœnas, niſi delinquat in re exempta S. Thom. 2. 2. q. 67. ar. 5. ad 3. de quo vide Anchar. in c. 1. de exceſſ. Præl. in 6. not. 12 Quare religioſus exemptus incidit in pœnas ab Epiſcopo ſtatutas contra accendentes ad monaſteria monialium Gemin. in c. 1. parag. Numquid de priuil. in 6. Nam ratione delicti efficitur de foro. c. 1. de for comp. Glo. in c. Nuper, ver. tunc, & in c. A nobis 1. de ſent. exc. nonniſi ſubditi. & declarauit S. Congreg. Conc. Trid. interpretum. Niſi regularis haberet priuilegium vt non poſſit excommunicari Sayr. de cenſur. lib. 1. c. 6. num. 56. & multa huiuſmodi refert Roder. de regul. to. 2. q. 63. ar. 3. & 7. Et optimè Sorb. ver. Conueniri in iudicio, & ver. Exemptio. & licet addat Roder excommunicari poſſe à Legato de latere, referuntur tamen alia priuilegia comp. priuil. Cler. reg. ver. Exemptio, quibus nec à legato excommunicari poſſunt. V. Rotam coram Card. Manric. decis. 137 c. 1. de priuil. in 6. vbi Barbos. plures referens.

123 Qui appellando impedit iuſtæ ſententiæ executionem, tenetur ad damna, & intereſſe Arag. 2. 2. q. 69. ar. 2. Nau. c. 25. num. 39 Ang ver appellatio parag. 15. Silu. eo. q. 6 Sayr. alios referens cla. reg. lib. 12. c. 17. num. 34.

124 Appellationem prohibens etiam Princeps intelligit friuolam, non autem iuſtam Pan. in c. ſuper de appell. num. 10. Anchar. in c. Licet de regul. num. 4. Silu ver. appellatio num. 7. Intelligitur autem prohibita omnis appellatio quæ in iure expreſſe non conceditur c. Paſtoralis de appell. Vbi in glo. vide quibus in caſibus conceditur. Fallit cum Papa committit cauſam ſuper priuilegijs regularium; cum clauſula, Omni appellatione remota, tunc enim prohibetur etiam iuſta Roder. de regul. to. 1 q. 8. art. 3.

125 Qui appellauit poteſt interim officium ſuum facere; non enim cenſetur condemnatus. Nam appellatio, legitimè introducta ſuſpendit, & extinguit pronunciatum Hoſt. in ſum. de appell. parag. Quis ſit effectus. Niſi appellaſſet poſt ſententiā cēſuræ eccleſiaſticæ Paſtoralis par. Verū, de appell.

126 Regula illa, Actor ſequitur forum Rei, quomodo intelligenda, V. Pan. in c. Si quis contra, cū ibi not. de for. comp. Et in quibus non procedat, Vide glo. ad Inſt. Lancell. lib. 1. tit. 1. par. Quod ſi inter. ver. ſequitur

127 Qui compromiſit poteſt pro enormi læſione petere reductionem ad arbitrium boni viri, etiam ſi cum iuramento compromiſiſſet; & etiam ſi renunciaſſet petitionem reductionis, ſi deceptio ſit doloſè facta. Silu. ver. arbiter q. 1. 7. & 8.

128 Litigans tenetur ad expenſas, ſi ſciebat, ſe iniuſtam cauſam fouere Ang. ver. litigioſa res. parag. 2. Silu. ver. lis. q. 10.

129 Reus, & Aduocatus, ſi iuſtam cauſam foueant. poſſunt arte aliqua aduerſarium decipere ſi id ad victoriam ſit neceſſarium, non tamen mentiri, aut dolo, & fallacijs vti S. Tho. 2. 2. q. 71. ar. 3. Couar. 1 var res. c. 2. num 1. glo. in c. Cupientes, ver. malignantium, de elect. in 6.

130 Ordinatus ab Epiſcopo non ſuo ſine licentia proprij, vel cum dimiſſorijs talſis, non gaudet priuilegio fori, ex Decreto Vrbani VIII. 11. Dec. 16. 24.

131 Familia Epiſcopi, Notarius, Scriptores, familia armata licet viuat proprijs expenſis, gaudent priuilegio fori Gratian. c. 340. & ſeq. Barbos. ac c. vlt. de off. Archid. num. 2. Diana multos referens p. 4. reſol. 30. trac. 5.

132 Filio litiganti ad bona paterna, etiam ad patrem, debentur à poſſeſſore collitigante expenſæ litis, & alimenta à Iudice taxanda; vbi conſtat de pleno iure Rota apud Farinac. p. 2. decis. 749.

133 Accu-

133 Accuſatione inimici nemo condemnandus, licèt manifeſta ſint crimina accuſati c. Quod ſuſpectis 3. q. 5. Et citatus, qui non poteſt ſecurè ad Iudicis præſentiam accedere, non tenetur, & poteſt liberè appellare, licet in commiſſione dicatur Appellatione remota c. Ex parte de appel. Clem. Paſtoralis de iud. De timore autem tenetur fidem facere, ſaltem per proprium iuramentum c. Statutum parag. Cum verò de reſcrip. in 6.

134 Clericus laicum pro rebus ſuis, vel Eccleſiæ ad Eccleſiaſticum forum trahere poteſt. Niſi laicus res ipſas nō Eccleſiæ aut Clerici, ſed ſuas proprias eſſe dixerit; quo caſu debet ad forenſem Iudicem trahi c. Si clericus laicum de for. comp.

135 Contra inſordeſcentes per annum in excommunicatione, quando procedi poſſit, & quomodo, V. Barbos. & ab eo cit. ad c. Excommunicamus 1. de hæret. num. 10. & ſeqq. Farinac. de hæreſi q. 92. parag. 2. num. 24. Monet. de commut. vlt. vol. c. 11. num. 160.

136 Torqueri poteſt Clericus etiam miniſterio laici, de mandato Epiſcopi Azor. p. 3. lib. 13. c. 26. dub. 11. verſ. Si quæras an Clerici. V. ver. Clericus num. 40. Contra exercentes vitium nefandum quomodo procedendum, & qua pœna ſint afficiendi, Vide Bullam Pij V. 1568. & Roder. de regul. to. 1. q. 30 art. 19. & quæ requiruntur in ſocio criminis ad hoc quod faciat inditium vide Farin. conſil. crim. 216.

137 Actore non probante id quod eſt fundamentum ſuæ intentionis, reus, etiam ſi nihil præſtiterit, debet abſolui, c. Cum Eccleſia Sutrina in fi. de cauſa poſſeſſ. c. vlt. parag. Sanè de iureiur. c. 1. Vt Eccles. benef.

138 Viduæ ſpoliatores, ſeu violenti inuaſores rerum ſuarum, poſſunt ad Eccleſiaſticum Iudicem trahi Pan. in c. Ex parte B. Pan. in c. Ex parte num. 11. de for. comp. Couar. pract. quæſt. c. 6. num. 1. verſ. Immo. Eſt enim miſerabilis perſona, ſimul, & oppreſſa Couar. loc. cit. & Menoch. quem refert, & approbat Barbos. ad d. c. Ex parte num. 7.

DE ADVOCATO

139 ADuocatus, quamdiu cauſa ita eſt dubia, vt vtraq; pars ſit æquè probabilis; aut ſaltem ſua ſit valdè probabilis, poteſt patrocinari Cyned. ad Decretum collect. 28. num. 17. Limitat Sanchez in ſum. lib. 1. c. 9. num. 51. cum alijs ibi relatis, modo Aduocatus clienti veritatem iuris ſuæ cauſæ aperiat, nec certius illi ſententiam promittat, quam debeat. Addunt Silu. ver. Aduocatus q. 10 Ang. eo parag. 13. Aduocatum ſcienter aſſeuerantem cauſam omnino eſſe iuſtam, teneri clienti ad omnia damna; ſi Cliens aliàs non eſſet litigaturus. Cum autem ſcire debet cauſam eſſe iniuſtam, tenetur de damno aduerſario, & clienti, ſi hunc non monuit Arag. & Ban. 2. 2. q. 71. ar. 4. Nau. c. 25. nu. 28. In cauſa mortis, & infamiæ licet defendere minus probabilem in fauorem rei Sot. de iuſt. lib. 5. q. 8. ar. 3. V. Sanchez vbi ſupra num. 53.

140 Aduocatus, qui ſe clienti obtulit vt doctum, tenetur de damno ex ignorantia, ſi hanc cliens ignorabat: alioqui ſolum de dolo, & lata culpa, Silu. ver. aduocatus q. 24. Immo tenetur de leui, ſi cliens ignorabat eius inſufficientiam Salon. 2. 2. q. 71. ar. 2. contr. vn. concl. 2. Sayr. cla. reg. lib. 12. c. 22. num. 10.

141 Aduocatus plures cauſas ſuſcipiens, quàm quibus poteſt commodè patrocinari, peccat mort. Et qui habet animum ſuſcipiendi omnes cauſas ſibi oblatas, eſt in ſtatu peccati mort. Salon. vbi ſupra concl. 3.

142 Si in principio putauit cauſam eſſe iuſtam, quæ poſtea in proceſſu apparet iniuſta, tenetur cautam deſerere, aut clientem ad cedendum inducere, ſiue ad componendum ſine aduerſarij damno. Non tamen debet cauſæ iniuſtitiam, eiuſuè ſecreta aduerſario reuelare S. Tho. 2. 2. q 71. ar. 3. ad 2. Hoc poſtremū limitant Arag. & Salon. ibidem contr. 1. concl. vlt. Niſi aduerſario immineat periculum capitis, aut alicuius membri, vel maximi dedecoris, vel

vel alterius rei grauiſſimæ; vt ſi ageretur de ſtatu alicuius Ducis; tunc enim tenetur reuelare; Iudicemq; ac clientem de iniuſtitia cauſæ monere. Debet tamen eſſe certiſſimus de iniuſtitia, & quod non ſit inde oriturum aliquod ſcandalum. Ad compromittendum verò inducere non poteſt, niſi cum cauſa eſt dubia.

143 Peccat mort. defendens minus iuſtam cauſam contra reum, ſi cauſa ſit vel mortis, vel ſanguinis, vel famæ, vel honoris, vel bonorum. In dubio enim melior eſt conditio poſſidentis. In alijs verò cauſis minoris momenti non eſt peccatum, Sot. de iuſt. lib. 5. q. 8. art. 2. Sayr. cla. reg. lib. 1. c. 11. num. 20. Hoc tamen vltimum meritò non concedit Azor. p. 3. lib 13. c. 29. dub. 3. q. 2.

144 Non poteſt Aduocatus paciſci de quota litis loco ſalarij. Nec de certo quid ſibi ſoluendo victa lite. Poteſt verò conuenire de certo ſalario, ſiue vincat, ſiue non Nau. c. 25. num. 3. verſ. 7. Ang. ver. aduocatus parag. 15. Silu. eo. q. 19.

145 Tenetur Aduocatus gratis defendere cauſam pauperis non habentis vnde ſoluat mercedem, nec alius eſt in promptu, qui id faciat, nec habet propinquos, qui poſſint in promptu ſubuenire. Item ſi pauperis indigentia prius illi occurrit, quam alteri; hoc enim eſt plures eſſe obligatos in ſolidum, & æquè principaliter S. Tho. 2. 2. q. 71. ar. 1 Azor. vbi ſupra dub. 6. Quod ſi neceſſitas pauperis ſit grauiſſima, tenetur ſub mortali cum graui ſuo incommodo patrocinari, id eſt cum aliquali bonorum ſuorum iactura. Si verò neceſſitas ſit communis, tenetur cum leui ſuo incommodo Arag. q. 71. cit. ar. 1 Ban. ibidem, idem aſſerentes de Procuratore, Tabellione, & huiuſmodi officialibus.

146 Litigatore cum ſuo aduerſario tranſigente, debetur Aduocato ſalarium pro rata laboris, ſi aliud inter eos conuentum non ſit. Quòd ſi tranſactio ſit cum dolo, debetur integrum ſalarium Silu. vbi ſupra q. 20.

147 Aduocato caſu impedito in cauſa patrocinari, non debetur ſalarium à cliente, niſi pro rata temporis. Salarium verò à publico promiſſum totum habebit Silu. vbi ſupra q. 21. citato Bart. in l. Diem functo ff. de off. aſſeſſ. qui per eam diſtinctionem concordat leges, quæ ipſi Aduocato integrum ſalarium concedunt.

148 Aduocatus non poteſt eſſe Iudex in eadem cauſa, in qua aduocatus fuit: & recuſari poteſt ab eo tantum, contra quem fuit aduocatus. Nec poteſt eſſe aſſeſſor Iudicis in cauſa clientuli, nec in cauſa, in qua filius, vel Pater eſt Iudex Barbos. ad c. Poſtremo num. 3. & duob. ſeqq. de appellat. Nec eſſe teſtis in eadem cauſa, c. Ex litteris, de tranſacti, vb, Barbos. cum alijs pluribus ibi cit. Nec eſſe Aduocatus Rei in Secunda inſtantia, ſi fuit Aduocatus actoris in prima.

DE TABELLIONE

149 Tabellio tenetur de damno dato ex ignorantia Pan. in c. Sicut te ne cler. vel mon. num. 21. Ang. ver. Tabellio parag. 6. Silu. eo num. 8. Nauar. c. 25. num. 53. Eſt autem Tabellio perſona habens publicum officium ſcribendi inſtrumenta ad faciendam fidē; alias dictus notarius, Silu. ver. Tabellio initio.

150 Laicus poteſt eſſe procurator in cauſis ſpiritualibus c. 1. de procur. in 6. & aſſeſſor Iudicis eccleſiaſtici Pan. in c. Decernimus, de iudic. num. 13. vide tamen ſupra num. 25. Non tamen Vicarius Epiſcopi c. In noua 16. q. 7. Couar. in c. Alma mater parag. 11. num. 3. Nec arbiter in ſpiritualibus c. Contingit, de arbitr. Pan. in c. Cauſam quæ, de elect. num. 5. Etiam incidenter, c. Lator, qui fil. ſint legit. Niſi compromittatur in Clericum, & laicum auctoritate Epiſcopi, c. Pertuas de arbitr.

151 Notarius poſt datam copiam authenticam inſtrumenti parti, nihil poteſt addere, vel minuere, etiam punctum, vel ſyllabam; nec clauſulas ceteratas extendere, præcipuè poſt motam litem. Ferentill. alios referens ad Burattum decis. 932. Quòd ſi erratum ſit circa ſubſtantialia, corrigendus

Digitized by Google

LIBER QVINTVS DE SACRAMENTIS

De Sacramentis in genere

V. Confeſſor

1 SAcramentum ex S. Tho. p. 3. q. 60. per tot. & Nau. c. 20. num. 1. & al. js Eſt rei ſacræ, quæ homini ſanctitatem affert, ſenſui expoſitum ſignum, quod & Chriſti memoriam renouat, & futuræ beatitudinis gloriam prænuntiat. A Mag. vero in 4. ſic definitur, Eſt inuiſibilis gratiæ viſibilis forma, ita vt eius ſimilitudinem gerat, & cauſa exiſtat. Cauſam intellige inſtrumentariam.

2 Sacramenta conferunt gratiam ex opere operato, idest vi ſua ex Chriſti paſſione accepta S. Tho. vbi ſupra q. 62. ar 5. Non quidem vt cauſæ principales, ſed vt diuinæ miſericordiæ inſtrumenta, ar. 1. & 4. (quod facere non poterant ſacramenta veteris legis, cum præceſſerint Chriſti paſſionem, a qua virtutem, & cauſalitatem accipiunt ſacramenta: ſed ſolum ſignificabant fidem, per quam homines iuſtificabantur, & gratiam per Chriſtum dandam, quia erant figuræ ſacramentorum nouæ legis. art. 6.) Et præter virtutes, & dona, conferunt etiam quoddam diuinum auxilium, ad ſacramenti finem facilius conſequendum ar. 2. Et Baptiſmus quidem, ac Pœnitentia non ponenti obicem conferunt primam gratiam reliqua verò aliquando. Semper autem conferunt augmentum gratiæ exiſtenti in gratia Suar. to. 3. diſp. 7. ſect. 2.

3 Septem ſunt Eccleſiæ ſacramenta Baptiſmus, Confirmatio, Euchariſtia, Pœnitentia, Extrema vnctio, Ordo, & Matrimonium Conc. Trid. ſeſſ. 7. can. 1 Quorum ſufficientia ſumi poteſt ex perfectione vitæ corporalis, in qua dupliciter quis perficitur. Primò per ſe, vt eſt particularis perſona, vel in ordine ad alios. Reſpectu ſui ipſius, vel per ſe acquirendo aliquam vitæ perfectionem, vel per accidens remouendo impedimenta vitæ, vt ægritudines. Per ſe perficitur vita corporalis, primo per generationem, per quam incipit homo eſſe, & viuere. & huic in vita ſpirituali reſpondet Baptiſmus, qui eſt ſpiritualis regeneratio. Secundò per augmentum, quo aliquis ad debitam quantitatem perducitur, & huic reſpondet Confirmatio, in qua datur Spiritus ſanctus ad robur. Tertiò per nutrimentum, quo vita, & virtus in homine conſeruatur, cui reſpondet Euchariſtia, Niſi manducaueritis, &c. Io. 6. Et quia homo interdum corporalem infirmitatem, & ſpiritualem, ſcilicet peccatum incurrit, duplex remedium adhibetur, Primum eſt ſanatio, quæ ſanitatem conſtituit, cuius loco ponitur Pœnitentia. Secundum eſt priſtinæ valetudinis reſtitutio per dietam, & exercitium, cuius loco ponitur Extrema vnctio, peccatorum reliquias remouens, & hominem ad gloriam paratum reddens.

4 In ordine ad communitatem perficitur homo, vel per hoc, quòd poteſtatem accipit regendi multitudinem, actuſq; publicos exercendi. & huius loco in vita ſpirituali ponitur Ordo. Vel per naturalem propagationem, quod fit per ma-

mi-

& miniſtrare, ſi habeat alia requiſita, vt characterem, &c. Suar. ar. 7. cit. in comment. & diſp. 13. ſect. 1.

12 Poteſt, & debet quis accipere, ſacramenta à malo Paſtore, dum toleratur c. vlt. 15. q. vlt. Nec peccat, cum non communicet eius peccato, ſed Eccleſiæ, quæ illum tamquam miniſtrum exhibet S. Tho. vbi ſupra ar. 5. ad 2. Silu. baptiſmus 3. q. 5. & confeſſor 1. q. 19. Et Euchar. 3. q. 6. & ver. Sacramentum Etiam à ſuſpenſo, excommunicato tolerato S. Tho. ar. 6. cit. Couar. in c. Alma p. 1. parag. 6. Peccat tamen mortaliter miniſtrans in mortali S. Tho. ibidem Si tamen aliunde ſine detrimento, licitè poteſt accipere ſacramenta, tenetur ex charitate non recipere à proprio, ſed iniquo Suar. diſp. 18. ſect. 1. Alterius autem de cenſur. to. 1 lib. 1. diſp. 7. c. 2. docet, quod ſi huiuſmodi Sacerdos ſit excommunicatus toleratus, ſicut non peccat petens ab eo ſacramenta per extrau. Ad euitanda, ſic nec peccat miniſtrans ſi enim peccaret, teneretur non miniſtrare, atq; ita priuilegium extrau nihil prodeſſet non excommunicatis quorum gratia edita fuit. Quod concedit. Suar. to. 5. diſp 11. ſect. 4 aſſert. 2. ſi fiat cum aliqua neceſſitate, etiã citra extremam, vt quando non adeſt alius non excommunicatus, & ipſe non poteſt hic, & nunc prius abſolutionem petere ab excommunicatione. Si verò huiuſmodi excommunicatus ſit Parochus, & ſubditus alteri confiteri non vult, poteſt petenti licitè adminiſtrare, quia petit ius ſuum

13 Peccat mort. inducens Sacerdotem non propium excommunicatum, &c. ad miniſtrandũ ſacramenta, quia cauſam peccandi dat, c. fi. de iureiur. Niſi ille ſit paratus inſtetq; neceſſitas, nec aliunde haberi poſſit Cai. p. 3. q. 64. ar. 4. Suar. vbi ſupra V. Nauar. de orat. c. 19. num. 62.

14 In neceſſitate licet etiam ab hæretico, degradato, præciſo & Apoſtata baptiſmum accipere, c. Præter, parag. Verum diſt. 34. Concil. Trid. ſeſſ. 7. de bapt. can. 4. S. Ant. p. 3. tit. 14. c. 12. parag. 4. Suar. to. 3 diſp. 31. ſect. 5. immò, & pœnitentiam Ang. confeſſio 3. num. 2. Silu: confeſſor 15 q vlt. Victoria de clau nu. 5. Can. relec. de pœnit. p. 5. ad 2. glo. in c. Non eſt nobis ver. baptiſmum paruulorum, de ſponſal. Valent. to. 4. diſp. 3. q 5. p. 3. verſ. Corollarie ſequitur Suar. to 4. diſp. 26. ſect. 4. num. 5. & de cenſur. diſp. 21. ſect. 1. num. 4. Alter to. 1. diſp. 7. lib. 1. c. 3. licèt Sot. in 4. d. 18 q 4 ar. 2. neget de præciſo, & Apoſtata; & Io. Med de confeſſ. q. 23. in ſi. abſolutè neget de omnibus. Omnes ſupradicti non peccant mort. miniſtrando, &c. quia non ſe exhibent vt miniſtri Eccleſiæ, ſed ſubueniunt neceſſitatem patienti S. Tho p 3. q 64 ar. 6 ad 3. Niſi perſiſtant in ſua pertinacia; tunc enim peccant mort. ex praua diſpoſitione, & indigna adminiſtratione Alter, vbi ſupra V. Valent. loco cit. q. 1. p. 3. verſ. miniſtro igitur nocet, & verſ. Sed notandum eſt.

15 Peccat mort. qui non ſe putans ſufficienter attritum, ſacramentum accipit Nau. in ſum. de pœnit. diſt. 5. Glo. 3. nu. 33. & in man. c. 22. num. 3.

16 Sufficit autem attritio cognita, cum per ipſam ſufficienter auertatur voluntas a peccato Suar. to. 3. diſp. 7. ſect. 4. Ideò verò ſufficit attritio, quia per ſacramentum recipit gratiam, fitq; de attrito contritus. Quod in alijs ſacramentis præter baptiſmum, & pœnitentiam, non putat certum, ſed tantum probabile Valent. to. 4. diſp. 7 q. 8. p. 4. aſſert. 5.

17 Ad miniſtrandum ſacramenta requiritur contritio ſaltem putata inculpabiliter Suar. vbi ſupra diſp. 16. ſect. 3. Nau. vbi ſupra V. infra verb. Pœnitentia num. 17.

18 Ad Euchariſtiæ ſumptionem non licet accedere exiſtenti in peccato mort. niſi præuia ſacramentali confeſſione, habenti copiam confeſſoris, quantumcumq; ſibi contritus videatur Conc. Trid. ſeſſ. 13. c. 7. & can. 11

19 Accedenti in gratia ad ſacramenta etiam indeuoto, & habenti peccata venialia in actu, augetur gratia habitualis: impeditur tamen actualis, idest actualis illa deuotio, refectio, & dulcedo. S. Tho. vbi ſupra.

20 Accedere ad ſacramenta cũ cõpla-

minis eſt baptiſmus aquæ, quo vtitur Eccleſia ex Chriſti præcepto. Flaminis eſt propoſitum ſuſcipiendi baptiſmum propriè dictum modo debito, ſi dabitur facultas, & per hunc non imprimitur character; & priuatur Eccleſiaſtica ſepultura, quamuis pro eo oret Eccleſia; & in eo requiritur contritio ad ſalutem. Sanguinis idem eſt, quod martyrium Silu. Baptiſmus 1. initio, & com.

4 Materia propria baptiſmi eſt aqua ſimplex, elementaris, etiam qualitercunq; tranſmutata, dummodo non ſoluatur ſpecies aquæ. quare baptizari poteſt in lixiuio, & aquis ſulphureis, & in aqua expreſſa ex luto S. Tho. vbi ſupra ar. 4. Silu. baptiſmus 2. num. 1. Sot. in 4. diſt. 3. q. vn. ar. 4. & com.

5 In dubio an ſit vera aqua, non baptizandum Quod ſi ſit baptizatus, iterum baptizandus ſub conditione Silu. vbi ſupra.

6 Forma Baptiſmi eſt, Ego te baptizo in nomine Patris, & filij, & Spiritus ſancti Amen. Matt. 28. Poteſt autem in quouis idiomate Hoſt. in ſum. de bapt. parag. Quæ ſit eius forma. Debet tamen eſſe vſus vocabulorum, quæ magis propriè ſunt in vſu ad ſignificandas perſonas, & alia, quæ ſunt de eſſentia formæ Silu. baptiſmus 1. q. 10.

7 Non eſt mortale omittere, Ego, S. Tho. vbi ſupra ar. 5. ad 1. Sot. vbi ſupra ar. 1. Silu. bapt. 1. q. 3. & 11. Nec omittere Amen, Silu. ibidem Turrecr. in c. Multi diſt. 4. Tolet. lib. 2. c. 19. licet ſecundum Nau. c. 22. num. 1. & 5. Viguer & alios, ſit de præcepto Eccleſiæ, alijs id negantibus, præcipuè de Amen, vt Silu. loco cit.

8 Dicere, Nos baptizamus Vos, eſt mortale, tenet tamen baptiſmus, ſi fiat ad ſignificandum perſonarum dignitatem Silu. q. 10. cit. Ang bapt. 2 parag. 4. Sot. in 4. d. 1. q. 1. ar. 8. Si verò dicatur In nominibus, nihil fit: quia de formæ eſſentia eſt vnitas eſſentialis perſonarum S. Tho. vbi ſupra ad d. Silu. d. q. 11. Ang. parag. 7. Turrecr. in c. Si non de conſecr. d. 4. num. 10. Sot. ar. 5. cit.

9 Vbi mutatio vocum non eſt tanta, quin maneat eadem ſignificatio ſecundum vſus accommodationem, eſt verus baptiſmus, ſi fiat ex ſimplicitate; non verò ex intentione alium ritum inducendi ab Eccleſia non approbatum S. Tho. vbi ſupra q. 60. ar. 7.

10 Non eſt mortale pro, baptizo, dicere Abluo Sot. in 4. diſt. 3 q. 10. art. 4. Ang. vbi ſupra parag. 3. Vict. in ſum. de bapt nu. 18. Sot. vbi ſupra ar. 5. Sic etiam non peccat dicens mergo te, Aqua infundo, vel aſpergo, vel lauo, quia ſunt ſynonima, & denotant ablutionem Tolet. lib. 2. c. 19. Sot. ar. 5. cit.

11 Baptiſmus in nomine Patria, & filia, & Spiritua ſancta tenet, ſi non fiat ex malignitate c. Retulerunt de conſecr. diſt. 4.

12 Tenet baptiſmus per iocum collatus, ſi adſit intentio baptizandi c. Spiritus ſanctus parag. Ecce 1. q. 1. Idem cum ex baptiſmo non intenditur niſi ſanitas corporalis aut huiuſmodi temporalia. c. Non illud de conſecr. d. 4.

13 Infantes Infidelium à parentibus oblati, vt fit à Turcis in Illirico, ob ſanitatē aut alium finem tēporalem baptizari poſſunt etiam cum parentibus manſuri Nau. de bapt. cons. 5. & ſatis colligitur ex d. c. Non illud Contrarium docet Azor. p. 1. lib 8 c. 25. q. 6 Niſi quando commoda occaſio ſe obtulerit eos à patria poteſtate liberandi.

14 Baptiſmus in nomine Trinitatis valet, c. A quodam de conſecr. d. 4. vbi ſtatuitur rebaptizandos non eſſe baptizatos in nomine Trinitatis. Idem tenuit Cai. p. 3. q. 66. ar. 6. Contrarium expreſſè ſtatuitur in c. In ſynodo, ead. d. 4 & docent S. Tho. d. ar. 6. Ang. baptis 2. parag 9. Silu. bapt. 1. q. 10. Sot in 4. d. q. vn. ar. 6. Valent. to. 4. diſp. 4. q. 1. p. 3. & alij communiter qui d. c. A quodam rectè intelligūt de explicita inuocatione perſonarū; & idē docet glo ibi ſē

15 In nomine Genitoris, Geniti, & procedentis ab vtroq, non valet. quia ea verba non ſignificant perſonas principaliter, ſed actus earum notionales, ſeu ſecundum originis ordinem, qui eſt inter perſonas: quod non ſufficit S. Tho. vbi ſupra art. 7. ad 7. Silu. Ang. vbi ſupra Valent. p. 3. cit. S. Ant. p. 3. tit. 14. c. 13.

c. 13. parag. 1. & com. Cai. tamen vbi ſupra Vict. in ſum. de bapt. num. 14. poſt. Inn. & Goff. citatos à Silu; contrarium docent; quia illa verba ex vſus accommodatione ſignificant perſonas ſaltem materialiter. Suar. to. 5. diſp. 21. ſect. 4. docet peccare mort. vtentem huiuſmodi forma, & rebaptizandum ſaltem ſub conditione, & probabile dicit Valent. cit.

16 In nomine Chriſti valet, d. c. A quodam Mag. in 4. d. 3. Glo in c. 1. de bapt. Contraria eſt com. S. Tho. Silu. Ang. Valent. Sot. S. Ant. & aliorum quos refert. & ad d. c. A quodam, reſpondet ibi glo. id conceſſum fuiſſe Apoſtolis propter nomen Chriſti ampliandum, dicit tamen quod ſi baptizatur in nomine Chriſti, quod valet baptiſmus. V. Barbos. ad cit. c. A quodam vbi quod idem ſit baptizare in nomine Chriſti, ac baptizare baptiſmo Chriſti.

17 In neceſſitate non peccat baptizans ſine ſolemnitate, etiam ſi ſit præciſus S. Tho. p. 3. q. 64 ar. 6. ad 3. S. Ant. vbi ſupra parag. 5. Silu. bapt. 3. q. 4. Tolet. lib. 2. c. 20. & alij relati à Sayro de cenſur. lib. 2. c. 2. num. 12. & ſeq.

18 Sacerdos extra caſum neceſſitatis baptizans ſine ſolemnitate, peccat mort. Valent. vbi ſupra q. 2. p. 1. & colligitur ex Clem. vn. de bapt.

19 Non poteſt ſolemniter baptizare, niſi Parochus, vel habens ab eo licentiam c. Interdicimus 26. q. 1. c. Conſtat de conſecr. d. 4. S. Tho. p. 3. q. 67. ar. 4. ad 2. Sot. in 4. d. 4. q. vn. ar. 1. Valent. vbi ſupra Silu. bapt. 3. num. 1.

20 Baptizato domi adhibendæ poſtea ſolemnitates in Eccleſia, vt cathechiſmus, exorciſmus, &c. c. Spiritus ſanctus 1. q. 1. S. Tho. q. 71. ar. 3. ad 3 Angel. bapt. 4. q. 6. Tolet. lib. 2. c. 23. Sot. in 4. diſt. 3. q. vn. ar. 9.

21 Nemo poteſt ſeipſum baptizare, etiam in articulo mortis, cum inter baptizandum, & baptizantem debeat eſſe diſcretio. Si tamen quis in eo articulo ſeipſum baptizaret, Saluaretur propter fidem Sacramenti c. Debitum de bapt.

22 In neceſſitate, in qua omnes baptizare poſſunt, hic ordo ſeruandus, quod vbi plures reperiuntur, minor cedat maiori. quare laicus præſente clerico; & non Sacerdos præſente Sacerdote, vel mulier præſente viro c. Mulier de conſ. diſt. 4 Baptizare non debet, alioqui peccant. Niſi inferior ſit magis peritus Sot. in 4. d. 4. q. vn. ar. 2. Tolet. lib. 2. c. 20. S. Ant. p. 3. tit. 14. c. 13. parag. 4. Nau. c. 22. num. 7. Vel niſi maior eſſet ab Eccleſia præciſus Silu. vbi ſupra. An verò peccent mort non ſeruantes dictum ordinem? Sot. vbi ſupra Suar to 3. diſp. 31. ſect. 4. Negant, ſi ſermo ſit de miniſtris inferioribus. At de laico Baptizante præſente Sacerdote, docent eſſe mortale niſi excuſet ignorantia facti putando periculum inſtans, cum non ſit; vel iuris, quod licet diuinum ſit, non tamen adeo clarum. Sot. vbi ſupra. At Valent. vbi ſupra q. 2. p. 1. docet huiuſmodi laicum peccare tantum venialiter; niſi faceret in contemptum, aut renuente Sacerdote, cui miniſterium illud ex officio incũbit: idemque docet de Sacerdote, præſente Epiſcopo.

23 Sacerdos non proprius ſolemniter Baptizans extra neceſſitatem ſine licentia proprij, quamuis peccet, iniuſtè vſurpando alterius officium. c. Interdicimus 16. q. 1. non tamen fit irregularis Silu. & Suar. vbi ſupra. At Clericus non Sacerdos ſolemniter Baptizans etiam in neceſſitate, fit irregularis. Sic multi, quos refert Sayr. de cenſur. lib. 7. c. 1. num. 4. Idem de laico ſolemniter Baptizante, præter cit. Doct. docent Valent to 4. diſp. 4. q. 2. p. 1. in fi. Nau. c. 27. num. 241. Silu. vbi ſupra & ver. irregularitas q. 12. & 27. Tolet. lib. 2. c. 20. Alij tamen contrarium docent, vt Couar. in Clem. ſi furioſus de homic. p. 1 parag. 1. nu. 1. Ang. ver. irregularitas parag. 38. Say. alios referens loco cit. nu 61. quia lex loquitur de Clerico non ord. min. laicus verò non eſt Clericus, & pœnæ ſunt reſtringendæ. Diaconus ſolemniter Baptizans nõ vt Sacerdos maximè ſi putat id ſibi licere de licentia Parochi, non fit irregularis ſecundũ Nau. de Cler. nõ ord. cõs. & alios ibi relatos, qui idem inſinuat in man. c. 27. nu.

242

242. verſ. 7. Ex commiſſione tamen Epiſcopi, vel Parochi poteſt ſolemniter Baptizare Immo in caſu vrgentis neceſſitatis, cum Parochus abeſt, poteſt iure ſuo ſolemniter Baptizare Suar. to diſp. 23. ſect. 2. per glo. in c. Diaconos ver. neceſſitas d. 93. Valent. vbi ſupra Caiet p. 3 67. ar. 1.

24 Baptizans vnum putans alium, aut fœminam, putans eſſe marem. ſi aliud non intendit, verè Baptizat S Th. in 4. d. 30. q. 1. ar. 1. ad 3. & ibi Sot. Ang. Bapt. 5. parag. 13. Silu. Bapt. 3. q. 15. Hoſt in ſum. de Bapt. parag. Quæ ſit eius forma num. 20. Nau. de eo, qui furt. ord. ſuſc conſ. 1 nu. 4. Tolet. lib. 2. c. 20 in fi. Val. vbi ſu. q. 1. p. 2.

25 Puero periclitante ſufficit Baptizare quamuis corporis partem Nau. in c. Vulgaris de pœnit. d. 1. num. 3. & de Bapt. conſ. 2. & in Man. c 22. num. 7. glo in c Proprie. ver. trium millium de conſecr. d. 4. Capell. Tholos. decis. 156 S. Th. p 3. q. 68 ar. 11. ad 4. & com. Si tamen euadat, & perfectè naſcatur, iterum Baptizandus ſub cõditione ſi pars illa ſit minima, vt manus, pes, &c. S. Th. Valent. vbi ſupra, & alij, quos refert, Silu. Bapt 4. q. 1. licet Nau. d. conſ. 2. & Tolet. lib. 2. c. 18. & alij dicant id non eſſe neceſſarium. Ego tamen puto id eſſe tutius. An ſufficiat digitum Baptizare non eſt certum Sot. in 4. d. 3. q. 1. ar. 7. Sufficit verò ſecũdũ eundẽ & Tolet. ſi aqua cadat ſuper capillos, licet ad cutẽ non perueniat: ſunt .n. capilli ſuo modo pars capitis

26 Si puer totus ſit in ventre matris, nec appareat aliqua eius pars, ſi manu obſtetricis poteſt immitti aqua quæ vſq; ad infantem pertingat, validus erit Baptiſmus: quoniam nihil tunc deeſt ad eſſentiam Sacramenti, ſi forma adhibeatur; eſt enim alterum ſuppoſitũ à Matre, per ſe capax baptiſmi, habens diſtinctam animam, diſtinctam ſubſiſtentiã, & natiuitate prima, & cõceptione in vtero iam natus in Adam: ideo per Baptiſmũ renaſcitur Chriſto Vict. in ſum. de Bapt. num 31. Valent. vbi ſup. Suar. to. 3 in q. 68. ar. 11. vbi docent quod quocumq; modo fieri poteſt, vt puer abluatur, ſatis eſt ad valorem Baptiſmi. Nec diſſentit S Th. d. ar. 11. vbi ideò negat id fieri poſſe, quia oportet ablui ipſam perſonã; ſi ergo id fieri poteſt etiã in vtero validus erit Baptiſmus. Validus eſt Baptiſmus datus ab infideli, modò intendat facere, quod facit Eccleſia. c. Romanus c. A quodã Iudæo de conſecr: diſt. 4. Suar. in 3. p to. 3. diſp. 23. ſect 1. Peccant tamen admittentes infidelem prætermiſſo fideli, etiam in neceſſitate Idem diſp. 31. ſect. 6

26 Teneris etiam cum tuæ vitæ periculo baptizare puerum alioqui ſine baptiſmo moriturum Silu. bellum 2. q. 4. Cord. lib. 1. qq. q. 26. Ban. 2. 2 q. 16. ar. 5. & q. 33 ar. 3. Suar. to 3. diſp. 31. ſect 4. P. Nau. lib. 2. c. 3 num. 145. Nec fugere potes ab alio inuaſus Sanch. de matr. lib. 9. diſp. 20. num. 17. Sil. loco cit.

27 Niſi certiſſimũ ſit puerum eſſe baptizatum, omnino baptizandus c. Placuit 1 de conſec. d. 4. Quare in dubio an aliquis ſit baptizatus, debet iterum ſub conditione baptizari c. 2. de bapt.

28 Validus eſt baptiſmus datus dormienti, vel amenti, vel furioſo, ſi ante baptizari voluerunt c. Maiores parag. Item quæritur, ibi Pan. num. 1. 6. 7. de baptis. Si tamen habent lucida interualla, expectandum, niſi periculum immineat. Datus autem amenti à natiuitate, valet, idem enim videtur de illis iudicium, ac de pueris, qui baptizantur in fide Eccleſiæ S. Th. p. 3. q. 68. ar. 12. Suar diſp. 24. ſect. 1. Valent. diſp. 4. q. 3. p. 2. Sot. in 4. d. 5. q. 1. ar. 12. Silu. bapt. 4 q. 2

29 Filij Iudæorum aut infidelium non sũt inuitis parentibus baptizandi ante vſum rationis S. Th. vbi ſupra ar. 10. Suar. Val. cit. & com. Sufficit verò alterius parentis conſenſus, etiam ſolius Matris infidelis: & parentibus mortuis, conſenſus tutoris, aut alterius curam illius legitimè habentis Suar. diſp. 25 ſect 3. V. Nau. de cõuers infid. cõl. 9.

9 Quod ſi de facto baptizentur, ſunt nihilominus apud parentes educandi, præſtita cautione, quòd eos in libertate conſtituent, cum rationis vſum adepti fuerint, eoſq; præſentabunt nec eis interim deteſtabuntur fidem. Felin. in c. Sicut Iudæi de Iudæ, Valent. to 4. diſp. 4. q. 3. p. 3. verſ.

ter.

refert, & ſequitur Sanchez de matrim. lib. 9 diſp. 16. nu 3. vbi ſubdit, quod exiſtente puero in præſeniſſimo mortis periculo, ſi parens miſeratione commotus, penè indeliberatè baptizet, quamuis alij adeſſent, non impediri ab exactione debiti. Idem dicendum, ſi parens leuet in eadm neceſſitate docent alij quos refert, & ſequitur Barbos. ad d. c. Ad limina num. 9.

38 Patrini tenentur docere ſuſceptos rudimenta Chriſtianæ fidei, niſi credant alios id facere habet enim ſe tamq, nutritij pedagogi, & fideiuſſores eorum, quos ſuſcipiunt S. Tho. p. 3. q. 67. ar. 8. Sot in 4. d. 4 q vn. ar. 5. Sil. bapt. 5 in fi & com. Itē tenentur curare diligenter, vt boni ſint, ſi parentes eorum curam negligerent Doct. cit. & Mag. in 4. d. 4. c. 3. Debent autem in ea eſſe ætate, vt naturaliter eſſe poſſint parentes carnales Pan. in c. Debitum de bapt. vbi Anchar. num. 7. quòd quis 10. ann. eſſe non poteſt Pater ſpiritualis Iudæi baptizari volentis, ſi ſit eiuſdem, vel minoris ætatis V. Sanchez de matr. lib. 7. diſp. 61. vbi quod nulla requiritur certa ætas.

39 In neceſſitate idem eſſe poteſt patrinus in Baptiſmo, & confirmatione c. In Baptiſmate de conſec. d. 4.

40 Si patrini certi non diſignantur ad formam Conc. Trid. ſeſſ. 24. c. 2. de refor. matr. omnes tangentes contrahunt affinitatem iuxta c. Quamuis de cogn. ſpir. in 6. Et ſic declarauit Congreg. Conc. & docet Nau. c. 22. num. 39. & valde probabile dicit Sanch. alijs relatis lib. 7. de matr. diſp. 57. num. 11. & ſeq. ſi non conſtet quis priuò tetigerit Contrarium tamen videtur dicendum per illa verba Concilij, Nullo pacto quæ denotant nullitatem ipſo iure, vt docent Pan. in c. Non, magno, Ne Cler. vel mon. num. 5. & in c. Qualiter, & quando de accus num 18. Fel. in c. Ex parte de conſt. num. 7. Quare immeritò Nau. de cogn. ſpir. conſ. 2. dicit non eſſe contra Concilii. Et idem docent Sanchez vbi ſupra. Si vero deſignētur plures, ſiue viri, ſiue fœminæ, & à Parocho, vel expreſsè admittantur, aut certè non excludantur omnes contrahunt. Si autem à parentibus plures deſignentur; ſed à Parocho vnus tantum admittatur ad form. Concilij, ille ſolus contrahit, idem num. 14. & trib. ſeq. Suar. to. 3. diſp. 67. ar. 8. Si verò nullus ex deſignatis tetigerit, ſed alius non deſignatus, hic non contrahit, vt ex Trid. optimè colligit Sanchez num. 20. Epiſcopus diſpenſare non poteſt, vt duo viri loco viri, & mulieris ſuſcipiant, Cong. Conc. l. Parochus non poteſt patrinos deſignare, niſi cum parentes non deſignant. t. Sanchez vbi ſu num. 17. & 19.

41 Patrini eſſe nō poſſunt primo Religioſus c. Non licet, & ſeq de conſec. d. 4. & c. Peruenit 1. 18. q. 2. Nau. de ſta. mon. conſ. 10. quod intellige tenendo: ſecus baptizando, glo. in di c. Non licet, & d. c. Peruenit ſi tamen ſuſcipiat, Contrahit. Silu bapt. 5. q. vlt. Ang bapt. 8. in principio Ego tamen dubito de opinione glo quia canones cit. abſolutè prohibent religioſis ſibi compatres, vel commatres facere. at ita baptizando, ac leuando id faciunt. Secundo non baptizatus in baptiſmo, & non confirmatus in confirmatione c. In Baptiſmate de conſecr. d. 4.

CONFIRMATIO.

1 EST Sacramentū pugnantium Hoſt. in ſum. de ſacr. non iter. num. 3. Deſcribitur autem à Nau c. 22. num. 8. ſic eſt Sacramentum vnctionis Chriſmati conſecrati, quo Epiſcopus frontem baptizati inungit ſub certa forma verborum.

2 Sacramentum tantum eſt ipſa vnctio exterior: res tantum eſt plenitudo ſpiritus Sancti: res, & ſacramentum ſimul, eſt character.

3 Materia remota confirmationis eſt Chriſma ex oleo, & balſamo confectum: proxima vero eſt ipſa vnctio Suar. to 3. diſp. 33. ſectio 1.

4 Forma eſt conſigno te ſigno Crucis, & confirmo te Chriſmate ſalutis In nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Pontific. Rom. Suntque omnia de eſſentia formæ

Valent. to. 4. diſp. 5. q. 1. p. 2. Sot. in 4. diſt. 7. q. 1. art. 2. & com.

5 Balſamum eſt tantum de neceſſitate præcepti c. 1. de ſacr non iter. Cai. p. 3. q. 72. ar. 1. & 2. Sot. & Val. vbi ſupra Couar, 1. var. res. c. 10. num. 4. Nauar vbi ſupra, & de ſacra vnct conſ. vn. Vict. in ſum. de confirm. concl. 2. Alij tamen contrarium docent, eſſe videlicet de eſſentia ſacramenti ſic Silu. ver. confirmatio q. 1. & tutiorem dicit Tolet. lib. 2. c. 25. & multis probare nititur Suar. ſect. 1. cit. præcipuè ex vſu totius Eccleſiæ. Ego tamen puto veriorem eſſe priorem ſententiã Nam in c. 1. citato dicitur nihil eſſe iterandũ, ſed cautè ſupplendum. Si autem fuiſſet balſamum de eſſentia, nullum fuiſſet ibi ſacramentum, & conſequenter omnino iterandum non verò ſupplendum V. Pan. in d. c. 1. & Barb. ibidem dicit balſamum eſſe accidentarium.

6 Si chriſma non ſit ab Epiſcopo conſecratum, non confertur ſacramentum. S. Tho p. 3. q. 72. ar. 3. Silu. & Tolet vbi ſupra, & probat Suar. ſect. 1. cit. ex Concilio Florent. ſub Eugenio. & Inn Ep. 1. ad Decennium c. 9 Sot. vbi ſupra art. 3.

7 Proprius miniſter huius ſacramenti eſt Epiſcopus. c. Manus, c. Nouiſſimè, & c. Vt ieiuni, de conſecr. d. 5. Trid. ſeſſ. 7. can. 3. de confir. Poteſt tamen etiam ſimplex Sacerdos ex Papæ diſpenſatione Silu. ver Confirm. q. 1. Cai vbi ſupra art. 3. Vict. num. 43. Nau. de priuil. cons 14. Couar. 1. var. res. c. 10. num 6. & ſeq. Suar. vbi ſupra, & diſp. 36. q. 1. Pan. in c. Quanto, de conſuet. num. 7. Valent. to. 4. diſp. 5. q. 2 p. 2. & communem eſſe aſſerit Barbos. ad c. Peruenit diſt. 95. & ad c. vlt. de conſacra V. nct num. 12. & probant auctoritate S Greg. lib. 3. regiſtr. ep. 36. & conc. Flor in decr. vnionis. Ex quo hanc ſententiam adeo certam eſſe aſſerit Valent vt dicat haberi iam tamq; de fide.

8 Epiſcopus degradatus, hæreticus non confert hoc ſacramentum Caſtro de iuſt. hæret. pun. c 21. Couar. vbi ſupra ex Glo in c. Accedens, diſt. 50. & in c. Degradatio de pœn. in 6. Verius tamen docent Suar. diſp 36 ſect. 3. & Sayr. de cenſur. lib. 2. c. 1. num. 5. huiuſmodi Epiſcopum peccare quidem miniſtrando, verum tamen conferre ſacramentum: eſt enim verè Epiſcopus, & conſequenter verus, & ſufficiens miniſter. Auctoritates vero S. Patrum, quibus nititur contraria opinio, non agunt de hoc ſacramento, ſed de manus impoſitione reconciliatiua, quæ erat per modum cuiuſdam publicæ pœnitentiæ, & abſolutionis, qua ſcilicet ab hæreſi conuerſi ad communionem laicam admittebantur. Et contrariam ſententiam tamquam erroneam improbat Alter de cenſur. to. 1. diſp. 8. lib 1. c. 3.

9 Archiepiſcopus viſitans confirmare nequit ſubditos ſuffraganeorum c. Interdicimus 16. q. 1. Confirmando tamen, licèt peccet, non efficitur irregularis, & confert verum ſacramentum Silu. vbi ſupra q. 4. vers. 5. Tolet. lib. 2. c. 24. & com.

10 Chriſma debet eſſe eiuſdem anni, & nouo conſecrato, vetus comburitur c. Literis de conſecr. d. 3. c. Si quis de alio, eo. d. 4. glo. in c. Quoniam de ſent exc. in 6. In vrgenti tamen neceſſitate, ſi nouum deſit, licet vti vetere Suar. diſp. 38. ſect. vlt.

11 Confirmandi morituri S. Th. vbi ſupra ar. 8. Silu. ver. confirmatio q. 4. Catechis. Rom. de ſac. confir. Suar. diſp. 35. ſect. 2. in fi. Item ſurdi, & muti, Silu cit. Item pueri etiam ante vſũ rationis S Bon. in 4. d. 7. art. 3. q. 1. & probabile dicit Suar. vbi ſupra. Et ſi cauſa ſubſit, concedit Conc. Prou. Mediol 5. de ſacr confir. vt ſi puer ſtatim ſit moriturus: quia etſi non ad pugnam, prodeſt tamen ad gloriam S. Tho. vbi ſupra ad 4 Sot. in 4. d. 7. q. vn ar. 8 Addit Suar. non videri in hoc tantam, tamq; vrgentem Eccleſiæ conſuetudinem, vt præceptum inducat. Quare non peccare Epiſcopum, ſi ex ſola beneuolẽtia, vel alia ſimili cauſa infantem confirmet, modò ſine ſcandalo. Et certè Catechis. Rom. vbi ſupra, Archid. quem refert, & ſequitur Silu. & alij communiter, tantum dicunt non expedire confirmare puerum ante ſeptennium.

Perpetua

12 Perpetuo amentibus non eſt conferendũ hoc ſacramentũ, cum in capaces ſint militiæ ſpiritualis Sot. vbi ſupra. Contrarium tamen dicendum cum Suar. ſect. 2. cit. Valen. vbi ſup. p. 2. quia cum ſint capaces effectus huius ſacamenti, non ſunt priuandi tanta perfectione gratiæ.

13 Quamuis antiquitus ſoleret à ieiunis dari, & accipi, vt c. Ieiuni, & ſeq. de conſec. d 5. id tamen iam non ſeruatur Sot. vbi ſupra ar. vlt. Silu ver. Confirm. q. 5. Vbi tamen congruè ſeruari poteſt mos antiquus conuenientius eſt, vt à ieiunis detur, & accipiatur, S. Th. ar. 2. ad. 2.

14 Dubitans rationabiliter an ſit confirmatus, debet iterum ſub conditione confirmari Sot. in 4. d. 1. q. 1. ar. 8. verſ. contra hæc. Silu. vbi ſupra q. 3. & ver. ſacramentum verſ. 5.

15 Poteſt dari hoc Sacramẽtum tempore interdicti c. Quoniam de ſent. exc. in 6. Nau. c. 22. nu. 9. Silu. & Couar. vbi ſup.

16 Non eſt neceſſe præmittere Confeſſionem, ſed ſufficit attritio putata contritio S. Th. vbi ſup. ar. 7. ad 2. & ibi Cai. Suar. diſp. 34. ſect. 2. Sot. diſt. 7. ar. 8. Valent. diſp. 5. q. 1. p. 4. Silu. vbi ſupra.

17 Poſt vnctionem iam non eſt in vſu, vt per ſeptem dies ligetur frons, donec exfricetur: ſed vbique propria conſuetudo ſeruãda eſt, vt ex Rom. [illegible] docent Suar. diſp. 37. ſect. 2.

18 Non eſt mortale ommittere Confirmationem, ſi deſit contemptus S Th. vbi ſupra ar. 8. ad. 4. Sot. vbi ſup. Suar. diſp. 38. ſect. 1. Silu. ver. Confirmatio q. 2. Cai. in ſum. ver. confirm. Contemnere autem videtur, ſecundum Tolet. lib. 2. c. 24. qui occurrente tempore confirmationis apto, & ſuſcipiendi commoditate oblata non ſuſcipit: maximè ſi probabile ſit non futuram commoditatem. Sed verius id negat Val. vbi ſup. q. 2. in fi. niſi ideo non ſuſcipiat, quia paruifacit. Item peccat mort. ommittens ratione ſcandali, ſi publicè ſpeciẽ ſcandali alijs præbeat. Item ratione conſcientiæ, & charitatis propriæ; vt ſi quis practicè ſibi perſuadeat non poſſe ſine hoc medio tentationes contra fidem vincere. Item ratione extrinſecæ neceſſitatis ad remiſſionem peccati, vt ſi habens conſcientiam peccati mort. & in periculo mortis exiſtens, non poſſet aliud Sacramentum accipere, timeretq; de perfectione, ſuæ contritions, quia fortè eſt ſolum attritus, & virtute ſacramenti poſſet fieri contritus, Suar. vbi ſupra. Item quando inſtat occaſio publicè confitendi fidem coram Tyranno Turrecr. in c. 1 de conſecr. d. 5.

19 Ordinare in ſacris nondum confirmatum non videtur mortale S. Th. addit. ad 3. p. q. 35. ar. 4. Sot. in 4. d. 24. q. 1 ar. 4. in fi. Nau. vbi ſup. Valent. diſp 5. q. 2. p. 2.

20 Patrinus eſt neceſſarius tantum neceſſitate præcepti non ſacramenti. S. Th ar. 10. Sot. diſt. 7. q vn. ar. 10. Silu. ver. Confirmatio q. 4. vers. 6. Nau. c. 22. num. 9.

21 Non debet quis in confirmatione tenere filium; coniugem, aut fratrem Silu. & Tolet. vbi ſupra.

22 Qui poſſint eſſe patrini, & quomo contrahant affinitatem, iuſta Trid ſeſſ. 24. c. 2. de refor. matr., idem dicendum quod ſuperius de Baptiſmo V. etiam infra Matrim. ver. cognatio ſpiritualis.

EVCARISTIA.

V. Confeſſor. Extrema vnctio. Sacramenta.

1 EVchariſtia eſt Sacramentum corporis, & ſanguinis Chriſti Mag. in 4. diſt. 8.

2 Sacramentum tantum eſt panis, & vinum. res tantum eſt vnitas, c. Cum Marthæ de celebr. Miſſ. vel gratia quæ ſumentibus confertur est enim res ſignificata non ſignificans Sot. in 4. d. 8. q. vn. ar. 1. dub. 2. Res, & ſacramentum eſt corpus Chriſti. d. c. Cum Marthæ.

3 Materia Euchariſtiæ eſt panis, & vinum. Panis debet eſſe triticeus Catechis. Rom. & Conc. Flor. ſub. Eug. & com. At circa ſpeciem tritici diſſentiunt Doct. S. Tho. p. 3. q. 74. ar. 3. & ibi Caiet. Silu. Euch. 1. q. 1. Tolet. lib. 2. c. 25. Ang. Euch.

1. parag. 2. admittunt tantum verum triticum, & quæ ex tritico generantur, vt ſiligo. Gabr. lect. 3. in can. & alij, quos Suar. diſp. 44. ſect. 1. refert pro prima ſententia, docent ſufficere quemcumq; panem frumenti, ſiue triticeus ſit, ſiue hordeaceus. Sot. in 4. diſt. 9. q. vn. ar. 1. ex aliorum ſententia docet ſpeltam, & far eſſe ſpecies tritici, & ideo poſſe in huiuſmodi conſecrari. In alijs autem, leguminibus præſertim, omnes docent conſecrari non poſſe. De farre, & ſpelta, cum res ſit dubia, propter varias Doct. opiniones, peccatum eſſet in huiuſmodi conſecrare. Vict. de Euchar. num. 55. P. Sot. lect. 2. V. Suar. vbi ſupra.

4 Si in triticea farina fiat modica permixtio alterius ad multo maiorem triticeæ, poteſt exinde confici vera materia huius ſacramenti S. Tho. vbi ſupra ad 3. Suar. Sot. Silu. loc. cit.

5 Poteſt conſecrari panis factus cum aqua non naturali Caiet. p. 3. q. 74. ar. 7. Aſten. & Dur. relati à Silu. vbi ſupra q. 2. Contrarium tamen verius docent S. Tho. d. ar. 7. ad 3. Sot. vbi ſupra ar. 6. ad 3. Silu. d. q. 1. Suar. ſect. 2. quia aqua ponitur tamquam pars ſubſtantialis panis.

6 Si tanta fiat ſpecierum mutatio, quod ſi panis eſſet, corrupta fuiſſet eius ſubſtantia: idemq; de vino, non remaneret corpus, & ſanguis Chriſti ſub hoc ſacramento, & hoc ſiue mutatio fiat circa qualitates, vt colorem, ſaporem, quod nullo modo compati poſſunt naturam panis, & vini: ſiue ex parte quantitatis, vt ſi puluerizatur panis; aut ſi vinum in tam minutas partes diuidatur, vt iam non remaneant ſpecies panis, & vini S. Tho. p. 3. q. 77. ar. 4 Sot. diſt. 10. q. 2 ar. 4.

7 In neceſſitate licet conſecrare in muſto recenter ex vuis expreſſo; eſt enim verum uinum; c. Cum omne de conſecr. d. 2. S. Tho. q. 74. ar. 5. ad 3. Sot. d. 9. q. 1. ar. 5. Silu. Euchar. 1. q. 3. & com. In aceto autem, uel agreſte non licet. Si tamen acetum ſit tantum in uia aceſcendi, cum nondum amiſerit naturam uini, erit quidem materia ſufficiens, peccabit tamen Sacerdos. S. Tho. & alij cit.

8 Vinum vitis eſt propria materia huius ſacramenti S. Tho. ar. 5. cit.

9 Vinum congelatum eſt ſufficiens materia, quare in eo facta conſecratio tenet Sot. vb. ſupra Silu. Euchar. 1. q. 10. verſ. 5. Ang. ver. miſſa parag. 73. Suar. diſp. 45. ſect. 1

10 Poteſt admiſceri ad vinum aqua non naturalis; cum aqua non ſit de neceſſitate ſacramenti. Peccat tamen mortaliter Sacerdos faciens contra vſum Eccleſiæ S. Tho. Sot. vbi ſupra Silu. Euchar. 1. q. 3.

11 Si in magno dolio vini non conſecrati miſceatur parua quantitas ſpecierum conſecratarum, licet Sot. diſt. 10. q. 2. ar. 8. verſ. Ad hæc, & Palud. dicant poſſe bibi; melius tamen Suar. diſp. 57. ſect. 4 in fi. exiſtimat id fieri non poſſe ſine irreuerentia ſacrarum ſpecierum. quare ſeparandum, & ad ſacros vſus reſeruandum, cum ratione contactus totum remaneat quodammodo benedictum.

12 Ad conſecrationem calicis neceſſaria omnino ſunt, & de ſubſtantia formæ omnia illa verba Hic eſt calix ſanguinis mei, noui, & æterni, &c. S. Tho. q. 78. ar. 3. Silu. Euchar. 1. q. 6 verſ. 4. S. Ant. p. 3. tit. 13. c. 15. parag. 4. & Alij. At Mag. in 4 d. 11. S. Bon. ibi p. 2. q. 2. ar. 1. ad 1. Caiet. in d. ar. 3. Vict. num. 74. Tolet. lib. 2. c. 26. Suar. alios referens diſp. 60. ſect. 1 docent de neceſſitate ſacramenti ſufficere illa verba. Hic eſt calix ſanguinis mei. Vel, Hic eſt ſanguis meus. V. c. Cum Marthæ de celebr. miſſ.

13 Si Sacerdos putans ſe habere præ manibus vnam hoſtiam, poſt conſecrationem inueniat duas; vtraq; eſt conſecrata; niſi expreſſè intendiſſet vnam tantum conſecrare; quod tamen faciendum non eſt. Item ſi plures hoſtias ad altare detulerit conſecrandas, & in actuali conſecratione vnius tantū recordetur, omnes ſunt cōſecratæ. Quod ſi eius intentio ſit determinata ad

decem,

decem, & ſint vndecim, nulla eſt conſecrata Silu. Euchar. 2. q. 6. Ang. eo parag. 26. & ſeq. quia effectus conſecrationis ſequitur intentionem conſecrantis: cum autem in hoc caſu nulla ſit determinata intentio nulla etiam eſt conſecratio.

14 Peracta conſecratione ſaltem corporis, ſi Sacerdos morte, aut graui infirmitate occupetur, debet per alium ſuppleri, c. Nihil 7. q. 1. S Tho. p. 83. ar. 6. ad 1. etiam ſi non ſit ieiunus, vbi ieiunus haberi non poteſt Nau. c. 25. num. 86. Suar. diſp. 85. ſect. 1. Sot. diſt. 13. q. 2. ar. 6. Quomodo autem id fieri debeat, V. S. Tho. & Suar. loc. cit. Silu. Euch. 2. q. 8. Si huiuſmodi Sacerdos habeat conſcientiam peccati mort. non tenetur ſupplere, niſi ob ſcandalum Tol. lib. 2. c. 9. ego puto ſufficere, ſi præmittat actum contritionis vbi copiam confeſſoris habere non poſſit, & tunc teneri ſupplere.

15 Si Sacerdos peracta conſecratione recordetur ſe non eſſe ieiunum, aut ſe comiſiſſe aliquod mortale nondum confeſſum, aut ſe eſſe excommunicatum, tenetur dolere, proponere confiteri, & miſſam proſequi S. Tho. vbi ſupra ad 2. Silu. Euchar. 2. q. 7. Sot. vbi ſupra Nau. de hor. can. c. 16. num. 57. qui in man. c. 25. num. 75. docet idem faciendum cœpta miſſa, ſi abſq; ſcãdalo eã imperfectã relinquere nõ poteſt.

16 Si poſt conſecrationem depræhenderit venenum in calice, aut in hoſtia, debet in vaſculo cum reliquijs conſeruari, non verò ſumi, aut alteri tradi, Deinde ſumendum aliud vinum, aut hoſtia, & iterum conſecrandum S. Tho. vbi ſupra ad 3. Silu. Euch. 2. q. 9. verſ. 2. Sot. vbi ſupra Suar. diſp cit. ſect. 1. & com. Quòd ſi forte animal in calicem cadat, & abſq; periculo vomitus, ſumi non poteſt, extrahendum animal, & ſumendus ſanguinis; niſi ſacerdos horrorem ſentiat, & vomitum; tunc enim propter reuerentiam ſacramenti ab ipſo ſumi non debet, ſed ab alio Sacerdote, iuxta ſuperius dicta: vel conſecrandus alius ſanguis, & ab eo ſumendus, ne ſacrificium maneat imperfectum, & alter calix conſeruandus Doct. cit.

17 Peccata venialia actualia, ideſt quæ quis actu committit, vel quibus diſtractus eſt, cum actu communicat, impediunt tantum actualem refectionem ſpiritualis dulcedinis S. Tho. q. 79. ar. 8. Sot. diſt. 12. q. 2. ar. 8. Suar. diſp. 63. ſect. 3.

18 Per hoc Sacramentum dolenter peccata venialia, & mortalia oblita S. Tho. vbi ſupra ar. 4. Sot. q. 2. cit. ar. 3. Suar. ſect. 1. Valent. diſp. 6. q. 7. p. 1. Silu. Euchar. 4. in fi. & com.

19 Accedenti cũ peccato veniali fortè nec veniale, cõmittit niſi quis accederet ob vanam gloriam Sot. diſt. 12. q. 1. ar. 4.

20 Non dicitur quis accedere cum conſcientia peccati mort. qui tantum dubitat non aſſentiens, neq; diſſentiens; eſt enim ſcrupulus Sot. vbi ſupra.

21 Effectus huius ſacramenti non recipitur recedente fictione, ſi præſentia Chriſti deſinat in ſumente Valent. Vbi ſupra. Silu. bapt. 4. q. 17. Sot. vbi ſupra ar 6. Suar. alios referens vbi ſupra ſect. 8.

22 Vt hoc ſacramentum conferat primam gratiam, neceſſaria eſt vera, ac ſupernaturalis attritio cum bona fide, ideſt vt quis ignoret ſtatum ſuum, exiſtimetq; ſe in gratia accedere, non habens conſcientiam peccati mort. de quo non pœnituerit. Sot. diſt. 12. q. vn ar. 4. Suar. diſp. 63. ſect. 2. & com. Poteſt tamen ſecundum S. Bonau. Cai. & alios, quos refert Suar. dari medius ſtatus, in quo quis non peccet mort nec tamen conſequatur effectum ſacramenti, ſi quis v. g. inculpabiliter accedat ſine vera attritione; vt quia putat ſe contritum, cum neq; ſit ſupernaturaliter attritus.

23 Ad ſuſcipiendum verò gratiæ augmentum requiritur Primò diſpoſitio habitualis gratiæ. Secundò diſpoſitio poſitiua actualis deuotionis, quæ ſimul adſit cum ipſa ſumptione: non verò diſpoſitio priuatiua, ideſt carentia peccati venialis, niſi prout actualem deuotionem impedire poteſt Cai. p. 3. q. 79. ar. 1. Silu. Euchar. 4. in fi. & alij. Contrarium tamen ſequuntur S. Tho. d. q. 79.

ar. 8.

ar. 8 Sot. d. 11. q. 2. ar. 8. Vict. num. 66, Suar. vbi ſupra ſect. 3. & alij. nempe neutram earum diſpoſitionum eſſe neceſſariam, quia peccatum veniale non ponit obicem, nec impedit effectum ſacramenti, cum dignè accedat.

24 Vrgente neceſſitate, ac deficiente copia confeſſoris, poteſt quis communicare, & celebrare; tenetur tamen poſtea quam primum confiteri Trid. ſeſſ. 13. c. 7. can. & 11. Neceſſitatem intellige, primò periculum mortis communicaturi. Secundò, ſi non poſſit quis communionem ommittere ſine graui infamia, quam alia via vitare non poſſit. Tertiò ſi ſequatur ſcandalum Quartò neceſſitas abſoluendi ſacrificium, de quo ſupra. Quintò, quando quis iam altari admotus recordatur mortalis peccati non confeſſi Vict. num. 79. Cord in ſum: q. 141. Silu. Euchar. 2. num. 10. Nau c. 21. num. 49. Et in praxi tutò ſeruari poſſe docet Suar. diſp. 66. ſect. 4. licet Armill. ver. Communio parag. 28. & Roſell. relatus à Suar. dicant id non licere, niſi quando ſcandalum orietur, ſi retrocederet. Sexto cauſa neceſſitatis, vt quando Sacerdos tenetur ex officio celebrare, vt frequenter accidit in paruis plebiculis, Suar. vbi ſupra Silu: & alij. Adde cum Silu. Cum nuper deceſſit anima probabiliter indigens ſacrificio: aut ſi imminet ſolemnitas magna, in qua valde vtile ſit celebrare: aut ſi tantus ſit feruor in peccatore quod ex huiuſmodi ſumptione ſperet ſe maximè adiuuari contra peccatum,

25 Confeſſor deeſſe dicitur Primò cum quis loqui non poteſt, aut eo ſaltem idiomate, quò à Confeſſario ſaltem aliquo ſigno intelligatur. Secundo cum quis timet, eum Sacerdotem, qui ſolus adeſt, non ſeruaturum ſigillum; aut audita confeſſione grauem iniuriam ſibi illaturum Silu. confeſſio 1. parag. 2. & com. Aduertendum tamen, quod ſi huiuſmodi pœnitens id ſolum peccatum mortale habet, adeſtq; probabile periculum vel reuelationis, vel damni, tunc abſolutè poteſt ſine præuia confeſſione celebrare. Si verò habet alia mortalia, tunc tenetur confiteri, illud ſubticendo, quod ſine periculo confiteri. Nau. c. 7. num. 6. Tertio cum quis habet peccatum reſeruatum Superiori, quem adire non poteſt, nec facultatem petere: tenetur tamen reſeruatum cum non reſeruatis confiteri, V. Suar. vbi ſupra Sanchez lib. 2. ſum. c. 13. num. 14. docet non teneri huiuſmidi pœnitentem alium mittere pro abſolutione; nec per literas facultatem petere; nec Bullam accipere. Sed nec Superiorem accerſere, quando vel illum commodè accerſere nequit, aut magna erit nota, ſi veniat. Quarto quando adeſt Sacerdos non approbatus, aut excommunicatus, aut alijs ſimilibus pœnis minimè liber. Azor. p. 1. lib. 10. c. 31. q 7.

26 Pollutio inuoluntaria, & copula coniugalis cauſa prolis, niſi reddant hominem ineptum ad res diuinas, & ſpirituales, aut magnam mentis diſtractionem, variasq; cogitationes pariant non impediũt etiam de conſilio. Immo neq; copula coniugalis cauſa reddendi debitum Suar. diſp. 68. ſect. 2. V. ver. Debitum cõiug nu 24:

27 Pollutio cum negligentia veniali; & vxorem cognoſcens cauſa voluptatis, prohiberi debet, ne accedat ad ſacramentum, vt dicit S. Greg. relatus à S Tho p 3. q. 80. art. 7. ad 2. Nau. vbi ſupra nu. 51.

28 In articulo mortis, aut alia extrema neceſſitate, abſente Parocho, aut ipſo præſente, ac iubente, poteſt Diaconus communicare, c. Diaconos, & c. Præſente diſt. 93. S. Tho. q. 82. ar. 3. Vict. nu. 90. Silu. ver. Diaconus q. 2. dicto 2. Et Euchar. 4 q: 4. Tolet. lib. 2. c. 28 Immo, & ipſo præſente, & reclamante, quando is iniquè negaret Euchariſtiam indigenti ot. diſt. 13. q. 1. ar. 3. Valent. diſp. 6. q 10. p 1. Suar. vbi ſupra ſect. 2. Item cum præsbyter eſt feſſus, vel aliàs ad hoc impotens Silu. q. 2. cit. An Subdiacono, & alijs Clericis inferioribus id liceat, V. Marchin. de peſte par. 3. c. 8.

29 Præsby-

29 Præsbyter in neceſſitate poteſt ſeipſum communicare Cai. in ſum. ver. Com. min. Suar. diſp. 72. ſect. 3. Immo etiam laicus poteſt in articulo mortis Caiet. Matth. 28. Suar. cit.

30 Non poteſt Sacerdos ſine mortali extra miſſam conſecrare in quauis neceſſitate, etiam ad communicandum infirmum Sot. diſt. 12 q. 1. ar. 8. Vict. num. 83. Valent. diſp. 6. q. 8 p. 3.

31 Non licet miniſtrare Euchariſtiam non ſubdito. Quare ſimplex Sacerdos non poteſt hoc ſacramentum miniſtrare ſine licentia Suar. ſect. 2. & miniſtrans peccat mort. ſufficit verò bona fides, & tacita licentia, ideſt ſi credatur approbaturus Parochus quod geſtum fuerit Nau. in man. c. 21. num 52. Suar. diſp. 52. ſect. 2. Tol. lib. 2. c. 28. Regulares miniſtrare poſſunt quibuſcunq; ad ſe accedentibus extra diem Paſchæ c. Religioſo de priuil. Nau. & com. de quo infra ver. Excom. reſeru. num. 21. Per diem Paſchæ intelligunt Nau. vbi ſupra Azor. p. 1. lib. 8. c. 41. q. 7. præcisè diem Paſchæ, ſiue communio fiat ad ſatisfaciendum Eccleſiæ præcepto, ſiue non. At Roder. de regul. to. 1. q. 56. ar. 3. & 10. & Suar. to. 3. diſp. 72. ſect. 3. docent intelligendum non eſſe materialiter; ſed in hoc ſenſu, ſcilicet, quo communio Paſchalis obligat, ideſt à Dominica Palmarum ad Dominicam in albis iuxta Eug. 4. apud Nau. vbi ſupra Quare niſi Communio diei Paſchæ ſit pro implendo præcepto, vt quia prius ſit impletum eſt, vel poſtea implēdū, poſſunt Regulares in die Paſchatis miniſtrare fidelibus Euchariſtiam ſine pœna excomunicationis. V. eundem Roder. ar. 3. cit. verſ. Quoad 2. & Sorb. ad collectorem ver. Communicare. Riccium p. 4. decis. 127. Dianam p. 4. trac. 4. reſol. 81.

32 Non poteſt Sacerdos negare communionem ei, quem ſola confeſſione ſcit eſſe in peccato mortali; præcipuè verò in Paſchate, & in periculo mortis. Si tamen petat ab eo, qui non tenetur ei dare, vel in caſu, quo tenetur, occultè petenti, occultè denegare poteſt Silu. Euchar. 3. parag. 20. Vict. q. 86. & alij, quos refert, & ſequitur Suar. diſp. 67. ſect. 3. docent non ſolum poſſe, ſed etiam debere negare. addit tamen Suar. certò conſtare debere apud Sacerdotem de malo ſtatu pœnitentis: quod non eſſet, ſi inter ipſos eſſet opinionum diuerſitas: Vitandum etiam omne ſcandalum, infamiæ, criminis, ſeu reuelationis ſuſpicio. Vide Sanchez de matr. lib. 3. diſp. 161.

33 Occulto peccatori occultè petenti neganda communio etiam à Parocho S. Tho. p. 3. q. 80. ar. 6. Vict. q. 80. Suar. vbi ſupra, & com. quicquid Sot. vbi ſupra diſtinguat de Sacerdote Curato, vel non curato, vt hic negare poſſit, ille verò minimè. Nam eadem ratio in vtroque. Si verò in publico petat, & per occultam monitionem, aut publicam generaliter, perſuaderi non poteſt vt abſtineat, negari non poteſt c. Si Sacerdos de off. ord. S. Tho. vbi ſupra, & com.

34 Publico peccatori publicè petenti neganda communio, licèt occultam pœnitentiam egerit: neceſſe eſt enim, vt publicè ſatisfaciat ad vitandum ſcandalum. Niſi fortè ſit in periculo mortis: tunc enim pro temporis opportunitate, & neceſſitate, ſatis eſt, ſi confiteatur, vel ſigna contritionis exhibuerit. Si verò occultè petat, ſufficit ſecreta emendatio Nau. c. 21. num. 55 & in c. Sacerdos de pœnit. diſt. 6. à num. 101. Valent. diſp. 6. q. 8. p. 3. Sot. vbi ſupra Silu. Euchar. 3. q. 5. verſ 2. & alij. Addit Suar. vbi ſupra ſect. 2. in hoc vltimo caſu, communionem adeo debere eſſe occultam, vt non ſit poſtea diuulganda. Ampliat Sot. vt idem dicendum ſit, quando quis in vno loco eſt notorius peccator, etiam notorietate iuris, & ſententiæ, & aliò migrat, vbi Chriſtianè viuit, huic enim conferendum eſt ſacramentum.

35 Non licet deferre Euchariſtiam infirmo, qui eam ſumere non poteſt vt eam veneretur, aut deoſculetur Pius V. & Congreg. Concil.

36 Morte plectandis negari non debet communio, ſi ſint pœnitentes, & confeſſi c. Quæſitum 13. q. 2. Sot. vbi ſupra ar. 11. Silu. vbi ſupra verſ 8. Excuſat tamen

Iudices

Iudices contraria conſuetudo Couar. 2. var. res. c. 1. num. 11. quæ licet mala, non videtur tamen mortalis Vict. num. 86. Sot. ar. 6. cit. Nau. in man. c. 25. num. 23. & de orat. miſcell. 49. qui magis approbat Vrbis conſuetudinem, qua huiuſmodi damnato ſacra communio datur ante quatuor horas, quam ducatur ad mortem. Poteſt verò dari etiam poſt cibum, quando nec anticipari poteſt ipſi communio, nec differri ſupplicium Suar. diſp. 66. ſect. 5. & videtur com. dum dicitur, licere in periculo mortis non ieiunum communicare. Nihil enim refert quod ab intrinſeco, vel ab extrinſeco proueniat. Verum enim eſt ſemper dicere, huiuſmodi eſſe in periculo mortis.

37 Danda Euchariſtia in fine vitæ perpetuò amentibus, quando ſui compotes eius deſiderium habuerunt, nec extra gratiam eſſe putantur c. Qui recedunt 26. q. 6. Conc. Carthag. 4. can. 76. S. Th. p. 3. q. 80. ar. 9. Si tamen eſſet periculum expuitionis, aut vomitus, abſtinendum Silu. Euchar. 3. q. 5. vers. 9 Sot. vbi ſupra ar. 9. & com.

38 Dæmoniacis non eſt neganda Euchariſtia, S. Th. vbi ſupra ad. 2. Niſi conſtet eos pro crimine torqueri, quia tunc pro excommunicatis habendi ſunt Silu. vbi ſupra ar. 10. Tolet. lib. 2. c. 28.

39 Regulariter non licet pluſquam ſemel communicare in eadem infirmitate per modum viatici Nau. de pœnit. & rem. conſ. 41. & com. Fallit primò cū variatur ſtatus ægritudinis, ut quia infirmus eua ſit periculum mortis & nonnihil conualuit; poſtea verò in ſimile periculum iterum incidit. Fallit ſecundò ſi infirmitas perſeueret, vel augeatur, & periculum duret octo aut decem diebus Suar. vbi ſupra. Et quoties prudentis iudicio tam ſere tenetur de conſilio, & honeſtate communicare ſecunda vice, ac primâ Nau. vbi ſupra. Miniſtrari autem non debet infirmo non ieiuno; niſi cum iudicio medici dubitatur ne alioqui decedat ſine huiuſmodi Sacramento Suar. tó. 3. diſp. 68. ſect. 4. Bonac. to. 2. diſp. 5. q. 6. num. 24. Reginald. lib. 29. nu. 120. & alij aſſerentes de com. & cum infirmus expectare non poteſt mane ſequenti Nau. de pœnit. & remiſ. conſ. 14.

40 Quandocunq; & quoteſcumq; poteſt dari pœnitentia, poteſt etiā dari Viaticum, c. Quod in te, de pœnit. & rem. Cai. in ſum. ver. commun. min. & è contrà Suar. to. 4. diſp. 51. ſect. 3. num. 6.

41 Non peccat mort. qui non communicat in mortis art. ceſſante contemptu ſi Paſchalē communionem accepit Cai. in ſum. ver. Communio Sacr. Siluest. Euchar. 2. parag. 1. Sot. in 4. d. 12. q. 1. ar. 11. Vbi etiam addit, renueurem tunc communicare peccare mort. ſi adſit ſcandalum, ſic etiam Ang. Euchar. 3. parag. 1. B Med. lib. 2. ſum. c. 14 parag 42. vers la quarta, & alij Addunt Vict. q. 86. Suar. to. 3. diſp. 69 ſect. 3. Sot vbi ſupra, ſi paulo ante mortem ſanus non communicauit.

42 Si Sacerdos aliam hoſtiam conſecratam non habet, dare debet infirmo partem ſuæ, quod etiam facere poteſt ex alia qualibet rationabili cauſa, puta alicuins magna deuotione ad communicandum Silu. Euchar. 2. q. vlt. verſ. 2. & Euchar. 3. q. 15. vers. 1. Ang. ver. Miſſa.

43 Pueri poſſunt communicare cum incipiunt vſum rationis, & concipiunt deuotionem huius ſacramenti S. Tho. vbi ſupra ar. 9. ad. 3. quod ordinariè contingere ſolet circa decimum, vel vndecimum annum Sot. vbi ſupra ar. 9. in fi. Suar. diſp. 70. ſect. 1. Valent diſp. 6. q. 8 p. 2. Silu. Euchar. 3. q. 5. vers. 7. Ante verò vſum rationis illicitum eſt. Trid. ſeſſ. 21. c. 4. Excuſantur autem, cum ſecundum honeſtam patriæ conſuetudinem tardius communicant aut etiam eorum monitionē expectant, quorum cura gubernantur Cai. & Suar vbi ſupra. Idem dic etiam in articulo mortis, Secundum Nau. vbi ſupra num. 57. & de pœnit. & remiſſ. conſ. 40. num. 8. Peccant verò mort. Pater, Dominus, Tutor, Curator, qui ex culpabili negligentia non curant, vt filij, &c. communicent tempore debito; maximè ſi ſciant illos alioqui non communicaturos, niſi moneantur. Nau. num. 57. cit. V. Roderſin ſum. p. 2. c. 33.

c. 73. concl. 3. Sayr. cla. reg. lib. 7. c. 7. num. 1. Azor. p. 2. lib. 2. c. 21. queſt. 14.

44 Paſchalis communio differri poteſt de conſilio proprij Sacerdotis c. Omnis vtriuſq; de pœnit. & remiſſ. vt rectè notauit ibi Pan. num. 3. & conſtat ex verbis Can.

45 Poſt communionem non oportet diù ſtare ante ſumptionem cibi, aut potus S. Tho. vbi vbi ſupra ar. 8. Silu. Euchar. 3. q. 7. Et quantum ad præceptum attinet, poteſt præsbyter à Sacriſtia ad prandium ire Sot. vbi ſupra ar. 8. Expedit tamen aliquantulum abſtinere ob maiorẽ reuerentiã Pan. in c. ex parte num. 5. de celebr. miſſ. Suar. diſp 66 ſect. 4. in fi. V. c. Tribus, de cõſecr. d. 2

46 Communicans in peccato mortali ſatisfacit præcepto Eccleſiæ, ſed peccat mort. indignè recipiendo ſacramentum, com. vt teſtatur Azor. p. 1. lib. 7. c. vlt. q. 12.

47 Qui non communicauit, aut non eſt confeſſus in Paſcha, tenetur cum primum poteſt Suar. diſp. 70. ſect. 2. & to. 4. diſp. 36. ſect. 4. Nau. c. 21. num. 45. Roder. in ſum. p. 1. c. 64. num. 2. Et quoad communionem docent, & Io. Med C. de pœnit. q. 1. ar. 4. Vict. num. 147. & alij At S. Ant. p. 3 tit. 14. c. 19. parag. 4. docet præcepto Eccleſiæ non teneri aliquem confiteri niſi ſemel in anno: quo elapſo, ex vi illius præcepti non teneri amplius confiteri, aut communicare. Sot. verò d. 18. q. 1. ar. 4. concedens de Euchariſtia, omnino negat de confeſſione: nam aliàs poſſet quis per totam vitam ſine confeſſione in re gratiam recuperare. Silu. vbi ſupra q. 15. verſ. 3. Valent. diſp. 6. q. 8. p. 4. affirmant neutrum teneri V. infra ver. confeſſio num. 4.

48 Iniuſtè, aut nulliter excommunicatus poteſt ſecretò communicare, ceſſante ſcandalo, Nau. c. 21. num. 48. Immo ſecundum eundem, & Suar. de cenſur. lib. 1. c. 17. à num. 16. etiam publice, vbi ignoratur excommunicatio. Nam in foro conſcientiæ ille excommunicatus non eſt.

49 In die Paraſceues licitum eſt communicare communione laica Suar. diſp. 80. ſect. 2. Nec contradicit Innoc. in c. Sabbato de conſecr. d. 3. Ibi enim manifeſtè loquitur de ſacrificio quod ſolum eo die prohibetur. Contrarium ſtatuit ſacra Ritum congreg. 19. Feb. 1622. ſeruandam videlicet eſſe vniuerſalis Eccleſiæ conſuetudinem, quæ iamdiù obtinuit, vt eo die nonniſi infirmis Euchariſtia miniſtretur. Eſt autem communio laica illa, quæ communiter omnibus fidelibus conceditur. Suar. to. 3. q. 73. art. 4.

50 Quauis hora diei poteſt quis communicare, modò ſit ieiunus. hora tamen matutina videtur congruentior Silu. Euchar. 3. q. 15. verſ. 5.

51 Non eſt neceſſe pixidem eſſe conſecratam, aut benedictam Silu. vbi ſupra q. 4. Sot. diſt. 13 q. 1. ar. 3. Tutius tamen eſt conſecrari Suar. diſp. 81. ſect. 7.

52 Propter nimiam ægroti ſiccitatem poteſt Euchariſtia in vino miniſtrari, nec refert, & ſi prius aliquid vini deſcendit Suar. diſp. 66. ſect. 6.

53 Poteſt Sacerdos ſumere reliquias Euchariſtiæ poſt ſumptam calicis ablutionem Silu. vbi ſupra q. 5. Sot. diſt. 11. q. 1. ar. 8. in fi. Cai. to. 2. opuſc. tract. 3. q. 1. Nau. c. 25. 89. Valent. diſp. 6. q. 8. p. 3. Suar. vbi ſupra qui cum Nau. & Azor. p. 1. lib. 10. c. 22. in fi. ampliat, etiam ſi reliquiæ illæ ſint magnæ, modò ſint pars illius ſacrificij, & non intercedat multa mora. Niſi fortè ait Suar. multo tempore fuerit ad altare miniſtrando hoc ſacramentum, quia tunc poteſt ſacra vaſa purificare, & reliquias tunc conſecratas, & ad præſens ſacrificium pertinentes ſumere.

54 In neceſſitate, vt ſi in terram cadat, poteſt laicus etiam in mortali hoſtiam tangere S. Tho. p. 3. q. 82. ar. 3. Silu. Euchar. 3. q. 4. Sot. diſt. 13. q. 1. ar. 3. Addit Suar. diſp. 69. ſect. 1. in fi. licere laico in caſu neceſſitatis extremæ miniſtrare, ne proximus ſine viatico moriatur.

55 Reliquiæ traiectæ, ſiue ſint vini,

Ddd ſiue

ſive aquæ, dum lauatur os, non impediunt communionem, niſi traijciantur in magna quantitate: nec perfuſſio ſalis, & aceti ad lauandos dentes, ſi non glutiatur. Nec deguſtatio cibi, aut potus, ſi præter intentionem aliquid deſcenderet. Nec reliquiæ cibi, aut cœnæ præteritæ, ſi caſualiter tranſglutiantur 2 Tho. p 3. q. 80. ar. 8 ad 4. Silu. Euchar. 3. q. 6. Cai. in ſum. ver. Commun. Sacr. Sot. vbi ſupra Suar. diſp 66. cit. ſect. 4. Valent. vbi ſupra Ang. ver. miſſa parag. 4. & 5. V. Barbos. & ab eo cit. ad c. Ex parte num. 3. de celebr. miſſ. & Azor. p. 1. lib. 10. c 30. q. 2. vbi fuſè de ieiunio requiſito ad Euchariſtiæ ſumptionem.

56 In dubio an tranſactum fuerit medium noctis, non licet vel edere, vel bibere alioqui non poteſt communicari; niſi probabiliter opinetur non eſſe tranſactum, licèt cum formidine alterius partis: tunc enim poteſt communicare Sanch de matr. lib. 8. diſp. 41. num. 40.

57 Vbi non eſt niſi vnum horologium ſtatim ſonato primo pulſu horæ dimidiæ noctis, non poteſt aliquid edere craſtino communicaturus Sanch. vbi ſupra.

58 Grauiter tentatus, ſi ad vincendas tentationes prudentis iudicio neceſſaria videtur communio, peccat mort. non communicans. Valent. to. 4. diſp. 6. q. 8. p. 4.

MISSA.

V. Benedictio. Calix. Euchariſtia. Excommunicatio. Irreg. ex Interd. viol. Parochus. Sacramentum.

1 EST oblatio corporis, & ſanguinis Domini ſub alienis ſpeciebus facta; ſacrificij ab ipſo ſemel exhibiti expreſſiua Tolet. lib. 2. c. 4.

2 Habet effectum ſolum iuxta quantitatem deuotionis offerentis, & eorum, pro quibus offertur S. Tho. p. 3. q. 79. ar. 5. Cai. ibi, & to. 1. opuſc. trac. 3. q. 2. Silu. miſſa 1. q. 9. Sot. in 4. d. 13. q. 2. ar. 1. & com. Sunt verò offerentes circumſtantes, & qui dant eleemoſynam Sot. & alij cit. & eorum quò major numerus, eò magis multiplicatur, & augetur valor Sacrificij.

3 Plus prodeſt illis, pro quibus ſingulariter offertur Sot. vbi ſupra Arag. 2. 2. q. 85. ar. 5. S. Tho. ſuppl. q. 71. ar. 12. & ſeq. Suar. to. 3. diſp. 79. ſect 9.

4 Miſſa pro pluribus oblata tantum valet ſingulis, ac ſi pro ſingulis offeratur, c. Non mediocriter de conſecr. d. 5. Intellige, ſi & ipſi quoq; ſint offerentes: vt quia miſſæ ſacrificio interſunt, vel inſeruiunt. vel aliquo modo ſunt cauſa, vt ipſũ ſacrificiũ offeratur, & fiat. Ita Cai. loco cit. & Can. de loc. Theol. lib. 12. c. 13. ad 10. Arag. ubi ſup Silu. q. 9. cit. uerſ. quantũ ad 2. Sot. ar. 1. cit. Ang. uer. miſſa parag. 52. P. Nau. de reſt. lib. 2. c. 2. à num. 268. Cord. lib. 1. qq. q. 3. Petri Sot. de Euchar. lect. 7. Viguer inſt. theolog. c. 16. parag. 2. Contrarium docent S Bon. in 4. d. 45. ar. 2. q. 3. Palud. q ult. Pan. in c. Fraternitatem, de ſepult. num. 4. Nau. in man. c. 25. num. 92. & de orat. c. 29. num. 48. & de celebr. miſſ. conſ. 9. Tolet. lib. 2. c. 8. dub. 3. Valent. to 4: diſp. 6. q. 11. p. 1. in fi. Azor. dicens eſſe com. antiquorum Theol. p. 1. lib. 10. c. 20. & ſeq. Sot. de iuſt. lib. 9. q. 2. ar. 2. Et pro eadem ſententia innumeros refert Fraxinell. de oblig. Sacerd. ſect. 3. prænot. 4. parag. 1. V Suar. to. 3. diſq. 79. ſect. 12.

5 Sacerdos, & alij priuati offerentes poſſunt ſacrificij ſui fructum, quem vocant ſpecialiſſimum, applicare cui voluerint; ſicut poſſunt alias ſatisfactiones Mirend. man. Præl. to. 1. q. 41. art. 17. V. Suar. vbi ſupra ſect. 9. & to. 4. diſp. 38. ſect. num. 3. & Fraxinel. vbi ſupra à num. 41.

6 Miſſa de Sancto ita prodeſt defuncto quoad ſacrificium, ac ſi de mortuis diceretur. quoad orationes verò magis prodeſt ea, quæ pro defuncto. Eſt Tolet. lib. 2. c. 8. dub. 2. Huic tamen

defun-

defuncto ſatisfacit maior deuotio celebrãtis de Sancto, & interceſſio eius Sancti. S. Tho. ſuppl. q. 71. art. 9. ad. 5. Silu. Miſſa. 1. q. 8. verſ. 5. Ang ver. Miſſa parag. 24.

7 Qui promiſit tribus Miſſam celebrare ſatisfacit vna pro omnibus celebrando P. Nau. vbi ſupra num. 320. Silu. Miſſa 1. q. 11. Caiet. opuſc. cit. Arag. vbi ſupra. Quod P. Nau. Silu. & Arag. concedunt, etiam ſi à celebrante petatur ſine aliorum participatione: cum ex fructu operis operati nullus aliorum participatione fraudetur. Secus dicendum eſt, poſt decretum de Celebratione Miſſarnm de mandato Vrbani VIII. quo præcipitur totam pro vno celebrandam, licèt Eleemoſina ſit inſufficiens. De quo iterum num. 64.

8 Miſſa offerri non poteſt pro infidelibus, aut excommunicatis denunciatis Nau. de orat. c. 19. num. 76. Sayr. de cenſur. lib. 2. c. 4. num. 4. Et contrafaciens peccat mort. cum faciat contra præceptum Eccleſiæ in re graui Nau. in Man. c. 27. num. 36. ad 5. vbi ſupra num. 5. Poteſt tamen pro eis orari ſpecialiter in Memento. quia eſt Oratio priuata Hoſt. in ſum. de ſent. excomm. num. 17 Silu. Miſſa 1. q. 8. verſ. 4. & excom. 1. num. 2. Nau. de orat. c. 19. num. 74. & alij quos ſequitur Sayr. vbi ſupra num. 9. Et inter collectas pro eis orare, vt perſona priuata Silu. vbi ſupra Sot. licet dubius in 4. d. 22. q. 1. art. 1. Quod ſi huiuſmodi excommunicatus ſit contritus licet etiam pro eo Miſſam celebrare, cum ſit membrum viuum, ac filius Eccleſiæ obediens Nau. vbi ſupra num. 68. Couar. in c. Alma mater p. 1. parag. 6, concl. 9. ſi Excommunicatio ſit inualida; & pro eo, qui creditur contritus, ſaltem ſub conditione, ſi dolet Nau. num. 18. Et licèt Sayr. vbi ſupra num. 6. id intelligat de excommunicato non denuntiato; verius tamen eſt quod docet Nau. eadem enim in vtraque ratio. Pro infidelibus non excommunicatis licèt celebrare, & offerre ſacrificium, quatenus impetratorium eſt Suar. to. 3. diſp. 72. ſect. 2. dicto 3.

9 Inſtitutus ad dicendum quotidie Miſſam pro defunctis, aut certam aliam, poteſt dicere de die currente. c. Quidam de celeb. Miſſ. Silu. Miſſa 1. q. 7. Roder. de regul. to. 1. q. 43. art. 10.

10 Non licet Sacerdoti plus quàm ſemel in die celebrare, c. ſufficit de conſecr. d. 1. c. Conſuluiſti, & c. Te referente de celebr. Miſſ. Fallit primo in die Natiuitatis Domini, In quo ter celebrare licet & in d. c. Conſuluiſti. & c. Nocet ſancta de conſec. d. 1. Secundo cum poſt celebratam Miſſa de die, contingit aliquem mori, tunc enim licitũ eſt pro defuncto celebrare. tertio cauſa neceſſitatis, vt ſi dicta Miſſa ſuperueniat magna perſona, quæ vult Miſſam audire, glo. in d. c. Conſuluiſti, ver. neceſſitatis: aut ſi occurrat neceſſitas communicandi infirmum; vel Nuptias benedicendi, vbi conſuetudo ſit ſine ſacro non benedicere: vel vbi occurrit duplex officium. ſcilicet de feſto. & de vigilia: vel cum Sacerdos habet duas Parochiales: vel propter paupertatem Eccleſiæ, & Sacerdotis id conſeatu neceſſarium. Alios caſus vide apud Silu. Miſſa 1. q. 7. & alios Summiſtas eo. tit Nau c. 25. num. 87. & de celeb. Miſſ. cons. 2. S. Ant. p 3. tit 13. c. 6. parag. 4. Soti in 4. diſt. 13. q. 1. ar 2. Vict. in ſum num 96. Cyned. ad Decretal. collect. 175. Tolet. lib. 2. c. 3. Verum moraliter loquendo præter caſum illum, quo quis obtinet duas Parochiales, vix alius occurrere poteſt. in quo liceat plures celebrare. Cum enim id non liceat niſi ieiuno. c Ex parte de celeb. Miſſ. c. Nihil 7. q. 1. c. Vt ieiuni de conſecr: d. 5. & c ſacramenta altaris de conſecr. d 1. ſi præuidit cauſam, differre tenetur: ſi non præuidit, cum ex ritu ſumpſerit purificationem, iam non eſt ieiunus Et in caſu aduentus magnæ perſonæ non licet; nec eſt inconueniens, ſi deficiente Sacerdote ille miſſam non audiat, etiam in die feſto. In caſu

Ddd 2 de-

defuncti aliquando licebit, vt ſi ſit aliqua ſolemnis feſtiuitas, dicereq; oporteat Miſſam pro defuncto, nulluſq; alius adſit Sacerdos, modò in prima Miſſam non ſumpſerit purificationem. Obtinens verò plures parochiales, ſi per alios ſupplere non poteſt, non tantum bis, ſed etiam pluries celebrare poteſt, ſi eadem ſit proportionalis neceſſitas. quod amplia etiam in diebus ferialibus, ſi in vtraque ſit ſufficiens populi multitudo. Et generaliter quoties grauis cauſa, vel neceſſitas occurrit tertio ſacrificandi. Suar. to. 3. diſp 80. ſect. 3. qui propterea docet habentem plures Parochias non poſſe fer. 6. paraſceues, niſi ſemel communicare, cum non ſit ieiunus, ſumens particulam hoſtiæ cum vino non conſecrato. quare debere in vna tantum parochia principaliori monumentum erigere. In caſu autem duplicis officij cum ex rubrica Miſſalis, & ritibus Eccleſiaſticis non dicantur duæ Miſſæ, niſi in Eccleſijs Collegiatis, vbi plures ſunt Sacerdotes, iam caſus non eſt poſſibilis. Qua verò pœna puniendus ſit Sacerdos, qui extra caſum neceſſitatis, & extra prædictos caſus eadem die plures Miſſas celebratur, Vide Ant Genuen. in prax. Neapol. c. 64. Ric in prax decis. 251. Menoc. de arbitr caſu 407 Farinac fragment. crim. p. 1. litera c num 309. & ſeqq. qui omnes reſoluunt puniendum eſſe pœna arbitraria.

11 In die Cœnæ poteſt quilibet Sacerdos celebrare, ſecluſo ſcandalo, ſi alicubi forte ſit, vel propter puſillorum ignorantiam, vel propter aliquam conſuetudinem. rectius tamen ſecretò, & abſque populi concurſu Suar. diſp 8. ſect. 2. & antiquam Miſſa ſolemnis ſit finita, & Corpus Chriſti in locum deſignatum recondatur. Barbos. de offic. Paroch. c. 11. num 49.

12 In feria ſexta Paraſceues omnino celebrare non licet eſt enim prohibitum decereto Inno. I. vt habetur c. Sabbato de conſecr. d. 3. & probant S. Th. p. 3. q. 83 ar. 2 ad. 2. Sot. in 4. d 13. q. 2. ar. 2. Tolet lib. 2. c. 3. in fi. Nau. c. 23. num. 88. & com. Licet tamen eo die communicare cõmunione laica; vt habetur in ord. Romano antiquo, & S. Greg. in lib. Sacram. Suar. to. 3. diſp. 80. ſect. 2. V. Euchar. num. 49.

13 In die Sabbati ſancti Nau. vbi ſupra Azor. p. 1. lib 10. c. 24. q. 4. docent eſſe mortale celebrare præter vnam publicam, & ſolemnem in ſingulis Eccleſijs. Alij tamen recentiores cum Soto ar. 2. cit cenſent licere ſaltem de licentia Prælati, quæ opinio ſatis probabilis, & praticè ſecura. Non tamen conſulenda, niſi in aliquo caſu, cum cauta, vel occaſione rationabili, & ſecluſo Scandalo Suar. & Azor vbi ſupra. In Miſſa priuata Sabbati ſancti dicitur introitus diei ſequentis Immo ſine periculo ſaltem mortis probabilibus eſt dicit Barbos. alios referẽs de offic. Paroch. c. 11. num. 50. licere eo die priuatim celebrare, maximè vbi eſt conſuetudo quia prohibitio, de qua in c. Sabbato de conſecr. d. 3. abrogata eſt.

14 Peccant mort. Prælati, ſi non curant in Collegiatis. & Conuentibus quotidie Celebrari; Niſi Conuentus eſſent valde exigui Suar. vbi ſupra Sot. ar. 2. cit. ideo enim à fidelibus aluntur.

15 Celebrare licet ab aurora, nec ante illam regulariter licet. S. Tho. p. 3. q. 38. art. 2. S. Ant. p. 3. tit. 13. c. 6. parag. 4. Sot. vbi ſupra Armill ver. Miſſa parag. 20. Et in neceſſitate communicandi infirmum morti proximum licet aliquanto citius ſine licentia Epiſcopi abſentis Nau. c. 25. num. 85. vel ob neceſſitatem itineris Sot. loco cit. Graff. p. 1. lib. 2. c. 40. num 3. Immo nullum eſt peccatum celebrare hora; & dimidia ante crepuſculum, ita vt finis Miſſæ ſit ſub initium crepuſculi plus, minuſuè Suar. diſp. 80 ſect. 4. Poſt meridiem communiter non licet celebrare; Sufficit verò ante meridiem inchoaſſe. In aliquo tamen caſu, vt ſi feſtum ſit ſolemne, & Miſſa publica, & concio non finiantur vſque ad duas horas poſt meridiem, tunc poſſet miſſa priuata inchoari poſt finitum ſolemne officium, ma

maxime ne aliqua pars populi Miſſa priuetur. Idéque permitti poſſet, ſi ratione itineris occurrat neceſſitas celebrandi in die feſto, modò non vltra horam vnam poſt meridiem differatur, Suar vbi ſupra, vbi etiam docet Epiſcopum ex cauſa rationabili diſpenſare poſſe aliquando, & circa anticipationem, & circa poſtpoſitionem; non tamen poſſe concedere generale priuilegium: id enim ad ſolum Papam ſpectat. Nau. vbi ſupra, & de orat c. 21, num. 31. docet ex cauſa licere vſque ad horam tertiam poſt meridiem, vt cum iter faciens celebrare non poteſt in loco diſceſſus: nec ante meridiem peruenire ad locum prandio deſtinatum. Immo etiam ſine cauſa licere ieiuno ceſſante ſcandalo; quod tamen cenſet Suar. tutum non eſſe. Seruandam eſſe conſuetudinem non inhibitam, neque contra diuinam reuerentiam docet Silu. miſſa 2. q. 6.

16 Celebrare regulariter non licet, niſi in domibus conſecratis, c. Nullus, & c. Miſſarum de conſecr. d. 1. S. Tho. p. 3. q. 83. ar. 3. ad 2. Id tamen iam non ſeruatur quare ſufficit locum eſſe benedictum Epiſcopi auctoritate fundatum glo. & Doct. in c. vlt. de conſecr. Ecc. Sufficit etiam locum à principio eſſe deſtinatum ad diuina, vt non exigatur alia licentia Pan. in d. c. vlt. num. 3. V. Sanchez de matr. lib. 9. diſp. 15. num 35. Azor p. 1. lib. 9. c. 3. Silu. ver. loca religioſa num. 8. Vgol. de pot. Ep. c 16. parag. num. 8. Immo ex d. c. Miſſarum, & clarius ex Conc. Trid. ſeſſ. 22. in decreto de celebr. miſſ. Licet ſacrificare in loco non benedicto, in priuata domo, ſeu Oratorio de licentia Epiſcopi modo locus ille ſit tantum ad religioſa munera deputatus, non ſtatim in communes vſus conuertendus. quod Suar. diſp. 81. ſect. 3. verum eſſe affirmat de abſoluta Eiſcopi auctoritate, etiam abſque vlla neceſſitate, ſed tantum ex quoddam liberalitate. Quare nunc non poſſet Epiſcopus liberam facultatem concedere alicui Sacerdoti celebrandi vbi voluerit, etiã in loco decenti, ſed ad id non deſtinato: niſi occurrat aliquis caſus neceſſitatis, quo caſu non videtur ablata facultas Epiſcopis diſpenſandi. Addunt alij vt S. Tho. vbi ſupra ad Silu. vbi ſupra Sot in 4. d. 13. q. 2. art. 2. Nau c. 25 num. 83. Suar. vbi ſupra ſect. 4 licere in caſu neceſſitatis Miſſam dicere extra Eccleſſiam, & Oratorium; immo etiam extra domum in quocumque terræ loco decente, vt tempore belli ſub tentorijs, & ratione itineris. quando Eccleſia deeſt. S. Tho vbi ſupra. Et quando magna multitudo confluit, & Eccleſia illos capere non poteſt Suar. & Sot. vbi ſupra. In his tamen caſibus intellige ſi Altare portabile conſecratum, cęteraque neceſſaria non deſint iuxta c. Statuimus de conſecr. d. 1. Nau. vbi ſup. num. 82. & de celeb. Miſſ conſ. 7 num. 5. & de priuil. cõſ. 5. Tolet lib. 2. c 2. Celebrans in Eccleſia non benedicta ſine licentia, aut neceſſitate peccat mort. Suar. vbi ſup. In Oratorijs priuatis celebrare iam non licet ſine licentia Papæ Cong. Concil Quarant. ver. Miſſ. In Altari, in quo Epiſcopus Miſſam cantauit, non debet Presbyter eodem die celebrare, c. In Altari de conſec. d. 1. quod Barbos. ibi intelligit de Miſſa ſolemni, & Pontificali. Non poteſt Regularis in canone Miſſæ pro nomine Epiſcopi ponere nomen Generalis ſuæ Religionis, & contrafacientes peccare mort. reſpondit Congreg. Rituum Nuntio Hiſpan.

17 Generales Ordinũ poſſunt Oratoria in proprijs eorũ ædibus, & Collegijs deſignare, Epiſcopi aſſenſu non requiſito Azor. p. 1. lib. 10 c. 26. q 9. Eſt priuilegiũ conceſſũ Patribus Ieſuitis à Greg. XIII. & aſſerũt Suar. to. 3. diſp 81. ſect 3. in fi. & Roder. de regul. to. 1. q. 43. art. 4.

18 Vbi lectus, & menſa ſternitur celebrare non licet, niſi ad communicandum infirmum Sot. vbi ſupra art 3. Tolet. c. 2. cit. Graff. p. 1. lib. 2. c. 42. num. 8.

19 In Eccleſia violata celebrare antequam purificetur, mortale eſt: niſi de licentia Epiſcopi S. Tho. p. 3. q 83. ar. 3. ad 2. addit Sot, vbi ſupra, cauſam

diſpen-

diſpenſandi eſſe debere grauem, cum ſit diſpenſatio in lege Eccleſiaſtica, & graui.

20 Celebrare non licet ſuper mare, aut flumen etiam in neceſſitate propter periculum effuſionis ſanguinis Sot. ar. 3. cit. Nau. 35. num. 82. Silu. miſſa 1. q. 5. S. Ant. p. 3. tit. 13. c. 6. parag. 4. Azor. vbi ſupra q. 6. Tolet. vbi ſupra. Nec recto capite, c. nullus Epiſcopus de conſecr. diſt.

21 Promittẽs dicere miſſam de Spiritu ſancto, aut in aliqua Eccleſia, non ſatisfacit dicendo aliam, aut in alio loco Silu. vbi ſupra q. 10. in fi. Ang. ver. miſſa parag. 34. Non eſt tamen mortale contra facere; Peccaret tamen venialiter, ſi ſpecialiter promiſiſſet, ratione promiſſionis, & veracitatis P. Nau. de reſt. lib. 2. c. 2. num. 248. V. Roder. de regul. to. 1. q. 43. ar. 10. & to. 3. q. 4. ar. 2.

22 Inſtitutus ad quotidie celebrandum in aliqua Capella, ſi non poteſt per ſe, debet per alium licet in eius fundatione diſponatur, quod cappellani celebrent: nam iſtis oneribus miſſarum rectè per ſubſtitutum ſatisfit. Cong. Concil vt refert Gonzal. ad reg. 8. Cancell. Glo. 5. num. 84. Silu. miſſa 1. q. 7. Nau. de præben. conſ. 25. Azor. vbi ſupra c. 24. q. 7. addens id verum eſſe, quando in ipſa inſtitutione id expreſſum eſt. Colligitur autem, cum dicitur, Volo vt quotidie fiat ſacrum in dicta Capella. Cum vero dici non poteſt miſſa in loco conſtituto, debet dici in alio Azor. q. 8. Et ſecundum Nau. c. 25. num. 135. & de orat. c. 5. num. 11. qui cum poſſit, non celebrat in loco conſtituto, peccat mort. & conſentit Azor. loco cit. Nec diſpenſat Epiſcopus Vgol de poteſt, Epiſc. c. 61. V. c. Significatum de præben.

23 Mortale eſſe celebrare ante dictum matutinum ſine graui cauſa, vt quia ſcandalum imminet, aut aliquid huiuſmodi, putat Nau. in man. c. 25. num. 83. & de orat. c. 21. num. 30 Silu. licet dubius, miſſa 1. q. 6. Armill. eo. parag. 3. Ang. eo parag. 41. S Ant. p. 3. tit. 13. c. 4. parag. 1. Sed magis placet contraria ſententia affirmans eſſe veniale id facere ſine cauſa: cum cauſa verò nullum eſſe peccatum. Sic Sot. in 4. d. 13. q. 2. ar. 2. & de iuſt. lib. 10. q. 5. ar. 4. circa fi B med. inſtr lib. 1. c 16. parag. 2. Leſſ. lib. 2. c. 37. dub. 12. in fi. Suar. to. 3. diſp. 82. ſect. 1. & de relig. to. 2. trac. 4. lib, 4. c. 24. num. 6. Vgol. de pot. Ep. c. 16 parag. 2. num. 1. Tolet. lib. 2. c. 1. Arag. 2. 2. q 83. ar. 12. vers. De ordine Roder. in ſum. lib. 2. c. 299. num. 22. & de regul. to. 1. q. 43. art. 3. in fi.

24 Qui propter morbum aliquem impeditur dicere officium, poteſt celebrare, quamus neque dixerit, neque dicturus ſit officium Sot. de iuſt. ar. 4 cit. Arag. & Suar. vbi ſupra. Azor. vbi ſupra c. 28. q. 10. Tolet. lib. 2. c 14.

25 Vbi eſt obligatio, & recepta conſuetudo dicendi in Choro publicum officium, peccant mort. dicentes Miſſam ſolemnem diei ante recitatũ in Choro matutinum. immo, & ante primã. Si verò vitetur ſcandalũ, & adſit grauis, & publica cauſa, id licebit aliquando ſine culpa Suar. vbi ſup. Cano relatus ab Arag. loco cit.

26 Celebrare non poteſt dœmoniacus, niſi plenè liberatus: neq; laborans morbo caduco: neque amens, neque lunaticus, aut furioſus. Nau. c. 27. num. 203. V. infra Irregul. ex defectu corp. num. 3

27 Mortale eſt omittere aliquam ex veſtibus ſacris. Sunt autem ſex. Amictus; Alba, Cingulum, Manipulus, Stola, & Caſula Sot art. 4. cit. Tolet. vbi ſupra Silu. Miſſa 1. q. 1. & com. Excuſat autem inaduertentia prorſus naturalis, & negligentia non culpabilis: leuiter tamen, abſque plena deliberatione, à mortali; Supina verò. & craſſa non excuſat Sot. vbi ſupra Silu. q. 2. cit. vers. 3. Cai. in ſum. ver. Miſſa Neceſſarium item eſt, eas veſtes eſſe benedictas Silu. ver. benedictio q. 5.

28 Neque ob mortis periculũ licet ſine veſtibus ſacris celebrare. Immo, & ſine Calice, Corporali: altari, lumine, & alijs iure humano requiſitis Cai. 2. 2. q. 69. ar. 4. opinio licet Nau. c. 25. num. 84. & de celebr. miſſ. conſ. 2. dura videatur; eamque minimè approbent Sot. de iuſt. lib. 1. q. 6. ar. 4. Valent. to. 2. diſp.

diſp. 7. q. 5. p. 6. quòd nulla lex humana per ſe cenſeatur tam ſtrictè obligare: putat tamen Suar. vbi ſupra ſuſtineri poſſe, ſi intelligatur de omnibus veſtimentis ſimul, quòd ſine ſcandalo id eſſe non poſſit.

29 Linteolum, alij Palla, alij filiola, quo calix cooperitur, non eſt de eſſentia ornamentorum altaris: quare nil refert ſitne ſericum, vel aureum Sot. in 4 d. 13. q. 2. ar. 3. relatus à Suar. to. 3. diſp. 81. ſect. 6. Roder. in ſum. p. 1. c. 149. concl. 18. Rectius tamen docet Suar. eſſe de eſſentia, & conſequenter eſſe debere ex lino, & benedictum, cum pertineat ad integrum vſum corporalium, quibus antiquitus cooperiebatur calix qui mos ſi alicubi ſeruetur, non erit neceſſarium huiuſmodi linteolum.

30 Præter corporale requiruntur lintea duo, aut vnum plicatum Silu. miſſa 1. q. 2. verſ. 2. Suar. vbi ſupra Tolet. lib. 2. c. 2. & ſic intelligendus Ang. qui ver. Miſſa parag. 37. dicit ſufficere vnum, ſi plura non habentur. Non eſt tamen neceſſe eſſe benedicta Silu. ver. benedictio q. 5. Roder. in ſum. p. 1. c. 149. num. 17. Suar. vbi ſupra concl. 1. Et in neceſſitate, quando vnum ſolum linteum adeſſet, ſufficit Azor. p. 1. lib. 10. c. 28. q. 8. parag. Quæres.

31 Poſſunt laici in neceſſitate dare ſua lintea, quibus deinde ipſi vti poſſunt, quia non ſunt ad diuinum cultum deputata. Silu. & Azor. vbi ſupra.

32 Calix, & patena debent eſſe ex auro, vel argento, aut ſaltem ex ſtamno, non ex ære c. Vt calix de conſecr. d. 1. Silu. & Ang. ver. Calix. initio.

33 Poteſt Stola ſeruire pro cingulo, & manipulus pro ſtola Nau. in man. c. 25. num. 84. & ex ſtola fieri manipulus, & è contra ſine alia benedictione; & ex duplicata ſtola, & caſula fieri duæ Silu. ver. benedictio q. 6.

34 Poteſt quis vti cingulo non benedicto Ricard. in d. 13. q. 4. ar. 3. Sed contrarium omnino eſt tenendum; cum eius benedictio in Romano Pontificali reperiatur, & ita etiam docent Nau. c. 25. num. 84. Suar. diſp. 82. ſect. 3. Tolet. vbi ſuprà Azor. p. 1. lib. 10. c. 28. q. 9.

35 Cingulum fractum poteſt necti, vel altera tantum pars ſeruire, ſi ſufficiat Silu. q. 6. cit. Armill. eo. parag. 3. ſi videlicet antequam omnino frangatur, nodo fortificetur; Suar. diſp. 43. ſect. 2. in fi. Sed hoc eſt contra Silu. quia ſi altera pars poteſt ſeruire, ergo ſupponit omnino fractum.

36 Miſſa ſicca celebratur ſine caſula, cum reliquis veſtibus, vel cum ſuperpelliceo, & ſtola in modum crucis, cum candelis, ſine conuerſione ad populum fusè Nau. de orat. miſcell. 54. 55 & 56.

37 Prima corporalium ablutio mittenda in ſacrarium, c. Nemo, de conſecr. d. 1. Silu. ver. Corporalia q. 1.

38 Corporalia ſemel lota poſſunt Moniales iterum lauare, & reficere Silu. vbi ſupra Armill. eo. parag. 2. Idem de purificatoribus aſſerit Silu. cit.

39 Corporalia habere valde immunda mortale eſt, c. 1. de cuſtod. Euchar. Cai. in ſum. ver. miſſa Silu. miſſa 1. q. 2. verſ. 3. & ver. Vaſa. Armill. vbi ſupra Ang. ver. Vaſa. Roder. in ſum. p. 1. c. 149. nu. 20. Idem intellige de alijs ſacris veſtibus; oratorijs, vaſis, & pallis altaris; hæc enim omnia comprehendit c. 1. cit. de quo etiam in c. Veſtimenta de conſecr. d. 1.

40 Celebrare ſine aqua, aut lumine mortale eſt, c. fi. de celebr. miſſ. aut ſuper ara enormiter fracta c. 1. & 3. de conſecr. Eccl. Tolet. vbi ſupra; aut ſine miſſali in quo ſaltem ſit canon Silu. miſſa 1. q. 2. verſ. 3. Ang. ver. miſſa parag. 7. Si tamen Sacerdos optimè memoria teneat, quæ dicenda ſunt, & non adeſt ſcandalum, non peccat celebrans ſine miſſali. Suar. diſp. 81. ſect. 6. Roder. vbi ſupra num. 19.

41 Celebrare ſine calceamentis, ſi abſit contemptus, non eſt mortale, Armil. ver. miſſa parag. 6. Suar. diſp. 82. ſect. 3.

42 Non peccat mort. Sacerdos non dicens orationes præſcriptas dum ſacris ſe veſtibus induit Roder. vbi concl. 12. Niſi dimitteret ex contemptu: aut niſi omittat omnes ſcienter, deliberatè, ſine cauſa, & cum aduertentia Nau. de celebr. miſſ. conſ. 3. num.

3. num. 4. Azor. p. 1. lib. 10. c. 29. q. 5. V. Suar. de relig. to. 2. tract. 4. lib. 4. c. 24. num. 6.

43 Qui Miſſam cantat tenetur legere quæ ipſe non cantat. Rubr. miſſal. Roder. c. 249. cit. num. 9. contra Nau. c. 22. num. 109.

44 Dicto Euangelio, ſi ſuperueniat Princeps, aut alia Illuſtris perſona, aut Negotiatores, qui aliam expectare non poſſunt, docet Nau. de orat. miſcel. 87. poſſe celebrantem redire ad introitum. ſed Roder. vbi ſupra num. 7. putat eſſe mortale. quod ego non credo, magis aſſentiens Nau.

45 Nulla pollutio inuoluntaria impedit celebrationem. Immo nec voluntaria; modò prius confiteatur. Silu. Euchar. 3. q. 10. in fi. Nau. c. 21. num. 51. At ſecundum S. Tho. q. 3. q 80. ar. 7. Pollutio voluntaria ſaltem in cauſa, quæ ſit peccatum mortale, neceſſariò impedit. Inuoluntaria verò tantum de honeſtate. Suar. in coment. d. ar. 7. docet pollutionem voluntariam impedire niſi præmittatur confeſſio, & pœnitentia, vt etiam innuit S. Tho. vbi ſupra ad 4.

46 Obligatus quotidie celebrare intelligitur ſalua honeſtate, & religione, c. ſignificatum de præb. Silu. miſſa 1. q. 7. verſ. 5. Tolet. lib. 2. c. 3. & ideo poteſt ſemel, & bis in hebdomada omittere, modo non cauſa voluptatis Nau. de præben. conſ. 6. At verò ſi commodè quotidie celebrare poſſit, & abſq; iuſta cauſa id non facit, non ſatisfacit Azor. p. 1. lib. 10. c. 27. q. 7. Si infirmetur, tenetur per alium celebrare. Ricc. p. 2. decis. 219.

47 Ommittenda eſt potius miſſa etiam in neceſſitate, quem aliquid de eius ritibus, ſi modo ceremonia illa grauis ſit, & antea cognoſcatur; vt ſunt mixtio aquæ, panis azimus, fractio ſacramenti; aut cum ſunt adeo publicæ, vt ſine ſcandalo omitti non poſſint, vt eleuatio ſacramenti, &c. Excuſat verò à mortali exiguitas materiæ, vel inaduertentia Silu. miſſa 1. q. 2. verſ. 3. 8. Ant. p. 3. tit. 13. c. 6. parag. 6. Suar. diſp. 84. ſect. 2.

48 Miſſam ita dicens, vt circumſtantes audire non poſſint, peccat Nau. de orat. c. 16. num. 54. & c. 17. num. 38. Cai. 2. 2. q. 83. ar. 13.

49 Cum in Canone oratur pro Epiſcopo, intelligitur de Epiſcopo domicilij Nau. in man. c. 25. num. 122.

50 Celebrans in publico, ſi, ſumpto corpore, depræhendat eſſe aquam in calice debet vinum infundere quaſi ad ablutionem, & clam conſecrare, & ſumere Nau c. 25. num. 91. In priuato tenetur etiam aliam hoſtiam conſecrare ſecundum Sot. in 4. d. 13. q. 2. art. 6. Azor. p. 1. lib. 10. c. 35. q. 5. Sed hanc diſtinctionem non docuit S. Tho. p. 3. q. 83. ar. 6. ar. 4. Sed abſolutè dicit aliam etiam hoſtiam conſecrandam quod etiam poſtea docuit Silu. Euchar. 2. q. 10. At Tolet. lib. 2. c. 9. dicit ſufficere nouum vinum conſecrare. Et Suar. diſp. 85. ſect. 1. negat nouam hoſtiam conſecrandam, quando defectus non fuit in pane, vt quia hordeaceus. Si quis ex ignorantia, aut inaduertentia omitteret nouum vinum conſecrare, non peccaret mort. Nau. & Suar. vbi ſupra.

51 Si ſanguis cadat ſuper tabulam, lambendus eſt, & radenda tabula. quòd ſi ſuper mappas, lauandæ diligenter tribus vicibus, & raſura, ſiue ablutio mittenda in ſacrarium c. Si per negligentiam de conſecr. d. 2.

52 Aqua pro vino conſecrata antequã deglutiatur, expuenda in calicem, & in ſacarium reponenda, extracta prius hoſtiæ particula Armill. ver. Miſſa parag. 16. Immo poteſt eo caſu deglutire, & poſtea vinum conſecrare, vt perficiatur ſacrificium Bonac. de ſacram. diſp. 4. q. vlt. puncto 10. num. 7. relato Ang. ver. miſſa parag. 17. Suar. diſp. 85. ſect. 1. Ego verò puto tutius eſſe expuendam aquam, deinde nouum vinum conſecrandum, & ſumendum; poſtea vero ſumendam aquam cum particula vbi ſine vomitu id fieri poſſit iuxta Silu. vbi ſupra q. vlt. verſ. 4.

Si hoſtia hæret palato toties ſumi poteſt ablutio donec deglutiatur. Si verò hæret calici, digito ori calicis admouenda,

aut

aut vinum inſundendum Nau. c. 25. num. 90. Ang. ver. miſſa parag. 10. Silu. Euchar. 2. q. 9. verſ. 8.

54 Aduertens hoſtiam conſecratam eſſe corruptam, debet aliam conſecrare, incipiendo, Qui pridie, &c. vſq; ad ſimili modo, &c. deinde tranſire ad locum quo perueneerat Armil. vbi ſupra parag. 17. Tolet lib. 2. c. 1. Ang. vbi ſupra parag. 14. Hoſtiam verò corruptam ſumere debet, aut alteri tradere, aut reuerenter ſeruare ad cautelam Silu. Euchar. 2. q. 10. verſ. 2.

55 Particulæ acceptæ ad conſecrationem ſunt verè conſecratæ, licèt in ipſo actu conſecrationis nil de eis cogitetur, ob virtualem intentionem Ang. Euchar. 1. parag. 27. Silu. Euchar. 2. q. 6. in fi. Nau. c. 25. num. 91. & com.

56 Dubitans an dixerit verba conſecrationis, iterum dicat. S. Tho. p. 3 q. 83. ar. 6. ad 5. Negligendum, vel potius deponendum dubium, Armil. ver. miſſa parag. 20. V. Suar. to. 3. diſp. 85. ſect. 2. verſ. 6.

57 Hoſtia ab animali comeſta, capiendum animal ſi poteſt, & exenterandum, ac comburendum, ac cineres in ſacrarium reponendi: ſpecies verò extrahendæ, ac ſeruandæ, donec corrumpantur, aut ſumendæ niſi impediat abhominatio Silu. Euchar. 2. q. 2. verſ. 1.

58 Irregularis, & non ieiunus celebrare poſſunt ob iuſtum timorem. Item excommunicatus, nec ideo fit irregularis Silu. vbi ſupra q. 7. Ang. Euchar. 2. q. 5. & 6. Et ad vitandam infamiam, modo non ſit in mora petendi abſolutionem Nau. c. 27. num. 239. contra B. Med. in ſum. c. 11. parag. in fi. V. ver. Excom. num. 25. De non ieiuno Azor. p. 1. lib. 10. c. 30. q. 2. probat multorum Concil. & Patrum auctoritate.

59 Magis peccat Sacerdos non conſecrando cum celebrat, quam conſecrando in peccato mortali; c. De homine, de celebr. miſſ.

60 Sacerdos celebrans, ſi abſq; legitima cauſa præſumpſerit ſacramentum non perficere, peccat mort. cum veniat excommunicandus c. Nobis parag. ne tamen 7. q. 1. & c. Nullus Epiſcopus, de conſecr. d. 1.

61 Si ante cœptum canonem ingreſſus excommunicatus denunciatus nolit exire, omittendum Sacrum docet Nau. c. 27. num. 33. Clem. Grauis, & ibi Glo. ver. publice. & Pan num. 9. & 12 de ſent. exc. Item ſi eſt poſitum interdictum Nau. de orat. c. 26. num 60.

62 Celebrandum potius eſt ſine miniſtro, quam cum fœmina adminiſtrante. id enim expreſſè prohibetur c. 1. de cohab. cler. & mul. Sot. in 4 d. 13. q. 2. ar. 5. ad 12. Suar. diſp. 87. ſect.

63 Deficiente miniſtro, poteſt Sacerdos ſolus celebrare in die feſto Roder. in ſum. lib. 1. c. 249. num. 1. Suar. Sot. vbi ſupra. Conſulendus tamen, ne id faciat, niſi in aliqua magna neceſſitate Sot ibidem Suar. dicens non eſſe inconueniens. neceſſe condemnandum qui celebraret quolibet feſto. Et de eremita incluſo id concedunt in huiuſmodi neceſſitate. & cum aliter miſſam audire non poteſt glo. in c. Hoc quoque de conſecr d. 1. Sot. & Suar loc. cit. & alij. Neceſſitatem intellige etiam ob viaticum ſibi, aut alijs miniſtrandum, Suar. cit. Surdo concedit Nau. de corp. viii. cons. 6. & 7. At S. Ant. p. 3. tit. 13 c 6 parag. 5. Ang. ver. miſſa parag. 38. Silu. miſſa ideſt q. 2. verſ 2. docent de neceſſitate præcepti debere in miſſa priuata interuenire ſaltem vnus, qui ſeruiat, iuxta c. Propoſuit in fi. de fil. præsb. In miſſa verò ſolemni ſaltem duo, & ſic intelligunt c. Hoc quoq; cit. Priorem ſententiam tenet Azor. dicens eſſe communem p 1 lib 10 c. 19 q. 3.

64 An poſſit Sacerdos pro vna miſſa duas, pluresue pitantias accipere vſq; ad congruam ſuſtentationem, variæ ſunt Doct. ſententiæ. Verum ſacra Cong. Concil Interpretum 2.. Iun. 165. ſtatuit, & præcepit, vt abſolutè tot miſſæ dicantur, quot ad rationem attributæ eleemoſynæ, quantumcumq; exiguæ, & incongruæ, præceptæ fuerint, alioqui grauiter peccant, & ad reſtitutionem teneri, & obligationi non ſatisfieri.

65 In die Natalis Domini poteſt Sacerdos tria ſtipendia accipere, etiam ſi excedât

Eee congruam

congruam ſuſtentationem. id enim accipitur iure taxationis, & conſuetudinis, non iure victus neceſſarij P. Nau. de reſt. lib. 2. c. . num. 323. & quandocumq; Sacerdos plures miſſas dicit. Suar. ſect. 2. cit.

66 Si plures miſſas tibi commiſſas ſtipendiario ſacerdoti celebrandas commendas an poſſis ex accepto ſtipendio aliquid retinere; quicquid dicant Suar. diſp. 86. ſect. 3. Sot. de iuſt. lib. 9. q. 3. art. 1. Nau. in man. c. 25. num. 91. Arag. 2. 2. q. 85. ar. 5. dub. vlt. Roder. in ſum. lib 1. c. 251. concl 9. Nunc S. Cong. Conc. prohibet, ne ſacerdos, qui miſſam ſuſcepit celebrandam, eam alteri committat, parte eiuſmodi eleemoſynæ ſibi retenta vt in eius decreto anno 1625. 21. Iunij, vbi huiuſmodi lucrum dicit damnabile. Et hoc verum, quando Sacerdos ille, cui miſſa celebranda committitur, id præſtat in alia Eccleſia. Si autem in propria Eccleſia ipſius committentis, æquum non eſt, vt tota eleemoſyna celebranti erogata, ipſe de ſuo ſubminiſtret paramenta, candelas, vinum, & clericum. Quare non videtur facere contra Decretum, ſi propterea partem aliquam ipſius ſtipendij ſibi retineat.

67 Sacerdos non curatus, nec ad id ſtipendiatus non peccat mort. nunquam celebrando Vict. de Euchar. num. 94. S. Bonau. & alij, quos pro prima ſententia refert Suar. diſp. 80 ſect. 1. Alij cenſent teneri aliquando celebrare, niſi rationabilis cauſa excuſet. ſic Ang. ver miſſa parag. 44. Silu. miſſa 1. q. 7. verſ. 4. Tolet. lib. 2. c. 4. Nau. in man. c. 25. num. 88. Sot. in 4. d. 13. q. 1. ar. 10. & alij. Dubia, & incerta res eſt, cum nullum videatur præceptum obligans ad mortale. Quare prima opinio probabilis eſt: ſecurior tamen, & magis pia eſt ſecunda, cum ſine ſcandalo vix poſſit contrarium fieri Suar. vbi ſupra V. Azor. p. 1. lib. 10. c. 24. Quoties verò teneatur celebrare, nihil certum dici poteſt. S. Tho. p. 3. q. 82. ar. 10 Silu. & Sot. vbi ſupra affirmant teneri in præcipuis feſtis, & maxime illis diebus, quibus fideles communicare conſueuerunt. Nauar. vbi ſupra docet ſatisfacere celebrando ter, aut quater in anno. Suar. dicit moraliter loquendo, conſideranda eſſe principia extrinſeca, vt aliorum ſcandalum, proprium ſpirituale detrimentum, periculum liberius peccādi; aut ſi ideo omittat, vt peccādi licētia nō impediatur V. c. Dolēres de celebr. miſſ.

68 Non poteſt Sacerdos miſſas anticipare cum virtuali ſaltem intentione vel applicandi illarum valorem ſtatim pro illis, quos Deus ſcit primo eleemoſynam daturos: vel reſeruandi applicationem in tempore, &c. Vtrumq; enim negat Congreg. Concil. 15. Nou 1605. ſcribens Nuntio Ap. in Hiſp. Refert hoc Decretum Barboſ. de off. Epiſc. p. 2 alleg. 24 num. 12. V. Fraxinell. de oblig. Sacerd. ſect. 3 prænot. 5. parag. 5.

69 Tenetur Sacerdos, qui eſt pars alicuius collegij, celebrare ad intentionem Præſidentis, & Prælati, qui hoc præcipere poteſt. Roder. in ſum. lib. 1. c. 251. concl. 10 quod Silu. miſſa 1. in fi. intelligit de miſſis, quæ imponuntur in recompenſationem beneficiorum, quæ redundant in Collegium; in alijs verò ſecus. An verò ſuperior annullare poſſit intentionem ſubditi propriæ contrariam. Cord. lib. 1. qq. q. 4 dub. 9. affirmat. Doct. Vniuerſitatis Salmant. vt refert Roder. negant, cum ſit actus perſonalis Sacerdotis celebrantis, qui ab alio præſtari non poteſt. Idem docet Suar. vbi ſupra, & Lugo de pœnit. diſp. 27. ſect. 8. & de Euchar. diſp. 19. num. 210. & ſeqq. V. Cord. lib. 5. de Indulg. q. 24. p. 3. vbi de operib. ſatisfactorijs ad quorum communicationem, & participationem Prælati admittunt ſæculares, quia huiuſmodi ſatisfactiones communicari non poſſunt, niſi ab ipſo operante.

70 Miſſæ votiuæ priuatæ dici non poſſunt, etiam pro defunctis, cum officium eſt duplex rubr. miſſal. Miſſa verò minus principalis in Eccleſijs collegiatis dici poteſt etiā cum officium eſt duplex Roder. de regul. to. 1. q. 43. ar. 8. & 11. Et præſente corpore poteſt dici miſſa ſolemnis, etiam in die feſto; niſi obſtet magna ſolemnitas. Ritual. Rom.

MISSAE AVDITIO.

V. Scandalum.

1 EPiſcopo præcipienti etiam ſub excommunicatione, vt quiſque Miſſam vel concionem audiat in propria parochia non neceſſariò obediendum Silu. miſſa 2. q. 5. vers. 2. Nau. in man. c. 21. nu. 5. Non enim poteſt cogere, Cong. Concil.

2 Non ſatisfacit qui omittit tertiam, vel quartam miſſæ partem S. Ant. p. 2. tit. 9 c 10 parag. 1. Silu vbi ſupra num. 1. verſ. 1. Satisfacit autem qui audit ab Epiſtola excluſiuè vſq; ad communionẽ B. Med. in ſum. lib. 1. c. 14. darag. Sed Tolet. lib. 6. c. 8. non videtur tutum, niſi adſit iuſta cauſa. Et Nau. de hor. can. c. 10. num. 43. dicit ab introitu ad Collectam Excluſiuè eſſe partem notabilem miſſæ. At in man. c. 21. nu. 2. docet ſatisfacere, qui poſt Epiſtolam venit, non audita legendo, aut legentem audiendo, cui contradicit Suar. to. diſp. 83. ſect. 2. & Azor. p. 1. lib. 7. c. 3. q. 2.

3 Nemo tenetur in die Natalis Domini audire tres miſſas, aut Sacerdos celebrare. Nau. de celebr. miſſ. cons. 1. & in man. c. 21. num. 1. Azor. vbi ſupra.

4 Satisfacit qui audit partẽ vnius miſſæ, & reliquum alterius Sot. in 4. diſt. 13. q. q. 2. ar. 1. Nau. c. 21. num. 2. & de orat. c. 10. num. 43. Tolet. lib. 6. c. 7. Azor. q. 7. V. Suar. to. 3. diſp. 88. q. 2. verſ. Sed nunc inquiri poteſt, Lugo de Euchar. diſp. 22. ſect. 1. q. 5. qui tenet partem negatiuam, licet aliam probabilem dicat.

5 Melius eſt non valdè Illuſtrem perſonam carere miſſa, etiam in die feſto, quam domi audire Sot. in 4. diſt. 13. q. 2. ar. 3. Sed id ego non probo.

6 Sufficit eſſe præſentem miſſæ, etiam ſi non audias Silu. vbi ſupra q. 6. Nau. c. 21. nu. 8 Cai. in ſum ver feſtor. viol. Tolet. lib. 6. c. 6, B. Med. vbi ſupra Azor. q. 4. Sot. vbi ſupr.

7 Poteſt quis ſimul audire ſacrum, & recitare preces horarias, aut pœnitentiam iniunctam: ſufficit enim ſi ad Deum vel res diuinas mentem, & animum intendat. Cai. vbi ſupra, & to. 1. opuſc trac. 4. q. vn. Tolet. vbi ſupra B. Med. in ſum. lib. 1. c. 13. parag. 9. Nau. in man. c. 21. num. 8. & de orat. c. 19. nu. 178. Cyned. ad Decretal. collect. 51. Sot. ar. 1. cit Azor q. 3. c 6. Sanchez in ſum. lib. 1. c. 14. num. 11. Alij tamen, vt Silu. miſſa 2 in fi. Ang. ver. feria parag 46. Armil ver. feſtum num. 11. & ver. miſſa num. 39. contrarium docent, quod ibi ſint duæ obligationes, quarum quælibet deuotionem exteriorem requirit, Sed verior prima opinio; Si tamen non adeò vni intendat, vt alteri deuotionem adimat neceſſariam, vt volunt Cai. Nau. Cyned. & certè melius eſt id non facere.

8 Tempore interdicti habens priuilegium tenetur audire ſacrum Nau. c. 21. nu. 3. B. Med. vbi ſupra c. 11. parag. 13. Suar. diſp. 88. ſect. 6. Azor. p. 1. lib. 7. c. 2 q. 3.

9 Excuſat à miſſa legitimum impedimentum, vt ſi hærus in alijs occupat, nec ideò ab eo diſcedendum, niſi iuberet in Eccleſiæ contemptum. Si tamen leuia præcipiat; non curans ſpiritualem famulorum ſalutem, peccat mort. hærus. Azor. vbi ſupra c. 7. q. 1. in fi. Nau. c. 21. num. 3. & 4. Excuſat etiam quæuis rationabilis cauſa, vt familiæ turbatio, vitatio damni ſpiritualis, aut corporalis proprij, vel alieni, & honoris, &c. Tolet lib. 6. c. 9. Silu. miſſa 3. q. 1. verſ. 6. Excuſat etiam Vxorem mariti præceptum. peccat tamen Maritus impediens ſine cauſa Sanchez in ſum. lib. 4. c. 17. num. 31. in fi. Excuſantur etiam iter facientes, qui audiendo miſſam Socios neceſſarios amitterent Nau. c. 21. num. 3. Suar. vbi ſupra Silu. miſſa 2. q. 2. Tolet. loc. cit: Item infirmus. qui vel è lecto ſurgere, aut domo exire ſine periculo non poteſt nec obligatur domi audire, licet ibi habeat Capellam priuilegiatam, præcipuè ſi oporteat ſtipendiarium quærere Sacerdotem Suar. ſect. 6. cit.

10 Excuſantur puellæ ob conſuetudinem non exeundi in publico: modò non exeant ad choreas, & feneſtræ, ac oſtia non permittantur S. Ant. p. 2. tit. 9 c. 10 parag. 2. Silu. q. 2. cit Ang. ver. feriæ parag. 42. Excuſantur etiam parentes non mittentes ad

ſacrum; & Mater domi manens ad filiæ cuſtodiam Sot de iuſt.lib.2.q.4. ar 4.Azor. p.1. lib.7. c.7. q.3. In Feſtis tamen ſolemnioribus non videntur excuſari parentes, ſi ei, miſſam domi, vel foris non permittunt Nau. vbi ſupra num 9.

11 Excuſantur miniſtri infirmorum; Matres, vel nutrices puerorum, quos ſine periculo dimittere non poſſunt, cum aliquem non habent, cui eos committere poſſint. Item Viduæ, quæ poſt mortem mariti iuxta regionum conſuetudinem domi ſe continent.nec miſſam audiunt per dimidiatum, vel integrum menſem: non autem ad plures menſes, vel ad annum iuxta S. Ant. Silu. Ang. vbi ſupra. Verius tamen Nau c 21. num. 4. Azor. vbi ſupra q. 2. docent conſuetudinem non exeundi etiam ad annum excuſare, quæ enim ratio illas excuſat ab audienda Miſſa per menſem excuſat etiam per annum: cum lex obliget ad audiendam Miſſam, ſingulis feſtis diebus

12 Excuſat pauperem pudor de nuditate, aut veſte Silu q. 2. cit in fi. Nau. num. 3. Et Matrem fam. cuſtodia domus Armil.ver Miſſam parag.30. Et nobiles carentia debiti comitatus iuxta Patriæ conſuetudinem. Suar. diſp. 88.ſect. 6.

13 Qui longe ab Eccleſia diſtat, & quia multæ decidunt pluuiæ, vel niues, vel tempeſtates oriuntur, abſq; magno, & notabili detrimento Eccleſiam adire non poteſt, excuſatur ſi pluuiæ magnæ ſint, & inſolitæ, ac diuturnæ Azor. vbi ſupra q. 5. Ego tamen puto ſatis eſſe pluuias tamdiu durare, donec omnes Miſſæ dictæ ſunt.

14 Excuſat Paſtorem cuſtodia gregis, quando nullum famulum, aut ſocium adiutorem habet, qui gregem cuſtodiat, dum ipſe ad rem ſacram audiendam accedit Azor vbi ſupra q. 17.

15 Nauigantes non tenentur audire miſſam ſiccam; nullum enim extat huiuſmodi præceptum Azor. q. 6.

16 Non relinquenda Miſſa ob prædicationem Silu. ver. dominica. q. 6. vers. 3. Suar. vbi ſupra Azor. q. 10. quicquid Ang. ver feriæ parag 45. in contrarium dicat.

17 Tenetur Pater fam. curare, vt ſui omnes Miſſam audiant Nau. c. 21. num. 9. S. Ant. c. 10. cit. parag. 1. Silu. Miſſa 2. q. 1. initio. Azor. p. 1. lib. 7. c. 7. q.2.parag. Rurſus.

18 Diſcurrentes pro ritibus Miſſæ neceſſarijs habentur, ac ſi intereſſent Silu. vbi ſupra vers. 5. S. Ant. dub. 7 Tolet lib. 6. c. 7. Azor. vbi ſupra q. 1.

19 Qui tempore Miſſæ ſua peccata confitetur, ſciens nullum aliud ſacrificium eo die celebrandum excuſatur, ſi confeſſio illa ſit de præcepto, & in aliud tempus commodè prorogari nequit, Azor. vbi ſupra q. 8. Ego verò etiam excuſarem licèt confeſſio non eſſet de præcepto, eſſet tamen de peccato mort. & probabiliter timeret non ita facile ſe poſtea habiturum copiam idonei Confeſſarij, aut aliter poſtea timeret de carentia ſpiritus contritionis.

20 Attentio Miſſæ eſt de præcepto Nau. c. 21. num. 6 Quare non ſatisfacit, qui corporaliter rei diuinæ præſens eſt; niſi etiã attentum ſe præbeat auditorem Qui igitur ita confabulatur, nugatur, ludit, vel ridet cum alio, vt prorſus impediatur à re diuina audienda, præceptũ non implet S. Ant. vbi ſupra Cai.in ſum. ver. feſt viol. Sot. in 4. d. 13. q. 2. ar. 1. Silu. Miſſ. 2. q. 6. Azor. vbi ſupra c 6 q. 1. Item qui animo ſponte ſua alijs rebus intendit, etiam ſi nihil aliud agat, non ſatisfacit, ſecundum communem, quam tenuerunt Ang. ver. feriæ parag. 43. Cai.vbi ſupra Roſel. ver. dominica num. 7. Nau. c. 13. num. 17. B Med. in ſum. lib. 1. c. 14. parag. 9. Sot. vbi ſup. Silu. q. 6. cit. & Io. Med. de confeſſ. q. de pœnit. temper. in Miſſa. impl. contra ſentiant. An audiens Miſſam animo non ſatiſfaciendi præcepto, ſatisfaciat. Vide Horæ can. num. 26. & Azor. p. 1. lib. 7. c.2.q.6.

21 Cathecumeni poſſunt, licèt non teneantur intereſſe Miſſæ vſq; ad offertorium Concil. Cartag. 4. c. 84. Suar. de Euchar. diſp. 88. ſect. 4. concl 1.

22 Agalones eligentes diuerſoria, vbi minus impendunt propter eorum paupertatem, ſi inde ſequatur, vt Miſſam audire non poſſint excuſantur Nau. de fer. concl.4.

23 In die Paraſceues, ſi incidat feſtum

B. M.

Digitized by Google

B. M. nemo tenetur intereſſe diuinis Officijs, qui loco Miſſæ celebrantur Congreg. Rituum 19. Feb. 1622.

24 Tranſiens per locum, vbi celebratur feſtum, non tenetur ad Miſſam; ſecus ſi eo accedat, non ſtatim in patriam reuerſurus Nau. c. 13. num 5. in fi. Azor. p. 2. lib. 1. c. 26. q. & alij quos refert, aut ſi moratus in eo loco toto tempore matutino; niſi indigeat toto illo tempore ad neceſſariam actionem pro itinere: aut ſi toto matutino tempore facturus eſt iter per territorium, vbi feſtu ſeruatur. Suar. de relig. to. tract. 2. lib. 2. c 26. num. 22. & ſeq.

25 Diſcedens à loco vbi celebratur feſtum, vt eat vbi laboratur non violat feſtum, modo Miſſam audiat, ſi ipſo die diſcedat à patria, Nau. vbi ſupra Azor. q. 9. cit. Sayr. clar. reg lib. 2. c. 3. dub. 6. Sua. vbi ſupra c. 10. Sanchez de matr. lib. 3 diſp. 18. num. 21. licet aliam probabilem dicat, & tutiorem dicit Leſſ. lib. 4. c. 2. dub. 8. putat tamen valdè probabile illum non teneri ad Miſſam.

26 Audiens Miſſam notorij Concubinarij, & fornicarij non peccat niſi per ſententiam ſuſpenſio fuerit conta eum ſpecialiter, & nominatim publicata, & denunciata: nec ſufficit illum eſſe confeſſum, vel cōtra eum probatum. quare ius antiquum, quo talis ſuſpenſus erat, vſu, ac conſuetudine, ac iure nouo Concil. Conſtant. abrogatum eſt Sayr. multos referens, de cenſur. libi 2. c. 12. num. 20. Azor p. 1. lib. 7. c. 7. q. vlt. ſi tamen audiat voluntariè nulla exiſtente neceſſitate, peccat. mort. Alter de cenſur. lib. 1. diſp. 7. c. 2 10. 1. Idem dicendum cum Sacerdos celebras eſt notorius Clerici percuſſor, aut excommunicatus, interdictus aut ſuſpenſus denunciatus. quo caſu, ſi alius non ſit, qui licitè celebrare poſſit, excuſantur populi ab auditione Miſſæ, etiam in die feſto, & peccatum mort intereſſentes. præponderat enim præceptum de uitando excommunicato, præcepto audiendi Miſſam Azor. p. 1. lib. 7. c. 5. q. 15. & ſeq.

27 Audiens Miſſam è feneſtra domus non ſatisfacit, quia non dicitur moraliter præſens. Diana p. 4. tract. 4. reſol 154. Filiuc. to. 1. tract. 5. c. 7. num. 209. Aliter tamen videtur dicendum eſt ex Suar. to. 3. diſp. 38. ſect. 2. initio Dicit enim ſatisfieri præcepto, ſi ſecundum moralem, & corporalem præſentiam Miſſæ quis aſſiſtat, & quatum in ipſo eſt, audire, & videre poſſit, ſeu percipere aliquo modo Sacerdotis miniſter um hæc autem ſufficienter præſtari poſſunt audiendo miſſam, e feneſtra domus Idem docet Lugo de ſacram. diſp. 8. 22. num. 21. modo non intercedat platea, aut via nimis lata.

28 Tempore miſſæ non licet laicis in eo loco eſſe, vbi ſacerdotes, & reliqui Clerici conſiſtunt. c. Sacerdotum de conſecr. d. 2. & c. 1 de vit. & hon. cler. Non peccant tamen laici contrafacientes, quia canon loquitur tantùm de honeſtate.

POENITENTIA CONTRITIO.
V. Confeſſio. Euchariſtia.

1 Pœnitentia eſt pœna, qua aliquis in ſe punit, quod peccando commiſit: vt ſicut voluntariè peccauit, itam voluntariè ſe affligat S. Aug de ver. & fal. pœn. c. 19. vel, Eſt libera, & voluntaria deteſtatio peccati commiſſi S. Tho. p. 3 q. 85 ar. 1. Vt verò eſt ſacramentum, ſic definitur à Nau. c. 21. num. 11. Eſt ſacramentum abſolutionis, quo Sacerdos ſibi ſubditum, & legitimè confitentem peccata ſua, cum iuſto dolore, & propoſito ſatisfaciendi, ab eis abſoluit, A Suar. to. 4. diſp. 17. ſect. 2. num. 9. ſic, Eſt compoſitum morale, ſeu artificiale conſtans ex actibus pœnitentis, & verbis Sacerdotis; inſtitutum ad ſignificandam, & conferendam gratiam remiſſiuam peccati poſt baptiſmum commiſſi vel, Eſt confeſſio legitimè in foro pœnitentiæ facta & iudicis abſolutione firmata.

2 Triplex eſt pœnitentia. Prima pœnitentia virtus, quę iuxta S Tho. q. cit per 101. Eſt dolor voluntarius de peccato cum electio.

electione recta, reſpicitq; peccatum ſub ratione emendabilis, complectiturq; omnia peccata etiam ante Baptiſmum commiſſa. Secunda Pœnitentia Sacramentum, cuius materia proxima ſunt actus pœnitentis remota vero, vel materia ipſorum actuum, vt docent S. Th. p. 3. q. 84. ar. 2. ſunt ipſa peccata; forma, eſt abſolutio: Sacramentum tantum eſt actus exercitus tam per peccatorem pænitentẽ, quam etiã per Sacerdotem abſoluentem. res tantum eſt peccati remiſſio; res & Sacramentum ſimul eſt pœnitentia interior peccatoris. S. Th. vbi ſupra ar. 1. ad 3. Vel. Eſt reconciliatio cum Deo Trid. ſeſſ. 4. c. 3. de pœnit. Et complectitur ſola peccata poſt Baptiſmum commiſſa. Tertia vt vulgò dicitur, eſt ſatisfactio à ſacerdote iniuncta.

3 Prima. eſt ſecunda differunt, primò quia pœnitentia virtus conſtituitur in genere actus, vel habitus; quia eſt libera, & voluntaria deteſtatio peccati commiſſi: ſic enim eſt actus humanus rectæ rationi cõſentaneus; ideoq; eſt actus virtutis, & habitus illi reſpondens eſt virtus. at pœnitentia Sacramentum eſt in genere ſigni; eſt enim ſignum quoddam ſenſibile interioris ſatisfactionis. Secundò illa eſt actus interior: quia virtus in interiori actu animæ potiſſimum conſiſtit: hæc verò eſt actus exterior: non quòd illa non poſſit in actum exteriorem prodire, illum imperando; ſed quod in ſolo actu interiori ſaluatur perfecta ratio huius virtutis, & quod bonitas virtutis dimanat ab actu interiori in exteriorem; ita vt hæc non habeat rationem virtutis, niſi vt ab illo informatur. Tertio, prima ſe habet vt diſpoſitio ad remiſſionem peccati, & gratiam: hæc verò vt cauſa efficiens: Quarto prima ortum habuit à natura. Secunda ab inſtitutione diuina poſt Chriſti mortem. Quinto, ex S. Th. vbi ſupra ar 8. & 9. Prima exerceri debet vſq; ad finem vitæ: ſemper enim diſplicere debet homini, quòd peccauit: ſufficit autem virtualis perſeuerantia, & quaſi negatiua, ideſt nunquam retractare illam per contrarium actum. Secunda verò, ideſt pœnitentia exterior, & Sacramentalis non ſemper; niſi quatenus peccata vſque ad finem vitæ iterantur V. Suar. to 4. diſp. 1. ſectio 2.

4 Eſt neceſſaria pœnitentia, non abſolutè, vt baptiſmus, ſed ex ſuppoſitione peccati S. Th: vbi ſupra art. 5.

5 Per eam reuiuiſcunt opera in Charitate facta, ſed per peccatum mortificata S. Tho. q 89. ar. 5. reſtituuntur virtutes; quia per poenitentiam infunditur gratia, ex qua conſequuntur omnes virtutes gratuitæ art 1. Et aliquando reſtituuntur in minori, aliquando in maiori, aliquando in æquali gradu, quàm antea eſſent pro ratione motus liberi arbitrij, qui eſt vltimè diſpoſitio ad gratiam. Formæ enim, quæ poſſunt recipere magis, & minus, intenduntur, & remittuntur ſecundum diuersã diſpoſitionem ſubiecti art. 2.

6 Partes integrales poenitentiæ ſunt Contritio, Confeſſio, & ſatisfactio Concil. Trid. ſeſſ. 14. c 3. S. Tho. p. 3. q. 90. ar. 2. & 3. At Suar. vbi ſupra diſp. 18. ſect. 3. num. 5. docet Contritionem, & Confeſſionem eſſet partes eſſentiales quia requiruntur ad ſubſtantiam iudicij, & neceſſariò ſupponuntur ad ſacramentalem formam.

7 CONTRITIO eſt dolor ob Dei offenſam Vict. in ſum. num. 119. Eſt nolle peccaſſe Nau. c. 1. num. 2. Definitur à Conc. Trid. vbi ſupra c. 4. ſic. Eſt animi dolor ac deteſtatio de peccato commiſſo cum propoſito non peccandi de cœtero, & Sacramenti poenitentiæ voto quod in illa includitur. Et paulò poſt de eodem contritionis motu ſubijcitur. Ita demum præparat ad remiſſionem peccatorum, ſi cum fiducia diuinæ miſericordiæ, & voto præſtandi reliqua coniunctus ſit, quæ ad rite ſuſcipiendum hoc ſacramentum requiruntur.

8 Qui mallet mortuus eſſe quam Deum offendiſſe, videtur contritus. Silu. ver. contritio q. 1. annot. ad Ang. ver. Contritio, vers. Vnde in caſu, in fi.

9 Requiritur diſplicentia formalis peccatorum; ideſt formalis auerſio, ac deteſtatio peccati, quæ eſt formalis actus

poeni-

poenitentiæ,ſine quo amor non ſufficit. Sot. in 4. d. 15. q. 1. ar. 2. Nau. verò in man. ci. 1. num. 5. Valent. to. 4. diſp. 7. q. 8. p. 3. & alij, quos refert, docent ſufficere actum virtualem poenitentiæ, qualis eſt in ſubeunte martyrium,& in actu dilectionis Dei ſuper omnia. Suar. to 4. diſp. 4. ſect. 1. docet peccatorem poſſe quidem interdum iuſtificari per ſolum actum amoris Dei ſuper omnia, abſque actu formalis poenitentiæ, vt vult. Nau. at ſolum amorem à formali poenitentia ſeparatum, dicendum non eſſe propriam, & formalem contritionem. hæc enim ſignificat aut perfectum dolorem de peccato, aut perfectam deteſtationem de peccato cum dolore, iuxta Trid.

10 Sufficit vnicam contritione ferri in omnia peccata in memoriam reuocata. Catechis. Rom p. 2. c. 10. num. 31. Cai. p. 3. q. 87. ar. 5. & to. 1. opuſc. 1. q. 2. & in ſum. ver. Contritio Vict. in ſum. num. 113. Nau. c. 1. num. 22. Tolet. lib. 3. c. 5. Alij volunt requiri ſpecialem contritionem ſingulorum peccatorum ſic S. Tho. 12. q. 113. ar. 5. ad 3. & p. 3. q. 83. ar. 1. Ang. ver. Contritio parag. 4. & ver. poenitentia parag. 8. Silu ver. contritio q. 5. Suar. verò vbi ſupra ſect. 6. docet priorem ſententiam abſolutè veriorem eſſe; & ſecundam intelligendam eſſe in ordine ad confeſſionem ſacramentalem.

11 De quo ſemel es contritus, non teneris iterum conteri Nau. de poenit. diſt. 5. in 3. p. glo. num. 10. Quia tamen nunquam certi ſumus habuiſſe veram contritionem, ideo laudabile eſt ſæpius conteri, & dolere Vict. num. 122. Tol. vbi ſupra.

12 Tantus eſſe poteſt animi feruor, & conatus, vt vnico actu contritionis tollatur cum culpa totus reatus poenæ S. Tho. in 4. d. 14. q. 2. ar. 1. quæſtiuncula 2. in corp. & in ſol 1. & 2. Sot. d. 15. q. 1. ar. 4. Suar. diſp. 10. ſect. 3. dub. vlt.

13 ATTRITIO eſt imperfecta contritio, quæ vel ex turpitudinis peccati conſideratione, vel ex gehennæ, & poenarum metu communiter concipitur, & hominem ad gratiam ſuſcipiendam diſponit ſufficienter in ſacramento poenitentiæ; ſi tamen excludat voluntatem peccandi, cum ſpe veniæ Trid. ſeſſ. 14. c. 4. & can. 5.

14 Etiam deteſtatio ob metum poenarum huius vitæ eſt attritio ſufficiens Vega in Conc. Trid. lib. 14. c. 14. Sot. in 4. d. 18. q. 3. art. 3 vers. ſcio quoſdam, & continetur ſub metu gehennæ, & poenarum de quibus Trid, & concedit Suar. diſp. 85. ſectio 2. in fi. ſi dicamus timorem illum non eſſe merè humanum, & naturalem, ſed diuinum, & ſupernaturalem, & illæ poenæ conſiderentur, vt inflictæ à Deo, & vt nobis indicant iram eius, & quodàmodo inchoant diuinum iudicium, niſi emendentur Valent. to 4. diſp. 7. q. 8. p. 4 id intelligit de dolore, qui actu quodam ſit propter ſolum huiuſmodi metum, ſed virtute tamen ſit etiam de peccato, vt eſt Dei offenſa. Poteſt verò haberi attritio ſolis naturæ viribus, vt ex Soto in 4. d. 17. q. 2. ar. 5 docent. Valent. loco cit. V. Dianam p. 4. tract. 4. reſol. 193.

15 Attritio cognita ſufficit in ſacramento Baptiſmi, & Poenitentiæ, quæ dicuntur ſacramenta mortuorum, & ad veritatem, & ad effectum ſacramenti, modo attritio illa ſit vera, ac ſupernaturalis Suar. to 3. diſp. 7. ſect. 4. & to. 4. diſp. 20. ſect. 1. conc. 1. & 3. ſectio 4. Valent. to. 4 diſp. 7. q. 8. p. 4. B. Med. 1. 2. q. 100. ar. 6. deb. 3. ad 4. Lopez p. 1. inſtr. c. 9. modo etiã includat expreſſam, & abſolutam voluntatem non peccandi de cœtero ſect. 4. cit. num. 6. ex Trid. vbi ſupra Tol. lib. 5. c. 10.

16 De attritione ad valorem ſacramenti alij volunt ſufficere quamcumque diſplicentiam, cum velleitate non peccandi, ſic Caiet. to. 1. opuſc. 5. q. 5. Silu. confeſſio 1. q. 32. Vict. in ſum. num. 144. Alij docent requiri efficacem deteſtationem peccati; ſufficere tamen naturalem, & ex motiuo humano, talis enim dolor ſufficit ad veram attritionem, ſic Sot. vbi ſupra Nau. in man. c. 9. num. 13. & in c. Fratres de poenit. d. 5. num. 34. Sed eam meritò, vt falſam impugnat Valent vbi ſupra p. 2. & 4. Can. relect. de poenit. p. 3. q. 3. Suar. vbi ſupra, quia ad gratiam requiritur diſpoſitio

ſpoſitio ſupernaturalis, & Trid. definit attritionem, quæ diſponit ad gratiam in hoc ſacramento recipiendam eſſe donum Dei & & Spiritus ſancti impulſum, V. B. Med vbi ſupra.

17 In alijs ſacramentis viuorum non ſufficit ſola attritio, niſi recipiens inculpabiliter putet ſe eſſe in gratia Suar. ſect. 4. cit. Alij tamen vt S. Tho. ſuppl. q. 30. ar. 1. Valent. to. 4. diſp. 8. q. 1. p. 3. B. Med. in ſum. lib. 1. c. 12. parag. 2. docent etiam in Confirmatione, Euchariſtia, & Extrema vnctione ſufficere attritionem Dolor exiſtimatus non eſt verus dolor, nec materia ſufficiens ſacramenti Pœnitentiæ. Excuſatur tamen à noua culpa ob ignorantiam inuincibilem. Lugo de pœnit. diſp. 14. ſec. 6. n. 71. & diſp. 15. n. 62.

18 Peccata venialia remittuntur etiam ſine pœnitentia interiori formali, ſed ſufficit virtualis, ſcilicet talis affectus ad diuina, vt quicquid occurreret retardans diſpliceret, S. Tho. p. 3. q. 87. ar. 1. Remittuntur etiam per opera charitatis, per Sacramentalia Sot. in 4 d. 14. q. 1. ar. 2. in fi. An verò ex opere operato, vel opere operantis S. Tho. vbi ſupra ar. 3. Suar. alijs relatis to. 3. diſp. 5. ſect. 4. & to. 4. diſp. 87. ſect. 2: affirmant ex opere operantis tantum, Azor. p. 1. lib. 4. c. 11. q. 5. Sot diſt. 5. q. 1. ar. 3. & alij docent remitti ex operato. quod ego non admitto. Item remittuntur per quemlibet bonum actũ hominis iuſti. Io med. de pœnit. q. 3. Et per ſolam attritionem, immo, & per contrarium propoſitum; vel peractum virtutis repugnanté aliquo modo peccato veniali, & excludentem illius complacentiam Suar. to. 4. diſp. 11. ſect. 3. aſſert 3. Et per actum amoris Dei ſuper omnia, Idem aſſert. 2 & com. requiritur tamen propoſitum abſtinendi à ſingulis, non tamen ab omnibus, & ſe præparandi ad peccata venialia minuenda S. Tho vbi ſupra ad 1. quod Suar. ibi num. 6. intelligit de futuris, quatenus per modum vnius obiecti voluntati proponuntur vt refutanda: quomodo propoſitum vitandi ſingula, includit etiam propoſitum vitandi omnia.

19 Qui non poteſt confiteri in morte, aut ſemel in anno, tenetur conteri Sot. in 4. d. 17. q. 3. a. 6. concl.

20 Damnato ad mortem non eſt negandum ſacramentum pœnitentiæ, nec valet contraria conſuetudo Clem. 1. de pœnit. remiſſ.

21 Tenetur quis conteri cum eſt in periculo mortis corporalis, vel ſpiritualis: & cum inſtat grauis aliqua populi neceſſitas, quæ peculiarem orationem ad Deum requirit Valent. in 3. p. diſp. 7 q. 8. p. 4. aſſert 6. Addit Suar. to. 4. diſp. 5. ſect. 6. nu. 5. quando neceſſe eſt exercere aliquam actionem, quæ propter ſanctitatem ſuam requirit ſtatum gratiæ; nec ſine nouo peccato exerceri poteſt in ſtatu peccati mort. vt eſt miniſtrare ex officio aliquod ſacramentum; vel recipere Euchariſtiam vbi non eſt copia confeſſoris; vel aliud ſacramentum viuorum ſecluſa confeſſione quam tamen obligationem dicit non oriri ex præcepto contritionis, ſed ex præcepto ritè tractandi res ſacras. Primum concedunt omnes relati à Val. loc. cit. Secundum, & tertium, non ita abſolutè concedit Suar propter rationes ibi adductas. de quo etiam agit ibidem num. 16.

CONFESSIO.

V. Confeſſor. Euchariſtia. Filij. Infamia. Luxuria. Mendacium. Parochus. Peccatum.

1 Confeſſio eſt legitima coram Sacerdote peccati declaratio Silu. Confeſſio 1. initio, vel Eſt peccatorum accuſatio eò ſuſcepta, vt virtute clauium veniam impetremus Catechis. Rom. p. 2. c. 5. num. 59. vel, Eſt per quam vnius latens ſpe veniæ aperitur S. Aug. de ver. & fal. pœnit. c. 20. vel eſt legitima, & ſacramentalis accuſatio de proprijs peccatis ad eorum veniam virtute clauium obtinendam coram Sacerdote facta Suar. to. 4. diſp.

diſp. 22. ſect. 1. Eſt autem clauis ex S. Tho. opuſc. 23. circa fi. auctoritas diſcernendi, & poteſtas iudicandi: vel Eſt ſpiritualis poteſtas ligandi, atq; ſoluendi, qua Iudex Eccleſiaſticus dignos recipere, & indignos excludere debet à regno Extrau. Quia quorumdam, de verb. ſignif.

2 Tenetur quiſque confiteri ſaltem ſemel in anno, niſi differat de ſententia confeſſarij, aut alia iuſta cauſa, c. Omnis vtriuſq; de poenit. & remiſſ. Computatur autem annus à quadrageſima in quadrageſimam: ſic enim interpretatur communis vſus: & computantur omnes illi dies, in quibus poteſt præceptũ cõmunionis impleri Suar vbi ſupra diſp. 36. ſect 2. & fauet Trid. ſeſſ. 14. c. 5.

3 Tenetur confiteri, qui poteſt peccare mortaliter Nau. c. 21. num. 23. Silu. confeſſio 2. q. 3. Glo. in d. c. Omnis, ver. deſcretionis. Dicitur autem quis eſſe diſcretus ex c. Pueris, de delic. puer. cum puer eſt doli capax, vt in ſeptennio, & aliquando etiam ante, vt docet ibi Pan. Item cum de malo verecumdatur, & bonum à malo diſcernit Nau. vbi ſupra. Eccleſia tamen non punit ante duodecimum annum Sot. in 4. d. 18. q. 1. art. 3. in fi. Suar. vbi ſupra ſect. 8. Roder. in ſum. p. 1. c. 57. num. 2.

4 Non confeſſus intra annum, & qui non communicauit in Paſchate poteſt differre in annum ſequentem S. Ant. p. 2. tit. 9 c. 9. parag. 3. Silu. Euchar. 3. q. 15. Et de Euchariſtia affirmant Tolet. lib. 6. c. 18. Sot. in 4. d 18, q. 1. ar. 4. in fi. Io. med. de confeſſ. q. 14. De confeſſione verò Tol. Sot. Io. Med. loc. cit. Suar. ſect. 4. negant differri poſſe; & conſentit Azor. p. 1. lib. 7. c 39. q. 8. poſt Nau. c. 21. num. 45. qui idem docet de Euchar. V. ver. Euchar. num. 47.

5 Non ſatisfacit præcepto confeſſionis, qui verè non abſoluitur ſiue ex culpa poenitentis, ſiue ex malitia confeſſarij Nau vbi ſupra num. 4. & in c. Placuit de poenit. d. 6 num. 183. Sot. vbi ſupra q. 3 ar. 3 Io med. de confeſſ. q. 24 Suar. vbi ſupra ſect. 2. B. Med. in ſum. lib. 1. c. 13. parag. 41. reg. 1. tenetur enim peccator de iure diuino, & humano ſibi procurare veram abſolutionem ſacramentalem, quam obtinere non poteſt, niſi præuia confeſſione ſacramentali. V. Suar diſp. 32. ſect. 6. num. 1. ſi abſolutio obtineri non poteſt culpa ſacerdotis, ſiue quia differtur in aliud tempus Sacerdotis conſilio, præcepto ſatisfit. Satis enim eſt, ſi ex culpa noſtra abſolutionem non impediamus. Azor. p. 1. lib. 7. c. 28. q. 4 Non ſatisfacit etiam, qui nulliter eſt abſolutus ob culpam propriam Cai. in ſum. ver. abſol. imped. Suar. vbi ſupra ſect. 7. Valent. to. 4. diſp 7 q. 11 p. 1. Cord. lib. 1. qq. q. 2. Roder. in ſum. p. 1. c. 57. num. 6. contra Silu. confeſſor 4. q. 2. in fi. Vict. num. 164. & alios quare non euadit poenas Eccleſiaſticas Suar. vbi ſupra ſect. 8. dub. 2. Cord. in ſum. q. 15.

6 Tenetur quis confiteri, quando credit toto anno defuturam copiam confeſſoris Silu. confeſſio 1. q. 2. verſ. 4. Nau. c. 2. num. 10. Io. med. de confeſſ. q 14. Suar. ſect. 5. Azor. p. 1. lib. 7. c. 40. in fi. alioquienim ſe exponit periculo omittendi, quod ſuo tempore facere tenetur. Item in loco peſte infecto commorantes, & in periculo mortis conſtituti Marchin. alios referens de bell. diu. p. 2. c. 1: & 2.

7 Valet abſolutio recedente fictione, ſcilicet cum quis confeſſus eſt ſine dolore, aut ſaltem inſufficiente, aut non proponendo cauere, idq; non confitendo, quia non occurrebat: vel confitendo quidem, ſed per errorem abſolutus; ſolumque eam fictionem tenetur poſtea confiteri Silu. confeſſio 1. q. 22. & ſeq Cuius opinionem veram eſſe dicunt de confeſſione valida, ſed informi Cai. to. 1. opuſc. 5. q. 5 S. Tho. in 4. diſt. 17. q. 3. ar. 4. queſtiuncula 1. Suar. diſp. 20. ſect. 1. in fi. & ſect 5. Eſt autem valida, ſed informis quoad effectum ex defectu attritionis extenſiuo, non intenſiuo, ſeu ex defectu integritatis, non qualitatis ipſius attritionis etiam proueniente ex inculpabili inaduertentia, vel ignorantia Suarez vbi ſupra

V. Sot. in 4. d. 18. q. 3. ar. 3 Nau. c. 9. nu. 13. Et per hanc ſufficienter implet præceptum confeſſionis, non autem per illam, quæ nulla eſt, quia fit cum actuali peccato mortali docet idem Suarez diſp. 35. in fi.

8 Habens ſola venialia non tenetur ex præcepto Eccleſiæ confiteri Sot. vbi ſupra q. 1. ar. 3. Silu. confeſſio 1. q. 3 Nau. c. 21. nu. 34. Suar. diſp 36 ſect 2. Tole. lib. 3. c. 5. Azor. p. 1. lib. 7 c. 39. q 3. Concil. Trid. ſeſſ. 14. c. 5.

9 Qui celebrauit non præmiſſa confeſſione, vt quia non erat copia confeſſoris, vel vrgente neceſſitate, tenetur quamprimum confiteri Trid. ſeſſ. 3. c. 7.

10 Nemo tenetur confiteri audiente tertio, vel per ſcripturâ, vel per interpretem Vict. num. 173. & ſeq. Nau. in c. Fratres de pœnit. d. 5. à num. 81. & in man. c. 21. num. 7 Qui tamen aliter confiteri non poſſet, deberet nutu, vel ſcripto, & in morte per interpretem Silu. vbi ſupra q. 15. Hoc tamen vltimum impugnat Suar. vbi ſupra ſect. 6. aſſerens de communi, licèt aliam probabilem, & ſpeculatiuè veriorem dicat, maximè in caſu quo probabiliter timeret, vel eſſet dubius pœnitens de ſua contritione. Poſſet tamen eo caſu ea ſola peccata confiteri, quæ cum minori infamia explicare poſſet: nec teneretur ad confeſſionem materialiter integram. Mutus debet confiteri nutibus, ſi poteſt Couar. 2. var. res. c. 13. num. 6. Vict. num. 176. Roder. in ſum. lib. 1. c. 51. Nau. in d. c. Fratres nu. 89. Ang. confeſſio 1. num. 32. & ſeq. V. Lugo de pœnit. diſp. 15. ſect. 5.

11 Non licet abſenti per ſcriptum confiteri, c. Quem pœnitet, de pœnit. diſt. 1. Catechis. Rom. p. 2. c. 5. num. 53. & Clem. VIII damnauit contrarium aſſerentes vt temerarios, & ſcandaloſos. quare reijciendi ſunt Nau. in man. c. 21. num. 36. & alij plures, quos refert Suar. diſp. 19. ſect. 3. contrarium docentes. V. Excom. reſer. num. 35.

12 Licet tradere ſchedulam peccatorum Sacerdoti, qui legat, & abſoluat, Vict. num. 174. Roder. vbi ſupra num. 2. quod verum eſſe poteſt, ſi pœnitens ſaltem nutu legenti dicat, ſe ea peccata commiſiſſe, alioqui inualida abſolutio Sot. vbi ſupra q. 2. ar. 6. Tolet. lib. 3. c. 6. num. 5.

13 Iteranda eſt confeſſio, ſi omninò imperito facta eſt ab imperito Vict. num. 169. Silu. confeſſio 1. q. 3. vers. 3. S. Ant. p. 3. tit. 14. c. 19 parag. 4. Intellige ſi huiuſmodi defectus redundat in prauam diſpoſitionem pœnitentis vt quia ſciens, & prudens talem ſibi elegit Confeſſarium Suar. diſp 22. ſect. 6. Aut quando pœnitens in ipſa confeſſione intellexit Confeſſorem non percipere grauitatem delicti, & tamen ſine ampliori inſtructione confeſſus eſt Suar. diſp. 18. ſect. 2. in fi. Intellige quando pœnitens ex induſtria aliquid ita diceret, vt Confeſſarius non perciperet: ſecus ſi bona fide: tunc enim detecto illo defectu, ſufficit illud peccatum non auditum confiteri Idem vbi ſupra q. 6. num. 4. Item iteranda, ſi quod probabiliter dubitabas eſſe mortale, ſine cauſa tacuiſti Nau c. 9. num. 14. Tolet. lib 6. c. 7. aut ſi Confeſſarius te non intellexit B. Med. in ſum. lib 1. c. 12. parag 1. Vict. num. 170. Silu. vbi ſupra Aut ſi defuit intentio abſoluendi Com. At cum craſſa ignorantia aut obliuione mortale dimiſiſti Nau. vbi ſupra num. 16. & in d. c. Fratres à num. 66. Silu. vbi ſupra. Intellige de ignorantia, aut obliuione, quæ ſit peccatum mortale Tol. lib. 2. c. 19. Quare audiendus non eſt B. Med. qui. 1. 2. q. 109. ar. 4. concl. 2. dub. 2. docet iterandam non eſſe confeſſionem informem, in qua confitens peccauit mort. Notat autem, & rectè P. Lugo de pœnit. diſp. 16. ſect. 15. num. 599. quod ſi aliquis v. g. ante decem annos tacuit culpabiliter peccatum mort. cuius in intermedijs confeſſionibus oblitus eſt: nunc comperto vitio illius præteritæ confeſſionis, non debet confeſſarius obligare ad repetendas illas priores intermedias confeſſiones bona fide factas, ſed illam ſolam, in qua fuit defectus; cum aliæ omnes potuerint eſſe validæ, & fructuoſæ.

14 Qui eidem Confeſſori, etiam alia peccata confeſſa oblito, confeſſionem iterat, ſufficit quòd confiteatur tantum omiſſa. Io. med. de confeſſ. q. 24 Silu. confeſſio 1. q. 22, in fi. Si tamen Sacerdos.

dos recordetur ſaltem pœnitentiæ Nau. c. 9. num. 19. Ang. confeſſio 1. parag. 12. Et in priori confeſſione fuit impoſita pœnitentia Ang parag. 14. Silu. vbi ſupra q. 3. verſ. 2. Et prior illa confeſſio non fuit inualida ex defectu doloris, integritatis, aut iuriſdictionis: aliàs enim eſſet iteranda; non enim fuiſſet materia confeſſionis, nec vera accuſatio ſacramentalis Suar. vbi ſupra num 9. Vbi cum Med. docet validam eſſe confeſſionem ſecundam, licet Sacerdos non recordaretur pœnitentiæ; neq; ſi non impoſuiſſet, neq; ſi non iteraretur prior confeſſio. V. Valent. to. diſp. 7. q. 11. p. 3. verſ. Alterum eſt P. Lugo. de pœnit. diſp. 16. ſect. 15. parag. 3. vbi ex diſp. profeſſo tractat de trac. quæſt.

15 Poſſunt in confeſſione ſubiceri omnia venialia, aut aliqua. Trid. ſeſſ. 14. c. 5. Nau. c. 21. num. 34. his enim non excludimur à gratia Dei Trid. cit.

16 Mentiri de venialibus in confeſſione; aut de mortalibus aliàs confeſſis, non eſt mortale, licet antea propoſuiſſes ea confiteri: quia propoſitum cum non inducat obligationem; poteſt pro libito mutari; & eo ipſo quòd non confiteris, diceris mutaſſe. Nau. in d. c. Fratres num. 18. & ſeq. & in man. c. 21. num. 37. Silu. confeſſio 1. q. 8. & 15. Sot. in 4. d. 18. q. 2. ar. 4. & de iuſt. lib. 5. q. 6. ar. 1. Ang. confeſſio 1. parag. 3. V. ver. mendacium num. 3.

17 Qui nihil vult confiteri, niſi interrogetur, peccat mort. Ang. vbi ſupra parag. 34. Silu. q. 17. Nau. c. 21. num. 39.

18 Confiteri ob finem venialem, mortale eſt ſi ibi ita conſtituatur finis, vt niſi v. g. de infamia timeretur, non confiteretur Ang. vbi ſupra parag. 24. & concedit Silu. vbi ſupra q. 7. ſi fiat tantum ob illum finem; ſine ſpe veniæ V. Valent. to. 4. diſp. 7. q. 11. p. 1. Suar. de pœnit. diſp. 20. ſect. 3. Sot. diſt. 18. cit. q. 3. circa fi. Nau. cit. num. 40.

19 Facultas eligendi confeſſorem non expirat morte concedentis Nau. d. redd. Eccl. mon. 8. q. 3. num. 1. & in c. Placuit de pœnit. d. 6. num. 3. Intellige ſi ſit data ſimpliciter, vel ad beneplacitum Sedis; non verò, ſi Ad beneplacitum noſtrum Suar. diſp. 22. ſect. 4. dub. 5. & facit c. Si gratioſe de reſcript. in 6. licet Silu. confeſſio 2. q. 7. concedat ſolum, vbi exprimitur ad beneplacitum ſedis, V. ver. Gratia num. 28. & Suar. diſp. 25. ſect. 3. & diſp. 28. ſect. 4.

20 Poteſt reuelari alienum peccatum in confeſſione ad declarandam ſpeciem proprij peccati Pan. in c. Omnis vtriuſq; de pœnit. & remiſſ. num. 2. Vt quando aliter exprimi non poteſt primum peccatum, vt ſi peccauit cum matre Cai. opuſc. 17. reſp. reſp. 5. In hoc tamen caſu ſufficit dicere, peccaui cum conſanguinea in primo gradu in linea recta Suar. to. 4 diſp. 22. ſect. 4. num. 7. aliàs non eſt nominanda perſona Nau. in man. c. 7. num. 2. Valent. vbi ſupra qui id ſimpliciter, & ſemper faciendum eſſe docet. Verius tamen eſt, poſſe in caſu Caiet. & cum vtile pœnitenti eſt ad emendationem Silu vbi ſupra q. 24 Sot. in 4. d. 18. q. 2. ar. 5. etiam ſi ex eo aliena fama apud Confeſſorem lædatur Vict num. 175. Item vt Confeſſor complicem adiuuet Nau. c. 17. num. 7. & hac intentione poteſt Confeſſor interrogare quis ille ſit Silu. vbi ſupra. Extra hos caſus tacendam potius eſſe illam circumſtantiam, ne aliquis infametur docent Nau. Silu. Vict. loc. cit. & com. maximè vbi timetur ſcandalum, vt volunt Tolet. lib. 3. c. 8. Graff. decis. p. 1. lib. 1. c. 16 num. 13. & c. 20. num. 36. Mihi verius videtur, quod Suar. diſp 34. ſect. 2. Leſſ. de iuſt. lib. 2 c. 11. dub. 11. Sot. vbi ſupra, & alij docent teneri omnino ad manifeſtandum complicem, ſi aliter occurri non poteſt, vt quia non habet copiam Confeſſarij, qui complicem ignoret; aut per occultationem propriæ perſonæ, aut alia ratione: & ideo non excuſatur ab omnimoda integritate confeſſionis ob ſolam infamiam complicis, cum non ſit vera infamia apud ſolum Confeſſarem. Secus dicendum eſſet, ſi ex huiuſmodi manifeſtatione mors &c. immineret aut cum Sacerdos ex confeſſione ſui peccati reuelaret ſigillũ confeſſionis Sot. de teg. ſecr. memb. 2. q. 4 concl. 1. dub. 1

dicens eſſe communem. Intellige dicta non ſolum de confeſſione neceſſaria, ſed etiam de voluntaria Sot. vbi ſupra num. 12. V. Bin. 2. 2. q. 33. in tract. poſt ar. 8. p. 1.

21 Dimidians confeſſionem ex iuſta cauſa non tenetur iam confeſſa iterum confiteri Nau c. 6 num. 10. & c. 9. num. 15. Suar diſp 32. ſect. 7. num. 3. Eſt autē iuſta cauſa, Primo neceſſitas articuli mortis. Inſtante enim morte, vel defectu vitæ propriæ, vel eſt conſortio aliorum in ſimili periculo exiſtentium, v. g. in naufragio; vel ex parte Sacerdotis, quia vel eius mors etiam imminet, & non eſt alius miniſter, vel quia timet graue contagium, & mortis periculum, ſi longo tempore huiuſmodi ægrotum audiat. Si verò neceſſitas intercedat, poſt dari abſolutio ante integram conſumatamque confeſſionem materialiter. Tempore naufragij, aut incendij, quando tempus non eſt audiendi ſingulos integrè poteſt, & debet Confeſſarius à ſingulis id ſolum audire, quod poteſt ſine aliorum præiudicio. Poſſunt etiam tunc, quando imminens periculum aliud non permitteret, omnes ſimul aliqua peccata confiteri, & oſtendere dolorem, & omnes ſimul eadem forma abſolutionis abſolui. Coninch. & Facundez, quos refert, & ſequitur P. Lugo de poenit. diſp. 17. num. 19. Si tamen non ſtatim ſequatur mors, cōtinuari debet confeſſio, donec integrè fiat, ſi poteſt. Danda verò, quoad fieri poteſt, materia certa, non dubia, & neceſſaria, vt peccatum mortale, ſi adeſt, non verò voluntaria, vt peccatum veniale Suar. diſp. 22. ſect. 1. Secundo neceſſitas ſeruandi præceptum annuæ confeſſionis, vel ſuſcipiendi Euchariſtiam, vel faciendi ſacrum, quando ſine graui ſcandalo, aut alio incommodo prætermitti non poteſt; ſi ex confeſſione alicuius peccati mortalis timeat poenitens mortale periculum alicuius grauis nocumenti proprij, vt ſi timeret ſcandalum in propria ſalute ſpirituali, aut probabile periculum mortis corporalis ſuæ ex parte ipſius Confeſſoris, ſiuè alterius tertiæ perſonæ. Tertio neceſſitas vitandi aliquam infamiam propriam, vel aliud ſimile nocumentum, quod quis timet, niſi ita confiteatur: quam vis hoc caſu non teneatur ita cōfiteri, cum ſit damnum temporale, cui poteſt cedere. Quartò vtilitas magna, quā per ſe affert Sacramentū, augeturq; ex eius frequentia. quare ſi propter occaſionē in ſecundo puncto tactā, multo tēpore differendū ſit, conſultius erit ita cōfiteri: licet nō ſit ſub obligatione Suar. vbi ſup. diſp. 23. ſect. 2.

22 Iniuſtè occidens vno ictu ſagittæ, aut bellici tormenti tres, quatuorue tenetur eum numerum occiſorum confiteri: ſunt enim plura homicidia Azor. p. 3. lib. 2 c. 18. ver. ſecundò Notan. Item occidens cognatos, vt Fratrem, Sororem, Nepotem, Socrum, &c. tenetur confiteri ſe non ſolū occidiſſe Cognatum, vel affinem, ſed etiam tenetur exprimere gradus cognationis Azor. loco cit. noct. 1. V. Suar. to. 5. diſp. 22. ſect. 5 à num. 35. Itē qui in peccato mollitiei habet reſpectum ad plures perſonas ſpecie diſtinctas, plura peccata ſpecie diſtincta committit, & ſi ad plures numero tantum plura numero diſtincta committit, vt ſi cogitet plures fœminas coniugatas; ſunt enim plura adulteria Azor. p. 1. lib. 4. c. 4. q. 6. Miniſtrans pluribus ſacram Euchariſtiam, vel plures ſucceſſiuè abſoluens in peccato mort. pluries peccat mort. pro numero obiectorum. Marchin. de Ord. tract. 2. p. 8. c. 8. q. 2. vbi alios refert. Contrarium docet P. Lugo de poenit. diſp. 16. ſect. 14 num. 558. & ſect. 3. num. 135. ea ratione, quod actio illa audiendi confeſſiones in tribunali ſacramētali accipit vnitatem moralem ex fine, & intentione agētis

23 Nec Papa præcipere poteſt, vt quis eadem peccata legitimè confeſſa, & abſoluta iterum confiteatur Silu. confeſſio 1. q. 3. Nau. c. 9. num. 1. Sot. in 4. d. 18. q. 1. art. 3. Nec confeſsionē venialium Silu. cit. q. 13. Ang. confeſsio 1. parag 28. Sot. ar. 3. cit. circa fi. Primum concedit Suar. diſp. 22. ſect. 7. in fi. ſi loquamur præciſè ob integritatem, & perfectionem ſacramenti: at de conſenſu voluntario, aut quaſi pacto inito ipſius poenitentis, vt per votum: aut ratione ſtatus voluntariè aſſumpti, quaſi

ſub

ſub hac conditione, vt inter Cliſtercienſes præcipi poteſt iteratio confeſſionis. Circa Venialia etiam docet poſſe Eccleſiam abſolutè præcipere vſum Sacramenti pœnitentiæ, ita vt indifferenter omnes obliget, ſiue habentes mortalia, ſiue non.

24 Eadem iterum confiteri valet ad gratiæ augmentum, & poene remiſsionem Silu.q.3.cit.Sot.vbi ſup.q.5.ar.3.in fi.

25 Meretrici ſecundum aliquos ſufficit dicere ſe fuiſſe per tot annos omnibus expoſitam.ſic Nau.c.6.num. 15. Vict num. 179. Volet. lib. 3. c. 7. Graff.p.1. lib. 1. c. 20. num. 11. Secundum alios, & verius, non ſatisfacit; quia vna peccabit quater in hebdomada, alia quater quotidie: ſic Sot.vbi ſup.q. 2. ar. 4. Viuald. de confeſs.num.38.Reginal.lib.6. num. 123. Tenetur verò confeſſor deſcendere ad alia particularia huiuſmodi mulierum, vt abortum, ſodomiam, homicidia, furta, & alia enormia de quibus apud Viualdū, & Graff.

26 Toties peccatur peccato interiori, quoties animus renouatur: exteriori autem ſemel tantum in omnibus, quæ ad illud perficiendū pertinent, vt in homicidio armorum præparatio, &c Nau. vbi ſup. & com. moraliter enim omnes hæ actiones participant eandem malitiam illius intentionis, & finis ad quem ordinantur Suar.to. 4.diſp. 22. ſect. 5. num. 22. vbi num. 14. de peccatis internis docet multiplicari, quoties interruptio illa actus, licet naturali modo, & abſq; ſpeciali aduertentia; & libertate inchoata fuerit, vt per ſomnum, vel naturalem diſtractionem; tamen per longum tempus durauit; & poſtea homo cum ſufficienti aduertentia, & deliberatione ad peccandum, ſimilem actum inchoat. Alij tamen cenſent, etiam minimam interruptionem ſufficere etiam ex quacumq; diſtractione, vel ſomno: cum nihil ſit, in quo illi duo actus continuentur ad conſtituendum vnum peccatum V. Can relect. de poenit. p. 5. Cai. 2. 2. q.66 ar. 3. Azor. p. 1. lib. 4.c.4. q. 4.& p. 3.lib.4. c. 34. Val. to. 4. diſp. 22. p. 5. Nau. in c. Conſideret de poenit. d. 5. à num. 41.

27 In fornicatione oſcula, tactus, &c. poſt conſummatum peccatum, ſunt vnum numero peccatum cum fornicatione, ſecundum Nau. c. 16. num 17. & de pœnit, & rem.conſ. 7. num. 3. Graff. vbi ſupra, Sed magis placet ſententia Suar.diſp.22.cit.ſect. 5. num. 26. eſſe videlicet diſtinctum peccatum. Nam aliàqui duæ fornicationes coniungerentur, eſſentq; vnum numero peccatum. oſcula enim, & tactus præambula ſunt vnum peccatum cum fornicatione ſequente; ſed poſſunt etiam eſſe ſequentia aliam fornicationem, Lugo de Pœnit. diſp. 16. ſect. 4. parag. 2. & ſeq.& ſect.5.n. 241.

28 Præſumens rationabiliter, quod proprius ſit contentus, poteſt alteri confiteri. Silu. confeſſor 1. q. 6. Nau. c. 9. num. 8.

29 Annalis confeſſio nullo præcedente examine facta, iteranda Vict. num. 165. Roder in ſum. p. 1. c. 58. num 3.

30 Tenentur religioſi ſecundum aliquos ad confitendum ſingulis menſibus. ſic Glo. in Clem. Ne in agro parag Sane de ſta.mon. ver. menſibus Nau. in man. c. 21. num. 58. & in c. Placuit, de pœnit. d.6 num.110.Graff. p.1.lib.1 c. 9. num. 14. & ſeq. qui cum Viualdo de confeſſ. num. 52. id intelligit, ſi habeant conſcientiam peccati mort. per Glo. cit. Suar. verò diſp. 36.ſect.5. verſ.circa tertiam, docet teneri, etiam ſi habeant ſola venialia, vt etiam vult Nau. num. 110. cit. An verò teneantur ſub mortali. Nau. & Graff. vbi ſup. & Azor. p. 1. lib. 7. c.40. dub.1.affirmant. Roder. de regul. to.1.q.62. ar. 1. Valent.to. 4.diſp. 7. q. 9. p. 3. Miranda Man. Præl.p. 2 q. 33 ar. 3. Reginald. lib. 29 q. 73 negant, & meritò. Nam. Trid. ſeſſ. 25 c. 10. de regul. renouans Clem. cit. dicit admoneantur Suar. vbi ſupra, & to. 3 diſp. 70. ſect. 2 docet id pendere ex ſtatuto, & cõſuetudine talis religionis. Ego verò cum Silu. loco cit. cenſeo Clem. cit. non obligare niſi Monachos S. Benedicti: quia vt docent Silu. ver. lex.q.20.& Pan in c. Ex parte de poſtul num. 2. licet lex, in qua eſt expreſſa ratio, extendatur ad omnes caſus ſimiles: fallit tamen quando lex qualificatiuè loquitur, vt ſi dicat Monachus niger. Et vt notat glo. in Clē cit. parag

Siquis

Si quis autem ver. nigrorum, d. Clem. quæ loquitur de Monacis nigris, non extenditur ad Ciſtercienſes, qui ſolam veſtem ſuperiorem nigram habent, inferiorem verò albam. Et ex Nau. de Iubil. not. 28. num. 23. & glo. in c. Quæ à iure de reg. iur. in 6. Clem. Dudum. de ſepult. in qua exprimuntur ſolum Prædicatores, & Minores, non extenditur ad alios regulares. & glo. in Clem. Cupientes de pœnit, & rem. dicit, Conſtitutionem, quæ de Mendicantibus loquitur, non eſſe ad non Mendicantes extendendam. glo. item. in d. c. Quæ à iure ver. ſinguli, & ibi Anchar. & Roder. ar. 1. cit. docent extendi tantum de honeſtate; nec teneri ſub mortali, niſi Euchariſtiam ſumpturi habeât côſcientiam peccati mortalis, ſed tantum illis conſulendum iuxta Trid. Idem docet Nau c. 2 num. 9.

31 Retinens rem alienã tenetur confiteri numerum interruptionum, & volitionum; ſunt enim per ſe diſtincti actus Leſſ. lib. 2. c. 10. dub. 4. in fi. Secundum alios verò ibi relatos ſufficit explicare. Primò quandiù rem detinuerit. Secundo quoties occaſioné reſtituendi habuerit, & neglexerit. Tertio an interim Dominus graue damnum, aut afflictonem magnam ſenſerit.

32 Exprimendus numerus peccatorũ, etiam indiuiduo Conc. Trid. ſeſſ. 24. c 5. vbi can. 7. id ſtatuitur tamq, de fide. S. Tho. p. 3. q. 40. ar. 2. Sot. in 4. d. 18. q. 2. ar. 4. Ang. confeſſio 1. parag. 11. Silu. eo q. 11. vers. 11. in fi. Pan. in c. Maiores parag. ſed adhuc num. 1. & in c. Omnis vtriuſq; num. 10. de pœnit. & remiſſ. Quòd ſi facta morali diligentia prudentis arbitrio, non occurrit numerus certus, declarandus numerus, qui plus minuſuè parum creditur à vero diſtare. & poſt, licèt aliqua in particulari occurrant, non ſunt confitenda; Suar. de Poenit. diſp. 22. ſec. 5. num. 38. Vaſquez, Coninch. & alij quos refer P. Lugo de Poenit. diſp. 16. num. 78. Ipſe tamen in contrariam magis inclinat. Et parag. 5. eiuſdem ſect. vbi Ad quæ ſe extendat illa verba Plus, minuè; niſi notabiliter excedant numerum expreſſum; aut particularis aliqua, & neceſſaria circunſtantia occurrat, quæ nullo modo declarata fuit. ea enim ſunt confitenda. Facta verò morali diligentia, ſi neutro modo poteſt probabiliter affirmari certus numerus; ſufficit declarare, vel conſuetudinem peccandi, & tempus, quo in illa perdurauit, & modum frequentiæ per dies, vel hobdomadas Suar. diſp. 22. ſect. 5. num. 38. Roder. in ſum. p. 1. c. 52. num. 4. Reginald. vbi ſupra.

33 Confitens venialia tantum proprio, & ordinario Confeſſori, & mortalia alteri, facit indirectè contra integritatem confeſſionis, & peccat mort. ob hypocriſim, & virtuale mendacium. Silu. confeſſ. 1. q. 6. Vict. num. 197. At Nau. c. 21 num. 40. & Suar. vbi ſupra ſect. 1. num. 13. docent non eſſe mortale, niſi ob eam cauſam maneret in aliquam occaſione morali peccandi mortaliter.

34 Obligat ad côfeſſionem inſtans periculi mortis Sot. in 4. d. 18. q. 5. ar. 3. Nau c. 2. num. 9. Roder. in ſum. p. 1. c. 57. num. 5. ſi habeat mortale.

35 Ob defectum memoriæ nemo tenetur ſcribere peccata Nau. in c. Fratres de poenit. d. 5. num. 85. Vict. num. 149. Silu. confeſſio 1. q. 2. vers. 5. quia obliuiſci peccati mortalis non eſt mortale. vnde iſte, non ſe exponit periculo peccati mort. ſed ſufficit, quòd velit recordari, & proponat confiteri quanto tenebitur. Immo non conſulendam huiuſmodi extraordinariam diligentiam docet Sot, vbi ſupra q. 2. ar. 4. V. Suar. tom. 4. diſp. 22. ſect. 10.

36 Mulier non tenetur dicere Confeſſori ſe fuiſſe virginem, cum primò confitetur ſe fuiſſe corruptam Suar. vbi ſupra ſect. 4. circumſt. 2. Roder vbi ſupra c. 208. num. 1. P. Nau. de reſt. lib. 2. c. 3. num. 433. Contrarium docet Sot. vbi ſupra. Nau. c. 6. num. 7. Sayr. cla. reg. lib. 8. c. 4 num. 9. Immo teneri etiam ad cogitationes volunt. Nau cit. num. 8. B. Med. lib. 1. c. 9. ante parag. Azor. p. 3 lib. 5. c. 11. q. 8. Niſi eſſet rapta, & præ timore conſenſiſſet ſuæ deflorationi Sanchez de matr. lib. 7. diſp. 14. num. 13.

Choa-

37 Cohabitantes ſi rarò, vt ter, aut quater in anno peccant repentina libidine, poſſũt abſolui, ſi eos verè poeniteat, & proponant de cætero abſtinere. Si tamen, cum plures promiſiſſet, relapſi ſunt, debent ſperari, ſi nulla ſecuta ſit emendatio Nau. c. 3. num. 21. Graff. p. 1. lib. 2. c. 24. num. 13.

38 Recidiuãs debet id dicere, vt poſſit ei remedium adhiberi Silu Confeſſor 3. q. 3. B. Med. vbi ſupra in fi. Suar. diſp. 22. cit. ſect. 4. num. 15.

39 Confeſſori, qui aliàs ſcit peccata tua, vt quia te peccantem vidit: aut quia extra confeſſionem verbo, vel ſcripto illi dexiſti, ſufficit dicere, accuſo me de his omnibus peccatis, quæ tu noſti. Vnde & mulier, quæ cum ſuo Confeſſore peccauit, ſatisfacit dicendo, fateor me peccaſſe in illis, quæ noſti me tecum commiſiſſe Io. Med. de confeſſ. q. 8. in fi. Graff. vbi ſupra c. 20. num. 30. & ſic intelligendi S. Th in 4. diſt. 17 q. 3. ar. 2. quæſtiunc. 1. ad 1. Ang. confeſſio 1. parag. 27. Silu. confeſſio 2. q. 3. Nau. in c. Conſideret de poenit. d. 5. num 61. Suar. vbi ſupra ſect. 1. num 10. dum dicunt eſſe confitenda peccata licet manifeſta, & confeſſori nota. ſupponunt enim poenitentem ſubticere, nec velle confiteri, quia confeſſori nota.

40 Copula cum Iudæa. aut alia infideli ſoluta. eſt tantum ſimplex fornicatio; grauior tamen quam ſi cum Chriſtiana ſoluta Azor. p. 3. lib. 3. c. 29. q. 3.

41 Confitendæ illæ circunſtantiæ, quæ mutant ſpeciem Trid. ſect. 14. c 5. Couar. in 4. p. 1. c. 1. num. 14. Nau. vbi ſupra num. 6. & in Man. c. 6. num. 6. Item illæ, quæ multum aggrauant Catechiſm. Rom. de confeſſ. num. 48 Cai. in ſum. ver. confeſſio. condit. 15. Vict. num. 177. Suar. vbi ſup. ſect 3. vbi plures in contrarium citat. Itaq; confitendum peccatum cum Patre, aut Fratre; licèt inceſtus non differat ſpecie Sot. in 4. d. 18. q. 2. ar. 4. concl. 6. & de teg. ſecr. memb. 3. q. 4. concl. 3. vbi Cord. B. Med. vbi ſupra parag. 1. ſufficit verò ſi dicatur in primo gradu, vbi adſint alij conſanguinei, ſecundum Ang. confeſſio 1. parag 3 Immo ſi timeatur de infamia, non exponendus gradus Roder. in ſum lib. 1. c. 208. num. 3. De quo tamen dic. vt ſupra num. 21 Confitenda item in peccato cõtinuatio, Vict. vbi ſupra Roder c 54 num. 3 & 7. Et quantitas furti. Vict & Med. vbi ſupra. Sot. q. 4. cit concl. 7. Roder. c. 209. num. 3. S. Ant. p. 3. tit. 17 c. 17. parag. 5. & blaſphemiæ diuerſitas, ſi v.g in Deum, vel in ſanctos: ſi per modum maledictionis, aut ex odio, &c. licet non differant ſpecie, quia multum aggrauant Cai. 2. 2 q. 13. ar. 1. ad 3. Ban ibidem. Vide circumſt hum. act.

42 Diuinare per aquam, aerem, &c. non differunt in ſpecie moris: Ideoq: ſufficit dicere; peccaui ſuperſtitione mortali Vict. & Med. vbi ſupra Reginald. lib. 6. num. 114. & 139.

43 Circumſtantia temporis non mutat ſpeciem, ideoq, nõ neceſſario confitenda Sot. de iuſt. lib. 2. q. 4. ar 4. Cai. 2. 2. q. 122. ar. 4. Couar. in 4. Alma mater. p. 1. parag 1 num. 3. Nau in c. Conſideret de poenit. d. 5. num. 22. Silu. confeſſio 1. q. 10. Nec verum eſt quod Ang. ver. feriæ parag. 36 citans Litan. & Alex. dicit, fornicaturẽ in die feſto facere duo peccata neceſſario confitenda: niſi forte intelligat, quando ideo committitur peccatum, vt violetur feſtum, tunc enim mutat ſpeciem; aut quando fit opus ſeruile Nau. c. 6. num. 10. & ſeq. V. Suar. diſp. 22. ſect. 4. num. 21.

44 Gradus conſanguinitatis mutat ſpeciem ſecundum Nau. c. 7. num. 4 c. 16. num. 3. & in dicto c. Conſideret. num. 13: ſecundum alios, quos refert, & ſequitur Suar. vbi ſupra ſect. 3. num. 12. ſect. 4. num. 7. Eſt quidem circumſtantia aggrauans, & confitenda ſed non mutat ſpeciem Roder. in ſum. p. 1. c 209. num. 3. Secundum Azor. p 3. lib. 3. c. 4. q. 1. Primus, & Secundus gradus differunt ſpecie in linea recta aſcendentium, & deſcendentium. Gradus verò affinitatis ſpecie differunt à gradibus conſanguinitatis, non verò inter ſe.

45 In homicidio furto, luxuria, confitenda circumſtantia loci ſacri Silu. confeſſio 1.q. 10. Nau. in d. c. Conſideret num. 19. Vict. num. 195. Excipe aſpectum, & ſermonem laſciuum, niſi ea mente eſſet, vt data opportunitate, peccatum in Eccleſia perpetraret Nau. vbi ſupra num. 20. Azor. p. 1. lib. 9. c. 27. q. 7. & p. 3. lib. 3. c. 27. q. 3 Excipe item furtum rei laicorum in loco ſacro non aſſeruatæ, non depoſitæ, non commendatæ Eccleſiæ, ſed per accidens ibi poſitæ Leſſ. lib. 2. c. 45 dub. 3. Azor. lib. 9. cit. c. 27. q. 6. Sot. in 4. d. 22. q. 1. ar. 3. verſ. vbi adnotandum; vbi docet furantem crumenam in Eccleſia ab audiente miſſam non committere ſacrilegium Confitenda item circumſtantia mentalis, vt ſi in Eccleſia, aut extra cogitaſti aliquod homicidium in Eccleſia perpetrare Nau. vbi ſupra num. 21. Azor. lib. 7. cit. c. 27. q. 7. Suar. tom. 4. diſp. 2. ſect. 4 num. 20. Et cum moroſè delectaris v. g. de concubitu cum Virgine, moniali, &c. Sanchez in ſum. lib. 1. c. 2. num. 11. quando ſcilicet delectatio fertur in id obiectũ ſecundũ totã ſuã malitiam, vt ſi delectetur de concubitu cogitato cũ moniali, &c. ſecus ſi feratur in partem tantum illius obiecti, vt in fæminam appræhenſam, vt non ſuam, Azor. p. 1. lib. 4. c. 6 q. 3. Vide Lugo de pænit. diſp. 16. ſec. 6. parag. 4. n. 383. & ſeqq. Vbi quod poterit illa delectatio habere malitiam ſpecie diſtinctam ex parte ſubiecti, vt ſi ſit Religioſus, aut Coniungatus, &c.

46 Confitendum eſt ſcandalum, quod dedit occaſionem peccati mort. aut factum eo animo inducendi ad mortale Nau. vbi ſupra num. 16. & in parag. Animaduertere eo. cap. num. 5. & in man. c. 6. num. 19. Intellige, quando directè, & formaliter intendo ruinam ſpiritualem proximi, aut quando volo quod proximus v. g. violet caſtitatem, non quia malum illius eſt, ſed quia aliquod lucrum ex eo ſpero. Et confitenda ſpecies peccati, ad quod proximus induci poterat. P. Lugo alios referens de pænit. diſp. 16. num. 159. Itaq; confitendum eſt publicè peccaſſe Silu. ver. Scandalum q. 2. Et alium non paratum ad peccatum induxiſſe, ut qui fœminam non paratam ad ſecum fornicandum induxit Azor. p. 2. lib. 12. c. 61. q. 5 Sanchez in ſum. lib. 1. c. 6.

47 Si coniugatus peccet cum coniugata, vtrumq; exprimendum Nau. c. 6. nu. 4. Item ſecundum eundem, ſi peccatum ſit contra duplicem obligationem v. g. ieiunij, aut miſſæ cum duplex eſt vigilia, aut feſtum. Sed verius contrarium docent alij Suar. diſp. 22. ſect. 4. in fi. Vaſquez 1. 2. diſp. 98. num. 8. Azor. p. 1. lib. 7. c. 2. q. 6. De quo vide ſupra De peccati natura, num. 3. & 4. Ratio eſt quia præceptum tendit ad eandem bonitatem formalem: & quia diuerſitas præceptorum quoad efficientes cauſas non variat ſpecies peccati, quando in materia eiuſdem rationis verſantur, & eandem virtutis rationem reſpiciunt, Suar. de Relig. to. 1. lib. 4. de Simon. c. 7. n. 13. Secus quando diuerſitas præceptorum reſpicit diuerſas virtutes, vt v. g. votum tendit formaliter in Dei cultum, ieiunium verò indirectè. V. Lugo de Pænit. diſp. 16. n. 257. & 307.

48 Si peccatum ſit cum filia ſpirituali, exprimendum, c. Omnes, & ſeqq. 30. q. 1. vbi ſic dicitur Omnes quos in pænitentia ſuſcipimus, ita ſunt noſtri filij, vt & ipſi, quos vel nobis ſuſcipientibus, vel trinæ merſionis vocabulo mergentibus vmbra ſacri baptiſmatis regenerauit. ſic plurimi quos refert, & ſequitur Sanchez de matrim. lib. 7. diſp. 55. & alij multi relati à Diana to. 1. de circumſtantia aggrau. reſol. 12. Non deſunt tamen alij contrarium ſentientes, quos refert, & ſequitur Diana loco cit. & tenet etiam P. Lugo de pænit. diſp. 16. ſec. 6. parag. 3. ſi loquamur de iure humano, vt expreſſè cauit Boniſ. VIII. in cap. fi. in fi. de cognat. ſpir. in 6. vbi decernitur in alijs ſacramentis præter Baptiſmũ, & Confirmationẽ, cognationme ſpiritualem nequaquam oriri, & ita docent Gloſ. ibi, & Azor. p. 3. lib. 3. not. 4. & q. 5. & 9. Niſi fortè ex eo coitu aliquod damnum vel ſcandalum pænitentiæ ſacramentum patiatur V. Bullam Greg. XV. contra ſollicitantes.

49 Expri-

49 Exprimendum eſt, factum contra conſcientiam Nau. in d. c. Conſideret. num. 60. & ſeq. in manu. c. 8. num. 20. Suar. vbi ſupra num. 14. in his ſcilicet, quæ non alia de cauſa ſint peccata, niſi quia cõtra ſcientiam, aut dubietatem erroneam, facta ſunt Nau. in d. c. Conſiderat num. 70. Lugo de pœnit. diſp. 16 ſec. 12, n. 50. contrarium docet propter cenſuram, quæ non incurritur, ſi ſolum ſit peccatum contra conſcientiam, vel propter reſeruationem, quæ non incurritur. Vel etiam quando materia ipſa talis eſt, vt niſi explicetur illa circumſtantia, non intelligatur illud peccatum, ſed aliud, vel nullum: vt ſi puerj ſe accuſet de violatione ieiunij, & non dicat contra conſcientiam erroneam.

50 Qui oblitus circumſtantiam dicit ſolum peccatum, ſufficit poſtea, ſi dicat ſolam circumſtantiam Nau. in d. c. Conſideret num. 165. & in man. c. 6 num. 20. & de pœnit, & remiſſ. conſ. 2. intellige ſi circunſtantia poſſit ſufficienter declarari, non facta mentione peccati. Suar. vbi ſupra ſect. 3. aſſert. 2.

51 Confitens mortale quod non fecit, peccat mort. Secus in veniali; niſi eſſet totalis materia confeſſionis: tunc enim ſacrilegium mortale, quia nullum fit Sacramentum Suar. vbi ſupra ſect. 10. num. 6. Peccat etiam mortaliter, qui vt certum confitetur, quod eſt dubium, niſi bona fides, & ſimplicitas excuſet Suar. ibidem num. 2. Vict. num. 130. Nau. c. 21. num. 37. Et dubium ſecundum eoſdem intellige quando homo habet probabiles rationes dubitandi nec poteſt determinari ad ferendum iudicium probabile pro altera parte.

52 Confeſſus de omnibus ſufficienter iudicio docti Confeſſoris, non debet amplius confiteri quod certus non eſt ſe numquam fuiſſe confeſſum Armil. ver. confeſſio parag. 7.

53 Circumſtantia quando trahat peccatum in aliud genus, ideoq; ſit neceſſariò confitenda; vide ſupra de circumſt. human. act. num. 7.

54 Dicens alicui plura iniurioſa verba diuerſæ ſpeciei, licèt eodem impetu variè peccar, & tenetur confiter Nau. c. 6. num. 18. Azor. p. 3. lib. 13. c. 5. dub. 1.

55 Numquam confeſſus numerum peccatorum, quòd à Confeſſore non fuerit interrogatus, ſi id malitioſè non fecit, ſatisfacit nunc explicando numerum, & negligentiã in præteritis confeſſionibus, tutius tamen facere generalem confeſſionem B. Med. in ſum. lib. 2. c. 8. Ego tamen puto non modò tutius, ſed etiam neceſſarium. quando enim poteſt explicare ſolum numerum, non manifeſtando peccatum. V. Nau. de pœnit. & rem. conſ. 12.

56 Cognoſcens carnaliter alterius ſpõſam de futuro, non tenetur eam circumſtantiam confiteri. tenetur tamen reſtituere iniuriam paſſis Couar. in 4. par. 2. c. 1. num. 14. V. ver. Luxuria num. 2.

57 Cocumbens cum muliere integra, ſed polluta per mollitiem, aut ſodomiam. peccat peccato ſtupri Cai. 22. q. 154. ar. 6. dub. 4. Tolet lib. 5. c. 11. initio Azor. p. 3. lib. 3. c. 11. q. 4. & ſeq.

58 Violans virginem ſine dolo, vi &c. ſed vltro conſentientem non tenetur eam circumſtantiam confiteri, nec propriè eſt ſtuprum, ideſt violenta Virginis corruptio P. Nau. de reſt. lib. 2. c. 3. num. 433. Sot. in 4. d. 18. q. 2. ar. 4. vers De ſimplici verò ſtupro. Suar. vbi ſupra ſect. 4. circumſt. 2. dicens tamen ſecurius eſſe rum in viro, tum in fœmina id explicare. Hinc inferunt Leſſ. lib. 2. c. 10. dub. 1 & Sanchez lib. 7. de matr. diſp. 14. num. 6. cogitationes moroſas in Virgine, & adoleſcente circa Virginem, licèt ſint peccatum mortale; non habere tamen ſpecialem malitiam moralem; ni adiunctam habeant voluntatem inferendæ violentiæ. Et idem dicendum eſt de culpa ſecundum eoſdem V. Azor. vbi ſupra q. 5.

59 Sufficit mulieri dicere ſe cognitam à conſtituto in ſacris, etia ſi is ſimul ſit regularis: vtriuſque enim votum eſt eiuſdem ſpeciei in genere moris Cord. de

caſ. q. 3. Leſſ. lib. 4. c. 3. num. 87. Azor. vbi ſupra c. 27. q. 9. Sanchez vbi ſupra diſp. 27. num. 28. & in ſum. lib. 5. c. 6. in fi. vbi etiam docet Sacerdotem, & profeſſum ſatiſfacere dicendo ſe eſſe Sacerdotem; & probabile dicit Suar. vbi ſupra initio.

60 Tranſgrediens votum, vel iuramentum in re graui, ſatisfacit confitendo ſeorſim peccata, & poſtea dicendo ſe fregiſſe votum, vel iuramentum in re graui Nau. in c. Conſideret, de pœnit. d. 5. in principio num. 104 & ſeq. Sanchez in ſum. lib. 4. c. 11. num. 24.

61 Puer, de quo dubitatur, an habeat vſum rationis, ſi confiteatur aliquod veniale, abſoluendus eſt ſub conditione non ſolum in mortis articulo ſed etiam extra illum. Et cum inſtat præceptum Eccleſiæ de confeſſione, ſi aliquod mortale dubium confeſſus eſt, abſoluendus omnino eſt, ne forte capax ſit, & non ſatisfaciat præcepto diuino, & Eccleſiæ. Lugo de pænit. diſp. 17. ſec. 1. in fi.

62 In repentinam hoſtium aggreſſione ſi milites ſpatium confitendi non habent dicantque ex corde, ſe deſiderare confeſſionem, & ex tunc petere abſolutionem ſacramentalem, ſi in mortis periculo ſint poſſunt virtute illius voluntatis iam manifeſtatæ abſolui à Confeſſario, qui illos ſine ſenſu morientes inuenit, quia iam pro temporis anguſtia petierunt Confeſſionem, oſtenderuntq; deſiderium confitendi meliori modo quo poterant. Lugo vbi ſupra ſec. 3. n. 40. vbi in fine docet, admonendos eſſe milites, vt ante prælij initium doleant de peccatis, quo ſe ad effectum abſolutionis diſponant.

CONFESSOR ABSOLVTIO. CASVS.

V. Charitas. Confeſſio. Delegatio. Excommunicatio. Ieiunium. Interpretatio. Matrimoniũ. Reſtitutio. Sacramenta.

Cvratus excommunicatus poteſt dare ſubdito licentiam alteri confitendi Io. med. de confeſſ. q. 31. & dare alteri licentiam adminiſtrandi ſacramentum pœnitentiæ S. Ant. p. 3. tit. 17. c. 9. Negant, & meritò Vict. num. 153. Alter de cenſur. to. 1. lib. 1. diſp. 8. c. 6. ad 2. & c. 7. in fi. Suar. de cenſur. diſp. 11. ſect. 2. in fi. & to. 4. diſp. 17. ſect. 1. num. 4. Silu. abſolutio 2. q. 6. quia excommunicatus eſt priuatus actu iuriſdictionis. Intelligunt tamen de excommunicato denuntiato non tolerato. Nam qui non eſt denuntiatus validè abſoluit, & curam animarum exercet, quæ iuriſdictionem ſupponunt, c. Exceptionem de except. Sayr. de cenſur. lib. 2. c. 12. num. 13. & lib. 4. c. 11. num. 3. Nau. c. 27. num. 7. Pan. in c. Ab excommunicato de reſcrip: num. 5. Couar. in c. Alma p. 1. parag. 7. num. 9. Silu. excomunicatio 3. num. 1. verſ. 10. & com. V. ver. excommunicatio num. 36.

2 In articulo mortis quilibet Sacerdos poteſt abſoluere etiam à cenſuris. Conc. Trid. ſeſſ. 14. c. 7. de ſacram. pœnit. Etiam excommunicatus denuntiatus Nau. c. 26. num. 26. & c. 27. num. 272. & de pœnit. d. 6. c. 1. in principio, & de pœnit. & rem. conſ. 23. etiam hæreticus Silu. confeſſor 1. q. 10. Vict. de clau. num. 14. Nec peccat huiuſmodi infirmus confitendo tali miniſtro immo tenetur confiteri, niſi ſit periculum ſubuerſionis Ang. confeſſio 3. parag. 2. Suar. to. 4. diſp. 26. ſect. 4. Tolet. lib. 1. c. 16. num. 7. contra Nau. c. 26. cit. & in c. Laboret de pœnit diſt. 6. num. 7. & ſeq. Si tamen proprius adeſt, non poteſt alienus Vict. num. 157. Nec præſente approbato non approbatus, vt declarauit Cong. Concil. & docent

tent Vict.cit. Sanch. plures referens in ſum. p. 1. lib. 2. c. 13. num. 7. quia, inquiunt, Trid. dicit id eſſe indultum ratione neceſſitatis, ne æger ſine confeſſione decedat hæc autem neceſſitas deeſt præſente Parocho, aut alio habente auctoritatem. Alij tamen, vt Nau. cons. 23. cit. Roder. in ſum. 10. 1. c. 59. concl. 3. & de regul. to. 1. c. 53. ar. 4. in fi & alij plures cenſent abſolutè, & indiſtinctè omnes Sacerdotes ea poteſtate gaudere in eo articulo. probant auctoritate Concilij hic. In articulo mortis nullam eſſe reſeruationem. & paulò inferius. Ideoque omnes Sacerdotes quoſlibet pœnitentes à quibuſuis peccatis, & cenſuris abſoluere poſſint. quæ verba non ſolum ſunt generalia, ſed etiam vniuerſalia, & ita generaliter, & vniuerſaliter ſunt intelligenda. Suar. verſ. to. 4. diſp. 30. ſect. 3. num. 4. & 5. diſtinguit inter Sacerdotem proprium, vel habentem communem iuriſdictionem delegatam, & ſimplices Sacerdotes non habentes iuriſdictionem; quòd illi poſſint abſoluere à peccatis reſeruatis ſummo Pont. nullo ſeruato ordine inter illos, id eſt non eſſe neceſſarium prius adire Epiſcopum, aut facultatem ab illo petere etiam ſi commodè fieri poſſet; nec prius vocare Parochum, quam alium Sacerdotem expoſitum habentem iuriſdictionem delegatam, quia in illo articulo nulla eſt reſeruatio: ergo eadem ratio eſt de his peccatis, quæ de alijs. Sicut ergo ab alijs poteſt abſoluere quilibet Sacerdos habens iuriſdictionem, nullo ſpectato ordine inter illos, ita, & ab his. Si verò hi omnes comparentur ad ſimplices Sacerdotes non habentes iuriſdictionem; tunc ſeruandus eſt ordo, vt præferatur habens iuriſdictionem non habenti. Opinio Nau. videtur textui magis accommodata. Abſolutus ab his ab excommunicatione, ſi conualuerit, tenetur ſe præſentare ſuperiori, alioqui reincidit, c. Eos qui, de ſent. exc. in 6.

3 Articulus mortis dicitur etiam, cum quis ſe exponit periculo mortis, vt cum prælium, vel mare eſt ingreſſurus Silu. confeſſor 1. q. 6. verſ. 7. Intellige quando cogitur ſubire id periculum; ſecus ſi voluntarie Duard. in Bull. Cœn. lib 3. parag. 2. q. 2. num. 15. Et qui eſt in obſidione latronum, vel hoſtium, vel in febri acuta, & mulier iam paritura, vbi veriſimiliter timetur de morte Pan. in c. Quod in te; de pœnit. & rem. num. 8. Roder. de regul. to. 1. q. 62. art. 7. Verum Sot. in 4. d. 18. q. 4. ar. 4 verſ. quæris autem, id vocat periculum mortis; articulum verò cum mors iam in fieri per cauſam naturalem, vel violentam, & in his caſibus, non verò in periculo mortis, licere cuilibet Sacerdoti abſoluere, & huic ſententiæ ſubſcribunt etiam Couar. in c. Alma, p 1. parag. 11. num. 8. & Can. relect. de pœnit. p. 5. Sed verior prima ſententia, quam etiam ſuſtinent Nau. c. 26. num. 31. & c. 27. num. 271. Io. Med. de confeſſ. q. 16. Suar. ſect. 4. cit. cum ſæpe in iure canonico articulus mortis, & periculum mortis pro eodem vſurpentur, vt in d. c. Eos qui V. Sanchez in ſum. lib. 2 c. 13.

4 Curatus non tenetur audire, niſi cum Subditus tenetur confiteri, ſecundum Silu. confeſſor 1. q. 18. Io. med. vbi ſuprà q. 4. At ſecundum Nau c. 25. num 137. & in c. Placuit, de pœnit. d. 6. à num. 151. ſemper tenetur, niſi iuſta cauſa excuſet. Et contraria parum pia, & in praxi minime tuta ſententia Suar. disp. 32. ſec. 1. V. Parochus num. 17.

5 Confeſſor compulſus poteſt iurare ſe neſcire, intelligendo ſic, vt poſſit dicere Vict nu. 165. Nau. in c Sacerdos de pœnit. d. 6. num. 141. & ſeq. Ang confeſſio vlt. parag. 4 Silu confeſſio 3 q. 11. & com.

6 Confeſſor Epiſcopi, aut Superioris exempti, vt Abbatis, Guardiani, & poteſt cum ipſo diſpenſare, vt ipſe cum ſubditis, itemq; abſoluere S. Ant. p. 3. tit. 2. c 2. parag. 2. Silu. confeſſor 1. q. 9. Sanchez de matr. lib 8. diſp. 3. num. 3.

7 Archiepiſcopus dum viſitat poteſt per ſe, vel per alium audire ſubditos ſuffraganeorũ cõfitẽtes. c. Perpetuo de cẽſib in 6.

8 Archipræsbyter Cathedralis poteſt audire omnes Dioeceſanos c. 3. de off Archipr. vbi glo. ver. à foris veniunt, & Pan. Silu. ver. Archipræsb. q. 1.

9 Familia Epiſcopi ei confiteri debet, quem Epiſcopus ſpecialiter deputauerit, aut proprio Parocho. Silu. confeſſor 1. q. 2. Vict. num. 105. Poſſunt enim Epiſcopi Eximere familiam à parochia Sot. in 4. d. 18. q. 4. ar. 2. Suar. to. 4. diſp. 25. ſect. vlt. num. 12. Intellige ſecundum eoſdem in propria diœceſi. Quod ſi ſint alterius diœceſis, & cum Epiſcopo commorentur, docet Silu. vbi ſupra q. 11. in fi. pertinere ad Cathedralem.

10 Cardinalium familia, de eorum licentia poteſt ſibi eligere Confeſſorē, Doct. cit. & Caiet. in ſum. ver. abſolutio 2. in fi.

11 Poteſt eligere Confeſſorem Epiſcopus, & Prælatus exemptus, vt Abbas, &c. c. fin. de pœnit. & rem. Nau. in c. Placuit de pœnit. d. 6. num. 128 ſi habeat curam animarum Silu. vbi ſupra q. 8. verſ. 5. Ex conſuetudine poſſunt etiam Curati Vict vbi ſupra Suar. to. 4. diſp. 27. ſect. 3, vbi ſupra nu. 30. & ſeqq. Immo nomine Prælati veniunt etiam Rectores animarum c. Tua nos de cler. ægr. In foro tamen pœnitentiæ, & largo modo Pan. in d. c. Tua num. 2. quod negat Suar. vbi ſupra ſect. 2. nu. 7. Veniunt etiam Priores, & Guardiani Fel. in c. 1. de iudic. num. 15. Non poſſunt tamen dicti Prælati eligere non approbatum ab Epiſcopo Confeſſoris, etiam ſi ſit Epiſcopus, qui eligendo ſibi non ſubditum, debet eligere approbatum ab Epiſcopo cuius eſt ſubditus extra propriam diœceſim Congreg. Concilij de mente Greg. XIII. quod durum videtur Suar. diſp. 28. ſect. 4. nu. 8. quia ſi poteſt non ſubditum approbare, vt proprias oues abſoluat; cur non idem poteſt circa ſeipſum; tandem ſect. 6. num. 13. reſpondet poſſe epiſcopū illum ſacerdotem approbare, qui licet alienus, ei tamē aliquo modo ſubditur vel ad examē, vel adminiſteriū, & tūc poteſt illū eligere. Amplia, etiā ſi ſit data facultas per Bullam, aut Iubilæum: ſemper enim eligi debet approbatus ab Ordinario loci, vbi miniſtratur Sacramentum. Vgol. de poteſt epiſc. c. 7. parag. 2. num. 8. Roder. in Bull. Cruciatæ parag. 9. dub. 3.

12 Quilibet de epiſcopatu poteſt accipere ſacramenta in Cathedrali Silu. ver. Archipræsb. q. 1.

13 Non tenetur Confeſſor interrogare quem probabiliter putat ſe benè examinaſſe licet putet habere alia peccata Sot. vbi ſupra ar. 4. Vict. num. 194. Contrarium docent, & meritò, Nau c. 5. num. 2. Ang. ver. interrogationes in principio Suar. diſp. 32. ſect 3.

14 Si Confeſſor aduertit pœnitentem aliquid dimittere, quod probabiliter putat non eſſe peccatum, tenetur admonere, ſi probabiliter putat ſe profuturum ſine ſcādalo, aut graui incommodo Nau. in c. Si quis autem de pœnit. d. 7. à num. 71. Couar. in 4. p. 1. c. 6. parag. 10. nu 15. var. vbi ſup. ſect. 4

15 Quantum ad vtilia ſibi, vt communicare, confiteri, &c. cuiuſq; proprius Parochus eſt, vbi de præſenti habitat, nec poteſt commodè adire proprium Pan. in c. Omnis vtriuſq; de poenit. & remis. nu. 23. Silu. Confeſſor 1. q 10.

16 Qui dubitat an ſit idoneus ad confeſſiones audiendas, excuſatur præcepto Superioris Silu. confeſſor 3. num. 1. modò deponat dubium credens Superiori Nau. c. 4. num. 9. Suar. diſp. 28. ſect. 5. nu. 7. At Sanchez in ſum. lib. 6. c. 3. num. 11. docet non minorem ſcientiam requiri in audiente confeſſionem ex præcepto Superioris, quàm in ſponte audiente. Nec excuſare obedientiam ſuperioris, cum hæc efficere non poſſit, vt ſufficienti ſcientia deſtitutus id munus licitè obeat. Idem ſentit Nau. num. 9 cit. & ſeq.

17 Tenetur Confeſſor ſiue proprius, ſiue delegatus, etiam contra propriam opinionem abſoluere poenitentem, qui habet contrariam opinionem probabilem, cum eam ſequendo ſit rectè diſpoſitus, & negans abſolutionem peccat mortaliter niſi excuſet paruitas materiæ, vt ſi confeſſio ſit venialium. Sanchez aliòs referens in ſum. lib. 1. c. 9. num. 29. & ſeq. vbi cum Soto, & Valent. idem docet, licet Confeſſor falſam eſſe poenitentis opinionem exiſtimaret, ſi apud graues Doctores probabilis reputetur. Quæ tamen locum habent, quando poenitens eſt doctus vel ab alijs inſtructus de probabilitate ſuæ opinionis; alioqui informandum eſſe. tenetur enim

enim Confeſſor ex officio bonum pœnitentis procurare, illiq; conſulere, illum inſtruendo. ibidem num. 31.

18 Excuſatur imperitus Confeſſor neceſſitate, vt ſi audiat pœnitentem in articulo mortis, aut inter infideles, vbi alterius copia haberi non poteſt. Item ſi audiat virum doctum, qui ſupplere poſſit Nau. vbi ſupra num. 13. & com.

19 Nullus poteſt ſæcularium etiam Sacerdotum confeſſiones audire, niſi ab Epiſcopo approbatus, aut parochiale beneficiũ obtineat Conc. Trid. ſeſſ. 23. c, 15. de ref. V. Suar. diſp. 28. ſect. 4. Nau. c. 4. num. 7. qui volunt Concilium nihil circa regularium pœnitentium confeſſiones diſpoſuiſſe, quare poſſe Clericis ſæcularibus etiam non approbatis confiteri. quod intelligo quando confeſſarium ſuæ religionis habere non poſſunt; vt quia itinerantur, &c. V. infra num. 88.

20 Regulares ſemel approbati per examen ad confeſſiones audiendas, non poſſunt ab eodem Epiſcopo iterum examinari. A ſucceſſore verò ſic; ſi is aliter pro ſuæ conſcientiæ quiete iudicet Pius V. in Bulla quæ inc. Ad Romanum 1570. quæ licet quoad alia reducta ſit ad ius antiquum, & terminos Concilij Trid. per Greg. XIII. in Bull. in c. In tanta 1. martij 1572. In hoc tamen ſacra Congreg. Conc. vt refert Quaranta ver. Confeſſor, declarauit non eſſe reſtrictam. Admiſſi ſine præuio examine ad formam Trid. poſſunt ad libitum Epiſcopi examinari, & eorum facultas reuocari Suar. vbi ſupra ſect. 8. num. 5. Ex verbis tamen Concilij id colligi poſſe non video.

21 Confeſſores regulares habent iuriſdictionem immediate à Papa. Epiſcopi autem habent nudum miniſterium examinandi, & approbandi Sorbus Collect. ver. Abſolutio quoad fratres, & ſecul. c. 4. in fi. Silu. confeſſor 2. q. 5. Confect. ſum. priuil. tit. 17. c. 5. vbi verſ 7. docet Epiſcopum reprobare non poſſe à ſe approbatum, licet is in officio Confeſſoris delinquat; ſed id ad proprium ſuperiorem ſpectare. V. Roder. de regul. to. 3. q. 31. ar. 4. in fi. & infra num. 25.

22 Confeſſores regulares ad audiendas confeſſiones generaliter ab Ordinarijs eorumuè examinatoribus idonei reperti, & approbati; generaliter quoque, & indiſtinctè abſque alia limitatione temporis, certorumuè locorum, aut generis perſonarum admittendi ſunt in propria diœceſi. Alij verò, qui non adeò idonei reperiuntur, ſi petierint ſe admitti, liberum eſt Epiſcopis limitatam concedere facultatem Congreg. Concil. ſæpè, & poſtremò approbantibus Greg. XV. & Vrbano VIII. iterũ declarauit De quo etiam Roder. de regul. to. 1. q. 59. ar. 8. Suar. vbi ſupra ſect. 7. dub. 6 Quod ſi Epiſcopus ſine cauſa, & ex malo animo regularibus limitatam concedat facultatem (quod tunc facere depræhenditur, quando cum omnibus indifferenter id facit) poſſunt regulares virtute priuilegiorum nihilominus audire confeſſiones. Roder. in Bull. cruc parag. 9. num. 33. & de regul. ar. 8. cit. Sorb. vbi ſupra, verſ. Et pro maiori declaratione. Idem dicendum, cum Epiſcopus ſine iuſta cauſa non vult admittere, quia ſic reiectus habetur pro admiſſo Leo X. in Concilio Lateran. 1516. 19. Dec. ibi, Admiſſis, aut etiam indebitè reiectis confitentes, conſtitutioni, quæ in c. Omnis vtriuſq; ſexus, quoad confeſſionem dumtaxat ſatisfeciſſe cenſeantur. Hanc ad verbũ refert Piaſecc. in ſua prax. epiſc. p. 1. c. 3. nu. 40. Huius ſententiæ ſunt Nau. in man. c. 27. num. 264. Sorb. ver. abſolutio quoad ſæculares, verſ. Circa ea quæ ſupra V. Confect. vbi ſupra, & Roder. de regul. to 1. q. 57. ar. 1. Contrarium tamen docent Suar. vbi ſupra ſect. 5. Reginald. to. 1. lib. 6. nu. 182. & fauet Conc. Trid. ſeſſ. 23. c. 15. ibi, Et approbationem, quæ gratis detur, obtineant præſertim, cum ibi reuocentur priuilegia per clauſulam Non obſtantibus priuilegijs. V. Sanchez in ſum. lib. 6. c. 11. num. 10 & ſeq. & Bullam Vrbani VIII. reuocantis omnia priuilegia, quam ad verbum refert Barbos. ad Clem. Dudum de ſepult. num. 25.

23 Poteſt Epiſcopus certum numerum Confeſſorum regularium aſſumere, prout Vniuerſitas Cleri, & populi, ac multitudo, vel paucitas eorumdem exigit;

Clem.

Clem. Dudum, verſ. Numerus de ſepult. Extrau. Super Cathedram eo. tit. vbi glo. ver. exigit, dicit quod ſi Epiſcopus, & Regulares diſcordãt, aſſumet Epiſcopus quos voluerit, & pro reliquis recurratur ad Superiorem. Caute tamen facturum Epiſcopum, ſi à principio taxaret numerum. V. Pan. in Clem. cit. num. 27.

24 Confeſſus Religioſo approbato nõ tenetur iterum confiteri proprio Sacerdoti. quare per huiuſmodi confeſſionẽ ſatisfit præcepto c. Omnis vtriuſque. Extrau. 2. de hæret. inter com. Extrau. Inter cunctas de priuil. Et contraria opinio damnata eſt, vt erronea in d. Eſtrau. 2. V. Azor. p. 1. lib. 13. c. 1. & 2. Valent. to. 4. diſp. 7. q. 10. p. 2. Et eam docentes denuntiandi ſunt Inquiſitoribus, vt multis relatis docet Diana p. 4. tract. 8. reſol. 102.

25 Generales Ordinum non poſſunt Confeſſores pro ſecularibus approbare, aut reprobare, id enim ex Trid. pertinet ad Epiſcopum. Nomine autem Epiſcopi nõ veniunt generales, quia non habent iuriſditionem Epiſcopalem, & ordinariam in populum fidelium Suar, vbi ſupra ſect. 1. num. 4. Poſſunt tamen ex iuſta cauſa, & in aliquibus caſibus particularibus ſuis ſubditis prohibere ne ſæcularium confeſſiones audiant, licet eligantur virtute Iubilæi, & ſi audierint, tamquam inobedientes puniri: vera tamen ac valida eſt abſolutio Sot. in 4. diſp. 14. q. 2. ar. 3. verſ. Ad glo. Secus poſt inhibitionẽ, vel ſuſpenſionem iudicialem per Prælatum legitimè factam in iudicio, quia tunc inualida eſt abſolutio, vt citatis Silu. & Pan. docet Roder. de regul. to. 1. q. 60. ar. 1. & 2. Secus item ſi approbatus ſit ab Epiſcopo ſine licentia ſuorum ſuperiorum d. c. 1. & 3. per Bullam Iulij III. reuocantis, & annullantis licentias da Confeſſiones audiendas, quas Generales Ordinum annullandas iudicauerint, & quæcumque gratiæ ſine licentia Superiorum concedende V. Confect. vbi ſupra verſ. 7.

26 Regulares participantes priuilegia Mendicantium, licet nullo caſu inſigniti, aperire poſſunt literas ſacræ Pœnitentiariæ Doctoribus, & Magiſtris deſtinatas, modò ſit Confeſſarijs ab Epiſcopo approbati, & à ſuis Generalibus, vel de eorum licentia ab alis Superioribus deſignati Gre. XIII. Societatis Ieſu, vt notat ad verbum Roder. in collect. priuil. & regul. to 1. q. 63. ar. 8. Sanch. de matr. lib. 8 diſp. 34 nu. 11. vbi nu. 30. docet neceſſarium non eſſe præmittere confeſſionem ſacramentalem, vbi de diſpenſationibus agitur; neq; vbi de excommunicatione V. eundem diſp. 16. eo. lib. & Roder. in Bull. cruc. parag. 9. num. 54. & 94. qui de excommucatione contrarium dicit.

27 Approbatus ab vno Epiſcopo non poteſt vbique confeſſiones audire. quare ſi Confeſſor mutet Epiſcopatum, denuò excommunicandus Suar. vbi ſupra ſect. 7. Roder. de regul. to. 1. q. 50. ar. 5 Habens tamen actu parochiale beneficium, poteſt in alio Epiſcopatu in Confeſſorem eligi Suar. vbi ſupra num. 18. & huiuſmodi approbatus poteſt approbantis in aliena diœceſi abſoluere Sanch. alios referens de matr. lib. 3. diſp. 34. num. 2. Quare non eſt admittenda eorum Doct. opinio, quod Sacerdos à duobus ſaltem Epiſcopis ad Confeſſiones per examen approbati poſſint de iure vbiq; locorum abſq; alio examine confeſſiones andire, ex Trid. ſeſſ. 23. de refor. c. 15.

28 Poteſt quis non proprio confiteri, quando proprius eſt ignorans. c. Placuit de pœnit. de 6. vt illud intelligunt Naui ibi num. 150. c. Omnis vtriuſq; de pœnit. & rem. S. Ant. p. 3. tit. 17. c. 4. Io. Med. de confeſſ q 37. Valent to. 4. diſp. 7. q. 10. p. 2. verſ. 3. & alij. Putat autem Nau. petendam eſſe licentiam a proprio, nec adeundem eſſe Epiſcopatum, etiam ſi facile adiri poſſit. Sed Suar. diſp. 27. ſect. 2. relatis Ant, & Hoſt. docet eo caſu ab Epiſcopo petendam eſſe facultatem confitendi non proprio. Ego tamen puto veriorem Nau. ſententiam. Nam vt initio hujus cap. dictum eſt. Curatus etiam excommunicatus, modò non ſit denuntiatus, poteſt dare licentiam ſubdito alteri confitendi. Eſt autem ignorans; qui pœnitentis conſcien-

...tiam

tiam diiudicare neſcit. Valdè tamen abſoluit ignorans, ſi habet iuriſdictionem, & intentionem; & alioqui pœnitens eſt dignus abſolutione: concurrunt enim omnia neceſſaria ad eſſentiam ſacramenti, & ſentia non continet errorem intollerabilem in eo, quod primarium eſt. ſcilicet abſolutione. Suar diſp. 22. ſect. 6. num: 4. Et cum pœnitens eſt doctus, qui poteſt ſuorum peccatorum grauitaté, & circumſtantias aperire Suar. diſp. 28. ſect. 2. num. 12.

29 Tenetur Confeſſor credere pœnitenti affirmanti ſe habere licentiam à ſuperiori confitendi non proprio glo. in c. Placuit de pœnit. d. 6. ver. ignorantia Ang. confeſſio 3. parag. 32.

30 Peregrini, & vagabundi confiteri debent Parochis Suar. diſp. 25. ſect. 2. aut aliſhabentibus iuriſdionem. Sot. in 4. d. 18. q. 4. ar. 2. Itemq; Mercatores vagantes. Vict. num, 156. Cai. in ſum. ver. abſolutio 2.

31 Parochus confiteri poteſt ſubditum ſuum vbicumque inuentum. Secus autem regularis Silu. cunfeſſor 1. q. 14. Sed de regularibus contrarium docent alii, vt Sanchez de matr. lib. 3. diſp. 34. num. 2. Sot. vbi ſupra ar. 3. verſ. Aliud dubium Nau in c. Plecuit de pœnit d. 6. num. 85. Confect. ſum. priuil. p. 2. tit. 17. c. 5. vers 5. Suar. to 4. diſp. 28. ſect. 6. num. 4. Roder in Bull. cruc. parag. 9. num. 7. & conceſſit Xiſtus IV. vt referit Vict. in ſum. num. 152.

32 Regularis ad confeſſiones audiendas ab Epiſcopos approbatus, poteſt dum itineratur, ſiue in mari, ſiue in terra, non reclamantibus Curatis quorumcumq; confeſſiones audire: dummodo non in Oppidis, aut locis, in quibus Ordinarij exiſtunt, niſi de eorum licentia Greg. XIII. ſociet. Ieſu. quod priuilegium, vt teſtantur. Roder. de regul. to. 1. q. 59. ar. 5. & Miranda manual. Præl. to. 1. q. 45. participatur ab omnibus Mendicantibus, eorumq, participantibus. Et Mendicantibus conceſſit etiam Eugenius IV.

33 SIGILLVM eſt obligatio occultandi aliquid in ſacramentali confeſſione auditum Nau. in c. Sacerdos, de pœnit. d. 6. num. 36.

34 Cadunt ſub ſigillo peccata omnia etiam venialia, & peccatorum circumſtantia etiam voluntatæ, & illa omnia quæ licet peccata non ſint, per ea tamen aliquo modò poteſt detegi peccator, & peccatum. c. Omnes vtriuſq, de pœnit. & rem. S. Th. ſupp. q. 11. ar. 2. Nau. c. 8. num. 30. Silu. confeſſio vlt. q. 2. Suar. diſp. 33. q 3. concl. 2. Et illa etiam, quæ poſſunt infamiam, & confuſſionem ipſi pœnitenti generare, vt quòd ſit viliſſimè natus Tolet lib. 3. c. 26. Sot. vbi ſupra ar. 5. ant. 2. concl. Suar. diſp. 33. ſect. 3. num. 5. Et pecca. aliena audita in confeſſione Sot. de teg, ſecr. memb. 3. q. 4 concl. 3.

35 Ad ſigillum tenetur non modò cōfeſſarius. ſed etiam Interpres, S. Th. in 4. d. 21. 1. quæſtiun. 3. Io. Med. de confeſſ. q. 50. Nau. in d c. Sacerdos num. 41. Et laicus cui facta eſt confeſſio in neceſſitate. S Th. ſuppl. q. 11. ar. 3. Nau. loco cit. Et Conſiliarius confeſſoris Nau. in man. c. 8. num. 7. Sot. vbi ſupra conc. 4. Et illi omnes, qui quouis modo ſunt conſcij confeſſionis, ſiue licitè, ſiuè illicitè, vt qui furtiuè confeſſionem audit, aut quia finxit ſe Sacerdotem, alio bona fide confitente Suar. vbi ſupra ſect. 2. num. 3. Et is, cui confeſſarius, vel iniquè reuelauit, vel de licentia pœnitentis pro conſilio Silu. confeſſor 3. q. 1. Nau. in d. c Sacerdos num. 43. Suar. vbi ſupra ſect. 4. & 5. Et Prælatus à quo petitur caſus reſeruatus Sot. concl. 4. cit. De laico verius docet Suar. ſect. 2. cit. non obligari niſi ad ſecretum naturale, quia ibi non eſt confeſſio ſacramentalis.

36 Prælatus poteſt amouere ſubditum ab officio propter audita in confeſſione: ita tamen vt omnis ſuſpicio de reuelatione confeſſionis apud alios euitetur S. Tho. quol. 5. q 7. Silu. confeſſio 3. q. 14. Intellige ſi officium ſit ad nutum eius amouibile, alioqui non licet: cum non poſſit pœnitens, ob audita in confeſſione his priuari, ad quæ ius habet; ſecus in gratioſis Sot. in 4. e. 22. q. 1. ar. 5. & de reg. ſecr. memb. 3. q. 4. concl. 5. dub. 1 Te-

36 Prælatus poteſt amouere ſubditum ob officio propter audita in confeſſione: ita tamen, vt omnis ſuſpicio de reuelatione confeſſionis apud alios euitetur S. Tho. quol. 5. q. 7. Silu. confeſſio 3. q. 14. Intellige, ſi officium ſit ad nutum eius amouibile, alioqui non licet: cum non poſſit pœnitens ob audita in confeſſione his priuari, ad quæ ius habet: ſecus in gratioſis Sot. in 4. d. 22. q. 1. ar. 5. & de teg. ſecr. memb. q. 4. conc. 5. dub. 1.

37 Tenetur pœnitens celare conſilium pœnitentiã, & alia ſibi à Confeſſore iniuncta, ſi talia ſint, quibus Confeſſor ridiculus haberi poſſet. Nau. in d. cap. Sacerdos nu. 115. Ad hoc tamen non tenetur ratione ſigilli confeſſionis, ſed tantum, ne detrahat Sacerdoti Suar. ſect. 4. cit. Niſi fortè ad capiendũ conſiliũ cum ſe ſentit. Cõfeſſoris imprudentia nimis grauatũ: tunc enim nõ peccat Sot. de teg. ſecr. q. 4. cit. concl. 4.

38 Cognito magno periculo Reipublicæ per confeſſionem, ſufficit in genere monere, vt caueatur. Quòd ſi eſt alicui paratum malum, poteſt Confeſſor illum monere, vt caueat tali loco, & tempore, &c. modò non ſit periculum reuelationis perſonæ confeſſæ Sot. in 4. d. 18 q. 4. ar. 3. & de teg. ſecr. memb. 3. q. 4. concl. 2. Couar. in 4. p. 2. c. 8. parag. 12. num. 10. Nau. vbi ſup. num. 117. Pan in c. Omnis vtriuſque de pœnit. & rem. num 24. Et ad impediendum peccatum, quod in aliquo Monaſterio perpetratur, tacitis nominibus, poteſt Superiori dicere, vt caueat, quia ſic in Monaſterio peccatur Nau. de pœnit. & rem. conſi. 27. Conſultius tamen eſt tacere, Azor. p. 2. lib. 12. c. 15. q. 6.

39 Tenetur Epiſcopus ordinare quem ſola confeſſione ſcit eſſe irregularem, ſi ipſe petat, nec ipſe aliam iuſtam cauſam negandi habet Sot. vbi ſupra.

40 Non reuelat confeſſionem, qui dicit. Iſte mihi confeſſus eſt iſta peccata, vel peccata venialia Silu. confeſſio vlt. q. 10. Nau. c. 8. num. 11.

41 Vbi non eſt confeſſio ſacramentalis non eſt obligatio ſigilli Sot. locis ſupra cit Silu. vbi ſupra q. 4. Nau. c. 8. num. 7, quamuis dicatur, Committo tibi in confeſſione S. Ant. p. 3. tit. 17. c. 22. parag. 2. fi. Nau. in c. Sacerdos de pœnit. d. 6 num. 39. Silu. confeſſio 3. q. 5. Cai. 2. 2. q. 70. ar. 1. ad 2. Arag. ibidem, & com. & licet genuflexo, factoque ſigno Crucis, & confeſſione dicta, ſi non dicatur animo confitendi, ſed gratia dandi, aut petendi conſilium Sot. Cai. Nau. in man. loco cit. Oportet enim, vt confeſſio fiat ob habendam abſolutionem Nau. c. 18. num. 55. aut ſecundum Pan. in c. 2. de off. ord. num. 7. ſaltem cauſa ſalutis animæ: aut ſecundum Innoc. in c. Omnis vtriuſq; relatos à Silu. q. 4. cit. pro bono corporis, quod non repugnet bono animæ. Sed certè eius, & Pan. ſententia ſuſtineri non poteſt, cũ huiuſmodi confeſſio non ſit ſacramentalis. Dicendum igitur, neceſſariam eſſe intentionem ſe accuſandi coram Iudice à Chriſto conſtituto, vt ab illo abſoluatur, vel curetur, iuuetur Suar. diſp. 33. ſect. 2. num. 7.

42 Propoſitum alicui nocendi non cadit ſub ſigillo. quare reuelandum eſt Silu. vbi ſupra q. 5. Ang. confeſſio 8. num. 7. Anchar. in d. c. Omnis vtriuſquæ num. 14. vbi Boich. num 47 & alij Contrariam ſententiam docent Cai. to. opuſc. 21. Sot. in 4. d. 18. q. 4. ar. 5. ad 2. & de teg. ſecr. memb. 3. q. 4. Io. med. de confeſſ. q. 47. Nau. in d. c. Sacerdos num. 20. Suar. vbi ſupra ſect. 3. num. 4. cum peccatum illud futurum, vt futurum reuelari non poſſit ſine præſenti voluntate.

43 Accedens animo peruertendi aliquo peccato Confeſſorem, aut quærendi auxilium ad peccatum, poteſt prodi Silu. confeſſio vlt. q. 4. Sot. vbi ſupra vers. Verumtamen, B. Med. in ſum lib. 2. c. 4. verſ. Altro ſarebbe. Immo tenetur prodere, ſi crimina hoc modo patefacta ſunt grauiſſima, vt proditiones, hæreſes, &c. Sot. & Med. cit.

44 Contra reum violato ſigillo confeſſionis proditum non poteſt Iudex procedere Sot. de teg. ſecr. memb. 3. q. 4. concl. 2. Nau. de hæret. conſ. 2. num. 9. Couar. de ſponſal. p. 2. c. 8. parag. 12. num 10, Felin. in c. 1. de except, num. 3. & alij

ibi rela-

ibi relati; Et proceſſus factus eſt nullus B. Med. lib. 1. c. 16. parag. 3. Teſtimonium enim Confeſſoris ex ſcientia Confeſſionis nullam fidem facit in foro exteriori, vt ex c. 2. de off. ord. & c. Dilectus de exceſſ. Præl. notat Suarez vbi ſupra ſect. 1. num. 17.

45 Si duo Confeſſores ſimul audiant pænitentem, non poterunt poſtea de eius peccatis inter ſe loqui Suar. vbi ſupra ſect. 5. num. 3. quia illa locutio ex ſe eſt extra confeſſionem, & ideo prohibita.

46 Extra Confeſſionem non poteſt Confeſſor cum pœnitente loqui de eius peccatis ſibi confeſſis. Quod ſi in ipſa confeſſione defectum commiſit, de quo pœnitens ſit monendus, petenda ab ipſo licentia; quam ſi dare nolit dicat nihilominus, ſi commodè poteſt: non enim dicitur loqui extra confeſſionem, ſed supplere, & perficere Suar. vbi ſupra.

47 Si Confeſſor audito publico peccatore, dicit, ſibi fuiſſe confeſſum illud peccatum frangit ſigillum Nau c 8 nu 10. Vict nu. 187. Cai in ſum. ver. Confeſſor. Item Nau. in c. Sacerdos de pænit. d 6. nu 138. Contrarium docent Armill. ver. Confeſſor parag. 15. Io. med. de confeſſ. trac. 1. q. 47. dub. 2. Verior prima ſententia, quam etiam docet Suar. dicens, contrariam eſſe falſam, diſp. 33. ſect. 3. num. 6 Valent to. 4. diſp. 7. q. 13. punct. 4. verſ. Notandum eſt autem.

48 Reuelator eſt, qui dicit, ſe non abſoluiſſe pœnitentem Nau. num. 10. cit. Valent. vbi ſupra p. 3. verſ. 3. Negant Cai. vbi ſupra Armill. parag. 14. quia illa negatio nullum manifeſtat peccatum pœnitentis; id enim ex pluribus cauſis prouenire poteſt, vt quia confeſſio non eſt completa, vel ex duritia Confeſſoris. Priorem ſententiam vt veriorem, & in praxi tenendam tuentur etiam Sot. in 4. d. 18. q. 4. art. 5. concl. 2. Suar. vbi ſupra ſect 6. initio. Contrariam verò ſaluari poſſe docet Valent. vbi ſupra, ſi confeſſor addat ideo, ſe non abſoluiſſe, quia nondum eſt completa confeſſio, aut quid ſimile.

49 Licitè quis negat ſuffragium ei, quem ſola confeſſione ſcit, non eſſe dignum, ſiue ſuffragia ſint ſecreta, ſiue publica, modò non ſit periculum reuelationis Silu. confeſſio 3. q. 14. Sot. de teg. ſecr. memb. 3. q. 4. concl. 5. dub. 1. S. Tho. in 4. d. 21. q. 3. art. 1. quæſtiunc. 1. ad 3 & quol. 5. art. 13. S. Bonau. ea diſt. p. 2. ar. 2. q 1. Nau. in cit. c. Sacerdos, nu 147. & in man. c. 8 nu. 18. & in c. Humanæ aures, 22. q. 1. nu. 6. S. Ant. p. 3 tit. 14. c. 12. parag. 2. & tit. 17. c 22. parag. 1. Io. med. de confeſſ. q. 47 verſ. Corollariè ſequitur in fi. Suar. vbi ſupra ſect. 7. num. 12. quicquid Armil. vbi ſupra num. 7. Ban. 2. 2. q 33. ar 8. ad fi. Sanch. de matr. lib. 3. diſp. 16. num. 3. in contrarium dicant. Addunt S. Tho. & Silu. vbi ſupra poſſe etiam huiuſmodi confeſſorem reclamare electioni, modo caueatur reuelationis ſuſpicio. Addunt alij, non ſolum poſſe, ſed etiam teneri negare ſuffragium huiuſmodi indigno, quando id abſque ſigilli fractione fieri poteſt, ſic S. Tho. S. Ant. vbi ſupra Silu. Euchar. 3. q. 5. dicto 1. Nau. in d. c. Sacerdos, & qui docent, negandam eſſe Euchariſtiam, &c. V. infra ſuſpenſi ipſo iure num. 25. Optimè Sanch. de matr. diſp. 16. cit.

50 Ad vitandum peccatum potes, & debes negare pœnitenti ea etiam, ad quæ petenda ius habet, ſi abſit reuelationis ſuſpicio Sot. de teg. ſecr. memb. 3. q. 4 concl. 5.

51 Poteſt confeſſor fugere, qui in ingreſſu Syluæ ab vno è furibus in confeſſione audiuit ſe in ſylua occidendum Silu. confeſſio 3. q. 19. Sot. vbi ſupra Ang confeſſor vlt. parag. 7. verſ. 5. Armill. vbi ſupra nu 12. Negant Nau. in d c. Sacerdos nu. 135. Suar. vbi ſupra ſect. 7. num. 5. quod verum eſt ſi neceſſitas daretur, aut reuelandi confeſſionem, aut moriendi Sot. in 4. d. 18. q. 4 ar. 5.

52 Quod Confeſſor aliter ſcit, quàm per confeſſionem, ſiue ante, ſiue poſt, reuelare poteſt quantũ ad id, quod ſcit, vt homo, dicẽdo ſcio illud, quia vidi, &c. Com. vt docet S. Tho. p 3. q. 24 art. vlt Boich. in c. Omnis vtriuſq, de pœn. & rem. num. 45.

53 Tegenda omnia, quorum reuelatione redderetur onerosa confeſſio B. med. in ſum. lib. 2. c. 4.

54 Etiam in occulto vitare non potes, quem ſola confeſſione ſcis, eſſe excommunicatum Silu. confeſſio 3. q. 17. Suar. diſp. 33. ſect. ſect. 6. num. 3.

55 Inueniens ſcripta alterius peccata ſub titulo confeſſionis, & reuelans non eſt fractor ſigilli, ſed ſecreti naturalis Nau. in d. c. Sacerdos num. 8. & ſeq. Sot. vbi ſupra concl. 4. Suar. ſect. 4. num. 5. contra B. Med. c. 4. cit.

56 Reuelans audita in confeſſione, etiam ſi ſit veniale, peccat mortaliter, eſt enim præceptum in re graui, & ſit odio. ſa confeſſio Suar. vbi ſupra ſect. vbi 3. aſſert. 1. in fine.

57 Reuelator confeſſionis deponitur, & recluditur in monaſterio. non eſt tamen latæ ſententiæ c. Omnis vtriuſq. de poenit. & rem. Quod ſi confeſſor dicat ſe reuelaſſe de licentia poenitentis, ſecundum aliquos. illi creditur, & euitat poenas. V. tamen Felin. in c. 1. de. except. num. 3. in fi. vbi refert Lap. alleg. 94. Pan. in d. c. Omnis num. vlt. Suar. diſp. 33. in fi & ibi relati Silu. confeſſio 3. q. 9. Nau. vbi ſupra num. 150.

58 Sufficit dicere ego te abſoluo cum intentione abſoluendi a peccatis, & à cenſuris Sot. in 4. d. 22. q. 1. ar. 1.

59 Qui abſoluit quem non potuit, aut oblitus eſt abſoluere, non debet illum admonere, ſi timet ſcandalum Vict. num. 186.

60 Poteſt confeſſor abſoluere ab Excommunicatione abſentem, & à peccatis, ſi putat illum eſſe in gratia, ſecundum Nau. c. 26. num. 14. Sed hoc vltimum meritò impugnat Suar. diſp. 31. ſect. 6. quia nec præſenti ſed ignoranti, nec virtualiter conſentienti poteſt conferri abſolutio à peccatis Idem docet Lugo de poenit. diſp. 22. num. 54. addens quòd ſi poenitens ipſe de ſe veniat ad confitendum iterum, illum interroget confeſſarius, an doleat de omnibus etiam ante confeſſis in præcedenti confeſſione, & an ſe iterum de illis accuſet: & tunc abſolutio directè terminabitur ad illa omnia. An vero teneatur confeſſarius admonere poenitentem de errore, vide eundem à num. 55.

61 Quiuis Sacerdos poteſt abſoluere à venialibus, & à mortalibus alias confeſſis Suar. diſp. 26. ſect. 5. & com.

62 Et qui ante amentiam oſtendit ſigna contritionis, poteſt in amentia dari communio, extrema vnctio, & abſolutio à cenſuris, non autem à peccatis Nau. c. 26. num. 27.

63 Bulla dans auctoritatem abſoluendi ab excommunicatione, intelligitur in confeſſione Nau. vbi ſupra num. 31. Secus ſi dicat in vtroq; forò Cord. in ſum. q. 19. Couar. in c. Alma mater p. 1. parag. 11. num. 16. Et, ſi dicat in mortis articulo, intelligitur in vno ſolo; niſi aliud in ipſa Bull. exprimatur Nau. vbi ſupra, & de Iubil. not. 30. num. 16.

64 Abſolutio valet data ab habente titulum à Superiore legitimo, & poſſeſſionem, licèt inualida. communis enim exiſtimatio, ſeu opinio, quod quis ſit in aliquo officio, ſeu facultatem habeat, & auctoritatem, operatur, quod geſta per talem valeant Mandos. in regul. 24. q. 4. nu. 4. Caj. in ſum. ver. abſolutionis impedimenta. Niſi data ſit aliqua forma contraria. tunc enim illa quaſi poſſeſſio, vel reputatio nihil operatur Bald. in l. 2. C. de teſtam. q 6. Item licet titulum amiſerit, ſed non notoriè Nau, in c. Placuit, de pœnit. d. 6. num. 177. & ſeqq. Silu. Confeſſor 1. q. 19. Pan. in c. Nihil de elect. num. 11 & ſeq Arag 2. 2. q. 6. ar. 6. verſ. Eſt aliud dubium Sanchez de matr. lib. 3. diſp. 22. q. 6. Item licet nullam iuriſdictionem habuerit circa mortalia, ſi pœnitens bona fide confiteatur: ſatis enim eſt interuenire ibi aliquam materiam, circa quam Confeſſor habeat iuriſdictionem, ideſt peccata venialia Suar. diſp. 26. ſect. 6. diſp. 31. ſect. 2. Nau. in man. c. 9. num. 7. Tolet. lib. 3. c. 8. num. 1. Item licet ſic excommunicatus, & ſuſpenſus, modò non denuntiatus, nec notorius percuſſor Clerici Mirand. man. Pral. p. 1. q. 45. ar. 13. Alter to. 1. diſp. 8. lib. 1. c 8. etiam ſi pœnitens ſciat illum eſſe excommunicatum, modò in eo loco communiter ignoretur, & ſit expoſitus ad confeſſiones audiendas, ac compellatur, ſibiq; ſit neceſſarium confiteri, nec alium habeat, illeq; ſit ſuus Parochus Sanch. vbi ſupra nu 46. V. eũdem diſp. cit. q. 5. & ſupra ver. ſacramenta in fi.

65 Abſo-

65 Abſolutio cum conditione de præterito licet; ſecus cum conditione de futuro, aut etiam de præſenti, niſi in quibuſdam caſibus, quos ex Caiet. refert Roder. in ſum. p. 1. c. 54. num. 2. & ſeq.

66 Infirmus, qui præ laſſitudine confeſſionem perficere non poteſt, abſoluendus eſt, ne dum abſolutio differtur, ſenſum ammittat: curandum tamen prius vt generaliter conteratur B. med. in ſum. lib. 2. c. 8. Tolet. lib. 3. c. 8. caſu 2.

67 Confitens generaliter aliàs cōfeſſa poteſt per partes abſolui, & poteſt partem vni, & partem alteri Sacerdoti Graff. p. 1. lib. 1. c. 16. num 14. & ſeq.

68 Petens Confeſſorem, & oſtendens ſigna contritionis, ſi interim ſenſum amittat abſolui debet ſub fide aſtantium, Silu. confeſſore 3. q. 13. S. Ant. p. 3. tit. 10. c. 2. Io: med. de confeſſ. q. de pecc. oblit. Ang. confeſſio 4. num. 8. Suar. to. 4. diſp. 21. ſect. 4 num. 5. & ſeq. id probans ex varijs Concilijs, & Doct. allatis etiam à P. lugo de pœnit. diſp 17 ſect. 4. & in ſpecie reſponſo Illuſtriſſ. Archiep. Armacani aſſerentis id approbaſſe Clē. VIII. Secus ſi tātū oſtēderit ſigna contritionis non in ordine ad claues Suar. diſp. 23. ſect. 1. verſ. Atq; Tolet. vbi ſup. Cōtrarium expreſſè docet Nau. c. 26. nu. 27. & c. 26. num. 268. niſi verbis, vel nutibus fuerit aliqua peccata confeſſus: nec ſufficere vocaſſe prius Confeſſorem, cum voluntate confitendi cum ſignis contritionis. Idem Sot. in 4. d. 18. q. 2. ar. 5. & alij plures, quos refert Suar. ſect 1. cit. num. 3. Sed prima opinio probabilior, & practicè ſecura. Idem num. 10. Roder. in Bull. Cruc. parag 9. num. 41. & videtur caſus in c. Is qui pœnitentiam, & c: Qui recedunt, & c. Hi qui 26. q. 6. & c. Aegrotantes de conſecr. d. 4. V. S. Tho opuſc. 65. c. de ſacra vnct. Marchin. de peſte p. 3. c. 13. Et poteſt abſoluere ſub conditione quantum poſſum; vel ſi materia eſt ſufficiens Suar. nu. 11. & diſp. 26. ſect. 6. num. 2.

69 Abſolutio facta excommunicato tenet, ſi talis bona fide confeſſus eſt ſaltem ſine peccato mortali Caiet. in ſum. ver. abſol. imped. Nau. in man. c. 9. nu. 4. & in c. fratres de pœnit. d. 5. num. 50. Roder. de regul to 1. q. 60. ar. 2. B. Med. in ſum. lib. 1. parag. De effectu excom. Negant Silu. confeſſio 1. q. 3. verſ. 5. Sot. in 4. d. 21 q. 1. ar. 1. Sed verior prima opinio. Nam ſola recipientis cenſura non irritat ſacramentum, per ſe loquendo, ſed tantum prohibet vſum eius Suar. diſp. 21. ſect. 7. num. 1 Sayr. de cenſur. lib. 2. c. 3. num. 3.

70 Abſolutio ſub ratihabitione præterita, aut præſenti valet Silu. confeſſor 1. q. 6. verſ. 6. Nau. in c. Placuit de pœnit. d. 6. num. 105. & in man. c. 9. num. 8. Contrarium tamen alijs citatis docet Suar. to. 4. diſp. 26 ſect. 1. à num. 13. Lugo de Pœnit. diſp. 19. ſec. 2. q. 3. Vel enim ſuperioris voluntas eſt conditionata, vt v. g. daret, ſi ego peterem; Et hæc non ſufficit, quia abſolutio debet abſolutè dari, & per voluntatem abſolutam, & actu exiſtentem, non quæ eſſet. Si verò voluntas ſit in Superiore exiſtens, ſi ſit merè interna, nihil operatur, quia iuriſdictio humano modo non datur, niſi per ſigna. Si verò illa voluntas aliquo exteriori ſigno manifeſtetur, licet non omnino explicita, valida erit abſolutio. Suſtinetur tamen Silu. opinio, ſi ex coniecturis rationabiliter putatur, propter Sacerdotē eſſe cōtentū, vt quando nouit, & non conqueritur.

71 Abſoluendus eſt, qui ſe credit iterum peccaturum, ſi proponat abſtinere Vict. num. 198. V. Suar. diſp. 32. ſect. num. 2. Nau. in man. c. 3. num. 16.

72 Poteſt abſolui ex cauſa, etiam qui non relinquit occaſionem peccandi, ſi verè pœnitet, etiam ſi credatur peccaturus Nau. c. 13. num. 25. & ſeq. De hoc tamen vide Roder. in ſum. p. 1. c. 49. Suar. vbi ſupra num. 4. Eſt autem duplex occaſio peccati, proxima, & remota. Illa eſt, quæ vel ex ſuo genere talis eſt, quæ frequenter inducit homines talis conditionis ad tale peccatum: vel quæ experimento conſtat in hoc homine habere talem effectum. Neceſſe eſt autem, vt ſit voluntaria, aliter quod ex illa naſcitur, vt ſic. non erit voluntarium. quare quando moraliter vitari non poteſt, non erit volun-

45 In homicidio furto, luxuria, confitenda circumſtantia loci ſacri Silu. confeſſio 1. q. 10. Nau. in d. c. Conſideret num. 19. Vict. num. 195. Excipe aſpectum, & ſermonem laſciuum, niſi ea mente eſſet, vt data opportunitate, peccatum in Eccleſia perpetraret Nau. vbi ſupra num. 20. Azor. p. 1. lib. 9. c. 27. q. 7. & p. 3. lib. 3. c. 27. q. 3 Excipe item furtum rei laicorum in loco ſacro non aſſeruatæ, non depoſitæ, non commendatæ Eccleſiæ, ſed per accidens ibi poſitæ Leſſ. lib. 2. c. 45 dub. 3. Azor. lib. 9. cit. c. 27. q. 6. Sot in 4. d. 22. q. 1. ar. 3. verſ. vbi adnotandum: vbi docet furantem crumenam in Eccleſia ab audiente miſſam non committere ſacrilegium Confitenda item circumſtantia mentalis, vt ſi in Eccleſia, aut extra cogitaſti aliquod homicidium in Eccleſia perpetrare Nau. vbi ſupra num. 21. Azor. lib. 7. cit. c. 27. q. 7. Suar. tom. 4. diſp. 2. ſect. 4 num. 20. Et cum moroſè delectaris v.g. de concubitu cum Virgine, moniali, &c. Sanchez in ſum. lib. 1. c. 2. num. 11. quando ſcilicet delectatio fertur in id obiectū ſecundū totā ſuā malitiam, vt ſi delectetur de concubitu cogitato cū moniali, &c. ſecus ſi feratur in partem tantum illius obiecti, vt in fæminam appræhenſam, vt non ſuam, Azor. p. 1. lib. 4. c. 6 q. 3. Vide Lugo de pænit. diſp. 16. ſec. 6. parag. 4. n. 383. & ſeqq. Vbi quod poterit illa delectatio habere malitiam ſpecie diſtinctam ex parte ſubiecti, vt ſi ſit Religioſus, aut Coniungatus, &c.

46 Confitendum eſt ſcandalum, quod dedit occaſionem peccati mort. aut factum eo animo inducendi ad mortale Nau. vbi ſupra num. 16. & in parag. Animaduertere eo. cap. num. 5. & in man. c. 6. num. 19. Intellige, quando directè, & formaliter intendo ruinam ſpiritualem proximi, aut quando volo quod proximus v.g. violet caſtitatem, non quia malum illius eſt, ſed quia aliquod lucrum ex eo ſpero. Et confitenda ſpecies peccati, ad quod proximus induci poterat. P. Lugo alios referens de pænit. diſp. 16. num. 159. Itaq; confitendum eſt publicè peccaſſe Silu. ver. Scandalum q. 2. Et alium non paratum ad peccatum induxiſſe, vt qui fœminam non paratam ad ſecum fornicandum induxit Azor. p. 2. lib. 12. c. 61. q. 5 Sanchez in ſum. lib. 1. c. 6.

47 Si coniugatus peccet cum coniugata, vtrumq; exprimendum Nau. c. 6. nu. 4. item ſecundum eundem, ſi peccatum ſit contra duplicem obligationem v.g. ieiunij, aut miſſæ cum duplex eſt vigilia, aut feſtum. Sed verius contrarium docent alij Suar. diſp. 22. ſect. 4. in fi. Vaſquez 1. 2. diſp. 98. num. 8. Azor. p. 1. lib. 7. c. 2. q. 6. De quo vide ſupra De peccati natura, num. 3. & 4. Ratio eſt quia præceptum tendit ad eandem bonitatem formalem: & quia diuerſitas præceptorum quoad efficientes cauſas non variat ſpecies peccati, quando in materia eiuſdem rationis verſantur, & eandem virtutis rationem reſpiciunt, Suar. de Relig. to. 1. lib. 4. de Simon. c. 7. n. 13. Secus quando diuerſitas præceptorum reſpicit diuerſas virtutes, vt v. g. votum tendit formaliter in Dei cultum, ieiunium verò indirectè. V. Lugo de Pænit. diſp. 16. n. 257. & 307.

48 Si peccatum ſit cum filia ſpirituali, exprimendum, c. Omnes, & ſeqq. 30. q. 1. vbi ſic dicitur Omnes quos in pænitentia ſuſcipimus, ita ſunt noſtri filij, vt & ipſi, quos vel nobis ſuſcipientibus, vel trinæ merſionis vocabulo mergentibus vmbra ſacri baptiſmatis regenerauit. ſic plurimi quos refert, & ſequitur Sanchez de matrim. lib. 7. diſp. 55. & alij multi relati à Diana to. 1. de circumſtantia aggrau. reſol. 12. Non deſunt tamen alij contrarium ſentientes, quos refert, & ſequitur Diana loco cit. & tenet etiam P. Lugo de pænit. diſp. 16. ſec. 6. parag. 3. ſi loquamur de iure humano, vt expreſſè cauit Bonif. VIII. in cap. fi. in fi. de cognat. ſpir. in 6. vbi decernitur in alijs ſacramentis præter Baptiſmū, & Confirmationē, cognationem ſpiritualem nequaquam oriri, & ita docent Gloſ. ibi, & Azor. p. 3. lib. 3. not. 4. & q. 5. & 9. Niſi fortè ex eo coitu aliquod damnum vel ſcandalum pænitentiæ ſacramentum patiatur V. Bullam Greg. XV. contra ſollicitantes.

49 Exprimendum eſt, factum contra conſcientiam Nau. in d. c. Conſideret. num. 60. & ſeq. in manu. c. 8. num. 20. Suar. vbi ſupra num. 14. in his ſcilicet, quæ non alia de cauſa ſint peccata, niſi quia cõtra ſcientiam, aut dubietatem erroneam facta ſunt Nau. in d. c. Conſiderat num. 70. Lugo de pœnit. diſp. 16 ſec. 12. n. 50. contrarium docet propter cenſuram, quæ non incurritur, ſi ſolum ſit peccatum contra conſcientiam, vel propter reſeruationem, quæ non incurritur. Vel etiam quando materia ipſa talis eſt, vt niſi explicetur illa circumſtantia, non intelligatur illud peccatum, ſed aliud, vel nullum: vt (ſi puer) ſe accuſet de violatione ieiunij, & non dicat contra conſcientiam erroneam.

50 Qui oblitus circumſtantiam dicit ſolum peccatum, ſufficit poſtea, ſi dicat ſolam circumſtantiam Nau. in d. c. Conſideret num. 165. & in man. c. 6 num. 20. & de pœnit. & remiſſ. conſ. 2. intellige ſi circumſtantia poſſit ſufficienter declarari, non facta mentione peccati. Suar. vbi ſupra ſect. 3. aſſert. 2.

51 Confitens mortale quod non fecit, peccat mort. Secus in veniali; niſi eſſet totalis materia confeſſionis: tunc enim ſacrilegium mortale, quia nullum fit Sacramentum Suar. vbi ſupra ſect. 10. num. 6. Peccat etiam mortaliter, qui vt certum confitetur, quod eſt dubium, niſi bona fides, & ſimplicitas excuſet Suar. ibidem num. 2. Vict. num. 130. Nau. c. 21. num. 37. Et dubium ſecundum eoſdem intellige quando homo habet probabiles rationes dubitandi nec poteſt determinari ad ferendum iudicium probabile pro altera parte.

52 Confeſſus de omnibus ſufficienter iudicio docti Confeſſoris, non debet amplius confiteri quod certus non eſt ſe numquam fuiſſe confeſſum Armil. ver. confeſſio parag. 7.

53 Circumſtantia quando trahat peccatum in aliud genus, ideoq; ſit neceſſariò confitenda; vide ſupra de circum ſt. human. act. num. 7.

54 Dicens alicui plura iniurioſa verba diuerſæ ſpeciei, licèt eodem impetu variè peccat, & tenetur confiteri Nau. c. 6. num. 18. Azor. p. 3. lib. 13. c. 5. dub. 1.

55 Numquam confeſſus numerum peccatorum, quòd à Confeſſore non fuerit interrogatus, ſi id malitioſè non fecit, ſatisfacit nunc explicando numerum, & negligentiã in præteritis confeſſionibus, tutius tamen facere generalem confeſſionem B. Med. in ſum. lib. 2. c. 8. Ego tamen puto non modò tutius, ſed etiam neceſſarium. quando enim poteſt explicare ſolum numerum, non manifeſtando peccatum. V. Nau. de pœnit. & rem. conſ. 12.

56 Cognoſcens carnaliter alterius ſpõſam de futuro, non tenetur eam circumſtantiam confiteri. tenetur tamen reſtituere iniuriam paſſis Couar. in 4. par. 2. c. 1. num. 14. V. ver. Luxuria num. 2.

57 Cocumbens cum muliere integra, ſed polluta per mollitiem, aut ſodomiam peccat peccato ſtupri Cai. 2. 2. q. 154. ar. 6. dub. 4. Tolet lib. 5. c. 11. initio Azor. p. 3. lib. 3. c. 11. q. 4. & ſeq.

58 Violans virginem ſine dolo, vi &c. ſed vltro conſentientem non tenetur eam circumſtantiam confiteri, nec propriè eſt ſtuprum, ideſt violenta Virginis corruptio P. Nau. de reſt. lib. 2. c. 3. num. 433. Sot. in 4. d. 18. q. 2. ar. 4. vers De ſimplici verò ſtupro. Suar. vbi ſupra ſect. 4. circumſt. 2. dicens tamen ſecurius eſſe rum in viro, tum in fœmina id explicare. Hinc inferunt Leſſ. lib. 2. c. 10. dub. 1. & Sanchez lib. 7. de matr. diſp. 14. num. 6. cogitationes moroſas in Virgine, & adoleſcente circa Virginem, licèt ſint peccatum mortale; non habere tamen ſpecialem malitiam moralem; ni adiunctam habeant voluntatem inferendæ violentiæ. Et idem dicendum eſt de culpa ſecundum eoſdem V. Azor. vbi ſupra q. 5.

59 Sufficit mulieri dicere ſe cognitam à conſtituto in ſacris, etiã ſi is ſimul ſit regularis: vtriuſque enim votum eſt eiuſdem ſpeciei in genere moris Cord. de

c. ſ. q. 5. Leſſ. lib. 4. c. 3. num. 87. Azor. vbi ſupra c. 27. q. 9. Sanchez vbi ſupra diſp. 27. num. 28. & in ſum. lib. 5. c. 6. in fi. vbi etiam docet Sacerdotem, & profeſſum ſatiſfacere dicendo ſe eſſe Sacerdotem; & probabile dicit Suar. vbi ſupra initio.

60 Tranſgrediens votum, vel iuramentum in re graui, ſatisfacit confitendo ſeorſim peccata, & poſtea dicendo ſe fregiſſe votum, vel iuramentum in re graui Nau. in c. Conſideret, de pœnit. d. 5. in principio num. 104 & ſeq. Sanchez in ſum. lib. 4. c. 11. num. 24.

61 Puer, de quo dubitatur, an habeat vſum rationis. ſi confiteatur aliquod veniale, abſoluendus eſt ſub conditione non ſolum in mortis articulo ſed etiam extra illum. Et cum inſtat præceptum Eccleſiæ de confeſſione, ſi aliquod mortale dubium confeſſus eſt, abſoluendus omnino eſt, ne forte capax ſit, & non ſatisfaciat præcepto diuino, & Eccleſiæ. Lugo de pœnit. diſp. 17. ſec. 1. in fi.

62 In repentinam hoſtium aggreſſione ſi milites ſpatium confitendi non habent dicantque ex corde, ſe deſiderare confeſſionem, & ex tunc petere abſolutionem ſacramentalem, ſi in mortis periculo ſint poſſunt virtute illius voluntatis iam manifeſtatæ abſolui à Confeſſario, qui illos ſine ſenſu morientes inuenit, quia iam pro temporis anguſtia petierunt Confeſſionem, oſtenderuntq; deſiderium confitendi meliori modo quo poterant. Lugo vbi ſupra ſec. 3. n. 40. vbi in fi. docet, admonendos eſſe milites, vt ante prælij initium doleant de peccatis, quo ſe ad effectum abſolutionis diſponant.

CONFESSOR ABSOLVTIO. CASVS.

V. Charitas. Confeſſio. Delegatio. Excommunicatio. Ieiunium. Interpretatio. Matrimoniũ. Reſtitutio. Sacramenta.

CVratus excommunicatus poteſt dare ſubdito licentiam alteri confitendi Io. med. de confeſſ. q. 31. & dare alteri licentiam adminiſtrandi ſacramentum pœnitentiæ S. Ant. p. 3. tit. 17. c. 9. Negant, & meritò Vict. num. 153. Alter de cenſur. to. 1. lib. 1. diſp. 8. c. 6. ad 2. & c. 7. in fi. Suar. de cenſur. diſp. 11. ſect. 2. in fi. & to. 4. diſp. 17. ſect. 1. num. 4. Silu. abſolutio 2. q. 6. quia excommunicatus eſt priuatus actu iuriſdictionis. Intelligunt tamen de excommunicato denuntiato non tolerato. Nam qui non eſt denuntiatus validè abſoluit, & curam animarum exercet, quæ iuriſdictionem ſupponunt, c. Exceptionem de except. Sayr. de cenſur. lib. 2. c. 12. num. 13. & lib. 4. c. 11. num. 3. Nau. c. 27. num. 7. Pan. in c. Ab excommunicato de reſcript. num. 5. Couar. in c. Alma p. 1. parag. 7. num. 9. Silu. excomunicatio 3. num. 1. verſ. 10. & com. V. ver. excommunicatio num. 36.

2 In articulo mortis quilibet Sacerdos poteſt abſoluere etiam à cenſuris. Conc. Trid. ſeſſ. 14. c. 7. de ſacram. pœnit. Etiam excommunicatus denuntiatus Nau. c. 26. num. 26. & c. 27. num. 272. & de pœnit. d. 6. c. 1. in principio. & de pœnit. & rem. conſ. 23. etiam hæreticus Silu. confeſſor 1. q. 10. Vict. de clau. num. 14. Nec peccat huiuſmodi infirmus confitendo tali miniſtro immo tenetur confiteri, niſi ſit periculum ſubuerſionis Ang. confeſſio 3. parag. 2. Suar. to. 4. diſp. 26. ſect. 4. Tolet. lib. 1. c. 16. num. 7. contra Nau. c. 26. cit. & in c. Laboret de pœnit diſt. 6. num. 7. & ſeq. Si tamen proprius adeſt, non poteſt alienus Vict. num. 157. Nec præſente approbato non approbatus, vt declarauit Cong. Concil. & docent

cent Vict.cit. Sanch. plures referens in ſum. p. 1. lib. 2. c. 13. num. 7. quia, inquiunt, Trid. dicit id eſſe indultum ratione neceſſitatis, ne æger ſine confeſſione decedat hæc autem neceſſitas deeſt præſente Parocho, aut alio habente auctoritatem. Alij tamen, vt Nau. conſ. 23. cit. Roder. in ſum. to. 1. c. 59. concl. 3. & de regul. to. 1. c. 53. ar. 4. in fi & alij plures cenſent abſolutè, & indiſtinctè omnes Sacerdotes hac poteſtate gaudere in eo articulo. probant auctoritate Concilij hic. In articulo mortis nullam eſſe reſeruationem. & paulò inferius. Ideoque omnes Sacerdotes quoſlibet pœnitentes à quibuſuis peccatis, & cenſuris abſoluere poſſint. quæ verba non ſolum ſunt generalia, ſed etiam vniuerſalia, & ita generaliter, & vniuerſaliter ſunt intelligenda. Suar. verſ. to. 4. diſp. 30. ſect. 3. num. 4. & 5. diſtinguit inter Sacerdotem proprium, vel habentem communem iuriſdictionem delegatam, & ſimplices Sacerdotes non habentes iuriſdictionem; quòd illi poſſint abſoluere à peccatis reſeruatis ſummo Pont. nullo ſeruato ordine inter illos, id eſt non eſſe neceſſarium prius adire Epiſcopum, aut facultatem ab illo petere etiam ſi commodè fieri poſſet; nec prius vocare Parochum, quam alium Sacerdotem expoſitum habentem iuriſdictionem delegatam, quia in illo articulo nulla eſt reſeruatio: ergo eadem ratio eſt de his peccatis, quæ de alijs. Sicut ergo ab alijs poteſt abſoluere quilibet Sacerdos habens iuriſdictionem, nullo ſpectato ordine inter illos, ita, & ab his. Si verò hi omnes comparentur ad ſimplices Sacerdotes non habentes iuriſdictionem; tunc ſeruandus eſt ordo, vt præferatur habens iuriſdictionem non habenti. Opinio Nau. videtur textui magis accommodata. Abſolutus ab his ab excommunicatione, ſi conualuerit, tenetur ſe præſentare ſuperiori, alioqui reincidit, c. Eos qui, de ſent. exc. in 6.

3 Articulus mortis dicitur etiam, cum quis ſe exponit periculo mortis, vt cum prælium, vel mare eſt ingreſſurus Silu. confeſſor 1. q. 6. verſ. 7. Intellige quando cogitur ſubire id periculum; ſecus ſi voluntarie Duard. in Bull. Cœn. lib 3. parag. 2. q. 2. num. 15. Et qui eſt in obſidione latronum, vel hoſtium, vel in febri acuta, & mulier iam paritura, vbi veriſimiliter timetur de morte Pan. in c. Quod in te; de pœnit. & rem. num. 8. Roder. de regul. to. 1. q. 62. art. 7. Verum Sot. in 4. d. 18. q. 4. ar. 4 verſ. quæris autem, id vocat periculum mortis; articulum verò cum mors iam in fieri per cauſam naturalem, vel violentam, & in his caſibus, non verò in periculo mortis, licere cuilibet Sacerdoti abſoluere, & huic ſententiæ ſubſcribunt etiam Couar. in c. Alma, p. 1. parag. 11. num. 8. & Can. relect. de pœnit. p. 5. Sed verior prima ſententia, quam etiam ſuſtinent Nau. c. 26. num. 31. & c. 27. num. 271. Io. Med. de confeſſ. q. 16. Suar. ſect. 4. cit. cum ſæpe in iure canonico articulus mortis, & periculum mortis pro eodem vſurpentur, vt in d. c. Eos qui V. Sanchez in ſum. lib. 2. c. 13.

4 Curatus non tenetur audire, niſi cum Subditus tenetur confiteri, ſecundum Silu. confeſſor 1. q. 18. Io. med. vbi ſupra q. 4. At ſecundum Nau c. 25. num 137. & in c. Placuit, de pœnit. d. 6. à num. 151. ſemper tenetur, niſi iuſta cauſa excuſet. Et contraria parum pia, & in praxi minime tuta ſententia Suar. diſp. 32. ſec. 1. V. Parochus num. 17.

5 Confeſſor compulſus poteſt iurare ſe neſcire, intelligendo ſic, vt poſſit dicere Vict nu. 165. Nau. in c Sacerdos de pœnit. d. 6. num. 141. & ſeq. Ang confeſſio vlt. parag. 4 Silu confeſſio 3 q. 11. & com.

6 Confeſſor Epiſcopi, aut Superioris exempti, vt Abbatis, Guardiani, & poteſt cum ipſo diſpenſare, vt ipſe cum ſubditis, itemq; abſoluere S. Ant. p. 3 tit. 2. c 2. parag 2. Silu. confeſſor 1. q. 9. Sanchez de matr. lib 8. diſp. 3. num. 3.

7 Archiepiſcopus dum viſitat poteſt per ſe, vel per alium audire ſubditos ſuffraganeorũ cõfitẽtes c. Perpetuo de cẽſib in 6.

8 Archipræsbyter Cathedralis poteſt audire omnes Diœceſanos c. 3. de off Archipr. vbi glo. ver. à foris venient, & Pan. Silu. ver. Archipræsb. q. 1.

9 Familia Epiſcopi ei confiteri debet, quem Epiſcopus ſpecialiter deputauerit, aut proprio Parocho. Silu. confeſſor 1. q. 2. Vict. num. 105. Poſſunt enim Epiſcopi Eximere familiam à parochia Sot. in 4. d. 18. q. 4. ar. 2. Suar. to. 4. diſp. 25. ſect. vlt. num. 12. Intellige ſecundum eoſdem in propria dioeceſi. Quod ſi ſint alterius dioeceſis, & cum Epiſcopo commorentur, docet Silu. vbi ſupra q. 11. in fi. pertinere ad Cathedralem.

10 Cardinalium familia, de eorum licentia poteſt ſibi eligere Confeſſorē, Doct. cit. & Caiet. in ſum. ver. abſolutio 2. in fi.

11 Poteſt eligere Confeſſorem Epiſcopus, & Prælatus exemptus, vt Abbas, &c.c. fin. de pœnit. & rem. Nau. in c. Placuit de pœnit. d. 6. num. 128 ſi habeat curam animarum Silu. vbi ſupra q. 8. verſ. 5. Ex conſuetudine poſſunt etiam Curati Vict vbi ſupra Suar. to. 4. diſp. 27. ſect. 3. vbi ſupra nu. 30. & ſeqq. Immo nomine Prælati veniunt etiam Rectores animarum c. Tua nos de cler. ægr. In foro tamen pœnitentiæ, & largo modo Pan. in d. c. Tua num. 2. quod negat Suar. vbi ſupra ſect. 2. nu. 7. Veniunt etiam Priores, & Guardiani Fel. in c. 2. de iudic. num. 15. Non poſſunt tamen dicti Prælati eligere non approbatum ab Epiſcopo Confeſſoris, etiam ſi ſit Epiſcopus, qui eligendo ſibi non ſubditum, debet eligere approbatum ab Epiſcopo cuius eſt ſubditus extra propriam dioeceſim Congreg. Concilij de mente Greg. XIII. quod durum videtur Suar. diſp. 28. ſect. 4. nu. 8. quia ſi poteſt non ſubditum approbare, vt proprias oues abſoluat; cur non idem poteſt circa ſeipſum; tandem ſect. 6. num. 13. reſponder poſſe epiſcopū illum ſacerdotem approbare, qui licet alienus, ei tamē aliquo modo ſubditur vel ad examē, vel adminiſteriū, & tūc poteſt illū eligere. Amplia, etiā ſi ſit data facultas per Bullam, aut Iubilæum: ſemper enim eligi debet approbatus ab Ordinario loci, vbi miniſtratur Sacramentum. Vgol. de poteſt epiſc. c. 7. parag. 2. num. 8. Roder. in Bull. Cruciatæ parag. 9. dub. 3.

12 Quilibet de epiſcopatu poteſt accipere ſacramenta in Cathedrali Silu. ver. Archipræsb. q 1.

13 Non tenetur Confeſſor interrogare quem probabiliter putat ſe benè examinaſſe licet putet habere alia peccata Sot. vbi ſupra ar. 4. Vict. num. 194. Contrarium docent, & meritò, Nau c. 5. num. 2. Ang. ver. interrogationes in principio Suar. diſp. 32. ſect 3.

14 Si Confeſſor aduertit pœnitentem aliquid dimittere, quod probabiliter putat non eſſe peccatum, tenetur admonere, ſi probabiliter putat ſe profuturum ſine ſcādalo, aut graui incommodo Nau. in c. Si quis autem de pœnit. d. 7. à num. 71. Couar. in 4. p. 1. c. 6. parag. 10. nu 15. var. vbi ſup. ſect. 4

15 Quantum ad vtilia ſibi, vt communicare, confiteri, &c. cuiuſq; proprius Parochus eſt, vbi de præſenti habitat, nec poteſt commodè adire proprium Pan. in c. Omnis vtriuſq; de poenit. & remiſ. nu. 23. Silu. Confeſſor 1. q 10.

16 Qui dubitat an ſit idoneus ad confeſſiones audiendas, excuſatur præcepto Superioris Silu. confeſſor 3. num. 1. modò deponat dubium credens Superiori Nau. c. 4. num. 9. Suar. diſp. 28. ſect. 5. nu. 7. At Sanchez in ſum. lib. 6. c. 3. num. 11. docet non minorem ſcientiam requiri in audiente confeſſionem ex præcepto Superioris, quàm in ſponte audiente. Nec excuſare obedientiam ſuperioris, cum hæc efficere non poſſit, vt ſufficienti ſcientia deſtitutus id munus licitè obeat. Idem ſentit Nau. num. 9 cir. & ſeq.

17 Tenetur Confeſſor ſiue proprius, ſiue delegatus, etiam contra propriam opinionem abſoluere poenitentem qui habet contrariam opinionem probabilem, cum eam ſequendo ſit rectè diſpoſitus, & negans abſolutionem peccat mortaliter niſi excuſet paruitas materiæ, vt ſi confeſſio ſit venialium. Sanchez alios referens in ſum. lib. 1. c. 9. num. 29. & ſeq. vbi cum Soto, & Valent. idem docet, licet Confeſſor falſam eſſe poenitentis opinionem exiſtimaret, ſi apud graues Doctores probabilis reputetur. Quæ tamen locum habent, quando poenitens eſt doctus vel ab alijs inſtructus de probabilitate ſuæ opinionis; alioqui informandum eſſe. tenetur

enim

enim Confeſſor ex officio bonum pœnitentis procurare, illiq; conſulere, illum inſtruendo. ibidem num. 31.

18 Excuſatur imperitus Confeſſor neceſſitate, vt ſi audiat pœnitentem in articulo mortis, aut inter infideles, vbi alterius copia haberi non poteſt. Item ſi audiat virum doctum, qui ſupplere poſſit Nau. vbi ſupra num. 13. & com.

19 Nullus poteſt ſæcularium etiam Sacerdotum confeſſiones audire, niſi ab Epiſcopo approbatus, aut parochiale beneficiũ obtineat Conc. Trid: ſeſſ. 23. c, 15. de ref. V. Suar. diſp. 28. ſect. 4. Nau. c. 4. num. 7. qui volunt Concilium nihil circa regularium pœnitentium confeſſiones diſpoſuiſſe, quare poſſe Clericis ſæcularibus etiam non approbatis confiteri. quod intelligo quando confeſſarium ſuæ religionis habere non poſſunt; vt quia itinerantur, &c. V. infra num. 88.

20 Regulares ſemel approbati per examen ad confeſſiones audiendas, non poſſunt ab eodem Epiſcopo iterum examinari. A ſucceſſore verò ſic; ſi is aliter pro ſuæ conſcientiæ quiete iudicet Pius V. in Bulla quæ inc. Ad Romanum 1570. quæ licet quoad alia reducta ſit ad ius antiquum, & terminos Concilij Trid. per Greg. XIII. in Bull. in c. In tanta 1. martij 1572. In hoc tamen ſacra Congreg. Conc. vt refert Quaranta ver. Confeſſor, declarauit non eſſe reſtrictam. Admiſſi ſine præuio examine ad formam Trid. poſſunt ad libitum Epiſcopi examinari, & eorum facultas reuocari Suar. vbi ſupra ſect. 8. num. 5. Ex verbis tamen Concilij id colligi poſſe non video.

21 Confeſſores regulares habent iuriſdictionem immediate à Papa. Epiſcopi autem habent nudum miniſterium examinandi, & approbandi Sorbus Collect. ver. Abſolutio quoad fratres, & ſecul. c. 4. in fi. Silu. confeſſor 2. q. 5. Confect. ſum. priuil. tit: 17. c. 5. vbi verſ 7. docet Epiſcopum reprobare non poſſe à ſe approbatum, licet is in officio Confeſſoris delinquat; ſed id ad proprium ſuperiorem ſpectare. V. Roder. de regul. to. 3. q. 31. ar. 4. in fi. & infra num. 25.

22 Confeſſores regulares ad audiendas confeſſiones generaliter ab Ordinarijs eorumuè examinatoribus idonei reperti, & approbati: generaliter quoque, & indiſtinctè abſque alia limitatione temporis, certorumuè locorum, aut generis perſonarum admittendi ſunt in propria diœceſi. Alij verò, qui non adeò idonei reperiuntur, ſi petierint ſe admitti, liberum eſt Epiſcopis limitatam concedere facultatem Congreg. Concil. ſæpè, & poſtremò approbantibus Greg. XV. & Vrbano VIII. iterũ declarauit De quo etiam Roder. de regul. to. 1. q. 59. ar. 8: Suar. vbi ſupra ſect. 7. dub. 6 Quod ſi Epiſcopus ſine cauſa, & ex malo animo regularibus limitatam concedat facultatem (quod tunc facere deprehenditur, quando cum omnibus indifferenter id facit) poſſuat regulares virtute priuilegiorum nihilominus audire confeſſiones. Roder. in Bull. cruc parag. 9. num. 33. & de regul. ar. 8. cit. Sorb. vbi ſupra, verſ. Et pro maiori declaratione. Idem dicendum, cum Epiſcopus ſine iuſta cauſa non vult admittere, quia ſic reiectus habetur pro admiſſo Leo X. in Concilio Lateran. 1516. 19. Dec. ibi, Admiſſis, aut etiam indebitè reiectis confitentes, conſtitutioni, quæ in c. Omnis vtriuſq; ſexus, quoad confeſſionem dumtaxat ſatisfeciſſe cenſeantur. Hanc ad verbũ refert Piaſecc. in ſua prax. epiſc. p. 1. c. 3. nu. 40. Huius ſententiæ ſunt Nau. in man. c. 27. num. 264. Sorb. ver. abſolutio quoad ſæculares, verſ. Circa ea quæ ſupra V. Confect. vbi ſupra, & Roder. de regul. to 1. q. 57. ar. 1. Contrarium tamen docent Suar. vbi ſupra ſect. 5. Reginald. to. 1. lib. 6. nu. 182. & fauet Conc. Trid. ſeſſ. 23. c. 15. ibi, Et approbationem, quæ gratis detur, obtineant præſertim, cum ibi reuocentur priuilegia per clauſulam Non obſtantibus priuilegijs. V. Sanchez in ſum. lib. 6. c. 11. num. 10 & ſeq. & Bullam Vrbani VIII. reuocantis omnia priuilegia, quam ad verbum refert Barbos. ad Clem. Dudum de ſepult. num. 25.

23 Poteſt Epiſcopus certum numerum Confeſſorum regularium aſſumere, prout Vniuerſitas Cleri, & populi, ac multitudo, vel paucitas eorumdem exigit: Clem.

Clem. Dudum, verſ. Numerus de ſepult. Extrau. Super Cathedram eo. tit. vbi glo. ver. exigit, dicit quod ſi Epiſcopus, & Regulares diſcordãt, aſſumet Epiſcopus quos voluerit, & pro reliquis recurratur ad Superiorem. Caute tamen facturum Epiſcopum, ſi à principio taxaret numerum. V. Pan. in Clem. cit. num. 27.

24 Confeſſus Religioſo approbato nõ tenetur iterum confiteri proprio Sacerdoti. quare per huiuſmodi confeſſionẽ ſatisfit præcepto c. Omnis vtriuſque. Extrau. 2. de hæret. inter com. Extrau. Inter cunctas de priuil. Et contraria opinio damnata eſt, vt erronea in d. Extrau. 2. V. Azor. p. 1. lib. 13. c. 1. & 2. Valent. to. 4. diſp. 7. q. 10. p. 2. Et eam docentes denuntiandi ſunt Inquiſitoribus, vt multis relatis docet Diana p. 4. tract. 8. reſol. 102.

25 Generales Ordinum non poſſunt Confeſſores pro ſecularibus approbare, aut reprobare, id enim ex Trid. pertinet ad Epiſcopum. Nomine autem Epiſcopi nõ veniunt generales, quia non habent iuriſditionem Epiſcopalem, & ordinariam in populum fidelium Suar, vbi ſupra ſect. 1. num. 4. Poſſunt tamen ex iuſta cauſa, & in aliquibus caſibus particularibus ſuis ſubditis prohibere ne ſæcularium confeſſiones audiant, licet eligantur virtute Iubilæi, & ſi audierint, tamquam inobedientes punire: vera tamen ac valida eſt abſolutio Sot. in 4. diſp. 14. q. 2. ar. 3. verſ. Ad glo. Secus poſt inhibitionẽ, vel ſuſpenſionem iudicialem per Prælatum legitimè factam in iudicio, quia tunc inualida eſt abſolutio, vt citatis Silu. & Pan. docet Roder. de regul. to. 1. q. 60. ar. 1. & 2. Secus item ſi approbatus ſit ab Epiſcopo ſine licentia ſuorum ſuperiorum d. c. 1. & 3. per Bullam Iulij III. reuocantis, & annullantis licentias da Confeſſiones audiendas, quas Generales Ordinum annullandas iudicauerint, & quæcumque grauæ ſine licentia Superiorum concedende V. Confect. vbi ſupra verſ. 7.

26 Regulares participantes priuilegia Mendicantium, licet nullo caſu inſigniti, aperire poſſunt literas ſacræ Pœnitentiariæ Doctoribus, & Magiſtris deſtinatas, modò ſit Confeſſarij ab Epiſcopo approbati, & à ſuis Generalibus, vel de eorum licentia ab alis Superioribus deſignati Gre. XIII. Societatis Ieſu, vt notat ad verbum Roder. in collect. priuil. & regul. to 1. q. 63. ar. 8. Sanch. de matr. lib. 8. diſp. 34 nu. 11. vbi nu. 30. docet neceſſarium non eſſe præmittere confeſſionem ſacramentalem, vbi de diſpenſationibus agitur; neq; vbi de excommunicatione V. eundem diſp. 16. eo. lib. & Roder. in Bull. cruc. parag. 9. num. 54. & 94. qui de excommucatione contrarium dicit.

27 Approbatus ab vno Epiſcopo non poteſt vbique confeſſiones audire. quare ſi Confeſſor mutet Epiſcopatum, denuò examinandus Suar. vbi ſupra ſect. 7. Roder. de regul. to. 1. q. 50. ar. 5 Habens tamen actu parochiale beneficium, poteſt in alio Epiſcopatu in Confeſſorem eligi Suar. vbi ſupra num. 18. & huiuſmodi approbatus poteſt approbantis in aliena diœceſi abſoluere Sanch. alios referens de matr. lib. 3. diſp. 34. num. 2. Quare non eſt admittenda eorum Doct. opinio, quod Sacerdos à duobus ſaltem Epiſcopis ad Confeſſiones per examen approbati poſſint de iure vbiq; locorum abſq; alio examine confeſſiones andire, ex Trid. ſeſſ. 23. de refor. c. 15.

28 Poteſt quis non proprio confiteri, quando proprius eſt ignorans. c. Placuit de pœnit. de 6. vt illud intelligunt Naui ibi num. 150. c. Omnis vtriuſq; de pœnit. & rem. S. Ant. p. 3. tit. 17. c. 4. Io. Med. de confeſſ q 37. Valent to. 4. diſp. 7. q. 10. p. 2. verſ. 3. & alij. Putat autem Nau. petendam eſſe licentiam a proprio, nec adeundem eſſe Epiſcopatum, etiam ſi facile adiri poſſit. Sed Suar. diſp. 27. ſect. 2. relatis Ant, & Hoſt. docet eo caſu ab Epiſcopo petendam eſſe facultatem confitendi non proprio. Ego tamen puto veriorem Nau. ſententiam. Nam vt initio huius cap. dictum eſt. Curatus etiam excommunicatus, modò non ſit denuntiatus, poteſt dare licentiam ſubdito alteri confitendi. Eſt autem ignorans; qui pœnitentis conſcien-

...tiam

Digitized by Google

tiam diiudicare neſcit. Valdè tamen abſoluit ignorans, ſi habet iuriſdictionem, & intentionem; & alioqui pœnitens eſt dignus abſolutione: concurrunt enim omnia neceſſaria ad eſſentiam ſacramenti, & ſentia non continet errorem intollerabilem in eo, quod primarium eſt. ſcilicet abſolutione. Suar. diſp. 22. ſect. 6. num. 4. Et cum pœnitens eſt doctus, qui poteſt ſuorum peccatorum grauita e, & circumſtantias aperire Suar. diſp. 28. ſect. 2. num. 12.

29 Tenetur Confeſſor credere pœnitenti affirmanti ſe habere licentiam à ſuperiori confitendi non proprio glo. in c. Placuit de pœnit. d. 6. ver. ignorantia Ang. confeſſio 3. parag. 32.

30 Peregrini, & vagabundi confiteri debent Parochis Suar. diſp. 25. ſect. 2. aut aliſhabentibus iuriſdionem. Sot. in 4. d. 18. q. 4. ar. 2. Itemq; Mercatores vagantes. Vict. num. 156. Cai. in ſum. ver. abſolutio 2.

31 Parochus confiteri poteſt ſubditum ſuum vbicumque inuentum. Secus autem regularis Silu. confeſſor 1. q. 14. Sed de regularibus contrarium docent alii, vt Sanchez de matr. lib. 3. diſp. 34. num. 2. Sot. vbi ſupra ar. 3. verſ. Aliud dubium Nau in c. Placuit de pœnit. d. 6. num. 85. Confect. ſum. priuil. p. 2. tit. 17. c. 5. vers 5. Suar. to 4. diſp. 28. ſect. 6. num. 4. Roder in Bull. cruc. parag. 9. num. 7. & conceſſit Xiſtus IV. vt refert Vict. in ſum. num. 152.

32 Regularis ad confeſſiones audiendas ab Epiſcopos approbatus, poteſt dum itineratur, ſiue in mari, ſiue in terra, non reclamantibus Curatis quorumcumq; confeſſiones audire: dummodo non in Oppidis, aut locis, in quibus Ordinarij exiſtunt, niſi de eorum licentia Greg. XIII. ſociet. Ieſu. quod priuilegium, vt teſtantur. Roder. de regul. to. 1. q. 59. ar. 5. & Miranda manual. Præl. to. 1. q. 45. participatur ab omnibus Mendicantibus, eorumq; participantibus. Et Mendicantibus conceſſit etiam Eugenius IV.

33 SIGILLVM eſt obligatio occultandi aliquid in ſacramentali confeſſione auditum Nau. in c. Sacerdos, de pœnit. d. 6. num. 36.

34 Cadunt ſub ſigillo peccata omnia etiam venialia, & peccatorum circumſtantia etiam voluntatæ, & illa omnia quæ licet peccata non ſint, per ea tamen aliquo modò poteſt detegi peccator, & peccatum c. Omnes vtriuſq, de pœnit. & rem. S. Th. ſupp. q. 11. ar. 2. Nau. c. 8. num. 30. Silu. confeſſio vlt. q. 2. Suar. diſp. 25. q 3. concl. 1. Et illa etiam, quæ poſſunt infamiam, & confuſſionem ipſi pœnitenti generare, vt quòd ſit viliſſimè natus Tolet lib. 3. c. 16. Sot. vbi ſupra ar. 5. anr. 2. concl. Suar. diſp. 33. ſect. 3. num. 5. Et pecca. aliena audita in confeſſione Sot. de teg. ſecr. memb. 3. q. 4 concl. 3.

35 Ad ſigillum tenetur non modò cõfeſſarius. ſed etiam Interpres, S. Th. in 4. d. 21. 1. quæſtiun. 3. Io. Med. de confeſſ. q. 50. Nau. in d c. Sacerdos num. 41. Et laicus cui facta eſt confeſſio in neceſſitate. S Th. ſuppl. q. 11. ar. 3. Nau. loco cit. Et Conſiliarius confeſſoris Nau. in man. c. 8. num. 7. Sot. vbi ſupra conc. 4. Et illi omnes, qui quouis modo ſunt conſcij confeſſionis, ſiue licitè, ſiuè illicitè, vt qui furtiuè confeſſionem audit, aut quia finxit ſe Sacerdotem, alio bona fide confitente Suar. vbi ſupra ſect. 2. num. 3. Et is, cui confeſſarius, vel iniquè reuelauit, vel de licentia pœnitentis pro conſilio Silu. confeſſor 3. q. 1. Nau. in d. c Sacerdos num. 43. Suar. vbi ſupra ſect. 4. & 5. Et Prælatus à quo petitur caſus reſeruatus Sot. concl. 4. cit. De laico verius docet Suar. ſect. 2. cit. non obligari niſi ad ſecretum naturale, quia ibi non eſt confeſſio ſacramentalis.

36 Prælatus poteſt amouere ſubditum ab officio propter audita in confeſſione: ita tamen vt omnis ſuſpicio de reuelatione confeſſionis apud alios euitetur S. Tho. quol. 5. q 7. Silu. confeſſio 3. q. 14. Intellige ſi officium ſit ad nutum eius amouibile, alioqui non licet: cum non poſſit pœnitens, ob audita in confeſſione his priuari, ad quæ ius habet; ſecus in gratioſis Sot. in 4. d. 22. q. 1. ar. 5. & de teg. ſecr. memb. 3. q. 4. concl. 5. dub. 1 Te-

36 Prælatus poteſt amouere ſubditum ob officio propter audita in confeſſione: ita tamen, vt omnis ſuſpicio de reuelatione confeſſionis apud alios euitetur S. Tho. quol. 5. q. 7. Silu. confeſſio 3. q. 14. Intellige, ſi officium ſit ad nutum eius amouibile, alioqui non licet: cum non poſſit pœnitens ob audita in confeſſione his priuari, ad quæ ius habet: ſecus in gratioſis Sot. in 4. d. 22. q. 1. ar. 5. & de teg. ſecr. memb. q. 4. conc. 5. dub. 1.

37 Tenetur pœnitens celare conſilium pœnitentiã, & alia ſibi à Confeſſore iniuncta, ſi talia ſint, quibus Confeſſor ridiculus haberi poſſet. Nau. in d. cap. Sacerdos nu. 115. Ad hoc tamen non tenetur ratione ſigilli confeſſionis, ſed tantum, ne detrahat Sacerdoti Suar. sect. 4. cit. Niſi fortè ad capiendũ conſiliũ cum ſe ſentit. Cõfeſſoris imprudentia nimis grauatũ: tunc enim nõ peccat Sot. de teg. ſecr. q. 4. cit. concl. 4.

38 Cognito magno periculo Reipublicæ per confeſſionem, ſufficit in genere monere, vt caueatur. Quòd ſi eſt alicui paratum malum, poteſt Confeſſor illum monere, vt caueat tali loco, & tempore, &c. modò non ſit periculum reuelationis perſonæ confeſſæ Sot. in 4. d. 18 q. 4. ar. 3. & de teg. ſecr. memb. 3. q. 4. concl. 2. Couar. in 4. p. 2. c. 8. parag. 12. num. 10. Nau. vbi ſup. num. 117. Pan in c. Omnis vtriuſque de pœnit. & rem. num 24. Et ad impediendum peccatum, quod in aliquo Monaſterio perpetratur, tacitis nominibus, poteſt Superiori dicere, vt caueat, quia ſic in Monaſterio peccatur Nau. de pœnit. & rem. conſi. 27. Conſultius tamen eſt tacere, Azor. p. 2. lib. 12. c. 15. q. 6.

39 Tenetur Epiſcopus ordinare quem ſola confeſſione ſcit eſſe irregularem, ſi ipſe petat, nec ipſe aliam inſtam cauſam negandi habet Sot. vbi ſupra.

40 Non reuelat confeſſionem, qui dicit. Iſte mihi confeſſus eſt ſua peccata, vel peccata venialia Silu. confeſſio vlt. q. 10. Nau. c. 8. num. 11.

41 Vbi non eſt confeſſio ſacramentalis non eſt obligatio ſigilli Sot. locis ſupra cit Silu. vbi ſupra q. 4. Nau. c. 8. num. 7, quamuis dicatur, Committo tibi in confeſſione S. Ant. p. 3. tit. 17. c. 22. parag. 2. fi. Nau. in c. Sacerdos de pœnit. d. 6 num. 39. Silu. confeſſio 3. q. 5. Cai. 2. 2. q. 70. ar. 1. ad 2. Arag. ibidem, & com. & licet genuflexo, factoque ſigno Crucis, & confeſſione dicta, ſi non dicatur animo confitendi, ſed gratia dandi, aut petendi conſilium Sot. Cai. Nau. in man. loco cit. Oportet enim, vt confeſſio fiat ob habendam abſolutionem Nau. c. 18. num. 55. aut ſecundum Pan. in c. 2. de off. ord. num. 7. ſaltem cauſa ſalutis animæ: aut ſecundum Innoc. in c. Omnis vtriuſq; relatos à Silu. q. 4. cit. pro bono corporis, quod non repugnet bono animæ. Sed certè eius, & Pan. ſententia ſuſtineri non poteſt, cũ huiuſmodi confeſſio non ſit ſacramentalis. Dicendum igitur, neceſſariam eſſe intentionem ſe accuſandi coram Iudice à Chriſto conſtituto, vt ab illo abſoluatur, vel curetur, iuuetur Suar. diſp. 33. ſect. 2. num. 7.

42 Propoſitum alicui nocendi non cadit ſub ſigillo, quare reuelandum eſt Silu. vbi ſupra q. 5. Ang. confeſſio 8. num. 7. Anchar. in d. c. Omnis vtriuſquæ num. 14. vbi Boich. num 47 & alij Contrariam ſententiam docent Cai. to. opuſc. 21. Sot. in 4. d. 18. q. 4. ar. 5. ad 2. & de teg. ſecr. memb. 3. q. 4. Io. med. de confeſſ. q. 47. Nau. in d. c. Sacerdos num. 20. Suar. vbi ſupra ſect. 3. num. 4. cum peccatum illud futurum, vt futurum reuelari non poſſit ſine præſenti voluntate.

43 Accedens animo peruertendi aliquo peccato Confeſſorem, aut quærendi auxilium ad peccatum, poteſt prodi Silu. confeſſio vlt. q. 4. Sot. vbi ſupra vers. Verumtamen, B. Med. in ſum lib. 2. c. 4. verſ. Altro ſarebbe. Immo tenetur prodere, ſi crimina hoc modo patefacta ſunt grauiſſima, vt proditiones, hæreſes, &c. Sot. & Med. cit.

44 Contra reum violato ſigillo confeſſionis proditum non poteſt Iudex procedere Sot. de teg. ſecr. memb. 3. q. 4. concl. 2. Nau. de hæret. conſ. 2. num. 9. Couar. de ſponſal. p. 2. c. 8. parag. 12. num 10, Felin. in c. 1. de except. num. 3. & alij ibi rela-

ibi relati i. Et proceſſus factus eſt nullus B. Med. lib. 1. c. 16. parag. 3. Teſtimonium enim Confeſſoris ex ſcientia Confeſſionis nullam fidem facit in foro exteriori, vt ex c. 2. de off. ord. &c. Dilectus de exceſſ. Præl.notat Suarez vbi ſupra ſect. 1. num. 17.

45 Si duo Confeſſores ſimul audiant pænitentem, non poterunt poſtea de eius peccatis inter ſe loqui Suar. vbi ſupra ſect. 5. num. 3. quia illa locutio ex ſe eſt extra confeſſionem, & ideo prohibita.

46 Extra Confeſſionem non poteſt Confeſſor cum pœnitente loqui de eius peccatis ſibi confeſſis. Quod ſi in ipſa confeſſione defectum commiſit, de quo pœnitens ſit monendus, petenda ab ipſo licentia; quam ſi dare nolit dicat nihilominus, ſi commodè poteſt: non enim dicitur loqui extra confeſſionem, ſed supplere, & perficere Suar. vbi ſupra:

47 Si Confeſſor audito publico peccatore, dicit, ſibi fuiſſe confeſſum illud peccatum frangit ſigillum Nau c 8 nu 10. Vict nu. 187. Cai in ſum. ver. Confeſſor. Item Nau. in c. Sacerdos de pænit. d 6. nu 138. Contrarium doceat Armill. ver. Confeſſor parag. 15. Io. med. de confeſſ. trac. 1. q. 47. dub. 2. Verior prima ſententia, quam etiam docet Suar. dicens, contrariam eſſe falſam, diſp. 33. ſect. 3. num. 6 Valent to. 4. diſp. 7. q. 13. punct. 4. verſ. Notandum eſt autem.

48 Reuelator eſt, qui dicit, ſe non abſoluiſſe pœnitentem Nau. num. 10. cit. Valent. vbi ſupra p. 3. verſ. 3. Negant Cai. vbi ſupra Armill. parag. 14. quia illa negatio nullum manifeſtat peccatum pœnitentis; id enim ex pluribus cauſis prouenire poteſt, vt quia confeſſio non eſt completa, vel ex duritia Confeſſoris. Priorem ſententiam vt veriorem, & in praxi tenendam tuentur etiam Sot. in 4. d. 18. q. 4. art. 5. concl. 2. Suar. vbi ſupra ſect 6. initio. Contrariam verò ſaluari poſſe docet Valent. vbi ſupra, ſi confeſſor addat ideo, ſe non abſoluiſſe, quia nondum eſt completa confeſſio, aut quid ſimile.

49 Licitè quis negat ſuffragium ei, quem ſola confeſſione ſcit, non eſſe dignum, ſiue ſuffragia ſint ſecreta, ſiue publica, modò non ſit periculum reuelationis Silu. confeſſio 3. q. 24. Sot. de teg. ſecr. memb. 3. q. 4. concl. 5. dub. 1. S. Tho. in 4. d. 21. q. 3. art. 1. quæſtiunc. 1. ad 3 & quol. 5. art. 13. S. Bonau. ea diſt. p. 2. ar. 2. q 1. Nau. in cit. c. Sacerdos, nu 147. & in man. c. 8 nu. 18. & in c. Humanæ aures, 22. q. 1. nu. 6. S. Ant. p. 3 tit. 14. c. 12. parag. 2. & tit. 17. c 22. parag. 1. Io. med de confeſſ. q. 47 verſ. Corollariè ſequitur in fi: Suar. vbi ſupra ſect. 7. num. 12. quicquid Armil. vbi ſupra num. 7. Ban. 2. 2. q 33. ar 8. ad fi. Sanch. de matr. lib. 3. diſp. 16. num. 3. in contrarium dicant. Addunt S. Tho. & Silu. vbi ſupra poſſe etiam huiuſmodi confeſſorem reclamare electioni, modo caueatur reuelationis ſuſpicio. Addunt alij, non ſolum poſſe, ſed etiam teneri negare ſuffragium huiuſmodi indigno, quando id abſque ſigilli fractione fieri poteſt, ſic S. Tho. S. Ant. vbi ſupra Silu. Euchar. 3. q. 5. dicto 1. Nau. in d. c. Sacerdos, & qui docent, negandam eſſe Euchariſtiam, &c. V. infra ſuſpenſi ipſo iure num. 25. Optimè Sanch. de matr. diſp. 16. cir.

50 Ad vitandum peccatum potes, & debes negare pœnitenti ea etiam, ad quæ petenda ius habet, ſi abſit reuelationis ſuſpicio Sot. de teg. ſecr. memb. 3. q. 4 concl. 5.

51 Poteſt confeſſor fugere, qui in ingreſſu Syluæ ab vno è furibus in confeſſione audiuit ſe in ſylua occidendum Silu. confeſſio 3. q. 19. Sot. vbi ſupra Ang confeſſor vlt. parag. 7. verſ. 5. Armill. vbi ſupra nu 12. Negant Nau. in d c. Sacerdos nu. 135. Suar. vbi ſupra ſect. 7. num. 5. quod verum eſt ſi neceſſitas daretur, aut reuelandi confeſſionem, aut moriendi Sot. in 4. d. 18. q. 4 ar. 5.

52 Quod Confeſſor aliter ſcit, quàm per confeſſionem, ſiue ante, ſiue poſt, reuelare poteſt quantũ ad id, quod ſcit, vt homo, dicẽdo ſcio illud, quia vidi, &c. Com. vt docet S. Tho. p 3. q. 24 art. vlt Boich. in c. Omnis vtriuſq, de poe.i. & rem. num. 45.

53 Tegenda omnia, quorum reuelatione redderetur oneroſa confeſſio B. med. in ſum. lib. 2. c. 4.

54 Etiam in occulto vitare non potes, quem ſola confeſſione ſcis, eſſe excommunicatum Silu. confeſſio 3. q. 17. Suar. diſp. 33. ſect. ſect. 6. num. 3.

Digitized by Google

65 Abſolutio cum conditione de præterito licet; ſecus cum conditione de futuro, aut etiam de præſenti, niſi in quibuſdam caſibus, quos ex Caiet. refert Roder. in ſum. p. 1. c. 54. num. 2. & ſeq.

66 Infirmus, qui præ laſſitudine confeſſionem perficere non poteſt, abſoluendus eſt, ne dum abſolutio differtur, ſenſum ammittat: curandum tamen prius vt generaliter conteratur B. med. in ſum. lib. 2. c. 8. Tolet. lib. 3. c. 8. caſu 2.

67 Confitens generaliter aliàs cõfeſſa poteſt per partes abſolui, & poteſt partem vni, & partem alteri Sacerdoti Graff. p. 1. lib. 1. c. 16. num 14. & ſeq.

68 Petens Confeſſorem, & oſtendens ſigna contritionis, ſi interim ſenſum amittat abſolui debet ſub fide aſtantium, Silu. confeſſore 3. q. 13. S. Ant. p. 3. tit. 10. c. 2; Io: med. de confeſſ. q. de pecc. oblit. Ang. confeſſio 4. num. 8. Suar. to. 4. diſp. 21. ſect. 4 num. 5. & ſeq. id probans ex varijs Concilijs, & Doct. allatis etiam à P. lugo de pœnit. diſp 17 ſect. 4. & in ſpecie reſponſo Illuſtriſſi. Archiep. Armacani aſſerentis id approbaſſe Clē. VIII. Secus ſi tãtũ oſtẽderit ſigna contritionis non in ordine ad claues Suar. diſp. 23. ſect. 1. verſ. Atq; Tolet. vbi ſup. Cõtrarium expreſſè docet Nau. c. 26. nu. 27. & c. 26. num. 268. niſi verbis, vel nutibus fuerit aliqua peccata confeſſus: nec ſufficere vocaſſe prius Confeſſorem, cum voluntate confitendi cum ſignis contritionis. Idem Sc. in 4. d. 18. q. 2. ar. 5. & alij plures, quos refert Suar. ſect 1. cit. num. 3. Sed prima opinio probabilior, & practicè ſecura. Idem num. 10. Roder. in Bull. Cruc. parag 9. num. 41. & videtur caſus in c. Is qui pœnitentiam, & c: Qui recedunt, & c. Hi qui 26. q. 6. & c. Aegrotantes de conſecr. d. 4. V. S. Tho. opuſc. 65. c. de ſacra vnct. Marchin. de peſte p. 3. c. 13. Et poteſt abſoluere ſub conditione quantum poſſum; vel ſi materia eſt ſufficiens Suar. nu. 11. & diſp. 26. ſect. 6. num. 2.

69 Abſolutio facta excommunicato tenet, ſi talis bona fide confeſſus eſt ſaltem ſine peccato mortali Caiet. in ſum. ver. abſol. imped. Nau. in man. c. 9. nu. 4. & in c. fratres de pœnit. d. 5. num. 50. Roder. de regul. to. 1. q. 60. ar. 2. B. Med. in ſum. lib. 1. parag. De effectu excom. Negant Silu. confeſſio 1. q. 3. verſ. 5. Sot. in 4. d. 21. q. 1. ar. 1. Sed verior prima opinio. Nam ſola recipientis cenſura non irritat ſacramentum, per ſe loquendo, ſed tantum prohibet vſum eius Suar. diſp. 22. ſect. 7. num. 1 Sayr. de cenſur. lib. 2. c. 3. num. 3.

70 Abſolutio ſub ratihabitione præterita, aut præſenti valet Silu. confeſſor 1. q. 6. verſ. 6. Nau. in c. Placuit de pœnit. d. 6. num. 105. & in man. c. 9. num. 8. Contrarium tamen alijs citatis docet Suar. to. 4. diſp. 26 ſect. 1. à num. 13. Lugo de Pœnit. diſp. 19. ſec. 2. q. 3. Vel enim ſuperioris voluntas eſt conditionata, vt v. g. daret, ſi ego peterem; Et hæc non ſufficit, quia abſolutio debet abſolutè dari, & per voluntatem abſolutam, & actu exiſtentem, non quæ eſſet. Si verò voluntas ſit in Superiore exiſtens, ſi ſit merè interna, nihil operatur, quia iuriſdictio humano modo non datur, niſi per ſigna. Si verò illa voluntas aliquo exteriori ſigno manifeſtetur, licet non omnino explicita, valida erit abſolutio. Suſtinetur tamen Silu. opinio, ſi ex coniecturis rationabiliter putatur, propter [illegible] Sacerdotẽ eſſe cõtentũ, vt quando nouit, & non conqueritur.

71 Abſoluendus eſt, qui ſe credit iterum peccaturum, ſi proponat abſtinere Vict. num. 198. V. Suar. diſp. 32. ſect. num. 2. Nau. in man. c. 3. num. 16.

72 Poteſt abſolui ex cauſa, etiam qui non relinquit occaſionem peccandi, ſi verè pœnitet, etiam ſi credatur peccaturus Nau. c. 13. num. 25. & ſeq. De hoc tamen vide Roder. in ſum. p. 1. c. 49. Suar. vbi ſupra num. 4. Eſt autem duplex occaſio peccati, proxima, & remota. Illa eſt, quæ vel ex ſuo genere talis eſt, quæ frequenter inducit homines talis conditionis ad tale peccatum: vel quæ experimento conſtat in hoc homine habere talem effectum. Neceſſe eſt autem, vt ſit voluntaria, aliter quod ex illa naſcitur, vt ſic. non erit voluntarium. quare quando moraliter vitari non poteſt, non erit volun-

tum: alioqui non eſt reſeruatus Suar. de religio. tract. 6. lib. 4 c. 3. num. 15. & ſeq.

83 Vigente ſchiſmate in capite vniuerſalis Eccleſiæ, Ordinarij habent iuriſditionem in caſibus, alias Sedi Ap. reſeruatis Anchar. cons. 409. num. 5.

84 Concedens caſus, ſi concedat aliquam voti commutationem, intelligitur concedere omnia eiuſdem generis: & qui vnum excipit cetera eiuſdem generis videtur concedere Nau. d. num. 161. Silu. ver. Caſus initio. Si tamen caſus ſint Papales, illis conceſſis, intelliguntur etiam cenſuræ Nau. vbi ſupra V. Pan. & Felin. in c. Sedes de reſcrip. Silu. confeſſor 3. q. 2. Suar. to. 4. diſp. 30. ſect. 1. Mandos. in reg. 22. q. 23. num. 5.

85 In poteſtate alicui data confitendi, non intelliguntur reſeruata c. 2. de poenit. & rem. in 6. Clem. I. de priuil. & Extrau. Inter cunctas eo. Silu. confeſſor 1. q. 6. in fi. Suar. diſp. 28. sect. 4.

86 Mortuo Epiſcopo caſus ab eo reſeruati B. Med. in ſum. lib. 1. c. 10. Excipe caſus in iure expreſſos, vel ipſius ſtatuto ſpeciali, & conſtitutione perpetua Quarant. ver caſus reſer. in fi. Graff. de caſ. reſer. lib. 1. c. 2. num. 9. & c. 4. reg. 11. Vgol. de pot. Ep. c. 36. parag. 1.

87 Omne ſacrilegium eſt caſus Epiſcopalis de conſuetudine Silu. ver. caſus q. 4. Nau. vbi ſupra num. 262. Si Epiſcopus ſibi reſeruet peccatum ſacrilegij, non intelligitur, ſibi reſeruare copulam cum Moniali, aut religioſo, aut ſacris initiato Lopez inſtr. p. 1. c. 75. Sayr. clar reg lib. 8. c. 5. num. 21. De iure, nullum caſum reſeruari Epiſcopo docet Suar. diſp. 29 sect. 3.

88 Regularis iter faciens, ſi non habet ſocium eiuſdem religionis, poteſt ſæculari Sacerdoti confiteri, & ab eo ab omnibus peccatis abſolui, præterquam ab ijs, pro quibus eſſet Sedes Apoſt. conſulenda Innoc. VII. ord. Prædic. & Sixtus IIII. ord. Min. vt referunt ad verbum Confect & Roder. in collect. priuil. Nec eſt neceſſe huiuſmodi confeſſorem eſſe ab Epiſcopo approbatũ Suar. diſp. 28. ſect. 4. nu. 5. Et tẽpore Iubilæi poteſt abſolutè alteri Confeſſori approbato, ſiue regulari, ſiue ſæculari, &c. Roder. in sum. p. 1. c. 184. num. 6. Nau. de priuil. cons. 23. V. Vgol. de pot. Ep. p. 1. c. 7. parag. 2. num. 8. Id tamen non procedere quoad illas Religiones, quibus Apoſtolico priuilegio conceſſum eſt, ne earum Religoſi ijs gratijs vti poſſint ſine ſuorum Superiorum licentia, docet Additionator ad d. cons. Nauar.

89 Per c. Liceat Conc. Trid. seſſ. 24. de refor. poſſunt Episcopi abſoluere à caſibus, Sed. Ap. reseruatis, & diſpensare etiam cum vagabundis, aduenis, inter agentibus, etiam ſi facilè ſint in patriam redituri, & cum religioſis, qui cum à ſuis Superioribus in aliquo caſu abſolui non poſſunt, de eorum licentia ad Episcopum accedunt Suar. diſp. 30 sect. 2.

90 Abſolutus à reseruatis ab eo, qui non potuit, ſed bona fide, cum receperit, tenetur eadem peccata iterum confiteri Cai. in sum. ver. Confeſſo, c. vlt. Arag. confeſſio 4. parag. 12. Si tamen huiuſmodi confeſſor poteſt abſoluere ab aliquibus, licèt non ab omnibus, ſufficit poſtea illa tantum confiteri, à quibus ille non poterat abſoluere Ang. confeſſio 6. parag. vlt. Silu. confeſſor. 3. num. 1. in fi. ſi tamen huiuſmodi Confeſſor potuit ab aliquibus abſoluere, licèt non ab omnibus, ſufficit poſteam illa ſola confiteri, à quibus ille non potuit abſoluere. Idem Confeſſio 5. parag. vlt. Silu. Confeſſor. 3. num. 1. in fi.

91 Qui poteſt abſoluere à caſibus ſuis Epiſcopi, poteſt etiam abſoluere à caſibus aliorum Episcoporum eos etiam, qui ſunt alienæ Dioeceſis. Cai. in sum. ver. abſolutio 2. S. Ant. p. 3. tit. 17. c. 4. Suar. vbi ſupra Nau. c. 27. num. 261. B. Med. lib. 1. sum. c. 10. parag. 3. contra Sot. in 4. d. 18. q. 2. ar. 4. Niſi illi forenses ideò ad talem Confeſſorem accederent, vt liberius peccarent Viuald de abſol. num. 58. Sed hi abſolui non poſſunt, non ex defectu iuriſdictionis, sed ex praua diſpoſitione ipſorum poenitentium. Cauſa tamen

scan-

ſcandali, aut ſatisfactionis, quando ſcilicet adiuncta eſt excommunicatio, vel crimen eſt notorium, remittendi ſunt ad proprium paſtorem Silu. confeſſor 1. q. 13. De alijs verò confeſſoribus communibus non habentibus facultatem circa reſeruata, dicendum, quod vel pœnitens habet caſus in vtroque Epiſcopatu reſeruatos, vel ſaltem in Epiſcopatu confeſſoris, & tunc abſoluere non poteſt: Si verò caſus ſit reſeruatus in Epiſcopatu pœnitentis, tunc abſoluere poteſt: quia huiuſmodi pœnitens iudicandus eſt, vt incola loci illius, & iuxta forum eius Diœceſis Suar. & Caiet. vbi ſpra Lugo de pœnit diſp. 20. num. 68. & ſeqq. ſ. ct. 5.

92 Si quis etiam hæreticus ratione ignorantiæ excommunicationis eam non incurrit, eius peccatum poteſt à quocumq; Confeſſore abſolui Sanchez in ſum lib. 1. c. 8. num. 5.

93 Delegatus ad abſolueudum à reſeruatis tenetur aut ſacramentaliter abſoluere, aut rem integram relinquere: nec poteſt reſeruationem tollere, niſi Sacramentaliter abſoluendo Suar. vbi ſupra ſect. 4. num. 3.

94 Qui habet caſus reſeruatos abſolutus ab alijs mitti ſolet ad Superiorē pro reſeruatis Sot. in 4. d. 18. q. 2. ar. 5. Nau. in man. c. 26. num. 6. & in c. Conſideret parag. Cautus de pœnit. d. 5. num 12. Silu confeſſio 1. q. 19. Immo ex Suar. diſp. 31. ſect. 3. In caſum neceſſitatis in quo oportet, vel adimplere præceptum annuæ confeſſionis, aut communicare, aut celebrare, poteſt inferior abſoluere à reſeruatis non directè, & per ſe, licet habeant annexam excommunicationem cum onere tamen ſe præſentandi ſuperiori, vt ab illis directe abſoluatur. Valent. to. 4. diſp. 7. q. 1 p. 1. vers. ſextus caſus. vbi negat abſolui poſſe huiuſmodi pœnitentem, ſi caſus habeat annexam excommunicationem. Epiſcopus poteſt à ſolis reſeruatis abſoluere: pro alijs verò mittere ad inferiorem, cui omnia etiam reſeruata confitenda ſunt; Nau. in d. parag Cautus num. 12. id tamen Epiſcopus facere non poteſt abſque neceſſitate Suar. diſp. 31. ſect. 2. dicto 2. vbi num. 10 contra Nau. docet abſolutum à Superiore à ſolis reſeruatis ſacramentaliter, nō teneri eadem inferiori confiteri. Meliùs tamen facturum Epiſcopum, ſi audito peccato reſeruato auferat reſeruationem, & ad inferiorem remittat, cui integre confiteatur, vt cum Suar. docent communiter recentiores teſte Lugo de pœnit. diſp. 17. num. 4. Vict. in ſum. num. 163. putat Epiſcopi abſolutionem eſſa tantum à cenſuris, ſed ſallitur: Neque enim omnes caſus Epiſcopo reſeruati habent annexam excommunicationem. Inferior habens auctoritatem abſoluendi à reſeruatis ſi aliqua ſpecialis neceſſitas, aut cauſa rationabilis adſit poteſt à ſolis reſeruatis abſoluere, non tamen delegare Suar. vbi ſupra num. 8

95 Abſolutus ab eo, qui intendebat, & poterat ab omnibus abſoluere, non tenetur poſtea ſuperiori reſeruata oblita, etiam culpabiliter, confiteri, ſed poteſt cuiuis Silu. confeſſio. q 4. Couar. in c. Alma p. 1. parag. 1. num. 12. Nau. in d. parag. Cautus num. 32. & in Man. c. 36. num. 13. Suar. vbi ſupra num. 17. Intendit autem ſaltem virtualiter ab omnibus abſoluere etiam à cenſuris in quantum poteſt, qui ſolum dicit Abſoluo, Nau. in d. parag. Cautus num 33. Sot. in 4. d. 22. q 1. ar. 1.

96 Etiam qui ſictè confeſſus eſt, & abſolutus à reſeruatis, non tenetur amplius ad illa, vt reſeruata Silu. vbi ſupra q. 39. Intellige ſi ſit abſolutus à reſeruante; quia ſatisfit ſuperiori, & impletur totum id, quod per reſeruationem intenditur; & ita quaſi ordinario iure finitur reſeruatio: quod ceſſat, ſi huiuſmodi abſolutio nulla fiat ab inferiore. Suar. ſect. 4. cit. num. 9. & 11. S. Ant. p. 3. tit. 14. c. 19. parag. 17. Roder. de regul. to. 1. q. 21. ar. 7. licèt in Bull. Cruc. parag 9. dub. 4. contrarium afferat.

97 Abſolutus à reſeruatis animo faciendi omnia ad Iubilæum requiſita, licèt poſtea illa non faciat, abſolutio tamen tenet

tenet Nauar. de orat. Miſcell. 93. & de pœnit. & remiſſ. conſ. 19. Cord in ſum. q. 21. Suar. vbi ſupra num. 23. dicem contrarium eſſe improbabile.

98 Ablata cenſura nihil reſtat in peccato reſeruarum Cai. in ſum. ver. Caſus. Nau. c. 27. num. 261. & ſubblata reſeruatione Papæ, etiam Epiſcopi intelligitur ſublata Nau. loc. cit. & in c. Quorundam, de iudæ. noct. 11. glo fi. num. 35. Confect. in Sumar. tit. 17. c. 6. hoc enim ipſo quod. Paſtor ſupremus, ſeu altior ſibi reſeruat caſum, extrait illum à iuriſditione omnium inferiorum Suar. to. 4. diſp. 31 ſect. 4. num. 26. & probabile dicit, & in praxi ſecurum Tolet. lib. 3. c 14. num. 4.

99 Qui habet facultatem à Papa abſoluendi ab omnibus, ſi Epiſcopus particulari decreto reſeruat aliques caſus, non poterit ille abſoluere Greg. XIII. vt aſſerit Graff. p1. lib 1. c. 13. num. 57. Si verò darerur facultas per Iubilæum, potit ab omnibus. Idem nu. 58. In primò caſu cõtrariũ rectius docet Suar. diſp. 7. ſect. 1. de cenſur. quia huiuſmodi confeſſor eſt Delegatus Papæ, & ideo poteſt ab omnibus à quibus poteſt Papa. & de Papæ declaratione non conſtar, nec cogimur credere Graffio. V. Alter de cenſur. to. 1. lib. 4. diſp. 4. c. 2. dub. 2.

100 In magno abuſu reſeruationis caſuum poteſt Curatus abſoluere ſine licentia Epiſcopi: habet enim poteſtarem iure diuino, quæ non eſt temerè reſtringenda Sot. in 4. d. 18. q. 2. ar. 5. circa 2. arg. & probabile putat Suar. diſp. 29. ſect. 4 licet ipſe in contrariam magis inclinet. Ang. ver. caſus, docet abſolui poſſe aliquem a caſu reſeruato, quando videt Confeſſor in aliquo particulari non expedire eius ſaluti, immo obeſſe, ſi remittatur. Sed contrarium docet Silu. confeſſor 3 q. 1. V. Nau. de poenit. & remiſſ. conſ. 24.

101 Peccatum menus poſſet reſeruari, ſed malè fieret Cai. 2. 2. q. 11. ar. 4. Suar. ſect. 4. cit Sot. d 5. V. Sanch. in ſum. lib. 2. c. 8 num. 5.

102 Abſolutus à reſeruatis virtute Iubilæi prima eiuſdem hebdomada, ſi reincidat, poteſt iterum abſolui Reginald. lib. 8. num. 64.

103 Valida eſt abſolutio à peccatis reſeruatis, & ab excommunicatione virtute Indulgentiarum reuocatarum, ſi renunciatio inuincibiliter ignoratur Suar. diſp. 57. ſect. 2. modo 2. num. 9.

104 Confitens virtute Iubilæi, aut alterius priuilegij, ſed culpabiliter oblitus peccati reſeruati, aut cui annexa eſt excommunicatio; ſi culpa talis ſit, quæ reddat ſacramentum nullum, non tollitur reſeruatio etiam quòad expreſſa in confeſſione; quia illa neque eſt confeſſio, neque abſolutio, & ita nil eſt operata: quare tranſacto tempore Iubilæi non poterit ab inferiore abſolui Suar. diſp. 32. ſect. 4. num. 22. Nau. de orat. miſcell. 59. num. 131. Roder. in ſum. lib. 1. c. 55. num. 6. Et ſatis colligitur ex eodem Nau. in c. Conſideret, & parag. Cautus de poenit. d. 5. & c. 1. diſt. 6. ſupponit enim in his locis confeſſionem integram, qualis non eſt cũ interuenit culpa reddens ſacramentum nullum.

105 Non ſemper tenetur Superior concedere ſubdito facultatẽ, vt poſſit à reſeruatis ab alio abſolui, vt cum peccatum vergit in detrimentum communitatis, aut tertiæ perſonæ, aut cum timet ex veniæ facilitate, facilitatem peccaudi S. Th. opſc. 19. Ang ver. confeſſio num. 31. Armill. ver confeſſio num. 35. Sot. in 4. diſt. 18. q. 2. ar. 5. Si tamen pœnitens meritò timet aliquo graue damnum extrinſecũ ab ipſo Confeſſore, aut ſi ſuperior ſit ignorans, aut improbus, &c. tenetur ex iuſtitia hanc facultatem concedere. Regulariter autem debet ſe facilem potius, quam difficilem præbere, maximè quando videt ex negatione graue damnum ſpirituale pœnitentis; niſi ſit in alterius damnum: Suar. diſp. 30. ſect 4.

106 Valdè dubium eſt apud non nullos neotericos, Vtrum pro puellis, quæ rationes ſcandali non poſſunt ſe Superiori præſentare; nec Confeſſarius vult onus petendi facultatem ſubire dentur caſus reſeruati, ita vt ſemper illis maneat obligatio

tio peccata, ſi quando habuerint reſeruata, illa de nouo confitendi. Tu tene partem affirmatiuam

107 Cœpta confeſſione intra tempus Iubilæi, ſi non potuerit perfici, eo tranſacto abſolui, poterit à commiſſis vſq; ad tempus finiti Iubilæi, & in votis diſpenſari. Lugo de pœnit. diſp. 20. num. 133. & ſeqq.

SATISFACTIO

1 SAtisfactio eſt pro illata iniuria voluntaria recompenſatio ſecundum æqualitatem iuſtitiæ, cum propoſito ea iterum non committendi Silu. ver. Satis factio, initio.

2 Tenetur Confeſſor imponere ſatisfactionem: nõ tamen ſemper per modũ præcepti, ſed vel illam applicare, ſi pœnitens velit illam aſſumere, vel ſolum conſulere, vt faciat. Poteſt etiam imponere ſine obligatione, ſub conditione; Si hoc feceris, tibi ſeruiat in ſatisfactionem; poteſt autem Confeſſor ſatisfactionem præcipere Suar. to. 4. diſp. 38. ſect. 3. addens obligationem imponendi ſatisfactionem, ex genere ſuo grauem eſſe, cum pertineat ad integritatem ſacramenti. Aliquando tamen poſſe nullam imponere, vt quando pœnitẽs eſt impotens, vt ſi ſit morti propinquus præcipuè ſi nihil percipere poſſit. V. Lugo de pœnit. diſp. 25. ſect. 4.

3 Tenetur pœnitens acceptare pœnitentiam, & implere Vict. num. 22. Tolet. lib. 3. c. 9. Primum negant Io: med. de confeſſ. q. 41. Nau. c. 26. num. 20. Vtrumq. negat Caiet. to. 1. opuſc. tract. 6. q. 2. ad 2. & in ſum. ver. ſatisfactio, obligare ad mortale, ſi abſit contemptus. Communior tamen, vt teſtantur S. Ant. p. 3. tit. 14. c. 19. parag. 19. Suar. vbi ſupra ſect. 7. Vict. & Tolet. vbi ſupra docet, teneri ſub mortali adimplere non eſt tamen iteranda confeſſio, ſi non impleatur etiam ex propoſito, & contemptu Nau. alijs cit. c. 9. num. 17. Niſi ante confeſſionem habuiſſet animum non implendi, & iuſto Confeſſoris præcepto non obediendi Tolet lib. 3. c. 10. num. 6. Et Nau. vbi ſupra, Silu. confeſſio 1. q. 25. docent eſſe mortale non acceptare, quando non vult à Deo puniri, neq; hic, neq; in purgatorio. Non eſt tamen mortale non acceptare, ſi imponatur indiſcreta, quia Sacerdos abutitur clauibus: Medicinalem poenitentiam, vt quæ præſeruat à recidiuo, omnes docent, recuſari non poſſe Nau. in c. Potuat, de poenit. d. 5. num. 13.

4 Poenitentiam pro veniali impoſitam non tenetur quis ſub mortali adimplere Ang. confeſſio 1. num 13. Nec impoſitam pro mortali, ſi leuis ſit: aut ſi pro mortali, iam confeſſo Suar. vbi ſupra: aut ſi partem tantum omittas; aut ſi Confeſſor noluit ſub mortali obligare Med. & Suar. loc cit.

5 Secundus: Confeſſor poteſt prioris poenitentiam mutare, etiam non reiterata confeſſione Vict. num. 213. Nau. num. 46. num. 22. & de poenit, & remis. cons. 26. etiam ſi ſit inferior Dec. in c. At ſi Clerici parag. De adulterijs, de iudic. num 4. glo. in c. Tempora poenitudinis, ver. tuo iudicio 26. q. 7. Silu. confeſſio 3. q. 27. Ang. confeſſio 6. num. 4. modo adſit iuſta cauſa Nau. num. 22. cit. & de voto cons. 3. & de pænit; & rem. cons. 25. Et modò impoſita ſit pro ijs peccatis, à quibus inferior poſſet abſoluere Silu. Ang. Nau. cit. Suar. vbi ſupra ſect. 10. Quare ſi poenitentia iniuncta ſit à Superiore pro reſeruatis, nequit inferior iure ſuo commutare; niſi ex moraliter præſumpta Superioris voluntate, vt cum facilè adiri nequit: aut vtilitate ipſius poenitentis Nau. num. 22. cit. Suar. Ang. § lu. ubi ſupra. An autem ea commutatio fieri poſſit extra confeſſionem Vict. & Nau. affirmant. Contraria tamen opinio communis eſt Silu, Ang. Suar. loc. cit. & aliorum, quia cum in hoc foro eodem ſit poteſtas ligandi, & ſoluendi, ſicut extra confeſſionem ligare non poteſt, ita nec ſoluere.

6 Accipiens Indulgentiam plenariam non tenetur ad pœnitentias, impoſitas,

S. Tho.

S. Th. ſuppl. q. 26. ar. 1. Silu. ver. Indulgentia q 9. Cai. opuſc. de Indulgentijs. Nau. de Iubil. not. 31. num. 53. Suar. diſp. 50. ſect. 2. dicto 3. Et ſi eſt 40. ann. liberatur à tot dierum pœnitentia Suar. ſect. 5. num. 14. Et ſi in Indulgentia dicatur: De iniunctis ſibi pœnitentijs, de illis tantum intelligitur, non autem de alijs ad condignam ſatisfactionem: ſecus ſi dicatur ſimpliciter, 40. ann. aut dierum, tunc enim, de omnibus intelligitur Nau. vbi ſupra. Quòd ſi pœnitens nolit liberari ab obligatione implendi pœnitentias, iniunctas, ſed pro alijs lucrari indulgentias, id obtinebit Suar. vbi ſupra ſect. 3.

7 Exiſtens in peccato mortali, ſecundum Molin. de confeſſ. q. de pœnit. iniunt. extra grat. implet. poteſt ſatisfacere pro peccatis remiſſis. Negant S. Tho. vbi ſupra q. 14. ar. 2. Silu. ver. Satisfactio q. 7. Couar. in. c. Alma p. 1. parag. 4. num. 8. & ſeq. Alij docent, eam ſatisfactionem habere effectum, recedente fictione. ſic. Caiet. to. 1. opuſc. 6. q. vlt. & in ſum. ver. ſatisfatio, Nau. in c. 1. de pœnet. d. 6. num. 46. & ſeq. & in man. c. 3. num. 6. Suar. diſp. 36. ſect. 8. aſſeret, 3. Vict. num. 203. Tolet lib. 3. c. 11. num. 4. Doctores tamen prioris ſententiæ id non concedunt, affirmantes ſatisfieri quidem præcepto Eccleſiæ, & Confeſſoris, non Dei niſi ſatiſfactio relinquat effectum in ſatisfactione, vt ex ieiunio debilitatem; & ex eleemoſyna diminutionem ſubſtantiæ: tunc enim perſequentem pœnitentiam acceptæ ſunt ſecundum illud, quod de his remanet S. Tho. vbi ſupra art. 3. Silu. q. 7. cit. Suar. diſp. 37. ſect. 2. dub. 2. Valent. to. 4. diſp. 7. q. 14. p. 3.

8 Pro iniuncta eleemoſyna ſatiſfacit etiam, qui dat extremè egenti; licet aliàs ad id ex charitatis præcepto teneretur Sot. in 4. d. 19. q. 2. ar. 1. Vict. num. 205.

9 Qui non poteſt per ſe, poteſt per alium ſatiſfacere S. Tho. 4. contra Gent. c. 55. Vict. num. 208. intellige, ſi ſatiſfaciens ſit in gratia. idem de ſatiſfactione, vt eſt pœna pro peccatis præteritis, non verò, vt eſt medicinalis S. Tho. ſupp. q. 13. num. 2. Sot. vbi ſupra ar. 5. Suar. diſp. 38. ſect. 9. Valent. vbi ſupra, vers. pertinet etiam S. Ant. p. 3. tit. 15. c. 20. parag. 1. & com. Eaque ſatiſfactio per alium impleta ſufficit ad ſatiſfaciendum ex opere operato Suar. vbi ſupra num. 3.

10 Satiſfaciens pro alio, non poteſt ſimul pro ſe ſatiſfacere Silu. vbi ſupra q. 5. & ver. ſuffragium q. 3. Niſi fortè per diuinam miſericordiam, non ex debito Ang. ver. ſatiſfactio parag. 5. aut per modum, meriti de congruo tantum, non quoad ſolutionem pœnæ. S. Bon. in 4. d. 20. p. 2. in fi. Suarez diſp. 48. ſect. 2. in fi.

11 Poteſt Confeſſor impoſitam à ſe pœnitentiam ex cauſa minuere Nau. c. 26. num. 2.

12 Canones pœnitentiales intelliguntur pro foro exteriori Nau. c. 8. num. 22. Suar. diſp. 38. ſect. 4.

13 Quod Concilium Trid. ſeſſ. 24. c. 8. de refor. dicit, imponendam publicam pœnitentiam ſcandoloſo Nau. vbi ſupra putat non intelligi de Confeſſatis. Sed contrariam ſententiam tuetur Suar. vbi ſupra ſect. 6 dub. 3. aſſerens de communi, quando huiuſmodi pœnitentia eſt neceſſaria ad tollendum ſcandalum; vel ad ſatiſfaciendum Eccleſiæ in crimine publico, & notorio. alias non eſſe obligandum pœnitentem ad acceptandum huiuſmodi pœnitentiam, præcipuè ſi habeat rationabilem cauſam non accipiendi.

13 Per illam clauſulam generalem, Quiſquid bonifeceris, &c. eleuantur bona opera ad ſatiſfaciendum ex opere operato S. Th. quol. 3. ar. 28. P. Sot. de ſatiſfat. lect. 2. Nau. vbi ſupra num. 24. Et de pœnit. diſt. 6 in principio num. 36. & concedit Ang confeſſio 5. parag. 3. modo ita iniungantur, vt pœnitens intelligat: alias non valent, niſi, ex vi operis. Intellige quoad ſatiſfactionem pro peccatis confeſſis in illa confeſſione Suar. vbi ſupra ſect. in fi.

14 Poſſunt imponi in pœnitentiã ſatiſfactoriam actus interni, quod laudabiliter fit cum ægrotis Suar. vbi ſup. dub. 2 ſunt

enim actus interni ſatisfactorij Sot. in 3. d. 19. q. 2. ar. 1.

15 Poteſt imponi in pœnitentiam opus aliàs debitum Sot. loc. cit. dub. vlt Nau. in c. 1. de poenit. d. 6. num. 4. & in man. c. 3. num. 4. & c. 26. num. 25. Vict. num. 205. Suar. vbi ſupra ſect. 6. dub. 5. Tolet. lib. 3. c. 11. Si tamen ita expreſſè intendit Confeſſor Sot. & alij cit. Vict. num. 207.

16 Qui non imponit parem poenitentiam peccato, monere debet poenitentem S. Tho. vbi ſupra Nau. num. 22. cit.

17 In ſatisfactione primum locum obtinet eleemoſyna, Secundum oratio, Tertium ieiunium Silu. vbi ſupra q. 9. At ſecundum Sot. vbi ſupra ar. 5. in executione primum eſt ieiunium, poſtea oratio. tertio eſt eleemoſynam.

17 Satisfacit qui poenitentiam implet tempore Miſſæ de præcepto Ang. ver. feriæ parag 5 Suar. vbi ſupra Sot ar. 1. cit.

19 Qui impoſitam poenitentiam non facit tempore præſcripto, debet facere alio Armill. ver. ſatisfactio parag. 3 B. Med. in ſum. lib. 2. c. 6. verſ. la quarta dimanda. quòd ſi nullum præſcriptum eſt tempus, quamprimum commodè poteſt. Si verò nimium differat, peccat mortaliter Suar. vbi ſupra ſect 7. num. 6.

20 Non poteſt imponi pro poenitentia ingreſſus religionis Silu. confeſſio 1. q. 28.

21 Satisfecienti per indulgentias poteſt non imponi pœnitentia, niſi ſit præſeruatiua. ſic colligitur apertè ex doctrina Suar. diſp. 33. ſect. 3. dub 3. Conſultius tamen eſt aliquam imponere Tolet. lib. 2. c. 11.

22 Satisfactiones religioſorum communicari non poſſunt alijs niſi ab ipſo operante. Valet tamen illa applicatio, & applicatio Prælati ad quandam impetrationem temporalem, & indirectam. Lugo de poenit. diſp. 27. ſect. 8. num. 136.

INDVLGENGIA.

SVFFRAGIVM.

INdulgentia eſt abſolutio ab iniuncta poenitentia in foro poenitentiali Caie. to. 1. opuſc. 15. c. 2. vel Eſt donatio alicuius ſumptii de theſauro Eccleſiæ ſpirituali facta peccatori, vt inde ſatisfaciat Deo poenarum creditori Silu. ver. indulgentia num. 3. in fi.

2 Suffragium eſt auxilium quoddam, quod vnus fidelis alteri præbet, ad obtinendam à Deo remiſſionem poenæ temporalis, vel aliquid huiuſmodi Suar. de poenit. diſp 48. initio.

3 Per Indulgentiam per modum ſuffragij, ſignificatur non fieri per proprium actum iuriſdictionis, & abſolutionis iudiciariæ; ſed per modum amicabilis communicationis, ſeu eleemoſynæ quæ à viuentibus fit animabus Purgatorij. Per eam tamen ad æqualitatem, & ex iuſtitia ſoluunt debita earum Suar. 10. 4. diſp. 48 ſect. 6. num. 5. Vidé eundem diſp. 53. ſect. 3. num. 15.

4 Non acquirit indulgentiam pro peccatis, aliàs remiſſis qui eſt in peccato mortali Nau. de iubil. not. 12. num. 3. Silu. ver. indulg. num. 20. Suar. diſp. 52. ſect. 2. num. 6 Pium tamen putat Silu. dicere recipi effectum, recedente fictione ex præſumpta concedentis voluntate.

5 Ad indulgentiam requiritur cauſa: quæ, ſi non ſit proportionata, valebit pro rata Felin. trac. de Indulg. num. 21. Nau. vbi ſupra not 15. num. 3. Suar. diſput. 54. ſect. 3. num. 9.

6 Qui melius facit opus, plus lucratur indulgentiæ Nau not. 19. num. 17. Cord. lib. 1. qq. q 33. verſ. vlt. Si opus illud iniunctum compleat ſufficientem cauſam ad totam illam indulgentiam concedendam, qui illud melius, & deuotius facit, nihil pluris conſequitur Si autem non compleat, &c. tunc fieri poteſt, vt qui deuotius facit opus, maiorem indulgentiam conſe-

conſequatur: ac deniq; vt augendo boni- bonitatem, ſeu circumſtantias operi, tandem obtineat totum indulgentiæ effectum Suar. diſp. 52. ſect. 8. num. 4.

7 Oportet eſſe in gratia tempore operis, quo quis acquirit indulgentiam Caí. vbi ſupra. Sufficit verò, ſecundum Nau. vbi ſupra eſſe in gratia, cum facit opus principale, & proximum. Secundum alios ſufficit eſſe in gratia tempore conſecutionis indulgentiæ. Sic S. Ant. p 3. tit. 10. c. 3. parag. 5. dub. 6. Silu. ver. Indulgent. num. 32. Fel. vbi ſupra num. 4. Suar vbi ſupra ſect. 5. num. 8.

8 Indulgentiam non poteſt dare capitulum ſede Ep. vacante: Nec Vicarius generalis Epiſcopi Felin. vbi ſupra num. 28. licèt Panor. in c. Cum olim, de mai. & obed. dub. 13. contrarium ſentiat. Poteſt vero Epiſcopus, licèt non Sacerdos S. Tho. ſuppl. q. 26. ar. 2. Silu. vbi ſupra num. 13. Item Abbas ex commiſſione, vel priuilegio, vel conſuetud ne præſcripta c. Accedentibus de exceſſ. Prǣl. V. Nau. not. 31.

9 Cum duo Epiſcopi ſubordinati concedunt 40. dies viſitanti Eccleſiam, qui facit habebit octuaginta Suar. diſp. 55. ſect. 2.

10 Epiſcopus poteſt dare 40. dies indulgentiæ: & in Eccleſiæ dedicatione vnum annum non plus, licèt ſint plures Epiſcopi, c. Cum ex eo, de pœnit. & rem. in ant. & c. fi. eo. tit. in 6. Intellige non plus pro eadem cauſa. Quod ſi Epiſcopus det annum, & Archiepiſcopus etiam annum, ſubditi Epiſcopi habebunt vtrumque Silu. vbi ſupra num. 15. Negant Suar. diſp 53. ſect. 2. modo 4. Anchar. in d. c. Cum ex eo. num. 9. relato Io. Andr.

11 Cardinales concedere poſſunt indulgentias, vt Epiſcopi Tolet. lib. 6. c. 25. Immo Cardinales, & Sum. Pœnitentiarius concedunt centum dies vt de conſuetudine teſtantur Nau. not. 31. num. 17. Suar. vbi ſupra. Legatus poteſt quod Epiſcopus com. V. Felin. vbi ſupra.

12 Epiſcopus poteſt dare indulgentiam etiam non ſubditis de conſenſu ſuorum Epiſcoporum Pan. in c. Quod autem, de pœnit. & rem. num 7. Piſanel. ver. Indulgentia num. 2. Silu. eo. num. 14. Felin. num. 25. Nau. not. 31. num. 22. & ſeq.

13 Epiſcopus non poteſt dare indulgentias pro defunctis Nauar. not. 22 num. 5. Suar. alios referens diſp. 55. ſect. 3. num. 9. quia non ſunt eius ſubditi.

14 Dies indulgentiarum ſunt vtiles, anni verò continui idest indulgentia v. g. 40. dierum tollitur pœnitentia 40. dierum, etiam ſi implenda eſſet bie nnio; at per indulgentiam vnius anni tollitur pœnitentia, vno anno implenda Pan. in c. Cum ex eo, de pœnit. & rem. num. 6. Nau. not. 31. num. 33.

15 Anni, & dies indulgentiarum intelliguntur de illis, qui in pœnitentiam iuſtè iniungerentur Silu. vbi ſupra num. 18. Sot. in 4. d 21. q. 2. ar. 1. Remittitur autem tanta pœna purgatorij quanta per pœnitentiam vnius diei, vel anni remitteretur Suar. diſp. 50. ſect. 5. num. 11.

16 Cum in Bulla dicitur: contritis, & confeſſis, requiritur actualis confeſſio S. Ant. p. 3. tit. 20. c. 3. parag 5. dub. 5. Etiam ſi non habeat niſi venialia Roder. in ſum. p. 1. c. 184. num. 12. quo & ſi tutius; non videtur; tamen neceſſarium. Sufficit enim contritio, cum propoſito confitendi in quadrageſima Pan. in c. Omnis vtriuſque de pœnit. & rem. num. 21. Silu. ver. indulgentia num. 20. Ang. eo. parag. 17. Nau. not. 18. num. 6. Suar. diſp. 50. ſect. 5. & diſp. 51. ſect. 3. Requiritur enim confeſſio ſolum, quatenus neceſſaria ad tollendum obicem; id autem ſufficienter facit contritio. Cum autem requiritur confeſſio, qui confiteri non poteſt non priuatur indulgentia, ſi habeat contritionem Nau vbi ſupra num. 14. V. Suar. ſect. 3. cit. vbi num. 5. cum communi docet, habentem tantum venialia, non teneri ad confeſſionem, niſi id in indulgentia ſpecificè declaretur. De mortalibus verò, docet neceſſariam eſſe confeſſionem, quando id expreſſe poſtulatur in conceſſione indulgentiæ,

gentiæ, tamenam conditio neceſſaria. de quo idem num. 16. adde, vel niſi ad indulgentiam requiratur Euchariſtiæ ſumptio.

17 Indulgentia data pro articulo mortis, ſemel excepta expirat, niſi aliud ſit expreſſum in conceſſione; aut niſi ſint plures conceſſiones Nau. not. 30. a num. 3.

18 Quando conceditur indulgentia pro tempore mortis ſufficit articulus præſumptus; niſi aliud exprimatur Fel. de indulg. num. 7. S. Ant. vbi ſupra parag. 5. initio Nau. not. 30. num. 3. Silu. vbi ſupra num. 25. V. ſupra ver. Interpretatio num. 61.

19 Etiam Cathecumenus acquirit indulgentiam in qua non neceſſario requiritur confeſſio Nau. not. 31. num. 48 & not. 32. num. 9.

20 Cum non taxatur eleemoſynæ ſumma, intelligitur danda pro ratione ſtatus. Itaq; diues, qui parum dat, parũ lucratur. S. Tho. ſuppl. q. 25. ar. 2. ad 3. Silu. vbi ſup Ang. ver. indulgentia parag. 2. Suar. verò diſp. 52. ſect. 5. num. 6. docet ſufficere etiam minimam quantitatem Religioſus licet nihil habeat in particulari, ſi tamen habeant in communi, quatenus quæ habet Conuentus habent ſinguli partialiter: quod dat Conuentus, omnes ſpecialiter dant, idq; ſufficit ad veram eleemoſinam. Requiritur tamen, vt omnes Religioſi Conuentus id ſciant, aut ſaltem intra hebdomadam, ſcientes ratam habeant à Superiore factam. Satisfacit etiam dando per alium vt per amicum, vt ſi hic pro eoder. P. lugo de pænit. diſp. 27. num. 115. & ſeq.

21 Cum datur indulgentia viſitanti Eccleſiam certo die, intelligitur ſemel. Si verò ſit perpetua, toties, quoties Sil. vbi ſupra Nau. not. 31. num. 37. Fel. num. 13. Suar. diſp. 57. ſect. 1. num. 6. Intellige cum Fel. & Nau. modò non fraudulenter, Sed cauſa deuotionis ad Eccleſiam accedat. Quòd ſi concedatur ad aliquot dies, licèt Suar. vbi ſupra num. 8. velit lucrari non poſſe niſi ſemel, quòd longius illud tempus conceſſum videatur pro neceſſitate populi: Cord. tamen de indulg. q. 33. docet, ſingulis diebus lucrari poſſe, & ſic communiter practicari, & Anchar. in c. Cum ex eo, de poenit. & rem. num. 9. & Ang. vbi ſupra parag. 4. docent etiam indulgentiam vnius diei acquiri poſſe toties, quoties.

22 Prædicans indulgentias indiſcretas, ideſt non iuridicans, nec veriſimiles, peccat mort. Clem. 1. parag. 2. de priuil Silu. vbi ſupra, Nau. not. 31. num. 5.

23 Concedens indulgentias poteſt illis vti S. Tho. ſuppl. q. 27. ar. 4. Ang. vbi ſupra parag. 23. Fel. num. 21. Suar. diſp 52. ſect. 1. à num. 14. vbi etiam docet concedentem poſſe ſibi directè dare indulgentiam, contra S. Tho. Silu. vbi ſupra q 7. verſ. 4. & alios cit.

24 Indulgentia perit, deſtructo prorſus loco Silu. vbi ſupra num. 7. Nau not. 31. num. 27. Suar. vbi ſupra dub. 3. num. 9. Niſi ex verbis priuilegij conſtaret non limitari ad hunc certum locum quaſi materialem; ſed concedi Eccleſiæ, quam v. g. talis religio habet in tali loco Suar. ibidem. Adde ex eodem, & Imola cons. 41. aut niſi ſtatim reædificetur in eodem Situ. Sunt qui dicant non perire indulgentiam, ſi illa Eccleſia alibi transferatur auctoritate ſuperioris. Sed id non admittit Suar. loco cit. V. eundem de legib. lib. 8. c. 5. num. 8. Monet. de commut. vlt. vol. c. 8. num. 332.

25 Indulgentia durat etiam poſt mortem concedentis Silu. vbi ſupra num 6. Nauar. not 31. nu. 25. Suar. vbi ſupra modo 1.

26 Indulgentiæ reuocatio, aut ſuſpenſio ante notitiam non nocet Nau. vbi ſupra num 18 Silu. nu. 17. Suar. modo 1. Valent. t. 2. diſp. 7. q. 5. p. 1. dub. 2. Intellige autem etiam de notitia particularis perſonæ.

27 Per Iubilæum anni ſancti non ſuſpenduntur Indulgentiæ conceſſæ particularibus perſonis; neq; conceſſæ ab alio, quam à Papa, Nau. not. 28. num. 12. & ſeq. Niſi exprimatur idem not. 33. num 3. vt expreſſit Clem VIII. & Vrbanus VIII. de conceſſis ſingularibus perſonis V. Sanchez de matr. lib. 8. diſp. 33 num. 60. Nec indulgentiæ pro defunctis Zecch. de Indulg. c. 4. num. 5. verſ. Vnde cum ex, &c. in fi. Nec indul-

Digitized by Google

indulgentiæ non plenariæ Nau. not. 28. nu. 1. F. Hier. Gratia de iubil. c. 3. Nec privilegia, conceſſa non ratione indulgentiæ plenariæ Zecch. vbi ſupra.

28 Cum in Bulla dicitur, quòd abſolui poſſint ab omnibus cenſuris, & pœnis, non intelliguntur irregularitates. Nomine verò pœnæ intelliguntur illa, quæ impediunt abſolutionem à peccatis, quia ad illum finem datur Nauar. in man cap. 27. nu. 254.

29 Indulgentiam conceſſam certum quid facienti non lucratur, qui tale opus non exequitur, licet per impotentiam, aut naturalem obliuionem, aut quamlibet aliam cauſam, quantumuis inuoluntariam, opus omittatur S. Tho. quol. 2. art. 16. Suar. diſp. 52. ſect. 5. num. 2. Cord. lib. 1. qq. q. 23. requiritur enim tale opus, vt conditio neceſſaria ad indulgentiam Nau. not. 39. num. 4. Quod ſi ad tale opus perficiendum tempus iniunctum iam præteritum ſit, permutari poteſt in aliud pium opus, ſi ea permutatio ſit in Bulla conceſſa, Vgol. de pot. Epiſc. c. 41. parag. 3 num 5. vers. quoad 3. quæſt. Roder. in ſum. p. 1. c. 184. num. 12. Pueri, & adoleſcentes tenentur ad ieiunia indicta per Iubilæum, alioqui non lucrantur. Azor. p. 1. lib. 7. c. 17. q. 3. Poteſt tamen ieiunium in alia opera pia commutari, id enim conceditur in Bulla Iubilæi P. lugo de pœnit. diſp. 27. num. 118. vbi de confeſſionem, & communione docet commutari non poſſe, niſi Bulla id exprimat.

30 Conceſſo aliquo priuilegio, vt dicta vna miſſa liberetur anima à Purgatorio, ſufficit qualibet miſſa, ſiue de Sancto, ſiue de feria Si autem requiratur miſſa de Requiem, hæc neceſſariò dicenda eſt; alioqui quoad indulgentiam nihil defuncto proderit. Roder. de regul. to. 2. q. 86. ar. 4. Nau. de pœnit. & remis. cons. 39. Indulgentiæ enim ſunt ſtricti iuris ſaltem quoad tenorem, modum, & perſonam, quia ſtandum eſt proprietati verborum Cord. vbi ſupra q. 10. ad primum Nau. not. 8. & tantum valent quantum ſonant, & non plus Cord q. 22. & com.

31 Iubilæum, quod ita conceditur, vt intra duas hebdomadas obtineatur, conſiderata ordinaria forma, ſub qua concedi ſolet, videlicet, qui prima, vel ſecunda hebdomada poſt publicationem, &c. non poteſt niſi ſemel obtineri, prima videlicet, vel ſecunda hebdomada Suar. de relig. to. 2. trac. 6. lib. 6. c. 16. in fi. Lugo de pœn t. diſp. 27 ſect. 7. num. 121. contra Henriq. de pœnit. lib. 3. c. 16 num. 3. & de indulg. lib. 7. c. 11. initio cuius opinionem tenuerunt etiam Roder. in ſum. lib. 1. c. 184. nu. 12. Molſeſius in ſum. trac. 7 c. 16. nu. 46. Immo, qui prima hebdomada ieiunat, & in ſecunda reliqua præſtat nihil facit; omnia enim requiſita præſtanda ſunt eadem hebdomada, & communio omnino facienda die Dominico, iuxta tenorem Bullæ; niſi in Bulla dicatur, ſaltem die Dominico; tunc enim ſatisfacit communicando qualibet die eius hebdomadæ Lugo de pœnit. diſp. 27. nu 105. Contrariũ docet Sanch. in ſum. lib 4. c. 5. nu. 29. totũ videlicet tẽpus quindecim dierũ eſſe vtile, & Nald in ſum. ver. Indulgẽtia docet poſſe diuidi opera partem in prima hebdomada, & partem in ſecunda abſq; confeſſarij conceſſione, & ſic reſpondiſſe Patres Pœnitẽtiariæ Rom. & Illuſtriſs. Vrbis Gubernatorem. Si quis tamen in propria parochia indulgentiam nõ ſumpſit infra illas duas hebdomadas, poteſt illis elapſis, in aliena parochia, vbi tempus nondum elapſum fuit, illa ſuſcipere Vgol. de pot. Ep. c. 41. parag. 4. num. 3. & ſeq

32 Tempore Iubilæi non poſſunt moniales ſibi eligere quemcunq; Confeſſorem etiam ex approbatis, niſi ex licentia Superiorum, quibus notificandi ſunt huiuſmodi Confeſſores Molſes. vbi ſupra num. 31.

33 Indulgentiam conceſſam viſitanti certam Eccleſiam, lucratur, etiam qui extra illam, vel in Cæmeterio contiguo orant, quãdo prè multitudine populi illam ingredi nõ poteſt. Suar. diſp. 52. ſect. 1. num: 7.

34 An indulgentia plenaria, aut miſſa pro vna anima Purgatorij oblata, illa infallibiliter liberetur: Roder. de regul. to. 2. q. 80. ar. 8. Cord. lib. 5. q. 12. aſſerunt eũ, qui viuẽs neglexit pro ſuis peccatis ſatiſfacere, & immemor fuit Defunctorũ: & ſic vult viuere, vt vix cũ gratia decederet, paruã, vel minimã

partem

Digitized by Google

partem fructuum eorum participare. Hac tamen diſtinctionem ex doctrina S. Aug. impugnat Suar. de pœnit. diſp. 48. ſect. 6. num. 7. aſſerens ad participationem ſuffragiorum, nullum aliud meritum requiri in animabus Purgatorij, præter illud, quod ſufficit ad hunionem charitatis.

35 Non oportet, facientem opus Indulgentiæ, conceſſe pro defunctis eſſe in gratia Nau. noct. 17. num. 4. & noct. 22. num. 30 & de ponit. & rem conſ. 36. quia ſtatus gratiæ eſt ſolum diſpoſitio neceſſaria, in recepturo indulgentiam Suar. diſp. 53. ſect. 4. num. 5.

36 Suffragia nomine Eccleſiæ, oblatas per malos miniſtros valent, quoad vim impetrandi, non verò quoad vim ſatisfaciendi, & quoad modum ſuffragij per modum ſolutionis: quia opus eſt ſatisfactorium, quatenus pœnale: atque adeò quatenus perſonale, & proprium talis perſonæ, quæ per illud patitur. opus autem quod à miniſtris Eccleſiæ fit, relatum ad ipſam Eccleſiam, non habet rationem pœnalis operis. Suar. diſp. 48. ſect. 8. Et ſic intelligi debent Ang. ver. ſuffragium parag. 1. Silu. eo. q. 2. qui contrarium innuere videntur V. Valent. to. 4. diſp. 11. q. 1. p. 2. vbi vers. Notan. docet, vt ſuffragia defunctis proſint, oportere eſſe in gratia eum, qui tamquam principalis cauſa ea exercet; vt qui v. g. eleemoſynam per ſeruum facit, &c.

EXTREMA VNCTIO.

1 EST Sacramentum ex ſacra vnctione Olei, & praeces Sacerdotis confectum, & ad ſalutẽ mentis, & corporis ægrotantis hominis diuina inſtitutioneu ordinatum Suar to. 4. diſp. 40. ſect. 4.

2 Sacramentum eſt ipſa vnctio; res ſacramenti eſt gratia, ſantificans, & remiſſio peccatorum: res, & ſacramentum ſimul eſt ipſa hilaritas, & confertatio Suar. diſp. 41. ſect. It. in fi. vel corporis ſanitas Trid. ſeſſ. 14. c. 2. de extr. vnct.

3 Materia neceſſaria eſt oleum ab Epiſcopo conſecratum Trid. vbi ſupra c. 1. & debet eſſe oliuarum. Conc. Florent. in Decreto Eugenij S. Th. ſupp. q. 29. ar. 6. S. Ant. p. 3. tit. 14 c. 15. parag. 1. Sufficit verò oleum roſaceum, & etiam mixtum, modo non ſit tanta mixtio, vt corrumpatur olei natura: aut cõmunem vſum, & appellationem olei amittat, vt ſi vnguẽtum cenſeretur Suar. vbi ſupra ſect. 1. Vict. num. 218. S. Ant. vbi ſupra.

4 Poteſt ſimplex Sacerdos ex Papæ facultate oleum benedicere Vict. loco cit. & probabile dicit Sot. in 4. d. 23. q. 1. ar. 3. dub. vlt. Contrarium tamen docet Suar. vbi ſupra, quia, inquit, in ſubſtantiali materia non cadit diſpenſatio, & Chriſtus ex vi inſtitutionis determinauit oleum ab Epiſcopo conſecratum, quod innuunt Concilia cit. dum dicunt, oleum ab Epiſcopo conſecratum eſſe materiam, ergo totũ hoc eſt de ſubſtantia ſacramenti, & talis materia.

5 Si adhibetur oleum nõ benedictum, Vict. num. 219. vult tenere ſacramẽtũ, licèt peccet mort. Sacerdos. Communis tamen contrarium docent S. Th. vbi ſupra ar. 6. & alij relati. & probati à Suar. vbi ſupra, & ſatis apertè colligitur ex Trid. vbi ſup.

6 Secluſa Eccleſiæ prohibitione, poſſet adhiberi Chriſma ad vngendum infirmum Suar. & S. Ant. vbi ſupra.

7 Formam neceſſe eſt eſſe depræcatiuam. S. Th. vbi ſupra ar. 8. & illam ſufficere eſt de fide, Trid. & Florent. vbi ſupra. Quidam tamen vtuntur indicatiua, vt Ambroſiani, & Veneti, Suar. vbi ſupra ſect. 3. num. 4. & ſufficere pium dicit Vict. 220. Sed certè ſolum indicatiuum verbum ſine formali deprecatione non ſufficit S. Th. vbi ſupra S. Bona. in 4. diſt. 23. ar. 1. q. 4. Suar. vbi ſupra num. 7.

8 Sufficit verba, & vnctionem ſimul eſſe moraliter, ſicut in Baptiſmo Vict. num. 38. Sed Nau. c. 22. num. 12. docet verba proferenda dum vngitur.

9 Proprius Miniſter huius ſacramenti eſt Sacerdos. Sic eſſe de fide ſtatuit Concil. Trid. vbi ſupra c. 3. & can. 5.

10 Poteſt vnus Præsbyter vnam partem

tem vngere, & alius aliam; non tamen ambo circa vnum ſenſum. Immò in neceſſitate, cum timetur mors infirmi, ſic debet fieri. Suar diſp. 43. ſect. vlt. Non tamen eſſe validum ſacramentum, ſi vnus vngeret, & alter verba proferret. Idem ſect. 2. In eodem caſu neceſſitatis validè etiam, ac licitè adminiſtratur hoc ſacramentum, prolata vna totali forma ſuper omnes vnctiones: ſeruantur enim omnia eſſentialia, cum ibi ſint vnctiones quinque ſenſuum, & forma illa ſit æquiualens in ſenſu, & expreſſa ſignificatione alijs quinque partibus. Idem diſp. 41. ſect. 3. num. 7. & ſeq. ſufficit etiam eo caſu vngere vnũ oculum, vnam manum, &c. Idem diſp. 4. ſect. 2. à num. 3.

11 Sacerdote deficiente, per alium ſupplenda ommiſſa Sot. in 4. d. 23. q. 1. ar. 3. concl. 2. Silu. ver. vnctio parag. 4. Ang. eo. parag. 3.

12 Deficiente proprio Sacerdote, debet quiſquæ, Religioſo excepto, miniſtrare Vict. nu. 202. Religioſo ſufficit ratihabitio proprij, vt in viatico Silu. vbi ſup. Caiet. ver. Excom. c. 64. Sot. vbi ſupra q. 2. ar. 1. Immo in caſu neceſſitatis, quando ſcilicet, vel Parochus abeſt, vel omnino recuſat hoc ſacramentum miniſtrare; debet Religoſus id muneris præſtare Sot. vbi ſupra Suar. diſp. 44. ſectio 2. num. 4. Poteſt autem dare licentiam miniſtrandi Parochus excommunicatus, & ſuſpenſus Silu. vbi ſupra Suar. loco cit. num. 6. & de cenſur. diſp. 11 ſect. 2. num. 15 quia inquit, eſt tutius permittere, vt alter miniſtret, nec requiritur iuriſdictio in Miniſtro, ſed tantum quòd ſit Sacerdos. Quod autem de cenſur diſp. 14. ſect. 1. num. 7. dicit, Parochum excommunicatum non poſſe, vel miniſtrare, vel alteri licentiam dare, quia eſt actus iuriſdictionis, quam cum ſit priuatus, alteri communicare non poteſt, intelligi debet de excommunicato denuntiato, non tollerato V. infra Excom. refer. ver. Clem. Religioſi.

13 Dandum hoc Sacramentum poſt Euchariſtiam Catechis. Rom. p. 2. c. 6. Non eſt tamen id neceſſarium Suar. ſect. 1. cit. num. 8.

14 Miniſtrandum ſolum morti dropinquis ex morbo vel ſenectute Silu. vbi ſup. q. 5. S. Ant. p. tut. 14. c. 15. parag 6. Nau. c. 22. num 14. Et vulneratis, quia ſunt verè infirmi Tolet. de extr. vnct. c. 3. Suar. diſp. 42. ſect. 1. num. 6 Sot. vbi ſupra q. 2. ar. 1. Nau. num. 13. Roder. de regul. to. 3. q. 79. ar. 2 Non tamen expectandum, vt infirmus ſenſu, & cogitatione careat; eſſet enim inrreuerentia Sot. vbi ſupra vers. Nihilominus Suar. num. 5.

15 Dandum amentibus, ſi præceſſerunt ſigna deuotionis Nau num. 13. cit. & c. 26. num. 27. Silu vbi ſupra: aut ſi fuerunt petituri, ſi meminiſſent S. Ant. vbi ſupra. Si tamen eſſet periculum irreuerentiæ, abſtinendum Silu. & Nau. cit. Idem dic de phrenetico Sot. ubi ſupra. Perpetuò amentibus non datur Valent. to. 4. diſp. 8. q. 1. p. eſſent enim mendacium in forma cum dicitur, Quicquid deliquiſti, &c cũ non deliquerit Silu. uer. Vnctio q. 5. Nau. ubi ſupra num. 13. Tolet. c. 3. cit. num. 1.

16 Pueris non dandum, niſi ab eo tempore, quo eis datur Euchariſtia. S. Tho ſuppl. q. 32 ar. 4. Sot. ar. 2. cit. Secundum alios uerius, ſufficit ætas, qua poſſunt peccare mort. Catechiſ. Rom. p. 2. c. 6. num. 9. Conc. Prou. Mediol. 4. tit. de extr. unct. Nau. c. 22. num. 13.

17 Mulieri in partu deficienti miniſtandum Viuald. de extr. unct. num. 24. Tolet. & Roder. ubi ſupra, licet Conc. prou. Mediol. ubi ſupra contradicat.

18 Non datur damnatis ad mortem Vict. num. 124. Silu. ubi ſupra uerſ. 1. Suar, diſp. 41. ſect. 2. num. 6. Nec bellaturis, aut nauigaturis. Eſt enim hoc ſacramentum ſpecialiter inſtitutum ad roborandum hominem ob ægritudinem corporis deficientem contra tentationes: qui uerò damnatus eſt, &c. non ægrotat, ſed habet uires naturales integras.

19 Vnctio pedum, & renum non eſt de eſſentia S. Ant. ubi ſupra Sot. q. 2. cit. art. 3. Suar. d. ſect. 2. & com. Renes non ungendi mulieribus Vict num. 225. Ang. uer. Vnctio parag. 5. Nec Religioſis Sot. ubi ſupra, Mutilati ungendi in partibus proximis.

mis S. Ant. vbi ſupra Silu. q. 6. Ang. *Vict.* Sot. vbi ſupra.

10 Manus præsbyteri vngendæ exterius, iam enim vnctæ ſunt interius Viuald. vbi ſupra num. 32.

11 In dubio, an viuat ægrotus, miniſtrãdum eſt ſub conditione, ſi non es mortuus Nau. num. 13. cit. Silu. q. 5. in fi. Vict. num. 223.

12 Omittens hoc ſacramentum ex contemptu, mortaliter peccat Silu. q. 1. Caiet. in ſum ver. Vnctio Vict. num. 221. Nau. c. 22. num. 6.

13 Sufficit ſola attritio ad effectum huius ſacramenti S. Tho ſuppl. q. 30 ar. 1. ad 2. Nau. vbi ſupra Valent. to. 4. diſp. 8. q. 1. p. 3. Confert autem gratiam, ſaltem habitualem, recedente fictione Suar. diſp. 41. ſect. 1.

14 Effectus proprius huius ſacramenti eſt remiſſio peccatorum venialium S. Bon. in 4. diſt. 23. q. 1. ar. 1. & alij, quos pro prima ſententia citat Suar. vbi ſupra. Ipſe autem cum Nau. num. 13. cit. Ang. parag. 6. in fi. Silu. q. 3. S. Tho. ar. 1. cit. Val. vbi ſupra extendit etiam ad mortalia. Sed Sot. ar. 3. cit. S. Ant. vbi ſupra c. 8. & alij docent per hoc ſacramentum ſanari, & abſtergi tantum reliquias peccatorum, & cicatrices, vt pronitas ad malum, ineptitudo, & debilitas ad operandum bonum. Ex S. Tho. vbi ſupra, Vict. num. 216. Primus effectus eſt ſanatio debilitatis, & ineptitudinis, in nobis relictæ ex peccato actuali, vel originali. Secundariò vero remiſſio peccatorum, etiam mortalium. Ex Suar. vbi ſupra primo inſtitutum eſt ad ſanandam, & confortandam animam ægroti pro difficultatibus, occurrentibus in articulo mortis. Secundariò verò ad præparandam animam ad introitum gloriæ, per remotionem culparum. Aliquando etiam confert ſanitatem corporalem Vict. vbi ſupra.

15 Effectus datur, vltima vnctione peracta, non prius, S. Tho vbi ſupra ar. 3. Sot. vbi ſupra q. 1. ar. 1. & q. 2. art. 3. Suar. diſp. 41. ſect. 2. Vict. num. 227. quia non confertur gratia ante ſacramenti perfectionem; non perficitur autem hoc ſacramentum, niſi cum primum quinq; vnctiones cum quinque formalis perficiuntur. Quare non benè aſſerit S. Ant. p. 3. tit. 14. c. 15 parag. 6. recipi effectum, etiam vnicam vnctione perfecta

16 In neceſſitate ſufficit adeſſe vnum Clericum, qui reſpondeat Silu. ver. Vnctio q. 4. Immo etiam ſolus poteſt miniſtrare c. Quæſiuis de verb. ſign.

17 Iterari poteſt etiam in eadem infirmitate, quotieſqumque homo deducitur ad periculum mortis, vt cum morbus eſt diuturnus, & prius hominem conſtituit in mortis periculo, poſtea remittitur morbi vis, ita vt extra periculum conſtituat, & iterum incidit Trid. ſect. 14. c. 3. de extr. vnct. S. Tho. ſuppl. q. 33. ar. 2. Sot. ar. 3. cit. Silu. vbi ſupra q. 8. Vict. 216. Suar. diſp. 40. ſect. 4 num. 4.

O R D O.

V. Confirmatio. Matrimonium. Priuilegium. Suſpenſi ipſo iure.

1 ORDO eſt ſignaculum quoddam exterius, per quod ſpiritualis poteſtas traditur ordinato Mag. in 4. d. 24.

2 Septem ſunt ordines: quatuor minores, Oſtiariatus, Lectoratus, Exorciſtatus, & Accolytatus: Et tres maiores, Subdiaconatus, Diaconatus, & Præsbyteratus, Concil. Trid. ſect 23. c. 2. Et imprimunt charaterem; ibidem c. 4. can. 4. Eſt tamen vnum ſacramentum S. Ant. p. 3. tit. 14. c. 16 parag. 1.

3 Quatuor minores ſunt proprè ſacramenta Trid. c. 2. cit. vbi enumerantur ſeptem Ordines, tre maiores, quatuor min & c. 4 & can. 4. imprimere charaterem & can. 2. eſſet in Eccleſia Ordines maio-

res,& minores. Idem docent S.Tho.ſuppl. q. 35.ar. 2.&.q.37. art.3. Pan.in c.Coniugatus num. 3. de conuerſ. coniug. Silu. Ordo 1. q. 2. verſ. quoad 2.& Ordo 2.q. 4. Ang. ordo 1. parag. 2. S.Ant. vbi ſupra Vict. nu. 228.& com contra Sot. in d. 24. q. 1.ar.4. Nau. c. 22. num. 18. & de ſent. exc. cons. 44. num. 14. Suar. tom. 3.diſp. 16. ſect. 3. dub. 3. & alios docentes,eſſe ſacramentalia, nec imprimere characterem.

4 Prima tonſura,& Epiſcopatus ſecundum Canoniſtas, ſunt Ordines Nau. nu. 18. cit. ſecundum Theologos ſunt Officia Sot. vbi ſupra q.2. ar. 3. Mag. in 4. d. 26. S Tho. ſuppl. q. 40. ar. 5. Prima tonſura eſt diſpoſitio ad ordines S. Ant. p. 3. tit. 14.c.16.parag. 6. Silu. ordo 1.q. 1. Epiſcopatus item non eſt ordo, ſed gradus Sacerdotij S. Ant. parag. 8. Sot. vbi ſupra Alter. de ſuſpens. diſp. 10. c. 5. eſt nomen Dignitatis, & officij S. Bon. in Centiloq.ſp.53.lect. 53. in fi.

5 Materia illa eſt,per cuius traditionem confertur ordo,vt in præsbyteratu calix cũ vino,& patena cũ pane. In Diaconatu liber Euãgeliorũ &c. Valẽt. to.4.diſp 9 q.1.p.5.

6 Contractus materiæ eſt de eſſentia ordinis S. Tho ſuppl. q. 35.art. 5. ad 3. Silu. ordo 2. q. 5.dub 3.S. Ant.vbi ſup. Ang.ordo 1.parag.3. Nau. c. 22.nu. 17. & de ſacram. non iter. conſ. 3. Sot. in 4. d. 24 q. 1. ar.2. licèt Cai in ſum ver. ordinandi contrarium aſſerat, & Vict. num. 232. dicat,certum eſſe in min. ord. non requiri contactum, & probabile eſſe nec in maiorib. Quod ſi per incuriam tradatur calix cum altera tantum ſpecierum, iteranda ordinatio. De quo vide Dianam, & ab eo citatos p. 4. trac. 4. reſol. 119.

7 In minoribus ordin. ſufficit ſi Archidiaconus de mandato Epiſcopi tradat materiam, Epiſcopo proferente formam Silu. vbi ſupra dub. 1. Ang. parag. 1. & 11.

8 Sufficit,verba,& contactũ eſſe ſimul moraliter, ideſt quod poſt verba ſine multa mora fiat contactus Sot. vbi ſupra in ſi Vict. vbi ſupra Vnde valida eſt ordinatio, cum multi ſimul ordinantur, & Epiſcopus ſemel prolata forma in plurali, tradit materiam,tangendam, & ordinandi bini, vel terni, & ſic deinceps alij tangunt, interiecto aliquo tẽporis ſpatio ſic. Romæ de citum eſſe,teſtatur fornarius in trac. de Ordine c. 7. num. 5. ad ſum. Tolet.

9 Subdiaconus ſit, cum accipit calicem cum patena: Diaconus per traditionem libri Euang. nec manus impoſitio eſt de eſſentia. Præsbyter cum accipit materiam conſecrandam. Acolytus cum accipit vrceolos, & candelabrum. Exorciſta cum accipit librum exorciſmorum. Lector cum accipit librum lectionum diuinorum. Oſtiarius cum accipit claues Silu.ordo 2.q. 4. verſ. Secundum nec in ordinatione Diaconi neceſſaria eſt manus impoſitio. Epiſcopatus datur manuum impoſitione Ang. ordo 1. parag. 7. Silu. vbi ſupra verſ. 4. Non eſt autem de eſſentia vnctio capitis: quia c. vn. de ſacr. non iter. dicit, non iterandum ordinationem, ſed ſupplenda omiſſa.V. Marchin. de ord trac.2.par.7.c.2.

10 Sacerdos, qui non habuit manuum impoſitionem non poteſt audire confeſſiones Silu. vbi ſupra verſ. 3. Contrarium verius docent Sot. in 4 d. 24. q. 1. ar. 4. verſ. His non obſtantibus. Valent. to. 4. diſp. 9. q. 1. p.4. & 5.

11 Illa verba: Accipe poteſtatem remittendi peccata, non ſunt de eſſentia ſacramẽti Sot. vbi ſup.ar.4.ad arg. Valẽt. loco cit.

12 Diaconus poteſt per modum Catechiſmi exponere articulos fidei, & alia neceſſaria S. Tho. p. 3. q 67. ar. 1. ad 1. Et prædicare de licentia Epiſcopi Silu. ver. Diaconus num. 3.& 4. Nau de off delegati cõs.7.nu.3. Sot. vbi ſup. ar.3. Et ſolẽniter baptizare ex cõmiſſione Epiſcopi,vel Parochi Cai. q.67. cit.ar.1. V.ver.Baptiſmus nu. 23.

13 Subdiaconus, & Diaconus peccant mortaliter miniſtrantes ſolemniter in peccato mortali S. Tho.ſuppl.q.36.ar.5.S. Ant. vbi ſupra parag.14.Ang.clericus 8 parag.1. Silu. Clericus 1. parag. 2. in ſi Nau.de pœnit.d 6.c.1.parag Sacerdos nu.15 & de orat. c.6.nu.41. Alij tamen contra ſentiunt vt Sot. vbi ſupra ar. 4. Valent. to. 4. diſp. 3. q. 5. p. 3. & concedit Suar. to. 3. diſp. 16. ſect. 3. Niſi habeant animum diù, & frequenter miniſtrare, vel talem conſuetudinem

habeant, vt moraliter cenſeantur huiuſmodi animum habere; aut ſi adſit contemptus. In primo tamen dicto non conſentio Suar. quia ſi ſemel aut bis miniſtrare eſt tantum veniale, ergo & plureis. peccata enim venialia multiplicata, & in conſuetudinem deducta diſponunt quidem ad mortale, nunquam tamen conſtituunt mortale, & velle peccare venialiter, non eſt mortale V. Nau. c 25. num. 72.

14 Epiſcopus, & Sacerdotes exercentes actum ſui ordinis in peccato mortali, niſi ſit circa adminiſtrationem ſacramentorum, non peccant mort. ſecluſo contemptu Suar. vbi ſupra ex doctrina S. Tho. p. 3. q. 64. ar. 6. Contrarium docent S. Ant. Ang. & alij ſupra cit.

15 Verus eſt ordo datus non confirmato S. Tho. ſuppl. q. 35. ar. 4. Silu. ordo 2. q. 1. & validum Sacerdotium datum ſine inferioribus ordinibus S. Tho. ar. 5. Silu. ibidem.

16 Conſecratio in Epiſcopum eius, qui presbyter non eſt, non valet Silu. ordo 2. q. 1. S. Ant. p. 3. tit. 14. c. 16. parag. 17. in fi. glo. in c. vn. de cler. per ſalt prom. ver. ex miſericordia, & in c. Ex litteris, de exceſſ. Præl. ver. miniſterio. Contrarium docet Pan. in c. vn. cit. quia vnus character non ſupponit de neceſſitate alium. Non poteſt quidem exercere Pontificalia ſine Sacerdotio, vt in d. c. Ex litteris, tenet tamen conſecratio Ang. irregul. 1. parag. 37. Prima tamen opinio verior, quam etiam docet Alter. de ſuſp. diſp. 10. c. 5. alios referens, quia fundamentum talis conſecrationis eſt Sacerdotium.

17 Ex commiſſione Papæ poteſt presbyter dare ord min. S. Tho vbi ſupra q. 38. ar. 1. ad 3. & com Immo, & ſacros ſecundum Pan. Innoc. & alios in c. Quanto de conſuetud. Ang. ordo 2. parag. 2. Roder. in ſum. p. 2. c 13. num. 9. Negant alij vt S. Tho. loc. cit. Nau. de priuil. cons. 14. Sot. in 4. d. 25. q. 1. ar. 1 ad 2. Vict. num. 237. aſſerit ſe vidiſſe Bullam ad Abbates Ciſtercienſes vt poſſint conferre Subdiaconatum: negat tamen poſſe committi collationem Sacerdotij. De Bulla prædicta meminit Nau. cons. cit. initio. Reuocata tamen cenſetur per Trid. & Greg. XIII.

18 Minores ordines dant Abbates mitrati de iure. De conſuetudine verò Cardinales presbyteri. De Abbatibus eſt caſus in c. Quoniam diſt. 19. & c. Cum contingat de æta. & qual. De Cardinalibus aſſerunt Sot. ar. 1. cit. verſ. Abbatibus, Silu. ordo 3. q. 2. Abbas iure ſuo conferre poteſt ſuis ſubditis c. Pſalmiſta diſt. 23. Glo. in d. c. Cum contingat, ver. Abbate.

19 Hermaphroditus, ſi præualet ſexus virilis, recipit characterem, non tamen executionem. Si verò æquè incaleſcat, non recipit characterem S. Ant. p. 3. tit. 28. c. 6. parag. 5. Silu. ver. hermaprod. Nau. in man. c. 27. num. 203. & de regular. conſil. 47.

20 Pueri ordinatio, etiam ante vſum rationis, tenet S. Tho. vbi ſupra q. 39. ar. 2. Sot. in 4. d. 25. q. 1. ar. 2. Vict. num. 239. ætatis enim defectus characterem non impedit Pan. in c. Vel non eſt compos, de temp. ord. Silu. ver. ætas. q. 1. verſ. 3 & ordo 4. q. 1. Non tamen tenetur ad caſtitatem Piſanel. ordo 1. parag. 9. Imol. in Clem. Generalem de æta. & qual. & ibi Anchar. in fi. Sot. vbi ſupra Toler. verò lib. 1. c. 55. docet teneri, ſi pubes factus non reclamet. & Glo. in c. 1. de cler. per ſalt. prom. abſoluiè dicit teneri. Sanchez de matr. lib. 7. diſp. 30. multis relatis docet ordinatum ad ſacros, ſiue ante vſum rationis, ſiue poſt ante pubertatem, poſſe reſilire, & matrimonium legitimè contrahere, ſi ordine vti noluit: quia ſola caſtitas ordini annexa poterat impedire, at nulla ratione tenetur ad caſtitatem cum abſq; omni prorſus voluntate ſit ſacris initiatus. Dandam verò huiuſmodi infanti, cum fuerit ſui compos optionem velit nè reſilire, an in ordine permanere. Quòd ſi poſt legitimam ætatem verbo vel facto ratificet vtendo ordine ſacro, non poterit amplius reſilire.

21 Ordinatio per vim non tenet, ſecus ſi per metum Ang. ordo 5. num. 25. Silu. ordo 4. q. 1. Quod ſi per metum cadentem

in con-

in conſtanem, non tenebitur ad caſtitatem, cum continentia non debeatur, niſi voluntariè aſſumpta c. Ante triennium diſt. 31. & c. Præſens 19. q. 3. & votum non ſolum tacitum, ſed etiam expreſſum per huiuſmodi metum emiſſum irritum eſt, c. Prælatum de his, quæ vi Ang. loc. cit. Nau. c. 22. num. 51. & de h s, quæ vi conſ. 3. & dub. ſeq. licet Silu. vbi ſupra, & Piſanel. ver. ordinatus 1. parag. 6. limitent ad vxoratum, non autem ad ſolutum. Et poteſt ſine vlla diſpenſatione ad nuptias tranſire; niſi vel ſemel vſus fuerit ordine ſacro Sanch. in ſum. lib. 4. c. 3. & de matr. lib. 7. diſp. 29. à num. 5. ad 10. Quòd ſi ceſſante metu vel ſemel exercuerit, non poterit reſilire Sanchez l b. 4. ſum. c. 3. num. 19. alioqui poteſt ſine diſpenſatione vxorem ducere, ibidem.

22 Coniugatus poteſt ordinari vxore conſentiente, facta thori ſeparatione, & continentiam vouente, aut ſi iuuenis, & ſuſpecta, profitente religionem, cap. coniugatus de conuers. coniug. vbi Pan. num. 5. Silu. ver diuortium q. 17. requiritur autem in muliere ætas ſexaginta annorũ ad hoc vt vir ordinari poſſit, vtroque in ſæculo remanente Ricc. p. 2. deciſ. 234.

23 Ad primam tonſuram requiritur vt fidei rudimenta, legere, & ſcribere nouerint Trid. ſeſſ. 23. c. 4. Ad minores vt ſaltem latinam linguam intelligant c 11 Ad ſubdiaconatum, & Diaconatum, quæ ad ordinem exercendum pertinent. c. 13. Ad Præsbyteratum poſſe docere ad ſalutem neceſſaria, & ad miniſtranda ſacramenta c. 14.

24 Ad primam Tonſuram, & quatuor minores ordines requiruntur Septem anni completi glo. in c. Deijs diſt. 25. Ad Acolytatum 12. c. In ſingulis diſt. 27. Silu. ver. Aetas parag. 2. Nec poteſt Epiſcopus circa ætatem diſpenſare c. Nullus de temp. ord. in 6. Ad ſubdiaconatũ requiruntur 22. Ad Diaconatũ 23. Ad Præsbyteratum 25. Trid. vbi ſupra c. 12. Sufficit autem annus in ceptus, Glo. in Clem. generalem, de ætã. & qual. Pan. in c. Cum in cunctis, de elect. num. 5. Felin. in c. Cum vigeſimum de off. deleg. num. 7. Silu. vbi ſupra num. 4. In epiſcopo requiruntur triginta annor. completi c. Cum in cunctis elect.

25 Epiſcopus conferre non poteſt ordinem, quem non habet: vt ſi ordinatus ſit præsbyter omiſſo diaconatu. conferre non poteſt Diaconatum Silu. Ordo 2 q. 1.

26 Exorciſtæ munus eſt manus imponere ſuper energumenos c. In ſingulis d. 77.

27 Actus minorum ord. poteſt facere carens ordine, ex generali vſu Eccleſiæ Silu. ordo 5. q. 8. S. Tho ſuppl q. 37. ar. 4 ad 9. S. Ant. p. 3. tit. 14. c. 16. parag. 9. De quarto

28 Acolytus poteſt cantare Epiſtolam, ſed ſine ſolemnitate. Idem ſine veſtibus c. Vt quiſque de vit. & hon. cler.

29 Datur prima Tonſura quouis die. Minores Dominicis, & Feſtis diebus, modò non ſint tot ordinandi, vt videatur ordinatio generalis, c. De eo. de temp. ord. Silu. Ordo 2. q. 6. Ang. ordo 4. initio. Epiſcopatus Dominicis diebus c. Quod die diſt. 75. Quinimo de rigore iuris non videtur prohibitum quacunq; die minores ordines conferre c. Quando diſt. 75. Ita Marchin. de ord. trac. 1. p. 7. c. 5. num 6.

30 Ordines non poſſunt dari à prandio. Si tamen conferantur, tenent Ang. vbi ſupra parag. 5. Silu vbi ſupra q. 4. Poſſunt verò dari eodem die omnes minores, ſed non cum ſubdiaconatu, niſi ſit conſuetudo Ang. ordo 6. parag. 2. Silu. vbi ſup. q. 7. verſ. 3. V. glo. in c. Cum ff. de eo, qui furt ord ſuſc.

31 Concilium Trid. non tollit conſuetudinem, ſi alicubi eſt, accipiendi eodem die minores ordines, & Subdiaconatum Nau. c. 25. nu. 71. & c. 27. num. 241. Sayr. de cenſur. lib. 7. c. 10. num. 26. Roder. in ſum. lib. 1. c. 16. num. 3.

32 Miſſam in minor. ord. volunt eſſe de ſubſtantia conſecrationis Ang. & Silu. vbi ſupra Negant verò glo. in c. Quod ſicut parag. ſuper eo, de elect. ver. diuidatur vbi Pan. num. 12. & in c. Literas de temp. ord. num. 3. vers. Quæro.

33 In dubio an omiſſum ſit aliquid de ſubſtantia, totum iterandum Innoc. in c. Præsbyter de ſacr. non iter. Ang. ordo 2.

parag. 10. S. Ant. vbi ſupra parag 5. Silu. ord. 2. q 10.

34 Si Epiſcopus ordinans deficit, pergat alter ab eo loco, vbi deſijt: niſi ſit aliquam cohærentia, vt vnctio, & oratio; tunc enim vtrumq; ſupplendum, aut niſi actus ſit vnus vt in forma Euchariſtiæ, & Baptiſmi, cum vtraque integra ab vno proferenda ſit Silu vbi ſupra q. vlt. Ang parag. 13. S. Ant. vbi ſupra.

35 Poteſt Epiſcopus ordinare, non ſubditum de licentia eius Epiſcopi; aut Vicarij generalis eo abſente; aut Capituli Sede vac. c. Cum nullus de temp ord. in 6. Nõ poteſt tamen Capitulum concedere dimiſſorias infra annum à die vacationis; niſi ratione beneficij, recepti, ſiue recipiendi arctatus fuerit: tenet tamen ordinatio. Sed ſic ordinati in maioribus & ſacris, ſuſpenſi ſunt ab beneplacitũ futuri Epiſcopi: In minoribus verò non gaudent priuilegio Clericali; & Capitulum interdicitur Trid. ſeſſ. 7. c. 10. de refor. Quis autem dicatur arctatus, Vide Monet. de commut. vlt. vol. c. 10 a num. 164. ad 184.

36 Stola vtitur Sacerdos in omnĩ oratione ſolemni, & ſacramentorum adminiſtratione: & Epiſcopus, dum confer primam tonſuram S. Ant. vbi ſupra parag. 10. Silu. ver. Sacerdos vers. 4. Ang eo. parag. 4.

37 Ordinatus in ſacris tenetur ad continentiam c. 1. de Cler. coniug. & c. 1. c. Si quis eorum, & c. erubeſcant diſt. 32. Niſi ordinatus ſit metu iuſto, vt ſupra num. 21 Si huiuſmodi ordinatus in ipſa promotione habuit expreſſam intentionem non ſe obligandi ad continentiam; peccauit mort. contra præceptum Eccleſiæ in re graui; non tamen tenetur continere ex vi voti, ad quod requiritur conſenſus ipſius voventis Sic pluribus citatis docet Sanchez de matr. lib 7. diſp. 27. num. 18. aſſerens contrariam ſententiam pertinere ad forum exterius.

38 Ordinatus, non conſentiente Vxore caret executione Silu. vbi ſupra verſ 3. Nau. c. 22. num 52.

39 Epiſcopus eiuſuè miniſter nihil accipere poſſunt, etiam ſponte oblatum pro ordinatione, aut literis dimiſſorijs, aut ſigillo. Notarius verò carens ſtipendio, poteſt vbi non eſt conſuetudo nihil recipiendi, accipere decimam partem aurei. modo Epiſcopo ex hoc Notarij commodo nihil emolumenti directè, vel indirectè proueniat. Conc. Trid. ſeſſ. 21. c. 1. de refor.

40 Poteſt Epiſcopus ordinare ſuum per triennium familiarem, non ſubditum ſi ſtatim ei beneficium conferat Trid. ſeſſ. 23 c. 9 de refor. Collatio verò beneficij concurrere debet cum ipſa collatione ordinis. Quaranta ver. Ordo, verſ. limita. Paris de reſign. ben. lib. 4. q. 2. num. 94. Ricc. p. 2. decis. 182. Non poteſt tamen cum eo diſpenſare, ſi ſit illegitimus Nau. de temp. ord. cons. 28. Nec ſuper interſtitijs. Idem cons. 27. eo: tit. Quis dicatur familiaris, vide c. fin. de verb. ſign in 6. & ibi Anchar.

41 In materia fauorabili nomine Sacerdotis venit etiam Subdiaconus, Ang. ver. Sacerdos parag. 1. Silu. eo. in princ. Pan. in c. Si quiſquam, de cohab. cler. & mul.

42 Subditos Epiſcopi manifeſtè ſuſpenſi ab ordinatione, quia alienos ordinauit, ordinare poterunt vicini Epiſcopi c Eos de temp. ord. in 6.

43 Epiſcopus ordinare non poteſt eo die, quo conſecratur c. Quod ſicut, parag. ſuper eo, de elect. factum tamen tenet Pan. ibi.

44 Non eſt quis ordinandus ad ſacros ſine ſufficienti, beneficio, aut penſione aut patrimonio, quod alienare non poſſit, niſi de licentia Epiſcopi, cum aliunde habuerit, vndè viuat. Nec beneficium reſignare, niſi facta mentione, quod ad illius titulum ſit ordinatus: alioqui reſignatio nulla ſit. Concil. Trid. ſeſſ. 21. c. 2. de refor de quo Sanchez de matr. lib. 6. diſp. 32. num. 7. & ſeq. Anchar. in c. Tuis de bræben. in fi. Si tamen notorium eſſet beneficium poſtea adeptum eſſe ſufficiens, poſſet ſine licentia Epiſcopi alienare patrimonium Vgol. de pot. Ep. c. 16. parag. 13. Idem ego dicerẽ de reſignatione beneficij,

ſi hære-

ſi hæreditas illi poſtea delata eſſet ſufficiens. Falsò autem aſſerit Nau. de hor. can. c. 21. num. 11. habentem beneficium licèt modicum, poſſe ſine alio patrimonio ad Sacros promoueri.

45 Donatio ad ſuſcipiendos ordines ſacros, mortuo donatario ante ſuſceptionem, tranſmittitur ad hæredes Ricc. p. 3. decis 80. niſi aliud in ipſa donatione dictum ſit. V. ver. Donatio num. 25. & ver. Peculium.

46 Poteſt quis ordinari ad titulum perpetui ſeruitij in aliqua Eccleſia, ex cuius Maſſe communis fructibus participat Sixtus V. vt teſtatur. Quaranta ver. Ordo, vers. Accepi. V. Zgol vbi ſuprà parag. 8. num. 6. Nicol. Garzia de benef. p. 2. c. 5. num. 73. & ſeqq Marchin. de ordin. trac. 2. p. 6. c 5.

47 Epiſcopus ordinans ſine titulo, aut minus ſufficienti, aut nullo, tenetur de ſuo alimentare, c. Non licet de præb. in ant. & c. Si Epiſcopus eo. in 6. & ad item tenetur Succeſſor. c. Accepimus de æta. & qual. Niſi ille habeat ſufficiens patrimonium. c Tuis. & c. Epiſcopus de præben. Quarant. vbi ſupra vers. Quia hæc conſtitutio. Vide ibi. Nempè hoc ipſo videtur tacitè ordinatus ad patrimonium, ita vt illi deficiat actio contra Epiſcopum glo. in d. c. Si Epiſcopus Alter de ſuſpens. q. 10. c. 3. vers. Quæret aliquis. Vbi autem tenetur Epiſcopus præſtare alimenta; an teneatur ſic ordinatus illa recipere in domo Epiſcopi, an in propria V. Anchar. in d. c. Si Epiſcopus num. 3.

48 Epiſcopus ordinans eum, qui fictè patrimonium recepit, vt ad ordines promoueretur data fide ſtatim teſtituendi, ſi bona fide ordinauit, non tenetur ad alimenta, licèt taliter promotus teneatur patrimonium illud reſtituere, cum ea non fuerit vera donatio Sanch. de matr. lib. 6. diſp. 32. num. 8. contra Roder. in ſum. to. 2. c. 15. num. 5 & alios tenentes, huiuſmodi patrimonium non eſſe reſtituendum.

49 Ordinans cum intentione diſpenſandi eo ipſo diſpenſat. Immò ſi ſcienter ordinat indigentem diſpenſatione, eo ipſo cenſetur diſpenſare Silu. ver. Diſpenſatio q. vlt. Ang. eo. parag. 12. V. ver. diſpenſatio in lege num. 70.

50 Mortaliter peccat ordinans energumenum, aut comitiali morbo laborantem; aut paralyticum, aut deformi vultu notabiliter Nau. c. 25. num. 72.

51 Illegitimus eſt prohibitus etiam à prima tonſura, quia ſecundum canones eſt ordo Sayr. de cenſur. lib. 6. c. 1. num. 19. Sed contrarium puto verius, quia c. 1. de fil. præsb. in ant. & c. 1. eo. in 6. loquuntur tantum de minoribus. Sic etiam docent Silu. ver. irregularitas q. 20. Ang. eo. parag. 52. Nau. c. 27. num. 201. & quia ſecundum Theologos, prima tonſura non eſt ordo. Fauet etiam Trid. ſeſſ. 23. c. 4. de refor. vbi requiſitis in initiando prima tonſura, nihil de natalibus dicit. quod tamen c. 5. omnino requirit in promouendo ad min. ord.

52 Excommunicatus, aut ab excommunicato ordinatus cum probabili ignorantia excommunicationis, non impeditur ab executione, c. Ad Apoſtolicæ de cler. excom. min. Pan. in c. Veritatis de dol. & cont. num. 46. & in c. Ad probandum de re iud. num. 15. vbi Fel. num. 3. Sayr. de cenſur. lib. 2. c. 1. num. 13. Silu. vbi ſupra q. 13. Sanch. de matr. lib. 3. diſp 12. nu. 35.

53 Qui gradum Doctoratus habet, vel probationes facit, vt conſequatur, non habens patrimonium, vel beneficium, poteſt ordinari ad ſacros. neq; id videtur contra Conc. Trid. ſeſſ. 21. c. 2. habebit enim vndè viuat: quare ratio Concilij, ne cogatur mendicare ceſſat Cord. in ſum. q. 36. & alijquos refert. & in iam graduato concedit etiam Roder. in ſum. p. 2. c. 15. num. 13. At Cong. Trid. ſtatuit, omninò requiri beneficium, aut patrimonium; & ſatis colligitur ex Trid. ibi. Quamuis aliàs ſit idoneus moribus, ſcientia, &c. Nec attenditur induſtria, & operæ, propter fragilitatem humanæ potentiæ, quæ variatur ex tempore, ſed an habeat vndè ex redditibus viuere poſſit Rota decis-

ſi beneficium eſſet in vna Diœceſi, ſed eſſe ſubditus alteri Epiſcopo; niſi eſſet ſubiectus etiam quoad iura epiſcopalia ita vt hoc caſu ad illum ſpectet dare licentiam, vt ait Gemin in d. c. Cum nullus non ad illum in cuius Diœceſi ſitum eſt beneficium. Tertiò intellige niſi beneficium conferatur in fraudem Franc. in d. c. Cum nullus num. 3. glo. in c. Eos qui de temp. ord. in 6. ver. figmentum. V. Barbos d. alleg. 4. num. 52.

58 Interſtitiis quæ ab vno ad alium ordinem ſeruanda ſunt ex præſcripto Conc. Trid. ſeſſ. 23. c. 11. & ſeq. de refor. intelliguntur de anno, vt ex Conc. cit. rectè aduertit Roder de regul to. 3 q. 24. ar. 8. ſufficit verò elapſa eſſe quatuor anni tempora, licet non ſit completus menſis duodecimus Cong. Conc. ex mente Papæ. Ad diſpenſandũ verò in interſtitiis à poſtremo min. ad Subdiaconatum, & à Diaconatu ad Præsbyteratum requiritur neceſſitas, vel vtilitas Eccleſiæ: à Subdiaconatu verò ad Diaconatum relinquitur iudicio Epiſcopi Trid. vbi ſupra c. 11. & 14. & idem in min. ord. Neceſſitatem intellige, quando non adſunt alij, qui ordinari poſſint, & velint, & Eccleſia indiget miniſtris, quia deficiunt idonei. Vtilitatem verò, quando, licèt adſint idonei, Eccleſia tamen pluribus indiget S. Ant. p. 3. tit. 14. c. 16. in fine Roder. vbi ſupra ar. 7.

59 Ordinatus ab vno citra Papam, poteſt ab alio ordinari, etiam illo irrequiſito, Paſ. in c. Cum in diſtribuendis in fi. de tē. ord. V. annot. ad Cappell. Tholo. deciſ. 293. Mandos. in rubr. ad reg. Cācell. q. 3. num. 9 quicquid in contrarium dicant Molfes. vbi ſupra num. 10. Ricc. in praxi. decis. 306. V. Domicilium.

60 Validus eſt Ordo datus v. g. excommunicato, licèt Epiſcopus prius proteſtatus fuerit, ſe non intendere ordines conferre excommunicatis: quia facto ipſo particulari ſimpliciter vult conferre ordines, & recedit à generali conditione. Alter. de excom lib. 4. diſp. 5. c. vlt. circa fi. Contrarium docet Nau. de eo, qui furt. ord. ſuſc. conſ. 1. dicens id verum eſſe ſi Epiſcopus verè intendebat ordinem conferre huiuſmodi excommunicato. V. etiam Sayr de cenſur. lib. 7. c. 10. num. 38. Barbos negantem ad c. 1. de eo qui furt. ord. ſuſce. num. 1. Salzed. & Rebuff. ab eo cit. in prax benef. de Cler. ad ſacr. Ord. malè prom.

61 Dimiſſorias ad ordines dare non poteſt Vicarius generalis Epiſcopi, niſi habeat ſpeciale mandatum, aut Epiſcopus ſit in remotis c. Cũ nullus parag. Epiſcopo de temp. ord. in 6. Dicitur autem eſſe in remotis, cum eſt extra prouinciam, aut duas dietas: arbitrabitur autem iudex, glo in dicto parag Epiſcopo. Aut niſi ſit conſtitus à Papa: aut niſi habeat ſpecificata aliqua maiora, quam ſit licentias huiuſmodi concedere Mandos in reg. q. 6.

62 Dimiſſoriæ literæ requiruntur in promouendo ad Sacros ab alieno Epiſcopo, etiam ſi eſſet perſona cognita, & eius qualitates ſupponantur; requiruntur enim pro forma per Bull. Pij II. Cum ex ſacrorum Quarant. ver. Ord. vers. Amplia hanc extrau. V. Nau. de temp. ord. conſ. 32. in nou. Contrarium alijs cit. docet Gratian. diſcep. for. c. 430. quando eſt perſona cognita. Idem glo. in c. 2. ver. examinatur. diſt. 26. per tex. in c. de Petro, & ibi glo. ver. ignota diſt. 47. vbi Barbos. alios referens.

63 Epiſcopo ordinanti reſpondet Archidiaconus, ſcio illum eſſe dignum, quantum humana fragilitas noſſe ſinit: modò contra conſcientiam non loquatur: cum illum, quem indignum eſſe non nouit, dignum debeat æſtimare c. vn. de ſerut. in ord. fac.

64 Poſſe Regulares virtute Priuilegiorum ordinari extra tempora, pluribus docet Diana p. 3. tract. 2. reſol. 31. vbi multis citatis docet id poſſe Epiſcopum ſine vllo ſcrupulo. V. & Marchinum de Ordine trac. 1. p. 7. c. 7.

65 Inquiſitus, & in totum per ſententiam liberatus, licet deprauatis medijs cauſam vicerit, poteſt ordinari, cum adhuc delictum dicatur occultum Ricc. p. 3 decis. 196. et poteſt Epiſcopus in ea irregularitate diſpenſare per Concil. Trid. ſeſſ. 24. c. 6.

ſine interuentu Parochi Trid. ſeſſ. 24. c. 1. de reform. matr. Bellarm. lib. 1. de matr. c. 7. & ſeq. Roder. in ſum. p. 1. c. 16. num. 3: dicens, temerariam eſſe ſententiam aſſerentium miniſtrum huius ſacramenti eſſe parochum. Valent. to. 4. diſp. 10. q. 1. p. 6. docens, Parochum eſſe tantum de perfectione accidentali, non autem eſſentiali. & in reſp. ad vlt. docet, præſentiam parochi non requiri à concilio, tamquam de eſſentia ſacramenti, ſed tamquam conditionem neceſſariam. V. Suar. to. 3. diſp. 24. ſect. 6. in fi. & Vgol. de pot. Ep. c. 15. parag. 10. num. 8. docet Parochum interuenire tamquam teſtem: quoad ceremonias verò tamquam miniſtrum.

6 Matrimonium ratum, nondum per copulam conſumatum eſt verum ſacramentum, & ſignificat vnionem Chriſti cum anima per gratiam, quæ quoniam per peccatum amitti poteſt, ideò non eſt omnino indiſſolubile. Nam profeſſionem in religione approbata diſſoluitur. Conſumatum verò ſignificat Verbi cum natura humana, & Chriſti cum Eccleſia vnionem indiſſolubilem, & ideò quoad vinculum numquam diſſolui poteſt Felin. alijs relatis conſil. 26. verſ. Sed hoc omiſſo. Pan. in c. Ex publico de conuerſ. coniug. num. 14.

7 Prouenit autem ea indiſſolubilitas non ex iure naturæ: Nam ante legem Euangelicam poterat per repudium diſſolui: ius autem naturæ ſemper manet immutatum, & idem apud omnes, & omni tempore. Nec ex ratione ſacramenti; quia matrimonium, vt ſacramentum, non habet effectum indelebilem, vt charactérem; nec ſignificationem vinculi indiſſolubilis; Nam ratum matrimonium eſt verum ſacramentum, & tamen diſſolui poteſt: Sed prouenit ratione Significationis vinculi indiſſolubilis inter Chriſtum, & Eccleſiam per carnem aſſumptam; quia ſcilicet Chriſtus illud euexit ad eam indiſſolubilitatem ſignificandam. ideò enim ratum eſt diſſolubile, propter huius ſignificationis defectum.

8 Internus conſenſus eſt neceſſarius; vnde ſolus externus non ſufficit ad matrimonium S. Tho ſuppl. q. 45. ar. 4. Sed nec ſolus internus ſufficit, ſed neceſſarius eſt externus c. Cum apud, & c. Tuæ, de ſponſal. & c. Licet de ſpons. duor. S. Tho. loc. cit. Couar. in 4. p. 2. c. 2. num. 4. Sed conſenſus externus neceſſarius eſt quoad Eccleſiam: Nam ſolus internus facit matrimonium d. c. Tuæ. Sufficit autem conſenſum nutibus, ſcriptura, aut alijs ſignis æquipollentibus exprimere S. Tho. vbi ſupra ar. 2. ad 2 Nau. c. 22. num. 2. per d. c. Cum apud, & c. Tuæ Silu. matr. 2. q. 7. Sot. in 4. d. 27. q. 1. ar. 3. verſ. Ex huiuſmodi autem Sanchez de matr. lib. 2. diſp. 31. Vnde ſufficit taciturnitas puellæ in præſentia Patris, pro ea cōtrahētis, c. vn. parag. vlt. de deſp. impub. in 6. S. Tho. ar. 2. cit. ad 3. Nau. d. num. 20. Cou. nu. 4. Niſi taceat ex metu reuerentiali, cum matrimonium eſt præiudiciale filio, vt ſi ducturus ſit indignā: Sanch lib. 4. diſp. 6. nu. 37. Item ſecundū Sot. ar 3. cit. & Vict. num. 253. ſufficit, ſi alio affirmante ipſam conſentire, non contradicat. Sed hoc communiter reprobant alij, id concedentes reſpectu Patris, & matris, ſic Pan. in c. Nonne de præſump. nu. 1. & ibi Fel. nu. 8. S. Ant. p. 3. tit. 1. c. 2. ante parag. in fi. Ang. ver. Sponſalia parag. 4. Silu. eo. q. 2. dicto 5. Sanchez lib. 1. diſp. 33. nu. 7. & alij plures ibi citati. In valentibus loqui non ſufficere nutus, &c. Sed neceſſaria eſſe verba docent Glo. in d. c. Cum apud, & c. Tuæ, & alij quos refert Sanch. lib. 2. diſp. 31. num: 1. qui tamen num. 3. cum Doct initio cit. multis probat ſufficere nutus, &c. etiam in his, qui loqui poſſunt.

9 Etiam ſi Sacerdos prohibitus ſit aliquos coniungere; aut per vim cōpulſus, modò ad ſit cum teſtibus, & intelligat quæ dicuntur, tenet matrimonium, licet, Sacerdos taceat: Neque enim eſt de eſſentia matrimonij, vt Parochus aliqua verba proferat. Adhibitus verò cenſetur Parochus, etiam ſi ex alia cauſa ſit vocatus, modò ſit adhibitus ad illum actum Congreg. Concilij. Roder. in ſum. p. 1. c. 217. num. 30. Nau. de cland deſp. cons. 2. Sanchez lib. 3. diſp. 39. Peccant tamen mort

contrahentes coram Parocho vi detento: aut caſu ibi tranſeunte, vel dolo ad aliud vocato, quia nõ contrahunt auctoritate Eccleſiæ Sanchez ibidem num. 13.

10 Matrimonium per procuratorem tenet; modò habeat ſpeciale mandatum, & de certa perſona, & mandatum non fuerit reuocatum re integra, etiam procuratore ignorante, c. fi. de procur. in 6. Ang. matrim. 2. parag. 18. Silu. matr. 5. q. 7. Couar. vbi ſupra num. 8. Sanchez lib. 2. diſp. 11. num. 6. Quid ſi mandans intendens contrahere cum Maria in mandato dicat cum Martha, & poſtea publicè reuocet, aſſerendo ſe erraſſe poſtea verò ſciens procuratorem cum Maria contraxiſſe ſponſalia, ratum habeat? tenet. Quid ſi Maria ſciens reuocationem nolit amplius contrahere? Dic quod ſi illa poſt ratihabitionem pro ſponſa ſe geſſit, non poteſt retrocedere. ſic multis probat Anchar. in c. Ratihabitionem de reg. iur. in 6.

11 Validum item eſt matrimonium contractum per literas, & per nuntium Doct. cit. Pan. in c. Ex parte de conuerſ. coniug. num. 2. Sanchez lib. 2. diſp. 12.

12 In dubio an legitimum ſit matrimonium, non diſſoluendum c. Licet ex quadam de teſtib. Ang. ver. dubium in fi. Silu. eo. q. 5. verſ. 2. Nau. de conuerſ. coniug. cons. 15.

13 Ad matrimonij conſummationem requiritur viri ſeminatio intra vas, licet id non rumpatur Sot. in 4. d. 27. q. 1. ar. 4. Silu. matr. 8 q. 15. dicto 2. Cord. in ſum. q. 178. S. Ant. p. 3. tit. 1. c. 11. ante parag. Sanch. lib. 2. diſp. 21. num. 2. Non eſt tamen neceſſaria vtriuſq; ſeminis commixtio, ideſt quòd fœmina ſeminet S. Tho. p. 3. q. 3. ar. 5. ad 3. & præter Doct. cit. aſſerunt Nau. de frig. & mal. cons. 2. num. 13. Pan. in c. Fraternitatis, de eo, qui cog. conſ. ux. in fi. licet alij ut Graff. lib. 1. p. 2. cap. 12. num. 67. Cai. 2. 2. q. 154. ar. 12. parag. vlt. Sanchez vbi ſupra num. 12. contrarium ſentiant. V Dianam, & ab eo cit. p. 4. trac. 2. reſol. 43.

14 In matrimonio ſolum rato, altero profeſſo religionem, alter poteſt cotrahere c. Verum, & c. Ex parte 2. de conuerſ. coniug. & ibi Pan. Conc. Trid. ſeſſ. 24 c. 6. de refor. matr. Sufficit autem profiteri religionem, in qua promittuntur tria ſubſtantialia uota, ut eſt Melitenſis Nau. de côuerſ. coniug. cons 2. Cord. in ſum. q. 178. Sanchez lib. 2. diſp. 18. num. 8. Et mulieres tertij ord. S. Franciſci, quæ collegialiter viuunt, & profitentur tria vota Ang. matr. 4. parag. 18. & declarauit Sixtus V. vt refert Sanchez loc. cit. num. 4. Idem docet Sot. de iuſt. lib. 7. q. 5. ar. 3. & in 4. d. 27. q. 1. ar. 4. Non verò Heremitæ; niſi ſint Camaldulenſes Fel. in c. Nullus Iudicum de for. comp. num. 7. & ſeq. & in Indice, ver. Heremitica vita. glo. in c. Scripſit Nobis ver. ſolitudinem 27. q. 2. Sanchez nu. 5. V. Anchar. cons. 209. Vbi quando mulier licet traducta ad domum viri, non præſumatur cognita, & conſequenter poſſit fieri religioſa, & vir ad ſecunda vota tranſire.

15 Papa poteſt in rato tantum, glo in c. Ex vnico de conuerſ. coniug. & ibi Pan nu. 14. & q. 7. Fel. in c. Quæ in Eccleſiarum de conſt. nu. 16. S. Ant. p. 3 tit 1. c. 21. parag. 3. Ang. matr 4. in prin. Silu. ver. diuortium q. 4. Nau. c. 22. nu. 21. & de Frig. & mal. cons. 1. nu. 4. Caiet to. 1. opuſc. trac. 28. q. 1. in fi. fusè Sanchez lib. 2. diſp. 14. vbi multos in contrarium refert. Intellige tamen ſi adſit iuſta cauſa, vt præter Doct. cit. aſſerit Couar. in 4. p. 2. c. 6. parag. 4. num. 14.

16 Matrimoniũ ratũ non diſſoluitur per ſacri ordinis ſuſceptionẽ Extra. Antiq; Io. 22.

17 Etiam inuitus conſumans non poteſt ingredi religionẽ S. Ant. p. 2. tit. 5. c. 7. parag. 1. & 3. & p. 3. tit 1. c. 21. parag 2. in fi. Silu. ver. diuortiũ q. 5. & ver. Luxuria q. 6. Bald. in c. 1. de probat. glo in c. Si Euangelicæ, ver. inuitos diſt. 55. Ang. matr. 4. parag. 17 Cou vbi ſup. c. parag. 4. nu. 10. Sot in 4. d. 27. q. 1. ar. 4. verſ. Quid autem iuris: niſi copula fuerit cum vi abſoluta, licet illa ſit in mora ingrediendi religionem Ang. & Silu. loc. cit. Alij tamen contra ſentiunt, poſſe videlicet ſpõſam vi cognitam ingredi; quia iuris beneficium auferendum non eſt ab inuito c. Indultum de reg. iur. in 6. Et quia alioqui vir ex dolo ſuo commodum reportaret, c. Ad

noſtram

noſtram de empt. & vend. ſic Pan. in c. Verum de conuerſ. coniug. nu. 9. Io. And. in c. Quæ contra ius, de reg. iur. in 6. Fel. in c. Cauſam de probat. nu 4. Anch. in c De illis, de deſp. impub. num. 4. & in d c. Verum nu 4. Leſſ. lib. 2. c. 41. dub. 3. & probabilius dicit Sanch lib. 2. diſp. 22 num. 6. Vtrumq; probabile dicit Vict. num. 258 addens vna parte ingreſſa religionem, alteram non poſſe denuo contrahere, quia illa viuente non ſoluitur vinculum, & vt multis probat Sanch. nu. 4. per illam copulam conſumatum eſt matrimonium. Fateor tamen rationem d c. Verum contrarium docere, dicit enim ideo incognitam poſſe ingredi, quia non ſunt effecti vna caro, ergo conſequenter, ſi ſunt effecti vna caro, illa non poteſt ingredi. Quod verò effecti ſint vna caro, id apertè docent Doct. Secundæ ſententiæ, dum volunt per hujuſmodi copulam conſumari matrimonium. Si pendente lite per vim ſit cognita, docet Felin. vbi ſupra poſſe ingredi. at ſi erat matrimonium de præſenti, dic vt ſupra.

18 Altero vouente continentiam, & de incontinentia non ſuſpecto, aut ingrediente religionem, poteſt alter fieri religioſus c. Cum ſis, c Vxoratus c. Ad Apoſtolicam, & c. Significauit, de conuers. coniug.

19 Cum poſt conſūmatum matrimonium, poteſt quis ingredi religonem, poteſt ordinari Vict num. 256. Pan. in c. Conſtitutus num. 5 de conuerſ. coniug. S. Ant. p. 3. tit. 1. c. 11. parag. 1. in fi. Sot. art. 4. cit: Sanch. alios referens, lib. 10. diſp. 11. nu. 16. Dubia res, & in contrariā ſententiam pluribus cit. inclinat Azor. p. 1. lib. 13 c vlt. q. 13. Poteſt autem ingredi, Primò ſi altera pars adulteretur c. Agathoſa 27. q. 2. glo. in c. vlt. de conuerſ. coniug. Secundo de licentia alterius etiam ingredientis, aut ſaltem, in quo propter ætatem non ſit periculum incontinentiæ Silu. ver. Diuortium q. 3.

20 Ætas ad matrimonium in fœmina 12. in viro 14. anni, c. Impuberes, de deponſ. impub. & requiruntur completi Nau. c. 22. num. 29. Niſi malitia ſuppleat ætatem c. De illis, & c. Tuæ nobis eo. tit. in ant & c. A nobis, & c. De illis eo. in 6. Hoc enim ſolum deſideratur, vt poſſint coniugati vinculo ſociari, & non numerus annorum, glo. in d. c. A nobis, ver. copula per cit. c. Puberes. Immo ſi mulier in vndecimo anno ſit cognoſcibilis à uiro, poteſt contrahere. c. Continebatur de deſpons. impub. Immo ſi in nouo. & generaliter vbi mulier poteſt virum ſuſcipere, & vir generare Anchar. in c. Puberes, & c. De illis de deſp. impub. in ant. & c. vn. eo. tit. in 6. Io. And. in d c. Puberes, & in c. vlt. de eo qui cogn. conſang. vxor. Boich. in d. c. Puberes Sot. in 4. d. 35. q. vn. art. 5. Silu. matr. 5. q. 2. Ang. matr. 3. imped. 16. num. 5. Et certe in decimo iudicatum fuit validum matrimonium quia ſecuta fuerat copula, c. Indanæ de eo qui cogn. conſang. vx. Regulariter autem vbi non adfuit copula, contrahi poteſt matrimonium cum diſtant ab ætate per ſex menſes glo. in d. c. Continebatur ver. ætate; & ſic contractum non diſſoluitur per ſecundum conſumatum Zabarell. conſ. 4. ſed, an. in d. c. continebatur id non concedit, niſi ex alijs ſignis poſſit compræhendi potentia coeundi. Aduertit autem idem Doctor num. 2. non iudicari matrimonium cum mulier eſt cognita ante ſeptēniū, quod non videatur habere conſenſum aptum ad matrimonium, niſi eſſet multū doli capax & diſcreta. Idem tenuit Couar in 4. p. 2. c. 5. num. 4. Fusè Sanch. lib. 7. diſp. 104. præcipuè q. 4. De iure naturæ non requiritur potentia ad copulam tempore contractus; ſed ſufficit diſcretio, &c. com. vt teſtatur Sanch. vbi ſupra num. 9.

21 Matrimonium ante ætatem legitimam facit ſponſalia c. un. parag. Idem quoq; de deſponſ. impub. in 6. Nau. eo tit. conſ. 2. & in man. c. 22. num. 27. quare non impedit vltra primum gradum Sanch. lib 1. diſp. 70. num. 8.

22 Matrimonium contractum non præſente Parocho, aut alio Sacerdote de illius, aut Epiſcopi licentia, & duobus, vel tribus teſtibus, nullum eſt Concil. Trid. ſeſſ. 24. c. 1. de ref. mat. Sufficit

etiam licentia Vicarij generalis, & Parochus alterutrius. Cong. Concil. cuius Decretum confirmauit Greg. XIII. vt refert Nau. de claud deſp. conſ. 3. & ſeq. & in man. c. 23. num. 124 etiam ſi alter in alterius Parochia aſſiſtat Sanchez alios referens lib. 3. diſp. 19. num. 11. Immo etiam ſi in aliena omnino Parochia, aut Diœceſi; modo contrhentes ſint ſubditi. Item num. 14. ſufficit etiam præſentia Parochi non Sacerdotis ſecundum Nau. vbi ſupra conſ. 9. & multis probat Sanchez lib. 3. diſp. 20. Cong. tamen Concil. vt refertur in ſi. dicti conſil. 4. contrarium declarauit. Non poteſt tamen Parochus concedere licentiam non Sacerdoti aſſiſtendi matrimonio Sanchez vbi ſupra num. 20. & diſp. 21. num. 4. affirmat, Parochum excommunicatum toleratum poſſe alteri dare licentiam. immo etiam ſi non ſit tolleratus, quia huiuſmodi aſſiſtentia non eſt actus iuriſditionis Alter. de cenſur. to. 2. lib. 4. diſp. 8. c. 6. Poteſt etiam dare licentiam excommunicato, & irregulari Sanchez num. 10. cit. licet ob delictum ſit priuatus ipſo iure beneficio, aut etiam per hominis ſententiam, ſit priuatio, & hominis hinibitio eſt occulta, habuitque ab initio legitimum titulum à Superiore. Idem diſp. 22. num. 56. & 58. etiam ſe contrahentes ſcirent illum non eſſe verum Paſtorem: ſecus ſi ille erat intruſus, quia videlicet non habebat verum titulum a Superiore. Idem num. 61. V. eundem diſp. 27. Silu. confeſſor 1. q. 19. & Alter. vbi ſupra. Teſtes in matrimonio, non oportet eſſe rogatos: Sic plurimi relati, & probati à Barbos. ad c. Noſtrates num. 230. q. 5.

23 Inter raptorem, & raptam, quamdiù eſt in illius poteſtate non poteſt eſſe matrimonium Conc. Trid. ſeſſ. 24. c. 6. de refor. matr. Requiritur verò ad raptum violentia facta puellæ cauſa ineundi cum ipſa matrimonium Sanchez lib. 7. diſp. 13. num. 14 & lib. 8 diſp. 25. num. 17. Congreg. tamen Conc. extendit ad rapientes ex alia etiam cauſa. Requiritur etiam traductio de domo parentum, quamuis illa perducta non ſit ad locum deſtinatum, nec ſecuta fuerit copulam. Idem diſp. 13. cit. num. 7 & ſeq. Non comprænhenduntur autem hoc decreto adducentes fæminam volentem, quamuis poſtea mutet voluntatem, etiam ignorantibus immo, & inuitis parentibus, aut illis, ſub quorum eſt poteſtate, licet Nau. de rapt. cons. 32. Tolet. lib. 7. c. 13. & alij doceant eſſe raptum cum abducitur inuitis parentibus, quod licet verum ſit quoad alias pœnas contra raptores, in matrimonio tamen falluntur: quia Conc. Trid. fauere intendit libertati matrimonij, ac cauere, ne ipſa renitiens cogatur illud inire; ad quam libertatem nil confert parentum voluntas. Non comprænhenduntur etiam, qui importunis præcibus, aut pretio abducunt: aut verò dolo circumueniunt; quia non eſt propriè raptus. Nec raptus propriæ ſponſæ de futuro reclamantibus parentibus. hic enim raptus iure communi à pœnis liberatur. Sufficit verò, ſiue rapiatur virgo, ſiue alia mulier, etiam Meretrix Sanchez vbi ſupra num. 14. Non comprænhenditur fœmina rapiens virum, vt ſecum ineat matrimonium; quia Trid. de ſolo viro rapitore loquitur. idem num. 6

24 Omittere benedictionem non eſt mortale, ſi deſit contemptus, aut ſcandalum, nec ante eam copulari Silu. ver. debitum q. 9. Ang. eo parag. 1. Vict. num. 270. Couar. in 4. p. 2. num. 2. Cai. in ſum. ver. matrimonij peccata Nau. c. 26. num. 38. Nec tenet excommunicatio lata contra copulantes ante benedictionem, cum huiuſmodi copula vacet omni culpa Sanchez lib. 3. diſp. 12. num. 10

25 Quando intentio eſt de præſenti, licet verba ſonent futurum, ſit matrimonium. Si vero intentio ſit de futuro, & verba de præſenti, ſunt ſponſalia Nauar. vbi ſupra. Silu. matrim. 2. q 10. verſ. 6. Intellige, ſi ambo contrahentes intelligant per illa verba, velle contrahere matrimonium, vel ſponſalia. In foro tamen exteriori ſtatur communi verborum

intelligitæ, non verò contrahentium intentioni Sanchez lib. 1. diſp. 18.

26 Valet matrimonium eius, qui longè abſens, v.g. in captiuitate contraxit ſine requiſitis à Concilio poſt publicationem in ſua Parochia Roder. in ſum. lib. 1. c. 219. num. 2. Sanchez lib. 3. diſp. 18. q. 5. num. 35.

27 Mutus, & ſurdus poſſunt contrahere c. Cum apud, de ſponſal. Et amens dum habet lucida interualla c. Dilectus eo.

28 Corrupta nubens ei, qui ſi ſciret non eſſet Virginem, non illam duceret, non peccat mortaliter Nau. c. Inter verba concl. 1. num. 21.

29 Contrahere ante legitimam ætatem ſine Epiſcopi licentia, & ſine iuxta causa, mortale eſt Ang. matr. 3. impedim. 16. num. 7. Silu. matr. 5. q. 6. Poteſt igitur ex magna cauſa Epiſcopus diſpenſare in ætate, à ſacris Can. præſcripta, quando pueri ſunt propè ætatem, & dubium eſt, an malitia ſuppleat ætatem, ſic multi quos refert, & ſequitur Sanchez lib. 7. diſp. 104. nu. 12.

30 In dubio præſumêdum eſt pro matrimonio, modo poſſit haberi copula Pan. in c. Fraternitatis de frig. & mal. num. 16. Silu. matr. 6. q. 3. & matr. 8. in fi. Nauar. de conuerſ. coniug. conſ. vlt.

31 In fauorabilibus nomine maritatæ venit ſponſa de futuro Pan. rubr. de ſponſal. Silu. mat. 1. q. 7. & ver. Sponſalia. q. 1. Et nomine Vxoris, quæ contraxit de præſenti licèt non conſumarit. In odioſis verò quæ cõſumauit. Silu. ver. vxor, initio. Pan. vol. 1. conſ. 1. & in c. Tertio loco, de præſũpt. nu. 5. & in c. Ex publico de cõuerſ. cõiug. nu. 5.

32 Contrahens principaliter ob pulchritudinem, aut alium finem, vbi non ſit peccatum mort. vt propter diuitias, pacem componendam, & c. non peccat mort. Silu. vbi ſup. q. 4. Nau. c. 22. nu. 79. Immo nec venialiter, ſi diuitiæ v. g. intendantur ſecundario, vt proles melius educetur, & onera matrimonij facilius ſuſtententur: aut ſi pulchritudinem ſecundario intendat ad fornicationẽ vitandã S. Ant. p. 3. t. 1. c. 19. parag. 9.

33 Si falsò credis valere matrimoniũ, alioqui diſſenſurus, non tenet matrimoniũ Silu. matr. 4. q. 12. Ang. matr. 2. num. 17. Nau. c. 22. nu. 76. etiam ſi denuo conſentiens ſciens te liberum eſſe, adhuc conſentires Sanch. lib. 2. diſp. 34. num. 3. In hoc tamen poſtremo diſſentiunt Roſell. matr. 4. nu. 4. & Vict. releƈt. de matr. p. 1. num. 10. Silu. & Nau. cit. quia eſt error concomitans, qui non eſt cauſa inuolontarij.

34 Qui meritò credit alteri coniugi dicenti ſe non conſenſiſſe, poteſt alteri nubere. Silu. vbi ſupra q. 9. Nau. num. 77. vt ſi ſtatim patefecit ſe non conſenſiſſe, & inde ad ſecunda vota tranſiuit Sanch. lib. 2. diſp. 45. vbi vide alias coniecturas, & Doct. Et eadem diſp. q. 2. docet proteſtationem ab vno factam altero ſciente, & conſentiente, validam eſſe, nec valere ſequentem conſenſum tamquam fictum, niſi ſequatur copula. Ego verò cum Nau. vbi ſuprà num. 66. dicerem per copualm non purificari fictum conſenſum, niſi habita, ſit effectu maritali.

35 Cum præcipitur reuelatio impedimenti, & ſecretum eſt, nec aliter potes impedire, debes reuelare, licet probare nõ valeas Nau. in c. Sacerdos de pœnit. d. 6. num. 27. ſufficit enim vnus teſtis c. Præterea 2. & c. Cum in tua deſponſal. ſi tamen iures ſe certò ſcire Cou. in 4 p. 2. c. 6. parag. 10. nu. 21. Quòd ſi ex reuelatione timetur magnum ſcandalum, tacendum, licet probare poſſis Nau. c. 22. num. 83. & præcipiatur ſub excommunicatione Sanchez lib. 3. diſp. 13. num. 4. Intellige dicta de matrimoino contrahendo: Nam ad diſſoluendũ contractum non ſufficit vnus teſtis. c. De illo, de eo, qui cong. cons, vx c. Licet, de teſtib. de quo infra ver. Diuortium nu. 8. Amplia, vt tenearis reuelare, etiam ſi habuiſſes ſub ſecreto, modo nõ ſub ſigillo confeſſionis ſacramẽtalis; cũ non agatur de punitione, ſed de peccato vitando Sanch. alios referẽs vbi ſup. nu. 6. Idẽ ſi audiſti à perſona fide digna, quia illa non manifeſtante, tu teneris denunciare Nau. c. Inter verba concl. 6. Coroll. 66. num. 391. & ſeq. Excuſaturi autem, qui conſcius impedimenti occulti nouit contrahentes impetraſſe diſpenſationem in foro conſcientiæ Sanchez vbi

vbi ſuprà num. 8. Item ſi audiuit à non fide dignis Nau. vbi ſup. Item qui non recordatur à quo audierit idem nu. 590. Itē ſi non credat ſe profuturum Silu. confeſſio 3. q. 12. & matr. 6. q 9.

36 Inualidè coniugatis, bona tamen fide, nihil dicendum ſiue à Parocho, ſiue à quos alio, etiam ſi crediuri ſint, poteſt enim ſequi magnum damnum Nau. c. 22. num. 83. de ſponſal. conſ. 10. & de conuers. coniug. conſ. 3. & eſt caſus in c. Quia circa, de conſang. vt illud intelligunt Io: Med. de confeſſ. trac. 2. q. 20. vers. Corollariè ſequitur. Couar. in 4. p. 2. c. 6. 8. & 10. num 15. Arag. 2. 2. q. 33. ar. 6. conc. 3. Limitat primò niſi ſpes probabilis ſit, vt monitio abſq; ſcandalo proſit. Secundò niſi Confeſſor probabiliter credat, aliunde ſubmouendam eſſe ignorantiam, ab alio ſcilicet, qui imprudentius illi malo medeatur. ſic Cano relect. de pœnit. p. 5. Nō videtur tamen neceſſaria hæc limitatio, quia, & moraliter caſus non eſt poſſibilis: & alioqui hic Confeſſor ſatisfacit tacendo Sanchez lib. 2. diſp. 38. num. 13. Tertiò limitat, niſi coniuges illi dubij interrogarent Confeſſorem de re illa; tunc enim aperienda veritas, quamuis non profutura: iam enim læſa eſt eorum conſcientia, & taciturnitas eſſet eorum approbatio. Sot. in 4. d. 18. q. 2. ar. 4. ad 2. Arag. vbi ſuprà conc. 4. Suar. to 4. diſp. 32. lect. 4. Si tamen dubium eſſet leue, ex leui cauſa, tacendum; non enim per id tollitur bona fides Cord. in ſum q 169. p. 5. Quarto limitat, niſi illa ignorantia eſſet contra bonum commune; vt ſi eſſet ſcandalum publicaq; fama nullitatis matrimonij. Quinto limitat, niſi perturbatio, aut ſcandalum pœnitentis futurum ſit momentaneum, vt quia breui ſperatur fructus admonitionis V. Sanchez diſp. 38. cit. Cum autem ſunt in bona fide, poteſt Confeſſor cogere, vt debitum reddant. ibidem num. 8. Cord. p. 5. cit.

37 Tenetur Vxor ſequi virum migrantē; niſi aliud eſſe conuentum, valet enim pactum, quòd Vxor aliò non transferatur. Nau. c. 14. num. 20. Silu. ver. vxor. q. 8. niſi ipſe cogatur aliqua neceſſitate, aut noua cauſa vrgente Pan. in c. Qui matrim. accus. poſ. Non tenetur tamen ſequi vagabundum, ſi ignorabat talem eſſe quando nupſit; aut ſi ſciebat, ipſe tamen vult vagari ex cauſa inhoneſta, vel cum mortis, aut peccandi periculo. Silu. & Nau. vbi ſupra Couar. in 4. p. 2. c. 7. num 5. aut ſi poſt matrimonium factus eſt vagabundus Nau. ibidem De habitando certo loco non valet pactum, quia inducit ſeruitutem homini libero. V. Sanchez lib. 1. diſp. 41.

38 Vxorem atrociter verberare, aut percutere mortale eſt Nau. c. 14. num. 19 Verberare autem leuiter correctionis gratia licet. Pan. & Hoſt. in c. Quemadmodum de iureiur. Silu. ver. Vxor. q 3. vers. 2. Ang. eo. parag. 3. V. Fel. in c. Cum contingat de for. comp. num. 7.

39 Contrhaere inuitis parentibus non eſt mortale, ſi abſit ſcandalum Vict. num. 272. Si tamen id fiat ſine rationabili cauſa, aut ſi indignam accipit, Nau. c. 14. num. 15. vult eſſe mortale, quia grauem iniuriam facit parentibus. Sanchez lib. 4. diſp. 23. nu. 10. docet, ſecluſo ſcandalo non teneri filium, niſi ad petendum parentum conſiliū; quod tamen non tenetur ſequi ſub mortali. quare exhæredari ideò non poſſe, ſi non clandeſtinè ſed ſeruata forma Concilij Trid. nupſit licet inuitis parentibus: & iure canonico contractas eſſe leges ciuiles contrarium ſtatuentes. Sunt tamen multi Doctores ibi relati, qui docent correctas non eſſe, ſed contrarium eſt tenendum. V. ver. fil j num. 13

40 In dubio an prior maritus viuat, nō eſt ſeparandum ſecundum matrimonium: fortè enim mortuus eſt, adeoq; eſt validum Cou. vbi ſup. num. 4.

41 Nunquam copula facit matrimonium, niſi fiat affectu maritali ſcilicet perficiendi Silu. matr. 2 q. 15. Nau. c. 22. nu. 28. In dubio autem de intentione, interpretandum pro matrimonio Nau. de conuers. coniug. conſ. 15. ſufficit verò, ſi vnius conſenſui expreſſo, & non reuocato accedat alterius conſenſus Nau. de ſponſal. conſ. 14. num. 13. & in man c. 22. num 51. cōtra Sil. matr. 8. q. 2. vers. 6. Idem dic

in

Digitized by Google

in matrimonio contracto per metum, ſi vitium illud metus occultum ſit: ſufficit enim ſi coactus liberè conſentiat, alterius conſenſu nondum reuocato Sanchez lib. 2. diſp. 32. num. 9. & lib. 4 diſp. 14. num. 2.

42 Si quis falsò credat matrimonium eſſe inualidum, ſed intendit contrahere quantum poteſt, tenetur Couar. vbi ſup. c. 3. parag. 7. num. 2. Idem ſi putat ſtare contractum Silu. vbi ſupra q. 13. vers. 5. Nau. c. 22. num. 56.

43 Matrimonium contractum nimia reuerentia Patris, aut Tutorum, quæ cauſa eſt contractus, nullum eſt Nau. de his quæ vi, cons. 10. num 8. V. Couar. c. 3. cit. parag. 6. At Sanchez lib. 4. diſp. 6. cum alijs ibi citatis, docet reuerentiam illã, niſi ſit cum metu graui, vt quia Pater, &c. minatur verbera, exhæredationem, &c. nõ ſufficere ad inualidandum matrimonium Rota coram Buratto decis. 628. cum ibi cit. per Ferentill. Immo neceſſarium eſſe, vt ſolitus ſit minas exequi. Metus autem reuerentialis datur in eo, qui aliquo iure ſubiectionis alteri ſubeſt, vt in Clerico reſpectu Epiſcopi: in ſæculari reſpectu Magiſtratus: in filio reſpectu Patris, Matris, Aui, & aliorum aſcendentium, & Curatoris, & Patrui: & in Vxore reſpectu Viri; & Sorore reſpectu Fratris maioris. & in Sorore, & Fratre min. reſpectu Sororis, & Fratris mai. ſi in eorum domo habitent, & ab eis gubernentur. Sanch loc. cit. Et diſp. 7. num. 7. docet idem operari preces importunas, ſi ſint perſonæ, cui debetur reuerentia.

44 Fictè contrahens matrimonium per verba de præſenti tenetur verè contrahere Nam aliàs ſequeretur magnum damnum fœminæ. quæ cum ideo aliud matrimonium inire non poſſit, cogetur perpetuò continere. Secus ſi nullum ex his damnis, nec aliud notabile timeatur Sanchez lib. 2. diſp. 11. num. 5. Amplia etiam ſi mulier non ſit virgo, idem enim damnum ſequitur perpetuæ continentiæ, Niſi ipſa virum deceperit fingendo ſe Virginem Sot. in 4 d. 27. q. 1. ar. 1. verſ. alia præcipua: aut ſi ille minimè ducturus fuiſſet corruptam; quamuis illa virum non deceperit fingendo, comuniter tamen Virgo putabatur Sanchez vbi ſupra num. 6. Amplia ſecundò etiã ſi non fuerit ſecuta copula quia illa nihilominus perpetuæ continentiæ patitur damnum. Sot. vbi ſupra & clarius P. Ledes. de matr. q. 45. ar. 4. dub. 1. concl. 1. in 4. probat. Limita primò, niſi ſint diſparis conditionis: tunc enim cum ſit in contractu maxima inæqualitas, ſatisfacit ille alio modo reſarciendo iniuriam Silu. matr. 4. q. 8. Nau. c. 22. num 76. quod concedit Sanchez num. 8. ſiue illa diſparitatem norit, ſiue ignorarit: Et quoties ille manifeſta facti conſenſus indicia præbuit: quia tunc fœmina ſe decepit; vnde ad nihil tenetur. Limita ſecundo, niſi peſſimi exitus inde probabiliter timeantur, aut aliud grauiſſimum ſcandalum, vt de ſponſalibus infra dicetur, ver. ſponſalia num. 14.

45 In cauſa matrimoniali potius ſtandum eſt opinioni vnius Doctoris dicentis pro eo, quam plurium contra ſentientium, niſi illa ſit euidenter falſa, Pan. in c. fi. de re iudic. num. 3. Hoſt. in c. Super eo de cogn. ſp. adde, & non poſſit conuinci probabilibus rationibus Io. And. in c. 1. de conſtit V. Sanchez lib. 1. dip. 8. num. 7.

46 Cum diſpenſatur in matrimonio inualido, ſed contracto in facie Eccleſiæ, ſufficit poſtea ſine Parocho, & teſtibus cõſentire de nouo liberè, ideſt ſcientes ſe poſſe non conſentire, ſi velint Pius V. relatus à Nauar. in man. c. 22. num: 47: 70. & 86. & de eo, qui dux, quam poll. cons. 3. & de ſponſal. cons. 13. Sufficit verò conſenſus, licet non exprimatur. Idem de ſponſal. conſ. 14. num. 8: aſſerens de com. contra Couar. & alios docentes ſublato impedimento priorem contractum conualidari, & valere matrimonium prout ex tunc. . Opinionem Nau. intellige in matrimonio nulliter contracto ob fictum conſenſum. Secus in contracto nulliter ob impedimentum dirimens: tunc enim habita diſpenſatione, neceſſarius eſt nouus conſenſus, & expreſſus. & ſic intelligenda eſt conſtitutio Pij Sanchez lib. 2. diſp. 35. & ſeq.

47 Contra

Digitized by Google

47 Contrahens matrimonium cum animo (etiam ſolo corde retento) aduerſo bono ſacramenti, quia ſcilicet intendit non contrahere niſi ad tempus, nihil facit: eſt enim de ratione huius ſacramenti eſſe vinculum perpetuũ, & indiſſolubile: Secus in alijs duobus bonis matrimonij niſi deducatur in pactum. Nam ſi ille vult abſoluè contrahere, ex vi contractus obligatur ad non agendum aliquid contra ea bona, non obſtante illa intentione S. Ant. p. 3. tit. 1. c. 19. ante parag. in fi. Sanchez alios referens lib. 2. diſp. 29. num: 11. Alij tamen vt Silu. matr. 4. q. 5. & 6. Pan. in c. Commiſſum, de ſponſal. num. 2. docent, matrimonium non irritari per intentionem contrariam ſubſtantiæ ſacramenti, niſi deducatur in pactum. Immo addit Silu. non vitiari ſi ab vno exprimatur, altero contradicente, vbi proceſſum ſit ad conſumationem, ideſt ſaltem ad prolationem verborum de præſenti, quæ ſunt prima perfectio ſacramenti V. Ang. matr. 2. parag. 13. & ſeq. P. Sot. de matr. lect. 26.

48 Qui ex cauſa probabili firmiter credens coniugem mortuum, alteri nubit, excuſatur, v. g. ſi eſt violenta præſumptio, vt quia ſenex erat, & in acie fuit, nec redijt: aut ſi vnus teſtis bonæ famæ, aut fama ſufficiens Ang. matr. 3. imped 13. num. 4. Silu. matr. 8 q. 13. & alij ſi tamen contracto matrimonio dubitat de morte coniugis non poteſt debitum petere, tenetur tamen reddere Glo. in c. In præſentia de ſponſal. De teſte negant alij vnum ſufficere, niſi eo caſu, quo coniux obierit in loco ita diſtante, vt difficillimè haberi poſſint aliæ probationes. Nam c. In præſentia de ſponſal. requirit certum nuntium, cuiuſmodi non eſt vnus teſtis, cuius dictum ne in cauſis quidẽ pecuniarijs ſufficiens eſt. Sic Sanch. alios referens lib. 2. diſp. 46. q. 2. priorem ſententiam docuerunt Pan. in d. c. In præſentia num. 6. Hoſt. ibi, & in ſum. tit. de ſponſa duor. num. 6. De fama Pan. vbi ſupra, & alij negant ſufficere. Alij affirmant, vt Anchar. in cit. c. In præſentia num. 5. Iul: Clar. parag. fornicario, vers. penult. Alij verò communiter rectius docent, famam ſolam non ſufficere, niſi alijs adminiculis adiuuetur S. Ant. vbi ſupra c. 9. Sot. in 4. d. 37. q. vn. ar. 5. verſ. In primis Nau. c. 22. num. 53. Sunt verò adminicula longitudo abſentiæ; vniuerſalis fama, vbi coniux commorabatur, quòd mortuus ſit: ſi mors contigit in loco, valde diſtanti; ſi erat valde ſenex, aut æger, & diù ab fuit: ſi mulier accepit literas Sociorum, cum quibus militauit: Si ab hoſtibus captus, & communis fama ipſum obijſſe teſtatur, nec vxor diù aliquid contrarium audiuit. Vt verò fama probet, requiritur ipſam plenè, & verè probari. Ad hoc autem requiritur, primo, vt ſaltem duplici teſte probetur c. In omni, & c. Licèt, de teſtib. Secundo vt teſtes ſint omni exceptione maiores, deponantq; ſe à fide dignis audiuiſſe, alioqui fama non probat. c. Qualiter 2. de appell. Tertio vt cauſa, ex qua orta eſt fama, ſit rationabilis concurratq; cum ipſa fama, vt ſi ille mare nauigauit, ortaq; tempeſtate expectatus tempore congruo, ac per loca congrua quæſitus non comparuit, nec nauis qua vehebatur. Quarto, vt teſtes deponant publicè à maiori parte talis populi, ſe audiuiſſe. Quinto vt deponant à quibus perſonis fama ortum habuerit: niſi fama ex probabilibus coniecturis confirmaretur; aut magnus teſtium numerus puta ſeptem de ea deponerent. Sexto, vt teſtes huiuſmodi aſſerant ſe credere, rem ita ſe habere ſic multi quos refert, ac ſequitur Sanchez vbi ſupra num. 26.

49 Parochus in confeſſione ſciens impedimentum dirimens, ſi contrahentes publicè petant, tenetur aſſiſtere. ſi occultè; poteſt negare, ſi deſit periculum reuelationis Sot. in 4. d. 18. q. 4. ar. 5. verſ. Hinc fit, & de reg. ſecr. memb. 3. q. 4. poſt 5. conclus. dub. 1. & ibi Cord. Nauar. in c. Sacerdos de pœnit. d. 6. num. 144. Immo tenetur ſi nequeat ſe citra reuelationis ſuſpicionẽ eximere Sot. cit. Ego verò puto eum teneri, etiam cum occultè petunt quia cum impedimentum nouerit in confeſſione vti non poteſt illa ſcientia extra confeſſionem, neq; hoc caſu id facere poteſt ſine reuelatione, quæ vitanda eſt etiam cum

ipſo

ipſo pœnitente, vt ſupra ver. Confeſſor num. 46. Diſtinguunt alij, vt teneatur Parochus, quia tenetur ex officio: Secus ſi ſit alius aſſiſtens de licentia proprij ſic Palud. in 4. d. 21. q. 3. ar. 1. & in alio ſimili docent alij de Euchar. vt. S. Ant. Silu. Sot. de quo ſupra ver. Euchar. num. 32. Si autem ſciat extra confeſſionem, impedimentum tamen occultum eſt, non poteſt etiam publicè petenti Sacramentum miniſtrare. Vbi enim impedimentum opponitur, Parochi non eſt de illius veritate diſcutere, ſed tenetur ad Ordinarium rem deferre. Quòd ſi nullus opponat, aut quia ipſe ſolus nouit, tenetur ipſe coram Ordinario impedimentum opponere: ad id enim tenetur ex officio. Si autem Ordinarius ſolus nouit impedimentum, quod probare nequit, non poteſt publicè petenti ſacramentum denegare; eſt enim Iudex, non teſtis, atque adeo tenetur ſecundum allegata, & probata iudicare Sanchez lib. 3. diſp. 15. num. 12.

50 An poſſit Princeps ſæcularis ſiue fidelis, ſiue infidelis, aut cõſuetudo inducere impedimentũ dirimens matrimoniũ V. Sanch. lib. 7. diſp. 3. & 4.

51 Denunciationes non ſunt de eſſentia matrimonij Sanchez lib. 3. diſp. 5. q. 1. Peccat tamen mort. Parochus, illas omittens ſine licentia Epiſcopi Rotam coram Pegn. apud Farinac. p. 1. decis 81. nu. 11. Niſi aliquam ommittat, ſiue ante, ſiue poſt matrimonij conſumationem, certus moraliter nullum ſubeſſe impedimentum ibidem q. 2. fieri autem debent ab vtriuſque contrahentis Parocho, tribus diebus feſtiuis intra Miſſarum ſolemnia Concil. Trid. ſeſſ. 24. c. 1. de refor. matr. & declarauit Sacra Congregatio. Non tamen debent dies feſti immediatè ſubſequi, quin aliquod dierum interuallum intercedat Idem diſp. 6. Sufficit autem, ſi fiant etiam die feriato; quando ex aliqua cauſa eſt magnus populi concurſus ad Eccleſiam, quia ſatisfit menti Concilij diſp. 6. cit. in fi. Idem faciendæ ſunt in parochijs, vbi diutius verſati ſunt: veriſimilius enim eſt fore, vt ſciantur impedimenta.

52 Vbi nullũ reperitur impedimẽtũ, debet Parochus volentes matrimonium contrahere in facie Eccleſiæ, coniungere Trid. ſeſſ. 24. c. 1. de matrim. Vt vn. dicatur matrimonium contrahi in facie Eccleſiæ, opus non eſt, vt in ipſa Eccleſia materiali vel in eius limine celebretur, vt declarauit Sacra Cong Conc. ſed ſatis eſt ſi contrahatur domi coram Parocho, & duplici teſte: permiſſis denunciationibus, & ſic hodie ſeruari docet Sanchez de matr. lib. 3. diſp 15. num. 20. cum alijs ibi citatis Nau. in man. c. 122. num. 70. Nec poteſt Epiſcopus prohibere, ne matrimonium domi celebretur, ſeruata forma Concilj, ſed tantum hortari nõ percipere. Cong Conc.

53 An matrimonium infidelium ſit Sacramentum vide Barbos. ad c. De illa de diuort. num. 3. & dub. ſeqq. Et an altero conuerſo ad fidem habente plures vxores, relicta prima, quæ non vult conuerti ſine contumelia creatoris, poſſit ſecundam conuerſam ducere. Vide Azor. p. 2. lib. 5. c. 2. q. 4. Nau. de conuerſ. infid. conſ. 1. num. 3.

54 Non poteſt Parochus matrimonio coniungere exteros, niſi per teſtes iuridicè examinatos conſtet de ſtatu libero contrahere volentium. S. Congreg. Inquiſit. de Vrbe. Vbi etiam de ritu examinandi teſtes, &c.

55 Ex ſponſalibus ab initio validis, & poſtea mutuo conſenſu diſſolutis oritur impedimentũ publicæ honeſtatis c. Acceſſit ad præſentiam, vers. ſane, iuncta gloſa, ver. ipſo iure de deſpons. impub. Sanchez de matrim. l. b. 7. d. ſp. 68 n. 12. & declarauit Sacra Congregatio in vna Cremonen. quã ad verbum refert Sperell. decis. 95. n. 21. quia Conc. Trid. ſeſſ. 24. c. 3. de refor. matr. ſolum conſiderauit, quod à principio valida ſit. Et quia ſi à principio valida, & deinde dirempta per mortem impedimentũ inducunt, vt conſtat ex cap. ſponſam. Eſt enim hoc impedimentum perpetuum c. ſponſam, & c. ſiquis deſponſauerit 27. q. 2.

SPONSALIA

V. Conditio. Error. Iuramentum. Matrim. Promiſſio.

1 SPonſalia ſunt futurarum nuptiarum promiſſio c. Noſtrates 30. q. 5. & l. 1. ff de ſponſal.

2 Ætas ad ſponſalia ſeptem anni in vtroq; alioqui non oritur impedimentum publicæ honeſtatis, c. literas, & c. Acceſſit de deſp. impub. Oportet autem eſſe completos d. c. Literas, vbi bis dicitur Completos, Niſi prius adſit vſus rationis, & malitia ſuppleat ætatem Couar. in 4. p. 1. c. 2. num. 1. Vict. in ſum. num. 286. S. Tho. ſuppl. q. 43. ar. 2. ad 7 Sanchez alios referens lib. 2. diſp. 16. num. 8. & ſic intelligendus Pan. in d. c. Literas num. 4. dicens ætatem illam præueniri non poſſe, Sufficit verò is vſus rationis, qui ſatis eſt ad culpam lætalem Sanch. vbi ſupra num. 16. Ante celebrata conualeſcunt poſtea mutuò conſenſu d. c. Literas, & ibi glo. ver. placere. Si maior contrahat cum minore, licet ſponſalia non teneant, tenetur tamen expectare minorem, cui fidem dedit, ſi forte manere velit eodem propoſito Silu. ver. ſponſalia in q. 2. verſ. 2. in fi.

3 Sponſalia ſecunda non tenent, niſi primis legitimè diſſolutis c. Sicut ex literis de ſponſal. Silu. vbi ſupra q. 10. etiam ſi ſint iurata S. Ant. p. 3. tit. 1. c 18. parag. fi. Couar. vbi ſupra c. 4. num. 3. & alij plures, quos refert, & ſequitur Sanch lib. 2. diſp. 50. num. 2. limitans Niſi fuerit iuſta cauſa recedendi à prioribus; tunc enim tenere ſecunda, & ſeruandum iuramentum. Limitat Secundo Reginald. lib. 31. c 36. num. 260. vt ratione damni illati per ſecunda ſponſalia, vt quia ſponſa defloratа eſt, ignorans priora ſponſalia. adderem ego, aut aliàs diffamata, vt quia ex conuerſatione ſuſpicio copulæ orta eſt; aut etiam ſi oſcula, & tactus interuenere, ex quo illa maritum æqualem habere non poſſit: tunc enim ex quadam æquitate priorum obligatio, quaſi moraliter impoſſibilis ceſſare poteſt: præſertim ſi prior ſponſa nullum, vel leue damnum ex non ſeruata fide ſit paſſura. De rigore autem tenetur priorem ducere, quia iniuria illata poſteriori non aufert ius prioris Sanchez vbi ſupra diſp 49. num. 5. Rebell. verò de oblig. lib. 4. q. 8. num 86. abſolute docet priora ſponſalia ipſo facto diſſolui per copulam cum ſecunda ignorante priora ſponſalia. quod ego non concedo.

4 Eccleſia non cogit eos, qui etiam ſponſalia iurarunt, ſed potius monet, cap. Requiſiuit de ſponſal. Cou. vbi ſupra. Et licet c. Ex literis 2. de ſponſal. dicat cogendum eſſe: id tamen non eſt intelligendum finaliter, vt benè notat ibi Glo. ver. compellas, cum matrimonium conſtituere non poſſit ſine conſenſu eorum, qui coniungendi ſunt Couar. num. 4. ſed quia facit quod poteſt per cenſuras, & alia iuris remedia, vt renuens promiſſa præſter. V. Pan. in d. c. Requiſiuit, & c. Ex literis, & c. Cum locum, eo. tit. Cou. loc. cit.

5 In generali obligatione de contrahendo, intelligitur, niſi aliquid turpe ſuperueniat, c. Quemadmodum de iureiur. Pan. in c. Literas de coniug. lepros.

6 Promiſſio Sponſalium non facit ſponſalia, niſi ex conſuetudine Silu. ver. ſponſalia q. 6. verſ. 4. aut ex intentione Armill. eo. parag. 8.

7 Ante aduentum conditionis honeſtæ, & neceſſariæ ſponſalia non ſunt ſponſalia c. vn. de ſponſal. Silu. vbi ſupra q. 5. Niſi per factum à conditione recedatur, vt ſi copula intercedat, c. De illis de condit. appos.

8 Clandeſtina ſponſalia ſunt valida, & ſeruanda promiſſio, etiam poſt Concil. Trid. Couar. vbi ſupra p. 2. c. 6. num. 22 Nau. c. 25. num. 144. vt etiam declarauit Cong. Concil. Nec peccant ita contrahentes Sanch. lib. 1. diſp. 13. quidquid Cai. in ſum. ver. ſponſalia, in contrarium dicat.

9 Non fiunt ſponſalia, niſi vtrique mutuò conſentiant Silu. ver. ſponſalia initio Nau. c. 22. num. 25. Tenetur tamen

promiſ-

promittens ſub mortali ſeruare promiſſum; licet alter non repromiſerit, modò acceptauerit promiſſionem, quia eſt promiſſio ſimplex in re grauiſſima Sanchez lib. 1. diſp. 5. num. 26.

10 Cum parentes pro filijs ſpondent, poſſunt filij in ætate diſcretionis diſſentire c. vn. de deſp. impub. in 6. Si verò ſpondeant pro filijs abſentibus, non tenent ſponſalia; niſi hi certiores facti tacitè ſaltem ratificent. Si verò ſunt præſentes, ſufficit taciturnitas, ſi filij ſint in ætate c. vn. cit. parag. fi. Sanch. diſp. 23. in fi. Signa autem tacitæ ratificationis ſunt oſcula, mutua habitatio, etiam in aliena domo, datio anuli, aut alterius muneris tamquam ſponſæ Sanchez vbi ſupra diſp. 16. num. 16.

11 Dicere contraham tecum, ſi Papa diſpenſauerit Couar. vbi ſupra, c. 3. num. 7. vult facere ſponſalia. Negant alij, vt Vict. num. 26. Silu. matr. 5. q. 9. Pan. in c. Super eo, de condit. appos. num. 8. Quare non tenetur poſt diſpenſationem contrahere Sot. in 4. d. 29. q. 2. ar. 1. Verius tamen alij docent teneri Adr. in 4. de matr. q. 12. Iul. Clar. alios referens parag. Inceſtus, verſ. Sed quid Nau. de conſang. cons. 5. Sanch. lib. 5. diſp. 5. num. 24. Vict. vbi ſupra dat regulam Quod ſi in hoc inſtanti non eſt matrimonium, quicquid poſtea ſuperueniat, non erit, niſi de nouo contrahatur. quod in matrimonio, non in ſponſalibus admittit Pan. vbi ſupra, & Innoc. in c. Paſtoralis de cauſ. poſſeſſ.

12 Sponſalia cum non baptizato cum conditione, ſi conuertatur, tenent c. Non oportet 28. q. 1. S. Tho. ſuppl. q. 59. ar. 1. ad 3. Silu. matr. 8. q. 10. verſ. 3. S. Ant. p. 3. tit. 1. c. 6. initio Ang. matr. 3. imped. 10. initio Sanchez vbi ſupra.

13 Sponſalia non tranſeunt in matrimonium poſt Concil. Trid. ſeſſ. 24. de ref. matr. etiam ſecuta copula animo maritali Nau. c. 22. num. 25. num. 144.

14 Soluuntur ſponſalia, primò vtriuſq; conſenſu, c. 2. de ſponſal. etiam ſi ſint iurata ob pietatem Nau. c. 22. num. 25. quod Pan. in d. c. 2. in fi. & Silu. ver. ſponſalia q. 10. poſt Inn. concedunt quando iuramentum concernit commodum hominis: ſecus ſi principaliter ſit ad complacendum Deo, quia tunc pars remittere non poteſt. Verior tamen eſt Nau. ſententia: quia iuramentum hoc caſu ſemper dicitur præſtitum in partis vtilitatem. Secundo altero ingreſſo religionem, c. Ex publico, de conuerſ. coniug. Nau. vbi ſuprà: Nec requiritur profeſſio, vt voluit Couar. vbi ſuprà c. 5. num. 11. Sed ſtatim altero ingreſſo, poteſt alter aliud inire matrimonium: Quòd ſi ille ingrediatur animo ſtatim exeundi, tenetur ad priora ſponſalia, ſi alter adhuc velit; ita multis relatis Sanchez lib. 1. diſp. 42. Tertio per ſacri ordinis ſuſceptionem Nau. vbi ſupra num. 27. Roder. in ſum. p. 1. c. 245. num. 2. Silu. vbi ſupra q. 7. & 10. verſ. 15. etiam ſi ſint iurata ſecundum Silu. & Roder. cit. Quinto altero abſente ſine ſpe breuis reditus, etiam ſi ſint iurata c. De illis, de ſponſal. aut etiam non redeunte tempore à Iudice deſignato Nau. vbi ſupra. Nec expectandum tempore à lege ciuili ſtatuto Pan. in d. c. De illis num. 5. Si tamen ſit in loco propinquo, aut expectandus, aut requirendus, vt contrahat de præſenti, Si verò ſi in remotis propter impedimentum neceſſarium, expectandus, poteſt tamen Iudex dare licentiam contrahendi propter periculum incontinentiæ Couar. vbi ſupra num. 8. Sexto per ſuperuenientem affinitatem c. Veniens, & c. Ex literis, de eo, qui cogn. conſ. ux. ſufficit autem famam eſſe quod ſit canonicum impedimentum S. Tho. ſuppl. q. 43. ar. vlt. ad 4. Nau. vbi ſupra Silu. ver. ſponſalia q. 10. verſ. 11. Si tamen de fama doceatur c. Cum in tua de ſponſal. c. 2. de affin. & ibi Pan. num. 4. quo caſu ſufficit dictum vnius honeſti viri, qui de fama, & ſcandalo teſtificetur, c. Cum in tua cit. De quo vide Couar. in 4. p. 2. c. 6. parag. 10. num. 20. Nau. in c. Sacerdos de pœnit. d. 6. num. 27. Dec. in c. 1. de appell. Non ſoluuntur tamen per ſuperuenientem publicæ honeſtatis iuſtitiam Silu. vbi ſupra, vers. 10. Septimo ſi alter non erat ſeptenis, quo caſu nec oritur publicæ honeſtatis iuſtitia, c. Literas, de deſpons. impub; aut ſi ad pu.

ad pubertatem veniens, ſtatim diſſentiat c. De illis, & c. A nobis eo tit. Niſi firmaſſet iuramento Couar. vbi ſupra c. 5. parag. 1. num. 3. & 4. Ad pubertatem tamen veniens, ante quã cõſentiat, petere poteſt abſolutionem à iuramento Nau. c. 22. num 27. Octauo altero recedente à ſponſalibus poſt terminum, præfixum matrimonio, c. Sicut ex literis, de ſponſal. niſi eſſet præfixus poſt ſponſalia pura Silu. vbi ſupra vers. 5. aut niſi is, per quem ſtetit, culpa vacet, quia legitimè impeditus perficere non potuit in termino, c. Sicut cit. Sanch. lib. 1. c. 53. num. 7. Nono Altero incidente in paralyſim, aut malum contagioſum c. Literas, de coniug. lepros. aut in magnam deformitatem, aut in fornicationem etiam per vim, c. Quemadmodum, & ibi glo ver. oculos, de iureiur. Pan. in c. Fraternitatis, de frig. & mal. num. 9. & conſil. 48. uol. 1. Sponſo tamen fornicante non poteſt ſponſa reſilire Sanch. lib. 1. diſp. 15. in fi. Fornicationem intellige, etiã ante ſponſalia commiſſam, ſi ſponſus probabiliter ignorauit. Idem diſp. 63. Suar. de relig. trac. 5. lib. 11. c. 11. num. 14. etiam ſi ſponſa eſſet vidua. Item ſoluuntur, altero incidente in hæreſim S. Tho. ſuppl. q. 43. ar. vlt. ad 3. Silu. vbi ſupra verſ. 7. Vbi autem innocens, & ſanus velit contrahere, non poteſt alter reſilire Silu. ibidem. Decimo ſi alter prius fecit votum caſtitatis, aut religionis Nau. vbi ſupra Silu. matr. 7. q. 5. verſ. 5 Sanchez q. 46. num. 2. Nec verum eſt quod Sot. in 4. d. 27. q. 2. ar. 5. & Roder. in ſum. lib. 1. c. 245. num. 2. affirmant, voto ſimplici caſtitatis ſuperueniente, dirimi ſponſalia: neque enim vouere debuit in alterius præiudicium: nec Deus acceptat votum rei prius alteri promiſſæ V. Sanchez loc. cit. Alter tamen qui non vouit, liber manet, quia ille vouendo receſſit Silu. ver. ſponſalia q. 10. verſ. 7. & com. 11. Vndecimo ſuperueniente inter eos inimicitia capitali, c. 2. de ſponſal. aut ſi magnum ſcandalum ex eo matrimonio probabiliter timeatur, vt inimicitiæ inter conſanguineos ipſorum contrahentium Nau. c. 16. num. 18. Cord. lib. 1. qq q. 13. dicto 1. Sanchez lib. 1. diſp 14. num. 3. id affirmantes, licet ſecuta ſit Virginis defloratio. Decimo ſecundo ſi non eſt impleta promiſſio Cou. vbi ſupra: aut conditio poſita honeſta, & poſſibilis Nau. vbi ſupra; aut amiſſa bona, quæ intelligebantur, danda pro dote Couar. Nau. Silu. verſ. 9. Intelligitur enim, ſi res in eodem ſtatu permanſerint, c. Quemadmodum de iureiur. Si tamen illa nihil in dotem promiſit, non ſoluuntur ſponſalia ſecundum Couar. num. 4. cit. Verius tamen eſt ſolui, ſi ipſa diues eſt, & dotem aſſignare nolit Sanchez alijs cit. lib. 1. diſp. 60. Immo ſecundum Silu. non promittendo dotem, videtur promiſiſſe omnia bona ſua. Decimo tertio alterius crudele, & aſperum ingenium Pan. in c. Veniens, qui cler. vel vou. Decimo quarto ſi ſuccedat aliquid, quod ſi præceſſiſſet non fuiſſent contracta ſponſalia Nau. vbi ſupra, vt ſi quæ credebatur Virgo, intelligatur eſſe corrupta Silu. vbi ſupra verſ. 7. In prædictis, ſi cauſa eſt notoria, & ſufficiens, aut ſponſalia clandeſtina, non requiritur auctoritas Superioris Nau. c. 22. num. 28. Silu. ver. Sponſalia in fi. Sanchez lib. 1. diſp. 69. num. 4 alias peccet mort. recedens ſine auctoritate S. Ant. p. 3. tit. 1. c. 18. in fi. Cai. in ſum. ver. ſponſalia Silu. loc. cit. Addit Sanch. diſp. 63. poſſe diſſolui ſine alia auctoritate etiam vbi præceſſerant huiuſmodi cauſa ſponſalia, ſi probabiliter fuerunt ignoratæ, etiam ſi iuramento eſſent firmata, vt communiter Doct. in c. Quemadmodum de iureiur.

15 Stipulatio pœnæ in ſponſalibus non tenet, quia aduerſatur libertati matrimonii c. Gemma de ſponſal. Arra tamen eſſe poteſt in matrimonio, quia eſt fauorabilis glo. fi. ibidem.

16 Iuramentum de ducenda vna ex filiabus, v. g. Ioannis, non facit ſponſalia, incerta enim ſponſalia non ſunt ſponſalia: Glo. in c. Ex literis 2. de ſponſal. Quod ſi cum vna eorum dormierit, an ſit compellendus cum ea contrahere? cum aliam ducere non poſſit? Quidam dicunt eſſe compellendum, quia ad hoc ſe

arcta-

arctauit; Alij verò negant, quia verè nec ſponſalia præceſſerunt, vt dictum eſt; nec matrimonium, quia in perſonam incertam non fertur conſenſus, Glo. cit. in fi. docet forte compellendum eſſe, non ex vi ſponſaliorum, ſed propter iuramentum, licet ad illam recipiendam non ſe obligauerit directè. Pan. in d. c. Ex litteris num. 7. poſt recitatas varias Doct. opiniones, tandem cum Hoſt. docet teneri ad contrahendũ, non tã virtute ſponſaliũ, quam ex præſumpto conſenſu, quia ex quo iurauit ducere vnam ex filiabus Ioannis, & poſtea vnam ex eis cognouit, ſatis videtur illam elegiſſe, & iam in eam conſenſiſſe. V. tamen Sanchez lib. 1. diſp. 26.

DOS. PARAPHERNALIA.

V. Debitum. Filij. Furtum. Reſtitutio. Vſura.

1 DOs eſt quod datur viro ab vxore, vel ab alio eius nomine pro oneribus matrimonij ſuſtinendis Silu. ver. Dos, in principio.

2 Paraphernalia ſunt bona, quæ Vxor vndecumq; habet præter dotem Silu. ver. Paropherna, & horum adminiſtratio, & fructus ſunt vxoris, eorumque dominium numquam tranſit in maritum, niſi expreſſè appareat, vel niſi probetur Silu. cit. Azon. in ſum. de iure dot. num. 2. Nec in his ipſa Vxor ſub eſt dominio mariti Bonac. de contrac. diſp. 2. q. 10. p. 2. propos. 2. Immo peccat mort. maritus accipiendo aliquid notabile ex dictis bonis Nau. in man. c. 17. num. 153. Intellige prædicta, Niſi vxore liberè conſentiente. Nam ipſa inuita non poteſt maritus ſe in dictis bonis intromittere l. 1. C. de pact. conuent. Armell. ver. Paraphernum, Silu. eo. q. 3. q. ſeq.

3 Tenetur dotare etiam Auus paternus, ſi Pater non habeat ſaltem profectitia: & frater ex eodem Patre Ias. in l. Dotis cauſa ff. ſol. matr. à num. 16. Pan. vol. 2. conſ. 50. num. 3. & tamquam hæres, & tamquam frater Panor. vol. I. conſ. 12. dub. 7. Campeg. de dote par. 1. q. 23. quando ſcilicet aliunde non habet, aut Patris legitima non ſufficiat ſecundum eoſdem. Sed hoc vltimum non videtur poſſe ſuſtineri: quia ſi Pater non tenetur ad maiorem dotem, quam ſit legitima ipſi filiæ debita; cum tamen maiori vinculo teneatur erga filiam, quàm frater erga ſororem, quomodo cogitur frater ad dotem maiorem legitima? De hoc iterum infra num. 25. Opinionem Pan tenuit Rota coram D. Coccino apud Farin. p. 1. decis. 66. num. 6.

4 Poteſt vir vxorem dotare ante matrimonium, non autem poſt Pan. in c. Et ſi neceſſe de don. inter vir. & vx. Silu. ver. Dos q. 9. Ang eo. parag. 6. Niſi plebeius nobilem duxiſſet Arct. Inſt. de donat. parag. eſt, & aliud, in fi. Ang. vbi ſupra, & Donatio 3. in principio Silu loc. cit. Couar. in 4. p. 2. c. 3. parag. num. 2. Pan. in c. 1. de adult. num. 8. Acceptam ſine dote tenetur alere Silu. vbi ſupra q. 10.

5 Tenetur Pater iterum dotare filiam, quæ ſine culpa ſua dotem perdidit Silu. Dos q. 3. citato Bart. in l. Si cum dotem parag. Si poſt ſolutum ff. ſol. matr. Capell. Tholos. decis. 158. ſecus in fratre, qui non tenetur iterum dotare, licet abſq; culpa ammiſſa fuerit, ſecundum eaſdem Et ego concedo, niſi habeat bona paterna, quia ſi tenebatur Pater, ergo, & hæres: V. Gratian. diſcep. for. c. 65. & 198.

6 Omnia viri bona ſunt hypotecata pro dote, d. Ex litteris de pignor. & pro paraphernalibus, quæ adminiſtrat l. vlt. C de pact. conuent. Silu. q. 12.

7 Poteſt Vxor non traduci, neque alij dote promiſſa non ſoluta reddendum tamen debitum Silu. vbi ſuprà q. 10. Ang. eo. parag. 9. & com. Immò traducta poteſt repelli Hoſt. in c. Per veſtras de don. inter vir. & Vx. & ibi Pan & vol. 2. conſ. 85. Nauar.

Nauar. de regul. conſ. 50. num. 3. Molin. de contrac. diſp. 425. quòd tamen Couar. vbi ſuprà c. 7. num. 2. & fusè Sanchez lib. 9. diſp. non conceduntſ; niſi illa ſit in culpa.

8 Lucrans partem dotis, etiam ex ſtatuto, ſi ſecundò Vxorē ducat, tenetur illam ſeruare filijs prioris matrimonij Couar. vbi ſup. a. 2. parag. 1. num. 2.

9 Non tenetur vir ad lucra communia, etiam malè a ſe conſumpta Nau. c. 17. nu. 175. Molin. vbi ſuprà diſp. 273.

10 Non poteſt Vxor de bonis communibus, aut redditibus dotis aliquid donare ſine viri conſenſu Nau. vbi ſuprà, niſi in eleemosyna iuxta dicenda ver. eleemoſyna.

11 Non poteſt alienari dos, ſine iuramento Vxoris facto ſine vi, & dolo, c. Cū contingat de iureiur. S lu. vbi ſuprà q 11. nec donatio propter nuptias ſine iuramento, &c. Idem q. 13. Poteſt autem alienari dos pro redimendo marito captiuo, aut liberando à carceribus; cum in prohibitione alienationis non veniat alienatio neceſſaria. Quod tamen limitatur, niſi mulier remaneret prorſus indotata, tunc enim non valeret alienatio, etiam iurata, cum ſit contra publicam vtilitatem Gratian. diſcep. for. c. 108. V. Barboſ ad cit. c. Cum contingat.

12 Tota dos repetitur, etiam ſi in Vxore alenda, & ornanda multa ſuperflua impediſſet maritus. Nau. vbi ſuprà Sanchez. lib. 9. diſp. 4. num. 28. & ſeq.

13 Donatio viri de mobilibus vtrique commuibus, etiam ſine iuſta cauſa, valet, tenetur tamen in partem ſuam illa computare, idque Vxori manifeſtare, & in ejus defectum donatarius Nau. vbi ſuprà

14 Acquiſitum ex pecunia viri, & Vxoris inter vtramque diuidendum. Com. V. Molin de contrac. diſp. 412. Azor. p. 3. lib. lib 9. c. 18. Pan. in c. Significauit de don. inter vir. & vx. num. 2.

15 Conſtante matrimonio licèt renunciare lucrum acquiſitum, nec cenſetur donatio prohibita Couar vbi ſuprà c. 7. parag. 1. num. 11. Sanchez lib. 6. diſp. 5. num. 8.

16 Occidens Vxorem non acquirit bona, quæ alioqui ob illius mortem illi obueniſſent Ias. in l. Si ab hoſtibus parag. ſi vir. ff ſol. matr. Iul. Clar. parag. Homicidium vers. Priuatur etiam, & com.

17 Æſtimatio rei dotalis ſimpliciter facta præſumitur pro venditione Molin. vbi ſuprà diſp. 426. vbi quando dicatur æſtimatio, vel non. Quare in caſu reſtitutionis dotis, non res ipſa, ſed valor eſt reſtituendus. Molin. vbi ſupra num. 13. & Rebell de oblig. p. 2. lib. 5. q. 2. num. 9. per l. Si inter virum C. de iur. dot. & l. Plerumque ff. eo. Soluto autem matrimonio, ſi alia mariti bona non ſuppetant, eadem bona licèt æſtimata ad vxorem reuertuntur: cui propterea datur prælatio cœteris creditoribus mariti Rebel. num. 11. Molin. num. 3. l. In rebus C. de iur. dot.

18 Dos promiſſa ancillæ, ſi honeſtè ſeruiat, illi debetur, ſi completo 25. anno. fornicetur: fuit enim Domina in mora tradendi ancillam marito. Et conditio illa nō intelligitur, toto vitæ tēpore, ſed tempore arbitrio prudentis ſufficienti, ſi tamen ſeruitus ſit rationabilis Nau. de ſponſal. conſ. 3. aliàs de cond. appos. conſ. 2 Sanchez de matr. lib. 4. diſp. 34. num. 12. Quòd ſi antea fornicetur, debetur ſalarium. Nau. cons. 2. cit.

19 Occidens adulteram propria auctoritate, perdit quæ alioqui ob adulterium haberet Couar. vbi ſuprà parag. 7. num. 4. Silu. ver. Dos q. 14. etiam permittente iure, ſtatuto, aut conſuetudine Iul. Clar. vbi ſuprà contra Silu. loc. cit.

20 Vir non tenetur reſtituere fructus bonorum vxoris, ſi eos conſumpſit de eius voluntate, nec factus eſt locupletior, aut ſi modici ſunt. Nec fructus paraphernalium induſtriales de vxoris conſenſu conſumptos Couar. c. 7. cit. parag. 1. num. 2.

21 Dos eſt magis priuilegiata, quàm fiſcus reſpectu illius mulieris tantum, ac eius deſcendentium Azon. in ſum. tit. de nupt. parag. mariti. Si vterq; habet tacitam hypotecam, præfertur anterior Ias. in l. 1. ff. ſol matr. num. 10. ſecunda lect. S ilu reſt. 6. q. 5. verſ. 2. In dubio autem præfer-

præfertur dos. Mol. diſp. 438.

22 Fructus dotis vſque ad ſolutū matrimonium ſunt viri. Silu. ver. Dos. q. 20. verſ. 2. & hæredum toto tempore, quo non coguntur ſoluere. 1. anno Molin. in diſp.

23 Vxor, & eius hæredes, etiam extarnei habent tacitam hypotecam in bonis mariti pro dote, & præferuntur omnibus creditoribus habentibus tacitam etiam anteriorem, modò non priuilegiatam; vt habet prior vxor; non verò habentibus expreſſam anteriorem. Expreſſa verò hypoteca dotis non præfertur expreſſæ anteriori Silu. ver. dos. q. 12. vers. 3. Couar. 1. var. res. cap. 7. Molin. diſp. 516. contra Pan. in c. Ex literis de pignor. Ang. ver. dos parag. 11. docentes præferri, etiam anteriori expreſſæ, niſi aliud habeat conſuetudo. Idem priuilegium tacitæ habent paraphernalia, & donatio propter nuptias, quando illorum adminiſtratio fuit penes virum Silu. Pan. Couar. vbi ſuprà V. c. Ex literis cit. & ibi glo. Ias. in l. Dotis cauſa ff. ſol. matr. cons. 2. Non tamen quoad priuilegium prælationis. Cou. vbi ſupra c 6. concl. 1. vbi quòd donatio præter nuptias habet ius prælationis. Generaliter autem pro onis extradotalibus, non habet Vxor tacitam hypotecam in bonis mariti Ricc. p. 1. collect. 2690. per Rotam in vna Bonon. pecuniariæ 11. Decemb. 1600. coram Coccino decis. 17. Afflic. 44. Molin. diſp. 441.

24 Vidua pauper alenda ab hæredibus viri intra annum, quo non coguntur dotem ſoluere Silu. vbi ſuprà q. 22. Molin. diſp. 443. Si tamen interim ſecundò nubat, debentur alimenta Conar. in p. 2. c. 3. parag. 9. num. 9. Niſi ſecundus vir ita egeat, vt vxorem alere non poſſit; tunc enim ſoluenda Sanchez lib. 7. diſp. 88. num. 30. vbi etiam notat deberi alimenta, ſi ea prior vir legauit vxori, licèt ſecundus vir diues eſſet. Debentur etiam alimenta ſi relicta ſit prægnans, etiam dote ſoluta, licèt minimè egeat Cou. & Mol. vbi ſuprà V. Pan. vol. 2. cons. 39.

25 Non tenetur Pater ad maiorem dotem, quàm ſit legitima filiæ debita. Ias. in l. Cum Pater ff. de leg. 2. num. 2. & Auth. nouiſſima C. de inoff. teſt. nu. 461. & in l Quoniam nouella. C. eo. num. 3. & ſeq. Molin. diſp. 424 Dos enim ſuccedit loco legittimæ, vt de com. teſtatur addit. ad Capell. Tholos. decis. 437. Gratian. diſcep. for. c. 48 alios referens. amplians, etiam ſi Patris facultates creuerint: cum in dote conſtituenda attendatur tempus contractus, non autem mortis V. eundem to. 1. c. 15. Theſaur. dotis. 62. Si maiorem legitima conſtituat, ita; vt aliorum filiorum legitimam minuat, reſtituendum aliud plus Molin. de iuſt. tract. 2. diſp. 177. vers. vtrum quando. Immò conſtuere poteſt minorem in tribus caſibus ſecundum Menoc. de arb. Iud. lib. 2. cent. 2 c. 149. Primò cum ſtatutum iubet filiam debere eſſe contentam dote conſtituta. Secundò cum ſtatutum ſimpliciter loquitur, excludendas filias dotatas. Tertiò cum ſtatutum excludit filias dotatas. Quo caſu ſi Pater inſtituat filiam in dote: ea debetur ſtatim mortuo Patre, licèt Pater reliquerit pro tempore nuptiarum; non enim eſt legatum conditionale, ſed purum. Pan. vol. 2. conſ. 92. de quo etiam Bartol. in l. Titio genero num. 6. de cond. & dem.

26 Poteſt Pater relinquere dotem filiæ ſpuriæ Mol. diſp 168 V. ver. filij num. 30.

27 Mater non tenetur dotare filiam l. Neque mater, C. de iur. dot. Eſt enim id propriū munus Patris l. vlt. C. de dot promiſſi. Niſi vel filia eſſet inops aliunde non habens dotem, vt aperte innuit d. l. Neque mater. Aut niſi mater eſſet hæretica, aut infidelis, filia verò fidelis, tunc enim tenetur Mater ad dotem vſque ad integram legitimam, eſto aliunde haberet l. Cognouimus C. de hæret.

28 Dos poteſt repeti viro bannito, vel ad inopiam uergente glo. in c. Ex literis de pignor & ibi Pan. Silu. uer Dos. q. 16. Molin. diſp. 429. & com. Etiam ſi mulier ſcienter nupſerit pauperi, & ad inopiam uergenti Silu & Mol cit.

29 Viro ad inopiam uergente danda pecunia dotalis mercatori ad lucrum ſaluo

ca-

capital. c. per ueſtras de don. inter uir. & vx. Hoc intellige fieri poſſe per tres illos contractus, quos ponit Nau. comment de vſur. num. 14. & in man. c. 17. num. 255. Primum ſocietatis. Secundum aſſecurationis capitali, ſoluta mercede aſſecurationis. Tertium redemptionis lucri certi, pro incerto, aliàs contractus eſſet vſurarius V. ver. Societas num. 18. Pan. in d. c. Per veſtras Silu. ver. Dos q. 12. vers. 5. & ver. ſocietas 1.

30 Vxor adultera iudicio Eccleſiæ, aut propria voluntate recedens à marito, nec reconciliata perdit dotem, & paraphema, c. Plerumq; de dot. inter. vir. & vx. quæ adiudicantur marito accuſanti, qui ſi adulteretur; poteſt Vxor agere ad dotis reſtitutionem, & thori coniugalis conſortium. Idem vbi illa viro eſt reconciliata d. c. Plerũq; Ang. uer. ad vlt. parag. 8. Silu. ver. Dos; q. 15. V. Sanchez lib. 10. diſp 8. num. 9. Quid ſi poſtea comperiatur, matrimonium fuiſſe nullum? Sunt duæ opiniones, quas refert Glo. in d. c. Plerumq; ver. repetere, & Panor. ibidem & Barbos. num. 16. Sanchez vbi ſupra diſp. 8. num. 2. Vbi quòd ſi opponatur nullitas matrimonij poſt ſententiam, non auditur opponens, cum iam ſit dos marito applicata, per reg. Res iudicata ff. de reg. iur. Secus ſi ante ſententiam, cum verè ibi non fuerit adulterium.

31 Dos reuerſa ad Patrem, ſiue per diuortium, ſiue per mortem viri. non poteſt minui, ſed omnino ſeruanda eſt pro ſecundo viro, & pro filia ingrediente monaſterium; fuit enim hoc caſu ius acquiſitum filiæ irreuocabiliter, propter dotẽ, ſibi prius cõſtitutam; in cuius præiudicium nulla datur diminutio, vt de com. teſtatur Gratian. diſcep. for. to. 5. c. 882. num. 6. & 16. & ſeqq glo. fin. parag. fuerat Inſt. de actio. Limitat Bart. in Auth. de iur. dot. parag. Quia verò num. 12. Niſi Patris ſubſtantia eſſet diminuta. Sed contrarium videtur dicendum: quia vt docet Gratian. to. 1. c. 148. alios referens filia dotata petere non poteſt ſupplementum, vbi Patris facultates creuerint, ergò vbi diminutæ fuerint, dos non minuitur.

32 Fructus dotis taxandi ſunt iuxta locorum conſuetudinem. Rota coram Pegna in vna Aſcul. fideic. 26. Octob. 1601.

33 Matrimonium eſſe poteſt ſine dote, non è contra c. Si quis diuinis 30. q. 5.

34 Si ſtatuto cauetur, quod decedente Vxore ſine filijs, vir lucretur partem dotis; id non habet locum, vbi illa deceſſit ante matrimonij conſumationem, Pan. vol. prim. cons. 1.

DEBITVM CONIVGALE.

V. cognatio. Imped. Voti. Erroris. Luxuria. Matrim. Votum.

1 Exigere debitum eſt ius cogendi debitorem ad ſeruandum promiſſum. Simplex verò petitio ſupponit uoluntarium debitorem. Quare adulter petere poteſt, non exigere, cum amiſerit ius exigendi Cai. to. 1. opuſc. 31. resp. 4. Nau. c. 22. num. 23. Si tamen coniux innocens ignorat adulterium, poterit adulter etiam exigere. requiritur enim, ut alter adulterij conſcius ipſum priuet: nec ſufficiunt læuia indicia Sanchez de matr. lib. 1. diſp. 68. & lib. 10. diſp. 12. num. 8.

2 Reddendum debitum, licèt alter peccet mort. petẽdo, ut quia fornicario affectu, uel aſtrictus uoto caſtitatis: aut quia putat, matrimonium non ualere propter aliquod impedimentum dirimens, quod mulier certò nouit non ſubeſſe Cou. de ſponſal. p. 2. c. 3. parag. 1. num. 6. Sot. in 4. d 32. q. un. ar. 2. S. Ant. p. 3. tit. 1. c. 22. parag. 2. circa fi. Nau. c. 16. num. 31. Sanchez alios referens lib. 9. diſp. 6. num. 4. & 7. quia non cooperatur peccato exigentis, ſed tantum actui ex ſui natura licito coniugatis, quem prauus finis, & malitia petentis non uitiat. Excipe quando vitium perſonale priuat coniugem iure exigendi debitum, ut ſi habuit copulam cum alte-

rius

rios conſanguinea, tunc enim poteſt alter denegare Cou. vbi ſupra c. 7. parag. 3. nu. 5. S. Ant. vbi ſupra c. 20. parag 10. Silu. ver. luxuria q. 4 verſ. 4 Excipe ſecundò, ſi alter in alterius votum conſenſit, quia tunc peccat mort. reddendo Silu. votum 5 q. 2. S. Ant. c. 22. cit. parag. 3. Nau. c. 16. num. 31. Poteſt tamen petere, ſi ipſe non vouit S. Ant. ibidem Pan in c. 1 de conuerſ. coniug. num. 6. Ang. matr. 4. num. 7. Silu. matr 8. q. 12. verſ. 4. & votum 5. q. 6. Sot. in 4. d. 27. q. 1. ar. 4. verſ. Id autem.

3 Copula coniugalis ad vitanda in ſe ipſo fornicationem volunt eſſe peccatum ven. S. Tho. in 4. d. 31. q. 49. ar. 2. ad 2. & ibi S. Bon. q. 2. Ang. ver. debitum coniug parag. 22. & alij. Caiet autem in ſum. ver. matr. peccata. F. Ledes de matrm. q. 49. art. 5. dub. 3 & alij plures aſſerunt nullum eſſe peccatū: quia ſi copula illa licita eſt ad vitandum in coniuge fornicationē c. Secundum verba 33. q. 5. & concedunt S. Th. vbi ſupra, Silu. ver. debitum conjugale q. 11. & ſeq. & com. à fortiori erit licita ad vitandam propriam; cum plus teneatur ſibi, quam alijs conſulere. Alij mediā tenent ſententiam, vt tunc ſit peccatum venial. quando conuenienter poteſt alio modo in continentiā vitare. quando verò alijs medijs non poteſt carnis ſtimulos vitare, nullū ſit peccatū. Eſt Silu. vbi ſup. Sot. in 4. d. 31 q. un. ar. 4. Sanch. lib. 9. diſp. 9. num. 4.

4 Cauſa ſanitatis copulari ueniale eſt S. Tho ubi ſupra ad 4. Silu q 11. cit. S. Ant. ubi ſupra Ang. parag. 24. Alij, ut Riccard. relatus ab Ang. & pleriq; quos pro ſecunda ſententia refert Sanch lib. 4 diſp. 10. uolūt nullum eſſe peccatum Vict. uerò num. 272 Sanch. loc. cit. num. docent tunc nullum eſſe peccatum, cum nullum aliud medium aptum inuenitur ad inſtaurandum: cū in eo bonum fidei, & prolis, licet remotè includantur.

5 Dubitans de ualore matrimonij bona fide contracti petere non poteſt debitum: tenetur tamen reddere alteri bona fid petenti c. Dominus de ſec. nupt. & c. Inquiſitioni de ſent. ex c. Nau. c. 22. num. 54. & in c Si quis autem de pœnit. d. 7. à num. 101. S. Ant. p. 3. tit. 1. c. 9 uerſ. Secundo nota Couar. in 4. p. 2. c. 7. parag. 2. à num. 7. Salon. de dominio q. 1. ar. 6. ad 2. arg. Adr. Silu. matr. 8. q. 13. uerſ. 2. & alij. At Sot de iuſt lib. 4. q 5. ar. ult. & in 4. d. 27. q. 1. ar 3. uerſ. Immò uerò, & d. 37. q. un. ar. 5. in fi. & plures, quos refert, & ſequitur Sanchez. lib. 2. diſp. 41. num. 46. docent ante adhibitam diligentiam ad cognoſcendam ueritatem, & teneri dubitantem reddere, non tamen poſſe petere. Si uerò facta ſufficienti diligentia idem coniux adhuc dubitet, quod res non potuerit ſatis explorari, uincique dubium, poteſt etiam petere. cum enim ſit in poſſeſſione, non tenetur propter dubium, in quo ſine ſua culpa eſt, nec deponere poteſt, manere ligatus, ut non poſſit coniuge ſua uti. Quod ſi dubium ſit æquale pro utraque parte, deponat, & petat Vict. num 251.

6 Si uterque coniux certus ſcit adeſſe impedimentum neuter poteſt reddere, aut petere, etiam præcipiente ſuperiore, c. Inquiſitioni de ſent. ex c. quamuis probare non poſſit Sayr. clar. reg. lib. 1. c. 13. dub. 6. Sanchez ubi ſupra diſp. 9. Idem quando unus tantū nouit impedimentū licèt immineat periculum uitæ aut magnum ſcandalū Sanch. cit. ubi pluribus cit. aſſent contrariā ſententiā eſſe falſam, & in fide periculoſam, cum ſit contra cit. c. Inquiſitionis: & quia inde ſequeretur, licitam aliquando eſſe fornicationem. V. c. Literas de reſt. ſpol. Secus dicendum eſt de opinante. hic enim niſi quaſi certus ſit de impedimento, & nullitate matrimonij, tenetur reddere, non petere. c. Si uirgo 34. q. 2. S. Ant. p. 3. tit. 1. c. 3. parag. 2. Ang. matr. 3. imped. 4. num. 8. Silu. matr. 8. q. 13. uerſ. 2. Nau. c. 22. num. 82.

7 Poſt uotum ſimplex caſtitatis contrahens, poteſt petere debitū ſolum gratia alterius; eſt enim id reddere S Th. ſuppl q. 53. ar. 1 ad 4. Silu matr. 7. q. 5. uerſ. 4. Petens uerò ad ſibi ſatisfaciendum, peccat toties, quoties, glo. in c. Agathoſa 27. q. 2 Sot. in 4. d. 38. q. 2 art. 1. cōcl. 5. Cord. in

Nnn ſum.

vbi ſuprá num. 8. Item ſi audiuit à non fide dignis Nau. vbi ſup. Item qui non recordatur à quo audierit idem nu. 590. Itẽ ſi non credat ſe profuturum Silu. confeſſio 3. q. 12. & matr. 6. q 9.

36 Inualidè coniugatis, bona tamen fide, nihil dicendum ſiue à Parocho, ſiue à quos alio, etiam ſi crediuri ſint, poteſt enim ſequi magnum damnum Nau. c. 22. num. 83. de ſponſal. conſ. 10. & de conuers. coniug. cons. 3. & eſt caſus in c. Quia circa, de conſang. vt illud intelligunt Io: Med. de confeſſ. trac. 2. q. 20. vers. Corollariè ſequitur. Couar. in 4. p. 2. c. 6. 8. & 10. num 15. Arag. 2. 2. q. 33. ar. 6. conc. 3. Limitat primò niſi ſpes probabilis ſit, vt monitio abſq; ſcandalo proſit. Secundò niſi Confeſſor probabiliter credat, aliunde ſubmouendam eſſe ignorantiam, ab alio ſcilicet, qui imprudentius illi malo medeatur. ſic Cano relect de pœnit p. 5. Nõ videtur tamen neceſſaria hæc limitatio, quia, & moraliter caſus non eſt poſſibilis: & alioqui hic Confeſſor ſatisfacit tacendo Sanchez lib. 2 diſp. 38. num. 13. Tertio limitat, niſi coniuges illi dubij interrogarent Confeſſorem de re illa; tunc enim aperienda veritas, quamuis non profutura: iam enim læſa eſt eorum conſcientia, & taciturnitas eſſet eorum approbatio. Sot. in 4. d. 18. q. 2. ar. 4. ad 2. Arag. vbi ſuprà concl. 4. Suar. to 4. diſp. 32. ſect. 4. Si tamen dubium eſſet leue, ex leui cauſa, tacendum; non enim per id tollitur bona fides Cord. in ſum q 169. p. 5. Quarto limitat, niſi illa ignorantia eſſet contra bonum commune; vt ſi eſſet ſcandalum publicaq; famam nullitatis matrimonij. Quinto limitat, niſi perturbatio, aut ſcandalum pœnitentis futurum ſit momentaneum, vt quia breui ſperatur fructus admonitionis V. Sanchez diſp. 38. cit. Cum autem ſunt in bona fide, poteſt Confeſſor cogere, vt debitum reddant. ibidem num. 8. Cord. p. 5. cit.

37 Tenetur Vxor ſequi virum migrantẽ; niſi aliud eſſe conuentum, valet enim pactum, quòd Vxor aliò non transferatur. Nau. c. 14. num. 20. Silu. ver. vxor. q. 8. niſi ipſe cogatur aliqua neceſſitate, aut noua cauſa vrgente Pan. in c. Qui matrim. accus. pos. Non tenetur tamen ſequi vagabundum, ſi ignorabat talem eſſe quando nupſit: aut ſi ſciebat, ipſe tamen vult vagari ex cauſa inhoneſta, vel cum mortis, aut peccandi periculo. Silu. & Nau. vbi ſupra Couar. in 4. p. 2. c. 7. num 5. aut ſi poſt matrimonium factus eſt vagabundus Nau. ibidem De habitando certo loco non valet pactum, quia inducit ſeruitutem homini libero. V. Sanchez lib. 1. diſp. 41.

38 Vxorem atrociter verberare, aut percutere mortale eſt Nau. c. 14. num. 19 Verberare autem leuiter correctionis gratia licet. Pan. & Hoſt. in c. Quemadmodum de iureiur. Silu. ver. Vxor. q 3. vers. 2. Ang. eo. parag. 3. V. Fel. in c. Cum contingat de for. comp. num. 7.

39 Contrhaere inuitis parentibus non eſt mortale, ſi abſit ſcandalum Vict. num. 272. Si tamen id fiat ſine rationabili cauſa, aut ſi indignam accipit, Nau. c. 14. num. 15. vult eſſe mortale, quia grauem iniuriam facit parentibus. Sanchez lib. 4. diſp. 23. nu. 10. docet, ſecluſo ſcandalo non teneri filium, niſi ad petendum parentum conſiliũ; quod tamen non tenetur ſequi ſub mortali. quare exhæredari ideò non poſſe, ſi non clandeſtinè ſed ſeruata forma Concilij Trid. nupſit licet inuitis parentibus: & iure canonico contractas eſſe leges ciuiles contrarium ſtatuentes. Sunt tamen multi Doctores ibi relati, qui docent correctas non eſſe, ſed contrarium eſt tenendum. V. ver. filij num. 13

40 In dubio an prior maritus viuat, nõ eſt ſeparandum ſecundum matrimonium: fortè enim mortuus eſt, adeoq; eſt validum Cou. vbi ſup. num. 4.

41 Nunquam copula facit matrimonium, niſi fiat affectu maritali ſcilicet perficiendi Silu. matr. 2 q. 15. Nau. c. 22. nu. 28. In dubio autem de intentione, interpretandum pro matrimonio Nau. de conuers. coniug. cons. 15. ſufficit verò, ſi vnius conſenſui expreſſo, & non reuocato accedat alterius conſenſus Nau. de ſponſal. cons. 14. num. 13. & in man c. 22. num 51. cõtra Sil. matr. 8. q. 2. vers. 6. Idem dic

in

in matrimonio contracto per metum, ſi vitium illud metus occultum ſit; ſufficit enim ſi coactus liberè conſentiat, alterius conſenſu nondum reuocato Sanchez lib. 2. diſp. 32. num. 9. & lib. 4 diſp. 14. num. 2.

42 Si quis falsò credat matrimonium eſſe inualidum, ſed intendit contrahere quantum poteſt, tenetur Cou. vbi ſup. c. 3. parag. 7. num. 2. Idem ſi putat ſtare contractum Silu. vbi ſupra q. 13. verſ. 5. Nau. c. 22. num. 56.

43 Matrimonium contractum nimia reuerentia Patris, aut Tutorum, quæ cauſa eſt contractus, nullum eſt Nau. de his quæ vi, conſ. 10. num 8. V. Couar. c. 3. cit. parag. 6. At Sanchez lib. 4. diſp. 6. cum alijs ibi citatis, docet reuerentiam illã, niſi ſit cum metu graui, vt quia Pater, &c. minatur verbera, exhæredationem, &c. nõ ſufficere ad inualidandum matrimonium. Rota coram Buratto decis. 618. cum ibi cit. per Ferentill. Immo neceſſarium eſſe, vt ſolitus ſit minas exequi. Metus autem reuerentialis datur in eo, qui aliquo iure ſubiectionis alteri ſubeſt, vt in Clerico reſpectu Epiſcopi; in ſæculari reſpectu Magiſtratus; in filio reſpectu Patris, Matris, Aui, & aliorum aſcendentium, & Curatoris, & Patrui; & in Vxore reſpectu Viri; & Sorore reſpectu Fratris maioris; & in Sorore, & Fratre min. reſpectu Sororis, & Fratris mai. ſi in eorum domo habitent, & ab eis gubernentur. Sanch. loc. cit. Et diſp. 7. num. 7. docet idem operari preces importunas, ſi ſint perſonæ, cui debetur reuerentia.

44 Fictè contrahens matrimonium per verba de præſenti tenetur verè contrahere Nam alias ſequeretur magnum damnum fœminæ, quæ cum ideo aliud matrimonium inire non poſſit, cogetur perpetuò continere. Secus ſi nullum ex his damnis, nec aliud notabile timeatur Sanchez lib. 2. diſp. 11. num. 5. Amplia etiam ſi mulier non ſit virgo, idem enim damnum ſequitur perpetuæ continentiæ. Niſi ipſa virum deceperit fingendo ſe Virginem Sot. in 4 d. 27. q. 1. ar. 1. verſ. alia præcipua: aut ſi ille minimè ducturus fuiſſet corruptam; quamuis illa virum non deceperit fingendo, communiter tamen Virgo putabatur Sanchez vbi ſupra num. 6. Amplia ſecundò etiã ſi non fuerit ſecuta copulã quia illa nihilominus perpetuæ continentiæ patitur damnum Sot. vbi ſupra & clarius P. Ledes. de matr. q. 45. ar. 4. dub. 1. concl. 1. in 4. probat. Limita primò, niſi ſint diſparis conditionis: tunc enim cum ſit in contractu maxima inæqualitas, ſatisfacit ille alio modo reſarciendo iniuriam Silu. matr. 4. q. 8. Nau. c. 22. num. 76. quod concedit Sanchez num. 8. ſiue illa diſparitatem norit, ſiue ignorarit: Et quoties ille manifeſta facti conſenſus indicia præbuit; quia tunc fœmina ſe decepit; vnde ad nihil tenetur. Limita ſecundo, niſi peſſimi exitus inde probabiliter timeantur, aut aliud grauiſſimum ſcandalum, vt de ſponſalibus infra dicetur, ver. ſponſalia num. 14.

45 In cauſa matrimoniali potius ſtandum eſt opinioni vnius Doctoris dicentis pro eo, quam plurium contra ſententium, niſi illa ſit euidenter falſa, Pan. in c. fi. de re iudic. num. 3. Hoſt. in c. Super eo de cogn. ſp. adde, & non poſſit conuinci probabilibus rationibus Io. And. in c. 1. de conſtit V. Sanchez lib. 1. dip. 8. num. 7.

46 Cum diſpenſatur in matrimonio inualido, ſed contracto in facie Eccleſiæ, ſufficit poſtea ſine Parocho, & teſtibus cõſentire de nouo liberè, ideſt ſcientes ſe poſſe non conſentire, ſi velint Pius V. relatus à Nauar. in man. c. 22. num: 47: 70. & 86. & de eo, qui dux, quam poll. conſ. 3. & de ſponſal. conſ. 13. Sufficit verò conſenſus, licet non exprimatur. Idem de ſponſal. conſ. 14. num. 8. aſſerens de com. contra Couar. & alios docentes ſublato impedimento priorem contractum conualidari, & valere matrimonium prout ex tunc. Opinionem Nau. intellige in matrimonio nulliter contracto ob fictum conſenſum. Secus in contracto ob nulliter ob impedimentum dirimens: tunc enim habita diſpenſatione; neceſſarius eſt nouus conſenſus, & expreſſus. & ſic intelligenda eſt conſtitutio Pij Sanchez lib. 2. diſp. 35. & ſeq.

47 Contra-

47 Contrahens matrimonium cum animo (etiam ſolo corde retento) aduerſo bono ſacramenti, quia ſcilicet intendit non contrahere niſi ad tempus, nihil facit: eſt enim de ratione huius ſacramenti eſſe vinculum perpetuũ, & indiſſolubile. Secus in alijs duobus bonis matrimonij niſi deducatur in pactum. Nam ſi ille vult abſoluè contrahere, ex vi contractus obligatur ad non agendum aliquid contra ea bona, non obſtante illa intentione S. Ant. p. 3. tit. 1. c. 19. ante parag. in fi. Sanchez alios referens lib. 2. diſp. 29. num. 11. Alij tamen vt Silu. matr. 4. q. 5. & 6. Pan. in c. Commiſſum, de ſponſal. num. 2. docent, matrimonium non irritari per intentionem contrariam ſubſtantiæ ſacramenti, niſi deducatur in pactum. Immo addit Silu. non vitiari ſi ab vno exprimatur, altero contradicente, vbi proceſſum ſit ad conſumationem, id eſt ſaltem ad prolationem verborum de præſenti, quæ ſunt prima perfectio ſacramenti V. Ang. matr. 2. parag. 13. & ſeq. P. Sot. de matr. lect. 26.

48 Qui ex cauſa probabili firmiter credens coniugem mortuum, alteri nubit, excuſatur, v.g. ſi eſt violenta præſumptio, vt quia ſenex erat, & in acie fuit, nec redijt: aut ſi vnus teſtis bonæ famæ, aut fama ſufficiens Ang. matr. 3. imped 13. num. 4. Silu. matr. 8 q. 13. & alij ſi tamen contracto matrimonio dubitat de morte coniugis non poteſt debitum petere, tenetur tamen reddere Glo. in c. In præſentia de ſponſal. De teſte negant alij vnum ſufficere, niſi eo caſu, quo coniux obierit in loco ita diſtante, vt difficillimè haberi poſſint aliæ probationes. Nam c. In præſentia de ſponſal. requirit certum nuntium, cuiuſmodi non eſt vnus teſtis, cuius dictum ne in cauſis quidẽ pecuniarijs ſufficiens eſt. Sic Sanch. alios referens lib. 2. diſp. 46. q. 2. priorem ſententiam docuerunt Pan. in d. c. In præſentia num. 6. Hoſt. ibi, & in ſum. tit. de ſponſa duor. num. 6. De fama Pan. vbi ſupra, & alij negant ſufficere. Alij affirmant, vt Anchar. in cit. c. In præſentia num. 5. Iul. Clar. parag. fornicatio, verſ. penult. Alij verò communiter rectius docent, famam ſolam non ſufficere, niſi alijs adminiculis adiuuetur S. Ant. vbi ſupra c. 9. Sot. in 4. d. 37. q. vn. ar. 5. verſ. In primis Nau. c. 22. num. 53. Sunt verò adminicula longitudo abſentiæ; vniuerſalis fama, vbi coniux commorabatur, quòd mortuus ſit: ſi mors contigit in loco, valde diſtanti; ſi erat valde ſenex, aut æger, & diù ab fuit: ſi mulier accepit literas Sociorum, cum quibus militauit: Si ab hoſtibus captus, & communis fama ipſum obijſſe teſtatur, nec vxor diù aliquid contrarium audiuit. Vt verò fama probet, requiritur ipſam plenè, & verè probari. Ad hoc autem requiritur, primo, vt ſaltem duplici teſte probetur c. In omni, & c. Licèt, de teſtib. Secundo vt teſtes ſint omni exceptione maiores, deponantq; ſe à fide dignis audiuiſſe, alioqui fama non probat. c. Qualiter 2. de appell. Tertio vt cauſa, ex qua orta eſt fama, ſit rationabilis concurratq; cum ipſa fama, vt ſi ille mare nauigauit, ortaq; tempeſtate expectatus tempore congruo, ac per loca congrua quæſitus non comparuit, nec nauis qua vehebatur. Quarto, vt teſtes deponant publicè à maiori parte talis populi, ſe audiuiſſe. Quinto vt deponant à quibus perſonis fama ortum habuerit: niſi fama ex probabilibus coniecturis confirmaretur; aut magnus teſtium numerus puta ſeptem de ea deponerent. Sexto, vt teſtes huiuſmodi aſſerant ſe credere, rem ita ſe habere ſic multi quos refert, ac ſequitur Sanchez vbi ſupra num. 26.

49 Parochus in confeſſione ſciens impedimentum dirimens, ſi contrahentes publicè petant, tenetur aſſiſtere. ſi occultè; poteſt negare, ſi deſit periculum reuelationis Sot. in 4. d. 18. q. 4. ar. 5. verſ. Hinc fit, & de teg. ſecr. memb. 3. q. 4. poſt 5. concluſ. dub. 1. & ibi Cord. Nauar. in c. Sacerdos de pœnit. d. 6. num. 144. Immo tenetur ſi nequeat ſe citra reuelationis ſuſpicionẽ eximere Sot. cit. Ego verò puto eum teneri, etiam cum occultè petunt quia cum impedimentum nouerit in confeſſione vti non poteſt illa ſcientia extra confeſſionem, neq; hoc caſu id facere poteſt ſine reuelatione, quæ vitanda eſt etiam cum

ipſo

ipſo pœnitente, vt ſupra ver. Confeſſor num. 46. Diſtinguunt alij, vt teneatur Parochus, quia tenetur ex officio: Secus ſi ſit alius aſſiſtens de licentia proprij ſic Palud. in 4. d. 21. q. 3. ar. 1. & in alio ſimili docent alij de Euchar. vt. S. Ant. Silu. Sot. de quo ſupra ver. Euchar. num. 32. Si autem ſciat extra confeſſionem, impedimentum tamen occultum eſt, non poteſt etiam publicè petenti Sacramentum miniſtrare. Vbi enim impedimentum opponitur, Parochi non eſt de illius veritate diſcutere, ſed tenetur ad Ordinarium rem deferre. Quòd ſi nullus opponat, aut quia ipſe ſolus nouit, tenetur ipſe coram Ordinario impedimentum opponere; ad id enim tenetur ex officio. Si autem Ordinarius ſolus nouit impedimentum, quod probare nequit, non poteſt publicè petenti ſacramentum denegare; eſt enim Iudex, non teſtis, atque adeo tenetur ſecundum allegata, & probata iudicare Sanchez lib. 3. diſp. 15. num. 12.

50 An poſſit Princeps ſæcularis ſiue fidelis, ſiue infidelis, aut cõſuetudo inducere impedimentũ dirimens matrimoniũ V. Sanch. lib. 7. diſp. 3. & 4.

51 Denunciationes non ſunt de eſſentia matrimonij Sanchez lib. 3. diſp. 5. q. 1. Peccat tamen mort. Parochus, illas omittens ſine licentia Epiſcopi Rotam coram Pegn. apud Farinac. p. 1. decis 81. nu. 21. Niſi aliquam ommittat, ſiue ante, ſiue poſt matrimonij conſumationem, certus moraliter nullum ſubeſſe impedimentum ibidem q. 2. fieri autem debent ab vtriuſque contrahentis Parocho, tribus diebus feſtiuis intra Miſſarum ſolemnia Concil. Trid. ſeſſ. 24. c. 1. de refor. matr. & declarauit Sacra Congregatio. Non tamen debent dies feſti immediatè ſubſequi, quin aliquod dierum interuallum intercedat Idem diſp. 6. Sufficit autem, ſi fiant etiam die feriato; quando ex aliqua cauſa eſt magnus populi concurſus ad Eccleſiam, quia ſatisfit menti Concilij diſp. 6. cit. in fi. Idem faciendæ ſunt in parochijs, vbi diutius verſati ſunt; veriſimilius enim eſt fore, vt ſciantur impedimenta.

52 Vbi nullũ reperitur impedimẽtũ, debet Parochus volentes matrimonium contrahere in facie Eccleſiæ, coniungere Trid. ſeſſ. 24. c. 1. de matrim. Vt vn. dicatur matrimonium contrahi in facie Eccleſiæ, opus non eſt, vt in ipſa Eccleſia materiali vel in eius limine celebretur, vt declarauit Socra Cong Conc. ſed ſatis eſt ſi contrahatur domi coram Parocho, & duplici teſte, permiſſis denunciationibus, & ſic hodie ſeruari docet Sanchez de matr. lib. 3. diſp 15. num. 20. cum alijs ibi citatis Nau. in man. c. 122. num. 70. Nec poteſt Epiſcopus prohibere, ne matrimonium domi celebretur, ſeruata forma Concilij, ſed tantum hortari nõ percipere. Cong. Conc.

53 An matrimonium infidelium ſit Sacramentum vide Barbos. ad c. De illa de diuort. num. 3. & dub. ſeqq. Et an altero conuerſo ad fidem habente plures vxores, relicta prima, quæ non vult conuerti ſine contumelia creatoris, poſſit ſecundam conuerſam ducere. Vide Azor. p. 2. lib. 5. c. 2. q. 4. Nau. de conuerſ. infid. cons. 1. num. 3.

54 Non poteſt Parochus matrimonio coniungere exteros, niſi per teſtes iuridicè examinatos conſtet de ſtatu libero contrahere volentium. S. Congreg. Inquiſit. de Vrbe. Vbi etiam de ritu examinandi teſtes, &c.

55 Ex ſponſalibus ab initio validis, & poſtea mutuo conſenſu diſſolutis oritur impedimentũ publicæ honeſtatis c. Acceſſit ad præſentiam, vers. ſane, iuncta gloſa, ver. ipſo iure de deſpons. impub. Sanchez de matrim. l. b. 7. diſp. 68 n. 12. & declarauit Sacra Congregatio in vna Cremonen. quã ad verbum refert Sperell. decis. 95. n. 21. quia Conc. Trid. ſeſſ. 24. c. 3. de refor. matr. ſolum conſiderauit, quod à principio valida ſit. Et quia ſi à principio valida & deinde dirempta per mortem impedimentũ inducunt, vt conſtat ex cap. ſponſam. Eſt enim hoc impedimentum perpetuum c. ſponſam, & c. ſiquis deſponſauerit 27 q. 2.

SPONSALIA

V. Conditio. Error. Iuramentum. Matrim. Promiſſio.

1 Sponſalia ſunt futurarum nuptiarum promiſſio c. Noſtrates 30. q. 5. & l. 1. ff de ſponſal.

2 Ætas ad ſponſalia ſeptem anni in vtroq; alioqui non oritur impedimentum publicæ honeſtatis, c. literas, & c. Acceſſit de deſp. impub. Oportet autem eſſe completos d. c. Literas, vbi bis dicitur Completos, Niſi prius adſit vſus rationis, & malitia ſuppleat ætatem Couar in 4. p. 1. c. 2. num. 1. Vict. in ſum. num. 286. S. Tho. ſuppl. q. 43. ar. 2. ad 7 Sanchez alios referens lib. 2. diſp. 16. num. 8. & ſic intelligendus Pan. in d. c. Literas num. 4. dicens ætatem illam præueniri non poſſe, Sufficit verò is vſus rationis, qui ſatis eſt ad culpam lætalem Sanch. vbi ſupra num. 16. Ante celebrata conualeſcunt poſtea mutuò conſenſu d c. Literas, & ibi glo. ver. placere. Si maior contrahat cum minore, licet ſponſalia non teneant, tenetur tamen expectare minorem, cui fidem dedit, ſi forte manere velit eodem propoſito Silu. ver. ſponſalia in q. 2. verſ. 2. in fi.

3 Sponſalia ſecunda non tenent, niſi primis legitimè diſſolutis c. Sicut ex literis de ſponſal. Silu. vbi ſupra q. 10. etiam ſi ſint iurata S. Ant. p. 3. tit. 1. c 18. parag. fi. Couar. vbi ſupra c. 4. num. 3. & alij plures, quos refert, & ſequitur Sanch lib. 2. diſp. 50. num. 2. limitans Niſi fuerit iuſta cauſa recedendi à prioribus; tunc enim tenere ſecunda, & ſeruandum iuramentum. Limitat Secundo Reginald. lib. 31. c 36. num. 260. vt ratione damni illati per ſecunda ſponſalia, vt quia ſponſa deflorata eſt, ignorans priora ſponſalia. adderem ego, aut aliàs diffamata, vt quia ex conuerſatione ſuſpicio copulæ orta eſt; aut etiam ſi oſcula, & tactus interuenere, ex quo illa maritum æqualem habere non poſſit; tunc enim ex quadam æquitate priorum obligatio, quaſi moraliter impoſſibilis ceſſare poteſt: præſertim ſi prior ſponſa nullum, vel leue damnum ex non ſeruata fide ſit paſſura. De rigore autem tenetur priorem ducere, quia iniuria illata poſteriori non aufert ius prioris Sanchez vbi ſupra diſp 49. num. 5. Rebell. verò de oblig. lib. 4. q. 8. num 86. abſolute docet priora ſponſalia ipſo facto diſſolui per copulam cum ſecunda ignorante priora ſponſalia. quod ego non concedo.

4 Eccleſia non cogit eos, qui etiam ſponſalia iurarunt, ſed potius monet, cap. Requiſiuit de ſponſal. Cou. vbi ſupra. Et licet c. Ex literis 2. de ſponſal. dicat cogendum eſſe: id tamen non eſt intelligendum finaliter, vt benè notat ibi Glo. ver. compellas, cum matrimonium conſtituere non poſſit ſine conſenſu eorum, qui coniungendi ſunt Couar. num. 4. ſed quia facit quod poteſt per cenſuras, & alia iuris remedia, vt renuens promiſſa præſter. V. Pan. in d. c. Requiſiuit, & c. Ex literis, & c. Cum locum, eo. tit. Cou. loc. cit.

5 In generali obligatione de contrahendo, intelligitur, niſi aliquid turpe ſuperueniat, c. Quemadmodum de iureiur. Pan. in c. Literas de coniug. lepros.

6 Promiſſio Sponſalium non facit ſponſalia, niſi ex conſuetudine Silu. ver. ſponſalia q. 6. verſ. 4. aut ex intentione Armill. eo. parag. 8.

7 Ante aduentum conditionis honeſtæ, & neceſſariæ ſponſalia non ſunt ſponſalia c. vn. de ſponſal. Silu. vbi ſupra q. 5. Niſi per factum à conditione recedatur, vt ſi copula intercedat, c. De illis de condit. appos.

8 Clandeſtina ſponſalia ſunt valida, & ſeruanda promiſſio, etiam poſt Concil. Trid. Couar. vbi ſupra p. 2. c. 6. num. 22 Nau. c. 25. num. 144. vt etiam declarauit Cong. Concil. Nec peccant ita contrahentes Sanch. lib. 1. diſp. 13. quidquid Cai. in ſum. ver. ſponſalia, in contrarium dicat.

9 Non fiunt ſponſalia, niſi vtrique mutuò conſentiant Silu. ver. ſponſalia initio Nau. c. 22. num. 25. Tenetur tamen

promit-

promittens ſub mortali ſeruare promiſſum; licet alter non repromiſerit, modò acceptauerit promiſſionem, quia eſt promiſſio ſimplex in re grauiſſima Sanchez lib. 1. diſp. 5. num. 26.

10 Cum parentes pro filijs ſpondent, poſſunt filij in ætate diſcretionis diſſentire c. vn. de deſp. impub. in 6. Si verò ſpondeant pro filijs abſentibus, non tenent ſponſalia; niſi hi certiores facti tacitè ſaltem ratificent. Si verò ſunt præſentes, ſufficit taciturnitas, ſi filij ſint in ætate c. vn. cit. parag. fi. Sanch. diſp. 23. in fi. Signa autem tacitæ ratificationis ſunt oſcula, mutua habitatio, etiam in aliena domo, datio anuli, aut alterius muneris tamquam ſponſæ Sanchez vbi ſupra diſp. 16. num. 16.

11 Dicere contraham tecum, ſi Papa diſpenſauerit Couar. vbi ſupra, c. 3. num. 7. vult facere ſponſalia. Negant alij, vt Vict. num. 26. Silu. matr. 5. q. 9. Pan. in c. Super eo, de condit. appos. num. 8. Quare non tenetur poſt diſpenſationem contrahere Sot. in 4. d. 29 q. 2. ar. 1. Verius tamen alij docent teneri Adr. in 4. de matr q. 12. Iul. Clar. alios referens parag. Inceſtus, verſ. Sed quid Nau. de conſang. cons. 5. Sanch. lib. 5. diſp. 5. num. 24. Vict. vbi ſupra dat regulam Quod ſi in hoc inſtanti non eſt matrimonium, quicquid poſtea ſuperueniat, non erit, niſi de nouo contrahatur. quod in matrimonio, non in ſponſalibus admittit Pan. vbi ſupra, & Innoc. in c. Paſtoralis de cauſ. poſſeſſ.

12 Sponſalia cum non baptizato cum conditione, ſi conuertatur, tenent c. Non oportet 28. q. 1. S. Tho. ſuppl. q. 59. ar. 1. ad 3. Silu. matr. 8. q. 10. verſ. 3. S. Ant. p. 3. tit. 1. c. 6. initio Ang. matr. 3. imped. 10. initio Sanchez vbi ſupra.

13 Sponſalia non tranſeunt in matrimonium poſt Concil. Trid. ſeſſ. 24. de ref. matr. etiam ſecuta copula animo maritali Nau. c. 22. num. 25. num. 144.

14 Soluuntur ſponſalia, primò vtriuſq; conſenſu, c. 2. de ſponſal. etiam ſi ſint iurata ob pietatem Nau. c. 22. num. 25. quod Pau. in d. c. 2. in fi. & Silu. ver. ſponſalia q. 10. poſt Inn. concedunt quando iuramentum concernit commodum hominis: ſecus ſi principaliter ſit ad complacendum Deo, quia tunc pars remittere non poteſt. Verior tamen eſt Nau. ſententia: quia iuramentum hoc caſu ſemper dicitur præſtitum in partis vtilitatem. Secundo altero ingreſſo religionem, c. Ex publico, de conuerſ. coniug. Nau. vbi ſupra. Nec requiritur profeſſio, vt voluit Couar. vbi ſupra c. 5. num. 11. Sed ſtatim altero ingreſſo, poteſt alter aliud inire matrimonium: Quòd ſi ille ingrediatur animo ſtatim exeundi, tenetur ad priora ſponſalia, ſi alter adhuc velit; ita multis relatis Sanchez lib. 1. diſp. 42. Tertio per ſacri ordinis ſuſceptionem Nau. vbi ſupra num. 27. Roder. in ſum. p. 1. c. 245. num. 2. Silu. vbi ſupra q. 7. & 10. verſ. 15. etiam ſi ſint iurata ſecundum Silu. & Roder. cit. Quinto altero abſente ſine ſpe breuis reditus, etiam ſi ſint iurata c. De illis, de ſponſal. aut etiam non redeunte tempore à Iudice deſignato Nau. vbi ſupra. Nec expectandum tempore à lege ciuili ſtatuto Pan. in d. c. De illis num. 5. Si tamen ſit in loco propinquo, aut expectandus, aut requirendus, vt contrahat de præſenti, Si verò ſi in remotis propter impedimentum neceſſarium, expectandus, poteſt tamen Iudex dare licentiam contrahendi propter periculum incontinentiæ Couar. vbi ſupra num. 8. Sexto per ſuperuenientem affinitatem, c. Veniens, & c. Ex literis, de eo qui cogn. cons. ux. ſufficit autem famam eſſe quod ſit canonicum impedimentum S. Tho. ſuppl. q. 43. ar. vlt. ad 4. Nau. vbi ſupra Silu. ver. ſponſalia q. 10. verſ. 11. Si tamen de fama doceatur c. Cum in tua de ſponſal. c. 2. de affin. & ibi Pan. num. 4. quo caſu ſufficit dictum vnius honeſti viri, qui de fama, & ſcandalo teſtificetur, c. Cum in tua cit. De quo vide Couar. in 4. p. 2. c. 6. parag. 10. num. 20. Nau. in c. Sacerdos de pœnit. d. 6. num. 27. Dec. in c. 1. de appell. Non ſoluuntur tamen per ſuperuenientem publicæ honeſtatis iuſtitiam Silu. vbi ſupra, verſ. 10. Septimo ſi alter non erat ſeptenis: quo caſu nec oritur publicæ honeſtatis iuſtitia, c. Literas, de deſpons. impub. aut ſi

ad pubertatem veniens, ſtatim diſſentiat c. De illis, & c. A nobis eo tit. Niſi firmaſſet iuramento Couar. vbi ſupra c. 5. parag. 1. num. 3. & 4. Ad pubertatem tamen veniens, ante quã cõſentiat, petere poteſt abſolutionem à iuramento Nau. c. 22. num 27. Octauo altero recedente à ſponſalibus poſt terminum, præfixum matrimonio, c. Sicut ex literis, de ſponſal. niſi eſſet præfixus poſt ſponſalia pura Silu. vbi ſupra vers. 5. aut niſi is, per quem ſtetit, culpa vacet, quia legitimè impeditus perficere non potuit in termino, c. Sicut cit. Sanch. lib. 1. c. 53. num. 7. Nono Altero incidente in paralyſim, aut malum contagioſum c. Literas, de coniug. lepros. aut in magnam deformitatem, aut in fornicationem etiam per vim, c. Quemadmodum, & ibi glo uer. oculos, de iureiur. Pan. in c. Fraternitatis, de frig. & mal. num. 9. & conſil. 48. uol. 1. Sponſo tamen fornicante non poteſt ſponſa reſilire Sanch. lib. 1. diſp. 15. in fi. Fornicationem intellige, etiã ante ſponſalia commiſſam, ſi ſponſus probabiliter ignorauit. Idem diſp. 63. Suar. de relig. trac. 5. lib. 11. c. 11. num. 14. etiam ſi ſponſa eſſet vidua. Item ſoluuntur, altero incidente in hæreſim S. Tho. ſuppl. q. 43. ar. vlt. ad 3. Silu. vbi ſupra verſ. 7. Vbi autem innocens, & ſanus velit contrahere, non poteſt alter reſilire Silu. ibidem. Decimo ſi alter prius fecit votum caſtitatis, aut religionis Nau. vbi ſupra Silu. matr. 7. q. 5. verſ. 5 Sanchez q. 46. num. 2. Nec verum eſt quod Sot. in 4. d. 27. q. 2. ar. 5. & Roder. in ſum. lib. 1. c. 245. num. 2. affirmant, voto ſimplici caſtitatis ſuperueniente, dirimi ſponſalia: neque enim vouere debuit in alterius præiudicium: nec Deus acceptat votum rei prius alteri promiſſæ V. Sanchez loc. cit. Alter tamen qui non vouit, liber manet, quia ille vouendo receſſit Silu. ver. ſponſalia q. 10. verſ. 7. & com. 11. Vndecimo ſuperueniente inter eos inimicitia capitali, c. 2. de ſponſal. aut ſi magnum ſcandalum ex eo matrimonio probabiliter timeatur, vt inimicitiæ inter conſanguineos ipſorum contrahentium Nau. c. 16. num. 18. Cord. lib. 1. qq q. 13. dicto 1. Sanchez lib. 1. diſp 14. num. 3. id affirmantes, licet ſecuta ſit Virginis defloratio. Decimo ſecundo ſi non eſt impleta promiſſio Cou. vbi ſupra: aut conditio poſita honeſta, & poſſibilis Nau. vbi ſupra; aut amiſſa bona, quæ intelligebantur, danda pro dote Couar. Nau. Silu. verſ. 9. Intelligitur enim, ſi res in eodem ſtatu permanſerint, c. Quemadmodum de iureiur. Si tamen illa nihil in dotem promiſit, non ſoluuntur ſponſalia ſecundum Couar. num. 4. cit. Verius tamen eſt ſolui, ſi ipſa diues eſt, & dotem aſſignare nolit Sanchez alijs cit. lib. 1. diſp. 60. Immo ſecundum Silu. non promittendo dotem, videtur promiſiſſe omnia bona ſua. Decimo tertio alterius crudele, & aſperum ingenium Pan. in c. Veniens, qui cler. vel vou. Decimo quarto ſi ſuccedat aliquid, quod ſi præceſſiſſet non fuiſſent contracta ſponſalia Nau. vbi ſupra, vt ſi quæ credebatur Virgo, intelligatur eſſe corrupta Silu. vbi ſupra verſ. 7. In prædictis, ſi cauſa eſt notoria, & ſufficiens, aut ſponſalia clandeſtina, non requiritur auctoritas Superioris Nau. c. 22. num. 28. Silu. ver. Sponſalia in fi. Sanchez lib. 1. diſp. 69. num. 4 alias peccet mort. recedens ſine auctoritate S. Ant. p. 3. tit. 1. c. 18. in fi. Cai. in ſum. ver. ſponſalia Silu. loc. cit. Addit Sanch. diſp. 63. poſſe diſſolui ſine alia auctoritate etiam vbi præceſſerant huiuſmodi cauſa ſponſalia, ſi probabiliter fuerunt ignoratæ, etiam ſi iuramento eſſent firmata, vt communiter Doct. in c. Quemadmodum de iureiur.

15 Stipulatio pœnæ in ſponſalibus non tenet, quia aduerſatur libertati matrimonii c. Gemma de ſponſal. Arra tamen eſſe poteſt in matrimonio, quia eſt fauorabilis glo. fi. ibidem.

16 Iuramentum de ducenda vna ex filiabus, v. g. Ioannis, non facit ſponſalia, incerta enim ſponſalia non ſunt ſponſalia: Glo. in c. Ex literis 2. de ſponſal. Quod ſi cum vna eorum dormierit, an ſit compellendus cum ea contrahere? cum aliam ducere non poſſit? Quidam dicunt eſſe compellendum, quia ad hoc ſe arcta-

arctauit; Alij verò negant, quia verè nec ſponſalia præceſſerunt, vt dictum eſt; nec matrimonium, quia in perſonam incertam non fertur conſenſus. Glo. cit. in fi. docet, fortè compellendum eſſe, non ex vi ſponſaliorum, ſed propter iuramentum, licet ad illam recipiendam non ſe obligauerit directè. Pan. in d. c. Ex litteris num. 7. poſt recitatas varias Doct. opiniones, tandem cum Hoſt. docet teneri ad contrahendū, non tā virtute ſponſaliū, quam ex præſumpto conſenſu, quia ex quo urauit ducere vnam ex filiabus Ioannis, & poſtea vnam ex eis cognouit, ſatis videtur illam elegiſſe, & iam in eam conſenſiſſe. V. tamen Sanchez lib. 1. diſp. 26.

DOS. PARAPHERNALIA.

V. Debitum. Filij. Furtum. Reſtitutio. Vſura.

1 DOs eſt quod datur viro ab vxore, vel ab alio eius nomine pro oneribus matrimonij ſuſtinendis Silu. ver. Dos, in principio.

2 Paraphernalia ſunt bona, quæ Vxor vndecumq; habet præter dotem Silu. ver. Parapherna, & horum adminiſtratio, & fructus ſunt vxoris, eorumque dominium numquam tranſit in maritum, niſi expreſſè appareat, vel niſi probetur Silu. cit. Azon. in ſum. de iure dot. num. 2. Nec in his ipſa Vxor ſub eſt dominio mariti Bonac. de contrac. diſp. 2. q. 10. p. 2. propoſ. 2. Immo peccat mort. maritus accipiendo aliquid notabile ex dictis bonis Nau. in man. c. 17. num. 153. Intellige prædicta, Niſi vxore liberè conſentiente. Nam ipſa inuita non poteſt maritus ſe in dictis bonis intromittere l. 1. C. de pact. conuent. Armell. ver. Paraphernum, Silu. eo. q. 3. q. ſeq.

3 Tenetur dotare etiam Auus paternus, ſi Pater non habeat ſaltem profectitia: & frater ex eodem Patre Ias. in l. Dotis cauſa ff. ſol. matr. à num. 16. Pan. vol. 2. conſ. 50. num. 3. & tamquam hæres, & tamquam frater Panor. vol. 1. conſ. 12. dub. 7. Campeg. de dote par. 1. q. 23. quando ſcilicet aliunde non habet, aut Patris legitima non ſufficiat ſecundum eoſdem. Sed hoc vltimum non videtur poſſe ſuſtineri: quia ſi Pater non tenetur ad maiorem dotem, quam ſit legitima ipſi filiæ debita; cum tamen maiori vinculo teneatur erga filiam, quàm frater erga ſororem, quomodo cogitur frater ad dotem maiorem legitima? De hoc iterum infra num. 25. Opinionem Pan tenuit Rota coram D. Coccino apud Farin. p. 1. decis. 66. num. 6.

4 Poteſt vir vxorem dotare ante matrimonium, non autem poſt Pan. in c. Et ſi neceſſe de don. inter vir. & vx. Silu. ver. Dos q. 9. Ang eo. parag. 6. Niſi plebeius nobilem duxiſſet Aret. Inſt. de donat. parag. eſt, & aliud, in fi. Ang. vbi ſupra, & Donatio 3. in principio Silu loc. cit. Couar. in 4. p. 2. c. 3. parag. num. 2. Pan. in c. 1. de adult. num. 8. Acceptam ſine dote tenetur alere Silu. vbi ſupra q. 10.

5 Tenetur Pater iterum dotare filiam, quæ ſine culpa ſua dotem perdidit Silu. Dos q. 3. citato Bart. in l. Si cum dotem parag. Si poſt ſolutum ff. ſol. matr. Capell. Tholoſ. decis 158. ſecus in fratre, qui non tenetur iterum dotare, licet abſq; culpa ammiſſa fuerit, ſecundum eaſdem Et ego concedo, niſi habeat bona paterna, quia ſi tenebatur Pater, ergo, & hæres: V. Gratian. diſcep. for. c. 65. & 198.

6 Omnia viri bona ſunt hypotecata pro dote, d. Ex literis de pignor. & pro paraphernalibus, quæ adminiſtrat l. vlt. C de pact. conuent. Silu. q. 12.

7 Poteſt Vxor non traduci, neque alij dote promiſſa non ſoluta reddendum tamen debitum Silu. vbi ſuprà q 10. Ang. eo. parag. 9. & com. Immò traducta poteſt repelli Hoſt. in c. Per veſtras de don. inter vir. & Vx. & ibi Pan & vol. 2. conſ. 85.

Nauar.

Nauar. de regul. conſ. 50. num. 3. Molin. de contrac. diſp. 425. quòd tamen Couar. vbi ſuprà c. 7. num. 2. & fusè Sanchez lib. 9. diſp. non concedunt; niſi illa ſit in culpa.

8 Lucrans partem dotis, etiam ex ſtatuto, ſi ſecundò Vxorē ducat, tenetur illam ſeruare filijs prioris matrimonij Couar. vbi ſup. 2. 2. parag. 1. num. 2.

9 Non tenetur vir ad lucra communia, etiam malè a ſe conſumpta Nau. c. 17. nu. 175. Molin. vbi ſuprà diſp. 273.

10 Non poteſt Vxor de bonis communibus, aut redditibus dotis aliquid donare ſine viri conſenſu Nau. vbi ſuprà, niſi in eleemoſyna iuxta dicenda ver. eleemoſyna.

11 Non poteſt alienari dos, ſine iuramento Vxoris facto ſine vi, & dolo, c. Cũ contingat de iureiur. Silu. vbi ſuprà q. 11. nec donatio propter nuptias ſine iuramento, &c. Idem q. 13. Poteſt autem alienari dos pro redimendo marito captiuo, aut liberando à carceribus; cum in prohibitione alienationis non veniat alienatio neceſſaria. Quod tamen limitatur, niſi mulier remaneret prorſus indotata, tunc enim non valeret alienatio, etiam iurata, cum ſit contra publicam vtilitatem Gratian. diſcep. for. c. 108. V. Barboſ ad cit. c. Cum contingat.

12 Tota dos repetitur, etiam ſi in Vxore alenda, & ornanda multa ſuperflua impendiſſet maritus. Nau. vbi ſuprà Sanchez. lib. 9. diſp. 4. num. 28. & ſeq.

13 Donatio viri de mobilibus vtrique commuibus, etiam ſine iuſta cauſa, valet, tenetur tamen in partem ſuam illa computare, idque Vxori manifeſtare, & in ejus defectum donatarius Nau. vbi ſuprà

14 Acquiſitum ex pecunia viri, & Vxoris inter vtramque diuidendum. Com. V. Molin de contrac. diſp. 432. Azor. p. 3. lib. lib 9. c. 18. Pan. in c. Significauit de don. inter vir. & vx. num. 2.

15 Conſtante matrimonio licèt renunciare lucrum acquiſitum, nec cenſetur donatio prohibita Couar vbi ſuprà c. 7. parag. 1. num. 11. Sanchez lib. 6. diſp. 5. num. 8.

16 Occidens Vxorem non acquirit bona, quæ alioqui ob illius mortem illi obueniſſent Ias. in l. Si ab hoſtibus parag. ſi vir. ff. ſol. matr. Iul. Clar. parag. Homicidium vers. Priuatur etiam, & com.

17 Æſtimatio rei dotalis ſimpliciter facta præſumitur pro venditione Molin. vbi ſuprà diſp. 426. vbi quando dicatur æſtimatio, vel non. Quare in caſu reſtitutionis dotis, non res ipſa, ſed valor eſt reſtituendus. Molin. vbi ſupra num. 13. & Rebell de oblig. p. 2. lib. 5. q. 2. num. 9. per l. Si inter virum C. de iur. dot. & l. Plerumque ff. eo. Soluto autem matrimonio, ſi alia mariti bona non ſuppetant, eadem bona licèt æſtimata ad vxorem reuertuntur: cui propterea datur prælatio cœteris creditoribus mariti Rebel. num. 11. Molin. num. 3. l. In rebus C. de iur. dot.

18 Dos promiſſa ancillæ, ſi honeſtè ſeruiat, illi debetur, ſi completo 25. anno, fornicetur: fuit enim Domina in mora tradendi ancillam marito. Et conditio illa nō intelligitur, toto vitæ tēpore, ſed tempore arbitrio prudentis ſufficienti, ſi tamen ſeruitus ſit rationabilis Nau. de ſponſal. conſ. 3. alias de cond. appoſ. conſ. 2 Sanchez de matr. lib. 4. diſp. 34. num. 12. Quòd ſi antea fornicetur, debetur ſalarium. Nau. conſ. 2. cit.

19 Occidens adulteram propria auctoritate, perdit quæ alioqui ob adulterium haberet Couar. vbi ſuprà parag. 7. num. 4. Silu. ver. Dos q. 14. etiam permittente iure, ſtatuto, aut conſuetudine Iul. Clar. vbi ſuprà contra Silu. loc. cit.

20 Vir non tenetur reſtituere fructus bonorum vxoris, ſi eos conſumpſit de eius voluntate, nec factus eſt locupletior, aut ſi modici ſunt. Nec fructus paraphernalium induſtriales de vxoris conſenſu conſumptos Couar. c. 7. cit. parag. 1. num. 2.

21 Dos eſt magis priuilegiata, quàm fiſcus reſpectu illius mulieris tantum, ac eius deſcendentium Azon. in ſum. tit. de nupt. parag. mariti. Si vterq; habet tacitam hypotecam, præfertur anterior Ias. in l. 1. ff. ſol matr. num. 10. ſecunda lect. Silu reſt. 6. q. 5. verſ. 2. In dubio autem præfer-

Digitized by Google

præfertur dos. Mol. diſp. 438.

22 Fructus dotis vſque ad ſolutũ matrimonium ſunt viri. Silu. ver. Dos. q. 20. verſ. 2. & hæredum toto tempore, quo non coguntur ſoluere. 1. anno Molin in diſp.

23 Vxor, & eius hæredes, etiam extranei habent tacitam hypotecam in bonis mariti pro dote, & præferuntur omnibus creditoribus habentibus tacitam etiam anteriorem, modò non priuilegiatam, vt habet prior vxor; non verò habentibus expreſſam anteriorem. Expreſſa verò hypoteca dotis non præfertur expreſſæ anteriori Silu. ver. dos. q. 12. vers. 3. Couar. 1. var. res. cap. 7. Molin. diſp. 516. contra Pan. in c. Ex literis de pignor. Ang. ver. dos parag. 11. docentes præferri, etiam anteriori expreſſæ, niſi aliud habeat conſuetudo. Idem priuilegium tacitæ habeat paraphernalia, & donatio propter nuptias, quando illorum adminiſtratio fuit penes virum Silu. Pan. Couar. vbi ſuprà V. c. Ex literis cit. & ibi glo. Ias. in l. Dotis cauſa ff. ſol. matr. cons. 2. Non tamen quoad priuilegium prælationis. Cou. vbi ſupra c 6. concl. 1. vbi quòd donatio præter nuptias habet ius prælationis. Generaliter autem pro onis extradotalibus, non habet Vxor tacitam hypotecam in bonis mariti Ricc. p. 1. collect. 2690. per Rotam in vna Bonon. pecuniariæ 11. Decemb. 1600. coram Coccino decis. 17. Afflic. 44. Molin. diſp. 441.

24 Vidua pauper alenda ab hæredibus viri intra annum, quo non coguntur dotem ſoluere Silu. vbi ſuprà q. 22. Molin. diſp. 443. Si tamen interim ſecundò nubat, debentur alimenta Conar. in p. 2. c. 3. parag. 9. num. 9. Niſi ſecundus vir ita egeat, vt vxorem alere non poſſit; tunc enim ſoluenda Sanchez lib. 7. diſp. 88. num. 30. vbi etiam notat deberi alimenta, ſi ea prior vir legauit vxori, licèt ſecundus vir diues eſſet. Debentur etiam alimenta ſi relicta ſit prægnans, etiam dote ſoluta, licèt minimè egeat Cou. & Mol. vbi ſuprà V. Pan. vol. 2. cons. 39.

25 Non tenetur Pater ad maiorem dotem, quàm ſit legitima filiæ debita. Ias. in l. Cum Pater ff. de leg. 2. num. 2. & Auth. nouiſſima C. de inoff. teſt. nu. 461. & in l. Quoniam nouella. C. eo. num. 3. & ſeq. Molin. diſp. 424 Dos enim ſuccedit loco legittimæ, vt de com. teſtatur addit. ad Capell. Tholos. decis. 437. Gratian. diſcep. for. c. 148 alios referens. amplians, etiam ſi Patris facultates creuerint: cum in dote conſtituenda attendatur tempus contractus, non autem mortis V. eundem to. 1. c. 15. Theſaur. dotis. 62. Si maiorem legitima conſtituat, ita; vt aliorum filiorum legitimam minuat, reſtituendum aliud plus Molin. de iuſt. tract. 2. diſp. 177. vers. vtrum quando. Immò conſtuere poteſt minorem in tribus caſibus ſecundum Menoc. de arb. Iud. lib. 2. cent. 2 c. 149. Primò cum ſtatutum iubet filiam debere eſſe contentam dote conſtituta. Secundò cum ſtatutum ſimpliciter loquitur, excludendas filias dotatas. Tertiò cum ſtatutum excludit filias dotatas. Quo caſu ſi Pater inſtituat filiam in dote: ea debetur ſtatim mortuo Patre, licèt Pater reliquerit pro tempore nuptiarum; non enim eſt legatum conditionale, ſed purum. Pan. vol. 2. conſ. 92. de quo etiam Bartol. in l. Titio genero num. 6. de cond. & dem.

26 Poteſt Pater relinquere dotem filiæ ſpuriæ Mol. diſp 168 V. ver. filij num. 30.

27 Mater non tenetur dotare filiam l. Neque mater, C. de iur. dot. Eſt enim id propriũ munus Patris l. vlt. C. de dot promiſſi. Niſi vel filia eſſet inops aliunde non habens dotem, vt aperte innuit d. l. Neque mater. Aut niſi mater eſſet hæretica, aut infidelis, filia verò fidelis, tunc enim tenetur Mater ad dotem vſque ad integram legitimam, eſto aliunde haberet l. Cognouimus C. de hæret.

28 Dos poteſt repeti viro bannito, vel ad inopiam uergente glo. in c. Ex literis de pignor & ibi Pan. Silu. uer Dos. q. 16. Molin. diſp. 429. & com. Etiam ſi mulier ſcienter nupſerit pauperi, & ad inopiam uergenti Silu & Mol cit.

29 Viro ad inopiam uergente danda pecunia dotalis mercatori ad lucrum ſaluo

ca-

rius conſanguinea, tunc enim poteſt alter denegare Cou. vbi ſupra c. 7. parag. 3. nu. 5. S. Ant. vbi ſupra c. 20. parag 10. Silu. ver. luxuria q. 4 verſ. 4 Excipe ſecundò, ſi alter in alterius votum conſenſit, quia tunc peccat mort. reddendo Silu. votum 5 q. 2. S. Ant. c. 22. cit. parag. 3. Nau. c. 16. num. 31. Poteſt tamen petere, ſi ipſe non vouit S. Ant. ibidem Pan in c. 1 de conuerſ. coniug. num. 6. Ang. matr. 4. num. 7. Silu. matr. 8. q. 12. verſ. 4. & votum 5. q. 6. Sot. in 4. d. 27. q. 1. ar. 4. verſ. Id autem.

3 Copula coniugalis ad vitanda in ſe ipſo fornicationem volunt eſſe peccatum ven. S. Tho. in 4. d. 31. q. 49. ar. 2. ad 2. & ibi S. Bon. q. 2. Ang. ver. debitum coniug parag. 22. & alij. Caiet autem in ſum. ver. matr. peccata. F. Ledes de matrim. q. 49. art. 5. dub. 3 & alij plures aſſerunt nullum eſſe peccatũ; quia ſi copula illa licita eſt ad vitandum in coniuge fornicationẽ c. Secundum verba 33. q. 5. & concedunt S. Th. vbi ſupra, Silu. ver. debitum coniugale q. 11. & ſeq. & com. à fortiori erit licita ad vitandam propriam; cum plus teneatur ſibi, quam alijs conſulere. Alij mediã tenent ſententiam, vt tunc ſit peccatum venial. quando conuenienter poteſt alio modo incontinentiã vitare. quando verò alijs medijs non poteſt carnis ſtimulos vitare, nullũ ſit peccatũ. Eſt Silu. vbi ſup. Sot. in 4. d. 31 q. un. ar. 4. Sanch. lib. 9. diſp. 9. num. 4.

4 Cauſa ſanitatis copulari ueniale eſt S. Tho ubi ſupra ad 4. Silu. q. 11. cit. S. Ant. ubi ſuprà Ang. parag. 24. Alij, ut Riccard. relatus ab Ang. & pleriq; quos pro ſecunda ſententia refert Sanch lib. 4 diſp. 10. volũt nullum eſſe peccatum Vict. uerò num. 272 Sanch. loc. cit. num: docent tunc nullum eſſe peccatum, cum nullum aliud medium aptum inuenitur ad inſtaurandum; cũ in eo bonum fidei, & prolis, licet remotè includantur.

5 Dubitans de ualore matrimonij bona fide contracti petere non poteſt debitum; tenetur tamen reddere alteri bona fid petenti c. Dominus de ſec. nupt. & c. Inquiſitioni de ſent. ex c. Nau. c. 22. num. 54. & in c. Si quis autem de pœnit. d. 7. à num. 101. S. Ant. p. 3. tit. 1. c. 9 uerſ. Secundo nota Couar. in 4. p. 2. c. 7. parag. 2. à num. 7. Salon. de dominio q. 1. ar 6. ad 2. arg. Ad Silu. matr. 8. q. 13. uerſ. 2. & alij. At Sot de iuſt lib. 4. q. 5. ar. ult. & in 4. d. 27. q. 1. ar. 3. uerſ. Immò uerò, & d. 37. q. un. ar. 5. in fi. & plures, quos refert, & ſequitur Sanchez. lib. 2. diſp. 41. num. 46. docent ante adhibitam diligentiam ad cognoſcendam ueritatem, & teneri dubitantem reddere, non tamen poſſe petere. Si uerò facta ſufficienti diligentia idem coniux adhuc dubitet, quod res non potuerit ſatis explorari, uincique dubium, poteſt etiam petere. cum enim ſit in poſſeſſione, non tenetur propter dubium, in quo ſine ſua culpa eſt, nec deponere poteſt, manere ligatus, ut non poſſit coniuge ſua uti. Quod ſi dubium ſit æquale pro utraque parte, deponat, & petat Vict. num 251.

6 Si uterque coniux certus ſcit adeſſe impedimentum, neuter poteſt reddere, aut petere, etiam præcipiente ſuperiore, c. Inquiſitioni de ſent. ex c. quamuis probare non poſſit Sayr. clar. reg. lib. 1. c. 13. dub. 6 Sanchez ubi ſupra diſp. 9. Idem quando unus tantũ nouit impedimentũ licèt immineat periculum uitæ aut magnum ſcandalũ Sanch. cit. ubi pluribus citaſſent contrariã ſententiã eſſe falſam, & in fide periculoſam, cum ſit contra cit. c. Inquiſitionis: & quia inde ſequeretur, licitam aliquando eſſe fornicationem V. c. Literas de reſt. ſpol. Secus dicendum eſt de opinante. hic enim niſi quaſi certus ſit de impedimento, & nullitate matrimonij, tenetur reddere, non petere. c. Si uirgo 34. q. 2. S. Ant. p. 3. tit. 1. c. 3. parag. 2. Ang. matr. 3. imped. 4. num. 8. Silu. matr. 8. q. 13. uerſ. 2. Nau. c. 22. num. 82.

7 Poſt uotum ſimplex caſtitatis contrahens, poteſt petere debitũ ſolum gratia alterius; eſt enim id reddere S. Th. ſuppl q. 53. ar. 1 ad 4. Silu matr. 7. q. 5. uerſ. 4. Petens uerò ad ſibi ſatisfaciendum, peccat toties, quoties. glo. in c. Agathosa 27. q. 2 Sot. in 4. d. 38. q. 2. art. 1. cõcl. 3. Cord in

 ſum.

Digitized by Google

ſum q. 136. puncto 2. Salon. 2. 2. q. 62. ar. 8. contr. 2. concl. 3. Nau c. 22. num. 30. Vict num. 236. Sanch. lib. 9. diſp. 33. num. 5 contra Glo. in c. Si quis votum 27. q. 1. & alios docentes ſolum peccare pro prima vice, quod & ſi minus tutum, non tamen condemnandum de mortali aſſerit Ang matr. 3 imped. 5. p. 3. Diſpenſat Epiſcopus ad petendum. Ang. Silu. Nau. loc. cit. V. infra Impedimenta non dirimentia num. 116. Sentiens in altero periculum incontinentiæ, tenetur petere ad obuiandum, & ſi vterq; noſſet id periculum in altero, tenetur vterque Sanchez in ſum. lib. 4. c. 21. num. 19. Poſſunt verò Regulares diſpenſare in foro conſcientiæ ex priuilegio Martini V. vt refert Sorbus ad Collectorem, ver. Diſpenſatio in fi.

8 Contrahens poſt votum religionis peccat mort. petendo debitum ſolum pro prima vice; quia non formaliter vouit caſtitatem Sot. vbi ſupra, & de iuſt. lib. 7. q. 2. ar. 2. Cord. vbi ſupra: cum illo ſolo actu ſe impotentem reddat ad implendum votum Arag. 2. 2. q. 88. ar. 2. circa ſolut. 2. Nau. c. 12. num. 47. Tolet. lib. 7. c. 14. Mortua verò vxore tenetur intrare religione Sanchez in ſum lib. 4. c. 16. num. 117. & de matr. lib 9 diſp. 33. num. 16. vbi nu. 17. idem affirmat, quando ex alia cauſa ceſſat impedimentum, ut quando uxor eſt adulterata, & fit diuortium, aut quando vouens eſt adulter, & ad inſtantiam innocentis celebratur diuortium.

9 Si ambo coniuges habent uotum caſtitatis, utroq; ſciente alterius uotum, neuter poteſt reddere debitum Silu. matr. 7. q. 5. uerſ. 6. Nau. c. 13. num. 59. & c. 16. num. 31. Tu dic quod ſi uotum præceſſit matrimonium, uterq; tenetur reddere non petere Ang. ubi ſupra parag 5. Sanch. alios referens lib. 9. diſp. 23. num. 8. Si verò uotum ſit poſterius, & ambo communi conſenſu uouerunt, neuter poteſt petere, nec reddere c. Quod Deo 33. q. 2. Silu. & Nau. ubi ſupra Pan. in c. 1. num. 6. & c. Cariſſimus de conuerſ. coniug. num. 6. Silu. uotum 5. q. 2. Sot. in 4. d. 27. q. 1. ar. 4. uerſ. Id autem S. Ant. p. 3. tit. 1. c. 22. parag. 4. Si uerò coniuges non mutuo conſenſu caſtitatem uouerunt, uterq; poteſt reddere, non petere Sanchez lib 9. diſp. 7. in fi. Si tamen huiuſmodi uotum ſit per modum promiſſionis, & contractus, poſſunt ipſi coniuges ſibijpſis remittere renuntiationem illam iuris petendi, & reddendi, iterum conferendo ſibi mutuam corporum poteſtatem; erunt tamen ſacrilegi effractores uoti Sanchez ubi ſupra diſp. 37. num. 15. Quare licèt teneat huiuſmodi remiſſio, nō tamen poterit debitum petere, obſtante uoto ibidem Epiſcopus diſpenſat ad petendum, licèt commode poſſit adiri Papa, cum per illam remiſſionem quaſi de nouo contrahatur matrimonium, quoad licitam facultatem eius vſus Idem lib. 8. diſp. 12 num. 15. V. infra Imped. non dirim. num. 116.

10 Poteſt vterq; coniux irritare alterius votum, quatenus ſibi præiudicat ac domeſticæ nocet gubernationi Nau. c. 12. nu. 60. & ſeq. S. Ant. vbi ſupra parag 1. in fi. Ang. votum 2. num. 8. Silu votum 5. q. 1. & alij plures. Quare ex S. Ant. Ang. & Silu. non poteſt vir irritare vota vxoris dandi aliquid de proprio, ſi habet paraphernalia, aut vota dicendi aliquas orationes, &c. Alij tamen abſolutè docent, poſſe à viro irritari omnia vxoris vota, ſic Arag. 2. 2. q. 88. ar. 8. Sot. de iuſt. lib. 7. q. 3. ar. 2. Sanchez alios referens lib. 9. diſp. 39. præcipuè num. 4. per c. Noluit, & c. ſi. 33. q. 5. Sed certè verior eſt prior opinio, quam vt communem amplectuntur Molin. de contrac. diſp. 274. num. 6. Leſſ. lib. 2 c. 40. num. 83. Sayr. cla. reg. lib. 6. c. 5. dub. 3. Azor p. 1. lib. 11. c 17 q. 12. Nam quoad paraphernа minimè ſubijcitur marito, cum habeat liberam eorum adminiſtrationem, donareq; de illis poſſit, etiam inuito marito: niſi fortè conſuetudo, & ſtatuta regionis aliter decernerent Nau. c. 17. nu. 174. Et de certis orationibus affirmat Leſſ. loc. cit.

11 Neuter tenetur reddere debitum intra duos menſes poſt matrimonium ratum, ſi velit intrare religionem c. Ex publico de conuers. coniug. Immò etiam

de

de religione non cogitanti datur idem tempus Silu. ver. Debitum coniug. q. 1. verſ. quarta cauſa. Sanchez alios referens lib. 2. diſp. 14. num. 25: contra Nau. c. 16. num. 47. & B. med in ſum. c. 16. parag. 13. docentes non teneri reddere, ſi volunt religionem ingredi: Terminum duorum menſium intellige dari ad ingreſſum, non autem ad profeſſionem: ad quam ex Conc. Trid. ſeſſ. 25. de regul. c. 15. neceſſariò prærequiritur integer annus probationis, ac ætas 16. ann. Quare ſi ſponſa ſit tantum duodenis, expectare cogitur ſponſus per quattuor annos Sanch. lib. 2. diſp. 24. q. 2: Poteſt tamen Iudex, cauſa cognita tempus diuorum menſium, vel reſtringere, vel prorogare, non tamen facile, & paſſim Pan. in d. c. Ex publico num. 11. vers. in glo. 2. Sanchez q. 3. Eodem priuilegio gaudet ſponſa ante benedictionem non enim ante ipſam cogitur debitum reddere. Si tamen diù differatur, conſultum eſt vti copula, ad euitanda multa peccata: modò matrimonium ſit publicatum, propter ſcandalum Ang. ver. debitum coniug. parag. 2. Silu. eo. q. 9.

12 Ab adultero etiam publico poteſt vxor innocens exigere, eiq. reddere debitum: ceſſat enim ſcendalum, & ſuſpicio conniuentiæ: cum ad ipſam non ſpectet facto virum corrigere Silu. vbi ſupra q. 10. Nau. c. 16. num. 28. S. Ant. vbi ſupra c. 20. parag. 9. Vir autem non poteſt exigere, nec reddere adulteræ publicæ. & incorrigibili, niſi ad vitandum in ſe periculum fornicationis, Doct. cit.

13 Amenſtruata Vxore licet debitum exigere, & reddere Nau. c. 16. num. 32. Vict. in ſum. num. 279. Cai. in ſum. ver. matrimonij peccata; peccat tamen venialiter, petens propter turpitudinem, & indecentiam, niſi alia ratio excuſet, vt aduitandam in ſe, vel in ſocio fornicationem; aut ne coniugi odioſit. Sanchez alios referens lib. 9 diſp. 21. num. 7. & ſeq. Intellige autem de menſtruo naturali. Nam ſi innaturalis ſit, vt quia quaſi continuo ex morbo aliquo accidit, licebit petere, & reddere, & in hoc omnes conueniunt. fœminam autem menſtuatam debitum petere, volunt eſſe mortale Silu vbi ſupra q 6. in ſi Ang parag. 32. quando petit tantum cauſa libidinis explendæ. Alij volunt eſſe veniale vt S. Ant. vbi ſupra parag. 5. in 4. d. 32. q vn. ar. 3 in ſi. Vict. & Nau. vbi ſupra. Excuſari verò etiam à veniali, ſi petat ad vitandum in ſe, vel in ſocio foenicationem.

14 Copulari in loco ſacro ſemper eſt mortale, cum ea copula violet locum ſacrũ impediatq; in eo celebrati diuina c ſi. de conſecr. Eccl. in ant. & c. vn. to. in 6. c. Eccleſis de conſecr. d. 1. c. Eccleſijs diſt. 68. Ang. vbi ſupra num. 35. Nau. c. 16. nu. 32. & com. Limitant Ang vbi ſupra, & Silu conſecratio 2. q. 5. verſ. 3. & ver. Debitum coniug. q. 3. Niſi in ſe, vel in coniuge timeatur incontinentia; vt quia coniuges diù ibi ſunt incluſi, & ad alia loca non ſacra egreſſus minimè patet: Secus ſi breui tempore: Nam in priori caſu, cum difficillimum ſit continere, exponerentur coniuges probabili periculo admittendi voluntarias pollutiones Sayr. de cenſur. lib. 5. c. 16 num. 19. & alij plures, quos refert, & ſequitur Sanchez lib 9. diſp. 15. q. 1. licèt Nau. vbi ſupra S. Ant. c. 20. cit. parag. 2. Cai. vbi ſupra. & alij quidam dicant etiam in caſu neceſſitatis eſſe mortale, & Sot. ubi ſupra, & Rodrig in ſum. p. 1. c. 243. num. 19. & alij velint eſſe mortale, cum copula eſt publica, vt quia ambo in eodem lecto accumbunt; ſecus ſi ſit occulta, de qua Sot. dubitanter loquitur. Alter. de interd. diſp. 3. c 1. docet violari Eccleſiam per copulam coniugalem, quando eſt cum peccato mort. vt quando fit abſq; legitima cauſa. Secus ſi cum cauſa, & ſine peccato, vt in caſibus enumeratis.

15 Inceſtuoſus coniux, qui ſcilicet contracto matrimonio cognouit coniugis cõſãguineã non poteſt debitũ petere, c. 1. de eo qui cogn. conſ. vx. tenetur tamen reddere c. Diſcretionem, c pen. & c. ſi. eo. tit. etiam matrimonio nondum conſumato Sanchez lib. 9 diſp. 29. Excipe ignorantem illam eſſe conſanguineam Vict. nu 291. & vi cognitã; hæc enim nõ prohibetur petere Sot. in 4. d. 73. q. 1. ar. 2. Diſpenſat Epiſcopus cũ huiuſ-

Nnn 2 modi

modi inceſtuoſis, vt poſſint petere S. Ant. licet dubius vbi ſupra parag. 8. Nau. de conſang. & affin. conſ. 10. num. 3. Silu. marr. 8. q. 15. verſ. 7. Sot. vbi ſupra Couar. in 4. p. 2. c. 7. parag. 2. num. 6. etiam ſi poſſint facilè adiri alij in hoc priuilegiati Sāch. lib. 8. diſp 12 nu. 13. licèt Silu. ver. luxuria q. 4. verſ. 5. & uer. Debitum coniug. q 9 & matr 8 q. 15. verſ. 7. Ang. ver. inceſtus parag. 5. & alij velint Epiſcopum id poſſe ex cauſa, vt iuuentutis, vbi timetur de incontinentia, & cum non poteſt adiri Papa. Et Couar. vbi ſupra dicat omninò adeundam eſſe ſedem Apoſt. Regulares diſpenſare poſſunt cum huiuſmodi inceſtuoſis ad petendum, ſi ſint deputati à Prouincialibus, vt refert Roder. de regul. to. 1. q. 63. ar. 1. conceſſiſſe Iul. 2. & Mart. V. Cong. caſſin. quam tamen limitationem non referunt Sayr. cla reg. lib. 6. c. vn nu. 98. Cord. in ſum q. 136 puncto 2. Sorb. uer Diſpenſatio, & in Comp. priuil. cler. reg. eo uer. & alij, ſed abſolutè docent, conceſſum fuiſſe Confeſſarijs ord. min. & Prædic. vt abſq; alia facultate poſſint in dicto caſu diſpenſare, & Monachis omnibus S. Benedicti Vall ſoleto conceſſit ſum. Pœnit; vt in hoc caſu diſpenſare poſſint. ſic Roder. collect. priuil. bull. 23. Iulij II. V. Mirar de manual. Præl. regul. q. 47. ar. 2.

16 Cum eſt periculum incontinentiæ in inceſtuoſo, tenetur innocens lege charitatis ei ſuccurrere aut petendo, aut reddendo Sanchez lib. 9. diſp. 6. num. 13.

17 Ex copula illicita vltra ſecundum gradum non impeditur exactio debiti quia nulla inde contrahitur affinitas Conc Concil. & ſatis conſtat ex eodem Conc. ſeſſ 24. c. 4. de refor. matr. Nau. de conſang. conſ. 6. Roder in ſum. lib. 1. c. 243. nu. 12. quare cognoſcens conſanguineam vxoris vltra ſecundum gradum poteſt petere Sanchez lib. 9 diſp. 27 num. 14.

18 Cognoſcens propriam conſanguineam poteſt petere debitum S. Ant. vbi ſup. Nau. c. 16 num 35. Silu matr. 7. q. vlt verſ. 3. Sanchez alios referens vbi ſupra num. 7.

19 Coniux conſentiens, vt alter per copulam iniquam contrahat affinitatem non poteſt petere debitum Silu. ver. luxuria q. 4. verſ. 3. & pluribus probat Sanchez vbi ſupra num. 3.

20 Inceſtuoſus occultus non eſt priuatus ipſo facto iure exigendi debitum, ſed requiritur ſententia; eſt enim pœna Pan. in c. Literis de præſump. Silu. vbi ſupra Contrarium docent Cai. to. 1. opuſc. 31. reſp. 4. Sot. in 4. d. 37. q vn. ar. 2. concluſ. 2. Sanch. vbi ſupra nu. 2. & tota diſp 30. Vbi tamen fatetur, nullam ſe inuenire rationem concludentem, vt hæ pœnæ, quamuis priuatiuæ ſint, non indigeant ſententia.

21 Nullus copulæ modus, modò ſeruetur vas debitum eſt peccatum mortale Silu. ver debitum coniugale q. 4. Ang. eo. nu. 25. Vict. num. 276. Nau. c. 16. nu. 42. & comlicèt pauciores quidem velint eſſe mortale, falſo nixi fundamento, quòd generatio impediatur. Immo ex cauſa nec eſſe veniale docent S. Ant. Silu. Ang Cai. 2. 2. q. 154. ar. 1. ad 4. vt cauſa ſuffocationis prolis, aut infirmitatis, &c.

22 Ante purificationem licet debitum petere: niſi mulieri aliquod malum timeatur mortis, vel aggrauationis S. Ant. vbi ſupra parag. 4. Silu. q. 5. Ang. parag. 34.

23 Diebus feriatis Rogationum, & ieiuniorum exigere debitum volunt eſſe veniale S. Ant. p. 3 tit. 1. c. 20. parag. 11. Silu. vbi ſupra q. 11. dicto 1 Ang. parag. 29. S. Tho. ſuppl. q. 64. ar. vlt. & alij plures, quos pro ſecunda ſententia refert Sanch lib. 9. diſp. 12. & probant per c. Propoſuiſti diſt. 82. & c. Fratres, & c. Si cauſa & c. Chriſtiano 33. q. 4. quibus prohibetur acceſſus coniugalis hiſce temporibus. Alij volunt eſſe veniale in præcipuis feſtiuitatibus Paſchæ Aſcenſionis, iiſque, in quibus fidei articuli celebrantur, & in die Paraſceues: hi ſunt Sot. in 4. d. 32. q vn. ar. 3. concl. 2. Ledeſm. p. 4 q. 66. ar. 1, parag. Adhoc dubium Alij volunt, nullum eſſe peccatum, cum nullum extet de hoc præceptum, ſed tantum conſilium. hanc ſuſtinent Glo. in d. c. Propoſuiſti, ver. precepit, & in in d. c. Si cauſa ver. conceſſum, & in d. c. Fratres, & d. c. Chriſtiano, ver. non licet, & ver. à laicis Ang. vbi ſupra parag. 29.

Armill.

Armill. eo. num 10. Sanch diſp. 12. cit. per tot. Reddentem ferè omnes excuſant, ab omni culpa, quod ſola illa temporis circunſtantia debitum ex iuſtitia ſoluere non impediat.

24 Communicare poſt coniugalem copulam veniale eſt propter immunditiam & mentis diſtractionem, & irriuerentiam, c. Sciat 33. q. 4. Nau. c. 21. num. 51. Vict. nu. 281. Sot. vbi ſupra poſt ſecundam concluſionem, & com. Alij ſic diſtinguunt aut illa copula eſt ſine peccato, vt ſi recto fine habeatur, pura cauſa prolis, & debiti reddendi, & tunc nulla culpa eſt communicare, ſed ſolum conſilium eſt abſtinere, ſuoq; iudicio relinquendus, vt pro ratione impedimenti, aut ſpiritualis affectus vel abſtineat, vel accedat c. Vir cum propria 33. q. 4. Si verò voluptas dominatur in opere, quia ſcilicet voluptatis capiendæ gratia, tunc cum peccet venialiter, prohibendus eſt accedere. S. Tho. p. 3. q. 80. ar. 7. ad 2. S. Ant. p. 3. tit. 3. tit. 13. c. 6. parag 10. Ang. Euchar. 1. num. 30. Silu. Euchar. 3. num. 11. Suar. to. 3. diſp. 68. ſect. 2. circa fi. & com. Reddens ex obedientia poteſt accedere ſi aliàs ſit deuotus Silu. Ang. Silu: cit. Excuſant autem communicantem à veniali magna ſolemnitas. Secundò dies Iubilei, . in qua requiratur communio vt comparetur: Tertiò ſpecialis douotio, ac præparatio. Quartò nota aliqua inde alioqui oritura: vt ſi famuli videntes confeſſum non communicare, aliquid mali ſuſpicaturi ſint Sanchez lib. 9. diſp. 13. num. 8. Quanta verò temporis mora præſcribenda ſit à copula ad communionem, alij viginti quattuor horarum ſpatiuum Nau. vbi ſupra S. Ant. parag. 10. cit. in fi. Alij putant ſufficere, ſi copula non accidat poſt mediam noctem præcedentem. Alij quando nocte præcedente habita eſt Sot. vbi ſupra Roder. in ſum. lib. 1. c. 243. num. 18. Vict num. 278. Sed verius eſt, certam moram præſcribi non poſſe, quod alij citius, alij tardius ſe colligant. Quare ea eſt ſtatuenda regula, vt perſeuerante illa mentis euagatione abſtineat; ceſſante verò accedat, Suar. vbi ſupra verſ. ſecundo dicendum eſt.

25 Copula cum periculo abortus ante animantionem fœtus non eſt mortalis, ſi id non intendatur Silu. ver. Debitum coniug. q. 5. Ang. eo. parag. 3. Immo nullam ibi eſſe culpam, nec venialem docet Sanchez alios referens lib. 9. diſp. 22. nu. 6. qui tamen id intelligit in principio conceptionis. Nam ſi conceptus ſit iam formatus, licet nondum animatus, docent eſſe mortale copulare cum periculo abortus:

26 Negare debitum remiſſè petenti non eſt mortale Roder. in ſum. lib. 1. c. 243. num. 1. Sanchez alios citans lib. 2. diſp. 2. num. 13. Nec differre ad breue tempus modò in altero non ſit periculum incontinentiæ Vict. vbi ſupra Nec negare, quia plures ſint filij, quàm vt alij poſſint, modò etiam in ſocio non ſit periculum incontinentiæ: aut quia alter non petit intentione obligandi ad mortale, ſed potius inſinuando, alliciendo, & mouendo: aut quia ſæpiſſimè, & moleſtè petit, moderatè enim petendo. cum notabiliter vires extenuet, ſalutem, quam lædet copulæ frequentia Sot. in 4. d. 32. q. vn. ar. 1. Sanchez lib. 9. diſp. 2. num. 6 quamuis, vt ijdem docent, in fœmina minus periculi ſit. Et de negante quia plures ſint filij, &c. affirmant idem eo. lib. tota diſp. 25. Reginal. lib. 31. num. 289. Hæc tamen opinio mihi non probatur. Nam uel uult perpetuò continere, & hoc nullus concedet, præcipuè ſi in altero ſit periculum incontinentiæ. Vel uult ad tempus; ſed hoc nihil iuuat; quia ſi per menſem, aut etiam annum contineat, & poſtea copuletur, concipiet nihilominus, & quidem facilius. An poſſit maritus licitè ab incepto coitus ſe ſubtrahere ante ſeminationem, ne proles concipiatur, uide Azor. p. 3. lib. 3. c. 24. q 9. Sanchez lib. 9. cit. diſp. 19. coniug. parag: 27. Ang. uer: debitum:

27 Coniugi affirmanti, ſe non conſenſiſſe, nec retractanti, non tenetur alter debitum reddere. Retractanti uerò tenetur reddere, ſi temerariè credidit: aliàs non tenetur fidem adhibere, donec prima indicia

oua.

euacuentur: Tenetur etiam reddere, quando retractatio eſt adeò grauis, & veriſimilis, vt credere teneatur. ſi tamen adhuc dubitet, reddere non tenetur, donec alter denuò conſentiat. Non tenetur tamen credere alteri affirmanti, etiam cũ iuramento ſe non conſeſſiſſe. quod ſi credat, non poteſt reddere, nec petere; dum enim credit, putat non eſſe matrimonimonium. Nau. c. 22. num. 82. Ang. matr. 1. parag. 4. Silu. matr. 4. q. 2. Intellige non teneri credere, niſi tales ſint coniecturæ; vt credere conuincatur. Sunt autem coniecturæ. Primà cum alter incontinenti reuocat conſenſum Ang. vbi ſuprà parag. 16. Silu. q 9. dicto 1. V. Anchar. in c. Maiores de bapt. num. 15. Secundà ſi ſtatim reuocat, & ad Religionem tranſit. Tertiâ ſi magna ſit diſparitas; ita vt prudẽtis iudicio vix credi poſſit, huiuſmodi virum illam duxiſſe. Quartà quando poſt temporis interuallum cum iuramento confirmat ſe non conſeſſiſſe. eſtque perſona fide digna, chriſtianis moribus, & aliam duxit, aut Religionem profeſſus eſt. Quinta quã do mulier alioqui honeſtæ vitæ veriſimilibus coniecturis Patris metum probat. Et generaliter, cum Iudicis arbitrio ſtatuitur probabiles eſſe coniecturas Nau vbi ſuprà V. Couar. in 4. p. 2. c. 2. num. 4. & alios citatos à Sanchez lib. 2. diſp. 45. q. 1. & ſuprà ver. Matr. num. 34.

28 Si propter alterius aſſertionem alter probabiliter dubitat de valore matrimonij, nec reddere, nec petere poteſt, cum ille non ſit in poſſeſſione, nec ius habeat petendi, donec ſe retractet, & ipſe dubitet de valore matrimonij Vict. num. 248. Niſi adhibita ſufficienti diligẽtia, adhuc perſeueret dubium de quo ſuprà hoc cap. num. 5.

29 Ob teſtimonium vnius, aſſerentis impedimentum dirimens, non tenentur coniuges ab actu matrimonij abſtinere; & licèt audierint à fide digno, iurante, amico, vel proprio parocho, non tenentur credere; cum dictum vnius non inducat neceſſitatem credendi Ang. matr. 3. imped. 18. num. 4. Silu. matr. 6. q. 8. Nau. c. 22. verſ. 13. Idem quando audierunt, eſſe publicam famam Silu. cit. Tenentur tamen adhibere diligentiam ad eſſequendam veritatem, aliàs eſſet ignorantia affectata, quæ non excuſat Ang. & Silu. vbi ſupra.

30 Cum periculum eſt infectionis, licet ſeparari thoro Tolet. lib. 7. c. 20. Vict. num. 278. Cai. in ſum. ver. Vſus matr. Nau. c. 16. num. 25. & ſic intelligem c. Dictũ & 2. de coniug. lepros. Sanchez plures referens lib. 9. diſp. 24. à num. 14. vbi docet facilius excuſari virum, quam mulierem, quòd is facilius inficiatur accedendo ad vxorem leproſam, aut morbo gallico laborantem, quam è contra. Poteſt etiam ſeparari cohabitione S. Ant. p. 3. tit. 1. c. 20. parag 10. Silu. ver. debitum coniug. q. 1. Armill. ver. lepra parag. 3.

31 Non tenetur quis reddere debitum amenti, quia non liberè petit Vict. num. 290. Sot. in 4. d. 34. q. vn. ar. 4. Sanchez lib. 9. diſp. 23. num. 10. Niſi in altero eſſet periculum illegitimæ pollutionis, ſecundum eoſdem.

32 Non peccat Vxor debitum reddens marito extra vas ſemen effundenti, ſi cuiuſmodi effuſioni non conſentiat, dat enim operam rei licitæ, & malitia viri omnino extrinſeca eſt; & aliena ab illo actu Sanch; vbi ſupra diſp 17. num. 3. Quòd ſi maritus prè ſenecture non poſſit vas vxoris penetrare, ſed extra ſemen effundat, illicitus eſt congreſſus: vti tamen poteſt tactibus, modo ſine periculo pollutionis Sanch. vbi ſupra num. 23.

33 Si alter coniugum profiteatur in religione, altero inuito, ad huius inſtantiam tenetur egredi, & debitum reddere; eoq; mortuo, non tenetur reddire ad monaſterium, quia profeſſio non tenuit, niſi quoad exactionem debiti, quia non poterit exigere. quare matrimonium contrahere non poterit c. Quidam intrauit, & c. Placet de conuerſ. coniug. Si tamen de facto contrahat, tenet matrimonium, ſed peccat exigendo debitum Glo. in d. c. quidam ver non tenetur redire. vbi quod non tenetur redire, ideſt non poteſt cogi, ſed ipſe peccat non intrando cum ceſſauerit

impe-

impedimentum. idem ibi docet Anchar. num. 3. vbi docet, maritum, qui vouet caſtitatem teneri illam ſeruare, cum habilitas ſuperuenit per mortem Vxoris. In contrarium tamen facit, quod ſi obligatio non tenuit à principio, non conualeſcit impedimento ceſſante per regul. Non firmatur de reg. iur. in 6. cum ſuis concord. in fi. vbi quod non conualeſcit, niſi nouo accedente conſenſu. Et contraria verificantur in caſu, cum Papa ex aliqua cauſa diſpenſat cum Monacho, vt vxorem ducat. hic enim præmortua tenetur redire. Sed non eſt à priori ſententia recedeudum, quia votū fuit validum quoad vouentem, quia vouit non exigere, quod erat in poteſtate ipſius. V. Barbos. ad c. Vxoratus, & c. Ex parte 1. de conuerſ. coniug. Si verò profiteatur de alterius licentia ſpontanea reuocari quidem poteſt Iudicis officio, ſed eo mortuo, tenetur ad monaſterium redire, d. c. Ex parte, vbi Barbos alios referens.

34 Si alter coniugum profiteatur de licentia alterius, non intrantis Monaſterium: aut ſaltem propter ætatem de incontinentia non ſuſpecti, & continentia non ſuſpecti, & continentiam promittentis, poteſt ille & debet de Monaſterio reuocari c. 1. de conuers. coniug.

DIVORTIVM.

1 Deortium eſt viri ab Vxore, aut è contra legitima ſeparatio Silu. ver. Diuortium.

2 Multipliciter fit. Aut enim diuiditur in totum, ita vt poſſit vterque ad alia vota tráſire; vt in maleficiatis; aut ſaltē alter, vt in frigidis. Aut diuiditur in parte, ideſt quoad mutuam cohabitationem, & debitis coniugalis ſeruitutem, ſine licentia contrahendi de nouo.

3 Poteſt fieri ſeparatio à cohabitatione ob vitæ, aut animæ periculum, c. Ex tranſmiſſa, & c. Literas de reſt. ſpol. Item propter alterius hæreſim c. fi. de conuer. coniug. c. De illa, & c. Quāto de diuort. Si tamen ſit cum pertinacia S. Th. ſuppl. q. 62. ar. 1. ad 3. Nau. de voto cons. 17. num. 5. Nec reſtituitur emendato, ſi iudicio Eccleſiæ facta ſit ſeparatio, d. c. De illis, & c. ſi eo. tit Sufficit verò eſſe condemnatum de hæreſi Sanchez de matr. lib. 10. diſp. 15. num. 20. Nec verum eſt, quod docet glo. in c. De illa, & c Quanto eſt compellendum eſſe coniugem redire ad emendatum, niſi velit religionem intrare. Farinacc. verò in praxi. crim. q. 143. num. 123. relatis à Barbos. ad c. De illa cit. num. 5. & ead. q. num. 125. id intelligit dummodò vxor ſic à viro iudicio Eccleſiæ ſeparata hæreſim ingreſſa, & profeſſa fuerit religionem; ſecus ſi non ingreſſa, aut ingreſſa, ſed non profeſſa: tunc enim viro redeunti ad fidem reſtituēda eſt, etiam quòd iudicio Eccleſiæ fuerit ſeparata; ſitq; teſtatur vidiſſe communiter Doctores diſtinguentes, & concordantes tex. in d. c. De illa, & c. quanto in fi. Item fieri poteſt ſeparatio, ſi maritus vult copulari contra naturam S. Th. vbi ſuprà ad 4. Item ſi alter eſt adulter, aut Sodomita Pan in c. Maritus de adult. & in c. Quæſiuit de diuort. num. 2. Item propter alterius polutionem extraordinariam, ſi non vult corrigi Silu. vbi ſuprà q. 7. Pan. in c. 2. de diuort. num. 3. Item ob alterius furorem, aut ebrietatem, quando tenderet in periculū vitæ vxoris Ricc. p. 2. decis. 165. Vbi tamen matrimonium eſt publicum, delictum verò occultum, S. Th. vbi ſuprà ar. 3. docet opus eſſe auctoritate Eccleſiæ ad ſeparationem cohabitationis, non autem thori: Couar. in 4. p. 2. c. 7. parag. 5. num. 12. & ſeq. glo. in c. Ex parte de ſponſal. ver. manifeſta, docent etiam in delicto, aut impedimento notorio opus eſſe auctoritatem Eccleſiæ, per c. Porrò, & c. Significaſti de diuort. Pan. verò in c. fi. de adult. num. 6. & in c. Gaudemus de conuers. coniug. num. 6. vbi ſuprà q. 8. docent in delicto notorio poſſe fieri ſeparationē cohabitationis, non thori, ſi tamen delictum adeò ſit notorium, vt in ficiationi non ſit locus: Sanchez alijs cit. lib. 10. diſp. 12. num. 31. & ſeq. docet, poſſe coniugem adulterij ſui coniu-

cogniugis conſcius, ſecluſo ſcandalo, in foro conſcientiæ ab eius cohabitatione diuertere, quamuis adulterium occultum ſit, abſq; aliqua Iudicis auctoritate. V. glo. in c. Omnes 32. q. 5.

4 Suſpectio talis de adulterio, vt habeatur pro certitudine, ſufficit ad ſeparationem, vt quia ſoli in ſecretis ſe oſculantur, tangunt, &c. aut nudi in eodem lecto c. Dixit 32. q. 1. c. Literis, & ſeq. de præſu. p. Silu. vbi ſupra q. 7. V. Sanchez vbi ſupra diſp. 12. q. 3.

5 Coniugem poſſe diſcedere à viro nolente deſiſtere à furtis, & vſuris docet Silu. matr. 9. q. vlt. Sed fallitur contrarium enim ſtatutum eſt c. 2. de diuort. vbi dicitur, Non poſſe pro furto, aut alio delicto præter fornicationem fieri diuortium: niſi vir conetur coniugem in huiuſmodi delicta trahere, & compeſci non poſſit, vbi Pan. & com. & in c. Quæ fuit eod. tit. ſtatuitur præter cauſam fornicationis ſpiritualis, aut carnalis, pro nullo alio crimine poſſe virum dimittere vxorem, & è contra. V. S. Th. ſuppl. q. 59 ar. vlt. Sanchez diſp. 17. Aut niſi ſit Vxoris leno: aut admittat in domo viros procaces, & parum pudicos Sanchez loco cit. num. 6. & ſeq. Nau. in man. c. 22. num. 22.

6 Non poteſt diſcedi à cogniuge ob amentiam, niſi ſit periculum vitæ Nau. cit. Con. in 4. p. 2. c. 7. parag 5. num. 3. aut aliud grauiſſimum periculum arbitrio prudentis Sanchez vbi ſupra diſp. 18. num. 18.

7 Scandaloſus poteſt dimitti, vt corrigatur Sil vbi ſupra q. 12. S. Ant. p. 3. tit. 2 c. 21. parag. 4.

8 Matrimonium non ſeparatur ad dictum vnius dicentis præceſſiſſe affinitatem inter coniuges c. De illo, de eo qui cogn. conſ. vx. etiam ſi ſit Pater, vel Mater, c. Super eo, de teſtib. Secus in matrimonio contrahendo non iurato Te. Præterea 1. de ſponſal. Niſi ſit teſtis de auditu; aut ſi de veritate, tamen non iuratus Pan. in c. 1. de conſang. num. 2. Nau. eo. tit. conſ. 2 Teſtis de auditu valet, ſi proprio iuramento firmans, ſe in dicta cauſa odio, amore, timore, vel commodo non procedere perſonas expreſſis nominibus, vel demonſtratione, vel circumlocutione ſufficienti diſſignet, & ab vtroque latere ſingulos gradus clara computatione diſtinguat, & teſtificata didicerit à pluribus maioribus, & credere ita eſſe: & iuratus deponat, ſe vidiſſe perſonas, vel in vno prædictorum graduum conſtitutas pro conſanguinei ſe habere, c. Licet ex quadam de teſtib. Debet autem huiuſmodi teſtis eſſe perſona omni exceptione maior, & poteſt eſſe conſanguineus, etiã mulier V. c. Quoties. de teſtib. Silu. matr. 9. q. 1. & Sanchez lib. 1. diſp. 7. Teſtimonium matris eſt ſuſpectum, vbi filiam vult virum ille maiorem admittitur tamen ad probandum impedimentum; c. Super eo. de teſtib.

9 Innocens non tenetur alteri reconciliari, etiam ſe emendare vuolenti S. Th. ſuppl. q. 62. ar. 6. ad 2. Silu. ver. deuortium q. 8. in fi. Poteſt tamen alterum etiã inuitum ſibi reconciliare Silu. q. 10. quod limitat Sot. in 4. diſt. 39. q. vn. ar. 4. vers. ad 3. Niſi poſt diuortium emiſiſſet votum caſtitatis, votum ſcilicet ſolemne, etiam per ſacri ordinis ſuſceptionem Sanch. 2 lib. 10. diſp. 6. num. 9

10 Facto diuortio ob adulterium, licet innocenti religionem ingredi, aut ordinari, Silu. vbi ſupra q. 17. Vict. num. 256. Pan. in c. Conſtitutus de conuers. coniug. Nau. eo. tit. conſ. 7. 10. 11. & 14. Idem in adulterio ſpirituali, c. fi. de conuers. coniug. & c. De illa de diuort. Intell ge facto diuortio iudicio Eccleſiæ, & modò altera pars poſt diuortium non fuerit fornicatam c. Ex literis, de diuort. aut ſi fornicata ſit, tamen ſit correcta, & altera pars perſeuerat, licet monita. Nau. de diuort. conſ. 3. Si tamen factum ſit notorium, non requiritur ſententia Nau. de conuers. coniug. conſ. 3. Contrarium docet Azor. p. 1. lib. 12. c. 1. q. 6. quia dimittere vxorem ob adulterium, eſt pœna, quæ iure infligi non poteſt. niſi à iudice. V. Sanchez diſp 10. cit. & ſeq.

11 Adultera poteſt retineri, cum non ſequitur ſcandalum, ſcilicet quod putetur

vir

vir. conſentire Vict. num. 293. Item cum adulterium probari non poteſt Roder. in ſum. lib. 1. c. 140. nu. 7. Graff. p. 1. lib. 2. c. 84. nu. 6. Item ſi ipſa ſit emendata Nau. c. 16. nu. 18. Item cum non poteſt corrigi ſine ſcandalo, & illi diſplicet vxoris adulterium. Idem cap. 22. num. 22.

12 Adulter occultus peccat accuſando adulteram publicam; teneturq; ei peteniti ueniam dare S. Tho. ſuppl. q. 62. art. ult. ad 5. Si tamen adulteratus ſit poſt diuortium, non tenetur parcere, ibidem ad 4. Niſi adulteratus ſit publicè, c. Ex literis de diuort. & ibi Pan. quia ex adulterio uiri reintegratur matrimonium, cum paria delicta mutua compenſatione tollantur: aut niſi dederit uxori adulterandi occaſionem. c. Diſcretionem, de eo qui cogn. conſ. ux, Aut niſi illa minimè fuerit in culpa, ut quia uim paſſa c. Ita ne 32 q. 5. Aut niſi credens maritum mortuum, cum alio contraxerit, c. Cum per bellicum 32. q. 1. Aut niſi coierit cum eo, quem maritum putabat, c. In lectum ea quod. Poteſt pœnitens non pœnitentem dimittere, Silu. uer. diuortium q. 9. uers. 7.

13 Si uterq; adulterium commiſit, neuter poteſt alterum dimittere S. Tho. ubi ſupra ar. 1. ad 2. etiam ſi unus occultè, alter publicè Silu. ubi ſupra, & matr. 9. q. 6. S. Ant. p. 3. tit. 1. c. 21. parag. 6. Nau. de diuort. conſ. 1. ubi docet abſoluendum non eſſe maritum, qui adulterauit etiam poſt diuortium, niſi repetat uxorem etiam perſeuerantem, ſi repetita ceſſaret à peccato, idq; eſto uir poſt adulterium contineat V. S. Ant. loc. cit. Sanchez lib. 10. diſp. 6. num. 9.

14 Petens debitum ab adultera uidetur ei reconciliatus Silu. ubi ſupra q. 8 Cou. in 4. p. 2. c. 7. parag. 6. S. Ant. ubi ſupra parag. 5.

15 Vxor non tenetur uirum adulterum dimittere Silu. uer. debitum coniug. q. 12. uers. 6. Nau. c. 16 num. 18, quia eius non eſt maritum corrigere.

16 Non tenetur uir dimittere uxorem adulteram ad emendationem, quia, & uerberibus, & reclusione poteſt corrigere S. Tho. q. 62. cit. ar. 2. ad 1. De hoc fusè Sanch. de matr. lib. 10. diſp. 13. à num. 4. ad 26.

17 Si vir publicè adulteretur perdit dotem, & donationem propter nuptias, quas apud ſe habebat glo. in c. Plerumq. de donat. inter vir. & vxor. & ibi Pan. nu. 6. Iul. Clar. parag. Adulterium vers. & ſcias. Idem ſi cum alia intret balneum glo. in c. non oportet d. 81. Mulier adultera præter dotem, & donationem propter nuptias, amittit parapherna Felin. in c. Paſtoralis de iudic. num. 11. Anchar. in d. c. Plerumq; num. 6. Couar. vbi ſupra Ang. ver. adulterium num. 3. Silu. eo. q. 6. Sed de paraphernis negat Pan. in d. c. Plerumq; quia textus de ipſis loquitur tantum de dote, & dotalitio, ſub quibus non veniunt parapherna. Sed Communior tamen eſt Pan. ſententia, quam vt veriorem pluribus citatis amplectitur Sanchez lib. 10. diſp. 8. nu. 10. Item amittit ſi admittat oſcula, & tactus impudicos Iul. & cum alijs intret balneum Iul. Clar. vbi ſupra, verſ. ſcias etiam. De oſculis, & tactibus citra copulam negant Couar. vbi ſupra, & Azor. p. 3. lib. 5. c. 8. q. 2. quia hæc ſunt quidem indicia adulterij, ſed non adulterium. Item amittit, ſi propria auctoritate à viro diſceſſerit d. c. Plerumque. Limita tamen primo, niſi ideo aufugerit, & adulterium commiſerit quia fuerat à marito atrocius verberata Tiraquel. in l. 1. connub. num. 24. Cyned. ad Decretal. collect. 154. num. 3. Limita ſecundò, niſi ſecuta ſit reconciliatio d. c. Plerumq; Limita tertio, niſi altera adulteretur etiam ſecretò Silu. ver. Dos q. 14. Pertineant autem dicta bona ad filios poſt mortem lucrantis, excepta virili parte Couar. vbi ſupra. Requiritur tamen Iudicis ſententia ad hoc, vt perfectè, & irreuocabiliter acquirat dotem vxoris adulteræ; Secus autem ratione exceptionis, vt iuſte retinere poſſit Sanchez vbi ſupra q. 15 Quid ſi matrimonium poſtea comperiatur eſſe nullum? vide ſupra ver. Dos num. 30.

18 Factò diuortio ex dictis cauſis, non

Ooo tenetur

teneatur Innocens adulteræ altere Cyned: vbi ſupra Barbos ad. d. c, Pleriną: Sanchez alios referens diſp. 8. cit. num. 25. id concedens in foro conſcientiæ, etiam ſi adulterium ſit occultum. ſic etiam Sot. in 4. d. 36 q. vn. ar. 3. vers. Circa ſecundam concluſionem. Alij tamen volunt teneri, ſi adulterium ſit occultum, & maritus propria auctoritate domo expulit, ſic Iul. Clar. vbi ſupra vers. facta autem Ang. ver. Dos, parag. 20. Silueſt. eo. q. 14. vers. 9.

19 Si facto diuortio iudicio Eccleſiæ adultera recludatur in monaſterium ad perpetuam pœnitentiam, non poteſt maritus repetere. Si verò per ſententiam Iudicis ſæcularis, poteſt intra biennium, glo. in c. Agathoſæ 27. q. q. 2. Nauar. de diuort. conſ. 4.

20 Non licet Coniugi fideli permanere in conſortio coniugis infidelis, nolentis ad fidem conuerti Barbos. plures referens ad c. Iudæi 28 q. 1. num 5. fusè Sanchez de matr. lib. 7. diſp. 13. à num. 11.

IMPEDIMENTA DIRIMENTIA ERROR.

V. Ignorantia. Contractus.

1 ERROR multiplex, perſonæ cõditionis ſeruilis, fortunæ & aliarum qualitatum Nau. c. 22. num. 32. & com. Dupliciter autem quis errat in matrimonio: primò antecedenter. Secundò concomitanter. Error primò modo eſt, qui præbet cauſam actu faciendo; quo non exiſtente actus non fieret, efficitq; vt actus ſit inuoluntarius. Secundò modo error nõ inducit ad volendum, ſed ita concomitatur actum, vt eo non exiſtente actus fieret. Exemplum primi eſt, ſi per errorem ducat mulierem, putans eſſe filiam Regis, minimè ducturus veritate cognita. Exemplum ſecundi, ſi veritate cognita nihilominus duceret. Vterque autem matrimonium dirimit. Primus, quia is error omnino tollit voluntarium. Secundus, quia vt matrimonium ſit legitimum, neceſſarius eſt cõſenſus, & voluntas poſitiua: error autem concomitans, licet non efficiat, vt actus ſit inuoluntarius, quod non ſit cauſa alicuius repugnantiæ; efficit tamen eſſe non voluntarium; quia non poteſt eſſe actu volitum, quod actu ignoratum eſt Sanchez de matr. lib. 1. diſp. 65. & lib. 7. diſp. 18. q. 1.

2 Error perſonæ reſpicit ipſius ſubſtantiam, vt ſi putans contrahere cum Maria contrahat cum Catharina S. Tho ſuppl. q. 51. ar. 1. Nau. vbi ſupra, & com.

3 Error conditionis ſeruilis, quo quis credit ſeruum eſſe liberum, non impedit, quando conditio errantis non ſit deterior, vt ſi ſeruus ducat liberam, quam putabat eſſe ſeruam Pan. in c. 2. de coniug. ſeru. num. 5. Silu. matr. 8 q. 2.

4 Si à libero credebatur liber, qui ſeruus eſt, nullum eſt matrimonium c. fi. de coniug. ſeru. c. Si quis 30. q. 2. Secus ſi ſciebat eſſe ſeruum S. Tho. vbi ſupra q. 52. ar 1. Silu. q. 2. cit. Nau. c. 22. num. 33. Si tamen cognita poſtea ſeruitute ſe ſe inuicem carnaliter cognoſcant affectu maritali, tenet matrimonium c. 2. de coniug. ſeru. Nau. & Silu. loc. cit. V. Sanchez lib. 2. diſp. 34. Et ſi ſeruus poſtea efficiatur liber, tenet matrimonium, nec ſeparandum c. Cuius rei 30. q. 2.

5 Si liber ducat ſeruam Domino petente, & tacente ſeruitutem, fit libera, & tenet matrimonium Auth. de nupt. parag. Si verò ab initio, glo. in c. fi. de coniug. ſeru. Silu. vbi ſupra vers. 5. Nau. d. num. 33. Couar in 4. p. 2. c. 7. parag. 7. num. 1.

6 Non ipſo quod Dominus ducit ancillam propriam, facit eam liberam. Roder. in ſum lib. 1. c. 223. num. 4. Silu. ver. ſeruitus q. 4. Sed verius. eſt requiri manumiſſionem, quod eſſe de iure com. teſtantur. Couar. vbi ſupra Sanchez lib. 7. q. 20. num. 11. Molin. de inſt. tract. 2. diſp. 39. vers. Sextus eſt V. Barbos. & ab eo cit. ad c. ſi quis viduam diſt. 34.

7 Dominus conſcientiens in matrimonium ſerui tenetur ſinere habitare quantum oportet ad reddendum debitum. Quòd ſi eo inuito contractum eſt, ceteris paribus magis tenebitur ſeruus Domino, quam vxoris Silu. ver. Seruitus q. 7. S. Tho. vbi ſupra ar. 4 ad 3. Nau. num. 34. Pan. in c. fi. de coniug. ſeru. In dubio vtrum præponderet, fauendum matrimonio, maximè ſi ſit periculum incontinentiæ S. Tho. loco cit. Poteſt tamen dominus etiam eo caſu vendere ſeruum, tenebitur vxor libera virum ſequi Pan. vbi ſupra: non tamen poteſt vendere etiam ſine eius conſenſu contrahentem in tam remotas regiones, vt vſus matrimonij impediatur c. Dignum iuncta glo. fi. de coniug. ſeru. S. Tho. vbi ſupra q. 51. ar. 2. ad 4. Pan. vbi ſupra. Excuſatur autem à mortali, vbi in vicinis non poteſt commodè vendere Nau num. 34. Silu. vbi ſupra Sanchez lib. 7. diſp. 23. num. 11.

8 Poteſt cum ſeruo contrahere, & ſeruus, & liber etiam inuito domino Tolet. lib. 7. c. 2.

9 Libertas ſolum ad tempus data impedit; non enim tollit ſeruitutem Sot. in 4. d. 35. q. vn. ar. 2. vers. Ad hæc Silu. matr. 8. q. 2. vers. 3. Sanchez lib. 7. diſp. 19. nu. 3. Ang. matr. 3. imped. 4. num. 6.

10 Si ſerua ducatur à libero, ſi hic poſtea conſentiat, illa non tenetur cogenda tamen ab Eccleſia, niſi ad ſecunda vota tranſiſſet Silu. vbi ſupra vers. 9. Nau. c. 22. num. 33. Ang. vbi ſupra num. 13.

11 Si nubas huic, putans eſſe filium talis Regis, aut primogenitum, & non eſt, non tenet matrimonium: ſecus ſi putabat eſſe filiũ Regis in generalis Silu. vbi ſupra q. 1. vers. 4. Nau. num. 37. & com. In primo enim caſu eſt error perſonæ. In ſecundo verò error fortunæ, aut qualitatis. Nam vbi error qualitatis redundat in errorem perſonæ, impedit S. Tho. vbi ſupra ad 5. alias huiuſmodi circumſtantiæ non impediunt, cum non tollant liberum conſenſum 29. q. 1. quòd intelligendum eſt in matrimonio: Nam in ſponſalibus grauiter deceptus in qualitate perſonæ non eſt compellendus contrahere Sanchez lib. 7. diſp. 18. num. 18. & lib. 10. diſp. 9. num. 20. Et in matrimonio, ſi qualitas, in qua erratur, apponatur per modum conditionis in ipſo contractu matrimonij, ſiue verbis exprimatur, ſiue contrahentis mente retenta ſit: vt ſi contrahens eam actu intentionem habebat, duco hunc, ſi diues, nobilis ſit, tunc deficiente illa qualitate, cum deficiat conditio, & ſub inde conſenſus ſub illa præſtitus, matrimonium erit nullum S. Ant. p. 3. tit. 1. c. 2. parag. 1. in fi. Sot. in 4. d. 30. q. 1. ar. 1. vers. Error fortunæ. Secus de intentione habituali Sanchez lib. 7. diſp. 18. num. 21.

12 An ſeruo contrahente ſponſalia, poſſit dominus illum aliò transferre, & vendere. Negant glo in c. 1. ver. ſeruitia de coniug. Sanchez lib. 7. diſp. 21, num. 9 ſi iam ſint contracta ſponſalia, quia iam quæſitum eſt ius fœminæ, vt ſeruus promiſſis ſtet. De huiuſmodi errore vide Anchar. in c. Ratihabitionem de reg. iur. in 6. vers tertio quæro, & conſ. 128. & duob. ſeq. Sanchez in ſum. lib. 3. c. 11. Suar. de relig. trac. 5. lib. 2. c. 11.

CONDITIO

13 EST futurus euentus, in quem actus ſuſpenditur. Ang. ver. conditio parag. 2.

14 Conditiones ſunt triplicis generis: quædam ſunt turpes, & contra ſubſtantiam & bonum matrimonij, vt ſi curaueris non concipere, quæ eſt contra bonum generationis: ſi aliam ditiorem, aut nobiliorem non inuenero, quæ eſt contra bonum indiuiduatis: Si victum ex adulterio quæſieris, quæ eſt contra bonum fidei, & hæ annullant matrimonium, c. fi. de condit. appos. Item ſi debitum non reddideris etiã cum mihi petere non licuerit Couar. in

4. p. 2. c. 3. parag. 1. num. 6. Secus eſt de conditione de non petendo Silu. matr. 4. q. 7 contra Pan. in c. Commiſſum de ſponſal. num. 2. Vt autem prædictę conditiones vitient matrimonium, oportet, vtrumq; coniugem expreſsè conſentire; aliàs ſi vnus contradicat, tenet matrimonium, ſi accedat copula, Pan. in d. c. fi. num. 6. Silu. vbi ſupra q. 5. & valide probabile dicunt Couar. vbi ſuprà num. 11. & Sanchez plures referens lib. 5. diſp. 13. num. 1. licet num. 5. dicat probabilius eſſe, non eſſe ibi matrimonium. Et certè per ſolam copulam non dicendum alterum receſſiſſe à conditione. Quare niſi fiat affectu maritali, & animo recedendi à conditione, non eſt ibi matrimonium, vt poſt Adr. in 4. q. 3. de matr. dub. 9. aduertunt Couar. vbi ſupra num. 9 & Sanchez diſp. 13. cit. in fi.

15 Quæcumque conditio addatur, ſiue turpis, ſiue impoſſibilius, &c. modo nō ſit contra ſubſtantiam matrimonij, ſi conſenſus adeſt, tenet matrimonium: ſi verò non adeſt nihil fit. Andr. vbi ſupra q. 6. Couar. c. 3. cit. parag. 2. num 4 & ſeq.

16 Conditio perpetuò viuendi continenter, impedit Couar. vbi ſupra parag 1. num. 3 Silu. matr. 4. q. 5. Sot. in 4. d. 29. q. 2. art. 3. vers. In prima autem & com. repugnat enim intrinſecis, & neceſſarijs ad matrimonium, quamuis honeſta ſit. Sanch. alij cit. lib. 6 diſp. 16. nu. 2.

17 Verbis de præſenti addita conditio de futuro, cum ſimpletur, fiunt ſolum ſponſalia c. ſuper eo, de condit. appoſ. Couar. vbi ſupra num. 5.

18 Conditio turpis, ſed non contra matrimonium, vt contraho tecum ſi Patrem occideris, aut impoſſibilis, vt contraho, tecum, ſi Pater tuus conſenſerit, quem tamen mortuum eſſe ſcit, qui conditionem ponit, habentur pro non appoſitis, ſi adſit conſenſus c. 1. de condit. appoſ. Silu. & Couar. vbi ſup & com.

19 Conditio, ſi te Virginem inuenero, ſi referatur ad copulam, eſt turpis & reijcienda, & tenent ſponſalia, & matrimonium. Si vero referatur ad aſpectum, matrimonium, vel huiuſmodi, eſt honeſta, & ſuſpendit Silu. matr. 3. q. 8. Ang. eo. imped. 3. num. 7. Roder. in ſum. p. 1. cap. 244. num. 12. & ſeq. Cou. parag. 1. cit. in fi. Si tamen verè non conſentit, niſi ſub illa turpi conditione nihil fit in foro conſcientiæ Nau. c. 22. num. 66. quod intelligendum eſt etiam de quacumque conditione, quantumquis turpi, vt de com. teſtatur Sāch. lib. 5. diſp. 1. nu. 4. cū matrimoniū abſq; conſenſu eſſe non poſſit.

20 Quæcūq; conditio apponatur etiam honeſta, ſi ſit de præterito, aut præſēti, ſtāte conditione, ſtatim tenet matrimoniū; non ſtante, non tenet. Conditio de futuro honeſta, vt cōtraho tecū, ſi dederis mille, &c. ſuſpendit in euentū conditionis Cou. vbi. ſupra, & com.

V O T V M.

V. Debitum Coniug. Religio.

21 Votum ſolemne Religionis approbatæ, vel Sacri ordinis, impedit. Qui cler. vel vou. per tot. Conc. Trid. ſeſſ. 24. can. 9.

22 Contrahens poſt votum ſimplex caſtitatis, aut accipiendi Ordinem ſacrum tenetur ante conſumationem ingredi Religionem Silu. matr. 7. q. 5. dicto 3. P. Sot. de matr. lect. 5. parag vlt. & ali, quos refert. Sanchez de matr. lib. 9. diſp. 24. num. 2. qui num. 3. cum alijs contrarium docet. Idem certum eſt, voto religionis aſtrictum teneri ante conſumationem ingredi Nau. c. 22. num. 73. Quod ſi cōtrahat poſt votum animo non conſumandi, ſed intrandi religionem, peccat mort. primò, quia alterum deluſit contra datam fidem. Secundò, quia ſi verè contraxit implicitè conſenſit in copulam, quod eſt contra votum. Si verò animo negandi debitum, non fuit ibi matrimonium, & eluditur Sacramentum Silu. matr. 7. q. 5. V. Suar. de relig. to. 2. tract. 5. lib. 2. c. 13. num. 8.

23 Qui poſt votum caſtitatis, aut religionis puellam decepit ſub promiſſione vera, vel ficta eam ducendi, tenetur eā ducere; quia ingreſſus Religionis iam factus eſt

Digitized by Google

ctus eſt illicitus; cum ingredi non poſſit ſine graui iniuria ipſius puellæ Sanchez lib. 1. diſp. 45. Azor p. 3. lib. 5. c. 5. q. 14. contra Nau. de ſponſal. conſ. 21. Roder. in ſum. lib. 1. c. 208. num. 11. Si verò deflorauit ante votum, idem docent Doct. communiter, cum id facere non poſſit in alterius præiudicium Sanchez vbi ſupra diſp. 44. Si tamen illa ſciebat votum, poteſt ingredi; quia illa mala fide contraxit, & conſequenter nullũ ad nuptias ius habet, neque ad aliam compenſationem. Niſi fortè perſuaſerit puellæ ſe facilè obtenturum diſpenſationem, quia non fuit decepta, cum ſciret promiſſium præſtari non poſſe ſine peccato. Conſulendus tamen, vt petat diſpenſationem. Leſſ. lib. 2. c. 10. dub. 4.

24 Aſtricto voto ſimplici caſtitatis petenti an valeat matrimonium contra illud contractum, ſi ea interrogatio prudenter illud non poteſt, licet abſque ſcrupulo peccati mort. reſpondere peccari mort. contrahendo, ſed matrimonium eſſe validum. nec ibi eſt ſcandalum, ſeu occaſio peccandi data. quia cum veritas propaletur, factumq; debitè grauetur, explicanda id eſſe mortale peccatum, non eſt occaſio ruinæ datæ, ſed acceptæ. Nihil enim proponitur, quod ex natura ſua prouocet ad peccandum; ſed ad ex ſua malitia abutitur falſa doctrina. Si Sanchez de matr. lib. 7. diſp. 11. num. 12. citatis Abulen. in c. 30. Numer. q. 63. in fi. Ang. matr. 3. imped. 5. in fi. Manuel. in ſum. to. 1. in ſec edi. c. 241. num. 3. contra Hoſt. Silueſt. Nau. & alios ibi cit.

COGNATIO SPIRITVALIS.

V. Baptiſmus

25 Contrahaitur inter baptizantẽ, & baptizatũ; & baptizati Patrẽ, & Matrẽ. & inter leuantes, & leuatum, & leuati Patrem, & Matrem. Et ſimiliter in Cõfirmatione Conc. Trid. ſeſſ. 24. c. 2. de refor. matr. Si tamen nulli certi deſignantur, omnes in baptiſmo tangentes contrahunt Congreg. Concil. Nau. c. 22. num. 39. Et ſi plures patrini deſignẽtur, omnes cõtrahunt; nec id eſt contra Trident. non enim annullat factum Nau. de cognat. ſp. concil. 7. Nulla igitur inter patrones cognatio quare Maritus, & Vxor poſſunt eſſe ſimul patrini S. Th. ſuppl. q. 56. ar. 4. ad 2. & 4. Nau. d. num. 39. Cyned ad Decretal. collect. 36. Bulla Pij V. quæ inc. Cum illus vicen.

26 Etiam in baptiſmo dato in neceſſitate contrahitur cognatio Nau. c. 22. num. 40. Suar. to. 3. q. 67. ar. 8. Roder in ſum. p. 1. c. 226. num. 11.

27 Vbi non eſt ſolemnitas, putat Sot. in 4. d. 42. q. 1. ar. 3. non propriè dici ſuſceptorem, atq; ideò talem non contrahere cognationem. Sed contrarium verius docent Nau. d. num. 40. Ang. matr. 3. imped. 7. in fi. Couar in 4. p. 2. c. 6. parag. 4. num. 11. quia illa ſolemnitas non eſt ſacramentũ. Sic declarauit Sacra Cong. Tenentes dum baptizato domi adhibentur ſolemnitates non contrahere.

28 Si in baptiſmo illo priuato tenens intendit ſuſcipere, contrahit, non verò ſi intendat non contrahere, cum materialiter tãtum ſe habeat Farinac in c. 1. de cognat. ſp. in 6. Suar. vbi ſuprà.

29 Non baptizatus non contrahit, c. In baptiſmate de conſec. d. 4. Nau. de cogn. ſpir. conſ. 1. S. Th. ſuppl. q. 56. ar. 3. ad. Silu. matr 8. q. 7. vers. 12.

30 Sufficit tangere linteum, modò fiat intentione faciẽdi, quod faciũt patrini Silu. vbi ſupra vers. 13. Immò, & Ducum, in quo honoris cauſa poſitus ſit puer; dummodò ſic tangat, vt teneat, vel leuet e ſacro fonte, id enim eſt eſſe ſuſceptorẽ Silu. vbi ſup ar. 1.

31 Procurator nomine alterius tenens contrahit ſibi Sot vbi ſup. Couar. num. 6. Nau. de cogn. ſpir. conſ. Roder. in ſum. p. c. 226. num. 9. Congreg. tamen concil. poſt. Pan. in c. Veniens de cognat. ſp. tenet contrahere mandatĩ, non ſibi. Silu. verò vbi ſup. vers. 5. docet quod ſi procurator intendit cõtrahere ſibi, oritur hæc cognatio. Si verò alteri, nec ſibi, nec illi. idẽ docet.

docet Sanchez lib. 7. diſp. 59. V. Aret. Inſt. de nupt. parag. Illud num. 6. Capell. Tholos. cum ibi not. q. 157. Anchar. in d. c. Veniens num. 4. & 5. Ang. matr. 3. imped. 7. parag. 14. Ego puto veriorem ſententiam Pan. id enim ſeruat vſus.

32 Si puer in ventre matris baptizatus poſt natiuitatẽ iterum ſub conditione baptizetur, non contrahitur hic cognatio, ſed in primo baptiſmo Nau. de bapt. conſ. 2. Et quoties quis in dubio de prioris baptiſmi validitate, ſub cõditione rebaptizat; ſi poſtea cõperiatur prioris baptiſmi fuiſſe validum, non oritur cognatio ex ſecundo. Si verò non conſtet Eccleſia præſumitur oriri. ex ſecundo Sanch. de matr. lib. 7. diſp. 61. ar. 6.

33 Non confirmatus tenens in confirmatione contrahit Silu. vbi ſupra vers. 12. Sot. ar. 3. cit. Nau. de cogn. ſp. conſ. 1. Roder. vbi ſupa num. 10. Contrarium docent Ang. ver. Confirmatio num. 11. & matr. 3. imped. 7. num. 10. Valent. to. 4. diſp. 5. q. 2. p. 1. Vict. de confir. q. vlt. qui duo poſtremo idem dicunt de non baptizato: ſunt etiam baptizatus baptizans, vel ſuſcipiens filium non baptizati non contrahit ſecundum Sotum vbi ſupra. Et veriſſima eſt Ang. ſententia. eſt enim caſus in d. c. In baptiſmate, vbi glo. ver. ſuſcipere, & docent alij plures, quos refert, & ſequitur Sanchez lib. 7. diſp. 60. num. 20.

34 Cognatio hæc ſuperueniens matrimonio impedit in eo, qui fecit petitionem debiti, niſi feciſſet neceſſitate, vel errore, vel ignorantia iuris, vel facti Nau. c. 16. num. 34. Silu. vbi ſupra vers. 2. Immo etiam ſi ſcienter, & malitioſè ſit factum, nõ impedit, quia nullum iure cauetur, ſic ſcũ multis docet Suar. vbi ſupra, glo. in c. Si vir ver. debitum de cogn. ſp. V. Pan. ibidem num. 5. Sed contrarium ſtatuitur in d. c. Si vir. & pluribus probat Sanchez lib. 9. diſp. 26. & 32. q. vlt. requiri probabilem ignorantiam iuris, vel facti extra neceſſitatem, &c. Epiſcopus diſpenſat Sot. in 4. d. 4. q. 1. ar. 5. in fi. S. Ant. p. 3. tit. 1. c. 15. parag. 3. Silu. vbi ſupra.

35 Vniuerſitas non contrahit Silu. matr. 8. q. 7. vers. 16. Et poſt factum ita eſſe tenendum docet Ang. vbi ſupra num. 14. citato Feder. conſ. 15. Illi tamen de Vniuerſitate, qui conſtituunt Syndicum contrahunt, ne res careat ſuo effectu Panor. in d. c. Veniens.

36 Cognationem contrahunt qui tangunt dum puer baptizatur, non qui ante Sot. in 4. d. 41. q. 7. ar. 5.

37 In Catechiſmo non contrahitur hæc cognatio; eſt enim ſublata per Concil. Trid. ſeſſ. 24. c. 2. de matr. vbi agens de cognat. ſp. ne verbum quidem de catechiſmo Sanch. alios refereus lib. 7. diſp. 10. à n. 10. ad fi. Immo in fine capitis ſic habetur, Omnibus inter alias perſonas huius ſpiritualis cognationis impedimentis omnino ſublatis.

COGNATIO LEGALIS.

38 EST proximitas quædam, proueniens ex adoptione. Adoptio verò eſt perſonę extraneæ in filium, vel nepotem aſſumptio legitima, & eſt duplex, Prima perfecta, & dicitur arrogatio, qua is qui eſt ſui iuris; tranſit in poteſtatem adoptantis vnà cum filijs, & iuribus ſuis, auctoritate Principis. Secunda imperfecta, quà adoptatur is, qui eſt in Patris poteſtate, & alieni iuris auctoritate magiſtratus, magiſtratus, non tranſeundo in poteſtatem adoptantis glo. in c. vn. de cognat. lega. Silu. ver. adoptio parag. 1.

39 Hæc cognatio oritur inter adoptantem, & adoptatum, huiuſq; deſcendentes intra quartum gradum, & inter adoptatum, quamdiù non eſt emancipatus, & adoptantis filios legitimos, dum ſunt in Patris poteſtate: & inter vxorem adoptantis, & adoptatum, & è contra Nau. c. 22. num. 44.

40 Inter fratres adoptiuos ſiue naturales, & legitimos impeditur matrimonium durante adoptione c. vn. de cogn. lega. Soluitur autem adoptio, vel adoptantis morte, vel adoptati emancipatione Nau. vbi ſupra num. 45. Vict. num. 303.

41 Addo-

41 Adoptare autem, & arrogare poſſunt, qui ſunt ſui iuris, & adoptandum excedunt decem, & octo annis parag. minorem Inſt de adopt. Et qui naturaliter generare poſſunt, licèt ex accidenti generare nequeant, vt ſpadones, & initiati ſacris ordinibus Silu. vbi ſupra num. 5. Fœmina adoptari poteſt, non adoptare, niſi ex priuilegio Principis parag. fœminæ Inſt. eo. V. Molin. de iuſt. trac. 2. diſp. 224.

COGNATIO CARNALIS

42 EST proprinquitas duarum perſonarum ab eodem ſtipite carnali propagatione deſcendentium Io. Andr. in declar. arb. conſang. Et durat vſque ad quartum gradum incluſiuè c. Non debet de conſangu.

43 Poteſt contrahi cum conſanguinea in quinto gradu, licet ex altera parte ſit in quarto, c. fi. eo. tit. Immo etiam ſi in tertio, vel ſecundo, quia nihil attinet ei, qui eſt in quinto glo. ibidem vers. 4.

44 Quoto gradu diſtant perſonæ à communi ſtipite; toto diſtant inter ſe: Quod ſi inæqualiter, quoto remotiore, glo. in d. c. fi. Silu. matr. 8. q. 7. totq; ſunt gradus in linea, quot perſonæ, dempto ſtipite. ibidem. Quòd inter ſcendentes, & deſcendentes eodem modò ſe habet ſecundum vtrumq; ius at inter collaterales, cum diſtant æqualiter à communi ſtipite, duplicantur gradus ſecundum ius ciuile; cum verò inæqualiter, tot ſunt gradus, quot perſonæ, dempto ſtipite, glo. & Silu. vbi ſupra Couar. in 4. p. 2. c. 6. parag. 6. Computatio ſecundum ius canonicum, procedit tantum in caſu nuptiarum, & in beneficialibus: ſecus in ſucceſſionibus, in quibus ſeruandum eſt ius ciuile, etiam in terris eccleſiæ Gratia. diſcep. for. c. 177. vbi alios refert.

45 Iure diuino ſolum prohibitum eſt contrahere cum parentibus Cai. 2. 2. q. 154. ar. 9. Et cum fratre Vict. num. 298. & cum omnibus illis, qui numerantur leuit. 18. S. Tho. ſuppl. q. 54. ar. 3. Nau. autem in man. c. 22. num. 84. putat prohiberi tantum inter aſcendentes, & deſcendentes, quòd ſecundum eodem de ſponſal. cons 14. num. 8. & Sanchez alios referens lib. 7. q. 52. q. vlt. non protenditur de iure naturæ, & diuino vltra primum gradum, & de iure canonico vltra quartum gradum.

46 Opus eſt graui cauſa ad diſpenſandum in gradibus prohibitis leuit 18. Nau. vbi ſupra. Et verum diceret, ſi nunc in lege euãgelica obligarent de quo Sanch vbi ſup.

47 Linea paterna dicitur, cuius Pater caput eſt: materna, cuius Matea. Deſcendentes à maribus dicuntur Agnati: cognatio verò, & conſanguinitas de vtriſque dicuntur Couar. vbi ſupra.

48 Infideles conuerſi manere poſſunt in gradibus non prohibitis lege naturæ, aut aliqua apud ipſos valida Nau. num 48. Eſt autem prohibitum iure naturæ contrahere inter parentes, & filios, non verò in vlterioribus gradibus S. Tho. 2. 2. q 154. ar. 9. ad 3. & ibi Cai. Vict. relect. de marr. ſecunda ſec. par. num. 6. dicto 2. Sanch. plurimos referens diſp. 51. cit. num. 19. & diſp. 52. num. 12. Idem docens de linea tranſuerſali inter fratres diſp. 51. cit. num. 11.

49 Petitio contrahentium eſt cauſa rationabilis diſpenſandi in Quarto gradu Vict. in ſum. num. 299.

CRIMEN

50 PRimò ſi vtriuſq; opera occidatur coniux alterius, vt poſſint ſimul contrahere matrimonium, nõ tenent c. Laudabilem, de conuers. infid. Intellige ſi ſit verè coniux, c. Significauit, de eo, qui dux quam poll. Secus ſi alterius tantum opera occidatur, ſi non interuenit adulterium c. Si quis viuente 31. q. 1. & c. Super hoc, de eo, qui dux, & c. Aut ſi alia intentione fecit homicidium d. c. Laudabilem: Aut ſi alter occidat, non animo contrahendi,

licet

interuenerit adulterium Turrec. in d. c. Si quis Pari in c. 1. de conuers infid. Nau. de eo, qui dux, &c. conſ. 2. Roder. in ſum lib. 1. c. 219 num 5. Aut ſi ſolum interueniat ratificatio homicidij, non autem iuſſio, aut conſilium glo. ſi in d c. Laudabilem, & ibi Anchar. num. 8. & Pan num. 10. V. infra ver. Retihabitio. Non ſufficit autem ſolus conatus ſine effectu, glo. in c. Super hoc, & c. ſi ver cognouit de eo qui dux, &c. Sanch lib. 6. diſp. 78. num. 7. per d.c. Si quis viuente, ibi, Occidiſſe noſcatur. Silu. matr. 8 q. 9. verſ. 1. Panor. in d. c. Super hoc num. 4. & com. Oportet autem etiam adulterium ſciri abutroq, contrahentium, c. 1. de eo, qui dux, &c.

51 Secundo. ſi adultera contrahit cum adultero validè coniugato, c. Ex literarum, & ſeq. de eo qui dux, &c. Etiam matrimonio nondum conſumato. c. Significauit eo: Vel ſi promiſit contrahere poſt mortem coniugis, interueniente adulterio d c. Significauit, & c. ſi. eo, & vterq; ſcit eſſe adulterium c. 1 cit. Etiam data fide ſub conditione impoſſibili, aut nulliter Nau. eo. tit. conſ. 2. Aut ſi altera pars certiorata permittit copulam Pan. in d. c. 1. num. 3. Nau. eo. conſ. 3. Inpoteſtate ignorantis eſt, ſublato impedimento, contrahere, vel non d. c. 1. & c. Veniens eo. Intellige autem ſiue adulterium præcedat, ſiue ſequatur contractum matrimonium, vel eiuspromiſſionem c. ſi. cit.

52 Si quis promittat alicui de contrahendo poſt mortem coniugis; non ſecuta copula; & mortua coniuge, non illam cui fidem dedit, ſed aliam ducat, & conſtante matrimonio illam primam cognoſcat, mortua ſecunda illlam ducere poteſt ſecundum Panor. in c. ſi. cit. num. 5. & Silu. matr. 8. q. 9. verſ. 5. quia contrahendo cum ſecunda videtur receſſiſſe à fide data illi primæ. Sed contrarium docet Io And. in d c. ſi. & alij relati in annot. ad Pan. quia, inquiunt, verum eſt dicere quod conſtante legitimo matrimonio dedit illi fidem, & cognouit Ang matr. 3. imped. 9. num. 2. dicit Pan. opinionem verá eſſe, ac tenendam poſt factum ante verò tutiorem eſſe opin. Io. Andr.

53 Rapiens mulierem non poteſt cum ea contrahere, quamdiù eſt in raptoris poteſtate, & contractum dirimitur Conc. Trid. ſeſſ. 24. c. 6. de matr. V. ſuprà ver. Matrimonium num. 23.

CVLTVS DISPARITAS

Matrimonium contractum cum infideli, aut non baptizato non tenet S. Tho. ſuppl. q. 59. ar. 1. Silu. matr. 8. q. 10. & com. per c. Caue, & c. Si quis el 2. 28. p. 1.

55 Si duorum infidelium alter conuertatur ad fidem, alter verò nolit cohabitare, aut non ſine Creatoris iniuria, vel inductione ad peccatum, poteſt conuerſus contrahere cum alia, c. Quanto, de diuort. Si verò alter conuertatur, tenetur illã recipere, niſi fuerit fornicata, c. Gaudemus parag. ſi. eo, & ille etiam tenetur redire etiam ſi alteri nupſit, ibidem Nau. de conuers. infid. conſ. 3. num. 5. & ſeq. Papa tamen poteſt diſpenſare, vt maneat cum ſecunda Nau cit. num. 3. Immo ſecundum alios diſſoluitur matrimonium primum per ſecundum factum à Conuerſo S. Th vbi ſupra ar. 5. ad 2. & 3. Silu. vbi ſupra ar. Vers. 6. Anchar. in d c Quanto num. 12. Et occurrente aliquo ex prædictis caſibus, eo ipſo ſolui matrimonium docet Pan. in d. cap. Quanto. Alij, quos refert, & ſequitur Sanchez lib. 7. diſp. 74 & ſeq. docent requirendum prius eſſe infidelem, an velit conuerti; quo renuente liberum eſſe fideli ad ſecunda vota tranſire; & non prius diſolui primum matrimoniũ quam poſt celebratas ſecundas nuptias: Quare ſi anteà conuertatur infidelis, teneri alterum illum in verum coniugem recipere, & ſic intelligendum c. Gaudemus cit: & hæc mihi erit magis placet. Varias Doct. ſententias vbde ibi.

56 Si vterque conuertatur, non requiritur nouus conſenſus, ſed eo ipſo ratificatur

tur matrimonium Nau. vbi ſupra cons. 2. &c. 3. Niſi contraxiſſet in gradibus diuina lege prohibitis Silu. vbi ſupra verſ. 9. Conuerſum ſequuntur filij non adulti c. fin. de conuers infid. Mortuo patri infideli, eius filij minores ſequuntur AuumChriſtianum. ſic in facto deciſum fuit Romæ, vt habetur apud Nau. vbi ſupra cons. 4. in fi. Si alter réquiſitus nolit conuerti, & poſtea conuertatur, non ei reſtituitur alter religionem ingreſſus, aut ad ſacros Ordines promotus. S.Th. vbi ſupra ad 4. V. Nau. vbi ſupra cons. 1. Ingreſſum religionem rectè intelligit Sanchez vbi ſupra diſp. 76. profeſſus in religione approbata: & tunc dirimi matrimonium, etiam conſummatum. De Ordine ſacro, docet num. 11. non diſſolui matrimonij vinculum, cum nec dirimat matrimonium ratum fidelium Extrau. Antiquæ lo. 22. & à fortiori non diſſolui per ſimplex votum caſtitatis.

57 Nemo iam permittitur habitare cũ coniuge infideli S.Tho. vbi ſupra ar. 3. ad 2. V. diuortio num. 20.

58 Conuerſus habens plures vxores in infidelitate retinent primam legitimè ductam: quæ ſi monita nolit conuerti, poterit ducere vnam ex reliquis, ſed requiritur contractus matrimonij, quia primum cum his non valebat Nau. cons 1. cit. num. 6.

59 Vxor conuerſa gaudet priuilegio dotis Pan. in d. c. Gaudemus num. 27. & filius conuerſus hæreditate. Sot. in 4. d. 39. q. 1. ar. 3. ad. 2. V. ver. filij num. 22.

60 Contrahere cum hæretico mortale eſt, tenet tamen matrimonium Silu. matrim. 8. q. 10. vers 2. per c. Non oportet 28. q. 1. vbi glo. fin. Nau. c. 22. num. 49. Cai. in ſum. ver. Matrim. imped. 6. Sanchez multis cit. lib. 7. diſp. 72. Separandi tamen, etiam quoad cohabitationem, ſi ſit periculum ſubuerſionis Sot. vbi ſupra ar. 4. Vide diuortium num 5.

61 Papa poteſt diſpenſare, vt matrimonium contrahatur cum infideli; quia hoc impedimentum eſt iuris Eccleſiaſtici ſed peccatum ſic contrahentes, niſi cauſa diſpenſationis ſit iuſta. Nec ideo erit ibi matrimonium in ratione ſacramenti, quod iure diuino niſi inter duos fideles nequit coſiſtere. at iure diuino validum erit, vt contractus naturalis, eo modo, quo inter duos infideles Sanchez lib. 7. diſp. 71. num. 10. & ſeq. cum ibi cit.

V I S.

V. Contractus. Iuramentum. Metus.

62 VIS eſt maioris rei impetus, cui reſiſti non poteſt l. 1. ff. quod met. cau.

63 Metus eſt inſtantis, & futuri periculi cauſa mentis trepidatio l. 1. cit. Et eſt duplex. Vnus leuis, quo timetur leue malum: aut graue malum, ſed leuiter. Alius iuſtus, ſiue cadens in conſtantem virum. Ad hunc autem requiritur Primò, vt malum, quod timetur, graue ſit, & non tantum in comparatione ad timentem Sot. in 4. d. 29. q. 1. ar 2 licèt Silu. ver. metus q. 1. Carbo de reſt. q. 26. fundam. 3. dicat conſiderari reſpectu minoris mali. Secundò quòd æſtimatio mali, quod timetur, ſit fortis, vt non vane, ac leuiter credat malum illud ſib imminere. Sufficit verò probabilis timor proximæ illationis, aut etiam futuræ, quando certum eſt aliter illi occurri non poſſe. Tertiò, vt metum incutiens potens ſit minas executioni mandare, & ſolitus ſit eas exequi. Quartò, vt non poſſit timens facilè occurrere malis, quæ timentur fuſè Sanchez lib. 4. diſp. 1. vbi diſp. 2. docet electionem minoris mali excuſare quidem à culpa; ad reſciſionem tamen contractuum ſatis eſſe, ſi metus ex parte obiecti ſit mali graui.

64 Metus alius procedit ab extrinſeco, alius ab intrinſeco. Illa ab alio infertur minis flagellis, morte, &c. Hic verò à conſideratione, periculi mortis

Ppp natu-

naturalis, aut violentæ, inferni, iudicij, &c. Quæ per metum ab extrinſeco facimus, nulla ſunt ipſo iure, ſi metus ſit in conſtantem Nau. c. 22. num. 50. Si tamen firmentur iuramento, ſeruanda ſunt propter reuerentiam, aut petenda relaxatio Suar. de relig. trac. 5. lib. 2. c. 10. V. Azor. p. 1. lib. 1. c. 11. q. 13. & ſupra de volunt, & inuolunt num. 12.

65 Excipe profeſſionem in religione, quæ nulla eſt facta metu reuerentiali Patris Nau de his quæ vi, cons. 9. de quo vide ſuprà ver. Religio, num. 8. & ſeq. de Profeſſione. Excipe item metum ad id incuſſum à iure, vt de ducenda Virgine, à ſe violata poteſt enim Iudex cogere, etiam metu verborum Sot. in 4. d. 39. q. 1. ar. 3.

66 Quæ fiunt ob metum ab intrinſeco, tenent; Niſi ea, ex quibus oritur, ideo fiant; vt metum paſſus illa præſtet. Quare ſtuprator in delicto depræhenſus, ſi in coniugem ſe offert, quia timet ſe occidendum, tenet matrimonium: niſi probabiliter timeat metum inferendum ad matrimonium iniuſtè. quare ſi Pater puellæ minatur accuſationem, niſi ducat, valet matrimonium; non verò ſi minetur mortem. Item qui metu naufragij, periculi ferarum, infirmitatis; aut vt ſe ab obſidione liberet, matrimonium contrahit, tenet; ſi non ideo alter obſederit; quia non ab alio, ſed à ſeipſo inducitur. Et metus hic non cauſa, ſed occaſio fuit contrahendi Sanchez vbi ſupra diſp. 12. & com.

67 Metus cadens in conſtantem virum impedit, etiam ſi adſit conſenſus, c. Cum locum, & c. Veniens 2. de ſponſal. Nau. c. 22. num. 51. Cou. in 4. p. 2. c. 3. parag. 5. num. 3. etiam ſi matrimonium conſumetur, non coactè, ſi non animo contrahendi, Silu. matr. 8. q. 11. verſ. 5. Nec firmatur iuramento, cum deficiat liber, & ſpontaneus conſenſus, quem iuramentum ſupplere non poteſt d. c. Cum locum, Cord. in ſum. q. 171. puncto 1. Sanchez lib. 4. diſp. 20. q. 3. Intellige tamen, ſi metus ſit ad id incuſſus, vt contrahatur, Couar. vbi ſupra parag. 4. num. 15. In foro tamen conſcientiæ non tenet matrimonium contractum per leuem metum, ad id incuſſum, ſi ſit cauſa, ſine qua non, ſaltem principalis Nau. vbi ſupra, & de elect. conſ. 50. num. 3. & alibi ſæpè. Roder. in ſum. p. 2. c. 8. num. 10. Hoc tamen poſtremum multis relatis, negant Sanch. lib. 4. diſp. 17. num. 3. Suar. de relig. to. 3. lib. 6. c. 4. num. 13. quod hoc impedimentum inductum ſit, non iure naturæ, vt etiam fuſe probant Sanchez diſp. 14. & Suar. loc. cit. ſed tantum iure Eccleſiaſt co. hoc porro ſtatuit irritari matrimonium, iuſto metu contractum: quare metus leuis ſi adſit conſenſus, non inualidat V. Silu. vbi ſupra verſ. 2. & ſeq. Arag. 2. 2. q. 88. ar. 3. concl. 3. Metus iuſtus arbitrio iudicis definiendus eſt Nau. & Cou. vbi ſupra Talis eſt metus carceris diuturni, flagellorum, amiſſionis magni boni, mutilationis, ſtupri, mortis. Cai. in ſum. ver. matrim. imped. 7. Et ſeruitutis propriæ, vxoris, filiorum, & aliorum huiuſmodi S. Tho. ſuppl. q. 47. ar. 2 ad 2. Et infamiæ etiam facti, cui facilè occurri non poteſt Sanch. diſp. 5. num 15. Intellige etiam conſanguineos, & affines vſq; ad quartum gradum, ſi affinitas ſit ex copula licita; & arctiſſima etiam amicitia coniunctos. his enim omnibus illata iniuria nobis illata cenſetur. Sanchez diſp. 4. & 5. In muliere minor metus ſufficit ad annullandum, glo. in c. Cum locum de ſponſal. ver. metus Pan. in c. Conſultationi eo tit. num. 4. Cou. vbi ſupra, & com.

68 Solum è ſacramentis matrimonium metu irritatur, niſi ſit coactio abſoluta: conditionalis enim non irritat, c. Maiores parag. Item quæritur de bapt. vbi Pan. & glo. ver. conditionaliter.

69 Matrimonium contractum nimia reuerentia Patris, aut Tutorum, quæ cauſa eſt contractus, non tenet. Nau. de his, quæ vi cons. 10. V. Matrim. num. 43.

70. Matrimonium ex metu à Magiſtratu, iuſtè incuſſo valet, ſi ideo non incutiatur Nau. vbi ſupra cons. 8. Couar. in 4. p. 2. c. 3. parag. 5. nu. 15. & alij plures, quos refert Sanch. diſp. 13. nu. 2. vbi nu. 1. refert alios abſolutè docentes, nõ valere matrimoniũ. Ipſe tamẽ nu. 3. cenſet valere, etiã ſi idcirco incu-

tiatur

tiatur: requiritur, enim, vt metus ſit cũ iniuria.

71 Si quis ducat filiam Medici, nolentis aliter curare, tenet: eſt enim metus ab intrinſeco Sot. in 4. d. 29. q. 1. ar. 3. verſ. Regula ergo generalis Cord. q. 171. puncto 1. Sanchez lib. 4, diſp. 12. num. 15. & diſp. 13. num. 3. quia medicus non infert metum, ſed morbus. Exigit autem medicus matrimonium tamq; ſtipendium, & alioqui non tenetur mederi lege iuſtitiæ.

72 Si vitium metus occultum ſit, ſufficit ad validitatem matrimonij, ſi coactus poſtea liberè conſentiat, alterius conſenſu nondum reuocato Sanchez lib. 2. diſp. 32. num. 9. & lib. 4. diſp. 15. num. 2.

ORDO.

73 ORdo ſacer impedit, c. 1. & 2. Qui cler vel vou. Etiam Græcos S. Tho. ſuppl. q. 53. ar. 3. Silu. matr. 8. q. 12. vers. 2. Non tamen quoad Græcos vſum matrimonij, antea contracti S. Tho. ibidem.

74 Ordinatus, vxore non conſentiente, non poterit in ordine miniſtrare S. Tho. vbi ſuprà ar. 4. Nec ad ſuperiores aſcendere licèt matrimonium nondum ſit conſumatum extr. Antiquæ de vot.

LIGAMEN

75 ALligatus alteri etiam matrimonio nondum conſumato, non poteſt aliam ducere; et ſi ducat, & conſumet, ſeparandum, c. Licet de ſponſa duor.

76 Matrimonium contractum à falsò credente, coniugem viuere, tenet, ſi putet valere: ſecus ſi putet inualidum Nau. c. 21. num. 56. & de conuers. coniug. cons. 4. nu. 2. Silu. matr. 8. q. 13. vers. 15.

HONESTAS

V. SPONSALIA

77 ESt propinquitas, ex ſponſalibus proueniens, robur. trahens ab inſtitutione, Eccleſiæ propter eius honeſtatem Silu. matr. 8. q. 14. vers. 1.

78 Hoc impedimentum publicæ honeſtatis oritur tantum ex ſponſalibus de futuro: Nam matrimonium ratum impedit vſq; ad quartum gradum Bulla Pij, V. quæ in c. Ad Romanum Pont Nec excedit hoc impedimentum primum gradum Trid. ſeſſ. 24. c. 3. de refor. matr. Vnde vir non poteſt contrahere cum conſanguineis ſponſæ in primo gradu ſolo, & è contra.

79 Ex matrimonio nullo propter impedimentum dirimens oritur publica honeſtas, impediens vſq; ad quartum gradum, vt ſi contraxiſti cum monacho, conſanguineo &c. Sanchez lib. 7. diſp. 70. nu. 7. & ex matrimonio quomodocunq; inualido, modò non ex defectu conſenſus manifeſto Reginal. lib. 31. nu. 28. Sed contrarium verius docet Nau. c. 22. nu. 58. ſcilicet non oriri ex huiuſmodi matrimonio hoc impedimentum, & ſatis colligitur ex Bulla cit. vbi agitur tantum de matrimonio rato, non conſumato. Nam etiam ex matrimonio rato, ſed nullo, tantum propter omiſſa requiſita à Conc. Trid. oritur hoc impedimentum, reſoluitur enim in ſponſalia Cong. Concil.

80 Non oritur ex ſponſalibus quacũq; ratione inualidis Trid. vbi ſupra V. Anchar. in c. Ad audientiam nu. 6. de ſponſal. Inualidantur etiam cum ſoluuntur mutuo conſenſu Cong. Concil. quod tamen non concedit Sanchez lib. 7. diſp. 68. núm. 31. Neq; ex ſponſalibus contractis ex metu cadente in conſtantem, non autem ex leui. Idem lib. 4. diſp. 19. num. 3. Sunt tamen qui dicant, oriri hoc impedimentum, quod ea ſponſalia non ſint inualida ipſo iure ſed inualidanda, quos vide ibi num. 1. Nec ex ſponſalibus contractis ante ſeptennium, niſi poſt ſeptennium conſenſerint c. Literas, &

Ppp 2 ſeq.

ſeq. de deſpons impub. Nec ex ſponſalibus conditionatis ante conditionis euentum c. vn. parag. 2. de ſponſal. in 6. requiritur autem conditio expreſſa, nam tacita non facit obligationem glo. fin. in d. c. vn. per l. Conditiones extrinſecus ff. de cond. & dem. Et, ſi ante conditionis euentum, vir contrahat cum ſorore ſponſæ ſponſalia abſoluta, non oritur hoc impedimentum, cum ſint nulla contra priorem promiſſionem, quam ex iuſtitia ſeruare tenetur, & ſic expectare conditionis euentum Sanchez lib. 7. diſp. 69. num. 3.

81 Oritur ex ſponſalibus inualidis ex defectu conſenſus interni, ſi adſit externus, quod ibi nihilominus, & ſcandalum, & inhoneſtas reperiatur ad quæ vitanda Eccleſia induxit hoc impedimentum Sanchez plures referens diſp. 68. cit. num. 14. Sed hoc videtur contra Trid. vbi ſupra. Nam verè huiuſmodi ſponſalia ſunt inualida, & nulla.

82 Ad validitatem ſponſaliorum requiritur primo ætas ſeptem annorum, c. Ex ſponſalibus de ſponſal. in 6. Nec ſufficit vnius ætas Pan. in c. Iuuenis, de ſponſal. Secundo, vt non ſint facta conditione ſuſpendente. Tertio, vt ſint certa. Nam in perſonam incertam non fertur conſenſus, d. c. Ex ſponſal. Quarto vt non deficiat conſenſus. Quinto, vt non ſint facta poſt matrimonium, vel alia ſponſalia Silu. matr. 8. q. 14. vers. 8.

83 Durat hoc impedimentum, etiam mortua illa cui promiſiſti. quare cum eius ſorore contrahere non poteris Silu. vbi ſupra Pan. in c. Sponſam. de ſponſal.

A F F I N I T A S

V. DISPENSATIO.

84 AFfinitas eſt proximitas perſonarum ex coitu proueniens omni carens parentela Silu. matr. 8. q. 15. Intellige etiã de copula illicita, & perfecta modo non extra vas. ibid. Intellige etiam omni carens parentela per ſe: per accidens enim permiſceri poſſunt affinitati conſanguinitas, & conſanguinitati conſanguinitas, & affinitati affinitas.

85 Affinitate ſunt genere, & gradus Genera ſunt tria, & de illis eſt regula. Perſona addita perſonæ per carnis copulam mutat genus attinentiæ ſed non gradum. Nam perſona adiuncta Sanguini alterius per carnis copulam facit primum, genus, vt v. g. vxor fratris mei mutat genus, quia frater meus attinet mihi conſanguinitate, & illa affinitate; ſed eſt mihi affinis in primo genere, & in eodem gradu eſt affinitatis eſt mihi, & conſanguineis meis, quo gradu conſanguinitatis mihi, & conſanguineis meis frater meus. Perſona verò ſecunda addita per carnis copulam dictæ perſonæ primæ facit ſecundum genus, vt maritus relictæ fratris mei. Perſona verò tertia addita ſecundæ per carnis copulam facit tertium genus, vt vxor mariti dictæ relictæ fratris mei defunctæ. Quò verò ad gradus, Omnes conſanguinei vxoris meæ, vel mulieris à me cognitæ, ſunt mihi affines in eo gradu, in quo ſunt conſanguinei talis mulieris, & è contra. Conſanguinei autem viri, & vxoris non ſunt inter ſe affines, c. Quod ſuper his, & Glo. in c. Non debet de conſang. Declaratio arb. affin. in 6. Quare duo fratres poſſunt ducere duas ſorores Silu. matr. 8. q. 15. vers. 9 in fi. & filius vxoris ex alio marito nubere poteſt filiæ ſui mariti ex alia vxore. Viguer. inſtit. c. 6. parag. 6. vers. 9. Cou. in in 4. p. 2. c. 6. parag. 7. num. 6. & com. In ſecundo, & tertio genere nullum eſt impedimentum d. c. Non debet. Impedit verò affinitas vſque ad quartum gradum incluſiue, ſi ex copula licita. Si verò ſit ex copula illicita, impedit ſolum vſque ad ſecundum gradum incluſ. Trident. ſeſſ. 24. c. 4. de refor. matr.

86 Ad

86 Ad contrahendam affinitatem non requiritur ſeminatio mulieris, modo vir in vaſe debito ſeminauerit S. Tho. p. 3. q. 31. ar. 5. ad 3. Silu. vbi ſupra vers. 2. Sot. in 4. d. 27. q. 1. ar. 4. vers. hoc autem perplexum, & alij. At Caiet. 2. 2. q. 154. art. 12. & alij; quos refert Sanch. probabile dicens, lib. 2. diſp. 21. num. 11. docent non contrahi, ſi fœmina non ſeminet. & idem docet S. Tho. ſuppl. q. 55 ar. 4. ad 2. Nam art. 5. cit. docet tantum ſemen mulieris non eſſe ad generationem neceſſarium.

87 In primo gradu affinitatis poteſt Papa diſpenſare, ideſt vt vnus habeat duas ſorores ſucceſſiue Sot. d. 41. q. vn. art. 3.

88 Si ſimul ſit impedimentum affinitatis, & conſanguinitatis, vtriuſque eſt neceſſaria diſpenſatio Couar. parag. 7. cit. num. 1. Tolet. lib. 7. c. 11. Idem cum concurrunt affinitas, & publica honeſtas, vt ſi carnaliter cognoui ſponſam, & deinde eius ſororem ducere velim Declar. arb. affin. poſt 6. vers. Et inſurgit, Silu. matr. 8. q. 14. vers. 3. V. Sanch. lib. 8. diſp. 24. vbi num. 38. docet, non eſſe neceſſarium exprimere publicam honeſtatem, cum explicatur affinitas ex cupula licita, vt ſi peto diſpenſationem ad ducendam conſanguineam vxoris meæ. Secus ſi tantum explicetur affinitas in genere. Pan. in c. Non debet de conſang. num. 12.

89 Vir infidelis fornicariè cognoſcens mulierem, ſi poſtea conuertatur, poteſt nihilominus ducere eius ſororem; quia affinitas ex copula illicita inducta eſt iure Eccleſiaſtico, cui infideles non ſubſunt. Et inter infideles nulla ex huiuſmodi copula oritur affinitas, Sanch. lib. 7. diſp. 65 num. 10. contra Veracrus p. 1. ſpecul. art. 50. concl. 3. & 4. & Vegam in ſum. c. 34. caſu 129.

IMPOTENTIA

90 EST vitium animi, vel corporis, quo quis impeditur alteri carnaliter commiſceri Silu. matr. 8. q. 16.

91 Impedit impotentia, quæ ſine miraculo tolli non poteſt, c. Fraternitatis de frig. & mal. aut ſine peccato Nau. c. 22. num. 59. aut periculo vitæ d. c. Fraternitatis parag. Poſt hæc. Intellige etiam impotentiam ſeminandi in vaſe debito S. Ant. p. 3 tit. 1. c. 12. parag. 1. & 2. quia non reputatur in iure carnalis copula, niſi ſit conſumata, per ſeminationem ordinariam c. fi. de ſponſal. Non eſt autem miraculum tolli maleficium orationibus; eſt enim is modus conſuetus Sot. in 4. d. 39. q. 1. ar. 3. Solet verò dari etiam maleficiatis triennium ad explorandum, c. Literæ de frig. & mal. ſecundum lecturam Pan. S. Th. ſuppl. q. 58. ar. 2. S. Ant vbi ſupra parag. 3. Et vbi ſubeſt probabilis ſpes ſeminandi intra vas, licitum eſt conari ad copulam, quamuis per accidens, & præter intentionem extra vas ſemen effundatur; aliàs nec licent tactus cum periculo, &c. Sanchez lib. 9. diſp. 17. num. 21. & ſeq.

92 Maleficium perpetuum reſpectu huius, ſolum eius reſpectu eſt impedimentum Pan. in c. 1. de frig. & mal. S. Ant. & S. Tho. vbi ſupra. Et huius cauſa ſeparatum matrimonium non reintegratur, licèt maleficiatus aliam ducat, & cognoſcat P. in d. c. Fraternitatis num. 13. ſecus ſi ex impotentia naturali, ibidem num. 2. & in c. 1. cit. num. 7. aut ſi poſt ſeparationem primam cognoſcat: quia eo caſu impedimentum eſt temporale Silu. matr. 8. q. 16. vers. 8. S. Ant. vbi ſupra Roder. lib. 1. ſum. c. 235. num. 3.

93 Non impedit impotentia, cui per artem, aut ætatem poteſt remedium adhiberi S. Ant. & Silu. vbi ſupra Sanchez plures referens lib. 7. diſp. 104. num. 15. etiam ſi abſq; dolore auferri non poſſit: teneturq; talis dolorem ſubire, ſi leuis ſit, vt voluit glo. in d. c. Fraternitatis, ver. corporali.

periculo,

periculo, & in c. Ex Literis eo. ver medicorum Roder. vbi ſuprà num. 1. Immò ſecundum alios tenetur pati inciſioné, etiam cum graui dolore, & cauterio faciendam; non tamen grauiſſimum dolorem; aut morbi incommodum; maximè ſi diuturnum timeretur Sot. in 4. d. 34. q. vn ar. 2. vers. dubium autem. Ang. matr. 3. imped. 16. num. 2. Sanchez lib. 7. diſp. 93. num. 32.

94 Impotens dicitur, quæ ſine vitæ periculo parere non poteſt, aut debitum reddere Roder. vbi ſuprà num 1. & 6. Vict. & alij plures relati à Sanchez vbi ſupra diſp. 92. num. 27. qui tamen contrariam tuetur ſententiam, quod matrimonij contractus eſſentialiter conſiſtat in mutua obligatione ad copulam perfectã ex ſe aptam ad prolis generationem.

95 Matrimonium ſcienter cum impotente contractum tenet. S. Th. vbi ſupra ar. 1. ad 4. S. Ant. parag. 1. Ang. vbi ſupra in fi. Contrariam ſententiam tenent Silu. matr. 8 q 16. vers. 5. Nau. c. 22. num. 60. Tolet. lib. 7. c. 11. Pan in c. Conſultationi de frig. & mal. num. 2. Sanchez diſp. 97. num. 12. & tutius eſſe tales ſeparari docet. Veracruz ſpecul. coniug. p. 1, ar. 38. concl. 7. vt refert Cyned. ad Decretal. collec. 38. num. 2.

96 Senes valdè, aut ſteriles poſſunt contrahere, ſi coire poſſunt, licèt generare nequeant Couar. in 4. p. 2. c. 8. parag. 2. num. 10. Nau. c. 22. num. 59. & de diſp. impub. cons. 4. num. 15. & de frig. & mal. cons. 2. num. 15. glo. in c. 2. eo tit. S. Th. ſuppl. q. 58. ar. 1. ad 3. Ang. nu. 2. cit. licèt Pan. in d. c. 2. num 5. & Sanchez diſp. 97. num. 24. id non concedant cum potente ad generandum.

97 Si ſtatim cognoſcatur impotentia, ſtatim poſſunt ſeparari c. Laudabilem de frig. & mal. quòd intelligit ibi Pan. de impedimento naturali, non de maleficio. Dat verò Eccleſia triennium ad explorandum, poſt quod ſtandum teſtimonio matronarum, dicentium, ſe Virginem reperiſſe c. Fraternitatis eo. tit. aut iuramento ſeptem conſanguineorum, ubi ambo fatentur ſe non conſumaſſe d. c. Laudabilem. debent verò eſſe ſeptem ab vtraq; parte, ſi tot habere poſſunt, alioqui totidem vicini, vt docet Innoc. in d. c. Laudabilem, & com. Qui ſi non reperiantur, aſſumi debent alij teſtes bonæ famæ Sanchez lib. 7. diſp. 108. num. 13. Standum etiam eſt iuramento viri, dicentis, ſe conſumaſſe c. 1. parag. Illa autem eo. tit. Si tamen illa erat corrupta Pan. vbi ſuprà. & com. In dubio autem ſemper iudicandum pro matrimonio Sot. vbi ſuprà Sanchez tota diſp. 103. Vide etiam diſp. 107. & duas ſeq.

98 Vni arta, ſi ab altero cognoſcatur, reddenda eſt primo; niſi eſſet diuerſæ ætatis, & compleſſionis; etiam ſi diuortium factum ſit iudicio Eccleſiæ, quæ in hoc inuenit ſe deceptam d. c. Fraternitatis. Silu. ver. diuortium q. 19. Alij tamen docent non reſtituendum, etiam ſi per vſum fecundi aptata ſit primo Pan. in dicto c. Fraternitatis num. 19. Palud. quem refert, & ſequitur S. Ant. p. 3. tit. 1. c. 12. parag. 1. quòd intellige iuxta ſenſum d. c. Fraternitatis Sanchez vbi ſupra diſp. 93. num. 42.

99 Carens vtroq; teſticulo non poteſt contrahere, & contractum ſeparandum Sixtus V. Bulla an. 1587. quæ eſt 50. in ordine in Bullario nouo; & erat etiam communis opinio ante dictam Bullam, vt teſtantur Sanchez diſp. 92. à num. 17. & docet Pan. in c. Quod ſedem, de frig. & mal. Si tamen is defectus accidat poſt conſumatum matrimonium, poteſt eo vti abſq; culpa, per accidens enim eſt, quod verum ſemen non emittat Toler lib. 7. c. 12. num. 4. Sanch. diſp. 102.

100 Adueniens impotentia matrimonio ſolum rato, non dirimit. Pan in c. Ex literis de frig. & mal num. 3. Vict. nu. 286. & 289. In dubio autem iudicandum eſt præceſſiſſe ex quo non potuit cognoſcere Pan. in d. c. Fraternit. num. 16. Ang. matr. 3. imped. 16. in fi. Poteſt tamen Papa ſeparare, ſi multum timeatur de incontinentia ſani: eſt enim hæc cauſa ſufficiens Pan. in d. c. Ex litteris num 3. Nau. eo tit. cons. 1. num. 4.

DISPENSATIO.

IN MATRIMONIO

V. Affinitas. Diſpenſatio. in legæ. Occultum.

101 POteſt Epiſcopus diſpenſare in impedimento occulto, cum ſeparatio eſſet ſcandaloſa, nec eſſet facilis recurſus ad Papam propter inopiã, aut aliam legitimam cauſam Pan. in c. Veniens, Qui cler. vel vou. Silu. ver. diſpenſatio nu. 15. Ang. eo. nu. 5. Nau. de affin. cons. 14. & in man. c. 22 num. 85. Tolet. lib. 7. c. 19. & alij plures, quos refert, & ſequitur Sanchez lib. 2. diſp. 40. num. 3. vbi num. 4. ex Trid. ſeſſ. 24. c. 5. de refor. matr. docet, vt contrahentes ſcienter matrimonium in gradibus prohibitis, contrahere non præſumpſerint: aut ſi ignoranter, ſolemnitatis requiſitas non neglexerint, alioqui Epiſcopum nihil poſſe. Dicitur autem hic mala fides, non ſola ſcientia, quod acceſſerit ad conſanguineam eius, quam vult ducere, niſi ſimul ſciat inde oriri impedimentum. Nec excluditur bona fides, licèt procedat ex lata culpa, & ignorantia: nam ex verbis Concilij requiritur dolus. Præterea num. 7. nullius doctoris, vt ipſe ait, patrocinio fretus, affirmat poſſe Epiſcopum diſpenſare in impedimento dirimente, antequam matrimonium contrahatur, ſi v. g. mulier à Confeſſario moneatur de impedimento dirimente, cuius detectio notabilem infamiam produceret; omniaq; iam parata eſſent ad nuptiarum ſolemnitatem, veſpere celebrandam, omnibuſq; tentatis, nulla euadendi via reperiretur, eſſet enim eo caſu vrgens neceſſitas, V. Silu. ver. Lex q. 8.

102 Si in ſupplicatione taceatur copula inter affines & conſanguineos, eſt ſubreptitia diſpenſatio, Silu. matr. 8. q. 14. vers. 3. Nau. c. 22. num. 86. licèt de conſag. cons. 9. num. 5. contrarium dicat; & ita ſeruat praxis Curiæ, vt textatur Quaranta ver. matr. diſpens. Item eſt ſubreptitia diſpenſatio, ſi antequam applicetur, habeant inter ſe copulam, vt notat Apoſtil. cons. 9. citato Gutierez lib. 1. can. qq. c. 15. num. 24. Quaranta vbi ſuprà Sanchez lib. 7. diſp. 67. num. 9. aut cognita ſaltem cauſa à Delegato Roder. in ſum. lib. 1. c. 238. concl. 7. V. Roder. p. 2. deciſ. 22. Valet, quoad expreſſa, non tamen quoad effectum contrahendi, donec ſuper non expreſſis fuerit diſpenſatum Nau. de conſang. cons. 7. & trib. ſeq. Si inceſtus eſt occultus ſufficit pro eo petere diſpenſationem à Sacra Pœnitentiaria Sanchez lib. 8. diſp. 23. num. 7. & diſp. 25. num. 11. Et ſi alter contrahentium ignorauit conſanguinitatem, cum non ſit propriè inceſtus; non exprimendus Idem diſp. 25. cit. num. 10.

103 Diſpenſatio, vt contrahat cum ea, cum qua commiſit inceſtum, ſi antequam ei applicetur, iterum commiſit inceſtum, habebit nihilominus diſpenſatio effectum Nau. vbi ſuprà cons. 10. & ſeq. Cord. in ſum. q. 45. in fi. idem dic, vbi obtenta diſpenſatione, ſeu potiùs commiſſione huiuſmodi diſpenſationis ſuper affinitate, denuo iterauit copulam cum eadem conſanguinea mulieris à ſe ducendæ. Secus, ſi accideret copula poſt executam diſpenſationem; quia licèt ſublata ſit prior affinitas, non tamen hæc ſequens, quæ eſt noua Sanchez vbi ſuprà diſp. 24. num. 8. Moneta de commut. vltim. volunt. c. 6. num. 283.

104 Diſpenſatio ad validum matrimonium nullum inter affines, & conſanguineos contractum, & ad prolem legitimandam, licèt quoad matrimonium non potuerit forſan habere effectum, quia alter mortuus eſt, valebit tamen quoad legitimationem, & debet executioni mandari. ſic deciſum Romæ in Rota 19 Octob. 1575. per conſil. 409. Anchar. quod notandum dicit Quaranta vbi ſupra in fi. propter præiudicium venientium ab inteſtato. V. Gratian. diſcep. for. to. 1. c. 18. num. 48.

105 Applicata diſpenſatione in matrimonio

trimonio nullo, ſed contracto in facie Eccleſiæ, ſufficit poſtea perſuadere alteri coniugi, vt ſe habeat pro coniuge; nec opus eſt illi prodere impedimentum Caiet. ſum ver. matrim. vers tertium caput. Sed Innoc. in c. 1. de eo, qui dux. quam poll. docet opus eſſe, vt alter ſciat ſe diſſentire poſſe. Nau. verò c. 22. num. 47. vult ſatis eſſe, ſi ſciat primum matrimonium non valuiſſe ob aliquod impedimentum in genere, & non cogatur ad nouũ conſenſum, ſic etiam Sanch. lib. 8. diſp. 34. num. 61 & hoc magis placet.

106 Poteſt Epiſcopus delegare facultatem diſpenſandi in impedimentis dirimentibus, qui ſecundum ius Sum. Pont. reſeruantur, ſolumq; ſibi competunt ratione imminentis neceſſitatis; non ſolum cum cauſa particularis occurrit, ſed etiam generaliter: Eſt enim priuilegium ſibi cõpetens non ratione perſone, ſed perpetuo Dignitati, vel officio: quare non eſt poteſtas delegata, ſed ordinaria, habetq; iura ordinariæ poteſtatis. Sic multi, quos refert, & ſequitur Sanchez lib. 2. diſp. 40. num. 14.

107 Delegatus, cui commiſſa eſt diſpenſatio matrimonials, poteſt pœnitentiam iniunctam commutare Ricc. p. 2. decis. 155.

108 Diſpenſatione vtens literis deſuper minimè confectis tutus eſt in foro cõſcientiæ, niſi vtatur in foro fori Gomez. in reg. de infir. regſin. q. 18. & de non iudic. iux for. ſupplic. q. 14. ideo enim in regula dicitur, diſpenſationes litteris non confectis non ſuffragari, & non dicit, non valere: quia verbum ſuffragari reſpicit forum contentioſum.

109 Diſpenſatio ſuper affinitate non extenditur ad publicam honeſtatem concurrentem, vt ſi cognouiſti ſponſam, glo. in princ. declarat. arb. affin. in 6. Nau. de conſang. cons. 7. Niſi neceſſariò compræhendatur ſub affinitate: vt ſi impetraſti diſpenſationem, vt tibi liceat ducere vxorem relictam conſanguinei tui. Pan. in c. Non debet de conſang. num. 12. Valet tamen diſpenſatio ſuper affinitate, licet contrahi non poſſit matrimonium, antequã ſint ſublata omnia impedimenta, glo. & Nau. vbi ſupra Sanchez verò lib. 8. diſp. 23. & Monet. de commut. vlt. vol. c. 6. q. 4. concl. 3. alijs cit. verius docent neceſſarium eſſe omnia illa impedimenta in eadem diſpenſatione exprimi, quia eſt diſpenſantio vnica, & indiuidua quia ad vnicum finem. Niſi diuerſo modo tendant ad eundm finem, vt ſi quis habeat votum caſtitatis, vel non ducendi conſanguineam; quia prius poteſt petere diſpenſationem voti tacita conſanguinitate. Si tamen prius petat diſpenſationem circa conſanguinitatem, tenetur mentionem facere voti; quia tunc ſunt duo impedimenta ad illud ſpeciale matrimonium. Aut niſi ſublato vno impedimento per diſpenſationem perfectam, ſuperueniret affinitas; quia cognouit ſororem eius, quam vult ducere: tunc enim tacita conſanguinitate ſufficit petere diſpenſationem affinitatis. Aut niſi alterum impedimentum tolli poſſit alia via, quam per diſpenſationem: vt ſi ligatus ſponſalibus ducere vellit aliam ſibi conſanguineam, quia ſponſalia tolli poſſunt per remiſſionem. Aut niſi alterum impedimentum eſſet occultum, quia ſuper hoc diſpenſat Pœnitentiaria, cui tamen exponendum eſt impedimentum publicũ. Sic Moneta vbi ſupra num 282. & trib. seq. Sanchez lib. 8. diſp. 21. num. 6. iuncta diſp. 23. num. 4. 7. & 8.

110 Diſpensatione obtenta, vt inter duos conſanguineos matrimonium ineatur, non expirat gratia, licèt alter, vel vterque alijs nuptijs copuletur illis relictis, ad quas obtenta eſt diſpensatio: quia cum ablato ſemel impedimento, ratione illius diſpenſationis facti ſint habiles, per illud matrimonium impedimentum illud non reuiuiſcit. Idem dicendum nondum ſublato impedimento, quòd Ordinarius, vel Confeſſor nondum ſit commiſſam diſpenſationem executi, quia tacita illa renunciatione, quæ etiam in priori caſu reperiatur, cum non ſit à Superiore acceptata, non perijt facultas ad exequendum Sanchez lib. 8. diſp. 32. num. 6.

111 Expri-

111 Exprimendum eſt in ſupplicatione copulam habitam eſſe ſpe facilioris diſpenſationis, alioqui ſubreptitia diſpenſatio; ita ex Trid. docet Sanchez lib. 8. diſp. 25. num. 22. & Clarius num. 38.

112 Quomodo intelligendæ ſunt clauſulæ apponi ſolitæ in diſpenſationibus V. Sanchez lib. 2. diſp. 35. & duab. ſeq. lib. 3. diſp. 35. & 29. lib. 7. diſp. 3. & lib. 8. diſp. 7. 17. 19. 20. 27. 34. & 35. & hic poſt finem operis.

113 Sufficit in petitione diſpenſationis mentionem facere gradus remotioris Pan. in c. Quod delicto de conſang. Silu. matr. 8. q. 6. vers. 6. & declarauit Pius V. 1566. addens obtinendas poſtea literas declarationes ſuper gradu propinquiori. quæ tamen in conſcientia neceſſariæ nõ erunt, vbi nullum ſcandalum periculum immineret; nec res ad forum exterius eſſet deducta: Immò etiam hoc caſu, ſi Delegatus abſque dictis literis diſpenſaret, matrimonium teneret Sanchez lib. 8. diſp. 24. num. 29. vbi num. 32. ex Bulla cit. bene aduertit, nullam eſſe diſpenſationem, ſi alter contrahẽtium attingit ſtipitem primo gradu; niſi alter diſtet quinto; quia hoc caſu non eſt neceſſaria diſpenſatio.

114 Cauſæ legitimæ diſpenſandi in gradibus prohibitis ſunt: Primò anguſtia loci; quando non inueniuntur paris conditionis. quod intelligitur etiam de Ciuitate, & loco inſigni. dicitur enim hoc anguſtus locus, quando non inuenitur in eo paris conditionis Roder. in ſum. p. 1. c. 237. num. 2. Nec enim tenetur extra proprium oppidum virum quærere, vt declarauit Sacra Cong. Conc. & docent Sanchez lib. 8. diſp. 20. num. 13. & Ricc. p. 2. decis. 175. Vel ſi locus eſt minor, & ipſa non habet ſufficientem dotem ad nubendum extra illum Nau. c. 22: iuſi. Quomodo autem intelligenda cauſa in matrimonialibus diſpenſationibus apponi ſolita, Quia non inuenitur coniux æqualis, V. Sanchez lib. 4. diſp. 26. nu. 27. Secundà, quando diues vult ducere pauperem, vel indotatam, conſtituendo illi dotem, ſufficit autem incompetentia dotis reſpectu perſonarum, quæ degunt in loco mulieris Congr. Conc. Sufficit etiam in competentia reſpectu eius, qui vult eã ducere, licet reſpectu mulieris ſit competens Roder vbi ſupra Nau. c. 22 num. 87. etiam ſi ad competentiam reducatur per tertiam perſonam Nau. de conſang. conſil. 15. Sanchez lib. 8 diſp. 35. nu 6. Tertia, quando vult ducere ob lites, aut inimicitias ſedandas. Quarta ad vitandum periculum contrahendi cum hæretico in locis, vbi magna eſt eorum copia. Quinta, quando mulier excedit 24. annum, nec dum inuenit virum paris conditionis non affinem Sexta, quando orta eſt fama, quod inter ipſos habita ſit copula; &, niſi matrimonium inter ipſos contrahatur, ipſa mulier infamata, & innupta remanebit, grauiaq; inde ſcandala veriſimiliter orientur. Septimà, quando locus mulieris ſitus eſt ad litus maris, continuis piratarum incurſionibus expoſitus, quo cœteri homines ad contrahendum verentur accedere. Octaua, quando contractum eſt matrimonium bona fide, ſeruata forma Concilij Trid, & cõſumatum; detectoq; poſtea impedimento, abſtinuerũt, & ex eo matrimonio nati ſunt filij V. Quarant. ver. Matrim. diſpenſatio, & Sanchez vbi ſuprà, & diſp. 19.

IMPEDIMENTA NON DIRIMENTIA.

V. Voti irritatio.

115 PRimum. Prohibitio Epiſcopi, aut Parochi, donec conſtet non ſubeſſe impedimentũ quod opponitur Silu matr. 7. q. 1. Nau c. 22. c. 68. de quo vide glo. in c. Tua fraternitas, ver. poteris irritare, de ſponſ. duor Secundũ tempus prohibitũ ab Eccleſia c. Capellanus, de feri. Intellige, de ſolemni benedictione nuptiarũ, & traductione ad domũ ſponſi. Nã ex ſententia Congreg. poteſt contrahi coram Parocho, & teſtibus. Poteſt verò Epiſcopus

ex vrgente cauſa diſpenſare, vt Nuptiæ celebrentur Sot. in 4. d. 32. in fi. Tempora prohibita ſunt ab Aduentu Domini ad Epiphaniam, & à feria quarta Cinerum ad Octauam Paſchæ inclus. Trid. ſeſſ. 24. c. 10. de refor. matr. Tertium, ſponſalia cum altera; niſi prima ſint diſſoluta Silu. vbi ſupra, q. 3. Quartum, Cathechiſmus, ideſt reſpondere pro puero in Catechiſmo, c. Per Catechiſmum de cogn. ſpir. Sed id moderatum intelligitur per Trid. ſicut & Baptiſmus Nau. c. 22. num. 72. Immo nullam inde oriri cognationem, declarauit Congreg. Conc. & ſatis colligitur ex Trid. dum enumeratis caſibus, in quibus contrahitur cognatio ſpir. nihil de Catechiſmo dicit. Sanchez lib. 7. disp. 10. num. 12. Quintum Votum caſtitatis ſimplex c. 2. d. 27. aut religionis Tolet. lib. 7. c. 14. Sed in voto religionis non eſt neceſſaria dispensatio ad petendum debitum, quia non vouit caſtitatem, niſi in religione ſeruandam. Tolet. ibidem Arag. 2. 2. q. 88. ar. 2. ad 2. illat. 2. Cord. in sum. q. 236. puncto 2. Nau c. 12. num. 47. Sextum, Inceſtus cum proprijs, & vxoris consanguineis, c. 1. & 2. de eo, qui cong. cons. vx. Nau. eo. tit. cons. 1. & de consang. cons. 8. Silu. vbi supra q. vlt. vers. 3. Intellige de inceſtu commiſſo etiam vxore viua S. Tho. suppl. q. 55. ar. 2. Inceſtus occultus, quia ex ignorantia, non impedit Pan. in d. c. 1. V. Sanchez lib. 9. disp. 27. num. 2. Septimum. Occidiſſe propriam vxorem c. Admonere 33. q. 2. etiam ſi occiderit in adulterio depræhensam S. Tho. vbi supra q. 60. ar. 1. Si vxor. occidat virum non eſt impedimentum. Vict. in sum num. 295. Armill. ver. matrim. num. 58. Tolet. lib. 7. c. 15. Sanchez lib. 7. disp. 78. num. 8. V. Silu. matr. 8. q. 6. Niſi feciſſet intentionem ducendi adulterum Silu. matr. 7. q. 6. Sed Nau. c. 22. num. 74. absolutè docet eſſe impedimentum. Octauum, Raptus alienæ sponsæ, c. Statutum 27. q. 2. Nonum conuictum eſſe in iudicio occidiſſe præsbyterum. c. Qui præsbyterum de pœnit. & rem. Decimum, Ducere scienter monialem. c. Hi ergo 27. q. 1. & sunt ipso facto excommunicati, c. Si quis sacro ea. q. Vndecimum, Solemnis pœnitentia dum durat c. Audiuimus 33. q. 2. Duodecimum, malitiosa proprij filij susceptio animo fraudandi coniugem debito. c. De eo, 30. q. 1. Idem ſi filium confirmandum teneat scienter. c. Si quis filiaſtrum ea. q. Decimum tertium, Audiſſe peccata mulieris etiam in neceſſitate, etiam ſi ſit laicus, impeditur contrahere cum ea, glo. in c. Omnes 30. q. 2. Decimum quartum Machinaſſe in mortem coniugis, ſi hic, ſe defendendo occidit inuaſorem c. 1. de diuort. Nunc tamen præter votum, & alia ſponſalia, & interdictum Eccleſiæ, cetera ſunt vſu abolita Sanchez lib. 7. diſp. 17. num. 9. & diſp. 24. lib. 8. num. 22.

116 Poteſt Epiſcopus in his impedimentis diſpenſare S. Ant. p. 3. tit. 1. c. 16 parag. 4. Silu. matr. 6. q. 6. Si timeatur de incontinentia, vt ſi iuuenes ſint Pan. in c. 1. de eo qui cogn. cons. vx. c. Si duo 35 q. 6. Immo ſecundum Nau. c. 22. num. 75. & de conſang. cons. 9. & 11. numquam peti ſolet diſpenſatio. In voto autem caſtitatis, & religionis ſolus Papa diſpenſat, niſi timeatur de incontinentia vt ſupra ver. diſpenſationum 101. & docet multis citatis Sanchez lib. 8. diſp. 9. num 22. vbi ampliat etiam ſi ſum. Pont. adiri poſſet: at ex mora graue incontinentiæ, aut alterius ſcandali, aut magni damni ſpericulum imminet: vt cum voto ligatus Virginem deflorauit. Cum vero Epiſcopus diſpenſat, intelligitur pro ea vice tantum: quia cum ſola neceſſitas tribuat facultatem diſpenſandi, hæc facultas non vltra eam neceſſitatem extenditur Sanchez vbi ſupra num. 26. Quare coniuge mortuo, non poteſt abſq; noua diſpenſatione aliud inire matrimonium.

117 Epiſcopus alterius Sponſi poteſt cum vtroq, circa denunciationes diſpenſare Sicut enim poteſt alteruter Prælatus ratione connexionis ſ vtrumque copulare mãtrimonio: ita eo ipſo quod diſpenſat cum ſuo ſubdito circa denunciationes, cenſetur diſpenſare cum altero Sanchez lib. 2. diſp. 7. num. 7. Idem poteſt Vicarius generalis, niſi Epiſcopus ſibi reſeruauerit; & om-

nes

nes Prælati habentes iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem, & ordinariam: hi enim ſunt Ordinarij; de quibus Trid. ſeſſ. 24. c. 1. de refor. matr. De quo Gemin. in c. 2. initio, de conſt. in 6. Pan. in c. Cum ad Eccleſiarum, num. 1. de off. ord. & in c. Vt famæ de ſent. exc. num. 6. Silu. excom. 8. num. 92. V. Paris de reſign. lib. 3. q. 11. num. 19. & Mandos in reg. 24. q. 6. num. 16. Qui autem ſint huiuſmodi Prælati. V. Sanchez lib. 8. diſp. 28. Epiſcopus, aut alius ſine cauſa diſpenſans mortaliter peccat Sanchez lib. cit. diſp. 8. num. 2. Sunt autem iuſtæ cauſæ Prima contrahentium pudor ob nimiam diſparitatem ſiue ætatis, ſiue ſtatus, S. Ant. p. 3. tit. 1. c. 16. parag. 5. Sot. in 4. d. 28. q. 1. ar. 2. vers. De bannis Silu. matr. 6. q. 7. dicto 2. Nau. c. 22. num. 70. Idem quando ambo ſunt ſenes, & erubeſcunt publicare matrimonium Silu. vbi ſupra. Ang. ver. clandeſtinum num. 1. Secunda, cum aliqui concubinarij exiſtimati ſunt diù coniuges S. Ant. & Silu. vbi ſupra Tertia cum Magnates contrahunt S. Ant. & Sot. loc. cit. Quarta quando nullius impedimenti ſubeſt timor Sot. ibidem. Quinta quando ob temporis breuitatem non poſſent alias nuptiæ benedici Cong. Concil. Sexta quando timetur fore, vt Conſanguinei matrimonium iniuſtè impediant, vt conſtat ex Trid. ſeſſ. 24. c. 1. de refor. matr. ibi. Quando eſt ſuſpicio malitioſi impedimenti Ang & Sot. vbi ſupra, Silu. matr. 2. q. 17. vers. 3. Iniuſtè autem impediunt, quando minis, dolo, vi, vel falſitate, aut falſis teſtibus, aut calumnijs: ſecus quando ex iuſta cauſa, ob notabilem diſparitatem, & precibus, & blandicijs non violenter impediunt, etiam ſi filius Virginem deflorarit, cum fide de matrimonio contrahendo, ſi ex eo grauia ſcandala ſint veriſimiliter oritura Cord. in ſum. q. 171. Septima, quando parentes, vel Tutor volunt, vt Virgo nubat indigno Nau. c. 16. num. 37. Cai. tom. 1. opuſc. 12. q. 1. Octaua quando aliquibus valde expediret huiuſmodi matrimonium, timerentque impediri Sot. vbi ſupra Et vbi deflorator damnum reſarcire vult, ducens à ſe defloratam, timereturque ne animum mutet. Immo etiam ſi illa non eſſet Virgo, tamen alioqui infamata remaneret. Nona ex repentino caſu, vt ſi Concubinarij à Iudice comprehenſi, ſi eſſent plectendi, vt poſſent dicere, ſe eſſe coniuges. Decima, ob animæ periculum, vt ſi concubinarij velint contrahere, quò à malo ſtatu recedant; periculumq; ſit, ne dum banna fiunt, iterum commiſceantur: aut ſi meretrix velit cum aliquo inire matrimonium vt caſtè viuat, periculumq; ſit ne ſponſa, vel ſponſus voluntatem mutet. Vndecima ad vitanda ſcandala ob aliquam factionem, quæ ideo vitari poſſet, ſtatim inito matrimonio. Vltima, cum quis in mortis periculo vult ducere concubinam, vt filij legitimentur Nau. vbi ſupra Couar. in 4. p. 2. c. 6. initio. In omnibus tamen diſpenſandi cauſis, neceſſe eſt Ordiuarium informari, an aliquod ſubſit impedimentum. In prima, tertia, & quarta cauſa poteſt, ſed non tenetur Epiſcopus diſpenſare. In alijs omnino tenetur Sot. vbi ſupra. Et vbi tenetur, ſi iniuſtè neget, aut eius copia haberi non poſſit, ſi graue periculum immineat ex mora expectandi denunciationes, poteſt illis omiſſis contrahi matrimonium. Sanchez lib. 3. diſp. 10. Sot. ar. 2. cit.

118 Tenentur contrahentes manifeſtare impedimentum, licèt occultum ſi ab Ordinario interrogentur, niſi obtinuiſſent diſpenſationem in foro conſcientiæ, aut deſiſtere Sanchez vbi ſupra diſp. 14.

119 Epiſcopus, & Regulares priuilegiati diſpenſare poſſunt, vt qui contraxit matrimonium poſt votum ſimplex caſtitatis petat debitum, etiam ante conſumationem Cord. in ſum. q. 156. Sanchez lib. 8. diſp. 11. num. 10. & diſp. 12. num. 4. & nu. 25. idem aſſerit de cognatione ſpirituali, cum ſcilicet alter cum ſuo coniuge contraxit cognationem ſpiritualem. Idem cum quis cognouit conſanguineam vxoris ſuæ

Sayr. clar. reg. lib. 6. c. 11. num. 98. Cord vbi ſuprà Couar. in 4. p. 2. c. 7. parag. 2. num 6. & conceſſit Pius V. Mendicantibus, vt refert Sorb. ad Collector. ver. Abſolutio quoàd Sæculares. & Martinus V. conceſſit Benedictinis. vt refert id Sanchez vbi ſupra diſp. 16. V. ſupra ver. Debitum coniug. num. 15. & Mirand. in Manual. Præl. q. 47. ar. 2.

120 Votum non petendi debitum non impedit, quin ita vouens poſſit inire matrimonium animi non petendi, quia non fuit votum caſtitatis Sanch. lib. 9. diſp. 32. num. 22.

LIBER

LIBER SEXTVS

DE CENSVRIS ECCLESIÆ

Excommunicatio

V. Beneficium. Confeſſor. Ignorantia. Irregularitas. Iudicium. Lex. Miſſa. Ordo. Pœna. Promiſſio. Reſtitutio. Sacramenta. Scandalum.

1 EXCOMMVNICATIO eſt cenſura Eccleſiaſtica, qua Chriſtianus à communione Eccleſiæ, quoad fructum, & eius ſuffragia generalia, & à qualibet licita fidelium communione excluditur. S. Tho. ſuppl. q. 21. ar. 1. Nomine autem cenſuræ veniunt Excommunicatio, Suſpenſio, & interdictum, c. Quærenti de verb. ſign. Eſt verò Cenſura pœna ſpiritualis, & medicinalis priuans vſu aliquorum bonorum ſpiritualium, per eccleſiaſticam poteſtatem ita impoſita vt per eandem ordinariè abſolui poſſit Suar. de cenſur. diſp. 1. ſect. 1.

2 Diuiditur Primò In maiorem, & minorem. Secundò. Alia eſt à iure, alia ab homine. Illa eſt, quæ per Canonem, vel ſtatutum, vel conſtitutionem fulminatur. Ab homine verò quæ à Iudice profertur. Vtraque autem eſt duplex, vel Cominatoria, vel ipſo facto, vel iure. Illa non ligat niſi poſt ſententiam, hæc verò ſtatim ligat, nulla expectata ſententia, & denotatur per verbum ſignificans excommunicationem nullum expectare Iudicis actum, vt per verbum præteriti temporis, ſit excomunicatus, habeatur pro excommunicato, ipſo iure, ipſo facto, latæ ſententiæ. Si verò verba ſint futuri tempori, eſt Comminatoria, vt Excommunicetur. c. Si quis ex Clericis, de vit. hon. cler.

3 Excommunicatio à iure, & ab homine differunt, Primò, Nam iuris ſemper eſt generalis: quæ verò ab homine, aliquando generalis, aliquando particularis. Secundò, poſita a homine ceſſat per mortem ferentis, aut per ceſſationem eius iuriſdictionis; modò quæ prohibetur fiant poſt ceſſationem iuriſdictionis; at poſita à iure ſemper durat. Pan. in c. A nobis 1. de ſent. exc. num. 12. Tertio ab excommunicatione iuris nemini reſeruata abſoluit Ordinarius: ab homine verò non: etiam ſi lata ſit per generalem ſententiam: nam is ſolus abſoluit, qui eam tulit, aut eius ſuperior, licet in alienum Epiſcopatū domiciliū tranſtulerit de quo fusè. Suar. vbi ſupra diſp. 7. ſect. 2. licèt Nau. cum relatis d. ſect. 2. dicat de cenſura per generalem ſententiam lata idem ſentiendum, quod de cenſura data à iure. Quarto excommunicatio iuris ligat quoſcumque contrafacientes intra territorium legislatoris, etiam ſi tempore conditæ legis non eſſent ſubditi alia verò nonniſi ſubditos tempore ſententiæ Pan. vbi ſupra num. 6. Sayr. de cenſur. lib. 1. c. 7. num. 21. Quinto lata per Statum metrōpolitani ligat totam Prouinciam. Lata verò per eius, ſententiam, ligat tantum propriam diœceſim, glo. in c. Romana, parag. Porro, de ſent. exc. in 6. Statutum, Lex, Conſtitutio idem ſunt; differunt verò

tantum

tantum nomine Silu. ver. ſtatutum. 3

4 Excommunicare poſſunt Papa, Cõcilium generale, Prouinciale, Epiſcopi, Abbates, Generales Ordinum, Prouinciales, Guardiani, Capituli Sede vacante, Et omnes habentes iuriſditionem, Eccleſiaſticam in foro exteriori. Differunt tamen. Nam Papa, & Concilium generale poſſunt condere leges, obligantes omnes Chriſtianos, & excommunicare, etiam excommunicatione ab homine. Concilia prouincialia, per ſententiam, & ſtatuta particularia, non per leges. Alij omnes per ſententiam. & ordinationes, etiam particulares. Secundò, Papa, & Concilium numquam impediuntur in ſua iuriſditione: alij ſæpè. Tertiò, Papa, & Concilium poſſunt vbiq; excommunicare. Epiſcopus verò in aliena Diœceſi exiſtens id non poteſt, etiam in ſubditos ſuos. Clem. Quãuis de for. comp. Niſi ſit expulſus, de licentia illius Epiſcopi petita, licèt non obtenta, poteſt, auctoritate d. Clem. iuriſdictionem exercere. Mulier, licèt iuriſdictionem habeat, vt Abbatiſſa, excommunicare non poteſt, c. Delecta de mai. & obed. c. De Monialibus de ſent. exc.

5 Excommunicari poteſt ſolus homo determinatus, baptizatus, viuus, inferior, ſubditus. Ciuitas interdici poteſt, non excommunicari. Nec qui non eſt Chriſtianus, licèt ſit Cathecumenus: nec quis ſe ipſum. S. Th. ſuppl. q. 22. ar. 4. Hoſt. in ſum. de. ſent. exc. vbi ſupra Quis valeat: Niſi denunciando excommunicationem Supperioris Nau. c. 27. num. 6. Inferior autem dicitur, qui licèt Dignitate, & gradu ſit ſuperior, vel æqualis, ſed in diuerſis territorijs. Hi enim in alienis territorijs ſunt tamquam priuati. Et idcirco ſi eorum aliquis in aliena Diœceſi delinquat, poteſt ab Epiſcopo illius loci puniri, &c. Alter pluribus cit. tom. 1. de cenſur. lib. 3 diſp. 10. c. 3. vbi etiam fusè probat Imperatores, & Reges eſſe ſubditos, & minores Epiſcopis. V. glo. in c. 1. de raptor. ver. excommunicatur in fi. Non tamen poſſunt ab Epiſcopo excommunicari, ſicut nec eorum Vxores, & filij c. Ne aliqui de. priuil. in 6. Nec Archiepiſcopus in Diœceſis ſui ſuffraganei delinquens; niſi delinquat in loco non ſuæ prouinciæ Pan. in c. Cum inferior de mai. & obed. Sayr. de cenſur. lib. 1. c. num. 27. Nec recepti in ſpeciales filios Eccleſiæ Romanæ c. 1. de verb. ſign.

6 Excommunicatio non incurritur, niſi propter peccatum mortale. quòd ſi ſit peccatum. & abſit contumacia, non incurritur Com. ex Sayr. vbi ſupra c. 9.

7 Nulla ſunt determinata verba, quibus excommunicatio ferenda ſit, ſed ſufficit aliquod verbum, exprimens ipſam excommunicationem, vt, ſit anathema, &c. cum intentione excommunicandi Silu. excom. 1. q. 33. Nau. c. 27. num. 12.

8 Cum excommunicatio fertur pro peccato præterito, requiritur ſcriptura, præmiſſa trina monitione, cum expreſſione cauſæ. c. Cum medicinalis de ſent. exc. in 6. Nau. vbi ſupra num. 8. & 11. Niſi pendeat in futurum, ſeu habeat tractum ſucceſſiuum quoad emendationem Suar. de relig. trac. 2. lib. 3. c. 13. num. 7. Lata tamen tenet, c. Sacro de ſent. exc. glo. in d. c. cum medicinalis 1 Niſi delegatata ſit cum ea reſtrictione, tunc enim lata ſine monitione non tenet. Nau. in c. Cum contingat de reſcrip. cauſa 5. nullit. Gouar in c. Alma mater de ſent. exc. in 6. p. 1. parag. 9. V. Sayr. vbi ſupra ſupra c. 12.

9 Excommunicatus minore excommunicatione prohibetur tantum accipere ſacramenta, non autem conferre; peccat tamen venialiter conferendo Cou. vbi ſupra p. 2. parag. 8. num. 2. Nau. c. 27. num. 24. B. med. in ſum. lib. 1. c. 11. parag. 6. & eſt caſus in c. Si celebrat de cler. exc. min. Toler. lib. 1. c. 28. num. 1. contra Silu. qui excom. 4. num. 1. vuult peccare mort. ſi ſcienter miniſtrat. Nec poteſt eligi, tenet tamen electio, ſed venit irritanda d. c. Si celebrat. Cou. & Nau. vbi ſupra Nec tenet collatio beneficij ei facta, glo. Pan. Innoc. Hoſt. Io. And. & alij in d. c. Si celebrat. Azor. p. 2. lib. 6. c. 7. q. 7. Suar. de cenſur. diſp. 24. ſect. 2. num. 25. Niſi facta ſit cum probabili ignorantia excommunica-

munica-

Digitized by Google

municationis, Silu. vbi ſupra num. 4. Intellige de ignorantia ipſius excommunicati, glo. cit. Azor. vbi ſupra q. 8. An verò valida ſint Sacramenta illi collata? Communis opinio affirmat in reliquis Sacramentis, excepta pœnitentia. de hac enim diſputant nam Cai. in ſum. ver. abſolutio nonnullis. &c. vers. Vtrum autem, & ver. Confeſſio iteranda. Sot. in 4. d. 22. q. 1. ar. 1. circa fi. volunt, validam eſſe abſolutionem, collatam huiuſmodi excommunicato. Allij vt Silu. & com. 4. parag. 3 & Confeſſor 2. num. 12. dub. 8. Tab. abſolutio 1. num. 24. & nonnulli alij negant. Alij, vt Nauar in man. c. 9. num. 3. & 4. & in c. Conſideret de pœnit. diſt. 5. & in c. Fratres ea diſt. 4. num. 5. Io. Med. de confeſſ. q. 18. parag. Dicendum igitur B. Med. parag. 3. P. Sot. de inſtit. Sacerd. lect. 4. de excom. Tolet. lib 3. c. 10 num. 2. Valent. to. 4. diſp. 7. q. 11. p. 2. Suar. to. 4. diſp. 22. ſect. 7. docent, validam eſſe abſolutionem, ſi is qui petit iuſte ignorat ſe eſſe excommunicatum, vel oblitus excommunicationis: aut ſi ſcit ſe eſſe excommunicatum, id confitetur, putaq; ſe abſolui poſſe iuris, vel facti errore ductus. Secus ſi ſciebat, ſe eſſe excommunicatum, aut noſſe debebat ſecundum qualitatem ſuam, ſe non poſſe à Cõfeſſario abſolui à peccatis, niſi præuia abſolutione ab excommunicatione, ponit enim obicem peccati mortalis, ſcienter petens abſolutionem à peccatis, antequam abſoluatur ab excommunicatione contra præceptum Eccleſiæ. Ali. lib. 1. to. 1. diſp. 6. c. 5. qui cum Nau. & alijs docent idem dicendum de excommunicato mai.

10 Simpliciter excommunicatus intelligitur de maiore. c. Pen. de ſent. excõ. & com.

11 Excommunicatio eſt nulla, ſi lata ſit ab excommunicato; ſuſpenſo, interdicto denuntiatis, &c. Nau. c. 27. num. 7. Pan. in c. Ad probandum de re iud. nu. 1 & 20. aut publico eſt notorio Clerici percuſſore Sayr. de cenſur. lib. 1. c. 5. nu. 35. ſuſpenſis intellige à iuriſdictione S. Th. ſuppl. q. 22. ar. 3. Aut poſt legitimam appellationem; aut cum errore intollerabili, c. Cum intelligat de off. de leg. c. Per tuas parag. Nos igitur de ſent. exc. Aut cum in ſententia exprimitur cauſa impoſſibilis Silu. excom. 2. num. 1. Vers. 8. & 12. & nu. 23. Nau c. 27. num. 14. Vel turpis, glo. in d. c. Per tuas, ſver. intollerabili. Aut contra participantes cum excommunicato à ſe, non nominando eos expreſſè, præmiſſaque trina monitione, c. Præſenti, c. Conſtitutionem de ſent. exc. in 6. vel vna pro tribus, cum aliquot dierum interuallo, niſi facti neceſſitas aliud ſuadeat; d. c. Conſtitutionem, vbi Anchar. not. 6. V. Caſſador. deciſ. 22. de penſion. Silu. vbi ſupra caſu. 9. Aut cum fertur contra Officiales Papæ Extrau. Cum Matheus de hæret. de quo iterum in fi. huius cap. 62. Aut cum fertur contra non ſubditum, c. A nob. 2 1. de ſent. exc Quare nõ poteſt Regulares excõmunicare, nec ſuſpẽdere, nec eorũ Eccleſias interdicere Confect. ſummar. priuil tit. 5. c. 2. vers 3. In ijs tamen caſibus, in quibus ex Conc. Trid. religioſus delinquens ſubeſt iuriſdictioni Epiſcopi, poteſt ab eo excommunicari. de quo plenè per Bertium in prax crim. tit 4. c. 19. in fi. Poteſt etiam declarare excommunicatos à iure, vel conſtitutionibus Apoſtolicis, ad effectum, vt euitentur: & etiam citare ad vitandum ſe declarari Felin. in c. non poteſt num. 7. de re iud. Piaſecc. prax. Epiſc. p. 2. c. 3. num. 52. Anchar. in c. 1. num. 8. de priuil. Ricc. prax. Epiſc. reſol. 907. num. 3. Roder. de regul. to. 2. q. 63. ar. vlt. Confect. & Bert. vbi ſupra. Contrarium docet Nau. de ſent. exc. conſ. 2. V. Sorb. ver. Exemptio. Prior ſententia vera eſt de iure. Nau. verò verum dicit ex priuilegiorum, quibus Regulares exempti ſunt ab Ordinarijs; & ſic etiam loquuntur Sorb. & Roder. vbi ſupra ar. 3. 6. & 7. Nouiſſimè tamen anno 1621. Sacra Cong. ſuper regul. declarauit in notorijs poſſe Epiſcopum declarare excommunicatos, &c. & poſtremo Gerg. XV. an. 1622. ſuppoſuit Epiſcopi iuriſdictioni Regulares delinquentes circa perſonas de-

gentes intra ſepta monaſterium monialium, aut circa clauſuram, vel adminiſtrationem bonorum eorumdem monaſt. Et habet locum in omnibus delictis, etiam non notorijs, & cum populi ſcandalo, vt declarauit eadem Congreg. de mandato eiuſdem Greg. & Vrbani. VIII.

12 Excommunicatus eſt ipſo iure, qui conſulendo, fauendo, aut iurando communicat in crimine, ob quod quis eſt excommunicatus poſt huius denunciationem particularem, ſciendo eſſe excommunicatum, denuntiatum Nau. c. 27. num. 33. & 112. Suar. de cenſur. diſp. 17. ſect. 2. num. 5. Sanchez in ſum. lib. 2. c. 10. num. 50. Ligatur verò etiam ipſe excommunicator Pan. in c. Nuper de ſent. exc. num. 10. Niſi ſit Papa Sayr. lib. 2. c. 15. num. 13. & 22. Suar. loc. cit. num. 7 Conſulens non ligatur, ſi ille aliàs erat facturus: ſecus ſi non tantum: aut ſi conſilium fuit fraudulentum. Neq; adiuuans ſolum indirectè Silu. vbi ſupra num. 12. Glo. in c. Firmiter de ſum. Trin. Couar. in reg. peccatum p. 2. parag. 12. num. 1. & 2. Hoſt. in ſum. de pœnit. & remiſſ parag. Quid de rapina. Nau. c. 17. num. 20. Arag. 2. 2. q. 67. ar. 7. Anchar. in d. c. Nuper, num. 8. Et de conſilio intellige, ſi mouit, aut induxit directè ad delictum S. Tho. 22. q. 62. ar. 2. v. g. conſulere, vt Clericus verberetur, Pan. & Silu. vbi ſupra, ſi tamen ſequatur effectus Nau. c. 27. num 51. Ab hac excommunicatione abſoluit qui à principali Pan. & Silu. cit. Auxilium, & fauorem præbet, qui aduocat, patrocinatur, teſtificatur, fideiubet. Anchar. in c. ſi aduerſus de hæret. num. 2.

13 Excommunicatio lata in facientes non compræhendit ſolum facere incipientes, aut mandantes, aut aliter iuuantes Cai. in ſum. ver. Excom. c. 47. Nau. vbi ſupra, & de ſent. exc. c. 18 & 38. V. ver. Pœna num. 10. Suar. de cenſur. diſp. 22. ſect. 1. num. 15. Sayr. de cenſur. lib. 1. c. 10. num. 8. & lib. 3. c. 11. num. 25. Tolet. lib. 1. c. 9. num 2.

14 Lata in mandantes, conſulentes, &c. eos non compræhendit, ſi res perinde ſine ipſis eſſet facta c. Fœlicis parag. Illud de pœn. in 6. aut ſi non ſequatur effectus Silu. excom. 7. num. 44. & com.

15 Cum principaliter excommunicatur faciens, & ſecundariò conſulens, iubens &c. non incidunt hi, ſi res non fiat Nau. nu. 51. cit. & de regul. cons. 5. & de dat. & promis. num. 43. Silu. vbi ſupra. Secus ergo quando principaliter de omnibus; tunc enim incidunt conſulens, &c. licèt res non fiat Nau. vbi ſupra per Clem. Cupientes parag. 1. de pœn. & c. 1. de homic. in 6.

16 Conſulens dicitur, qui rogat, aut monet, aut proponit vtilitatem inde ſecuturam Nau. nu. 51. cit. Innoc. in c. Ad audientiam de homic. Fel in c. Sicut dignum eo. tit. nu. 8. Io. And. in c. Felicis de pœn. in 6. Silu. exc. vlt. q. 4. Leſſ. lib. 2. c. 13. dub. 3. nu. 16. V. ver. Reſtitutio c. 1. nu. 6. Et qui perſuadet, atq; impellit, & inſtruit conſilio ad furtum faciendum, l. In furtis vers. Conſilium autem dare ff. de furt.

17 Excommunicatio ſine iuſta cauſa non ligat Nau. c. 27. nu. 38. vt v. g. ſi excommunicetur quis, quia non vult debitum reddere coniugi, ſciens ſe non poſſe ob impedimentum dirimens, quod probare non poteſt Sanchez de matr. lib. 2. diſp. 39. num. 9. Sayr. de cenſur. lib. 1. c. 17. num. 12. & ſeq.

18 Excommunicatio Epiſcopi non ligat exiſtentem extra Dioeceſim Nau. vbi ſup nu 6. ſi ſit pro peccato extra cõmiſſo c. 2. de conſt. in 6. S. Ant. p 3. tit. 24. c. 75. parag. 1. Secus ſi conueniatur aliquis, vt reſtituat. Sot. in 4. d. 22. q. 2. ar 1. concl. 1. Aut ſi intra dioeceſim peccauit, c. Poſtulaſti, & ibi glo ver. deliquit, & c. fi. de for comp. & Placuit, & ſeq. 6. q. 3. dummodo ſaltem citatus ſit antequam exierit. Pan. in d c. fi. à nu. 7. Aut ſi excommunicet non reſidentem Silu. excom. 2. nu. 8. Pan. in d. c. Poſtulaſti nu. 12. Alios caſus vide apud Sayr. vbi ſupra c. 6. Vide etiam Alter to. 1. lib. 3. diſp. 9. c. 5. Azor. p. 1. lib. 5. c. 25. q. 2. V. ver. Lex num. 50.

19 Non requiritur monitio in excommunicatione generali ſtatuti Nau. c. 27. num. 10. aut cum quis excommunicat pro

futuris

ſuturis culpis. Idem in c. Cum contingat de reſcrip. cauſa 5. Aut ſi raptor manifeſtus non reſtituit, ſi præſens eſt, aut ſi abſens, in tempore præfixo, Silu excom. 1. num. 10. Aut ſi quis ſit notoriè contumax Cou. in c. Alma p. 1. parag. 9. num. 6. & com. Aut ſi excommunicatus ſit à iure ob eandem cauſam Cou. ibidem num. 5. Tolet. lib. 1. c. 10. num. 5. Pan. in c. Repræhenſibilis de appell. num. 9. Id tamen eſt potius excommunicatum declarare, quam excommunicare, vt docet Anchar. in d. c. Repræhenſibilis num. 2. monitio facta à Iudice habet vim citationis, & peremptorij Mandos. in reg. 34. q. 41. num. 4. V. Sayr. vbi ſupra c. 12. num. 24. Aut ſi Prælatus, vt priuatus, excommunicet ad defenſionem proprij iuris, Fel. in c. Sacro, de ſent. exc. num. 6. & alij, quos refert. Sed id falſum eſſe aſſerunt Couar. vbi ſupra, Alter. lib. 3. cit. diſp. 3. c. 1. Sayr. alios referens lib. 1. c. 12. num. 20. quia æquè bene defendere poterit ius ſuum præmiſſa ſaltem vna monitione, fortè enim reus deſiſteret. Aut ſi periculum ſit in mora c. Conſtitutionem de ſent. exc. in 6. Suar. de cenſur. diſp. 6. ſect. 10. Nau. in d. c. Cum contingat num. 1. Aut ſi excommunicator ſit merus executor Tabien. excom. 2. vbi ſupra num. 2. Aut niſi eſſet aliquis excommunicandus, quia reincidit Felin. num. 3. referens Rotam. De omnibis ſupradictis caſibus latè Alter. tota diſp. 5. cit. præcipue c. 3. & Sayr. vbi ſupra.

20 Excommunicatio non dato ſpatio ſe tuendi contra mandatum nulla eſt Innoc. in c. Propoſuit de conceſſ. præb Nau. c. 27. num. 11. Sayr. lib 1. c. 12. num. 28.

21 Non ligatur excommunicatione, quem excommunicans; aut petens excommunicationem non intendit ligare Silu. excom. 2. num. 1. verſ. 13. Nau. vbi ſupra, & c. 17. num. 4. Sayr. vbi ſupra c. 16. nu. 8.

22 Suſpendi, & interdici poteſt Collegiũ non excommunicari. c. Romanæ parag. vlt. de ſent exc. in 6. Nec tenet ſententia, niſi feratur in ſingulos de capitulo; & tunc ligantur tantum nocentes moraliter Nau. de ſent. exc. conſ. 7. & duob. ſeq. Etiam ſi feratur à Papa Sayr. lib. 1. c. 8. num. 18.

23 Non ligatur excommunicatione, quem iuſta cauſa excuſat Nau c. 25. num. 46. & c. 27. num. 15. Aut cui data eſt ab aduerſario dilatio priuſquam incidat Pan. in c. Præterea 2. de appell. num. 4. vbi Dec. Tolet. lib. 1. c. 9. Nec poſtea incidit, niſi eſſet data dilatio de conſenſu Iudicis Nau num. 15. cit. Silu. vbi ſupra. Neque ligatur probabiliter ignorans ius; aut factum; nempe quem excuſat ignorantia neſcientem, aut quòd lata ſit, aut ſe feciſſe id, pro quo lata eſt Silu. excom. vlt. q. 3. V. Sayr. vbi ſupra toto c. 8. Sanch. & ab eo cit. lib. 1. ſum. c. 10 à num 50. ad 64. vbi docet idem eſſe dicendum in dubio ſuſpenſionis, & interdicti V. ſupra. De actibus hum num. 31.

24 Excommunicatus, ſi eſt in gratia, non priuatur Eccleſiæ ſuffragijs S. Tho. ſuppl. q 21. ar. 1. ad 2. Nau. c. 27. num. 28. & de hor. can. c. 19. num. 68. Sayr. vbi ſupra lib. 2. c. 4. num. 5 & ſeq. Item ſi excommunicatio ſit iniuſta, ſed valida, vt quia deficit trina monitio, aut ſcriptura, aut cauſæ expreſſio. hæc enim licet valida ſit quoad Eccleſiam, ideſt in exteriori foro, ac ſi eſſet iuſta; non ligat tamen quoad Deum Tolet. alios referens lib. 1. c. 11. num. 5. In primo caſu negat Suar. to. 4. diſp. 52. ſect. 2. quia quantumcumque contritus, non poteſt lucrari indulgentias, cum efficaciter priuatus ſit omni communione Eccleſiaſtica, præſertim interna, & communibus Eccleſiæ bonis.

25 Occultus excommunicatus, vt famam tueatur, aut ne ſcandalizet, poteſt etiam in diuinis communicare Vict. de exc. num. 15. Silu. Euchar. 2. num. 10. in fi. Et celebrare, ſi non ſit in mora petendæ abſolutionis Nau. c. 27. num. 239. Say. lib. 2. c. 5. num. 28 & c. 12. num. 5. Secundum alios percipere non poteſt ſacramenta etiam ad vitandum ſcandalum ſic Couar. in c. Alma p. 1. parag. 1. in fi B. Med. in ſum. l. b. 1. c. 14.

quo ſupra ver. Sacramenta num. 12.

28 Prohibita ſunt Excommunicato. OS. Orare. Vale. Communio. Menſa.

OS. ideſt oſculum, c. Excõmunicatos 11. q 3. Locuto c. Cum excommunicato ea. q. etiam per literas, aut nuntium, glo. in c. Conſtitutionem, ver. participatione, de ſent. exc in 6. Couar. vbi ſupra num. 1. Item per nutus, & ſigna Hugol. de cenſur. tab. 2. c. 23. parag. 1. num. 9. & per interpoſitam perſonam Graff p. 1. lib. 4. c. 12. num. 4. Et amplecti Nau. c. 27. num. 20. Et munera ad eum mittere; aut ab eo miſſa recipere Ang. excom. 8. parag. 4. Sayr. vbi ſupra c. 13. num. 2. Quòd ſi ſcienter recipit, danda pauperibus de conſilio Aſten. lib. 7. par. 2. tit. 11. ar. 1. q. 19.

ORARE. c. Excommunicatos, & c. Cum excommunicato 11. q. 3. Intellige participare in diuinis Nau. vbi ſupra vt ſunt ſacramenta actiuè, & paſſiuè, & diuina officia, miſſæ, &c. Silu. excom. 5. num. 2. & 3. Et communicato in oratione, quæ fit nomine Eccleſiæ, ſecus in priuata Nau. de orat. c. 19. num. 67. Tolet. lib. 1. c 5. num 4. Poteſt tamen generali intentione orari pro excommunicato etiam oratione Eccleſiæ, & in memento etiam oratione ſpeciali Silu. excom. 1. num. 2. & Miſſa 1. q. 8. Ang. ver. miſſa parag. 51. Immo ſi excommunicatus pro viribus procurauit abſolutionem, licèt non obtinuerit, ſi ſit verè contritus fruitur etiam communibus Eccleſiæ ſuffragijs Turrecr. in c. Si quis Epiſcopus 11. q. 3. S. Ant. p. 3. tit. 24. c. 77. De quo ſupra num. 24.

VALE ideſt ſalutare verbo, ſcripto, ſigno Nau. c. 27. num. 20. Silu. excom. 5. num. 3. vers. 3. Aperire caput ſalutanti, aſſurgere, dare locum, mouere labia, & alia huiuſmodi ſigna reſalutationis, cauſa, oſtendere non eſt illicitum Ang. excom. 8. parag. 4. S. Ant. p. 3. tit. 25. c. 2. Sayr. lib. 2. c. 13. num. 7. licèt alij plures aſſerent non licere reſalutare. Salutanti, vel ſcribenti licet reſpondere Deus te conuertat, & ſimilia Nau. num. 20. cit. Silu. Ang. S. Ant. vbi ſupra & com.

COMMVNIO ideſt habitatio S. Ioan. Ep. 2. & habetur c. Omnes 24. q. 1. Et comercium in eodem exercitio, & per contractus; & conuerſando ſiue in domo, ſiue in itinere S. Ant. & Nau. vbi ſupra Poteſt tamen quis eſſe etiam in eodem cubiculo, modò non pro eodem negotio, & modò non conuerſentur Inn in c. Nuper de ſent. exc. Ang. & Silu. vbi ſupra Contractus tamen ab Excommunicato celebrati, etiam in fauorem proprium, tenent Innoc in c. Veritatis de dol. & cont. vbi Pan. num. 35. & Boich. num. 18. Silu. excom. 3. in fi. Alter. to. 1. lib. 2. diſp. 4. c. 1 contra Hoſt & alios. Excipe tamen clericum beneficiarium contrahentem ſuper rebus Eccleſiæ, tunc enim actus non tenet, c. Veritatis cit Dec in c. Paſtoralis parag. Verum de appell. Si tamen ſit occultus, tenent Pan. vbi ſupra num. 33. Silu. excom. 3. q. 5. Aduocatus qui patrocinatur excommunicato in cauſa iuſta non peccat., nec vllam incurrit pœnam; cum enim excommunicato ſit permiſſa defenſio intelliguntur etiam conceſſa ea omnia, ſine quibus defenſio eſſe nequit c. Intelleximus de iudic. c. Cum inter, de except. Si verò ſcit cauſam eſſe iniuſtam, ſi defendat ſuper crimine, per quo fuit excommunicatus, incidit in excommunicationem maiorem, quia communicat in crimine c. Si concubinæ, de ſent. exc.

Teſtamentum excommunicati tenet; ſed peccat mort. teſtans, Notarius, teſtis, & huiuſmodi: præmittenda enim eſt abſolutio. Niſi fortè omnino non poſſit, vel non ſine magno periculo expectari, aut præmitti abſolutio. Peccat etiam mort. inſtituens excommunicatum hæredem Suar. de cenſur. diſp. 15. ſect. vlt. Sayr. lib. 2. c. 9. Alter. vbi ſupra c. 2. Excipe primo hæreticum, c. Excommunicamus parag. Credentes de hæret. in 6. Secundo percuſſorem Card. c. Fœlicis de pœnis in 6. Tertio Vſurarium, niſi antea ſufficienter cauerit, c. fi. de Vſur. in 6. Horum enim Teſtamentum nullum eſt, vt in tex. alleg. V. Glo in c. Decernimus, ver. & teſtificando, de ſent. exc. in 6. Qui inducit excommunicatum, vt teſtamentum faciat, quia ſperat, ſe hæredem inſtituendum, non non peccat per

Extrau. Ad euitanda, ne patiatur detrimẽtum ob alterius delictū. Vnde nec peccabit excõmunicatus condendo teſtamẽtum, ſi antea non potuit comodè abſolutionem petere Alter. de cenſur. to. 1. lib. 1. diſp. 4. c. 2.

MENSA. c. Excommunicatus, & c. Ad menſam 11. q. 3. etiam lectus Ang. excom. 8 parag. 4. Silu. verſ. 5. S. Ant. p 3. tit. 25. c. 2. Nau. vbi ſup. Quare conlicet cum excõmunicato comedere ſimul, & eodẽ tempore, etiã in diuerſis menſis, ſi omnes illæ ſpectent ad idem conuiuium; etiam ſi ille ſuperueniat S. Ant. & Silu. vbi ſupra. Et, ſi itinerante aliquo, & in hoſpitio commedente, accedat excommunicatus, vt in eadem mẽſa comedat, tenetur ille recedere: Secus ſi in diuerſis, licèt in eodem cubiculo S. Ant. vbi ſupra Silu. excom. 5. nu. 3. verſ. & quinto. Et ſi amicus venienti domum concedas, licèt indiuerſo cubiculo comedas, ſi fraudolenter id facis, incidis. ibidem ſecus, ſi indigentem hoſpitio, aut alimento pietatis cauſa cum proteſtatione recipias. Silu. ibidem Sayr. vbi ſupra num. 16.

29 Cauſæ excuſantes ſunt. Vtile. Lex. Humile. Res ignorata. Neceſſe.

VTILE, ſcilicet participanti, quia licèt ab excommunicato debitum petere c Si verò, de ſent. exc Cai. in ſum. ver participatio cum excom. Vel ſaluti ſpirituali excõmunicati. c. Cum voluntate eo tit. Vnde admitti poteſt ad concionem c. Reſponſo eo. tit. In diuinis excuſat metus grauis; niſi quis cogeret in contemptum fidei, aut Eccleſiæ Silu. exc. 5. q. 14. Cou. in c. Alma p. 1. parag. 3 num. 9. verſ. 4. Sot. in 4. d. 12. q. 1. ar. 4. vers Dubium, tandem Sayr. lib. 2. c. 14. nu. 41. Contrarium innuere videtur tex. in c Sacris, de ijs quæ vi, ibi Cum pro nullo metu. &c. & ſolum excipit coactum, qui magis pati, quem agere conuincitur.

LEX, ideſt matrimonij in ijs quæ ad matrimonium, & domeſticam gubernationem pertinent Silu. bi ſupra. Excuſat autẽ virum & vxorem, ſed non pari modo. Vxor enim poteſt quoad debitum matrimonij, domus curam, menſam, &c. Vir autem, cuius eſt vxorem corrigere, non debet in menſa. & alijs non neceſſarijs communicare Silu. ibidem Angel. tamen excom. 8. nu. 8. Couar. vbi ſup. parag. 1. nu. 8. eodem modo vtrumq; excuſant dicunt tamen peccare mort. virum, immo, & incidere in minorẽ excom. ſi non inducat vxorem ad petendã abſolutionem, & cum poſſit, non cogit: aut ſi per communicationem fit peior.

HVMILE, ideſt humilitas ſubiectionis Itaq; participare poſſunt filius ſub poteſtate Patris, S. Th. q. 23. nu. 1. Vxor, Seruus, Mãcipium, ruſtici ſeruientes, c Quoniam multos 11. q. 3. c. Inter alia de ſent. exc. Nomine filiorum veniunt etiã emancipati, ſi ſint commenſales Patris, & ab eo accipiunt neceſſaria Ang. vbi. ſup. num. 10. Silu. q. 14. cit. Item filij, ſiue legitimi. & naturales, ſiue naturales tantum, ſiue legitimi tantum, ſiue illegitimi. Sayr. lib. 2. c. 14. num. 10. Pater etiam participare poteſt cum filio excomunicato: licet peccet non faciẽdo quod in ſe eſt; & vt filius abſolutionem procuret S. Ant. p. 3. tit. 25. c. 2. Nau c 27. num. 27. Sayr. vbi ſup. num. 12. & com. Item Religioſus ſubditus cum ſuo Prælato, & Clericus cũ ſuo Epiſcopo, ſi ſit de eius familia S. Ant. & Silu. vbi ſupra. Excuſatur etiam Miles cum Duce excommunicato S. Ant. vbi ſup. parag. 1. verſ. 8. Silu. exc. 5. q. 14. num. 5. verſ. 3.

Qui poſt excommunicationem ſeruire cæperunt, pergere poſſunt in ſeruitute, ſi neceſſita proprias, aut excommunicati eos compulit fieri de familia: extra neceſſitatem verò tenentur diſcedere, ſi à principio ſciuerunt excommunicationem Silu. vbi ſupra Sayr. c. 14. cit. num. 16. qui cum Ang. vbi ſupra num. 11. idem intelligit de nutricibus, & ills, qui contraxerunt ſcientem, vel alio modo per aliquem contractum ei erant obligati.

Si ex cauſa ſententiam aggrauando huiuſmodi perſonis communio interdicatur patrie pare non poſſunt. Vxor tamen tenetur debitum reddere, & filius Patrem honorare, eique ſeruire, & ſubuenire, non tamen poſſunt ſecum dormire,

mire, aut comedere, aut loqui. Sayr. vbi ſupra num. 34.

RES IGNORATA Probabilis ignorantia facti, & iuris dubij excuſat Nau. vbi ſupra contra S. Ant. & Silu. loc. cit. & alios docentes ignorantiam iuris eos tantum excuſare, quibus licet ius ignorare. Dubitans an talis ſit denunciatus, excuſatur Nau. vbi ſupra; tenetur tamen inquirere veritatem; maximè ſi fama ſit, illum eſſe excommunicatum denunciatum: aut ipſe à fide dignis audiuit, aut factum eſt notorium, & interim abſtinere Silu. vbi ſupra ar. 4. Excuſat etiam inaduertentia S. Ant. vbi ſupra.

NECESSE, id eſt ob neceſſitatem ſpiritualem, corporalem excommunicato, & eius, qui cum ipſo communicat, c. Inter alia parag. Illud autem de ſent. exc. Non ſufficit autem quæcumque neceſſitas, ſed requiritur magna glo. in d. parag. Illud, ver. neceſſitas.

30 Non licet filio ſubuenire Patri Bannito, ſi prohibito ſit à Papa ſub excommunicatione: cenſetur enim condemnatus ad hoc genus mortis, quod licet ob publicam vtilitatem: Et, ſi ſubueniat, incidit Hugol. de cenſur. lib. 2. c. 23. parag. 15. num. 11.

31 Participare cum excommunicato communiter eſt veniale S. Tho. ſuppl q. 23. ar. 3. Couar. in c. Alma p. 1. parag. 3. num. 3. Eſt verò mortale participare cum excommunicato in Sacramentis, & diuinis Officijs, aut in contemptum clauium, aut contra ſpeciale præceptum Iudicis; aut cum excommunicato à Papa cum participantibus; Aut quando participatio eſt nominis frequens, intentione animandi ad delinquendam Nau. c. 17. num. 30. & ſeq. Sed hoc vltimum, non videtur benè dictum; primò, quia venialium frequentia non eſt circumſtantia mutans genus peccati venialis, vt docet S. Tho. 1. 2. q. 88. ar. 4. Quare ſi ſemel communicare veniale eſt idem ſi pluries. Secundò, quia ſola intentio animandi ad delinquendum eſt mortalis; quare impertinens eſt frequentia V. Sayr. de cenſur lib. 2. c. 11. num. 13. & ſeq. ſolus Papa hodie excommunicat maiore cum participantibus; Alij enim debent prius moneri, vt deſiſtant à participatione Pan. in c. Quod in dubijs de ſent. exc. num. 3. Sayr. loc. cit. Ang. excom. 3. num. 17 Silu. excom. 2. num. 1: vers. 9 alioqui excommunicans ſuſpenſus eſt ipſo facto per menſem ab ingreſſu Eccleſiæ, vt in c. Sacro de ſent. exc. Non tamen, ſi ſit Epiſcopus, per c. Quia periculoſum eo. in 6. Hæc autem mentio debet eſſe ſpecialis, & contra certas perſona, cum debito interuallo, alioqui nihil fit Anchar. in c. Conſtitutionem de ſent. exc. c. 6. in fi. Si tamen excommunicet participantes cum excommunicato ab alio tenet excommunicatio, licet non præceſſerit mentio. Doct. cit.

32 Licita eſt participatio cum excommunicato, quando aliorum paci, & ædificationi eſt neceſſaria c. Anteceſſor 11. q. 3. vt milites Chriſtiani ſub Iuliano Apoſtata; ne ille prouocatus in Chriſtianos ſcandalum ſuſcitaret, c. Iulianus q. 3. cit.

33 Excommunicatus non poteſt eligere, c. vn. Nec Sed vac. in 6. Nec eligi c. Conſtutis 1. de appel. c. Cum inter R. de elect. & c. Cum dilectus de conſuet. Nec tenet electio, glo. in d. c. Conſtitutis, & in c. Si quando, ver. nullum de elect. in 6. Pan. in c. Si verè de ſent. exc. num. 9. & in c. Ad probandum de re iud. num. 13. Immo ſi in toto vno conuentu vnus tantum ſit excommunicatus, ſciente maiori parte, & eum poſſit, non expellente, non tenet electio facta illo concurrente Inn. in c. Illa de elect. & ibi Pan. & peccat mort. eligendo Sayr. lib. 2. c. 6. num. 5.

34 Collatio beneficij facta excommunicato, non tenet, c. Cum bonæ de æta. & qual. & non reuiuiſcit per ſequentem abſolutionem, c. Poſtulaſti, de cler exc. Nec præſentatio, nec electio excommunicati valet, Cou in c. Alma p. 1 parag. 7. nu. 1. & ſeq. cũ eadẽ ſit vtriuſq, ratio, glo. in c. fi. ver. electione, de elect. in 6 Intellige de collatione, & electione actiua Silu. exc. 3, nu. 1 vers. 8. Nec

tenet

tenet collatio facta excommunicato ignoranti: quamus durante ignorantia excuſetur, glo in c. Apoſtolicæ, ver. probabilis, de cler. exc. Couar. vbi ſupra num. 6. Sayr. dicens eſſe comm. lib. 2. c. 5. num. 8. Cuius contrarium docet Nau. in c. Fratres de pœnit. d. 5. num. 46. ſi is probabiliter ignorat ſe eſſe excommunicatum. Et hoc caſu poteſt Epiſcopus, ad quem pertinet collatio vel confirmatio diſpenſare, vt poſt abſolutionem retineat, niſi ipſe ſcienter cōtulerit, Pan. in d. c. Poſtulaſti num. 9 modò abſolutio obtineatur ab eo, qui poſſit iure illam concædere Couar. num. 8. cit. Quod ſi ad Epiſcopum pertineat ſola confirmatio, requiritur noua patroni electio Nau. vbi ſupra num. 8. requiritur etiam ſpecialis diſpenſatio, etiam per abſolutionem, vt retinere poſſit fructus medi temporis, ideſt dum ignorauit, &c. Silu. vbi ſupra vers. 9. V. Azor. p. 2. lib. 6. c. 7. q. 2. 7. & 8.

35 Excommunicatus, aut ſuſpenſus à beneficio, interim dum abſolui non poteſt, recipere poteſt fructus, ſibi neceſſarios, ſi aliunde non habet, glo. in c. paſtoralis pa rag. Verum, ver. contrahantur de appell. & ibi Dec. Nau. de iurep. cons. 1. & de ſent. exc. cons. 24. num. 10. Intellige, ſi non abſoluitur ex culpa. Nam ſi iam pœnituit, & per ipſum non ſtat, &c. omnes beneficij fructus ſuos Sayr. lib. 2. c. 5. num. 29. fructus verò bonorum patrimonialium, ad quorum titulum eſt ordinatus, non perdit, quia non ſunt fructus beneficij num. 26. vbi num. 27. alios referens ampliat dicta ad penſiones, & alios veros Eccleſiæ redditus. Diſtributiones quotidianas non facit ſuas, etiam ſi ſit excommunicatus occultus. Fructus verò beneficij putat Nau. de ſent. exc. conſ. 50 non teneri reſtituere poſt abſolutionem. Sed contrarium verius docet Sayr loco cit. num. 24. ſi iuſta ſit excommunicatio, niſi fiat ei gratia ſpecialis. Si verò ſuſpenſio, vel excommunicatio fuit iniuſta, ſeu nulla, ſi ante ſolitus erat reſidere, recuperat. Felin in c. Apoſtolicæ de except. num. 12.

36 Valent geſta per excommunicatum in officio publico tolleratum c. Ad probandum de re. iud. Pan. in c. Veritatis de do. & cont. num. 33. Etiam ſi ij, in quos exercet proteſtatem, ſciant illum eſſe excommunicatum: geſta tamen in eorum fauorem ſunt irritanda Couar. vbi ſupra, ſi tamen erat excommunicatus denunciatus, aut notorius percuſſor Clerici, aliàs non ſunt irritanda Ang. Confeſſio 3. num. 12. Nau. c. 27. num. 7. Sanchez de matr. lib. 3. diſp. 22. num. 43. Quod ſi erat excommunicatus cum fuit ad officium aſſumptus, non tenet geſta per eum, c. Poſt ceſſionem de probat. Intellige: ſi excommunicatio tunc erat publica Sanchez vbi ſupra alios referens num. 30. vbi num. 33. docet ad validitatem geſtorum ſufficere, ſi ſit occulta in loco illo, licèt alibi eſſet denuntiatus: dicitur enim tunc ab Eccleſia tolleratus, concurrente auctoritate Superioris, ac probabili, & communi errori facti. V. diſp. cit. q. 3. vbi fusè.

37 Iudex excommunicatus denunciatus, ſi ab Eccleſiaſtico Iudice requiratur, poteſt contra Clericus iuriſdictionē exercere, Præſidentes de heret. in 6. glo. in c. de off. Vic. eo lib. in fi. Direct. Inquis. p. 3. q. 22. & huiuſmodi Eccleſiaſticus non incidit in excom. min. vt in d. c. Præſidentes.

38 Excommunicatus tolleratus poteſt excommunicare Couar. vbi ſupra parag. 11. num. 4. Nau. c. 27. num. 7. contra Pan. in c. fi. de ord. ab Ep. qui ren. num. 4. per c. Audiuimus 24. q. 1. ſed hic loquitur de iure antiquo. Nunc enim poſt Extrau. Ad euitanda ſupra cit. excommunicatus etiam publicus, modò non denunciatus aut notorius percuſſor Clerici poteſt excommunicare. Quare verior eſt, & tenenda opinio Couar. quàm pluribus citatis ſuſtinet Sanch. vbi ſupra num. 34. cum ampliat. cit.

39 Excommunicatus eſt ſuſpenſus ab officio, & beneficio ex Silu. excom. 3. nu. 1. vers. 9. Vict. de excom. num. 15. Nec poteſt procurator inſtitui c. Poſt ceſſionem de probat. Poteſt tamen inſtitui, vt abſolutus procuret Nau. c. 27. num. 23.

40 Excommunicatus denunciatus priuatur Eccleſiaſtica ſepultura c. Sacris de ſepult. Si tamen oſtendit ſigna contritionis, poteſt abſolui poſt mortem Silu. vbi ſupra vers. 20. Sed ab eo tantum qui poterat ſanum abſoluere Nau. c. 26. num. 32. In articulo mortis etiam à ſimplici Sacerdote abſolutus debet in loco ſacro ſepeliri, c. A nobis 12. & ibi Glo. ver. non potuerit, de ſent. exc. c Parochiano de ſepult. Nau. eo. tit. conſ. 4. & 5. V. infra ver. Abſolutio num. 27.

41 Excommunicatio minor incurritur etiam per ſententiam; communiter tamen participando illicitè cum excommunicato maiore Nau. c. 27. nu. 25 etiam mortuum lauando, &c. Sayr. lib. 2. c. 15. num. 12.

42 Etiam excommunicans incurrit participando, niſi ſit Papa. Pan. in c. Cum deſideres de ſent. excom, nu. 9. Couar. vbi ſupra parag. 1. nu. 3 Silu. exc. 5. num: 12. Anchar. in c. fi. de Conſt. in 6. num. 11.

43 Excommunicatus expellendus ab Eccleſia quòd ſi nolit exire, relinquenda officia, & ſacrum, ſi nondum incæptus eſt Canon. Si verò incæptus eſt, finiendum cum vno miniſtro vſq; ad conſumptionem incl. & poſtea in ſacriſtia dicenda poſt com. &c. alij cæpto canone exire debent. Hoſt. in ſum, de ſent. exc parag. Et quæ ſit pœna, vers. Sed numquid. Niſi eſſet ingreſſus non ad orandum; aut vt oraret ſeparatim Nau. c. 27. num. 33. Si excommunicatus extra oſtium ſtet, vt miſſam audiat, expellendus Aſten. p. 2. lib. 7. tit. 9. q. 1. V. S. Ant. p. 3. tit 25. c. 2 vers 3. Silu. vbi ſupra num. 3. Officia alibi finienda Graff p. 1. lib. 4. c 12. num. 16.

44 Si tu audis ſacrum in vno Sacello, & excommunicatus in alio, non oportet vt exeas. Cai. in ſum. ver. Communicatio illicita. In orationibus priuatis non attenditur identitas loci, ſed intentio communicandi. ibidem.

45 Licet aliquid legere cum excommunicato, quod illius animæ proſit Nau. vbi ſupra num. 36. ad dub. 3. & concionem audire, c. Reſponſo de ſent. exc. Etiam ſi, vt ſit, oretur in principio, & fi. Nau. cit.

46 Excommunicatis filijs, aut Seruis, debent Patres, & Domini prouidere de neceſſarijs Silu. excom 5. num. 17.

47 Legatum excommunicati accipi poteſt Silu. num. 15. Innoc. in c. Cum voluntate de ſent. exc. vbi Anchar. dicit verum, ſi non pro anima, ſed ſicut alij priuati Eccleſiæ leget vt ſi ſit cum onere erogandi in eleemoſynas, aut puellas dotandi Barboſ. plures referens ad c. Sacris de ſent. exc. num. 3. & 4.

48 Etiam Papa peccat communicans cum excommunicato ſine cauſa Pan. vbi ſupra num. 3. Silu. num. 10. Cou in c. Alma p. 1. parag. 1. num. 3. Nec communicando ſcienter cum excommunicato, cenſetur ſecum diſpenſare, niſi exprimat id ſe velle Clem: ſi Summus de ſent. exc. S. Ant. vbi ſupra Epiſcopi tamen id non poſſunt Silu. abſolutio 3. num. 7. Ang exc. 8. parag. vlt. Pan. num. 3. cit.

49 Parochus poteſt dare ſacramenta excommunicato occulto, publicè petenti Sot. in 4. d. 22. q. 1. ar. 2. Cou. vbi ſupra num. vlt.

50 Cum in re leuiſſima præcipitur ſub pœna excommunicationis, tale præceptum non ligat, Vict. de excom. num. 10. Sayr. lib. 1. c. 9. num. 8. Intellige quando tota illa materia, pro qua fertur excommunicatio, eſt leuis. Nam ſi tota ſit grauis ligat: vt cum fertur in eos, qui vinearum fructus ſurripiunt, niſi reſtituant, quia eſt notabile furtum. quare licèt vnus parum quid ſurripuerit ligatur cenſura, & obligantur ſinguli ad mortale Tolet. lib. 1. c. 9. nu. 5. Sot. vbi ſupra Sayr. c. 9. cit. num. 10. Alter. to. 1. diſp. 1. lib. 3. c. 7. V. ver. reſtitutio c. 1. num. 25.

51 Excommunicatio lata contra recepantes materialiter tantum: vt qui recipit, vt à Iudice, carceribus, alijsq; ſupplicijs liberatus reſipiſcant; aut quia vtile ſibi eſt illum recipere, cum alij multi ad id parati eſſent, vt ſtabularij, Salon. 2. 2. q. 72. ar. 7. contr. 1. Vel qui metu mortis, aut alio iuſto titulo id faciunt P. Nau. lib. 3. c. 34. num. 119. aut ſi ratione amicitiæ, aut conſanguinitatis B. Med. lib. 1. ſum. c. 14 parag.

parag. 30. Niſi Bulla dicat, etiam in hoc caſu, &c. Salon. cit.

52 Prohibitus ſub excommunicationæ latæ ſententiæ ſcribere monialibus, ſi ſcribat, & litteræ ad eas non perueniant, non incidit Nau. de ſent. excom. conſil. 19.

53 Excommunicatio lata contra alloquentes moniales, intelligitur etiam de alloquente per interpoſitam perſonam Graff. & de cas. reſeru. lib. 2. c. 5. num. 32. Latè Felin. in c. Mulieres de ſent. exc. num. 7

54 Ignorantia probabilis, non autem craſſa, & ſupina excommunicationis latæ, etiam pro facto illicito, & iure diuino damno excuſat delinquentem, vt non incidat c. 2. de conſt. in 6. vbi Anchar. Io; And. & Gemin. in c. 2. de ſent. exc. in 6. Pan. in c. A nobis 1. eo tit. num. 9. & ibi Fel. nu. 2. Silu. exc. 10 q. 3. & ver. ignorantia num. 15. Caſtr. de leg. pœn. c. 14. Nau. c. 23. num. 47. & c. 17. num. 274. & de ſepult cons. 10. Sayr. lib. 1. c. 18. num. 31. contra glo. in c. A nobis cit. & Cou. vbi ſupra parag. 10. num. 11. Intellige dicta etiam de ſtatutis inferiorum, & Papæ Sanchez de matr. lib. 9. diſp. 32. q. 6. Suar. de cenſur. diſp. 4. ſect. 9. num. 19.

55 Habens ſcripturas priuata, & ſecretas, etiam ad ſe, & cauſam ſuam pertinentes, ſi faciunt pro cauſa partis aduerſæ, ad cuius inſtantiam fertur excommunicatio, tenetur reuelare Graff. p. 1. lib. 4. c. 8 num. 25. Niſi faciant pro iure alterius contra ius proprium: aut niſi reus ſcripturas actor s bona fide acceptas retineat, cum in cauſa certò habet iuſtitiam; Sayr. cla. reg. lib. 12. c. 20. num. 31. & de cenſur. lib. 1. c. 9. in fi. Si tamen originalia eſſent omnino deperdita, & aliunde haberi non poſſet, tenetur edere, & ſciens tenetur reuelare Pan. in c. 1. de probat. Suar. de cenſur. diſp. ſect. 3. Idem cum ſcripturæ ſunt verè, & probabiliter eius qui indiget. qui enim illas habet, omnino tenetur reſtituere, licet ſibi damnoſas: aliàs peccaret contra iuſtitiam Salon. 2. 2. q. 70. ar. 1. contr. 3. concl. 1. in fi. Vide Henr. Boich. & Felin. in c. 1. de probat. Lazar. in prax. can. p. ſect. 3. q. prima Vgol. de poteſt. Ep. c. 45. parag 4. Alter. to. 1. lib. 3. diſp. 1. c 8 Azor. p. 3. lib. 13. c. 28. q. 2.

56 Excommunicatio lata in fauentes includit conſulentes; hi enim auxiliantur, & fauent Nau c. 27. num. 59. Contrarium docent Sayr. de cenſur. lib 3. c. 6. num. 6. Suar. de cenſur. diſp. 21. ſect. 2. num 17. & lata in defendentes includit receptatores, & fautores Pegna ad Direct. comment. 76.

57 Excommunicatio lata in aliquem ſub nomine officij non extenditur ad ſucceſſorem; niſi is poſt monitionem per menſem incontumacia prædeceſſoris, perſeuerauerit c. Aduerſus, de immun. Eccl. & ibi glo. & Panor. num. 10. & colligitur exc. 1. de off. Vic. in 6. vbi Anchar. num. 2. quia, inquit, cum excommunicatio afficiat perſonam, non Dignitatem, non attingit ſucceſſorem, niſi is delicto conſentiat docet autem menſem computandum eſſe à die aſſumpti officij. De hac materia optimè Pan. loc. cit.

58 Excommunicatio lata in non reſtituentem non ligat impotentem, c. Odoardus de ſolut. Pan. in c. P & G. de off. Deleg. à num. 7. Si tamen poſtea fit ſoluendo, incidit, ſi durat Iudex in officio, & ille adhuc maneat eius ſubditus Sayr. lib. 1. c. vlt. nu. 40. Nec ſciens impotentiam tenetur reuelare Io. med. de reſt. q. 11. in fi. Nau. c Inter verba concl. 6. perfecta num. 398. Leſſ lib. 2. c. 30. num. 50. Tenetur tamen ſoluere eam partem, quam poteſt, alioqui incidit Roder. in ſum lib. 1. c. 70. concl. 10. Sot in 4. d. 22. q. 1. ar. 2. vers. Secundò ſi feratur.

59 Excommunicatio lata in non reuelantes, non obligat Aduocatos, Procuratores, Conſultores & Medicos ad reuelanda ſecreta Clientulorum, & ægrotorum Nau. de pœnit. & remiſſ. cons. 26. & in c. Inter verba concl. 6. perfecta num. 401. & ſeq. Ban. 2. 2. q. 70. ar. 1. p 1. dub. 4. ad 6. B med. p. 1. lum. c. 14. parag. 35 vers. ſi ha da notare Sayr. vbi ſupra c. 9. num. 34

Suar.

Suar. diſp. 10. ſecti vlt. Niſi aliundè nouerint, vel niſi in aliorum damnum redundent, & tunc non vltra neceſſarium reuelandum: Sed neq; neceſſarium, cum ex eo maius damnum famæ, &c. eius, qui detegitur, quam damnificati reſultat Nau. vbi ſupra, & in man. c. 25. num. 41. & ſeq. Salon. 2. 2. q. 70. ar. 1. concl vlt. Neque ligat filios, vxores, & alios domeſticos, ſi in genere tantum proponantur: Secus, ſi expreſſè contineatur, vt omnes quantumuis coniuncti teneantur reuelare Sot. de iuſt. lib. 5. q. 3. art. 1. Salon. 2. 2. q. 66. ar. 7. & ibi Arag. Sayr. cla. reg. lib. 9. c. 16. dub. 5. Vgol. de pot. Ep. c. 45. parag. 6. vers. 6. Lazar. prax. can. p. 1. ſect. 3. q. 8. Neque ſi ſit res parui momenti: aut ſi acceperint, vt proprijs, ac domeſticorum neceſſitatibus ſubuenirent: aut in eleemoſynam erogandum pro Patre, marito, filijs in peccato exiſtentibus Salon. ibidem fusè Nau. num. 401. cit: & ſeq. Roder. in ſum. p. 1. c. 79. num. 15.

60 Cauſa, ob quam excommunicatio ferri poteſt, & debet, eſt peccatum mort. proprium contumaciæ, & inobedientiæ, quo quis Eccleſiæ obedire contemnit S. Tho. ſuppl. q. 21. ar. 3. Sot. ar. 2. cit. concl. 2. & com. vt plurimis cit. refert Sayr. de cenſur. lib. 1. c. 9. num. 28. Ex quo infert ob ſolam contumaciam ferri poſſe ſententiam excommunicationis.

61 Excommunicatio lata contra periuros intelligitur de periurio, quod cum actuali aduertentia falſitatis, & periurij profertur. Idem de periurio reſeruato Suar. de relig. to. 2. trac. 5. lib. 3. c. 8. num. 6. Excommunicatio lata contra debitorem, niſi intra certum terminum ſoluerit, creditore prorogante terminum, non ligat. Pan in c. 1. de loco. & in c. Præterea 2. num. 4. de appell. Silu. exc. 2. not. 1. caſu 13. Ang. exc. 3. num. 10. Alter. de cenſur. lib. 3. diſp. 1. c. 7. vers. Illud dubium eſſe poteſt Barbos. ad c. 1. de loca. & ad c. Apud miſericordem 32. q. 1. & alij quia Iudex ſententiam fulminat ad inſtantiam partis: quare per partis conſenſum excluditur contumacia, ſine qua non incurritur excommunicatio. licèt Nau. in man. c. 27. num. 15. & alij id concedant, quando prorogatio facta fuit de conſenſu Iudicis. Intellige dicta, quando prorogatio facta fuit ante commiſſam pœnam, non autem poſt. Silu. Angel. & alij cit.

62 Epiſcopus non poteſt excommunicare Officiales Papæ, eiuſq; Nuntios extrau. Cum Matthæus de hæret. Nomine autem Officialis intelligitur is tantum qui immediatè in aliquo Officio ſeruit Papæ. de quorum numero ſunt Clerici Cameræ Apoſt. Milites S. Petri, Cubicularij, Abbreuiatores de Parco mai. Scriptores Apoſtolici Mandos. in reg. 32. q. 14. num. 10. Item Camerarius, Vicecancellarius, Notarij, Auditores Contradictarum, Auditores Apoſtolici Palatij, Correctores, Comenſales, Capellani Apoſtolici, Rectores, Theſaurarij in Terris Eccleſiæ à Papa ſpecialiter deputati. Extrau. Ad regimen Eccleſiæ, de præben. Quare meritò reijciendi Nau. de verb. ſignifi. cons. 10. & Roder. in ſum. p. 1. c. 76. num 6. putantes non ſufficere aliquem eſſe à Papa inſtitutum in aliquo officio: Quare Delegatus, & Subdelegatus Papæ ad cauſas; & Poteſtates, qui à Papa ponuntur ad regimen Ciuitatis ad eius nutum amouibiles, quod non propter ſeruitium ſed. Ap. inſtitui ſint, non dici Officiales, Papæ, de quibus in extr. cit. De Delegatis, &c. verum dicit Nau. non verò in alijs. V. Pegnu. ad Direct. p. 3. com. 75. Item excomunicare, ſuſpendere, aut interdicere non poteſt receptos in proprios, & ſpeciales filios Rom. Eccl. niſi ſit legatus de latere c. 1. in princ. de verb. ſign. in 6.

63 Appellatio à ſententia declaratoria incurſus excommunicationis ſuſpendit effectum excommunicationis Fel. in c. Rodulphus num. 43. de reſcrip. Rota apud Farin. p. 2. decis. 3. & alij plures, quos refert, & ſequitur Barbos. ad c. Peruenit 1. num. 2. de appell.

ABSOLVTIO.

V. Confeſſor. Delegatio. Excommunicatio. Lex.

1 CVM datur facultas abſoluendi parte ſatisfacta, abſoluendus eſt qui ſatisfacere non poteſt aut facit quod in ſe eſt Cai. in ſum. ver. abſol. ab excom. Nau. c. 27. num. 47. Sayr. de cenſur. lib. 2. c. 18. à num. 11. Item cum exercetur aliquod ſpirituale, abſolui poteſt ante ſatisfactionem, ne contingat rem ſpiritualem attentari in excommunicatione, vt mulier incognita excommunicata, quia nolebat viro adhærere, ſi velit religionem ingredi, debet prius abſolui, ne ingrediatur cum excommunicatione. Pan. in c. Ex publico de conuerſ. coniug. num. 11.

2 Abſolutio contra tenorem ſtatuti, aut canonis, v.g. omiſſo iuramento requiſito, aut forma iuris, aut ſatiſfactione, non valet. Niſi data ſit ab habente iuriſdictionem ordinariam Silu. abſol. 3. num. 2. Nau. c. 26. num. 9. & c. 27. num. 37. & de ſent. exc. conſ. 49.

3 A minore excommunicatione, quam quis incurrit ob participationem poteſt abſoluere ſimplex Sacerdos, c. Nuper de ſent. exc. intellige qui abſoluere poſſit à peccato. Si tamen habeat ſolum venialia, poteſt quilibet Sacerdos Nau. c. 27. num. 59 Tolet. lib. 1. c. 18. in fi. Sed hoc vltimum non conceduut Cai. vbi ſupra c. vlt. Suar. de cenſur. diſp. 24 ſect. 4. Sayr. vbi ſupra c. 23. num 8. cum alijs pluriſimis ibi relatis, ea ratione, quod c. Nuper cit. hanc poteſtatem tantum concedat proprio Sacerdoti, cuiuſmodi non eſt ſimplex Sacerdos. Habens verò ordinariam iuriſdictionem abſoluendi à mortali, poteſt abſoluere ab excommunicatione minori etiam extra confeſſionem. Habent verò Ordinariam Epiſcopus, & Parochus etiam non Sacerdos. Et hi, ſi alios aſſumant ad audiendas confeſſiones, cenſentur illis hanc facultatem delegare Caiet. Suar. Sayr. loc. cit. Alter. to. 1. diſp. 4. lib. 1. c. 5. Regulares abſoluere poſſunt extra confeſſionē, vt docet Roder. de regul. to. 1. q. 61. ar. 7.

4 Poteſt quis abſolui ab vna excommunicatione, & non ab alia S. Tho ſuppl. q. 24 ar. 3. Ang. abſolutio 3. par. 10. & com.

5 Excommunicatus vna excommunicatione pluribus ex cauſis; non eſt abſolutus, ſi aliquam earum tacuerit, c. Officij de ſent. exc. tenet tamen abſolutio, ſi illa cauſa non auertiſſet ab abſolutione, ſi fuiſſet expreſſa Couar. in c. Alma p. 1. parag. 11. num. 13. concl. 1.

6 In abſolutione ab Excommunicatione non requiruntur certa verba Nau. c. 27. num. 37. & de poenit. d. 6. c. 5. num. 59.

7 Ab excommunicatione non reſeruata Confeſſor habens tantum ordinariã poteſtatem, vt Curatus, poteſt abſoluere c. Nuper parag In ſecūdo verò caſu de ſent. exc. S. Tho. vbi ſupra ar. 1. Silu. abſol. 1. nu. 4. Immo quicumq; abſoluere poteſt à mortali Nau. c. 27. nu. 39. Et idem de excommunicatione generaliter lata ab homine. ibidem nu. 34. & de ſent. excom. conſ. 47. Niſi ſit per Papam ex certa ſcientia confirmata Couar. vbi ſupra nu. 6. tunc enim nullus Papa inferior poteſt abſoluere Silu. abſol. 2. q. 4. V. Sayr. de cenſur. lib. 2. c. 19. num. 12.

8 Excommunicatus excommunicatione maiori Papæ reſeruata poteſt ab Epiſcopo abſolui, cum propter legitimum impedimentum nequit Papam adire c. Quod de his & c. Quamuis, de ſent. exc. in 6. & c. Eos qui eo in 6 Etiam cum reſeruatur præterq; in mortis art. & cum derogatione concilij & Bullæ Sanchez de matr. lib. 2. diſp. 4. nu. 3. Sufficit autem impedimentum tamdiù durare, quantum neceſſarium eſt à diſceſſu loci, in quo abſoluendus manet, ad appulſum loci, in quo manet Papa, vel Legatus Nau. c. 17. nu 90. Sayr. de cenſur. lib. 3. c. 28 num 40.

9 Eſt autem legitimum impedimentum quando quis eſt ſubiectus imminentis mortis periculo ſeu articulo Gemin. in d. c. Eos qui num. 2. Vel cum quis eſt obſeſſus, aut in manibus prædonis, vel tyranni, vel

naui-

nauigaturus periculoſo nauigio, vel patitur naufragium, aut iturus per loca periculoſa Anchar. in d. c. Eos qui, not. 3. Intellige tamen, quando cogitur ſubire id periculum; ſecus ſi voluntarie, Duard. in Bull. Cœn. lib. 3. parag. 2 q 2. nu. 15 Et quando commodè ire ad Superiorem non poteſt, ideſt non ſine mortis, aut corporis periculo Felin. in c. Quod de his, de ſent. exc. Item capitalis inimicitia, vel alia iuſta cauſa, qua ab itinere rationabiliter retardetur; ita vt ſine periculo Papam adire non poſſit, c. De cætero de ſent. exc. Item paupertas, infirmitas, ſenectus ita grauis, quæ acceſſum ad Papam impedit. c. Quod de his cit. Pauperem intelligit Nauar. in man. c. 27. num. 88. & de ſent. exc. cons. 4. non ſolitum mendicare. Intelligunt ſecundò Pan. in c. Ea noſcitur de ſent. exc. & Tolet. lib. 3. c. 33. num. 11. vers. 5. etiam ſolitum mendicare, qui tamen cum mendicando ſibi, ac familiæ ſuæ proſpicere ſoleret; itinerando non poſſet niſi ſibi. Intelligit tertiò glo. in d. c. Ea noſcitur, ver. pauperes, qui adeò eſt pauper, vt ad Curiam ire non poſſit. Addit tamen Tolet. teneri huiuſmodi pauperes ſe præſentare, cum ad pingniorem fortunam venerint. Intelligit quartò Glo. in c. Religioſo, ver. exhiberi de ſent. exc. in 6. etiam monachum non habentem viaticum, cum monaſterium præ nimia paupertate prouidere non poteſt. Item pueri infra pubertatis annos, c. Quamuis, de ſent. exc. Item ſexus fragilitas, c. Mulieres, eo. Item ſeruus ſi is deliquit in fraudem ſeruitutis: aut ſi Dominus, qui non fuit in culpa, graue damnum ex ſerui abſentia pateretur; & percuſſio non eſt enormis; nec inde graue ſequitur ſcandalum c. Relatum eo. de quo vide Riccium p. 2. dec. 156. Item filius, qui ſine præiudicio patriæ poteſtatis ire non poteſt Nau. cons. 43. cit. Item famæ periculum probabile; aut rei familiaris grauis iactura, aut aliorum detrimentum. Vgol. de cenſur. tab. c. 4. num. 1. Et cum omnes caſus non reperiantur in iure expreſſi, procedendum de ſimilibus ad ſimilia iuxta l. Non poſſunt, & l. Neque leges ff. de legib. c. Super quodam & ibi Glo. fin. de ſta. monac. c. Inter cetera de reſcrip. Pan. in c. De vxore de ſepult. not. 3. & in c. At, ſi Clerici, de iudic. num. 34. Lud. à Paramo de off. S. Inquis. lib. 3. q. 2. num. 35. Simile autem dicitur, vbi militat eadem, vel ſimilis ratio Pan. Felin. Dec. in c. Translato de conſtit. Et cum dicitur, alio canonico impedimento, &c. hoc non intelligitur de impedimentis canonico iure introductis, ſed de impedimentis canonico iure approbatis, & de his quæ non conſiſtunt tantum in corporis debilitate, aut defectu, ſed etiam in quacumq; alia cauſa rationabili, vt eſt ſubuenire Patri indigenti, alere vxorem, vt filios; exercere manus publicum, ad quod ex officio tenetur, quodq; ſine graui detrimento vel communi, vel priuato deſerere non poteſt, & ſimilia. Et generaliter dicitur impedimentum canonicum, quod eſt legitimum, & rationi conſentaneum Suar. de cenſus. diſp. 22. ſect. 1. num. 68. & iuſtum, glo in cit. c. Quod de his.

10 Supradicti omnes (pueris exceptis, qui etiam poſt pubertatem non tenentur ſe Papæ præſentare, licet prius non eſſent abſoluti iuxta c. ſi. de ſent. excom, & qui perpetuo laborant impedimento) abſolui non poſſunt, niſi præſtito iuramento de ſe præſentando Papæ ceſſante impedimento, & tenentur perſonaliter comparere. c. Quod de his, cit. Nam alioqui non eſſet opus, vt abſolutus expectaret ſanitatem, vel opportunitatem, aut quòd ceſſaret impedimentum Sayr. de cenſur. lib. 2. c. 16. num. 13 contra Cai. in ſum. ver. Excom. caſu 69 & Nau. c. 27 num. 46. aſſerentes ſatisfacere, ſi per alium, & Silu. ab. sol. 3. num. 9. dicentes ſatisfacere parendo per ſcripturam. Quod ſi ceſſante impedimento, non ſe præſentent incidunt in eandem excommunicationem, c. Eos qui cit. c. u. 3d Pan. in d. c. De cetero ita intelligit, non

Sſſ 2 quòd

prima excõmmunicatio reuiuiſcat, ſed eſt noua excommunicatio à iure lata propter contemptum. Sed hoc videtur contra glo. in d. c. Eos qui not. vlt. vbi dicitur abſolutionem factam à non Iudice propter periculum animæ, non eſſe aptam durare perpetuo ſed limitari ad tempus impedimenti Idem de abſolutio ab eo, qui aliàs abſoluere non poteſt Nau. c. 27. num. 46. Et de eo qui abſolutus à Pontifice, vel eius Legato Nuntio, vel Procuratore cum mandato ſe præſentandi Ordinario, aut ſatisfaciendi parti læſæ d. c. Eos qui.

11 Moniales excommunicatæ abſolui poſſunt ab Epiſcopo. c. de Monialibus de ſent. exc. etiam ſi exceſſus ſit enormis Pan. ibi num. 4.

12 Perſonæ magne potentiæ, & ita delicatæ quod laborē veniendi ad Sedem Apoſt. nequæunt ſubſtinere, abſolui non poſſunt, niſi prius conſulto Rom. Pont. de ſtatu perſonæ, & veritate negotij c. Mulier 2. de ſent. exc. Niſi periculum ſit in mora Suar. de cenſur. diſp. 22. ſect. 1. num. 8. & ſeq.

13 Ad hæc facultas, quæ videtur Epiſcopo conceſſa tantum quoad Clerici percuſſionem in c. De cætero. & c. Quamuis cit. extendenda ſit ad alias excommunicationes? Innoc. & Pan. in d. c. De cetero. Felin. in d. c. Quamus, & Anchar. in d. c. Eos qui not. 3. affirmant, quia c. Ea neſciatur, & c. Quod de his quibus hæc facultas conceditur, mentionem non facit c. Si quis ſuadente, & eodem omnino ratio militat, etiam in alijs Sayr. de cenſur. lib. 3. c. 28. num. 39.

14 An inferior Sacerdos idem poſſit? Videtur negatiuè reſpondendum, quia textus de ſolo Epiſcopo loquuntur. Innoc. tamen in c. Super eo, de ſent exc. num. 4. concedit quando non poſſit haberi recurſus ad Epiſcopum, Idem docent Suar. to. 4. diſp. 30. ſect. 3. nu. 8. Alter. de cenſur. to. 1. diſp. 6. lib. 1. c. 8. & lib. 5. diſp. 22. c. 2. dub. 3. Vgol. de cenſur. tab. 1. c. 4. nu. 12. & ſeq. parag. 5. Sanch. in ſum. lib. 2. c. 13. dub. vlt. & generaliter in neceſſitate, Innoc. in c. De cetero cit. Et quando difficile aliquid contingit, quare nec ad Excommunicatorem, nec ad Epiſcopum mitti poteſt, iuxta c. Nuper de ſent. exc. Vbi tamen non videtur fieri huiuſmodi diſtinctio: ſed abſolutè dicitur, quod in neceſſitate vel Epiſcopus, vel Sacerdos proprius, &c & glo. in c. Fælicis. de pœn. in 6. dicit excommunicatum excommunicatione reſeruata poſſe in articulo mortis abſolui à ſimplice Sacerdote.

15 Qui poſſit Epiſcopus circa abſolutionem ab hæreſi occulta, V. declarationem Bullæ Cœne num. 50.

16 Abſolutio ex falſa cauſa non valet: c. Cum pro cauſa, & c. Officij de ſent. exc. vbi Pan. Couar. in c. Alma p. 1. parag. 11. num. 14. Nau c. 27 num. 28. Si tamen Iudex omnino intendebat abſoluere etiam ex falſa cauſa, tenet abſolutio Silu. abſolutio 3. q. 5.

17 Abſolutio cum conditione futuri, v. g. ſi ſatisfacies, valet Couar. vbi ſupra num 6. Nau. de pœnit d. 6. c. 1. num. 63. & ſeq. Sayr. de cenſur. lib. 2. c. 6. num. 4. cōtra S. Ant. p. 3. tit. 24. c. 27. in fi. Silu. abſolutio 3. num. 1 & alios.

18 Excommunicatus donec ſatisfecerit, parte ſatisfacta indiget nihilominus abſolutione. cum enim per excommunicationem eiectus ſit extra Eccleſiæ communionem c. Qui meritò, & c. Omnis Chriſtianus 11. q. 3. Sicut ab initio in Eccleſiam per baptiſmum opera miniſtri recipi non potuit: ita ab ea excluſus, ſine ope miniſtri eiuſdem Eccleſiæ iterum recipi non poteſt Suar. de cenſur. diſp. 20. ſect. 1. initio Couar. c. Alma p. 1. parag. 11. num 2. Sayr. de cenſur. lib. 4. c. 17. num. 4. Pan. in c. 1. de iudic. num. 6 Felin. in c. Ad aures de ſimon. num. 5. & alij relati à Sayr loc. cit.

19 Qui excommunicauit poteſt ab eadem excōmunicatione abſoluere S. Th. ſuppl. q. 24. ar. 1. Nau. c. 27. nu 40. Couar. vbi ſup. parag. 11. nu. 21 & com. Fallit primò, vbi Superior id prohibuerit, c. Graue

de præ

de præben. Secundo in Delegato Papæ, qui poſt annum à diffinitiua ſententia, abſoluere non poteſt, quem excommunicauit c. Quærenti de off. de leg. Tertio in Incẽdiario, qui poſt denunciationem à ſolo Papa abſolui. c. Tua de ſent. exc. Quarto, quando Papa ſententiam excommunicationis ex certa ſcientia confirmauit Nau. vbi ſupra Silu abſolutio 1. num. 3. vers. 4. intelligit de ſententia hominis Quinto vbi excommunicator fuit ſimplex executor ſententiæ ſine cauſæ cognitione Nau. vbi ſupra num. 42. Silu. vers 6. Sexto in ſpoliante Eccleſiã cum effractione poſt denunciationem, c. Conqueſtus de ſent. exc.

20 Excommunicatus maiore non denunciatus valide abſoluit, nec iteranda cõfeſſio cum detegitur excommunicatio c. Exceptione de excep. V. Confeſſor. nu. 1.

21 Solemnitas abſolutionis non requiritur in foro interiori Nau. c. 27. num. 278. vers. 5. ſeruanda tamen, cum commodè poteſt. Idem c. 26. num. 9. Excommunicato pro magno crimine dandum iuramentum de parendo mandatis Eccleſiæ. &, ſi eſt notoria offenſa, prius debet, vt poteſt, ſatisfacere, c. ex parte de verb. ſign.

22 Vbi agitur de præiudicio tertij, ſi quis abſoluatur virtute Iubilæi, intelligitur pro illo tempore ad indulgentiam requiſitos poſtea reincidit Nau. de ſta: mon. cons 3. num: 39.

23 In abſolutione excommunicationis non requiritur expreſſio cauſæ excommunicationis Sayr. de cenſur. lib. 4. c: 17. num. 14.

24 Qui Bullam obtinuit, & ſelegat ſibi Confeſſorem, qui ab excommunicatione illum abſoluat, tenetur confiteri, quando in Bulla nihil aliud conceditur, niſi abſolui poſſit à peccatis, & ab excommunicatione. Quandò verè expreſsè, aut tacitè Bulla dicat, vt poſſit ſine confeſſione abſoluere non tenetur confiteri Conar. vbi ſupra parag. 11. num. 16. Nau. c. 26. nu. 3. V. Roder in Bull. cruc. parag. 9. nu. 54. & 94.

25 Excommunicatus ab homine, & denunciatus, parte ſatisfacta, poteſt abſolui à priuiligato: abſolutio tamen non valet niſi in foro exteriori. poterit verò recipere ſacramenta, & beneficia Eccleſiaſtica & cum alijs communicare Nau. de ſent exc. ſect. 47.

26 Regulares Mendicantes & alij participantes, modò approbati ab Ordinario, abſoluere poſſunt omnes vtriuſque ſexus fideles ad ſe accedentes ab omnibus cenſuris ſententijs, & pœnis Eccleſiaſticis, exceptis contentis in Bulla Cœna Roder. de regul. to. 1. q. 20. ar. 21. & q. 61. ar. 5. Sorb. ver. abſolutio quoad Fratres, & Sæculares c. 2. Item exceptis caſibus Epiſcopis reſeruatis per Decretum Clem. VIII. & multò magis, ſi habeant cenſuram annexam. & inſuper in caſibus in iure Sedi Apoſtolicæ reſeruatis per Decretum P. V. quod declarat Duard. in Bulla Cœnæ lib. 2. in parag. 2. q. 2. Et quinq; illis, quos Clem VIII. in dicto Decreto Sedi Apoſt. reſeruauit.

27 In mortis articulo poſſe laicum, alio deficiente, abſoluere ab excommunicatione volunt Pan. in c. A nobis vide ſent. exco. & ibi glo. & in c. Paſtoralis de offi. ord. Ang. abſol. 3. parag. 17. Silu. abſol. 1. nu. 8. S. Ant. p. 3. tit. 17 c. 4. vers Septimus caſus, & alij multi. Negant Suar de cenſur. diſp. 7. ſect. 6. Nau. in man. c. 26. nu. 20. & in c. 1. de pœnit. d. 6. num. 84 Couar. in c Alme p. 1 parag. 11. num. 9. Sot. in 4. d. 18. q. 4. ar. 4. vers Verum verò, id intellige de laico iuriſditionem Eccleſiaſticam nõ habente. De Clerico primæ tonſuræ docet Sayr. de cenſur. lib. 2. c 21. num. 2. quod vbi haberi non poteſt copia Sacerdotis, poteſt huiuſmodi morientem ab excommunicatione abſoluere, ita vt nõ tenetur, ſi euadat, iterum abſolui, & poſſit in Sacro ſepeliri, licèt Nau. & Suar. vbi ſupra, & communiter doceant, nullum præter Sacerdotem id poſſe.

28 Abſolutio in foro exteriori peti, & dari poteſt, etiam per procuratorem; modò is habeat ſpeciale mandatũ; ipſoq; iurare tenetur de parendo licèt ad id nõ habeat ſpeciale mandatũ Sayr. vbi ſup. num. 24. Poteſt etiã dari per literas c. Quanto 2. q. 5. ſicut poteſt per literas excõmunicari glo. in c. Quanto cit.

29 Archie-

29 Archiepiſcopus abſoluere non poteſt nominatim excommunicatos à ſuffraganeis Epiſcopi, niſi in cauſa appellationis, c. Romana, & c. Venerabilibus, de ſent. exc. in 6. quo caſu prius ad excommunicatorem remittendus eſt: quo renuente, abſolui poteſt ab Archiepiſcopo, accepta iuratoria cautione, c. Ad reprimendam de off. ord. Item cum principaliter agitur de nullitate ſententiæ Pan. in c. Literis, de off. de leg. fusè Suarez de cenſur. diſp. 7. ſect. 2. Sayr. lib. 2. c. 20. num. 17.

30 Abſolutio ab excommunicatione, ſuſpenſione, & interdictio obtenta per vim, & metum cadens in conſtantem nulla eſt c. vn. de his quæ vi, etiam ſi vis inferatur à muliere, vt notat ibi Gemin. etiam ſi cenſura iniuſta ſit, aut ſub conditione, vel ex die præmulgata, & ante euentum conditionis, aut antequam dies obuenerit metu reuocata ſit. & licet excommunicatio ſit minor. Sayr. alios referens c. 21. cit. num. 30.

31 Excommunicatus à ſuo Epiſcopo per particularem ſententiam, etiam ſi tráſferat domicilium animo non credendi, debet ab Epiſcopo excommunicatore, non ab alio abſolui Alter de cenſur. to. 1. lib. 4. diſp. 2. c. 5. dub. 2.

32 Excommunicatus à pluribus excommunicatoribus ab omnibus debet abſolui; aut omnes ſimul conuenire pro vna abſolutione; aut omnes ſimul committere, aut ſi ſeparatim quilibet excommunicauit, ſimiliter debet quiſque à ſua excommunicatione abſoluere Socin. iun. in c. Officij de ſent. exc. num. 134. & ibi Felin.

33 Excommunicatus nominatim, & denunciatus etiam à Papa, abſolui poteſt virtute Iubilæi à Confeſſario in foro conſcientiæ; ita. vt non priuetur poſtea Eccleſiæ ſuffragijs Sayr. multis cit. de cenſur. lib. 2. c. 20. num. 29.

34 Nouitius religionis approbatæ abſolui poteſt ab excommunicatione lata, contracta per ſuum Superionem. Sed ſi retrocedat ante profeſſionē, reincidit Sayr. lib. 3. c. 18. num. 14. & ſeq. V. Azor. p. 1. lib. 13. c. 3. q. 3. Si dum eſt nouitius incidit, abſoluitur ſine reincidentia, ſi Religio ſit in hoc priuilegiata. Silu. Ang. Taben. relati ab Azor. loc. cit.

35 Ad probandā abſolutionem ab excommunicatione ſufficit vnus teſtis, glo. in c. Licet de teſtib. ver. vnus. Baibos. ad c. In omni negotio de teſtib. num. 20. & alij, quos refert, & ſequitur Ricc. to. 1. deciſ. 113. Quando enim dictum vnius nomini nocet, & alteri prodeſt, plenè probat, Pan. in c. Propoſuiſti num. 6. de confeſ. Eccleſiæ.

36 Si abſolutio conceſſa ſit parte abſente, de cuius damno agebatur, valida erit appellatio ad effectum, vt appellans poſſit agere ad recuperationem damnorum, & expenſarum. Specul. tit. de contumacia parag. nunc dicamus num. 12. quem refert, & ſequitur Alter de cenſur to. 1. lib. 4. diſp. 6. c. 2. in fi.

EXCOMMVNICAT. BVLLAE COENAE.

V. Gabella. Iudicium. Lex. Nauffragium. Reſtitutio. Hæreticus.

1 CVM dicitur, Hæreticorum fautores, receptatores, &c. intelligitur de his, qui hæc faciunt eo reſpectu quòd ſunt hæretici Nau. c. 27. num. 55. verſ. 4. Cai. in ſum. ver. excom. c. 1. Arag. 2. 2. q. 62. ar. 3. vers. Hoc tamen non obſtante, Sanchez in ſum. lib. 2. c. 10. à num. 16. Sayr. cla. reg. lib. 10. trac. 11. c. 11. num. 6. & de cenſur. lib. 3. c. 5. num. 3. Niſi recipiant quando conquiruntur à miniſtris iuſtitiæ vt occultent eſt enim ea receptio in fauorem hæreſis Sayr. num. 3. cit. Tolet. lib. 1. c. 19. vers. ſextum genus. Direct. Inquis. p. 2. q. 51. vbi Pegn. ſufficit autem ſi illum cognoſcat hæreticum, licet nondum ſit denunciatus talis Suar. de cenſur. diſp. 21. ſect

ſect. 1. num. 9. Excuſatur tamen conſanguinei, & affines, qui occultant non vt hæreticos, ſed ad vitandam propriam infamiam Sanchez vbi ſupra num. 5. Azor. p. 1. lib. 8. c. 15. q. 4. Duard in Bull. Cœn. can. 1. q. 29. num. 3. Dominicus Pueronus in Bull. Cœn. num. 137. Hos tamen non excuſari docent Tolet. in Bull. cit. parag. 1. & Sayr. vbi ſupra in fi. quia talis receptio eſt in fauorem hæreſis, & eius occultationem, ſed probabilior prima ſententia.

2 Ob hæreſim omnino mentalem nullo ſigno proditam nemo eſt excommunicatus: neque, qui exterius ſolum, & non animo hæreticus eſt Nau. vbi ſupra num. 56. & in c. Cogitationis, de pœnit. d. 1. Caj. 2. 2. q. 11. ar. 2. Sanchez plurimos referens in ſum. lib. 2. toto c. 8. Neq; qui Confeſſario in Cõfeſſione, aut extra eã alicui amico manifeſtat conſilij, vel auxilij graria ad hæreſim delinquedam; aut corã Inquiſitionibus confitetur pœnitens Sayr. vbi ſupra c. 4. num. 18. & ſeq. Azor. c. 10. q. 5.

3 Recedere ab obediẽtia Papæ eſt ipſum nolle recognoſcere, vt Chriſti vicarium Caj. in ſum. ver. excom. c. 7. Sayr. c. 5. cit. num. 21.

4 Legentes Libros hæreticorũ hominũ hæreſim continentes, vel de religione, & hæreſi hæreſis ex profeſſo tractantes ſunt excommunicati. can. 1. huius Bullæ. Excuſat autem paruitas materiæ, vt ſi legatur decem lineæ Sayr. num. 12. Immò, & vna ſola pagina Sanchez vbi ſupra num. 31. V. Alter. lib. 5. diſp. 2. c. 0. in fi. Duard. vbi ſupra q. 46. Excuſat etiam non intelligere, licet legatur totus liber Sanchez vbi ſupra num. 51. Duard. q. 47. non 5.

5 II. Appellantes à ſententia Papæ ad Concilium præſens non excommunicantur: id enim colligitur ex verbis Bullæ, ibi Ad futurum Concilium Alter. vbi ſupra diſp. 3. c. 4 Duard. in can 2. q. 7. num. 10. Reginald lib 9. to. 1. c. 19. ſect. 1. Intellige autem ex vi Bullæ. Nam alioqui aſſerentem licere huiuſmodi appellationem cenſuris, & pœnis hæreticorum ſubijci, Pius 2. in Bulla inc. Execrabilis ann. 1459. 18. Iann. Cum generale concilium non habeat auctoritatem ſupra Papam; & appellatio fiat à minori ad maiorem. Notat autem Reginald. hanc excõmunicationem ferri tantum contra appellantes à Papa in cauſis ſpiritualibus, aut ſpiritualibus annexis. hæ enim ſpectant ad Papam, vt Papa eſt. In alijs verò temporalibus ſecus: ſpectant enim hæ ad Papam, vt Princeps temporalis eſt.

6 Conſulẽs huiuſmodi appellationem non excommunicatur, ſed tantum præſtantes auxilium, & fauorem. Sunt enim diuerſi influxus. Conſulens enim intrinſecus mouet; auxilians verò, & fauens extrinſecus. Adde quòd in cæteris Bullæ clauſulis, vbi Papa intendit comprahendere conſulentes, id exprimit. Sed nec auxiliantes, &c. incidunt, niſi ſecuta appellatione; nec quando appellans nihilominus appellaſſet Duard. vbi ſup. q. vlt. num. 40. & 42.

7 III. Piratæ intelliguntur, qui in mari, & velut ex officio principaliter furtis intendunt: ſecus ſi in flumine, aut minus principaliter, Silu. excom. 7. num. 53. ſeq. Nau. c. 27. num. 59. Includuntur etiam, qui mare diſcurrente flumen ingrediuntur ad deprædandum Tolet. lib. 1. c. 21 dub. Vlt. V. Suar. de cenſur diſp. 21. ſect. 2. num. 26. Duard. hic. q. 14. num. 25. Auxilium, fauorem, receptationem, aut defenſionẽ præſentantes incidunt, etiam non ſecuto effectu Duard. q. 12. num. 3.

8 Infidelis triremes Chriſtiani remigantes contra Chriſtianos non incidunt; peccant tamen mort. nec abſolui poſſunt, niſi proponant non remigare contra Chriſtianos, ſecundum Nau. num. 63. c. 27. & de Iudæ. nut. 11. num. 10. & ſeq. Immò peccat contra iuſtitiam, ſecundum Suar. de cenſur. diſp 21. ſect 2. à nu. 60. Alij tamen rectius docent non peccari mort. nec ad aliquam reſtitutionem teneri, ſi metu mortis, aut alterius notabilis nocumenti id faciunt. ſic P. Nau. de reſt. lib. 3. c. 4. num. 61. Cord. in ſum. q. 177. dub. 2. Azor. p. 1. lib. 8. c. 13. q. 17.

Digitized by Google

q. 17. & p. 3. lib. 4. c. 15. q. 2. Leſſ. lib. 1. c. 9. dub. 18. Sanchez de matr. lib. 9. diſp. 31. num. 6. & in ſum. lib. 1. c. 7. num. 18. Molin. de iuſt. trac. 2 diſp. 115. Duard. in can. 3. q. 13. Alter. in Bull. Cœn. lib. 5. c. 30. circa fin. Gubernatores etiam contra alios infideles incidunt, quia eos docent artem piraticam, c. Ita quorundam de Iudæ Silu excom. 7. num 65. Contrarium docent Alter. vbi ſupra Innoc. in c. Ad liberandum de Iudæ. Nau. c. 27. num. 65. in fi. intelligentes d. c. Ita quorundam de gubernante contra Chriſtianos, & ſatis conſtat ex textu ibi, In perniciem Terræ Sanctæ. Incidunt etiam in remigantes contra Chriſtianos ſub mercede nautica Nau. d. not. 17. num. 9. Et qui pugnant, & bellica tormenta explodunt, & arma reficiunt, & exercent contra Chriſtianos, quod nec metu mortisfacere poſſunt, cum ſit opus natura ſua malum. Azor. vbi ſupra.

9 IV. Naufragãtiũ bona rapiens non incidit, niſi etiam retineat cum mora reſtituendi, aut niſi acceptio ſit patefacta Nau. vbi ſupra num. 118. Cai. c. 23. Immo ſecundum alios, niſi accepiſſet animo reddendi vero domino, incidit, etiam ſine mora reſtituendi, ſic Tolet. lib. 1. c. 27. Sayr. de cenſur. lib. 3. c. 8. num. 3. Nau. de ſent. exc. conſil. 39. Et, ſi accepit animo reſtituendi, licèt poſtea non reſtituerit oblata occaſione, niſi mutauerit animum reſtituendi, non incidit Duard. in can. 4. q. vlt. num 27. V. Molin. vbi ſupra diſp. 55. Leſſ. lib. 2. c. 5. dub. 18. Salon. 2. 2. q. 66. ar. 5. contr. 2. in fi. & ſupra ver. furtum num. 23. & ver. reſtitutio c. 2. num. 11.

10 V. Pedagium nouum dicitur etiam cum vetus augetur Silu. exc. 7. num. 54. Ang. ver. Pedagium parag. 6. Nau. c 27. num. 62. contra Armill. ver. gabella parag 8. & Roſell. exc. 44. parag. 54. Nunc tamen non eſt dubitandum, cum expreſſè caueatur in Bulla Pauli V. Tolet. lib. 1. c. 22. Duard. hic q. 8. Suar. diſp. 21. num. 41.

11 Per pedagia, & gabellas intelligi etiam alia vectigalia docent Nau vbi ſupra, & de cenſib. cons. 8. Alter. lib 5. diſp. 6. c. 1. Sed negant Cai. vbi ſupra c. 71. Sayr. lib. 3. c. 9. Duard. q. 4. concl. 3. Suar. vbi ſupra num. 42. diſp. 21.

12 Exigere eſt ab inuito extorquere Silu. exc. 7. num. 54. Et dicitur etiam inuitus rogatus ſoluere tamquam debitum Caiet. c. 39. Sayr. vbi ſupra num. 8. Duard. hic q. 9. num. 2. Recipiens verò à ſponte dantibus non incidit Extr. vn. de immun. Eccl. inter com. V. Suar. num. 43.

13 Per prohibita intellige ſimpliciter prohibita, quæ neque à laicis, neque à Clericis exigi poſſunt Nau. c. 27. num. 61. & de cenſib. cons. 6 num. 7. Quare petens à Clericis alioquì licita non incurrit hanc excommunicationem, ſed aliam ſcilicet c. Quamquam de cenſibus, quæ non eſt reſeruata Roder. in Bull cruc parag. Che le donne non poſſono intrare num. 17. & poſt factum excuſat Duard. hic q. 10. & concedit etiam Suar. vbi ſupra num. 45. licet Alter. vbi ſupra c. 4. dub. 2. velit incidere non in hunc canonem, ſed in. 18.

14 Recognoſcens Superiorem in temporalibus, non poteſt gabella imponere Nau. c. 27. num. 61. Cai. in ſum. ver. Vectigalia. Alij verò, qui non recognoſcunt, poſſunt. Hos enumerat Sayr. vbi ſupra à num. 14. ad fi. V. Nau de cenſib. conſil. 7. & ſupra ver. gabella num. 12.

15 VI. Literæ Apoſtolicæ intelliguntur iam expeditæ Nau. num. 61. cit. Non dicuntur verò literæ Apoſtolicæ, ſi ſint Nuntij, Apoſtolici, aut Pœnitentiariæ Tolet. lib. 1. c. 22. Falſificans intelligitur etiam per alium, c. Ad falſariorum de crim. fal. Non comprǽhenditur autem, qui aliquid mutat, non mutata ſententiam, aut poſtquam Expirarunt Nau. c. 17. num. 169. Niſi addendo, aut diminuendo, aliquo modo reddantur vtiles; tunc enim incidit Silu. excom. 7. num. 10. Duard. hic q. 6. concl. 3. ſi tamen intendat eis vti. Reginald. to. 2. lib. 9. c. 17. num. 289. vers. 3. Nec comprǽhenduntur falſarij, vbi non concurrit præiudicium tertij Duard q. 10. num. 7. Sed contrarium docet Alter. lib. 5. diſp. 7. c. 2. in fi. Neque qui abradit in narratione facti, ſed tantum vbi eſt vis

quæſtio-

Digitized by Google

quæſtionis, vel Papa reſpondet de iure, c. Ex literis iuncta glo. ver. abraſæ de fid. inſtr. Neq; qui lacerat, aut comburit Silu. vbi ſupra num. 8. vers corrigentes, Duard. num. 11. Nec mandantes, conſulentes, fauentes, vel auctoritaté præſtantes, quia nulla horũ fit mẽtio, ſed tantũ falſificantes Gra. decil. p 1. lib. 4. c. 18. nu. 95. Duard. q. 3. Regina ld. vbi ſupra, dubitans de mandante.

16 VII. Ferrum prohibitum deferri infidelibus intelligitur quod poteſt conferre ad offenſionem, & defenſionem. quare prohibetur etiam infectum, ideſt vena ferri Silu exc. 7. nu. 59. Suar. de cenſur. diſp. 21. ſect. 2. num. 55. contra Nau. c. 27. num. 63. & in c. Ita quorundam de Iudæ. not. 6. num. 5. Non prohibetur autem victualia, & communes merces Cai. ver. excom. c. 20. modò non tempore belli, c. Quod olim de Iudæ. Nec gladium ad incidendum panem. Pan. in c. Clerici de vit. & hon. cler. Sil. vbi ſupra Nau. not. 6. cit. num. 12. Nec clauiculi, aut cultelli ad aptandas pennas, nec diuerſi generis fibulæ; niſi tanta eſſet eorum multitudo, vt prudentis arbitrio dubitare quis poſſet, ne infideles illis in arma conflatis vti vellent in bello Sayr. lib. 3. c. 9. num. 29. Immo ex Tolet. lib. 1. c. 15. num. 7. & ſeq. deferens victualia etiam tempore belli contra Chriſtianos, & mutuans pœcunias infidelibus indigentibus non incidunt in Bull Cœn. ſed in excommunicationem d. c. Quod olim. quæ non eſt reſeruata. Infideles intelliguntur, quibus cum Chriſtianis eſt bellũ Nau. vbi ſup. not 4. nu. 30. Non incidunt verò qui donant equum, aut enſem ob beneficium acceptũ, vel accipiendum. Idem in man. c. 27. num. 63. vers. 6. Nec deferentes hic generaliter prohibita extra tẽpus belli, vt ſunt lana, linum, & huiuſmodi Duard. hic q. 2. concl. 1. 3. & 4. & equorum fræna, habenæ, ſellæ, ferri, quibus equi calceantur, cinguli, & alia ad equos armandos neceſſaria, Idem q. 38. num. 9. vers. Idem dicendum. Item muli, aſini, & Cameli. Idem q. 19. Item ligones, raſtra, ſecures, &c. ibidem, & pœcunia numerata: immò, & Naues, galeæ, & alia nauigia: quia cũ hæc omnia generaliter prohibeantur hoc canone, extra belli tempus deferentes non incidunt. Idem nu. 9 cit. V. Azor. p. 1. lib. 8. c. 23. vbi fusè de hoc

17 Nomine equorum intelliguntur etiã non apti ad prælianduũ, & debiles, ac morboſi Nau. d. num. 63, & muli ad ferendas ſarcinas, licèt abſq; mala intentione deferantur, Sayr. de cenſur. lib. 3. c. 11. num. 27. Suar. vbi ſupra num. 23. contra Nau. de Iudæ not. 5 nu. 27. Nam plurimum proſunt ad comitatum, & alia ad bellum neceſſaria portanda.

18 Lignamina intelliguntur, quibus fieri poſſunt quæcumq; bellica offenſiua, & defenſiua Nau. c. 27. num. 63. & Iudæ not. 3 nu. 12. & multò magis nauis & alia bellica inſtrumẽta iam facta Nau ibidẽ Sayr. vbi ſup. nu. 31. Duard. in can. 7. q. 25. & ſeq.

19 Deferentes prohibita etiam pro redemptione captiuorum, incidunt ſecundũ glo. in c. Significauit, de Iudæ. Innoc. verò ibi, & Nau. de Iudæ not. 8. num. 26. arguunt in contrariũ Io. And. docet ante factũ cũ glo. conſulendũ, poſt factũ verò cũ Innoc, & Hoſt. V. Pan. Anchar. in Boich in d. c. Significauit. Concedit Reginal. lib 9 c. 18 nu. 299. Niſi id in graue damnũ Chriſtianorũ cederet. V. Alter. lib. 5. diſp. 8. c. 5. dub. 2.

20 Non incidunt qui deferunt de vna Terra infidelium ad aliam, Silu. exc 7. num. 64. Tolet. lib. 1. c. 23. Niſi ſequatur Chriſtianorũ diſpendiũ, vt ſi per id infideles fierent Chriſtianis formidabiliores Nau. vbi ſup. nu. 27. Reginald. c. 18. cit. nu. 300. Duard. hic q. 8. Vendentes verò abſq; vlla delatione, vt Chriſtiani faciunt, qui in Terris ſuis Turcis ad ſe venientibus, aut etiã ibi commorantibus huiuſmodi prohibita vendunt nõ incidunt Nau. vbi ſup. not. 11. not. 41. Tolet loc. cit; Sayr lib 3 c. 11. nu. 26. Niſi probabiliter præſumerentur ea emere ad deferendum in Terris infidelium: vel ad ſeruandũ abſcondita in Chriſtianorũ perniciẽ Nau. not 4 nu 14. Azor. p. 1. lib. 8. c. 25 q. 7. Duard. vbi ſup q 7.

21 VIII Iuſtè impedientes victualia deferri ad Curiam Apoſtolicam, v g ad bonũ ſuæ Reip. non incidunt Cai. in ſum ver. Excom. c. 19. Nau. in c. 27. nu. 64. Sayr lib. 3. c. 12. num. 14. Duard, hic q. 4: amplians

T t ad eos

ad eos etiam, qui impediuntur aliunde deferentes, vt in propria Ciuitate inopia laborante remaneant. V. eundem q. 10.

22 IX Percutientes demorantes in Curia iam non ſunt excōmunicati, quia non eſt in vſu Cai vbi ſupra c. 14. De ratione verò Curiæ Pontificiæ Romæ ſunt ſiue mediatè; vt qui ſunt cum Cardinalibus, vel Epiſcopis, qui adſunt Curiæ: ſiue immediatè, vt qui Summo Pont. ſeruiunt Tolet, vbi ſupra c. 23. Verius tamen docent Alter. hic c. 5. & Duard. q. 34. in hoc canone non agi de curcialibus Romanæ Curiæ inſeruientibus; ſed de iis, qui in Curia Romana commorantur ad expedienda propria negotia apud Sedem Ap. eſſeq; eoſdemmet, qui ad Sedem Ap. veniunt, de quibus in priori parte huius canonis.

23 Interficientes, mutilantes, detinentes, capientes, ſpoliantes venientes ad ſedem Apoſt. aut ab ea recedentes, intelliguntur de venientibus ratione Pontificis, non verò alio intuitu. Et ſi Pontifex eſſet extra Romam, ibi eſſet ſedes Ap. Tol. lib. 1. c. 25. Excuſantur autem qui offendunt accedentem, &c. non vt accedentem ſed ob aliam cauſam, vt ob priuatas inimicitias Duard hic q. 32. Vt vero percutientes demorantes in Curia incidant in pœnam huius canonis requiritur, vt id faciat auctoritate vſurpata, id eſt tamquam Iudex, & poteſtatem habens Sayr. lib. 3. c. 13. Tol. & Cai. vbi ſupra Duard. q. 33. Excuſantur etiam interficientes, &c. accedentes ad Papam, vt Princeps temporalis eſt, vt ab eo officium temporale obtineant; vel vt ſe purgent à crimine, &c. intelligitur enim in hoc canone Papa quatenus Paſtor, & caput Eccleſiæ Catholicæ Alter. hic c. 2. Duard. q. 37. num. 7.

24 Incidunt etiam qui occidunt famulos accedentium ad Sedem Ap. quando ſine illis Dominus commode ad dictam ſedem accedere non poſſet Duard. alios referens q. 37. num. 5. vers. Decimo quarto ampliatur.

25 Licèt hic canon mentionem non faciat percutientium, aut vulnerantium, putat tamen Duard. q. 31. comprahendi ſub detimente quando ſcilicet percuſſio, aut vulnus tale eſt, vt impotente reddat ſaltem per aliquod tempus ad perficiendum iter ad ſedem Ap. hoc enim verè eſt detinere; ſ militarq; hic ratio prohibitionis.

26 Propoſitum deliberatum Intelligitur præmediatum Cai. vbi ſupra Nau. c. 27. num. 65.

27 X Interficientes, mutilantes, vulnerantes, capientes, ſe deprædantes Romipetas, ſeu Peregrinos ad Vrbem cauſa deuotionis, ſeu peregrinationis accedentes, & in ea morantes, vel ab ea recedentes, & dantes conſilium, auxilium, vel fauorem. Dicitur autem Romipeta etiam Romanus, ſi alibi habitans Romam cauſa deuotionis accedit. Sayr. lib. 3. c. 14. num. 6. Duard. q 4. Vulnerantes verò intellige quando fit vulnus cum aliqua apertura. quare non ſufficit verberare etiam cum liuore, aut ora, oſſaue confringere, niſi contuſio talis ſit, quæ Chirurgi opera incidenda ſit Duard. q. 2. num. 5. Gaudent hoc priuilegio etiam familiares comitantes Alter. lib. 5. diſp. 11. c. 4. dub. 6.

28 Interficiente, &c. Romipetam non vt talem, ſed propter particulares inimicitias, non incidit Duard. q. 10. initio; Neque percutiens accedentem ad Vrbem principaliter ob negotia, licèt ſecundariò ob deuotionem Reginal. lib. 9. c. 10. ſect 3.

29 XI. Cum dicitur interficientes, &c. Epiſcopos, intelligitur de conſecratis Nau. c. 27. num. 67. vers. 8. Silu. exc. 7. num. 44. Qui enim non eſt conſecratus non eſt propriè Epiſcopus, ſed tantum electus, & adminiſtrator Sayr. vbi ſupra c. 15. num. 4. Inſequi verò hoſtiliter dicitur is, qui aliquē Eccleſiæ Prælatum inſequitur tamq; hoſtem, animo grauiter offendendi: aut qui publicè inſequitur licèt non animo ita hoſtili Sayr. loco cit. num. 7.

30 Eijcere dicitur is, qui etiam verbo, vt qui metum inijcit cominando exilia, carceres, & huiuſmodi; modò ad euitandum periculum cum effectu à ſua Diœceſi exeant Duar. q. 9. num. 9.

31 Eijciens Epiſcopum à ſuo fundo quem

quem ratione ſui patrimonij poſſidet: aut à Ciuitate ſua ratione originis, vel domicilij, vel etiam iuriſdictionis, quam habet ratione patrimonij, non incidit. Vgol. hic parag. 1.num. 4. Oportet autem ad incurrendam hanc excommunicationem, vt eijciatur à locis, in quibus iuriſdictionem habet ratione Dignitatis, etiam ſi iuriſdictio ſit temporalis Duard. vbi ſupra num. 6. V. Alter. c. 4. Suar. de cenſur. diſp. 21. num. 70.

32 Ratum habentes intelliguntur, quando eorum nomine, & contemplatione factum eſt, c. Ratū de reg. iur. in 6. Silu. exc. 7. nu. 13. V. infra lib. 7. vers. Ratihabitio.

33 XII. Offendens aliquem ratione negotij tranſlati ad Romanam Curiam, incidit. Et nomine procurantis intelligitur, qui ad expeditionem cauſæ cooperatur Sayr. lib. 3. c. 16. num. 6. Non incidunt fures, qui recurrentes ad ſedem Ap. pro ſuis negotijs ſpoliant. & prædantur Alter. hic. c. 1 Nec creditor, qui creditum ſuum alia via recuperare non valens debitorem ſpoliat, modò non plus credito accipiat, Duard. q. 7.

34 XIII. Impediens curſum cauſarum &c. intelligitur auctoritate laicali Nau. c. 27. num. 70.

35 Impediens executionem literarum Apoſtolicarum, intelligitur auctoritatiuè Cai. in ſum. ver. excom. c. 3. Nau. de ſent. exc. conſil. 36. Sufficit autem id fieri auctoritate priuata Nau. in man. c. 27. num. 68. vers. 4. Immò, & ratum habere ſuo nomine factum, Idem de ſent. exc. conſil. 37. Non prohibetur tamen ne Princeps, vel Magiſtratus examinet literas Apoſtolicas, aut ne ſubſcribant, Placet. fiat, Exequatur huiuſmodi, cum illorum conſenſus petitur ad maiorem auctoritatem, & robur litteris præſtandum apud populum, aut alium ſimilem effectum ſed tantum ne immediatè, vel prohibeant illarum executionem ſine eorum conſenſu, vel beneplac to, vel examine. Sufficit verò ſi vnum eorum ſeorſim interueniat, ſiue conſenſus. &c. Incidunt etiam magiſtratus ſi prohibeant executionem ſine præuio ſui Principis conſenſu, vel examine Alter. to. 1, lib. 5. diſp. 14. c. 2. Duard. q. 3. V. Azor. p. 1. lib. 5. c. 12. q. 1 & c. 14. q. 5. & 6. qui contra quorundam Principum leges, & conſuetudines inuehitur, quibus auctoritatem ſibi arrogant examinandi literas Apoſtolicas veræ ne ſint, an ſubreptitiæ: & item defendendi Clericos, & laicos à vexatione Iudicis Eccleſiaſtici, niſi Apoſtolico priuilegio muniti ſint: nec valere præſcriptionem quæ in his dari non poteſt; cum laici capaces non ſint huiuſmodi iuriſdictionis.

36 XIV. Probabile eſt etiam Epiſcopos incidere, ſi cauſas à Iudicibus, & Commiſſarijs Apoſtolicis auocent, etiam auctoritate Eccleſiaſtica Sayr. vbi ſupra c. 18. num. 5. V. Azor. p. 1. lib. 5. c. 12. q. 1. Sed Suar. de cenſur. diſp. 21. num. 76. Duard. hic c. 4. concl. 2. docent non incidere niſi id faciat auctoritate laica, vt cum v. g. Proregis munere funguntur.

37 XV. Trahere ad tribunal non dicitur Iudex, qui amicabiliter partes inducit, vt ſe laico ſubmittant Sayr. vbi ſupra c. 19. num. 6. Duard. hic q. 10. id enim non eſt auctoritatiuè trahere, quod requiritur ad incurrendam hanc cenſuram. de quo Alter. lib. 5. diſp. 16. c. 1. vers. Hinc ſequitur, to. 1. Suar. vbi ſupra num. 77. & ſeq. Perſonæ autem Eccleſiaſticæ ſunt non ſolum Clerici quocumq; ordine initiati. & monaci, ſeu Religioſi vtriuſq; Sexus, Deo per profeſſionem, dicati etiam Conuerſi, & Nouitij ſed etiam Equites S. Io. Hieroſol. & de Alcantrara, & Calatraua. S. Iabi, & huiuſmodi Alter. vbi ſupra, vers. Perſonas Eccleſiaſticas. Et generaliter omnes illi, qui ratione Eccleſiæ fori priuilegio gaudent Suar. vbi ſupra num. 7. Duard hic q. 5. V. Supra ver. Eccleſiæ immunitas à num. 3. ad 8. Pars quæ trahi facit Clericum debitorem coram Iudice laico non incidit: nam intelligitur tantum Trahi qui iudiciaria auctoritate id facit; niſi pars trahens ſit etiam Clericus Ricc. p. 4. decis. 189.

38 Trahi poteſt Eccleſiaſticus ad forum ſæculare. Primo in cauſa feudi

c. Cæterum de iudic. & c. Extramiſſa de for. comp. Secundò, quando perſona Eccleſiaſtica eſt incorrigibilis, & per Superiorem Eccleſiaſticum tradita brachio ſeculari, c. Cum non ab homine, de iudic. Tertiò quando id fit de licentia Epiſcopi, c. 2. de for. comp. Intellige in ciuilibus. Silu. ver. Iudex num. 4. Quartò per viam reconuentionis c. 13. q. 8. & hoc etiam in ciuilibus non ſpiritualibus glo. ibidem, & fusè Duard. vbi ſupra q. 11. V. Pan. in c. Si quis contra c. Cum ſit generale, &c. Si Clericus de for. comp. Contra recurrentes ad tribunalia laica contra perſonas Eccleſiaſticas plures decis Rotæ refert. Rubeus p. 1. ſingul. Rotæ circa deciſiones Pegnæ in fi. Aug. Barbos. ad c. Eccleſiæ S. M. de conſt. & ad c. Regis officium 23. q. 5.

39 XVI. Impediens Prælatos, ne iuriſdictione ſua Eccleſiaſtica vtantur: intelligitur etiam qui impedit Epiſcopos, ne iuriſdictione illa, quæ eis à Conc. Trid. tamquam Apoſt. Sed delegatis conceſſa eſt, vtantur Sayr. vbi ſupra c. 10. num. 9. Duard. hic q. 2. Paulus V. extendit etiam ad impedientes indirectè, & ad eos, qui occidunt, mutilant, verberant, &c. Conſanguineos, affines, familiares, &c. huiuſdomi Prælatorum, ac Officialium Eccleſiaſticorũ ne ipſi ſua iuriſdictione vtantur. Impediẽs autem dicitur auctoritate publica laicali;

40 Incidit Iudex ſæcularis impediens Eccleſiaſticum, ne procedat in cauſis mixtis quando Eccleſiaſticus præuenit; niſi aliter habeat legitima conſuetudo, Duard. q. 5.

41 XVII. Vſurpantes fructus, & tamquam tales per auctoritatem vſurpatam Cai. in ſum. ver. Exc. c. 27. Nau. c. 27. nu 70. verſ. 6. Sufficit verò ſi vſurpans ſciat, illos fructus eſſe Eccleſiæ, quamuis non vt tales capiat, Sayr. c. 21. num 4. Non incidunt autem ſecundum Cai Latrones, & milites neque qui accipiunt tempore vacationis. Sed hoc vltimum meritò non admittunt Nau. & Sayr. loc. cit. Duard. hic q. 11. vbi ſupra nu. 97. afferens contrariam improbabilem: non enim per vacationem deſiunt eſſe fructus Eccleſiæ.

42 Vſurpantes diſtributiones quotidianas non incidunt in pœnas huius canonis. Incidunt tamen in excom. Concilij Trid. ſeſſ. 22. c. 11. quæ etiam eſt reſeruata: Niſi illæ diſtributiones percipiantur ex fructibus alicuius beneficij Duard. q. 4. concl. 2.

43 Sequeſtrantes iuriſdictiones, fructus, redditus, prouentus ad Papam, & ſedem Apoſtolicam, & alias perſonas Eccleſiaſticas, &c. Non incidunt, qui ſequeſtrant res prophanas perſonarum Eccleſiaſticarum Nau. vbi ſupra Nec laicus, qui per Iudicem ſecularem ſequeſtrare facit fructus Clerici debitoris apud laicum exiſtentes; ſed pertinentes ad Clericum ratione beneficij Nau. de ſent. exc. cons. 38. Roder. in ſum. p. 1. c. 81. concl. 9. Alter. vbi ſupra diſp. 18. c. 2. Nec ſequeſtrantes fructus bonorum patrimonialium Clerici; Niſi ſint illi aſſignata in titulum iuxta Trid. Duard. q. 5. num. 5.

44 XVIII. Licet Bulla excommunicet imponentes gabellas Clericis, aut eorum bonis hoc Nau. c. 27. nu. 71. in fi. putat intelligendum de his quæ imponuntur Clericis ratione fructuum aut bonorum Eccleſiaſticorum, ſecus ſi tam à laicis, quam à Clericis exigantur pedagia, & portoria, nõ habita ratione fructuum, & bonorum. Alij tamẽ ſimpliciter docent, clericos, & perſonas Eccleſiaſticas omnino immunes eſſe ab omni genere collectorum, &c. Sayr. lib. 3. c. 22. Duard. hic fuſiſſime, & plures ab ipſis citati, & ideo exigentes incidunt in hunc canonem V. Azor. p. 1. lib. 5. c. 12. q. 2.

45 Gaudent hoc priuilegio etiam bona laicalia Clericorum Silu. excom. 9. nu. 13. Pan. vol. 1. conſil. 6. vbi caſus. Riccius p. 2. decis. 299. Duard. vbi ſupra q. 5. Vnde pro his exigentes, &c. incidunt in excommunicationem Bullæ, vt fusè probat Sayr. de cenſur. c. 22. cit. num 9. Etiam ſi imponens ſit perſona Eccleſiaſtica. Vnde Epiſcopus vt Epiſcopus imponens ſuis Clericis collectas, illaſq; exigens incidit. Duard. q. 18. Amplia etiam ſi bona illa ſint empta, ſiue donata, ſiue alio quo-

cumq; titulo acquiſita, vt de com. teſtatur Duard. q. 6. Contrarium tamen fuit decisum in Curia Archiepiſcopali Neapolitana; vt teſtatur Ricc. vbi ſupra: Sed immeritò per c. Non minus de immun. Eccl. vbi Barbos. aſſerens de com. ea ratione quia per mutatione perſonæ mutatur qualitas rei illi inhærens ratione perſonæ. V. eundem ad c. Porro de priuil. & Couar. 1. var. res. c. 4.

Limita primo, niſi onera illa eſſent inuariabilia, & ipſis bonis perpetuò annexa: ad hæc enim tenentur Clerici, ſi illa bona erant affecta, antequam in ipſorum manus deuenirent. Si verò ſint onera variabilia, vt ſunt deſcriptiones, quæ fiunt æſtimando bona; vt ſoluatur plus, minuſuè ſecundum impoſitionem collectæ, non tranſeunt illa bona cum huiuſmodi onere. Silu. vbi ſupra Pan. & Anchar. in c. fi. de vit. & hon cler. Fel. in c. Eccleſia S. M. num. 81. de conſt. & conſil. 46. Tolet. lib. 1. c. 19. Item Anchar. & Archid. in c. 1. de immun. Eccl. in 6 Pan. vol. 1. conſ; aſſignat hanc regulam, ſi res non priuilegiata perueniat ad priuilegiatum aſſumit eius priuilegium V. Felin. inc. De quarta de præſcript. num. 38. & in eius Repert. vers. Priuilegiatus ſuccedens Anchar. in fi. de decim. in 6. & cons. 303. & Florian. de S. Petro inter cons. Anchar. 166. & ſupra ver. Clericus num. 23.

Limita ſecundò, vt non incidant exigentes collectas pro bonis donatis, quando donatio eſt fraudulenta Duard. q. 6. num. 11. Nec quando donatio facta eſt cum conditione ſoluendi, onera, & tributa, etiam imponenda, quia tunc Eccleſia tenetur Fel. vbi ſupra num. 17. Marta de iuriſdict. p. 4. caſu 14. in fi. Azor. p. 1. lib. 5. c. 13. q. 1. Duard. in can. 18. q 6. num. 10. V. Reginald. lib. 9. c. 25. num. 380. Vbi habes quod ſi Ciues excommuni conſenſu ſua prædia per generalem, vel ſpecialem hypotecam obligent pro collectis in poſterum imponendis, vt ad quemcumq; deueniant, cum eo onere tranſeant, non faciunt contra Eccleſiaſticam libertatem, cum vnicuique liceat rei ſuæ imponere onus, cui propterea Eccleſia acquirens ſubiacet idq; ex pacto, vel contractu, quo rem illam ſic oneratam acquiſiuit. Sic etiam Azor. p. 3. lib. 5. c. 19. q. 9. Et cum Clericus huiuſmodi collectas non ſoluit, poteſt fieri executio per Iudicem ſæcularem, quia res ipſæ non ſunt exemptæ Reginal. c. 25. cit. Vide tamen Bart. vol. 1. cons. 13. & 26. & alios relatos ab Azor. vbi ſupra contrarium verius aſſerentem. Et certè negari non poteſt id eſſe in fraudem, vt etiam notauit Felin. in c. Eccleſia S. M. de conſtit. Nam ſi ea bona ad laicos peruenirent, vt etiam non extante ſtatuto, ad huiuſmodi onera ipſi laici tenerentur; vnde non erat cur condere tur ſtatum. præſumitur ergo factum contra Clericos, & Eccleſiam: quare non valet. Neque enim poſſunt laici condere ſtatutum in præiudicium Eccleſiæ c. Quæ in Eccleſiarum, & d. c. Eccleſia de conſt. vbi Pan. num. 1. & 2. quod ſtatutum excedens fines poteſtatis ſtatuentium eſt ipſo iure nullum per c. Vt animarum de conſt. in 6. Quod autem dictum ſtatutum factum ſit in fraudem tenet idem Pan. in c. fi. de vit. & hon. cler. in fi & contra libertatem eccleſiæ, de directo contra priuilegium conceſſum Eccleſiæ ab Imperatore, de quo in l. Quiſquis C. de ſacros. Eccl. Idem tenet Bald. in l. Placet C. eo. dicens opinionem Bart. & ſequacium, qui contrarium tenent, eſſe falſam, quia Eccleſia non tenetur ad tributa. V. fuſius Pan. & Fel. loc. cit. Item Pan. in c. A nobis 1. de ſent. exc. Azor. p. 1. lib. 5. c. 13. q. 1. citato Felin. aſſerente Bart. opinione ab omnibus eſſe reprobatam, cum fuerit in detrimentum Eccles. immunitatis.

Limita tertio, vt non incidant exigentes pro parte debita colono de fructibus Eccleſiæ, aut ab eo, qui poſſeſſiones Eccleſiæ conduxit, aut in Emphyteuſim accepit Alter. de cenſur. lib. 5, diſp. 19. c. 6. dub. 5. & 6. Craſſ. de effec. Cleric. off. 3. num. 53. & ſeq.

Limita quarto, vt non incidant imponentes pro rebus, quæ Clericis, & laicis ſunt

ſunt communia, quando laicorum bona ad id non ſufficiunt, vt eſt fons, &c. Non tamen poſſunt Clerici compelli per Indicem ſæcularem Nau in man. c. 27. num. 115. Duar. q. 12. requiritur enim licentiam Sum. Pont. vt in c. Non minus, & c. Aduerſus de immun. Eccl. Niſi laicorum bona non ſuppetant, & tanta ſit neceſſitas, vel pietas, quod ſine ſcandalo, & periculo ad Rom. Pontificem commodè prius recurri non poteſt: tunc enim ſufficit conſenſus Cleri, & approbatio Epiſcopi Silu. immunitas 1. num. 20. & alii quod refert, & ſequitur Duar. vbi ſupra Reginald. to. 1. lib. 9. c. 21. ſect. 2. & Azor. p. 1. lib. 5. c. 22. q. 8.

Bona data in dotem Eccleſiæ, vel pro eius fundatione, & Cœmeterium, & domus, ac horti contigui ſunt immunes ab omni exactione. Cœtera autem tranſeunt cum onere ſuo, c. 1. de cenſib. Niſi bona illa iam fuiſſe tributaria alterius Eccleſiæ glo. ibidem ver. nullo ſeruitio. V glo. in c. Non minus de immun. Eccl.

64 XIX Iudex ſæcularis non incidit capiens informationem ſuper aliquo delicto, in que nominatur perſona Eccleſiaſtica: aut contra Clericum ſumit informationes, animo præſentandi Iudici Eccleſiaſtico. Intelligitur enim hic canon de Iudice auctoritatiuè procedente, quaſi ad ipſum pertineat de Clerici delicto cognoſcere Sayr. de cenſur. lib. 3. c. 23. num. 2. Duard. q. 5. Reginald. vbi ſupra c. 26. num. 384. Iudex quicumque ſit, notorius, & executores quomodolibet ſe interponentes in cauſis criminalibus Clericorum ſine ſpeciali, & expreſſa licentia Papæ incidunt in excommunicationem Bullæ Cœnæ, nec ſufficit licentia tacita, aut conſuetudo longiſſima. etiam ſi proſumeretur ad notitiam, & aures Romanorum Pont. id percuſſiſſe, neque tamen hac de cauſa ab vllo eorum repræhenſum fuiſſe, quaſi tacitè appellaſſe viderentur. Nam ſimplex licentia ex tollerantia non inducit approbationem Io. de Lign. & Calder. in c. Decernimus de iudici quos refert, & ſequitur Alter. to. 1. diſp. 20. num. 5. c. 1. ver. ſine ſpeciali, &c.

47 XX Sufficit, vel deſtruere, vel inuadere, vnum enim ſufficit: nec eſt neceſſe, vt omnia ſimul concurrant Duard. q. 2. Alter. diſp. 21. c. 1. vers. His quatuor modis.

48 Per illam clauſulam generalem, Non obſtantibus cuiuſuis Concilij decretis, derogatur quidem Concilijs antiquioribus, non verò Concilio Trident. niſi de eo fiat indiuidua mentio: aut niſi Papa diſpenſet in ſpeciali, & certo caſu contra Concilii generalis prohibitionem: quia tunc illa clauſula verificari non poteſt, niſi in eo ſolo caſu Sanchez de matr. lib. 3. diſp. 26. num 7. & lib. 8. diſp. 35. num. 17. & in ſum. lib. 7. c. 29 num. 191. vbi plures limitationes. Monet de commut. vlt. vol. c. 11. num. 178. V. Mandos ad reg. 19. Cancell. q. 17. num. 12. Loquuntur tamen Doct. cit. de decretis Concilii irritantibus futura, cum huiuſmodi non eſt c. Licet ſeſſ. 24. c. 6. Immò nullam requiri derogationem; cum in concilio excepta fuerit auctoritas Sed. Apoſt. tenuit Rota apud Faric to. 2. decis. 179 num 6. & decis. 687 in fi. Ric. p. 3. decis. 279. vbi refer. Bulas P.j, & Greg. XIII. idem ſtatuentium. Nau. c. 27. num. 275. Azor. p. 2. lib. 5. c. 14. q. 6. & lib. 8. c. 8. q. 7.

49 Qui abſoluit inaduertēter, aut ignorantia non valde craſſa, non eſt excommunicatus, requiritur enim præſumptio Nau. c. 27. num. 37 Tolet lib. 1. c. 31. & non eſt reſeruata Nau. vbi ſup. ver. 2 Tolet. cit. Sayr. lib. 2 c. 15. num. 7. contra Fel. in c. Paſtoralis parag Preterea de off. ord. num. 9. & Cai. ver. excom. c. 77. Intellige ex vi huius Bullæ. Nam per decretum Clem. VIII. die 9. Iann. 1601. eſt reſeruata quoad Sacerdotes in tota Italia extra Vrbem degentes.

50 Epiſcopus iam non poteſt abſoluere à caſibus Bullæ Cœnæ iuxta c. Liceat Conc. Trid. Congreg. Tolet vbi ſupra c. 30. Sayr. lib. 4 c. 12. num. 32. Suar. to. 4. diſp. 3. ſect. 2. num. 11. & de cenſur. diſp. 21. ſect. 3. contra Nau. c. 27. num. 260. & de priuil. conſ. 10. & ſeq. Gratian. diſcep for. c. 414. num. 20. & conſtat ex Bullis Cœ

næ

næ à Sixtus V. per illa verba ſiuè per cu ſuſois Concilii decreta. Et in hanc ſententiam plura Sanchez in ſum. lib 2 c. 11. num. 27. Et de facultate abſoluendi ab hæreſi occulta Epiſcopi à Concilio tributa, quòd reuocata ſit, docent Pegna ad Direct. p. 3. q. 9. Sayr. ſect. 3. cit. In partibus tamen remotioribus, quando difficilis eſt aditus ad Sum. Pont. poterit Epiſcopus abſoluere in foro conſcientiæ Alter. 10. 1. lib. 1. diſp. 22. c. 2. Et quando quis eſt impeditus adire Sum. Pont. poteſt Epiſcopus etiam extra articulum mortis Suar. to. 4. diſp. 30. ſect. 3. num. 9. Vgol. in Bullæ Cœnæ p. 3. c. 2. parag. 4. Duard. lib. 3. parag. 4. q. 8. num 41. quod non concedit Sanchez in ſum. lib. 2. c. 12. in fi. id admittens in alijs cenſur. V. ſupra abſolutio à pecc. num. 99. & Abſol. à cenſur. nu. 8 Inquiſitores, & eorum Commiſſarii poſſuntq; occultos hæreticos, pœnitentes in foro conſcientiæ abſoluere, abiurata prius hæreſi occultè Sanchez pluribus cit. vbi ſupra num. 1. Duard. q 12. num. 4 & ſeq. Et tempore Iubilæi poſſunt Confeſſarii approbati abſoluere etiam ab hæreſi in foro conſcientiæ Sic concluſum eſſe in S. Pœnitentiaria teſtatur Filiuc. 10. 1. tract 8. c. 10 num. 165. V. Boſſ. d. Iubil. ſect. 1. caſu 8. & 9. & Sanche. in ſum lib. 2. c. 8. & 12. num. 10.

51 Epiſcopi Prælati, Rectores vbique Sacerdotes animarum curam habentes, & Confeſſari peccant mort. non habentes penes ſe Bullam Cœnæ, illamue diligenter legentes. Duard. in parag. 8 q. 1. nu. 20. vers. At qui ante ipſam: & hoc vi Bullæ, quæ non vtitur verbo præceptiuo, ſed ratione officii; niſi in ea contempta optimè norit Alter. vbi ſupra diſp. 21. c. 7.

EXCOMMVNICATIONES PAPÆ RESERVATÆ

IN IVRE CANONICO.

V. Filij

1 CAP. SI QVIS SVADENTE 17 q. 4. Excommunicantur percutientes Clericũ. Requiruntur animus offendendi, & peccatũ mort. Nau c. 27. nu. 76. Silu. excom, 6. num. 2. Pan. in c. 1. de ſent. exc. vbi notat tria requiri ad incurrendam hanc excommunicationem Primò animus offendendi. Secundò violentia Tertiò factum, ſcilicet percuſſio vide ibi fallentias. Manus intelligitur quidquid poteſt offendere Cai in ſum. Excom. not. 1. c. 10 Si modò tangat, alioqui non incidit, requiritur enim effectus Nau. vbi ſupra num. 78. Silu. num. 2. cit. & num. 5. in fi. Etiã detentio in cuſtodia, licèt priuata: aut ponens cuſtodiam, vt exire non poſſit. cap. Nuper de ſent. excom. quod Sayr. de cenſur. lib. 3. c. 26. num. 13. dicit intelligendum eſſe de Iudicibus ſæcularibus tantum Aut ei aliquid auferendo etiam comandatum, ſi auferatur ante vſum finitum S. Ant. p. 3. tit. 24. c. 1. vers. tertio nota. Et aſpergere puluere, aut aqua, & conſpuere, & manus fræno apponere Nau. c. 27. num. 77 Niſi iniuria eſſet leuis, aut iocoſa Silu. vbi ſupra num 5. vers. 6 etiam mandans, c. Mulieres parag. Illi verò de ſent excom. Niſi ante percuſſionem reuocauerit mandatum, & mandatarium de reuocatione certiorẽ fecerit, glo. in d. parag. Illi verò. Si tamen tardius reuocauit, & antequam certiorem faceret mandatarium, hic del quit, non incidit ille, Alter. lib. 5. diſp. 12. c. 6. q. 2. vers. Necnon. & mandantes Innoc. in d. c. Mulieres Contrarium tamen docent Silu. exc. 5. q. 5. Reginald. lib. 1 c. 17. ſecti. 2. Barbos ad d. c. Si quis ſuadente num. 41. Sayr. de cenſur,

cenſur lib. 7. c. 2. num. 35. Nec incidit mandans, qui re integra moritur Anchar. in c. Cum quis de ſent. exc. in 6. num. 9. quod Pan. & alij cit. in d. c. mulieres. & Reginal intelligunt, quando mortuus eſt cum pœnitentia, alias eſſe excommunicatum. Et conſentientes, qui cùm poſſint non prohibent, c. Quantæ de ſent. quod intellige per cooperationem præſtando auctoritatem; & cùm ad obuiandum habent publicam poteſtatem, glo. in d. c. Quantæ, ver. conſentire Roder. in ſum. p. 11 c. 80. Sanch. in ſum. lib. 5. c. 6. num. 5. Intellige etiam de ſubdito reſpectu ſui Prælati; hic enim ſi verſetur in periculo, tenetur ſubditus inſidias propulſare ſi poteſt. Alter. vbi ſupra propos. 20. In alijs requiritur dolus Nau. c. 14. num. 27. Anchar. in d. c. Quantæ num. 3. Suar. de cenſur. diſp. 22. ſect. 2. à num. 55. Sayr. alios referens de cenſur. lib. 3. c. 26. num. 24. Præſumitur autem dolus eo ipſo, quòd obuiare poteſt, & non obuiat Pan. in d. c. Quantæ num. 8. Secus tamen, ſecundum eundem, ſi non obuiat ex negligentia; vel quia non vult ſe immiſcere aliorum rumoribus; vel ex timore etiam irrationabili Silu. vbi ſupra vers. 4. Ang. exc. 5. num. 35. & com. vt teſtatur Sayr. vbi ſupra: Et conſulens, Auxilians, Fauens Caiet. vbi ſupra Sayr. nu. 23. Et ratum habens factum ſuo nomine, c. Cum quis de ſent. exc in 6. Si tamen diceret; gaudeo, quod ſit factum, ſed doleo quòd ſit factum nomine meo, non incidit, quia non dicitur ratum habere Anchar. in c. Laudabilem, de conuerſ. infid. Toler. lib. 1. c. 31. num. 18. Idem ſi primò contradixit, poſtea ratum habuit: nam hæc ratihabitio ſuperueniens nihil operatur quoad excommunicationem. Anchar in d. c. Cum quis num. 5. Alter. vbi ſupra ver. vel rata. Secundo obijciet V. infra lib. 7. ver. Ratihabitio. Et iniurioſè verberans etiam conſentientem c. Contingit 1. de ſent. exc. Etiam Clericus ſibi ex ira manus inferens, Nau. c. 27. num. 78. Pan. in d. c. Contingit num. 6. S. Ant. vbi ſupra Niſi id faceret ob mortem amicorum, aut parentum Nau. c. 25. num. 10. Item Claudens, donum mulieris ad verecundiam Clerici detegendam S. Ant. vbi ſupra, Silu. q. 5. cit. vers. 2. Nau. c. 27. num. 77. quod tamen Silu. intelligit quando erubeſcentia, quam obſidens intendit, non eſt leuis neq; iocoſa. Crumenam abſcindere, vel tollere, non eſt manus violenta Ang. vbi ſupra num. 29. Silu. num. 11. Caiet. c. 10. cit.

2. Epiſcopus capiens, vel carcerans Religioſum exemptum extra caſus ſibi à iure permiſſos, incidit in excommunicationem. Qui autem ſint huiuſmodi caſus, vide in Concil. Trid. ſeſſ. 6. c. 3. de ref. & ſeſſ. & 25. de regul. c. 14. Sorb. ver. Conuenire in iudicio, & ver. Exemptio Roder. de regul. to. 2. q. 61. ar. 7. vbi excipit capientem monacham, grauiter delinquentem, ſi de fuga timeatur, vel ſuo Prælato præſente.

3. Clericus intelligitur etiam primæ tonſuræ Nau c. 27. num. 79. Niſi acceperit ab alieno ſine dimiſſorijs proprij Epiſcopi, de quo ſupra ver. Beneficium num. 70. aut ab excommunicato, ſuſpenſo à diuinis, interdicto, hæretico, ſchiſmatico, ſimoniaco in ordine; & beneficio Rebuff. prax. benef. p. 1. tit. de litt. dimiſſ. num. 5. & de formul. dimiſſ. num. 12. & ſeqq. Azor. p. 2. lib. 7. c. 49. q. 4. Etiam coniugatus cum vnica, & Virgine, ſi tonſuram, & veſtem clericalem deferat, c. vn. de cler. coniug. in 6. quamuis ſit depoſitus verbaliter, niſi ſit realiter degradatus Pan. in c. Ex parte de cler. coniug. Et quamuis ſit incorrigibilis c. Cum non ab homine de iudic. aut excommunicatus, ſuſpenſus, irregularis, Nau. vbi ſupra Item Nouitius religionis approbatæ, c. Religioſo parag. Quamuis, de ſent. exc. in 6. & Hæremitæ glo. in c. Nulla d. 91. Intellige de illo, qui aſtrictus eſt alicui regulæ, vel Superiori religioſo S. Ant. p. 3. tit. 23 c. 1. parag. 3. Silu. Eccleſia 1. q. 1. & Excom. 6. num. 3. ver. Hæremita parag. 3. & ſic intelligendus Pan, qui in c. 1. de for. comp. contrarium innuere videtur V. Roder. de regul to. 3. q. 49. art vlt. & ſupra ver. Clericus num. 4. Gaudet etiam fœmina ſponte incluſa Silu. num. 3. cit. & Conuerſus Religionis approbatæ, c.

Non dubium, & c. Parochianos de ſent. exc. Intellige ſupradicta etiam de percutiente foeminam religioſam, ſiue Nouitiam, ſiue Conuerſam per d. c. Si quis ſuadente, & com.) cuiuſmodi non ſunt Tertiariæ S. Franciſci, & S. Dominici, quæ collegialiter non viuunt, nec profitentur tria ſubſtantialia vota Nau. c. 27. num. Tolet. lib. 1. c. 32. num. 12. V. Silu. Eccleſia 1. num. 6. Suar. de cenſur. diſp. 22. ſect. 1. num. 20. Roder. de regul. to. 2. q. 65. ar. 5.

4 Nomine Clerici non veniunt Religioſi militares Calatrauæ, Alcantaræ, S. Iacobi, & huiuſmodi ducentium Vxores, etiã ex diſpenſatione Papæ, niſi ſint verè Clerici, aut Moniales. Secus de militibus S. Io. Hieroſol. Roder. in ſum lib. 2. c. 31. concl. 1. V. ſupra ver. Relig. num. 4. & Alter to. 1. lib. 5. diſp. 16. c. 1. ver. perſonas Eccleſiaſticas

5 Requiritur percuſſio cum dolo Silu. exc. 6. num. 2. Et ſi talis percuſſio in laico non eſſet mortalis, non incurritur. Cai. ver. excom. c. 10. not. 6. Nau. c. 27. num. 85. Ang. exc. 5. num. 26.

6 Percutiens Ioannem Clericum, putans eſſe Iacobum Clericum, incidit in excommunicationem: quia tam intentio, quàm opus externũ eſt iniurioſum ſtatui Clericali. Secus ſi volens percutere hunc Clericum, ab eo aberrans, caſu, & præter intentionem percutiat alterum Clericum proximè aſtantem: quia non voluntariè percutit hominem, quem ſcit eſſe Clericum Barboſ. ad d. c. Si quis ſuadente num. 51. & ſeq. cum alijs ibi relatis. Sanch. de matrim. lib. 9. diſp. 33. num. 17.

7 Non incidit percutiens, Primo deditum enormibus relicto habitu clericali c. Perpendimus de ſent. exc. Secundo incedentem, vt laicum, ſi tertio monitus non reſipiſcit. c. In audientia eo. Nam ex ſola dimiſſione habitus, & delatione armorum militarium nõ perditur ipſofacto priuilegiũ & ſic percutiẽs illum ante admonitionẽ eſt excommunicatus Pan. in d. c. In audientia. Tertio qui probabiliter ignorat illum eſſe Clericum, ignorantiam tamen probabit per iuramentum c. Si verò 2. eo. tit. Quarto qui percutit exercentem artem ioculatoris, goliardi, aut buffonis per annum: aut ſi breuiori tempore, poſt trinam monitionem non reſipuerit c. vn. de vit. & hon. cler. in 6. Nec ſufficit vna pro tribus Pan. in c. Contingit 2. de ſent exc. Quinto Qui ad defenſionem rei, aut perſonæ ſuæ, vel proximi percutit Innoc. & Fel. in c. Si vero 1. de ſent exc. Non tamen licet mutilare, aut occidere; niſi cum raptor, vt rapiat, inſurgit in defenſorem d. c. Si verò Silu. exc. 6. num. 6. vers. 9. Sexto quando repertum cum ſua vxore, matre, filia, vel ſorore laxiuientem c. Si verò 1. de ſent exc. Sufficit verò ſi inueniat amplexantem, oſculantem, aut in loco ſuſpecto Nau. c. 27. num. 84. Silu. vbi ſupra caſu 10. Ang. exc. 5. caſu 1. num. 28. modò percuſſio fiat incontinenti, & ſubita paſſione, ac perturbatione Molin. de iuſt. trac. 3. diſp. 7. primum, & diſp. 55. in fi. Silu. & Ang. cit.

Amplia ex Silu. & alij ad clericum ſuſpectum, & inuentum domi cum vxore ſedentem, & confabulantem, licèt non turpiter conuerſantem, monitum prius à marito, de quo etiam Suar. de cenſur. diſp. 22. ſect. 1. num. 37. Dicitur autem etiam incontinenti percutere, qui fugientem inſequitur, & interpoſitis horis appræhenſum occidit Graff. de cas. reſer. lib. 1. c. 8. num. 36. Nomine verò filiæ venit tantum legitima, & naturalis, non verò adoptiua. Nomine vxoris etiam ſponſa de præſenti matrimonio non conſumato. Pan. in d. c. Si verò, Sanchez de matrimonio lib. 1. diſp. 1. num. 6. Amplia Secundo ex Molin. vbi ſupra diſp. 99. in fi. vt non incidat vir, cuius vxor à Clerico ad adulterium ſollicita monito marito, fingit ſe velle, vt illo ad adulterium pattandum accedente, à marito percutiatur: qui tamen cum certus ſit adulterium non eſſe patrandum, occidere illum non poteſt, ſed tantum moderatè percutere pro culpæ, & iniuriæ intentatæ qualitate, & quantitate. V. eundem diſp. 55. in fi. peccat tamen mort. ibidem V. Silu. exc. 6. num. 9.

Digitized by Google

Septimo non incidit mulier percutiens clericum de turpitudine tentantem facto non ſolo verbo Cai. vbi ſupra, quando verbis poterat eum repellere, aliàs licitè percutit Ang. exc. 5. caſu 1 num. 11. addens non incidere in excommunicationem dictam mulierem, ſi zelo caſtitatis accenſa modum excedat non ex propoſito, ſed ſubitò improuiſè. Octauo nec qui Clerico exilium præcipit, aut confinia, intra quæ ſe cõtineat Cai vbi ſupra Sayr. de cenſur. lib. 3. c. 26 num. 16. Nono Qui capit in malo perſeuerantem, vt Prælato præſentet, ſi aliàs compeſci non poteſt Ang. vbi ſupra nu. 12. Et quando periculum eſt in mora ne Clericus criminoſus fugiat: tunc enim capi poteſt ſine licentia Iudicis Eccleſiaſtici vt Prælato præſentetur glo. in c. ſi Iudex not. 1. de ſent. exc. in 6. Decimo Qui ex ſubreptione, & ſubita paſſione leuiter percutit Cai. c. 10. cit. not. 6. Vndecimo Pater, aut magiſter percutientes cauſa correctionis, licet aliquantulum exceſſerint. Et Seniores zelo deuotionis coercentes Clericos diuinum officium turbantes, modò clerici non ſint in ſacris conſtituti, c. 1. & c. Cum voluntate parag. Si qui verò de ſent. exc. Et Officialis in Eccleſia percutere poteſt Clericos diuinum officium turbantes Pan. in d. c. Cum voluntate num. 2. Sayr de cenſur. lib. 3. c. 23. nnm. 15. Secundum Nau. c. 27. num. 82. Silu. exc 6. num. 6. vers. 8. & alios, Magiſter, Pater, & Propinqui non incidunt, licèt Clericus ſit in ſacris: putant enim per ordinem ſacrum non liberari à patria poteſtate; & videtur caſus in c. Ex tenore de ſent. exc. & expreſſe docet Anchar in d. c. Cum voluntate num. 5 & ſeq. licet Pan. ibi num. 8. arguat in contrarium V. ſupra ver. filij num 25. & 25.

8 Epiſcopus abſoluere poteſt etiam percutientem enormiter, ſi legitimè impediatur adire Papam. Qui autẽ dicantur legitimè impediti, vide abſolutio ab exc. nu. 10.

9 Religioſus percutiens religioſum abſoluitur à ſuo Superiore, c. Monachi. & Cũ illorum, & c. De monialibus de ſent. exc. etiam a percuſſione enormi, vt mendicantibus conceſſit Clemens IV. vt refert Roder. de regul. to. 1. q. 20. art. 12. De iure enim non abſoluitur ab enormi, niſi a ſum. Pont. c. monachi cit. V. Suar. de cenſur. diſp. 22. ſect. prima nu. 13. Si percuſſerit religioſum alterius monaſterij, abſoluendus ab vtriuſq; Superiore d. c. Cum illorum parag. ſi verò. Item illum qui poſt percuſſionem ingreditur monaſterium ibidem parag. Qui ſi. Si verò regularis percutiat Clericum ſæcularem, abſoluitur Epiſcopo, c. Religioſo ea in 6. Intellige in caſu: quo poteſt ſuos Clericos d. c. Religioſo. Pan. in d. c. Cum illorum num. 6. id eſt de percuſſione modiocri: Nam ſi ſit enormis à ſolo Papa abſoluitur iuxta d. c. Cum illorum: Niſi religioſns ſit ita exemptus, quod etiam ratione delicti conueniri non poſſit niſi ſub ſuo Prælato quia tunc ab ipſo Prælato abſoluitur, Epiſcopo remittente iniuriam Silu. Abſol. 5. q. 8. Ang. exc. 5. caſu 1. num. 44. vbi Additionator docet id verum eſſe, quando non eſt exortum ſcandalum, vt quia nullus, vel pauci præſentes fuerunt. Si verò ortum eſt ſcandalum, à ſolo Papa abſoluendus iuxta ſententiam Riccar. in 4. d. 18. ar. vlt. q. 4. V. Roder. de regul. art. 12. cit.

10 Clerici pueri rixantes, ſeq; pugnis percutientes, licet ſanguinem è naribus effundant, abſolui poſſunt ab epiſcopo, c. ſi. de ſent. exc. Item Clerici ſimul viuentes & in eodem lecto dormientes, & in eadem domo collegialiter habitantes, abſolui poſſunt, modò percuſſio non ſit enormis c. Quoniam, de vit. & hon. cler.

11 Epiſcopus abſoluere poteſt à leui percuſſione. c. Peruenit de ſent. ex c. Quod autem ſit leue, ipſe iudicet Extrau. Perlectis relata à Nau. c. 27. num. 91 Poteſt etiam prudens Confeſſarius non ex ſola percuſſione, ſed etiam ex circunſtantijs perſonarum percutientis, & percuſſi loci, temporis, ſecuti ſcandali, &c. Barbos. ad d. c Si quis ſuadente num. 78. cum ibi cit. V. Silu. abſolutio 4. num 1. & ſeq.

12 Leuis eſt percuſſio puguo, palma, ligno, lapide, non relinquens veſtigium aut maculam, neque abſcindens mem-

brum,

brum, ſine fractione dentium, ſine auulſione multorum capillorum, ſine effuſione multi ſanguinis. Si tamen hæc iniuſtè fiant in Patrem, Patronum, Dignitatem, maximè à Subdito, & viliori, aut in loco publico, non poteſt, quia cenſetur iniuria grauis Extrau. cit. Vnde Silu. abſolutio 4. & Sayr. lib. 3. c. 28. num. 6. Regulariter autem locus publicus non facit percuſſionem grauem, niſi in ſe ſit notabilis Nau. c. 27. num. 72. Ricc. p. 1. decis. 191. vbi quod laceratio capuccij facta viro religioſo dicitur iniuria grauis.

13 Legati de latere poſſunt abſoluere excommunicatos pro iniectione manuum in Clericum, c. Quod translationem, de off. lega. & c. Ea noſcitur, & c. Ad eminentiam de ſent. exc. licet percuſſio ſit enormis Pan. in d. c. Ad eminentiam num. 3. Fel. ibidem, vt quia in Epiſcopum, vel Abbatem, aut cum cæde clerici, vel magnam ſanguinis effuſionē, aut in loco publico, & ab excommunicatione reſeruata Niſi in ipſa conſtitutione dicatur, vt à nullo alio. niſi à Papa Azor. p. 2. lib. 5. c. 32. q. 6. Barboſ. alios referens ad cit. c. Ad eminentiam. Idem poſſunt Nuntij Apoſt. ſed differunt quod legati de latere poſſunt abſoluere etiam extraneos, & extra Prouinciam, cum ſit voluntariæ iuriſdictionis. Nuntij verò non poſſunt niſi ſubditos, & intra Prouinciam. c. Excommunicatis de off. lega. Silu. ver. Delegatus parag. 4. Fallit in legato, primo ſi ſint in præſentiam Papæ Secundo ſi ante ingreſſum in Vrbem ſit reuocatus. optimè Pan. in d. c. Excommunicatis. Dubius an ob clericis percuſſionem excommunicationem incurrerit. ad cautelam à proprio Epiſcopo abſolui poteſt Sayr. de cenſur. lib. 3. c. 28. num. 29.

14 CAP. SIGNIFICAVIT de ſent. exc. Clericus qui ſcienter, & ſpontè participat, in diuinis cum excommunicatis à Papa, excommunicatus eſt mai. & à ſolo Papa abſoluitur. V. ibi Pan. Requiritur ergo vt participans ſit Clericus, & ſcienter, ac ſpontè participet. Vnde excuſatur, qui iuſto metu participat, Et quòd in diuin etiam in his, quæ extra Eccleſiam dicuntur Sayr. de cenſur. lib 3 c. 29. num. 6 & ex Cai. ver. Excommunicatio, c. 58. requiritur participatio receptatiua: Excuſatur Clericus non recipiens ad diuina ſed ibi tantum præſens tamquam laicus: oportet autem eſſe excommunicatum denunciatum iuxta Extrau. Ad euitanda.

15 CAP. TVA NOS. De ſent exc. Incediarij poſtq; fuerint per Eccleſiæ ſententiam publicati à ſolo Papa abſoluuntur. An verò ſint ipſo facto excommunicati, non conueniunt Doct. Glo. in d. c. Tua, ver. publicari, id intelligit de incendiarijs ſacrorum locorum. Cai. in ſum. ver. Excom c. 22. Nau c. 27. num. 94. Tolet. lib. 1. c. 35. Alter. to. 1. lib. 4 diſp. 2 c. vlt. dub. 5. Sayr. de cenſur. lib. 2. c. 29. num. 8. docent nullos incendiarios eſſe ipſo facto excommunicatos. S. Ant. p. 3. tit. 24. c. 11. Ang. excom. 5. caſu 5. & 6. Silu excom 7. num. 13. docent incendiarios ſacrorum locorum eſſe ipſo excommunicatos, reliquos verò excomunicandos. etiam Pan. d. c. Tua num. 2. Nau & Tolet. dicunt Incendiarios Eccleſiarum excommunicatos eſſe forte ex conſuetudine tolerata, & approbata à Prælatis, quæ habet vim legis. Glo. cit. tandem concludit, per eam Decretalem non probari ipſo iure eſſe excommunicatos; ſed illis primo excommunicatis ab epiſcopo, ſecuta publicatione, ac denunciatione; abſolutionē eſſe Papæ reſeruatam ad terrorem; nec inueniri ſtatutam excommunicationem, niſi contra incendiarios eccleſiarum. Et hoc placet.

16 Incendiarius hoc loco ille eſt, qui propria auctoritate aliena inceudit malo ſtudio, odio, vindicta, & animo iniuriandi, non autem qui negligentia vel caſu. & extenditur hæc excommunicatio ad mandantes, conſulentes, auxiliantes, c. Peſſimam 23. q. 8.

17 CAP. Conqueſti de ſent. exc. Effractores ſimul, & expoliatores eccleſiarum poſt denunciationem à ſolo Papa abſoluuntur. Nomine eccle-

ſiæ intelliguntur omnia pia loca Epiſcopi auctoritate fundata, c. Ad hæc, de rel. dom. Nau. c. 27. num. 94. Silu. exc. 7. num. 8. Non frangit verò, qui clauem aperit Nau. ibid. Requiritur vtrumq; ideſt expoliatio, & effractio, alioqui non incidit, vt ſi calicem furetur ſine effractione. Silu. ver Furtum q. 3. dicto 2. Ang. eo parag. 52. Non ſufficit denunciatio generalis Silu. vbi ſupra num. 15. Nau. loc. cit. Eſt latæ ſententiæ d. c. Conqueſti. & ibi glo. ver. excōmunicatos. & c. Omnes Eccleſiæ 14. q. 4.

18 CAP. FELICIS. De pœn. in 6. Excommunicantur qui Cardinalem hoſtiliter inſequuntur, percutiunt, capiunt, aut ſic facientes comitantur. Item mandantes, ratum habentes, conſilium, aut fauorem dantes, aut ſcienter huiuſmodi recipientes, aut defendentes ſecuto effectu Nau. vbi ſupra num 97. Extenditur ad Patriarchas, Archiepiſcopos, Epiſcopos, Legatos, Nuntios Apoſt. Idem num. 67. & 97. cit. per clauſulam 12. Bullæ Cœnæ.

19 CAP. QVICVMQ; De ſent. exc. in 6. Excommunicantur qui facultatem tribuunt alicui interficiendi, capiendi, aut vexandi perſonas aliquorum, aut eorum facultates, aut ſuorum, eo quòd tulerint ſententiam excommunicationis, ſuſpenſionis, aut interdicti contra Regem, &c. aut eius miniſtros, aut contra alios quoſcumque. Item vtentes huiuſmodi facultate; aut etiam proprio motu aliquid horū facientes. Perſeuerantes, in dicta Excōmunicatione per bimeſtre à ſolo Papa abſoluuntur. Intellige ſi iniuſte vexent, & ſequitur effectus Cai. ver. exc. c. 73. Nau. vbi ſup. nu. 99

20 CLEM. RELIGIOSI De priuil. excommunicantur Religioſi, qui ſine licentia Parochi præſumunt miniſtrare Clericis, aut Laicis Sacramentum extremæ Vnctionis, aut Euchariſtiam, aut Matrimonium ſolemnizare, aut abſoluere excommunicatum à Canone, vel ſententijs per ſtatuta Prouincialia, aut Synodalia promulgatis. Alter. de ſuſpens. diſp. 11. c. 5: & Maiol. de irregul. c. 25. nu. 12. docet Regularem præſtantē auctoritatē matrimonio ſine licentia Parochi, nō ſolū incidere in excommunicationē, ſed etiā affici ſuſpenſione arbitraria Conc. Trid. ſeſſ. 24. c. 1. de reform. matr. de qua inf. ſuſp. ipſo iure n. 7. per Parochū intellige etiā eius Vicariū, & Epiſ. & eius Vicariū glo. in d. Clē. Cai. vbi ſu. c. 64. Nō incurrit autē, qui ſolū inducit fœdus matrimonij, aut verba profert inter cōtrahentes Silu. exc. 7. nu. 31. dub. 1. Nec qui ignoranter facit aliquod prædictorū: aut ſub ſpe ratihabitionis, quia Clē. requirit præſūptionē Cai. vbi ſu. Nec qui miniſtrat in articulo mortis, ſi haberi nō poſſit alius Sacerdos, qui miniſtret: Innoc & Hoſt. in c. Omnis de pœnit. & rem. Sāch. de matr. lib. 3. diſp. 17. nu. 5. Ang. exc. 6. caſu. 12. nu. 5. Nec qui miniſtrat Euchariſtiam in die Paſchæ religioſis exēptis Roder. de regul. to. 1. q. 56. ar. 6. V. Euchar. nu. 31 Per Religioſū intellige Religionis approbatæ. Silu. vbi ſup. V. extrema Vnctio nu. 12.

21 Non obſtante Conc Trid. ſeſſ. 24. c. 11. poſſunt Regulares miniſtrare ſacramēta laicis familiaribus, & alijs in actuali ſeruitio Monaſterij cōmorātibus quia circa hoc Pius V. viuæ vocis oraculo renouauit priuilegia Mendicantiū, vt teſtatur Roder. de regul. to. 1. q. 56. ar. 4. & to 2 q. 7. ar. 1. vbi Qui dicantur familiares. Ampliat Cong. Conc. ſeſſ. 25. de reg. c. 5. etiā in die Paſchæ. Et quod in eorū eccleſijs poſſint illis dare ſepulturā. Et quidē de actu inſeruientibus idem quod Pius V. ſtatuit Conc. Later. ſub Leone X. an. 1516. Alijs vero poſſunt ex priuilegio eiuſdem Leonis quocumq, tēpore miniſtrare ſacramenta, præterquā in die Paſchatis: alioqui incidunt in excom. huius Clem. Nau. c. 21 num. 5. V. Euchariſtia num. 31.

22 CLEM. Nolentes De Hæreticis. Excōmunicantur Inquiſitores eorūq; & Epiſcoporū, ac Capituli Sede vacante Cōmiſſarij ſuper hæreſi deputati, qui prætextu Officij Inquiſitionis quocūq; modo illicito pecuniā extorquent ab aliquibus: vel ſcienter attētauerint Eccleſiarū bona ob Clericorū delicta foro Eccleſiæ applicare. Vide ibi glo. & Sayr. de cenſur. lib. 3. c. 34. num. 25. Sanch in ſum. lib 2. c. 20. num. 3. ad 21.

23 CLEM. Cupientes. de pœn Excōmunicantur Religioſi, & Clerici ſæculares inducentes aliquē ad vouendū, vel iurandū, vel promittendū, vt apud eorū Eccleſiam

eligat

eligat ſepulturã, vel electã nõ mutet. Et ſic voués,&c.nec apud Eccleſiã electã,nec alibi ſepeliri poteſt, apud ſed parochialé iuxta c.1. de ſepult. in 6. Inducens ergo ad eligendum, ſed non ad promittendum, &c. non incurrit, Anchar. in d.c. 1. num. 2. ſicut nec incurrit effectu non ſecuto c. 27. num. 103. Sayr. lib. 3. c. 29 num. 40. aut cum inducitur aliquis ad vouendum, &c. in non ſua Eccleſia Anchar. loc. cit vbi quod ideo prohibetur hæc obligatio: quia electio ſepulturæ eſt pars vltimæ voluntatis, cuius libertas tolli non debet, nec pactionibus nec proteſtationibus coarctari; citatq; Io. And. in d.c. 1. Aut cum inducens eſt de dicta Eccleſia, apud quam de iure debebat ſepeliri, quia cum lex emanauerit in eius fauorem, non debet in eius odium retorqueri. peccat tamen mort. ſic inducẽs Anchar. loc cit. V. glo. ibi ver. apud quas

24 CLEM. GRAVIS. De ſent. exc. Excommunicantur Domini temporales violantes interdictum, aut prohibentes, ne publicè excommunicati aut interdicti ab Eccleſia eijciantur tempore diuinorum officiorum. & etiam ipſi excommunicati, &c. ſi à celebrante moniti, vt exeant, remanere præſumunt V. Cai. ver. exc. c. 24. & infra ver. Interdictum num. 27.

25 CLEM. EX FREQVENTIBVS. De ſent. exc. Excommunicantur Religioſi non ſeruantes Interdictum ſeruatum à Cathedrali, vel Matrice, De quo infra ver. Interdictum in ſi.

26 EXTRAV. DETESTAM DÆ De ſepult. Exenterantes mortuos ad eos conſeruandos, & alibi ſepeliendos, & iubentes Non incidunt, qui bono fine id faciunt vt in anotomijs, aut vt venerari ſine fœtore poſſint, aut alia quacumque de cauſa, quã alibi ſepeliendi: Aut id facientes in terra infidelium, vbi non eſt locus ſacer ad ſepeliendum Silu. excom. 7. num. 70. Cai. cap. 70. Nau. c. 27. num. 105.

27 EXTRAV. I. DE SIMONIA INTER COM. Dantes, aut accipientes aliquid ex pacto ob ingreſſum monaſterij. Niſi accipiatur à monialibus bona intentione aut ſine præſumptione: aut ſit conſuetudo Cai. c. 73. Nau. vbi ſupra num. 106. Aut ſine pacto, & aut ſi monaſterium egeat, ita vt recipiendam alere non poſſit: tunc enim licitum eſt pactum, vt ſecum portet quod neceſſe eſt ad ſui ſuſtentationem Sayr vbi ſupra c. 30. num. 4. & S. Ant. p. 3. tit. 24 c. 67. dicit ſe audiuiſſe à fide digns Martinum V. dixiſſe nolle hoc extendi ad dotes monialium.

28 EXTRAV. II. VBI SVPRA SIMONIACI in ordine, & beneficio, & quod illa fiat mediatores extiterint, Simoniam intellige realem, non autem mentalem, aut Conuentionalem, Nau. vbi ſupra. Et per beneficium intellige quaſuis prouiſiones Eccleſiarum Cai. c. 72. Silu. vbi ſupra nu. 80. Mandatum reuelandi huiuſmodi ſimoniacos non eſt receptum Silu. Nau. loc. cit. V. ver. Simonia, & Extrau. Clem. VIII. apud Quarant, ver. Ordo.

29 EXTR. ET SI DOMINICI. De poenit. & rem. Excommunicantur violantes interdictum poſitum à Papa. V. infra ver. Interdictum num. 4.

30 EXTR. REGVLARIVM Pij V. Excommunicantur mulieres cuiuſuis ſtatus, quæ virtute licentiarum, quas reuocat, audebunt in poſterum poſt dictæ reuocationis notitiam ingredi ſepta monaſteriorum quorumcumq; regularium, etiam Mendicantium. Quam reuocationem Greg. XIII. extendit etiam ad monaſteria monialium per eius conſtitutionem in c. Vbi gratiæ 1575. Et Pius V. declarauit excommunicationem extendi etiam ad alias mulieres non habentes, nec habere prætendentes licentias predictas, vt ex declaratione, quam habes apud Quarantam ver. Monaſteria, & Conuentus; de qua etiam vide Nau. c. 27. nu. 150. Sorb. in Comp. Priuileg ver. Ingredi monaſteria, initio. Item Nau. de regul: com. 4. num. 62. licèt Suar. de cenſur. diſp. 22. ſect. 6. excom. 6. Roder. de regul. to, 1. q. 48. ar. 3. Sayr. lib. 3. c. 31. num. 11. contrarium dicant, quia non viderunt declarationes prædictas. V. Mirand. manual. Prælat. in proprio tractatu de monial. Sanch. in ſum. lib. 6. c. 16. à num. 71. ad 103. Limitatur tamen

prædi-

prædicta declaratio, vt non liget in duobus caſibus. Primò cum in prædictis clauſtris celebrantur diuina, proceſſiones ſolemnes fiunt, aut fidelium corpora ibi ſepeliuntur, aut aliud quodlibet officium ibi celebratur, cuiuſmodi ſunt alia officia pia, vt ſi quis ad habitum, vel profeſſionem admittatur, ſi ibi prædicetur, aut lauentur pedes in die Cœnæ Sorb. vbi ſupra nu. 7. Roder. ar. 3. cit. Sanchez vbi ſupra c. 17. num. 25. Secundo, cum ob verbi Dei prædicationem, vel propter aliam quamcumq; cauſam tantus eſt populi concurſus quòd commodè dictæ mulieres ingredi, & egredi per principalem portam Eccleſiæ non poſſunt; modò recto tramite accedant ad portam, qua exitur à Monaſterio. Sic habes in prædicta Declaratione, de qua fidem facit Card. Cribellus de mandato Pij V. an. 1568. & poſtea idem Pius V. declarauit alia conſt. inc. Docet. 1570. V. Roder. in in Bull. Cruc. parag. Che le donne non poſſino entrare, &c à nu. 12. Cord. in ſum q. 60, in fi. Vgol. de pot. Ep. c. 21. parag. 3. num 3.

31 EXTA DECORI. Pij V. Excõmunicantur Moniales exeuntes de Clauſtro ſine licentia, concedenda tantum ex cauſa magni incendij, infirmitatis lepræ, aut epidimiæ. Item eas comitantes, & recipientes, & Superiores concedentes licentiam exeundi ſine prædictis cauſis. Hæ autem cauſæ non erunt legitimæ, ſi ita Monaſterium ſit capax, eaq; medendi cõmoditas, aut nullum ſit contagionis aliarum Monialium periculum: aut ſi incendium extingui poſſit Sanchez vbi ſupra c. 15. num 32. per c. Periculoſo de ſta. reg. in 6. Roder, de reg. to. 1. q. 35. ar. 1. Extenditur etiam ad alios caſus ſimiles, in quibus ſcilicet inuenitur ratio boni communis; & non ſola vnius particularis monialis, vt morbus gallicus, S. Lazari, S. Antonij; timor imminentis belli geſti ab hæreticis, aut infidelibus: electio in Abatiſſam alterius Monaſterij eiuſdem Ordinis, & habitus, vel vt ſit Magiſtra Nouitiarum, aut Cuſtos portæ, vel Rotæ alterius Monaſterij eiuſdem ordinis; vel ad fundandum nouum Monaſterium eiuſdem ord. Vel quando auctoritate Prælati totum Monaſterium aliò transfertur Sanchez pluribus cit. d. c. 15. à num. 37. ad. 53. Cum autem viget neceſſitas egreſſus, nec haberi poteſt copia Superioris, poſſunt Moniales ſine licentia egredi; modò omnes ſimul, & ſtatim in honeſtam aliquam domum ſe recipiant. Collect. Priuil. tit. Clauſura mon. vers. ſecundus caſus. Roder. vbi ſupra q. 40. ar. 2. in fi.

32 EXTR. QVANTA ECCLESIA DEI Pij V. 1568. Suſpenduntur Epiſcopi, & alij beneficiorum Collectores, ad quos pertinet beneficiorum reſignationes admittere ſi id faciant extra caſus ibi deſignatos, de quibus ſupra ver. Epiſcopus num. 9. Et ſi poſt dictam ſuſpenſionem contractam exercere attentauerint actus, à quibus ſunt ſuſpenſi, excommunicationem incurrunt Sum. Pont. reſeruatam. V. Quarant. ver. Benef. reſeru.

33 EXTR. AB IPSO PONTIFICATVS NOSTRI Greg. XVIII. 1574. Excommunicatur omnes, & quicum: aliquid dantes, aut recipientes pro obtinenda gratia, vel iuſtitia apud Sedem Apoſtolicam; & extenditur etiam ad dantes auxilium, vel fauorem, & ad mediatores. Hanc fusè interpretantur Nau. de dat. & promis. &c. Virginius de Bocatijs in trac. de pact. p. 1. & 2. Farin in ſua praxi crimin. q. 111. ar. 13. Eiſdẽ poenis ligari voluit vtentes ſcienter huiuſmodi expeditionibus; quas nullas, nulliuſque roboris, vel momenti eſſe declarauit. Recipientes verò abſolui non poſſe à delegato Pontificis, niſi prius in pauperes erogauerint ſic acceptum, aut quantum alius dediſſet, & ille recipiſſet.

34 EX DECRETO CLEM. VIII. Excommunicãtur ingredientes ſepta monialium ſine licentia, & qui licentia data abutuntur. Non dicitur autem abuti, qui ex ſola curioſitate Officinas, & loca Monaſterij viſitat Roder. de regul. to. 1. q. 47. ar. 11. Graff. de cas. ſeſer. lib. c. 5. num. 29, Nunc quoad Religioſos reſeruata eſt tantum, vbi ingreſſus eſt ad malum finem Cong. Card. ſuper. regul.

35 EX-

35 EXTRA V. ILLIVS VICES Clem: VIII. 1593. Concedentis in Terris Suis locum ad duellum, & patrini, certantes, &c. De quo lib. 7. er duellum.

36 Ex Decreto eiuſdem 19. Iulij 1602 Docens in priuatis, publiciſq; lectionibus, Concionibus, & Congreſſibus licere per literas, ſeu internuncium Confeſſario abſenti peccata ſacramentaliter confiteri, & ab eodem abſente abſolutionem obtinere: aut eandem propoſitionem tamquam aliquo caſu probabilem defendens, imprimens, aut ad praxim quouis modo deducens, excommunicatus eſt. Hoc Decretum habetur apud Quarant. ver. Confeſſio Sacramentalis.

37 CONC. Trid. ſeſſ. 22. c. 11. de refor. Præſumens occupare per ſe, vel per alios vi, vel timore incuſſo etiam per interpoſitas perſonas Clericorum, aut laicorum, cuiuſuis eccleſiæ ſæcularis, vel regularis beneficij, Montium pietatis, aliorumq. piorum locorum Iuriſdictiones, cenſus, bona, ac iura etiam feudalia, & emphyteotica, fructus, emolumenta, ſeu quaſcumq; obuentiones, quæ ad miniſtrorum, & pauperum neceſſitates ſubleuandas conuerti debent. Impedientes etiam, ne ab ijs, ad quos iure pertinent, percipiantur. Quòd ſi Eccleſiæ patronus fuerit, etiam ipſo Iurepatronatus eo ipſo priuatus eſt. Nec abſolui poſſunt ſupradicti, & premiſſa reſtitutione, & ſatisfactionè, niſi Rom. Pont. Extenditur hæc excom. ad quoſcumque tam Clericos, quam laicos quacumque Dignitate etiam Imperiali fungentes.

Non ſunt poſitæ omnes Excommunicationes Papales: ſed illæ tantum, quæ ſæpius in foro pœnitentiæ occurrunt.

EXCOMMVNICATIONES

NON RESERVATÆ.

V. Suſpenſio ipſo iure, & ver, Papa num. 5.

1 CAP Non magnopere, & cap. Super ſpeculam Ne Cler. vel mon. Excommunicantur Religioſi expreſsè, aut tacitè profeſſi, qui monaſterium egreſſi, vt leges, & medicinam audiant, intra duos menſes non reuertuntur. Intellige ſi ea intentione exeant, vt nere audiant Silu. exc. 9. nu 14. Non incurrunt verò hanc cenſuram, qui in Clauſtro audiunt, vel legunt Pan in d c. Super ſpeculam nu. 13. citato Innoc. vbi num. 14. quod nec incidit ſi eat ad principium amici incipientis legere leges, vel phyſicam cauſa honorandi amicum; Nec qui extra audiunt, tamen habitant in clauſtro; requiritur enim, vt notant Cai. ver. exc. c. 50. Nau. c. 27. num. 116. vt exeant Clauſtrum, vt extra eum habitent Sayr. lib. 3. c. 2. Nec etiam qui ſtudent legibus, in quantum conducunt, vel conducere poſſunt ad intelligentiã canonũ Henr. Bioch. in d. c. Super ſpeculã nu 6. Extenditur ad Archiadiaconos, Diaocnos, Plebanos, Præpoſitos, Cantores, & alios Clericos perſonatus habentes, & præsbyteros niſi intra duos menſens deſtiterint. d. c. Super ſpeculã & ad Cappellanos perpetuos. glo. in c ſtatuiũ, ver. Capellas eo. Secus de alijs clericis ſæcularibus, licent ſint Diaconi, ſi non habent Dignitatem vel Perſonatum, quamuis obtineant alia beneficia Sayr. lib. 3. c. 32. num. 9. Nau. d. num. 116. vers. 2. Fertur Clericos Romæ ſtudentes non incidere ex priuilegio Leonis X. Prædicti omnes non incidunt docentes, ſic ex textu notant Cai. Sayr. & Nau.

2 CAP. Clericis, eo tit. Clericus habés officium Vicecomitis, aut præpoſiti ſæcularis, ſi tertiò monitus non dimiſerit. Ligat:

ſolos.

ſolos Sacerdotes, vt ex textu rectè notant Cai. c. 76. & Sayr. vbi ſupra num. 6.

3 CAP. NON MINVS. ET C. AD. VERSVS de immun. Eccl. Excommunicantur Poteſtates, Rectores, Conſules, imponentes tributa perſonalia, aut realia Eccleſiæ, vel Eccleſiaſticis, ſi moniti non deſiſtunt. Excommunicantur etiam ſucceſſores prædictorum Officialium, niſi infra menſem exceſſum prædeceſſorum ſuorum purgauerint, & ſatisfecerit. Si onera ſint merè realia, Nau. c. 27. num. 115. vult non incurri, ſed tantum ſi ſint perſonalia, aut mixta idem vult Sayr. vbi ſupra c. 34. num. 3. fi. De hoc plenè per Pan. in d. c. Non minus

4 CAP. NOVERIT De ſent. exc. Excōmunicantur facientes ſeruari ſtatuta, & conſuetudines contra libertatem Eccleſiaſticam. Et qui dicta ſtatuta non fecerint deleri de libris infra duos menſes poſt ſcientiam. Et ſtatutarij, ipſorumq; ſcriptores, & Poteſtates locorum, vbi dicta ſtatuta, & conſuetudines æditæ fuerint, & obſeruatæ, præſumentes ſecundum ipſa iudicare; & ſic iudicata in formam publicam redigentes. Libertas Eccleſiaſtica illa eſt, quam habet Eccleſia vniuerſalis, quatenus eſt talis in temporalibus, vel ſpiritualibus: ſecus ſi contra hanc, vel illam Eccleſiam particularem; aut ſi contra humanam ſocietatem Nau. c. 27. num. 119. Poteſtates, Conſules. Gubernatores, Conſiliarij incidunt, ſi non impediant eorum obſeruantiam, ibidem vers. V. Eccl. immunitas num. 2. Tolet. lib. 1. c. 39. Suar. de cenſur. diſp. 21. num. 32.

5 Poteſt Vniuerſitas condere ſtatutum ſibi fauorabile, & diſpenſare quod Clerici non gaudeant eius beneficio, nec ideo ſtatutum erit contra libertatem Eccleſiaſticā. Iaſ. in l. De quibus ff. de ligib. V. ſupra Clericus num. 12.

6 Extrahens violenter aliquem ab Eccleſia, vel porticibus, aut Clericorum domo Eccleſiæ contigua, non eſt ipſo facto excommunicatus, ſed excommunicandus c. Si quis Cler. 4. 17. q. 4. Roder. in ſum. p. 1. c. 55. num. 2. Suar. de relig to. 1. tract. 2. lib. 3. c. 13. Azor. p. 2. lib. 9 c. 9. q. 11. Nunc tamen per Bullam Greg. XIV ſunt ipſo facto excommunicati. V. Eccleſiæ immunitas num. 8.

7 CAP. VNIC. De his, quæ vi, in 6. Obtinens per vim, & metum abſolutionē ab excommunicatione eſt excomunicatus. Id verò intelligit glo. de ipſo excommunicato per ſe vim inferente: ſi enim alius uim inferat, non incidit, niſi mandaſſet. V. ſupra. ver. abſol. ab excom. num. 30.

8 CAP. QVAMQVAM. De cenſib. in 6 Excommunicatur qui per ſe, vel alios, ſuo, vel alieno nomine exigunt ab Eccleſijs, vel Eccleſiaſticis perſonis portoriū, ſiue pedagium, & ducatum pro perſonis, & rebus ſuis, quas non deferunt cauſa negotiationis. Non eſt autem negotiari res ſuas vendere. Nec emere, vt deinde vendat mutata in aliam formam Nau. c. 27. num. 118. Eximuntur à portorijs, &c. etiam res patrimoniales Clericorum. glo. in d. c. Quamquam ver. ipſorū V. ver. Clericus num. 23. In his verò quæ defert Clericus cauſa negotiationis ſtatim amittit priuilegium exemptionis, etiam ante trinam monitionem Anchar. in d c. Quamquam num. 2 Gemin. num. 7. Farinac. num. 5. Alter. lib. 5. diſp. 19. c. 6. dub. 2. Pedagium dicitur, quod ſoluitur pro rebus, quæ transferuntur de loco ad locum. Guidagium verò, quod pro ſalariandis hominibus, qui ſecurè conducunt tranſeuntes: glo. cit.

9 CAP. 2. Ne Cle. vel. Mon. in 6. Religioſus tacitè, vel expreſſè profeſſus regulam approbatam temerè habitum ſui ordinis relinquens. Non incidit ſi ex iuſta cauſa glo. in c. ſi quis ex Clericis, de vit. & hon. cler. aut alio non aſſumpto, aut aſſumpto ſolum ad breue tempus, aut ita vt iudicio boni viri dici non debeat habitum reliquiſſe: Secus ſi occultet Nau. c. 27. num. 231. contra Pan. in c. Deus, qui de vit. & hon. Cler. Sed contra Nau. eſt Sanchez in ſum lib. 6. c. 8. à num. 54. vbi alios cit. docet dimittentem, aut occultantem ad breue tempus non incidere, etiam ſi id fiat gratia fornicandi, aut eundi ad lupanar;

aut ne

cui ne deprӕhenſus in ſcelere cognoſcatur: nec vbi ita occultaret, quin religioſus cognoſceretur, ſaltem à familiaribus. Idem vbi ſupra num. 63. Cai. ver. excom. c. 61. Nec qui dimittit tranſeundo ad aliam Religionem: ſecus ſi dimittat, vt alterius habitum aſſumat ſine tranſitu Cai. ibidem Sanchez num. 63. cit. ad 71. V. Suar. de cenſur. diſp. 23. ſect. 4. à num. 16.

10 CAP. eod. Religioſus profeſſus accedens ad quӕuis ſtudia litterarum ſine licentia obtenta ſui Superioris, & maioris partis conuentus. Incidit qui accidit ad ſtudia etiam aliàs permiſſa, vt Canonum, & Theologiӕ Anchar. in d. c. 2. num. 1. Silu. exc. 9. caſu 25. num. 55. Cai. ver. Exc. num. 6. Nau. c. 27. num. 163. Non verò qui ad alium eiuſdem ord. conuentum accedit, vbi ſunt ſtudia, Cai. ibidem Nec qui accedit ad ſtudia eiuſdem loci, in quo commoratur, & manet extra clauſtrum Sayr. de cenſur lib 3. c. 33. num. 20. In his enim duobus caſibus ſufficit licentia ſolius immediati ſuperioris. Si tamen dare huiuſmodi licentiam iuxta religionis conſtitutiones ſit ſolius Generalis, aut Prouincialis, Suar. de cenſur. diſp, 23. ſect. 4. num. 37. putat, non incidere, qui accedit ad ſtudia de licentia immediati ſuperioris, & Conuentus. At Sanchez lib. 6. ſum. c. 8. num. 79. contrarium probat, niſi bona fides excuſet.

11 CAP. eod. Doctores ſcienter docentes leges, aut medicinam Religioſos, qui habitum reliquerunt; aut arroganter eos in ſcholis detinentes. Si doceant non relicto habitu, non incidunt in hanc, ſed in aliam, quia ſcilicet participant in crimine, ſi ſecundò admittant Tolet. lib. 1. c. 39. num. 15. vers. Circa tertium. glo. inc. 2. cit. V. Sanchez vbi ſupra à num. 84.

12 CAP. VT PERICVLOSA eo. tit. & lib. Religioſus habitu perſonatorũ induẽs ad malum finem eſt excommunicatus. Vide Sayr. de cenſur. lib. 3 c. 33. exc. 3. Ang exc. 7. caſu 27. vbi addition. litera C. Suar. de cenſur. diſp. 23. ſect. 4.

13 CAP. FIN. DE IMM. Eccl. in 6. Excommunicantur Domini temporales, qui ſubditis ſuis prohibent vendere clericis, aut ab ipſis emere; nec ipſis molant, aut panes coquant, aut alia obſequia exhibere prӕſumant. Non ligantur, qui non ſubditis prohibent. Si ſtatutum fiat, aut prӕceptum, ne quis donare, vendere, aut alienare poſſit rem immobilem alicui, non ſubdito, aut non ſubeunti onera Communitatis, irritando hominidonationes, &c. non ligantur ſtatuentes hac cenſura, cum in huiuſmodi ſtatutis non fiat mentio de Eccleſijs, aut Eccleſiaſticis perſonis, nec cenſeantur excludi perſonӕ eccleſiaſticӕ, aut eccleſiӕ, quominus illis donari aut vendi poſſit, ſed extendatur huiuſmodi ſtatutum ad laicos alienӕ iuriſdictionis. Poteſt autem eccleſiaſticus Iudex compellere illos, ad quos pertinet, vt declarent ſtatutum non habere locum quoad eccleſiam, & Eccleſiaſticas perſonas Ang. exc. 7. caſu 26. Silu. exc. 9. nu. 50. Suar. de cenſur. diſp. 21. ſect. 2. nu. 93. & alij relati à Sayr. de cenſur. lib. 3. c. 34 nu 16. & ſeq.

14 CAP. VT INQVISITIONIS. De Hӕret. in 6. Excommunicantur Domini temporales, Rectores locorum non obedientes Epiſcopis, & Inquiſitoribus, cum ab eis fuerint requiſiti officium Inquiſitionis: aut illis reſiſtentes: aut de crimine hӕreſis cognoſcentes: & qui in prӕdictis dederit auxiliũ, & fauorem V. Sayr. lib. 3 c. 34. nu 18.

15 C. Indemnitatibus patag Poſtremo de elect. in 6. Vocati ad dirigendas moniales in electionibus, & ponentes, vel nutrientes diſcordias inter ipſas. Extenditur etiam ad mulieres. glo. ibi ver. 11

16 Cap. Mulieres, de iudic. in 6. Iudex fingens caſum, quo mulierem domi conueniat, eſt excommunicatus.

17 Cap. Quoniam, de immun. Eccl. in 6. Impedientes ſuper cauſis, quӕ ad forum eccleſiaſticum de iure, vel conſuetudine pertinent, literas à ſede Apoſt, impetrari, vel ſuper ipſis coram Ordinarijs, vel Delegatis Eccleſiaſticis litigari. Nec abſolui poſſunt, niſi Iudici impedito, & parti, quӕ turbata fuerit in perſecutione ſui iuris, de iniuria, damnis, expenſis, & intereſſe prius fuerit ſatisfactum.

18 Cap. Pro humani, de homic. in 6.

 Occi-

Occidens, vel mandans occidi Chriſtianum per aſſaſſinos, quamuis non ſequatur effectus. Et receptans, defendens, vel occultans huiuſmodi aſſaſſinos. Per aſſaſſinos intellige non ſolum infideles, ſed etiam Chriſtianos, qui pro pecunia Chriſtianum occidunt Barbos ad d. c. Pro humani num. 24. Sayr. de cenſur. lib. 3. c. 34. num. 21. Gratian. diſcep. for c.598. num.7. vbi alios refert. V. Silu. & Ang. ver. Aſſaſſinus Suar. de cenſur. diſp. 23. ſect. 4. num. 46.

19 CLEM. I. de ſepult. Scienter præſumentes ſepelire in Cœmeterio tempore interdicti, præter clericos illum ſeruantes, & alios priuilegiatos. Item ſepelire publicè excommunicatos, aut nominatim interdictos, aut Vſurarios. Dicitur autem vſurarius manifeſtus, qui palam, & notoriè ad vſuram mutuat: aut res ſuas ob dilatam ſolutionem carius iuſto pretio rigido manifeſtè vendit Nau. c. 27. num. 280. V. Pan. vol. 2. conſ. 2. Sepeliens nominatim interdictum, vel non interdictum tempore interdicti in caſu à iure non permiſſo, intelligitur, ſi cum diuino officio eſt ſepultus. Incidunt verò etiam aperientes ſepulturam, vel fabricantes, vel fodientes terram; vel ponentes in ſepulchro, vel portantes crucem, vel cereos, vel funus; vel aſſociantes honoris cauſa, vel propter amicitiam. Item Clerici facientes diuinum officium; vel non prohibentes, cum poſſunt. Anchar. in d. Clem. I num. 10. De quo vide Sayr. lib. 3 c. 35. nu. 12. & ſeq. Suar. diſp. 13. ſect. 4. Et qui expleto officio circa ſepulturam deponunt funus in loco ſecreto. quæ omnia intelligenda eſſe etiam de publico Vſurario docent S. Ant. p. 3. tit. 24. c. 33. Silu. exc. 9. exc. 35. Sed Alter. lib. 1. diſp. 14. c. 3. to. 1. cenſet non eſſe excommunicatos, qui lauant corpus excommunicati, qui illud veſtibus induunt, qui funus perſequuntur, qui crucem, cereoſq; ferunt, qui pulſant campanas, & ſimiles operas præſtant. Vſurarius, ſi oſtenderit ſigna contritionis, & poſt mortem præſtatio cautionis, non incidunt prædicti S. Ant. vbi ſupra Silu. q. 13. Et interdictus, ſi pœnituerit, poteſt in ſacro ſepeliri, c. Is cui, de ſent. exc. in 6. Dicitur autem in caſibus à iure permiſſis propter Clericos ſeruantes interdictum, quibus, eo tempore conceditur ſepultura cum ſilentio, abſq; campanarum pulſatione, & propter priuilegiatos Silu. q. 8. Cæmeterium intelligit Anchar. vbi ſupra nu. 4. alios referens, benedictū ab Epiſcopo aliàs non prohiberi ſicut per cæmeterium hic non intelligitur locus contiguus, & annexus, ac extenſus pro ſepultura ſine conſenſu Epiſcopi. V. Silu. vbi ſupra q. 3. Sepulti extra ſacrum tempore interdicti, eo relaxato in locum ſacrum transferendi ſunt, ſi in morte pœnituerint, & culpabiles non fuerint. Quare tempore localis interdicti, qui cum ſignis pœnitentiæ defuncti ſunt, ab alijs ſeparati ſepeliendi ſunt. hi enim ſoli ad locum ſacrum transferendi Sayr. pluribus cit. de cenſur. lib. 5. c. 8. num. 21.

20 CLEM. I. De conſang. & aff. Scienter contrahens cum conſanginea, vel affine in gradu prohibito, aut cum monialibus: Item religioſus, monialis, aut in ſacris conſtitutus contrahens; & inter eos matrimonium ſcienter celebrantes. c. Si quis ſacro 27. q. 1. Requiritur dolus; quare excuſat ignorantia etiam craſſa, & timor iuſtus Nau. c. 27. nu. 141. Religioſum intellige profeſſum regulam approbatam Silu. exc. 9. nu. 76 Non ligantur tamen contrahentes ſponſalia licèt prohibito matrimonio prohibeantur etiam ſpoſalia per c. Cum quid prohibetur, & c. Cum quid vna via de reg iur. in 6. quia hæc Clem. eſt pœnalis, & eius verba hoc nō important. glo ibi, ver. cōtrahere, & ib. Barbos. num. 21. & ſeq. & alij plures ab eo citati.

21 CLEM. I. De Vſur. Officiales Communitatum facientes. Item ſcribentes, vel dictantes ſtatuta ſuper vſuris ſoluendis, non repetendis, aut non reſtituendis: vel ſecundum illa iudicantes: vel non delentes ea, ſi poſſunt, intra tres menſes de libris: vel illa obſeruantes. Non incurrunt ſtatuentes, vt nullus accipiat pro vſura, niſi tantū quid pro viginti in menſem Nau. c. 27. num. 143.

22 CLEM. CVPIENTES. De pænis. Suſpenſus ab officio prædicationis eſt ipſo facto excommunicatus, ſi prædicet ſecundum.

dum Anchar.ibi Quia tamen hæc Clem. loquitur tantum de religioſis, qui ſuſpenſi ſunt, quia ſcienter poſtpoſuerunt ſuis Confitentibus conſcientiam facere de ſoluendis decimis, aut in ſuis ſermonibus, aut alibi audientes à ſolutione decimarum retrahere præſumunt, & poſt dictam ſuſpenſionē prædicare præſumpſerint, negligentia non purgata. idcircò verius docet Sayr. de cenſur. lib. 3. c. 33. nu. 41. ad alia perſonarum, vel actionū genera nō extendi cum pœnæ ſint reſtringendæ. Ea verò excommunicatio nō durat, purgata negligentia, ideſt poſtquam conſcientiā fecerint habita cōmoditate: ſic etiā docent Nau. c. 27. nu. 45. Roder. de regul. to. 2. q. 44. ar. 8. addens per multa priuilegia iam ſublatam eſſe pœnam d. Clem. Niſi religioſi requiſiti fuerint à Parochis, in his tantum feſtiuitatibus, de quibus in d. Clem. non in alijs.

23 EXTRAV. VT PRÆLATORVM, & ſeq. De mai. & obed. inter com. Epiſcopus ad Curiam accedens, & ab ea recedens nō viſitato Sum. Pontifice, & ab eo diſcedendi licentia non obtenta. Et illum ſcienter receptans, & ante receptionem non manifeſtans Sum. Pont. illius ad Vrbem aduentum quando latenter, præſertim habitu transformato ad ad Curiam accedit.

24 CONC. TRID. Seſſ. 24. c. 6. De refor. matr. Excommunicantur raptores mulierum, eis conſilium, aut fauorem dantes. V. ver. matrim. vers. Crimen.

25 TRID. VBI SVPRA c. 9. Cogentes quouis modo directè, ſiue indirectè ſubditos minus liberè matrimonium contrahere. Non compræhenduntur perſonæ priuatæ, ſed tantum Domini temporales, & Magiſtratus Greg. XIII. ex Cong. ſententia, & conſtat ex verbis Concilij. Roder. in ſum. p. 1. c. 230. nu. 7. Molin de iuſt. trac. 2. diſp. 176. Nec compræhenduntur Imperator, aut Reges, aut parentes Sanchez de matr. lib. 4. diſp. 22. num. 10.

26 TRID. Seſſ. 25. De Regul. c. 5. Ingredientes ſepta monaſterij monialium cuiuſcumq; generis, conditionis, ſexus, vel ætatis fuerint ſine Epiſcopi, vel Superioris licentia in ſcripis obtenta. Non incidunt infantes ante vſum rationis; nec eos introducentes Nau. de regul. com. 4. num. 59. Sorb. ver. Ingredi monaſteria, vers. Aduertendum Azor. p. 1. lib. 13. c. 8. q. 5. Sanchez in ſum. lib. 6. c. 16. num 5. Nec Imperator, Imperatrix, Reges, Reginæ, eorumq; filij, & filiæ Sanchez num. 3. Nec fœminæ comitantes, ſi paucæ ſint, ſeniores, & bonæ famæ. Idem num 6. Qui etiam ingredi poſſunt monaſteria virorum. Idem c. 17. num. 5. Nec monialis eiuſdem Ordinis, & habitus in duobus caſibus. Primus quando iter agit, & illuc gratia hoſpitij accedit. Secundus quando eſt in aliqua peculiari domo ad ſanitatem recuperandam, vultq; vel animi gratia, vel vt Moniales viſitet, ingredi aliud ſui ordinis, & habitus monaſterium ibi exiſtens. Adde tertium quando iter agens, nec habet illic monaſterium ſui Ordinis, vel ſi habet, ibi non recipitur, Nec domum habet, in qua commodè hoſpitari poſſit: tunc enim in monaſterium diuerſi ordinis, & habitus ingredi poteſt de licentia Superioris illius monaſterij Sanch. vbi ſupra nu. 10. Nec incidit malefactor, qui inſequentibus miniſtris iuſtitiæ, inueniendo portas monaſterij apertas ingreditur Sanchez num. 59. Nec Medici, Barbitonſores, Confeſſarij Sacramenta miniſtraturi, quando repentina eorum neceſſitas occurrit; eſtq; periculum in mora, ſi Superiorum licentia in ſcriptis expectetur. Idem nu. 59. Nau. vbi ſupra nu. 60. Roder. de regul. to. 1. q. 46. ar. 1. in fi. Azor. vbi ſupra q. 8. Dare autem hanc licentiam poteſt Epiſcopus, vel Superior in caſibus neceſſarijs. Trid. vbi ſupra Epiſcopus quidem in monaſterij ſibi ſubiectis ordinario iure. In ijs quæ Sedi Apoſtolicæ immediatè ſubiecta ſunt, iure delegato. In monaſterijs verò regularibus ſubiectis, ſpectat ad Superiorem Conuentus, cui illæ moniales ſubiectæ ſunt: niſi è Superiore aut conſtitutione ablata ſit illi facultas. Sic Sanchez alijs cit. c. 16. cit. num. 13. & 15. Dare etiam poteſt Vicarius generalis, niſi ab Epiſcopo ablata illi ſit facultas. Et Capitulum Sede vacante Idem num. 14. Et qui poteſt dare licentiam

ingredi, poteſt ipſe ingredi, vt alijs relatis docet idem Sanchez num. 25. Qui autem ſint neceſſarij caſus concedi hanc licentiam, fusè explicat idem c. 16. cit. tota q. 3. Nunc reſeruata eſt hæc cenſura Summo Pontifici per Extrau. Clem. VIII. de qua ſupra. Ex c. Refer. num. 34. & reſeruauerat etiam Greg. XIII. in Bulla incip. Vbi gratiæ 1575.

27 TRIDENT. SESS. 25. c 18. de Regul. Sine iuxta cauſa impedientes velum accipere, aut profiteri: Aut cogentes ingredi Monaſterium, aut profiteri: quique auxilium, conſilium, vel fauorem dederint: quique ſcientes non ſponte ingredi, aut profiteri, quoquo modo eidem actui præſentiam conſenſum, vel auctoritatem interpoſuerint. Nau. de reg. cons. 6. & ſeq. intelligit de cogente ad ingreſſum, etiam ſine animo, vt habitum ſuſcipiat per illa verba Ad ingrediendum, vel ſuſcipiendum habitum. Sed verius docet Suar. de relig. to. 3. lib. 5. c. 9. num. 2. incurrere tantum cogentes ad eum finem, vt habitum ſuſcipiat, vel profiteatur. V. Sanch. in ſum lib. 4. c. 4. Sayr. Cla. Reg. lib. 11. c. 1. num. 27. Vbi quod non incidunt parentes ſuaſionibus & precibus impedientes, ne filia ingrediatur, &c.

28 EXTRAV. PASTORALIS PII V. Regulares ſubornantes in electionibus pro ſe, vel pro alijs cum reſeruatione abſolutionis. Sed per Greg. XIII abſoluunt Superiores. V. ſupra Simonia. num. 21.

29 EXTRAV. OMNI STVDIO. Greg. XIII. Depingentes, inficientes. minio notantes, aut notari facientes Agnus Dei benedictos: aut illos venales proponentes. Hac conſtitutione directè prohibita videtur Agnorum depictio, eorumque ſic depictorum venditio, quæ occaſione picturæ fieri ſolebat Nam Agnus albi vendi conſueuerunt, non vt ſacri, ſed ratione materiæ, vel potius laboris Suar. de relig. tract. 3 lib. 4. c. 14. num. 10. & 16.

30 EXTRAV. SED. APOST. Greg. XIV. moderatoria Bullæ Sixti V. de abortu: Excommunicatur procurantes abortum ſiue per ſe, ſiue per alium, Item opem ferentes, conſilium, fauorem, potionem, vel alia cuiuſcumq; generis medicamenta ſcienter dantes: ac etiam ſcribentes literas priuatas, vel apochas: vel alijs verbis, aut ſignis iuuerint, vel conſuluerint; ſi tamen fœtus ſit animatus, & ſequatur effectus. Et eſt reſeruata Epiſcopo. Abſoluunt autem Confeſſarij ad id ſpecialiter deputati ab Ordinario V. Quarant. ver. Aborr. Sayr. de cens. lib. 3. c. vlt. exc. 16. & infra ver. Irregul. ex defor. illicita num. 2. & ver. Homic. num. 9 Incidit etiam Maritus, qui non contradicit Vxori dicenti ſe potionem ſumere velle ad abortum. Roder. in Bull. cruc. parag 9. num. 64.

31 Libellos infamatorios ſcribentes, aut recipientes contra inſtituta SS. Franciſci, & Dominici, ſunt excommunicati. Bulla Ex alto relata à S. Ant. p. 3. tit. 24. c. 70. Tolet. lib. 1. c. 64. Salon. 2. 2. q. 72. ar. 2. Sayr. Cla. reg. lib. 12. c. 4. num. 10. & de cenſur. lib. 1. c. 9. num. 16.

SVSPENSIO

V. Beneficium. Epiſcopus. Interdictum. Simonia.

1 EST prohibitio vſus officij, vel poteſtatis alicuius. vel Eſt cenſura Eccleſiaſtica, qua alicui perſonæ Eccleſiaſticæ prohibetur exercitium ſui officij vel beneficij Eccleſiaſtici in totum, vel in partem, ad tempus, vel in perpetuum à lege, ſiue à Iudice Nau in man. c. 27. num. 151.

2 Plures ſuſpenſionem ſpecies vide apud glo. in Clem. Cupientes de pœn.

3 Suſpenſio, & Interdictum poſſunt incurri ſine peccato mortali Cai. in ſum. ver. ſuſpenſio, quod intellige, quando imponuntur ab homine: nam ſi ſit à iure requiritur pecc. mort. Sayr. lib. 4. c. 21. num. 9. & ſeq. Et quando imponitur ab homine propter veniale, debet eſſe leuis ſuſpenſio, ſicut, & culpa Tolet. lib. 1. c. 45.

4 Com-

4 Communiter poteſt ſuſpendere, qui excommunicare Silu. ver. Suſpenſio q. 2. Nau. vbi ſupra num. 159. Suar alios referens c. 1. num. 5. Suſpendi tamen non poteſt niſi perſona Eccleſiaſtica, vt ex definitione patet.

5 Suſpenſus ab officio, non ideò à beneficio glo. cit. Nau. de homic. conſ. 41. Tolet. lib. 1. c. 42. num. 5. Sanchez de matr. lib. 3. diſp. 51. num. 12. Alter. to. 2. de ſuſp. diſp. 4. c. 3. & diſp. 11. c. 5. q. 14. Nomine enim officij non comprehenditur Beneficium, nec è contra. Et in iure aliquando fit mentio de ſuſpenſione ab officio, aliquando à beneficio, aliquando ab vtroq; ſunt enim tres ſpecies diſtinctæ, nec vna alteram includit Hugol. de cenſur. tab. 4. c. 6. parag. 3. Sayr. alios referens lib. 4. c. 5. num. 16. contra Couar. & alios, quos citat. de ſponſal, p. 2. c. 6. in prin. num. 14. & Anchar. qui in Clem. 1. de reb. Eccl. non al. docet glo. cit. verum dicere in ſuſpenſione iuris, non autem in ſuſpenſione hominis. Si ſuſpenſio eſſet tam diuturna, vt tacitè, vel expreſſè haberet vim priuationis, putat Nau. vbi ſupra num. 16. ab vtroque ſuſpenſum eſſe. ſed minus verè: quantumq; enim diuturna ſemper tamen eſt ſuſpenſio, non priuatio Sayr. vbi ſupa num. 17. Differunt enim. Nam ſuſpenſus non amittit titulum, aut ſuſpenſionem ſui beneficij: priuatus autem ſic Pan. in c. Cum Vitonen. de elect. num. 10. Sanchez de matr. lib. 3. diſp. 5 1. Glo. in c. fi. de reſcrip. ver. datur docentſuſpenſum ab officio eſſe ſuſpenſum, etiam à beneficio, cum ſit eius ſequola, vt ex textu patet ibi, & officium propter quod beneficium Eccleſiaſticum datur. Idem docet glo. in c. Cum quid, de reg. iur. in 6. V. Pan. in Clem. Cupientes de poen. & ibi glo. ver. ſub. poena circa fi. Item glo. in extrau. Execrabilis Io. XXII. de præben. ver. ſuſpendere

6 Suſpenſio à beneficio adminiſtrare poteſt fructus beneficij, nō tamen percipere Silu. vbi ſup. q 5. Niſi ad honeſtā ſuſtentationē, cū aliundè non habet Pan. vbi ſup. Suſpenſus verò ab officio, hoc ipſo quod diuinis officiis intereſſe nequit, ſuſpēſus eſt à diſtributionibus, quæ dantur intereſſentibus, ſecus de fructibus præbendæ Nau. vbi ſup. Si tamen aſſiſtat, quantumuis excōmunicatus, & ſuſpēſus licèt peccat aſſiſtēdo, lucratur diſtributiones P. Nau. de reſt. lib. 2. c. 2. num. 237. Sanchez de matr. lib. 3. diſp. 51. nu. 12. Alter. vbi ſupra. diſp. 11. c. 5. q. 4.

7 Suſpenſus ab officio, ſuſpenſus intelligitur ab omnibus officijs, quæ illi competūt, vel ratione ordinis, vel ratione Iuriſdictionis, vel ratione adminiſtrationis Eccleſiæ. Pan. in c Cū dilectus, de cōſuet. Silu. vbi ſup. q. 5 Sayr. c. 5. cir initio. Suar. de cenſur. tota diſp. 26. acta tamen tenent excepta abſolutione, quæ neceſſariò requirit iuriſdictionem in actu, qua priuatus eſt, quia eſt ſpecialiter deuuuciatus Suar. ibidem ſect. 2. nu. 2. Amplia, vt etiam huiuſmodi ſuſpenſus non habeat vocem in Capitulo, cum ſit vnum ex Eccleſiaſticis exercitijs, quæ prohibentur tali ſuſpenſo glo. in d. c. Cum dilectus, ver. à ſuſpenſo, vbi Pan. nu. 10. & Fel. n. in c. Apoſtolicæ de except. Limitat Sayr. vbi ſupra num. 12. Niſi vox illi competeret ratione beneficij: quia ſuſpenſus ab officio, non ideo à beneficio.

8 Suſpenſus à diuinis per menſem, ſi incipiat menſis Februarij biſeſtilis, poterit celebrare vltima die eius menſis glo. in c. Quæſiuit, ver. quaſi de verb. ſign. & in c. Si propter, de reſcrip. in 6. Silu. ver. ætas q. 6. Ang. ver. biſſext. & alij plures relati à Sanchez de matr. lib. 1. diſp. 24. num. 18. limitans niſi ſuſpenſio ſit per menſem Februarij, quia tūc illa dies accreſcens ſit verè dies Februarij V. Suar. vbi ſupra diſp. 29. ſect. 1. num. 8.

9 Suſpenſus ab vno, poteſt exercere aliud non annexum Nau. c. 27. num. 160. Quare ſuſpenſus ab ordine inferiore eſt etiam à ſuperiore, non è contra Argel. ſuſpenſio 3. num. 2. Silu. eo. q. 5. Intellige in his, in quibus habent connexionē; vt ſuſpenſus Sacerdotio, eſt etiam ab epiſcopatu, in ijs tamen actibus Epiſcopalibus quos extra Miſſæ Sacrificium efficere non poteſt: aliàs enim poteſt ordines conferre; &c. quia in his non habet ſubordinationē

cum.

cum Sacerdotio, & probabile dicit Suar. diſp. 26. ſect. 4. num. 7. & ſeq. licèt dicat cõtrarium eſſe tutius. Et ſuſpenſus ab adminiſtratione, non ideo ab ordine Pan. in c. Si quorundam de ſolut. num. 8. Ang. vbi ſupra num. 7. Silu. q. 5. Et ſuſpenſus ab ordine Pontificali, actus iuriſdictionis exercere poteſt; quia iuriſdictio diſtinguitur ab ordine Pontificali, nec ab eo pendet. glo. in c. Tranſmiſſam, ver. de talibus, & in c. Si celebrat, ver. iuriſdictionibus, de cler. exc Silu. vbi ſupra S. Th. ſuppl. 22. ar. 3. contra Pan. in d. c. ſi celebrat, & Ang. ver. Suſpenſio num. 2. Nomine autem Pontificalium intellige illa, quibus poteſt dici Pontifex, vt celebrare cum Mitra, & baculo; ordines conferre; Chriſmare; Virgines, & Eccleſias conſecrare, & huiuſmodi, glo. in extrau. 2. Io XII. de elect.

10 Suſpenſus ab ingreſſu Eccleſiæ poteſt extra eam celebrare Ang. vbi ſupra num. 4. Nau. c. 25. num. 75. Couar. in c. Alma p. 2. parag. 1. num. 3. Felin. in c. Sacro, de ſent. exc. num. 7. & in Eccleſia orare, dum diuina nõ dicuntur Nau. vbi ſupra Couar. vers. Poterit tamen. Non efficitur tamen irregularis, ſi audiat diuina non authorizando, ſed tantum cauſa deuotionis, glo. in Clem. 2, de priuil. ver. celebrari. V. infra Interdictum num. 13. & ver. Irreg. ex ord abuſu num. 9.

11 Suſpenſio poſita poſt legitimam appellationem nulla eſt Ang. vbi ſupra num. 10. Nau. c. 27 num. 159. Idem de interdicto Silu. vbi ſupra num. 3.

12 Suſpenſio ponitur, & tollitur quibuſuis verbis id ſignificantibus Ang. ſuſpenſio 4. num. 10. Nau. vbi ſupra num. 161.

13 Suſpenſio poſita vſque ad certum tempus, vel donec aliquid fiat, poſtea expirat. Pan. in c. Ex tuarum de ſortileg. num. 3. Nau. vbi ſupra vers. Sexto dico. In ſuſpenſione tamen donec ſatisfeceris, &c. opus eſt declaratione, quod ſit ſatisfactum, glo. in Clem. Religioſi, ver. donec, de decim. Sed ante indiget abſolutione, quã dare non poteſt Epiſcopus, licèt non ſit reſeruata; niſi cum lata eſt ob contumaciam; modo non pro delicto, à quo abſoluere non poteſt Epiſcopus Tolet. cum Pan. & glo. ibi cit. lib. 1. c. 47. num. 2. V. Suar. de cenſur. diſp. 29. ſect. 2. à num. 6

14 Communicare in diuinis cum ſuſpenſo ab eis, & denuntiato mortale eſt. Nau. vbi ſupra num. 163. num. 9.

15 Sententia Iudicis intẽdentis ſuſpendere ab omni beneficio extenditur vltra territorium c. Poſtulaſti de for. comp. vbi Pan. num 7. aſſerens de com. & in c. Paſtoralis parag. Verum, de appell. num. 21. contra glo. in d. c. Poſtulaſti. Sed Epiſcopus in cuius Diœceſi ſita ſunt alia beneficia, exequitur. c. Poſtulaſti cit. V. Iudiciũ num. 4

16 Suſpenſus ab officio prædicandi, peccat, ſi prædicet; non tamen fit irregularis Ang. ſuſp. 3. num. 3. Silu eo. q. 5. Sayr. de cenſur lib. 4. c. 16. num. 21. Roder. in ſum p. 2. c. 70. Nec audiendus eſt Nau. qui vbi ſupra num. 163. ver. 8. docet eſſe irregularem, ea ratione, quod ſit actus peculiariter Diaconatui deputatus.

17 Suſpenſio ſimpliciter lata, nec limitata à beneficio, vel officio, intelligitur maior ſuſpenſio, & tunc ab omnibus ſuſpendit Silu. q. 5. cit. circa fi. Henr. Boich. in c. Cum dilectus, de conſuet. per. c. Cum bonæ de æta. & qual.

18 In ſuſpenſione à Iudice ob crimen, vel contumaciam requiritur, vt prius de crimine conſtet, citata parte, & propter contumaciam prius moneatur, & ſententia ferri debet in ſcriptis inſerta cauſa. Say. de cenſur. lib. 4. cap. 2. num. 3. & ſeqq. In delicto tamen notorio, vel in crimine probato, non eſt opus admonitione Tolet. alijs cit. lib. 1. c. 45. num. 3

19 Habens Epiſcopalem auctoritatem poteſt abſoluere à ſuſpenſione non reſeruata; niſi eſſet pro peccato, à quo non poteſt abſoluere Silu. vbi ſupra q. 8. Ang. ſuſpenſio 4. num. 1. Nau. num. 162. Intellige de ſuſpenſione à iure. Nam ſi ſit ab homine ſolus conditor, aut Superior, aut ſucceſſor poteſt abſoluere. ibidem Nunc verò ex Conc. Trid. ſeſſ. 24. c. 6 de refor. poteſt Epiſcopus in ſuſpenſionibus omnibus ex delicto occulto diſpenſare niſi illud

delictum deductum ſit ad forum contentioſum. In quo tamen ſi reus ita ſe defendat, etiam per falſos teſtes, vt per ſententiam liberetur, & innocens declaretur, poteſt Epiſcopus diſpenſare. cenſetur enim tunc delictum occultum Sayr. lib. 4. c. 17. num. 23. & lib. 7. c. 7. num. 12. V. ver. Occultum.

SVSPENSI IPSO IVRE.

V. Benedictio. Clericus. Excō. reſer. Ordo. Pœnā. Simonia.

1 Clericus in ſacris notorius concubinarius, c. Nullus, & c. Placuit. diſt. 32 donec pœniteat c. Si qui ſunt Præsbyteri diſt. 81. Couar in Clem. Si furioſus de homic. p. parag. 1. num. 5. Et ſi interim miniſtret, fit irregularis Azor. p. 3. lib. 2. c. 6. not 2. & extenditur ad Clericos in minoribus Nau. c. 25. num. 7. per d. c. Si qui ſunt. Sed contrarium probabilius putat Alter. de ſuſpens. diſp. 15. c. 2. ver. Ad quartam difficultatem. Notorium intellige, vel quando delictum notum eſt in iudicio per confeſſionem, aut per ſententiam, aut per facti euidentiam, quæ ſine tergiuerſatione aliqua celari non poſſit. c. fi. de cohab. cler. & mul. Sunt qui putant hanc ſuſpenſionem iam non eſſe in vſu, vt B. Med. in ſum. lib. 1. c. 11. parag. 8. Sot. in 4. diſp. 1. q. 5. ar. 6. vers. In contrarium autem, & alij. Quare dicunt huiuſmodi concubinarium hodie eſſe tantum ſuſpendendum. Prior tamen ſētentia eſt iuri magis conſona, & probabilior, vt fuſè probat Alter. loco cit. V. Conc. Trid. ſeſſ. 25. c. 14. de refor. Suar. de cenſur. diſp. 31. ſect. 4. Hæc autem ſuſpenſio intelligitur ab officio, & beneficio, vt multis probat. Alter. ibidem.

2 Ordinatus in ſacris ante legitimam ætatem, aut ſine dimiſſorijs, aut extra tempora ſuſpenſus eſt ab executione ordinum Extrau. Pij II. Cum ex ſacrorum relata ad verbum a Sayro de cenſur. lib. 4. c. 24. num 13. Intelligit autem etiam ordinatū quatuor minor. Congreg. Conc. Sed Mandos in reg. 24. q. 1. num. 6. fuſè probat conſtitutione Pij II non intelligi de quatuor minoribus & idem docet Sayr. vbi ſupra num. 12. Non compræhenditur initiatus prima tonſura Suar. vbi ſupra ſect. 1. num 19. concedit Quarant. ver. Ordo, vers. 2. Limita poſt Conc. Trid. ſi ordinetur ſine dimiſſorijs, non autem in alijs caſibus. Et circa ordinatum ante ætatem eſt reſeruata Summo Pontifici quoad aſcenſum ad alios ordines, c. Conſultationi de temp. ord. Et adueniente ætate ſecundū aliqos ſu ceſſat ſuſpenſio, & ipſo facto reſtituitur. ſic glo. in c. Vel non eſt compos de temp. ord. & ibi Pan. glo. in Clem. Generalem. de æta & qual. ver. anno. Sorb. ver. Ordines ſacri parag. Item notandum ſecundò. At ſecundum alios, etiam adueniente ætate neceſſaria eſt abſolutio: ſic B. Med. vbi ſupra Couar. parag. 1. cit. num 4. Quarant. ver. Ordo. vers. colliguntur. Alter. diſp. 10. c. 1. vers. Ad rationem adductam. & alij quos refert Sayr. vbi ſupra aſſerens ſic in Curia practicari. Et hæc videtur verior: quia ea ſuſpenſio eſt ſimpliciter lata, & ſine limitatione temporis, vt rectè aduertunt Alter. & Sayr. cit. Fit autem irregularis, Ordine vtendo, niſi vtatur putans licere Nau. vbi ſupra, & in c. Acceptam de reſt. ſpol. oppos. 8. num. 32. Couar. vbi ſupra num. 4. Excuſat autem ignorantia; nam requiritur dolus per verbum, præſumpſerit Nau. c. 27. num. 155. intellige de ignorantia facti Suar. de cenſur. diſp. 31. ſect. 1. num. 26. Alter. vbi ſupra vers. ſi tractetur. Excuſat etiam bona fides Roder. in ſum. lib. 1. c 165. num. 3. & de Regul. to. 3 q. 26 art 14. At quia ordinatus eſt ſub fide parentum aſſerentium illum in ætate legitima, modò

modò non exerceat ante ætatem, ſi iterim ceſſet bona fides Nau. de temp. ord. cons. 8. Immò ſecundum Roder. ar. 14. cit. & in ſum lib. 2. c. 16. num. 1. & ſeq. Nec incurrit irregularitatem exercens ceſſante bona fide, licèt peccet mort. toties, quoties; quia hæc irregularitas contrahitur propter ſuſpenſionem, quam quis incurrit ſuſcipiendo ordines ante ætatem cum mala fide, quæ hic in ipſa ſuceptione defuit. Si delictum ſit occultum, diſpenſat Epiſcopus per Trid. ſeſſ. 24. c. Liceat Nau. c. 27. num. 241. Sayr. vbi ſupra num. 11. & lib. 7. c. 10. num. 36. Alter. vbi ſupra, vers. Quòd ſi agamus. Roder. c. 165. cit. num. 3. alio qui ſpectat ad Sum. Pont. Nau. c. 25. num. 70.

3 Ordinatus extra tempora non poteſt aſcendere ad ſuperiores ordines, ſine diſpenſatione Sum. Pont., & ſi ante diſpenſationem miniſtrauerit in ſuſcepto; cum ſit irregularis, abſolui non poteſt, niſi ab eodem Sum. Pont. Silu. ver. irregul. q. 10. Sayr. alios referens lib. 4. c. 14. num. 21. Vide Alter. vbi ſupra c. 2.

4 Ordinatus cum dimiſſorijs falſis, eſt ſuſpenſus, quia habetur, ac ſi abſq; dimiſſorijs. huiuſmodi autem ſunt, quæ furtim impetrantur à Cancellario Epiſcopi. Quarant. vbi ſupra vers. De pœna Epiſcopi.

5 Ordinatus ad ſacros ſine titulo c. Nominem, & c. Sanctorum diſt. 70. quod intelligit Nau. de conſt. cons. 1. q. 16. & de temp. ord. cons. 46. ſi doloſè fecit ſe ordinari, non autem ſi bona fide, putans id ſibi licere. Verum Cong. Conc. declarauit, ſic ordinatum non eſſe ſuſpenſum; ſed per Concilium innouatas tantum eſſe pœnas c. Cum ſecundum, & c. Epiſcopus, de præben. vt ſcilicet epiſcopus ſcienter ordinans non habentem titulum teneatur de ſuo alere, donec beneficium conferat V. Quarant. vbi ſupra, vers. Quia hæc conſtitutio, Sayr. c. 14. num. 16. Priorem; ſententiam vt veriorem amplectitur Alter. vbi ſupra c. 3. addens, Decretum Congreg. intelligendum eſſe, quando ſolus ordinans eſt in culpa, vt quis ordinetur ſine titulo, quia illum promouet, quem ſcit nullum habere titulũ. Ordinatus ad Subdiaconatum ſine titulo & abſolutus à ſuſpẽſione, quã ideo contraxit, non poteſt ad Superiores aſcendere ſine nouo titulo beneficij, aut patrimonij: alioqui in eandem ſuſpenſionẽ incurrit. Iura enim ſimpliciter prohibent, ne quis aliter promoueatur ad ſacros Trid. ſeſſ. 21. c. 2. Nec vnus Ordo tribuit ius ad ſuſcipiendum alium Ordinem, non ſeruatis de iure requiſitis Alter. de ſuſpens. diſp. 10. c. 3. in fine

6 Nuptias ſecundas benedicens non eſt ipſo iure ſuſpenſus, ſed venit ſuſpendendus, c. 1. de ſec. nup. vbi videtur Epiſcopus Capellanum ſuſpendere, & mittere ad Sed. Apoſt. Sic interpretantur Pan. ibidem. Couar. in 4. p. 2. c. 8. parag. 11. num. 2. & alij quos refert., & ſequitur Sayr. lib. 4. c. 15. num. 4. Sanchez de matr. lib. 7. diſp. 82. q. vlt. Obligationem tamen illam mittendi ad Sed. Ap. ſublatam eſſe per quandam extrau. Io. XXII. dictamq. pœnam arbitrariam eſſe docent Couar. Sayr. cit. & Alter. de ſusp. diſp. 11. c. 4. d. 1. & Ang. citato Io. And. ver. Nuptiæ, dicit pœnam ſuſpenſionis, & mittendi ad Sed. Ap. intelligi contra benedicentes nuptias, viuente altero coniuge. & Silu. ver. Nuptiæ, dicens, id ſtare non poſſe; aſſerit intelligendum eſſe, quando ſunt ſecundæ nuptiæ ex parte vtriuſque, vel ex parte mulieris tantum. Alter. tamen vbi ſupra aſſerens de com. docet abſolutè incurri ſuſpenſionem à benedicente ſecundas nuptias etiam diſſoluto primo matrimonio, V. ver. Benedictio num. 10.

7 Sacerdos etiam regularis, qui ſine legitima licentia matrimonio coniungit, aut aut benedicit ſponſos ſuſpenſus eſt, donec abſoluatur ab Ordinario parochi illorum Trid. ſeſſ. 24. c. 1. de reſor. matr. Nec autem ſuſpenſio, licèt videatur tantum ab officio; tutius tamen eſt, vt ſe credat etiam à beneficio ſuſpenſum Sayr. lib. 4. c. 15. num. 10. Contrarium tamen docet Alter diſp. 11. c. 5. q. 4. Excuſat autem ignorantia etiam craſſa, modò non ſit ſupina, per illa verba Concil. auſus fuerit. Alter. vbi ſupra vers. Hoc autem quòd dixi.

11. Non includitur verò non Parochus, qui licentiam dat aſſiſtendi: Nec Diaconus, aut Subdiaconus, ſecundum eumdem q. 2.

8 Ordinatus ſcienter à Simoniaco eſt ſuſpenſus, c. Si quis à Simoniacis, & ſeq. 1. q. 1. & c. Per tuas. 2. de ſimon. Intellige de ſimoniaco notorio, glo. in d. c. ſi quis; modò non commiſerit ſimoniam in ſua conſecratione. hic enim quamuis occultus, vitandus eſt quare non poteſt ſubditus ab eo ordinem recipere Alter. vbi ſupra dub. 2.

9 Ordinatus Simoniacè eſt ſuſpenſus ab Ordine Extr. 2. de ſimon. Pan. in c. De ſiminociacè eo. tit: Niſi ignorauerit ſimoniam Nau. c. 25. num. 68. & com. aut contradixerit, c. Scut, eo. requirit enim propria ſecundum Nau. cit. Nec ſufficit ratificare poſt factum, l cèt enim tunc peccet mort. non tamen incurrit ſuſpenſionem Sayr. alios referens lib. 4. c. 14. nu. 6. Non eſt autem ſuſpenſus à iuriſdictione, ſed tantum ab executione ordinum Silu. ver. ſuſpenſio q. 7. Poſtremo Sixtus V. in Bulla, quæ incipit Sanctum, & Salutare, non tantum ab ordinis ſuſcepti executione ſed etiam ab omni ſpe aſcendendi ad alios Superiores ordines perpetuò ſuſpendit. & ſi ita ſuſpenſus in eis miniſtrauerit, etiam ſi minores ſint, fit irregularis, nec diſpenſari poteſt à ſacra Pœnitentiaria, ſed à ſolo Papa, licèt crimen occultum ſit. Ordinans verò a quorumcumque ordinum, etiam tonſuræ, & executione omnium munerum Pontificalium eo ipſo ſuſpenſus eſt. & ab Eccleſiæ ingreſſu interdictus. Et, ſi ſpreta huiuſmodi ſuſpenſione, & interdicto, in prædictis ſe ingerat, etiam à regimine, & adminiſtratione ſuæ Eccleſiæ, & Monaſterij, & à perceptione fructuum menſæ eiuſdem, & aliorum beneficiorum obtentorum; nec abſolui, diſpenſariue poſſit niſi à Papa, etiam in occultis, & hanc Bullam quoad Simoniacè ordinantes, & ordinatus confirmauit Clem. VIII. in Bulla incip. Ad Rom. Pont. Notandum vero nec Epiſcopum vigore Concil. Trid, ſeſſ. 24. c. 6. Nec Prælatos regulares vigore quorumcumque priuilegiorum poſſe eſſi prædictis diſpenſare, Sayr. lib. 4. c. 17 in fi. Notandum Secundò non incidere in dictas pœnas niſi committentes Simoniam cum ipſo ordinante, quare non incidit, qui aliquid dat mediatori, ſi ipſe mediator non fuit, vt Simonia inter ip'os principales cōmitteretur. Si ratione impedimenti, non eſt recurſus ad Papam, poteſt Epiſcopus abſoluere Sanchez de matr. lib. 2. diſp. 40. num. 3. V. Suar. de relig. to. 1. lib. 4. c. 41. num. 9. Azor. p. 3. lib. 12. c. 20. q. 1.

10 Ordinatus ab hæretico, aut ſchiſmatico ſuſpenſus eſt c. Propter. parag. Verum, vers. Hæc de malis diſp. 32. cap. 1. & 2. de ſchiſm. glo. in d. c. ver. irritas. Item de excommunicato, interdicto, ſuſpenſo, degradato aſſerunt Ang. ver. Suſpenſio caſu 1. Silu. ver. Irregul. q. 7. Alter. de ſuſp. diſp. 9. c. 2. Intellige ſi ſint denuntiati Nau. c. 25. num. 241. vers. 4. Excuſat autem ignorantia probabilis Alter. vbi ſupra, & tunc diſpenſat Epiſcopus alius Couar. in c. Alma p. 1. parag. 6. num 6. Iterumq; donec ignorantia durat, exercere poteſt actus ordinarium, ſic ſuſceptorum; illa verò ceſſante abſtinere debet, quoq; obtineat diſpenſationem Sayr. lib. 4. c. 14. num. 12

11 Simoniacus in beneficio ſum. Inn. in c. Tanta de ſimon. Nau. c. 23. num. 111. & de ſimon. conſ. 9. num 4. non eſt ipſo iure ſuſpenſus. At ſecundum alios eſt ſuſpenſus ſic S. Tho. 2. 2. q. 100. ar. 6. ad 1. & ib Cai. Sot. de iuſt. lib 9. q. 8. ar. 2. ad 1. Silu. ver. ſuſpenſio q 7 vers. 2. qui tamen id ita intelligunt, vt Simoniacus occultus; idest ſi non conſtet per ſententiam, vel facti euidentiam, aut confeſſionem iuridicam, ſit ſuſpenſus tantum quoad ſe; at quoad alios ſuſpendendus: vnde reſignato beneficio ſic acquiſito, poſt pœnitentiam, poteſt vti ordine ſuo, Si verò eſt manifeſtus eſt ſuſpenſus etiam quoad alios: quare etiam renuntiato beneficio eget diſpenſatione. An verò ſit ſuſpenſus tantum à beneficio ſimoniacè adepto, an etiam ab alijs omnibus licitè adeptis Ang. Simonia

6. parag.

6. parag. 2 Silu. ver. ſuſpenſio parag. 7. Pan. in c Tanta num. 5, & in c. Per tuas 2. num. 4 de Simon. docent eſſe ſuſpenſum quoad beneficium ſimoniacè habitum, & alia etiam habenda. Ar Alter. de ſuſpenſ. diſp. 15. c. 5. valde probabile dicit eſſe ſuſpenſum tantum quoad beneficium ſimoniacè adeptum V. Bullam Clem. VIII. cit. S yr lib. 7. c. 11. num. 19. Suar. de Relig tract. 3. lib. 4. c. 56. num. 19. vbi docet nullam incurri ſuſpenſionem, ſed tantum priuationem beneficij ſimoniacè obtenti.

12 Ordinans iuuitum ſuſpenſus eſt per annum à celebratione miſſæ c. 1. diſt. 74. Niſi ille habeat beneficium requirens illum ordinem: poteſt enim tunc iuridicè cogi vel ad ordinem vel ad reſignationem. c. Quæris à nobis, de æta. & qual. Item ordinans illiteratum: aut non ſubditum ſine licentia: aut conferens primam tonſuram infanti, ideſt minori ſeptem annorum, ſuſpenſus eſt à collatione illius ordinis c fi. de temp. ord. in 6. Item ordinans alienum, cuius mores, & probitas Ordinarij ſui teſtimonio non commendantur, ſuſpenſus eſt per annum à collatione ordinum: & ſic ordinatus ſuſpenſus eſt ad arbitrium proprij ordinarij Trid. ſeſſ. 23. c. 8. de refor. Nec ſufficit eſſe perſonam cognitam, eiusq; qualitates ſupponi; requiruntur enim huiuſmodi litteræ pro forma Quarant. ver. Ordo, ver. Amplia hanc extrau. V. Pan. in c Fraternitatis de cler. non reſid. V. ſupra ver. Ordo num. 62. Item ordinans in aliena Dioeceſi ſine licentia ſuſpenſus eſt ipſe, & ſic ordinatus & Pontificalia in aliena Dioeceſi exercens Trid. ſeſſ. 6. c. fi.

13 Ordinatus per ſaltum ſuſpenſus eſt ab ordine ſuſcepto, donec prætermiſſum ordinem ſuſcipiat, c. Solicitudo diſt. 52. & c. vn. de cler. per ſalt. prom. Si non miniſtrauit, poteſt Epiſcopus ex cauſa diſpenſare Trid. ſeſſ. 24. c. 14. de refor. Si verò miniſtrauit, ſiquidem ſcienter, ſolus Papa diſpenſat, vt aſcendat, Epiſcopus verò, vt in ſuſcepto miniſtret Nau. c. 27. num. 242. Sayr. lib. 7. c. 10. num. 49. Si autem ignoranter, Epiſcopus diſpenſat etiam, vt aſcendat Nau. cit. cuius contrarium docent Silu. ver. Irreg. q. 11. in fi. Maiol. de irreg. lib. 4. c. 12. num. 2. quia Trid. abſolutè dicit, Epiſcopum diſpenſare non poſſe cum promotis per ſaltum, ſi ante diſpenſationem miniſtrauit. Si tamen delictum ſit occultum diſpenſat Epiſcopus, licet miniſtrauerit Tolet. lib. 1. c. 51. num. 10. V. Suar. de cenſur. diſp. 31. ſect. 1. à num. 44.

14 Ordinatus furtiuè ſuſpenſus eſt. Et, ſi erat prohibitus ſub excomunicatione, ſolus Papa diſpenſat, vt aſcendat; alioqui Epiſcopus, toto tit. de eo qui furt. ord. ſuſc. Et, ſi fiat religioſus, diſpenſat Epiſcopus, vel Abbas, quando fuit prohibitus ſub excom. Dicitur autem furari ordines, qui ſine conſcientia, & voluntate Epiſcopi ordinantis non admiſſus, nec vocatus ſe ingerit cum alijs ordinandis: vel qui vſurpato nomine alterius examinati, & approbati, illius locum occupat: vel qui ſuo nomine ſuo facit alium examinare, & approbare, & ipſe poſtea proprio nomine vocatus ad ordines accedit Suar. vbi ſupra diſp. 42. ſect. 3. num. 5. tenet tamen ordinatio, licet Epiſcopus in generali proteſtetur, ſe non intendere ordinare Sayr. de cenſur. lib. 7. c. 10. num. 38. V. Ordo num. 60.

15 Clericus celebrans, aut celebrari faciens in loco interdicto à iure, vel ab homine, ſuſpenſus eſt ab ingreſſu Eccleſiæ, quouſq; ſatiſfaciat ad arbitrium eius, cuius ſententiam contempſit. c. Epiſcoporum de priuil. in 6.

16 Clericus virgata, aut partita veſte publicè vtens ſine cauſa rationabili ſuſpenſus eſt per ſex menſes à perceptione fructuum beneficiorum, quæ obtinet. Dignitatem verò, Perſonatum, aut curam animarum obtinens à fructuum perceptione per annum. Alij verò Sacerdotes, & religioſi per idem tempus ſunt inhabiles ad obtinenda. Clem. II. de vit. & hon. cler. quam innouat, & ampliat Conc. Trid. ſeſſ. 14. c. 6. de refor.

17 Præſumens in Concione populari, vbi

vbi eſt virorum, & mulierum multitudo, de Conceptione B.V. in alterutram partem diſputare, aſſerendo propriam ſententiam rationibus, & auctoritatibus, & contrariam refellendo. Vel vulgari ſermone ſcribere, vel dictare; ſi in ſacris ſit, ſuſpenſus eſt à diuinis, & omni gradu Dignitatis priuatus, & ad eadem, & ſimilia perpetuò inhabilis, ſoluſque Papa diſpenſat Bulla Pij V. Quam Paulus V. 31. Aug. 1617. innouando ſub eiſdem cenſuris, & pœnis præcipit, ne quis audeat in publicis concionibus, lectionibus, concluſionibus, & alijs quibuſcumq; actibus publicis aſſerere, quòd B. M. fuerit concepta cum peccato originali: In reliquis alteram opinionem in eiſdem ſtatu, & terminis relinquens, in quibus de præſenti reperitur, præterquam quoad ſupra diſpoſita. Volens nihilominus, & ſub eiſdem cenſuris, & pœnis præcipiens quod aſſerentes B. V. fuiſſe conceptam ſine peccato originali, contrariam in prædictis publicis actibus non impugnent, nec de ea aliquo modo agant, ſeu tractent. Poſtremò Greg. XV. 24. Maij 1622. volens omninum prædeceſſorum ſuorum conſtitutiones hac de re editas firmas, & illibatas remanere, ac exactè obſeruari, ampliauit, & extendit etiam ad priuata colloquia, & ſcripta, præcipiens, ne de cetero, donec aliter a Sede Ap. fuerit ordinatum, neq; etiam in ſermonibus, & ſcriptis priuatis quis audeat aſſerere, quod eadem B. V. fuerit concepta cum peccato originali, nec de hac opinione affirmatiua aliquo modo agant, ſeu tractent, niſi ex ſpeciali indulto Sed. Ap. Non intendens tamen affirmatiuam opinionem reprobare, nec ei aliquod præiudicium afferre. Præcipit inſuper omnibus, & ſingulis perſonis Eccleſiaſticis tam Secularibus, quàm Regularibus, vt in Sacroſancto Miſſæ ſacrificio, ac diuino officio celebrandis, tam publicè, quem priuatim, non alio quam conceptionis nomine vti debeant. Contrafacientes, quicumq; ſint, ab Epiſcopis, & Prælatis, Superioribus, alijsq; locorum Ordinarijs, & Inquiſitoribus puniri poſſint.

18 Scienter ſepeliens notorium Vſurarium ſuſpenſus eſt ad arbitrium Epiſcopi c. Quia in omnibus de Vſur.

19 Contrahens matrimonium de præſenti, & ante carnis copulam ſe faciens ad ſacros ordinari aliter, quàm à ſacris canon. concedatur, licèt characterem ſuſcipiat, eſt tamen ſuſpenſus, ita vt nec poſt mortem vxoris poſſit in ſuſcepto miniſtrare, nec ad alios aſcendere; nec officium aut beneficium Eccleſiaſticum obtinere; matrimonium tamen ſic contractum non diſſoluitur, niſi in aliqua ex approbatis religionibus profiteatur. Extrau. Antiquæ Io. XXII. de voto.

20 Ordinatus in ſacris ad titulum Parochialis, quam ante legitimam ætatem obtinuit, non eſt ſuſpenſus per Extrau. Cum ex ſacrorum Pij II. Nan. de temp. ordin. conſil. 14.

21 Alienantes bona Eccleſiarum, monaſteriorum, & aliornm locorum, &c. Item infeudantes, locantes in perpetuum, in Emphyteuſim dantes, &c. Et bona ſic alienata recipientes ſuſpenſi ſunt Clem. I. de reb. Eccl. non al. Et nomine immobilium veniunt etiam arbores, licet infructuoſæ, quas incidere non licet, niſi in ſylua cædua, nemore, &c. quæ per inciſionem ſunt in fructu & renaſcuntur. Et niſi ex inciſione hujuſmodi arborum fundus fieret fructuoſior; vt quia incidutur arbores opacæ, & quæ vmbram ſummam efficiunt, nocentq; arboribus, & fructibus aliarum; Vel quando inciduntur arbores vetuſtæ, ac corruptæ, vel non fructiferæ, vt in earum locum aliæ vtiles ſubſtituantur Quarant. ver. alienatio num. 33. Immo huiuſmodi alienantes excommunicati ſunt, niſi euidens vtilitas, & neceſſitas Eccleſiæ adſi. Extrau. Ambitioſæ eo. tit. Aut niſi res locata ſit modica Ricc. p. 1. decis. 163. Alienari etiam non poſſunt res mobiles quæ ſeruando ſeruari poſſunt, vt auri, argenti, gemmæ, vel huiuſmodi rei prætioſæ. Secus de his, quæ ſeruari non poſſunt vt quæ triennio durare nequeant glo. in

l. 1. & l. Vna C. ſi aduerſus Vſucap. & conſtat ex Extrau. Ambitioſæ cit vbi Barboſ. alios referens quod ea dicuntur ſeruari non poſſe, quæ triennio non durant, vel vſu conſumuntur. Niſi ſint res mobiles prætioſæ, quæ immobilibus æquiparantur Quarant ver. alienatio num. 38. Religioſis conceditur cum vtilitate, & neceſſitate, &c. ſi præcedant tres tractatus, & expreſſus conſenſus maioris partis Capituli. ibidem Adde nunc, & licentia Sacre Congreg. ſuper regul. Ex Decreto Vrbani VIII. quo prohibetur alienatio ſine aſſenſu Apoſt. ſub pœna priuationis omnium officiorum, obtentorum, & obtinendorum, & vocis actiuæ, & paſſiuæ, ac perpetuæ inhabilitatis ad illa in poſterum obtinenda, quam ipſo facto incurrant abſq, alia declaratione; & huiuſmodi alienationes nullæ, & irritæ ſunt, præter pœnas in dicta Extrau. Ambitioſæ contentas. Si tamen poſtea adhibeantur ſolemnitates, & ratificetur alienatio, valet c. Cum vos, de his, quæ fiunt à Prælato. De quo Rodoan. in trac. de reb. eccl. non al. cap. De alien. facta cauſa neceſſitatis in fi. Confett. in ſuis ſingul. ver. Pupillus, & plura quæ congerit Villagut. de reb. Eccl. male al. lib. 2. c 5. Nau de iurepatr. cons. 7. Rota coram Card. Mantica decis. 201. vbi num 2. quod in conditione rei eccl. fiæ quæ non adhibita etiam ſolemnitate requiſita, fauore Eccleſiæ ſuſtinetur, ſi velit eam ratam habere Nec emptor dicere poteſt contractum nullum. Intellige ſi venditio fuit facta ſaluo beneplacito Ap. nec alias, &c. ſi poſtea fuit obtentum. Cauſæ alienandi ſunt Prima neceſſitas, c. Ad noſtram de reb. Ecc. non alien, c. ſi. 12. q. 2. Hanc autem intellige, quando v. g. debita vrgent, & ex fructibus bonorum monaſterij, & ex mobilibus, quæ ſerui non poſſunt, & ex alijs rebus minus fructuoſis ſoluere non poſſunt. Secunda Vtilitas c. ſugitiui eo. tit. vel magna incommoditas, vt quia res alienanda eſt magis damnoſa, quam vtilis. Ad vtilitatem verò docet Card. Clem. 1. de reb. Eccl. non alie. non requiri, vt rei venditæ pretium conuertatur in rem perpetuò duraturam, ſed ſatis eſſe, ſi inde Eccleſia percipiat redditum maiorem, vel certè parem, aut minorem, ſed commodiorem. Idem docent Silu. ver. alienatio q. 26. Azor. p. 2. lib. 9. c. 2. q. 8. Id tamen videtur contra c. Vt ſuper, parag. Poſſeſſiones de reb. ecc. non al. ibi, Pro alijs vtilioribus, vbi Barboſ. docet, alienari poſſe cauſa maioris vtilitatis, quia Eccleſia reciperet rem meliorem. V. Quarant. ver. alienatio num. 12. Glo. verò. ad Inſt. can. Lanzelotti lib. 2. tit. 27. parag. 1. ver. vtilitate, tenet Eccleſiam eo ipſo factam eſſe locupletiorem, quod non eſt damnificata per l. In Pupillo ff. de ſolut. & Pan. in d. c. Vt ſuper in fi. dicit ſatis eſſe quod Eccleſia non deterioretur.

22 Tertia cauſa alienandi eſt Pietas, vt pro redemptione captiuorum V. c. Hoc ius 10. q 2. vbi habes qualis debeat eſſe tractatus in huiuſmodi alienatione & c. Sine exceptione 12. q. 2. Roder. de regul. to. 1. q. 27. ar. 2. & ſupra ver. alie num. Tam alienans, quam emens, niſi ſtatim reſtituant excommunicantur: immo etiam ſubſcribentes Clerici, c. Si quis præsbyterorum de reb. eccl. non al. V. Locatio num. 3. Molin. de iuſt. trac. 2. diſp. 468. & Silu. ver. alienatio q. 26. Quarant. vbi ſupra vbi variè limitat, & ampliat dictam Extrau. Confect. in ſum: priuil. tit. 9. c. 1. & 2.

23 An alienari poſſit ſine ſolemnitate res immobilis, quæ peruenerit ad Eccleſiam, & quæ erat obligata creditoribus. duas opiniones refert Quarant. vbi ſupra num. 36.

24 Superiores regularium, eorumq; religioſi cuiuſuis ordinis introducere, aut admittere præſumentes in ſuis monaſterijs mulieres cuiuſuis ſtatus, ſuſpenſi ſunt à diuinis, & priuati officijs, quæ obtinent, & inhabiles in poſterum ad illa, & alia obtinenda ipſo facto, ſine alia declaratione. Pius V in Conſtit. incip. Regularium 1566. iuncta declaratione immediatè ſeq. incip. Decet. V Excom. reſeru. num. 30. &

ver.

ver. Irreg. ex ordin. abuſu. num. 6. & Sorb. ad collector. ver. Ingredi monaſt. vers. Dico 4.

25 Eligentes ſcienter ſuſpenſi ſunt pro ea vice à poteſtate eligendi, quam recuperant in ſecunda electione; & à beneficijs Eccleſiaſticis per triennium, c. Cum in cunctis parag ſi. & c. Cum Vintonienus de elect. vbi Pan. poſſunt tamen admitti ad Electionem ab his, ad quos deuoluta eſt poteſtas eligendi glo. in c. Cum Vintonien. de elect. Eligit autem ſcienter indignum, quem etiam ſola ſacramentali Confeſſione talem eſſe nouit, ſecundum Nau. in c. Sacerdos, de pœnit. d. 6. num. 14. 6. Alij tamen rectius negant, vt S. Ant. p. 3. tit. 17. c. 12. parag. 1. & apud ipſum Palud. Sanchez de matr. lib. 3. diſp. 16. num. 6. in fi. Roder. de regul. to. 2. q. 53. ar. 3. Suar. to. 4. diſp. 33. ſect. ſect. 7. num. 2. Nau. ſententiam concedens, vbi ſuffragia non ſunt publica, fatetur tamen probabilius eſſe non peccare eligentem dignum publica ſcientia, licèt per confeſſionem ſciat, eſſe indignum: quia propter reuerentiam ſacramenti poteſt non vti illa ſcientia. Compræhenduntur hac ſuſpenſione ſoli clerici, ſcienter eligentes indignum in Epiſcopum, aut alia beneficia Eccleſiaſtica curata, & non quomodocumque indignum, ſed tantum quoad conditiones, & qualitates d. c. Cum in cunctis requiſitas. Suſpenſio verò hæc non eſt ab omnibus beneficijs, ſed ab illis tantum, quæ ille retinet in illa Eccleſia, ad quam facta fuit electio. Nec habet locum contra eligentes indignum in omnibus electionibus. Nam locum non habet in Cardinalibus eligentibus Papam. Secundo quando eligitur Prælatus Epiſcopo inferior: Tertio in nominationibus, & præſentationibus Alter. de ſuſpens. diſp. 13. c. 1. Sayr. alios referens de cenſur. lib. 4. c. 15. num. 11. V. Sanchez de matr. lib. 3. diſp. 16.

26 Beneficiorum collatores admittentes eorum reſignationes vltra caſus à iure conceſſos ſuſpenſi ſunt à collatione, electione, præſentatione, confirmatione, & inſtitutione. Item officia, & beneficia huiuſmodi recipientes. Quòd ſi huiuſmodi collatores ſint Capitula, & Conuentus, ſuſpenduntur à diuinis, ſi poſt primam ſuſpenſionem exercuerint dictos actus, ſibi prohibitos Pius V. Quamia Eccleſiæ Dei an. 1568. apud Quarant. ver. Benef. reſignat.

27 Excommunicans ſine ſcriptura, & cauſa in ea non inſerta, & ommiſſa præuia monitione, eſt ſuſpenſus per menſem ab ingreſſu Eccleſiæ, & diuinorum officiorum participatione, ita vt ſi interim exerceat actum ordinis, fiat irregularis à ſolo Papa diſpenſabilis, c. Cum medicinalis, de ſent. exc. in 6. Non ligantur tamen Epiſcopi, & Superiores Prælati iuxta c. Quam periculoſum eo. tit. & lib. Nec Prælati regulares, ſecundum Felin. in c. Sacro eo. tit. licèt Ang. excom. 2. parag. 3. contrarium ſentiat.

28 Superiores religionum, qui vnicuiq; monaſterio maiorem religioſorum numerum præfigere præſumunt, quàm vt ex proprijs redditibus, conſuetiue eleemoſynis ali poſſunt, priuationis officiorum, & vocis actiuæ, ac paſſiuæ, ac ad omnia ſuæ religionis officia, & gradus inhabilitatis perpetuam pœnam ipſo facto incurrunt Paulus V. 4 Dec. 1605. apud Quarant. ver. Monaſteria V. Conc. Trid. ſeſſ. 25. c. 3. de regul. c. vn. parag. Sanè, de ſta. reg. in 6. Tot. enim ponendi ſunt in Eccleſijs, quot ex earum fructibus poſſunt commodè ſuſtentari, glo. in c. Cum M. ferrar. de conſtit. c. Quoniam de vit. & hon. cler. & idem poſtremo præcipit Cong. Conc. de mandato Vrbani VIII. Addens, vt Generales, vel Prouinciales intrafines Italiæ, & Inſularum adiacentium, adhibitis duobus, aut tribus regularibus ſui ordinis probatoribus, recognoſcat reddituns omnes, & conſuetas eleemoſynas, & obuentiones tam communes monaſteriorum, quem etiam ſingularibus perſonis permiſſas in communem vſum deinceps

conſte-

conferendas, ijs detractis, quæ reparactiones, grandines, &c. conſueuerint abſorbere, eaque omnia in ſcriptis Conuentus cuiuſq; Superior in proximo Capitulo generali, vel prouinciali coram tribus Iudicibus ab ipſo Generali, vel Prouinciali Capitulo deligendis proponat, qui computatis huiuſmoni redditibus, & Eleemoſynis, & honeribus detractis, examinent quot Religioſi connumeratis laicis, alijſq; ſeruientibus iuxta proprij inſtituti morem, victum, veſtitum, & medicinalia in communi habentes competenter valeant ſuſtētari. Teneanturque ipſi Superiores infra annum à proximo Capitulo Generali, vel Prouinciali omnia hæc Capitulariter geſta in autenticam formam redacta ad ipſam Sacram Congreg. ſinguli mittere; numerumq; familiæ cuiuſq; Conuentus, &c. huiuſmodi Capituli Generalis, vel ſententia præfinitum: quam augere non poſſint etiam auctis redditibus ſine licentia ipſius Sacræ Cong. ſub pœnis ſupradictis. Deinceps verò nulla loca recipi poſſint, niſi vbi duodecim Religioſi ex redditibus, & cōſuetis eleemoſynis detractis omnibus vt ſupra] detrahendis, competenter ſuſtentari valeant; alioqui Ordinarij loci Viſitationi, correctioni, & omnimodæ iuriſdictioni ſubiaceant, vt ex eius Decreto 21 Iunij an. 1625.

29 Clerici regulares, qui ante profeſſionem factam ad Sacros ordines promouentur, ipſo facto ſuſpenſi ſunt, & ita ſuſceptorum ordinum actus exercendo fiunt irregulares Pius V. in extr. Roman. Pōt. ibid. Oct. 1568. quæ habet locum in nulliter profeſſis Rota in vna Vigellen. Canon. coram Blanchetto.

30 Sodomitam etiam occultum, etiā peracta pœnitentia, ipſo iure ſuſpenſum eſſe, docet Alter. de ſuſp. 15. c. 5. aſſerens de com. Quia tamen nullo iuris canon. textu aptè confirmari poteſt; ideò alij putant ſolum Sodomitam publicum eſſe ſuſpenſum. Sic Nau. in man. c. 27. num. 248. & ſeq. Sayr. alios referens de cenſur. lib. 7. c. 12. à nu. 12. Sed hoc etiam improbant Suar. de cenſur. diſp. 31. num. 19. & ſeq. cum in iure antiquo huic vitio nulla pœna impoſita eſſe videatur ipſo facto. Extat contra hoc deteſtandum vitium Bulla Pij V. qua omnes, & quicumque præsbyteri, & alij Clerici Sæculares, & Regulares cuiuſcumq; gradus, & Degnitatis tam dirum nefas exercenti omni priuilegio Clericali, omniq; officio, & dignitate, & beneficio Eccleſiaſtico ipſo facto priuantur ita quod per Iudicem Eccleſiaſticum degradati poteſtati ſæculari ſtatim tradantur. Pro quo nota primò ex Suar. loc. cit. hanc conſtitutionem non legare laicos. Secundò dictam pœnam eſſe irregularitatem, non ſuſpenſionem. Tertio non obligare ante Iudicis ſententiam criminis declarationem. Quarto, ex Nau. & Sayr. loc. cit. Compræhendere tantum illud vitium exercentes, quod in rigore illum ſignificat, qui frequenter, & quaſi ex conſuetudine ita operatur, vt prudentis arbitrio dici poſſit exercens illum actum. Sed contrarium multis probat Alter. vbi ſupra. Quintò neceſſarium eſſe ad hanc pœnam incurrēdā, vt peccatū illi d ſit in propria ſua ſpecie conſumatū. V. addit. ad Quarant. ver. Sodomia & Ricc. p. 2. decis. 85.

31 Clebrans in Eccleſia polluta ſemine, vel ſanguine, non eſt ſuſpēſus, licèt peccet mortaliter. nec aliam pœnam incurrit. Suar. to. 3. diſp. 81. ſect. 4. vers. Sed quæret aliquis Alter. to. 2. diſp. 3. de interd. c. 3. Sayr. plures referens de cens. lib. 5. c. 14. num. 36. Azor. p. 2. lib. 9 c. 5. q. 6. Vide ver. Eccleſia num. 8. & ſeqq.

32 Epiſcopus concubinarius, ſi à Prouinciali Synodo admonitus, ſe non emendauerit, ipſo facto ſuſpenſus eſt Conc. Trid. ſeſſ. 25. c. 14. de refor. Quæ ſuſpenſio cum absolutè feratur ſine limitatione temporis, officij, aut beneficij, omnia complectitur, Suar. de cenſur. disp. 31. num. 24.

33 Examinatores ad parochiales aliquid accipientes pro examine, ſunt Simoniaci. De quo vide ver. Simonia num. 12. Trid. ſeſſ. 24. c. 18. de refor.

34 Epiſcopus conferens eidem duos ſacros Ordines vno, & eodem die, ſuſpenſus eſt c. Literas, & c. Dilectus de tēp. ord.

35 Prælatus

Digitized by Google

35 Prælatus obligans Eccleſiam ſuam pro debitis alienis,eſt ipſo facto ſuspenſus ab admiuiſtratione ſpiritualium, & temporalium, & Eccleſia non tenetur, c. Si quorumdam de ſolut.

36 Subdiaconus contrahens matrimonium ſuſpenſus eſt; ita vt neq; in ſubdiaconatu miniſtrare, nec ad ſuperiores aſcendere valeant, niſi fiat Religioſus, & poſt laudabilem vitam c. 2. Qui Cler. vel vou.

37 Ordinatus ante ætatem, qui cum Epiſcopo ordinantem concelebrat, eſt ſuſpenſus, non tamen fit irregularis Sayr. de cenſur. lib. 4. c. 16. num. 23. & lib. 6. c. 12. num. 11. Quarant. ver. Ordo vers. Ampliatio illa B. Med. lib. 1. ſum c. 11 parag. 8. Alter. de ſuſpens. diſp. 9. c. 4. vers. Ego verò ſum.

38 Superiores locorum Regularium ſuſcipientes onera perpetua Miſſarum ſine Generalis, aut Prouincialis licentia in ſcriptis, & gratis concedenda, priuationem omnium officiorum, quæ tunc obtinent, & perpetuam inhabilitatem ad obtinenda, & vocis actiuæ priuationem abſq; alia declaratione incurrunt Cong. Concil. de mandato Vrbani VIII. 21. Iun.

39 Idem Superiores, qui non effecerint, vt prædictum Decretum de celebratione Miſſarum fer. 2. poſt primam Dom. Aduentus, & fer. 6. poſt Octauam corporis Chriſti in publica menſa perlegantur, pœnam priuationis Officij, & vocis actiuæ, & paſſiuæ ipſo facto incurrunt. Eadem Cong. 12. Ian. 21. Iun. 1625. Et eandem pœnam incurrunt non facientes publicare bis in Anno Decretum de Apoſt. & de refor. regul. 19 Martij 1604.

40 Viſitantes Eccleſiam, ſi præter procurationem aliquid accipiant à viſitatis, niſi duplum infra menſem reſtituant, Epiſcopus, & Superiores ab ingreſſu Eccleſiæ, ſunt interdicti. Clerici verò de familia Epiſcopi ab officio, & beneficio ſuſpenſi ſunt, quouſq; duplum illud grauatis Eccleſijs plenè reſtituant; Nec releuantur remiſſione, c. Exigit, de cenſib. in 6. renouatum A Concil. Trid. ſeſſ. 24. c. 3. de refor. Excuſantur verò qui eſculenta, & poculenta modica recipiunt glo. in d. c. Exigit, ver. munera; Alter de ſuſpens diſp. 13. c. 6 vers. glo. in d. cap, Contrarium tamen docent Vgol. de poteſt. Ep. c. 49. parag. 3. Piaſecc. prax. Ep. p. 2. c. 4. nu. 63. ſi ea ſecum deferant. Facta reſtitutione ſtatim cenſentur, abſoluti ſine alia declaratione Alter vbi ſupra Anchar. in d. c. Exigit not. 6.

41 Regularis ordinatus ab Epiſcopo eiuſdem Diœceſis ſine licentia ſui Superioris ſuſpenſus eſt: quia is Epiſcopus habetur tamquam alienus reſpectu regularium c. Nullus eſt, & ſeq. & ibi glo. in diſt. 58.

42 Monachus accipiens ordines in Apoſtaſis, licèt ſuo Superiori ſit reconciliatus, & pœnitentiam egerit, miniſtrare non poteſt in ordine ſic ſuſcepto ſine diſpenſatione Sum. Pont c. fi. de Apoſt.

43 Iudex Eccleſiaſticus, qui contra conſcientiam, & contra iuſtitiam aliquid in iudicio facit in grauamen partis per gratiam, vel per ſordes, eſt ſuſpenſus per annum ab executione officij. & ſi iterim ingerat ſe diuinis efficitur irregularis à ſolo Papa reſtituendus. c. 1. de reg. iud. in 6.

DEPOSITIO, DEGRADATIO.

V. Excommunicatio.

1 Depoſitio eſt perpetua priuatio Clericalis muneris per canonicam ſententiam, cum debita ſolemnitate prolatam Suar. de cenſur. diſp. 31. ſect. 2. num. 9. retinent tamen priuilegium fori & canonis.

2 Degradatio eſt perpetua priuatio executionis legitimæ officiorũ, & beneficiorũ Eccleſiaſticorum ſimpliciter, & ex toto abſq; ſpe reſtitutionis, & cum priuatione

priui-

priuilegij Clericalis Silu. ver. Degradatio num 1. Eſt verò duplex degradatio, verbalis, & actualis. Illa fit verbo tantum forma tradita in c. Degradatio de pœn in 6. Actualis verò cum re ipſa exercentur ea verba. Item illa fieri poteſt, etiam contra abſentem: hæc verò requirit præſentiam c. Nouimus de verb ſign. Quibus autem cœremonijs fiat degradatio, vide c. Degradatio cit. & Conc. Trid. ſeſſ. 23. c. 4. de refor.

3 Degradari etiam ſolent Clerici primæ tonſuræ Cou. 2. var. res. c. 20. num. 7.

4 Degradatũ ſolus Papa reſtituit Pan. in c. Cum. te, de re iud. num. 10. c. 1. & 2. diſt. 15. Silu. vbi ſupra q. 9. Intellige degradatum ſolemniter Roder. in ſum. lib. 2. c. 29. concl. 1.

5 Omnis criminoſus incorrigibilis eſt dignus degradatione P. in c. Cum non ab homine, de iudic. num. 28. Silu. vbi ſupra num. 4. Secluſa verò incorrigibilitate, nemo deponendus, niſi propter crimen expreſſum in iure Pan in c. At ſi Clerici de iudic. num 34.

6 Degradatus, de facto conſecrat, & ordinat Ang. irregularitas 1. num. 3. Silu. eo. q. 7. S. Th. p. 3. q. 82. ar. 8. Sot. in 4. d. 13. q. 9. ar. 2. & com. contra glo. fi. in d. c. Degradatio

7 Quæ ſint maxima crimina depoſitione digna Iudex iudicabit ex ijs quæ in iure exprimuntur, quia de ſimilibus ad ſimila procedi poteſt, cum non poſſit aſſignari certa regula Pan. d. num. 34. Sayr. lib. 5. c. 21. num. 34. & cap. 22. vbi num 24. cum Pan. Anchar. & alijs docet, propter homicidium non eſſe Clericum degradandum; niſi ad eò ſit qualificatum, vt tranſeat in aliam ſpecialem grauiorem, vt homicidium Sacerdotis

8 Poteſt Epiſcopus diſpenſare cum depoſitio verbaliter à ſe ob crimina minora adulterio Nau. de iudic. cons 3. Etiam cum adulterio, & inceſtuoſo Pan in d. c. At ſi Clerici, parag. De adulterijs num. 10. per c. Virginem, c. Si quis ſacro, & c. Si qua virgo 27. q. 1. Roder. vbi ſupra abſo-luiè dicit Epiſcopum poſſe reſtituere depoſitum verbaliter, & docet etiam Pan. vbi ſupra num. 14. ſi reſtitutio ſit iure debita, vt quando poſt degradationem appareat falſitas teſtium V. Tolet. lib 1. c. 51.

INTERDICTVM.

V. Eccleſia. Epiſcopus. Suſpenſio.

1 EST Cenſura Eccleſiaſtica, qua prohibentur diuina officia, & Sacramenta, & Eccleſiaſtica ſepultura actiuè, & paſſiuè Nau. c. 27. num. 164. Couar in c. Alma p. 2. parag. 1. num. 2.

2 Diuiditur primò in locale tantum, & perſonale tantum Ang. interd. 1. parag. 1. Couar. vbi ſupra num. 6. Addunt alij in locale, & perſonale ſimul Silu. interd. 1. q. 2. B. Med. in ſum. c. 11 parag. 3. Nau. vbi ſupra num. 166. Locale eſt, quo locus interdicitur ſiue generaliter, vt cum interdicitur Ciuitas, Regnum, &c. aut particulariter, quo interdicitur Eccleſia in ſpecie. Perſonale eſt, quo interdicitur perſonæ, vel in genere, vt cum interdicitur Vniuerſitas, vel in particulari, vt cum interdicitur perſona particularis Mixtum eſt quod vtrumq; includit. Eſt autem interdictum ſpeciale, etiam cum interdicuntur omnes Eccleſiæ alicuius Ciuitatis, aut etiam Regni, ſi non interdicitur Ciuitas, aut Regnum Alter. pluribus cit. de interd. diſp. 1. c. 4. dub 3. per c. Cum in partibus de verb. ſign.

3 Si in loco interdicto fiant officia diuina, illa poteſt audire, qui non eſt interdictus. Cai. in ſum. ver. interd. viol. vers. ſed ſi Clericus.

4 Interdicto loco, qui culpabiles non ſunt, poſſunt alibi diuinis intereſſe, & Sacramenta recipere, & miniſtrare, c. Si ſententia de ſent. exc. in 6. Ang. interd. 2. initio. Silu. interd. 4. num. 2. Nau. c. 27. num. 167.

5 In-

5 Interdictum locale non includit populum, nec è contra S. Ant. p. 3. tit. 26. c. 3. Ang. interd. 1. Nau. vbi ſupra Includuntur tamen qui fuerunt cauſa interdicti Alter. vbi ſupra diſp. 12. c. 1. initio.

6 Interdicto Clero, non intelligitur interdictus populus, nec è contra d. c. ſi ſententia Nau. vbi ſupra c. 4. num. 25.

7 Interdicta Ciuitate, etiam Suburbia dicuntur interdicta; & interdicta Eccleſia, etiam Capella Contigua, & Coemiterium contiguum ſunt interdicta c. Si Ciuitas de ſent. excom. in 6. Sed non è contra, glo. fin. ibidem. Et interdicto vno coemiterio, non cenſetur interdictum aliud illi contiguum: ſi ſint duo coemiteria per ſe totalia, & vnum ab altero non dependens: ſecus ſi vnum ſit pars alterius Sayrus. lib. 5. c. 2. num. 18.

8 Interdicta Dioeceſi, non cenſetur interdicta Ciuitas: quia aliud eſt Ciuitas aliud Dioeceſis; nec vnum venit nomine alterius, c. Ego Ludouicus, & ibi glo. d. 63. præſertim in materia odioſa, ſtricta; niſi proferatur a lege: aut niſi ex alijs verbis cōſtaret de mente ſtatuentis, vt alijs cit. docet Monet. de commut. vlt. c. 6. num. 363. & dub. ſeq.

9 Interdicto populo, intelliguntur ſolum doli capaces Ang. interd. 1. num. 5. Silu. interd. 2. num. 18. Valent. to. 4. diſp. 7. q. 18. p. 2. Sayr. lib. 5. c. 4. num. 22. & c. 5. num. 28. Sepultura tamen etiam infantibus prohibetur Couar. vbi ſupra parag. 4. num. 5. vers. Sayr. num. 22. cit. Alter. de interd. diſp. 1. c. 5. dub. 4. vbi etiam pluribus tuetur ſententiam Ang. circa pueros doli capaces, contra Nau. c. 27. num. 160. in fi. Interdicto populo ob Delictum Domini, mortuo Domino non diſſoluitur interdictum, ſed neceſſaria eſt abſolutio; quia per ſe primò fuit interdictus populus, qui remanet idemmet, licèt defunctus ſit Dominus. Alter. de interdicto diſp. 11. c. 3. vers. poſtremò.

10 Tempore interdicti generalis poſſunt admitti Clerici alterius Eccleſiæ ad officia; niſi fuerint cauſa interdicti Nau. vbi ſupra num. 174.

11 Nullus tenetur ſeruare interdictum, ſi non eſt denuntiatum: aut cum nullitas eſt ſufficienter probata Nau. vbi ſupra nu. 187. Intellige denuntiatum contra certam perſonam, Vniuerſitatem, Locum, &c Silu. vbi ſupra nu. 1. Interdicto particulari contra certam perſonam, ſufficit quacumq; etiam extraiudicialis inibitio ad inducendū interdictum Conc. Trid. ſeſſ. 14. c. 1. Maiol. de irreg. lib. 3. c. 20. num. 10.

12 Communiter poteſt interdicere, qui excommunicare Silu. Interd. 3. q. 3 Nau. c 27. num. 168. Couar. vbi ſupra parag. 2 num 6.

13 Cuis eſt interdictus Eccleſiæ ingreſſus poteſt in ea orare, cum non celebrantur diuina Couar. vbi ſup. parag. 1. nu 3. vers. Poterit tamen. Sayr. alios referens lib. 5. c. 10. nu. 11. contra quos arguit Alter. de interd. diſp. 7. c. 2. Et cum celebrantur diuina poteſt tranſire per eam Nau. vbi ſupra nu. 170. Et audire extra eam ſacrum, & intereſſe diuinis officijs, glo. in c. fi. ver. Eccleſiæ, de off. ord. in 6. & in c. Is cui. ver. in ea, de ſent. exc: eo. lib. Couar. vbi ſupra Roder. in ſum. p. 1. c. 114. nu. 3. Etiam in Oratorio fundato autoritate Epiſcopi: modò ita ſtrictè dici poſſit Oratorium, vt Eccleſia nequeat appellari Fel. in c. Sacro de ſent. exc. Anchar. Franc. & Archid. in d. c. Is cui S. Ant. p. 3. tit. 26. c. 2. parag. 2. & com. & audire concionem; immò, & Miſſam, & diuina officia, ſi celebrantur in coemeterio, etiam Eccleſiæ contiguo, & ibi recipere, & miniſtrare Sacramenta Alte. vbi ſupra Sayr. lib. 5. c. 9. num. 21. & ſeq. quia per d. c. Is cui, prohibetur tantum ingreſſus Eccleſiæ, & celebratio diuinorum officiorum in ea, non ergo extendendū Sayr. u. num. 22. Si tamen celebraret extra Eccleſiam, vel in Coemeterio in fraudem, peccaret, & violaret ſaltem intentionem interdicti. Nec licèt huiuſmodi intermedicto audire diuina ſtando extra Eccleſiam: Nec Clerici debent ita altè pronuntiare, vt ille audiat Silu. interd. 5. q. 6. Nec huiuſmodi interdictus licitè poteſt recipere Sacramenta in Eccleſia Alter. alios referens vbi ſupra

contra Herinq. lib. 13. c. 32. num. 2. docentem huiuſmodi interdictum ſolum reſpicere officia diuina.

14 Interdictus ſi moriatur cum ſignis contritionis poteſt in Eccleſia ſepeliri. d. c. Is cui

15 Tempore interdicti licet benedicere fructus, & habitum Nau. c. 27. num 172. & baptizare, & confirmare etiam adultos, Quoniam, de ſent. exc. in 6. & abſoluere etiam ſanos non excommunicatos, aut qui non fuerunt in culpa interdicti; nec ei qui fuit in cauſa, præbuerunt auxilium conſilium, & fauorem c. Alma mater eo. tit. & lib. Et matrimonium ſine benedictione Pan. in c. Non eſt nobis de ſponſal. num. 8. Silu. interd. 5. num. 9. vers. quinta exceptio Nau. vbi ſupra num. 178. Item litaniæ cum cantu, modò ſine cruce, ſuperpelliceo, & ordine procedendi, cum hæ ſint diuina officia, illæ verò non, Nau. num. 176. Item dicere laudes, vt faciunt fratriæ Silu. vbi ſupra num. 8. Item communicare Clericos eiuſdem Eccleſiæ Silu. ibidem vers. 4. Ang. eo num. 22: Gemin in d. c. Alma quod tamen negant Nau. d. num. 178. Couar in d. c. Alma p. 2. parag 3. num. 2. & parag. 5 num. 6. vers. 12. Anch ibidem num. 8. Item communicare religioſos vtriuſq. ſexus; ſunt enim priuilegiati, vt de multis teſtatur Sayr. lib. 5. c. 7. num. 23. licèt Nau. c. 27. num. 190. putet huiuſmodi priuilegia eſſe reuocata per Concilium Trid. ſeſſ. 25. de regul. c. 12. & vlt. ſed fallitur, vt patet legenti concilium Item communicare conſtitutos in periculo mortis, c. Quod in te, de pœnit. & rem. Non verò miniſtrare extremam vnctionem ibidem, nec ſacramentum ordinis, poſſunt tamen qui non ſunt culpabiles, nec perſonaliter interdicti alibi ordinari Anchar. in d. c. Alma num. 12. Pan. vbi ſupra num. 8.

16 In Eccleſia interdicta poteſt celebrari miſſa ad renouandum ſacramentum, pro infirmis, ianuis clauſis, ac excommunicatis, & interdictis excluſis cap. Permittimus de ſent. excom. Et ſacramentum Pœnitentiæ Silu. vbi ſupra vers. 1.

17 In loco generaliter interdicto licent omnia diuina officia, clauſis ianuis, campanis non pulſatis, ſubmiſſa voce, excommunicatis, & interdictis excluſis. c. Alma mater. cit. parag. Adijcimus. Admittendi etiam alij religioſi Silu. vbi ſupra q. 2. vers. 3.

18 Clerici ſeruantes interdictum poſſunt ſepeliri in loco ſacro, ſed ſine ſolemnitate d. c. Quod in te. Itemq; priuilegiati ad audienda diuina officia Silu. vbi ſupra q. 8. vers. 6. Nau. c. 27. num. 181.

19 Communiter interdictum eſt nullum in caſibus, in quibus nulla eſt excommunicatio Nau. vbi ſupra num. 187.

20 Epiſcopus poteſt relaxare interdictum iuris; niſi ſit ad certum tempus aut reſeruatum Silu. interd. 3. q. 10: Ang. interd. 8. initio. Item poſſunt Parochus, & Confeſſarius, quando interdictum eſt perſonale ſpeciale latum à iure, & non reſeruatum Alter. interd. diſp. 11. c. 4. quidquid in contrarium dicat Sayr. lib. 5. c. 15. num. 22.

21 Si Sacerdos ſcienter recipit aliquem interdictum, alij non non tenentur exire Caiet. in ſum. ver. Interd. viol. parag. vlt. Nau. vbi ſupra.

22 Interdictum ab homine poteſt relaxare qui tulit, c. Cum ab Eccleſiarum de off. ord. Silu. & Alter. vbi ſupra. Superior verò, vt Archiepiſcopus, &c. non poteſt inconſulto Epiſcopo relaxare, niſi aliud habeat conſuetudo, c. Romana de ſent. exc. in 6. Si tamen de facto relaxet, tenet relaxatio Silu. & Alter. cit.

23 Interdictum poſitum donec aliquid fiat, illo facto, ceſſat, ſicut, & ſuſpenſio Pan. in c. Non eſt nobis de ſponſal. num. 7. Silu. interd. 3. q. 9. Ang. vbi ſupra.

24 Tempore interdicti generalis licent omnia officia diuina apertis ianuis, alta voce, & campanis pulſatis; in die Natiuitatis Domini Paſchæ, Pentecoſtes, & Aſſumptionis B. V. c. Alma de ſent. exc. in 6. Item in feſto Corporis Chriſti, & eius Octaua Mart V. & Eugen. IV. apud Nau. c. 27. num. 182.

182. Excludendi tamen excommunicati, non autem interdicti; niſi ij ſint, propter quorum exceſſum poſitum eſt interdictum, vel qui ad id dederint auxilium, conſilium, &c. Et in dictis feſtiuitatibus præter diuina officia, licet etiam Eccleſiaſtica ſepultura cum officio: modò huiuſmodi defuncti non ſint de exceptis in d. c. Alma. Et illa omnia, quæ ad diuinum officium, & eius celebrationem pertinent: non verò quæ ad ſacramenta; niſi ea forma, quæ alioqui tempore interdicti permittuntur Silu. interd. 5. q. 2. verſ. 4. Ang. eo. num. 35. Couar. in d. c. Alma p. 2. parag. 5. nu. 6. verſ. 8. Notat autem de cenſur. diſp. 34. ſect. nu. 37. & ſect. 2. nu. 2. ex d. c. Alma interdictos perſonaliter, & qui generali interdicto cauſam dederunt, in prædictis feſtiuitatibus ab altari arcendos eſſe, id eſt à ſacra Euchariſtia, & ab oblatione facienda, cum à talibus Eccleſia non accipiat oblationes: quare miſſæ ſacrificio intereſſe poſſe Sayr. verò lib. 5. c. 13. nu 15. ex multorũ ſententia docet, id etiam intelligendũ eſſe de loco Altaris. De ſepultura vide glo. in Clem. 1. de ſepult. ver. à iure, & ibi Pan. num. 6.

25 An Regulares ex vi priuilegiorum poſſint in alijs quibuſdam feſtiuitatibus diuina officia publicè celebrare, non obſtante reuocatione d. c. Alma, affirmat Sayr. ibi ſupra num. 22. quod poſtea fuerint à Sixto IV. confirmata.

26 Cap. Alma mater cit. vendicat ſibi locum in generali interdicto tantum, non verò in ſpeciali, quod remanet ſub prohibitione, Anchar. in c. Si Ciuitas, & c. Præſenti de ſent. exc. in 6. Franc. in d. c. Alma parag. Illis. Sayr. lib. 5. c. 5. num. 20. Ang. vbi ſupra num. 16. Silu. eo. q. 1. Suar. de cenſur. diſp. 35. ſect. 2. Couar. in d. c. Alma p. 2. parag. 2. num. 1.

27 Laicus violans interdictum non peccat mort. Cai vbi ſupra Nau. c. 27. nu. 187. Niſi primò ſit aliquo modo cauſa celebrationis præcepto, exhortatione, &c. Secundo ſi interſit mentiendo ſe eſſe Clericum, aut priuilegiatum. Tertio ſi in Eccleſia aut ſuis Oratorijs celebret diuina officia prohibita Nau. vbi ſupra. Quarto violans interdictum perſonale Sot. in 4 d. 22. q. 3 ar. 1. concl. 6. Quinto Cum lata eſt ſententia excommunicationis contra violantes interdictum, aut violari facientes Sayr lib. 5. c. 14. nu. 2. Sexto Si cogat interdictos celebrare, aut non interdictos in loco interdicto Septimo Si conuocat interdictos, aut excommunicatos, vt diuina officia in loco interdicto audiant. Octauo ſi prohibeat ſic interdictos, quando generaliter, vel ſpecialiter moniti ſunt, vt exeant. Nono ſic interdictus, & excommunicatus remanet in Eccleſia poſt monitionem Clem. Grauis, de ſent. exc. V ibi glo. & Suar. de cenſur. diſp. 22. ſect. 4. à num. 27.

28 Religioſi tenentur ſeruare interdictum poſitum à Papa, aut Epiſcopo, cum ſeruatur per Cathedralem, aut matricem. Idem in generali ceſſatione à diuinis; & contrafacientes ſunt ipſo facto excommunicati Clem. Ex frequentibus de ſent. exc. Si verò Cathedralis, aut matrix non obſeruant, & interdictum validum eſt, regulares non ſeruantes incidunt in alias pœnas, non tamen in excomunicationem, glo. in d Clem. ver. obſeruare, & ver. ſubijcere Nau. c. 27. num. 146. Imol in Clem. cit. num. 9 & Zabarel num. 29. V. Concil. Trid. ſeſſ. 25. de regul c. 12.

29 Si non ſeruas interdictum tui gratia in loco prolatum, nec alij ſeruare tenentur c. Petitis, & ibi Pan de priuil.

25 Celebrans ſcienter, aut celebrare faciens diuina in loco interdicto; aut publicè excommunicatos, aut interdictos ad diuina officia, vel ſacramenta, vel Eccleſiaſticam ſepulturam admittens, eſt ipſo facto interdictus, donec de ipſa tranſgreſſione ad arbitrium eius, cuius ſententiam contempſit, ſatisfecerit, c. Epiſcoporum de priuil. in 6.

26 Superiores Eccleſiarum, & piorum locorum, qui pecuniam habitam cum onere perpetuo miſſarum ſtatim non deponunt apud ædem ſacram, vel perſonam fide, & facultatibus idoneam ad effectum illam inueſtiendi quamprimum

in bonis immobilibus fructiferis cum expreſſa, & indiuidua mentione oneris, &c. interdicti ſunt ab ingreſſu Eccleſiæ ipſo facto. Nec deinceps ſine Epiſcopi, eiuſuè Vicarij generalis licentia ſuſcipi poſſunt onera perpetua miſſarum, &c. Regulares verſ. ſi abſq; Generalis, vel Prouincialis licentia in ſcriptis concedenda, huiuſmodi onera perpetua ſuſceperint, pœnam priuationis omnium officiorum quæ tunc obtinent, & perpetuæ inhabilitatis ad obtinenda, vociſque actiuæ, & paſſiuæ abſque alia declaratione incurrunt Congreg. Concil. de mandato Vrbani VIII. 21. Iun. 1625:

IRREGVLARITAS.

V. Baptiſmus. Homicidium. Miſſa. Notorium. Pœna. Suſpenſio.

1 IRregularitas eſt impedimentum inductum à Iure canonico, quo quis directè impeditur, etiam poſt pœnitentiam ab exercitio, & receptione ordinum Nauar. cap. 27. num. 191.

2 Eſt pœna quædam Nau. cit. Non tamen propriè, ſed potius inhabilitas quædam: pœna enim conſequitur culpam, quæ in bigamo, leproſo, &c. nulla eſt Couar. in Clem. ſi furioſus, de homic. p. 1. initio Sayr. lib. 6. c. 1. num. 21. Melius ſic. Eſt irregularitas, quæ eſt cenſura, & pœna; vt quæ contrahitur ab Excommunicato ordines ſuſcipiente: alia quæ contrahitur ex defectu ſignificationis, vt ex bigamia, defectu membri, &c. Et in prima diſpenſant habentes priuilegium abſoluendi ab omnibus cenſuris, & pœnis Eccleſiaſticis, immo etiam à ſolis cenſuris à ſecunda verò minime Salon. 2. 2. q. 64. ar. 8. contr. 4. Sot. in 4. d. 22. q. 3. ar. 1, contra Nau. c. 27. num. 194. & 254.

3 Nulla irregularitas priuat beneficio quæſito ſed quærendo Nau. vbi ſupra num. 251. & de homic. cons. 25. ad q. 3. Pan. in c. Clericis ne cler. vel mon. num. 2. & in c. fi. de exceſſ. Præl. num. 2. Couar. vbi ſupra p. 2. parag. 3. num. 6. Fallit primo in occidente Chriſtianum per Aſſaſſinum c. 1. de homic. in 6. Secundo in occidente, & percutiente Cardinalem cap. fœlicis, de pœn. in 6. Tertio in occidente Epiſcopum Clem. 1. de pœn. Epiſcopum intellige etiam non ſuum; & illum, qui renuntiauit Epiſcopatui, non autem ſolum Electum non conſecratum Anchar. in Clem. cit. num. 2. & Pan. in Clem. vn. de for. com. Quarto in in beneficiato occidente, aut mutilante per ſe, vel per alium Rectorem alicuius Eccleſiæ], aut Clericum conſocium eiuſdem Eccleſiæ cap. In quibuſdam. de pœnis.

4 Irregularis etiam ex homicidio, aut excommunicatus, aut ſuſpenſus poteſt celebrare, ne alioqui infametur Nau. vbi ſupra num. 239. Caſtr. de leg. pœn. c. vlt. V. Excom. num. 25.

5 Inhabilis ad vnum Ordinis vſum, ſed habilis ad alium, poteſt obtinere beneficium huic conueniens Nau. vbi ſupra nu. 152. Sayr. de cenſur. lib. 6. c. 2. num. 23.

6 Ad irregularitatem ex delicto requiritur peccatum mortale, & contemptus Panor. in c. Paſtoralis parag. Verum, de appell. num. 15. Nau. vbi ſupra, & de temp. ord. conſil. 15. & de cler. exc. cons. 13. & in c. Cum contingat, de reſcrip. remed. 2. num. 7. Salon. 2. 2. q. 64. ar. 8. contr. 3. Sot. de iuſt. lib. 5. q. 1. ar. 9. in fi. contra Cai. ar. 8. cit. & in ſum ver. Irregul. Arag. eo. ar. 8. Non peccat verò mort. nec contemnit, qui peccat contra legem difficilem intellectu malè intellectam Nau. de regul. cons. 7. relato Innoc. in c. Per tuas, de ſimon. num. 2:

7 Irregularitas non impedit actum iuriſdictionis, ſed tantum ordinis Pan. in c. fin. de exceſſ. Præl. num. 5. Nau. c. 27. nu. 244. Tolet. lib. 1. c. 66.

8 In dubio iudicandum eſt non eſſe irregularem, idq; in foro exteriori, non in interiori Nau. vbi ſupra num. 193. & in c. Si

quis autem, de pœnit. d. 7. à nu. 35. & de homic. conſ. 6. & de cler. non reſid. conſ. 4. Nam in foro interiori, & pœnitentiæ, & conſilij dicendum eſt eſſe irregularem, tutiorq. pars eligenda ſecundum eumdem. quod de rigore iuris aſſerendum eſſe ſolum in irregularitate ex homicidio dubio docet Suar. de cenſur. diſp. 40. ſect. 4. in fi. Sanchez in ſum. lib. 1. c. 10. num. 48. Intellige in foro exteriori, vbi certum non eſt in aliquo caſu inductam eſſe irregularitatem iure Pontificio. Nam ſi certum eſt; dubitatur autem an Petrus v. g. ſit irregularis ea de cauſa, tunc cenſendus erit irregularis Couar. vbi ſupra p. 1. initio, num. 3. & ſic intellige c. Ad audientiam, & c. Significaſti 2. de homic. Oportet autem dubium eſſe probabile, & practicum, nec ſufficit conſcientiæ ſcrupulus Sayr. vbi ſupra num. 16. Sanchez de matr. lib. 2. diſp. 41. num. 9. Suar. vbi ſupra ſect. 5. & 6. Alij ſic diſtinguunt: Aut dubium eſt iuris, vt quia non conſtat eo caſu inductam eſſe irregularitatem, & tunc in neutro foro eſt irregularis; debet enim eſſe expreſſa in iure, c. Is qui, de ſent. exc. in 6. Aut dubium eſt facti, quia conſtat irregularitatem inductam eſſe; dubitatur autem, an hic in eum caſum inciderit, & tunc in vtroq. foro cenſendus eſt irregularis per c. Ad audientiam, & c. Significaſti cit. ſic Sayr. cla. reg. lib. 1. c. 13. num. 22. & ſeq. & de cenſur. lib. 7. c. 3. num. 2. Sanch. vbi ſupra num. 47. An autem idem dicendum ſit in quocumq; dubio facti: multi, quos refert Sanchez loco cit. affirmant. Ipſe tamen cum Suar. de cenſur. ſect. 6. cit. num. 8. negat. Idem dicendum de conſulente, qui dubitat, an ex conſilio ſuo ſecutum ſit homicidium. hic enim, ſi poſt adhibitam diligentiam adhuc dubitat, excuſatur quidem à reſtitutione, non tamen ab irregularitate Sayr. num. 2. cit. Couar. in Clem. Si furioſus p. 2. parag. 2. num 1. & alij quos refert Sanchez num. 44. Ipſe tamen docet in dubio, an ex malo conſilio ſecutum ſit homicidium, conſulentem eſſe irregularem; & teneri ad reſtitutionem, & quoad irregularitatem eſt ratio; quia ſtat præſumptio contra conſulentem, dum ipſe non probat oppoſitum: quare factum cenſetur certum, vt id conſilium fuerit operatum.

9 Celebrate in irregularitate non inducit nouam irregularitatem Innoc. in c. Si celebrat de cler. exc. Nau. c. 27. num. 294. & de æta. & qual. conſ. 6. & de conuerſ. coniug. conſ. 11. Nec reiterare id, ob quod quis ſit irregularis Grag. p. 1. deciſ. lib. 4. c. 27. num. 27.

10 Accipienti beneficium in irregularitate, non ſufficit ſolum pro ea habere diſpenſationem, ſed oportet mentionem facere de poſſeſſione illicita, cum irregularis ſit incapax Felin. in c. In noſtra, de reſcrip. coroll. 2. Nau. c. 27. num. 195. Non tamen eſt incapax penſionis, quia penſio non eſt beneficium Cong. Concil. Suar. de cenſur. diſp. 44. ſect. vlt. num. 34.

11 Irregularitas ex peccato, & ex homicidio etiam iuſto tollitur per baptiſmum, non verò ea, quæ ex defectu natalium, vel bigamia, vel vitio corporis Ang. irreg. 2. initio Silu. eo. q. 28. & homicid. 3. q. 8. Couar. vbi ſupra p. 1. parag 2. nu. 5. Per ingreſſum verò religionis tollitur ea, quæ ſine peccato proprio, aut facto contrahitur: non autem ea, quæ ex defectu corporis, aut animæ, aut ex propria culpa aut proprio facto prouenit. Non poteſt tamen talis habere Dignitatem, aut Prælaturam ſine diſpenſatione c. 1. de fil. præsb. glo. fin. in c. vlt. eo tit. Couar. vbi ſupra num. 6. Silu. q. 28. cit. Sayr. lib. 7. c. 12. num. 8. & ſeq. cum ibi cit. V. Suar. to. 4. diſp. 45. ſect. 1.

12 Epiſcopus poteſt diſpenſare cum ſubditis ſuis in Diœceſi ſua in omnibus irregularitatibus, & ſuſpenſionibus ex delicto occulto prouenientibus, exceptis his quæ ex homicidio voluntario, & his quæ deducta ſunt ad forum contentioſum. Conc. Trid. ſeſſ. 24. c. 6. Ex cuius verbis colligit Suar. de cenſur. diſp. 41 ſect. 2. nu. 11. Non poſſe Epiſcopum diſpenſare cum ſubdito extra Diœceſim exiſtente, quamuis Epiſcopus ibidem eſſet. poſſe verò

IRREGVLARITATES SINE CVLPA.

EX BIGAMIA.

1 BIGAMIA eſt irregularitas ex defectu Sacramenti prouenientes Hoſt. in ſum. de Bigam. non ordin. Couar. in Clem. ſi furioſus de homicid. p. 1. parag. 2. num. 1.

2 Repellit ab ordine Primò propter ordinis prærogatiuam. Secundò propter ſignum incontinentiæ. Tertiò propter defectum Sacramenti. Quartò, quia frontem non habet adhortandi ad viduitatem glo. in ſum. diſt. 26. verſ. ſequitur. fusè Sayr. de cenſur. lib 6 c. 3. à num. 4.

3 Duplex eſt Bigamia, Vna vera. altera ſecundum Iuris fictionem. Illa eſt cũ quis duo vera, & valida matrimonia contraxit, & conſumauit, ſiue ſimul, vt apud Iudeos, ſiue ſucceſſiuè, vt apud Catholicos. Secunda verò eſt Primò, cum quis eodem tempore plures vxores ducit, & cognoſcit, quarum vna eſt legitima, altera tantum de facto c. Nuper de bigam. Secundò, cum quis duas vxores de facto ducit ſiue ſimul, ſiue ſucceſſiuè, & neutram de iure, vt cum quis duas conſanguineas ducit: vel adeſt aliquod impedimentum dirimens; requiritur tamen cõſumatio. Nau. c. 27. num. 195. Tertiò, cum quis ſucceſſiuè duas vxores duxit, vnam de iure, alteram de facto. vt ſi prima viuente, aliam ducat, & cognoſcat Nau. ibidem. Quartò, cum quis viduam à primo viro cognitam ducit, & conſumat, c Si quis viduam, & c. Seriatim, diſt. 32 Quintò, cum quis duxit, & cognouit repudiatam, etiam iniuſtè, & cognitam tex. cit. Sextò, cum quis duxit, & cognouit ab alio corruptam, c. Curandum, & c. Præcipimus diſt. 34. Septimò cum quis cognoſcit propriam vxorem poſt adulterium ab ea perpetratum c. Si cuius vxorem, & c. Si Laici diſt. 34, quod Inn. in cap. Inquiſitionis de ſent exc. intelligit, ſi ſcienter cognoſcat, vt ſatis colligitur ex tex cit. Alij tamen communiter docent effici irregularem etiam ſi ignoret vxoris adulterium: cum hic non agatur de vitio ordinandi, ſed de ſacramenti defectu, quod etiam ignorans pati poteſt. ſic Pan. in c. Super eo, de bigam. num. 8. Hoſt. vbi ſupra parag. Quot ſunt ſpecies num. 3. Ang. ver. bigam. num. 3. Silu. eo. q. 3. Prima tamen opinio de iure Canonico non eſt improbabilis Sayr. lib. 6. c. 4. num. 14. & eam expreſſè tenet Capel. Tolos. q. 235. licèt adnot. ibi teneat contrarium, vt etiam tenet S Tho. ſuppl. q. 66. ar. 3. ad. 4. Nau. num. 195. cit. S. Ant. p. 3. tit. 29. c. 3. Si tamen cognoſcat vxorem ab alio vi cognitã, non eſt irregularis, Diana alios referens p. 4. trac. 2. reſol. 40. vbi alios refert contrarium ſentientes. V. Barbos. ad c. Si cuius num. 3. diſp. 34. & Suar. de cenſur. diſp. 49. ſect. 3. num. 16. vbi docet in dicto caſu effici irregularem. Ad incurrendam irregularitatem ex bigamia requiritur etiam effuſio ſeminis fœminæ, alias nõ contrahitur affinitas. Diana alios referens vbi ſupra reſol 43. Si maritus accuſet vxorem de adulterio, & ante condemnationem ad præceptum Iudicis vxorem cognoſcat, non eſt certum an ſit irregularis, glo. in c. Si cuius vxorem, ver. admittit diſt. 34. Vtramque partem æquè probabilem putat. S. Th. vbi ſupra At Sot. in 4. d. 27. q. 3. ar. 1. concl. 5. Ang. vbi ſupra num. 2. Silu. num. 1. Sayr. plurimos referens c. 4. cit. num. 20. contrarium affirmãt: quia hic non requiritur, quod id ſit peccatum, ſed defectu Sacramenti; Quid autem ſignificet hoc loco defectus Sacramenti, vide apud Sayrum vbi ſupra c. 3. num. 7 & ſeq. Octauò cum quis poſt ſolemne votum caſtitatis, vt in ſuſceptione ſacrorum Ordinum, aut profeſſione in Religione approbata, matrimonium contrahit, & conſumat. c Quotquot 27. q. 1. & c. 1. & 2. Qui Cler. vel vou. & extrau. Antiquæ Io. XXII. & in hac diſpenſat Epiſcopus c. 1. & 2. cit. Si tamen cum vnica, & Virgine contraxit, glo. in c. Sane, ver. indulgentia

quàm defectus viſus in hoc attenditur Valent. to. 4. diſp. 7. q. 19. p. 3. vers. De ſecunda ſpecie, &c. Suar. de cenſur. diſp. 51. ſect. 3, num. 15. Nau. vbi ſupra Carens verò membro principali ſua culpa, irregularis eſt diſt. 35. per tot. etiam ſi ſit occultum c. Si quis abſciderit ea. diſt. Diſpenſat Epiſcopus, ſi membrum ſit occultum excepto caſtrato. Silu. vbi q. 20.

3 Secundi generis ſunt, Capitis dolor, ſi vel inducat periculum in celebrando, vel omnimodam impoſſibilitatem, donec in totum liberetur Sayr. lib. 6. c. 9. num. 3. Item febris continua, & ita vehemens, vt mentis alienationem inducat. Item podagra, vel chiragra, quæ manuum, ac pedum vſum ad ſacramentorum vſum impedit. maiol: de irregul. lib. 2. c. 11. num. 2. Item morbus gallicus, aut alius morbus contagioſus; ſi notabilem deformitatem, vel ſcandalum vel horrorem generet Nau. vbi ſupra num. 203. Item, ſi capilli capitis, & barbæ in totum exciderint, ſi id contingit ex laſciuia, & libidine, cum huiuſmodi ſint infames Sayr. vbi ſupra num. 6. Item lepra, c. De rectoribus, c. Tua nos, & c. Ex parte de cler. ægrot. Si tamen leproſus promoueatur, non poteſt coram ſanis celebrare c. De rectoribus, & c. Tua nos cit. Sed ſi non ſit nimia deformitas, poteſt in occulto; & coram leproſis ſi habeant propriam Eccleſiam poteſt publicè S. Tho. vbi ſupra Sil. vbi ſupra q. 7. Si ſuperueniat Curato, dandus coadiutor, non priuandus c. De rectoribus cit. Idem dic de omni infirmitate, quæ ſcandalum, aut nimiam deformitatem generat Nau. vbi ſupra. Item paralyſis, c. fi. de cler. ægr. Item morbus caducus c. 1. & 2. 7. q. 2. Si tamen raro accidat, & ſine ſpuma, poteſt aſſiſtente ſibi Sacerdote celebrare, c. 2. cit. Item omnis morbus incurabilis, c. Ex parte de cler. ægr. Item demoniacus, & energumenus, etiam qui ſemel id paſſus eſt, c. maritum, c. Clerici, & c. Vſq; adeo diſt. 33. Si tamen per annum videatur liber, poteſt Epiſcopus diſpenſare, vt in ſuſceptis miniſtret Silu. vbi ſupra. Item qui vinum bibere, aut retinere non poſſunt, quia euomant glo. in c. Ipſi Apoſtoli, ver. neceſſe, 2. q. 7. S. Ant. p. 3. tit. 29. c. 5. Silu vbi ſupra Item gibbus, c. Hinc etenim diſt. 49. præcipuè ſi ſit nimia deformitas iudicio Epiſcopi Barbos. alios referens ad d. c. Hinc. Et ſit generalis regula ex S. Tho Omnis morbus, aut infirmitas, quæ horrorem, deformitatem, aut ſcandalum, aut ineptitudinem, aut impoſſibilitatem ad vſum ordinum generat, & & promotionem, & ſuſcepti ordinis executionem impedit. Quis porrò morbus impediat, iudicet Epiſcopus, Pan. in c. 1. de corp. vitia, & in c. 1. & 3. de cler. ægr. Sayr. lib. 6. c. 8. num. 26.

4 Claudicatio non indigens baculo non facit irregularem. c. Nullus Epiſcopus de conſecr. d. 1. modò propria culpa non acciderit Silu. ver. corp. vitia. q. 5.

5 Si vitium corporis ſuperueniat promoto, non impedit vſum eorum, quæ poteſt ſine deformitate notabili, c. Præsbyterum, de cler. ægr. & non repellitur à beneficio c. 1. eo. tit.

6 Tertij generis ſunt omnes illegitimi cuiuſcumq; ſpeciei, c. Cum in cunctis, & c. Innotuit, de elect. & c. Litteras de fil. præsb. etiam ſi ſit occulti. Silu. ver. Irregul. q. 20. Nau. c. 25. num. 69. & c. 27. num. 201. Poteſt tamen Epiſcopus cum his ad min. ord. diſpenſare, & ad vnum beneficium ſimplex c. 1. de fil. præsb. in 6. Pan. in c. nimis eo. num. 2. Nau. num. 201. cit. & com. Et, ſi hæc diſpenſatio fiat abſolutè, non extinguitur primo actu. ſed poteſt primo dimiſſo, aliud ſimile obtinere: ſecus, ſi ſuper certo beneficio, niſi illud ſine ſua culpa obtinere non potuerit, Ang. ver. beneficium num. 24. Silu. benef. 3. q. 11. Si fiant religioſi, poteſt Epiſcopus diſpenſare ad ſacros, c. 1. de fil. præsb. non tamen ad Dignitates, c. Innotuit, & c. Cum Vintonuen. de elect. Et Greg. XIIII. vt refert Sayr. in conſt. quem incip. Circumſpecto moderatoria Bull. Sixti V. Cum de omnibus, & ſe declarauit

Prælatos religionum in capitulo generali, aut Prouinciali ex cauſa diſpenſare poſſe cum illegitimis ad Dignitates, modò non in ea religione, in qua eius Pater profeſſus viuit. Ad ordines verò etiam ſacros ipſo facto legitimatur per ſolemnem profeſſionem in religione approbata Nau. c. 27. num. 201. Silu. ver. illegitimus q.6.& alij plures quos refert Saya. lib. 6. c. 19. num. 3. Sanchez in ſum. lib. 5. c. 5. num. 9. vbi num. 10. quòd etiam tollitur irregularitas quoad ordinis iam ſuſcepti vſum.V. Sayr. lib. 7. c. 13. num.8.& duob. ſeq. Reuiuiſcit tamen irregularitas profeſſione per Superiorem annullata Ricc. in ſua prax. reſol. 351. Immò etiam per tranſitum ad aliam Religionem, quia indiget noua diſpenſatione Barbos. ad c. 1. de fil. præsb. num. 6. & alij ibi relati, quoad Prælaturas ſcilicet.

7 Legitimatio facta à Laica poteſtate nihil prodeſt promouendo ad ordines, aut Dignitates Eccleſiaſticas; cum non poſſit tollere irregularitatem Reginald. lib. 30. tract. 2. c. 7. num. 72. S. Ant. p. 3. tit. 28. c. 4. parag. 1. in fi.

8 Ligitimatus à Papa poteſt ſacros ordines ſuſcipere, & curata beneficia obtinere. Diſpenſatus tamen ad ſacros ordines, non poteſt curata beneficia obtinere Couar. epit. p. 2. c. 8. parag. 8. num. 5. Molin. de iuſt. tract. 2. diſp. 173. vers. Diſpenſatus à Sum. Pont. V. Anchar. in c. 1. de fil. præsb. in 6. & ſupra ver. Intetpr. num. 77.

9 Cum Hermaphrodito, qui magis eſt eſt vir, quem fœmina diſpenſat ſolus Papa Nau. c. 27. num. 203.

10 Circa irregularitatem ex defectu ætatis debitæ ſolus Papa diſpenſat, vt quis ante illam ordinetur, & exerceat. Epiſcopus verò, vt exerceat impleta ætate, modò ante illam non exercuerit Sayr lib. 6. c. 12. num. 13. contra glo. in Clem. Generalem, ver. anno, de æta. & qual. Nau. vbi ſupra Si tamen vitium ſit occultum, diſpenſat Epiſcopus tam in ſuſpenſione, quàm in irregularitate incurſa, quia, v. g. exercuit ante ætatem, per Concil. Trid. ſeſſ. 24. de reform. c. Liceat. Sayr. lib. 7. c. 10. num. 36. V. eundem lib. 4. c. 14. num. 13. & ſupra, ver. Suſpenſi ipſo iure num. 2.

EX DEFECTV ANIMÆ.

1 Irregularis eſt illiteratus c. fi. de æta. & qual. in ant. & c. fi. de temp. ord. in 6. Eſt autem illiteratus, qui ignorat prima grammaticæ rudimenta d. c. fi. de æta Epiſcopus tamen diſpenſat, ſi aliquod principium grammaticæ habuerit, & ſit ſpes in futurum addiſcendi Barbos. ad cit. c. fi. Quæ vero ſcientia in vnoquoq; ordine requiratur, vide Conc. Trid. ſeſſ. 23. c. 4. 5. 12. 13. & 14. de refer. Et quomodo probetur illiteratura, vide d. c. fi. de æta. & ibi Pan. num. 2.

2 Neophitus, ideſt nouiter conuerſus, c. 1. d. 48. & vn. d. 57. Quando autem poſſit ordinari, relinquitur arbitrio Epiſcopi Cou. in Clem. ſi furioſus, p. 1. parag. 2. num 7. concl. 3. Tol. lib. 1. c. 59. num. 6. Sayr. lib. 6. c. 13. num. 21. & ſeq. V. Sanch. in ſum. lib. 2. c. 28. q. 2.

3 Hæreticus exterior, & Apoſtata quãtumuis occulti, ſunt irregulares, vt pluribus cit. docet Sanchez in ſum. lib. 2. c. 25. num. 2. vbi num 6. extendit ad fictos hæreticos. Azor. tamen p. 1. lib. 8. c. 11. q vlt. & c. 21. q. 8. vult non extendi, ſi occulti ſint. V. ver. Hæreticus, & Irreg. ex peccato notorio, num. 5.

EX DEFECTV LIBERTATIS.

1 Seruus niſi manumittatur, aut conſentiat Dominus irregularis eſt, tota diſt. 54. & toto tit. de ſeruis non ord. S. Tho. ſuppl. q. 39. ar. 3 Nau. c. 27. num. 203. Si ordinetur Domino ſciente, & contradicente, ſeruus remanet, & reſtituitur Domino, etiam ſi Sacerdos factus ſit, ſecundum aliquos, per c. Ex antiquis d. 54.

Si verò

Si verò ſciente, & non contradicente Domino, tunc ſtatim liber efficitur, c. ſi ſeruus ſciente ea. diſt. non diſtinguendo ad quem ordinem fuerit promotus Io. And. in c. 2. de ſeru. non ord. & ibi Pan. vers Secundus caſus, vbi alios refert. Si autem Domino ignorante, ſed Epiſcopo, vel præſentatore ſciente ſeruitutem; tunc ille quidem efficitur liber: ſed Epiſcopus vel præſentator dabit Domino duos ſeruos, c. ſi ſeruus abſente diſt. 54. &c. Per venerabilem, Qui fil. ſint legit. Et, ſi non habeat vnde ſoluat, reſtituitur Domino, vt infra. Si vero Domino, ac Epiſcopo, vel præſentatore ignorantibus, vt quia ſeruus fugiens Dominum ſuum, qualibet calliditate, vel fraude ſe fecit ordinari, deponitur, & reſtituitur, ſiue ordinatus ſit ad ſacros, ſiue ad minores, c. De ſeruorum, de ſeru. non ord. iuncto c. Ex antiquis, & c. frequens diſt. 54. Alij tamen d intelligunt de ordinato tantum ad min. Diaconus det Vicarium pro ſe; aut ſi non habet, ipſe reddatur d. c. Ex antiquis. Eodem priuilegio gaudet Subdiaconus, c. miramur, de ſeru. non ord. Si eſt Sacerdos, ſtatim fit liber, ſed amiſſione peculij mulctatur d. c. Ex antiquis: aut, ſi peculium non habet, ſeruiat Domino in diuinis offic jis c. frequens cit. Si factus eſt Monachus, poſt triennium Dominus non repetit, ſed manet liber, c. Si ſeruus ſciente diſt. 34. V. ver. Religio num. 15.

2 Obligati ad ratiocinia, ſiue publica, ſiue priuata, donec ceſſet obligatio c. vn. de oblig. ad ratio. Si tamen de facto ordinentur, poſſunt exercere: non enim prohibentur Sayr lib. 6. c. 14. num. 6. V. glo. in d. c. vn. ver. ratiocinia.

3 Curiales ordinati non poſſunt c. 1. 2. & 3. diſt. 51. Eſt autem Curialis, qui quacumq; de cauſa ſæculari Curiæ obligatus eſt ſiue in perpetuũ, ſiue ad tempus; ſiue honeſtum, ſiue inhoneſtum munus exercuerit; & ſiue ex vi iuramenti, pacti, aut ſtipendij in aliquo officio Curiæ ſæcularis maneat. Si honeſta exercuerit, ordinari poteſt, poſtquam à Curia fuerit liberatus Tolet. lib. 1. c. 55.

4 Vxoratus niſi conſentiente vxore; & profitente religionem, aut ſaltem de incontinentia non ſuſpecta, ordinari non poteſt c. Cum ſis, & c. Vxoratus, de conuers. coniug. Ordinatus tamen recipit characterem, ſed caret executione Silu. matr. 8. q. 12. vers: 3. V. Anchar. & Pan. in d. c. Coniugatus, & Extrau. Antiquæ Io. XXII. vbi quod neq; ſoluto matrim. poteſt in ſuſcepto ordine miniſtrare nec ad ſuperiores aſcendere, nec ad beneficium, aut officium Eccleſiaſtici cum promore.

EX DEFECTV

BONAE FAMAE

1 INfamis ſiue infamia iuris, ſiue infamia facti, eſt irregularis c. Laici diſt. 33. c. Infames 6. q. 1. Quid autem ſit vtraq; infamia, & quomodo tollatur; vide infra lib. 7. ver. infamia, & Irreg. ex peccato notorio.

2 Contrahens matrimonium cum ſerua eſt irregularis, quia efficitur infamis c. Si quis viduam 2. diſt. 34. deſumptum ex can. Apoſt c. 18. glo. ibi, ver. ancilla, & in c. 1. ver. legem 29. q. 2. Nau. in man. c. 27. num. 196. vers. quarto dico Silu. ver. irregul. q. 16. dicto 2. Sanchez alios referens de matr. lib. 7. diſp. 19. num. 20. Qui omnes idem docent de contrahente cum meretrice, vel ioculatrice, vt eſt caſus in d. c. Si quis viduam.

3 Condemnatus ad triremes non efficitur infamis infamia iuris, & ideo poteſt ad ordines promoueri Ricc. alios referens to. 1. decis. 119.

Digitized by Google

EX DEFECTV PERFECTAE LENITATIS EX DEFORMATIONE LICITA.

V. Clericus

1 LIcitè occidens, aut mutilans poſt Baptiſmum, c. Si quis viduam diſt. 50: Pan. in c. Gaudemus de diuort. Nau. de conſang. 12. num. 8. Hominem viuum Nau. c. 27. num. 210. Membro habente officium diſtinctum, cuiuſmodi non eſt dignitas, dens, &c. glo in c. 3. de homic. in 6. Pan. in c. De Diacono, qui Cler. vel. vou. num. 10. Couar. in Clem. Si furioſus p. 3. initio num. 8. Nau. vbi ſupra Tolet lib. 1 c. 71. num. 5: Contrarium docet Cai. 2. 2. q. 65. ar. 1. Sot. de iuſt. lib. 5. q. 2. ar. 1. & concedunt Silu. homic. 3. q. 3. vers. 4. & alij citati à Couar. Si mutilentur illi digiti, ſine quibus Sacerdos quis eſſe non poteſt, vel polex, &c. Verior prima opinio, quam etiam tenent Alter. to. 1. diſp. 10. lib. 5. c. 9. dub. 5. & Sayr lib. 6. c. 15. num. 13 & ſeqq. cum ibi relatis.

2 Mutilans curando morbum, non eſt irregularis, c. Si quis à Medicis, & trib. ſeqq. diſt. 55. aut ad defenſionem neceſſariam propriæ vitæ Clem. vn. de homic. vel integritatis corporis. Cord. in d. Clem. q. 3. Salon. 2. 2. q 64. art. 8. contr. 2. concl. 1. P. Nau. de reſt. lib. 2. c. 3. num. 345: & 368. Sayr. vbi ſupra c. 17. num. 3. Silu. vbi ſupra vers. 1. Aut ne recipiat vulnus graue, aut deformem Salon. cit. Suar. de cenſur. diſp. 46. ſect. 2. num. 6. Etiam ſi culpa ſua in id diſcrimen inciderit Sot. vbi ſupra q. 1. ar. 9. Couar. vbi ſupra p. 2. parag. 4. num. 9. vers. 3 contra Nau. c. 15 num. 7: c. 27. num. 238. & de homic. cons. 31. & duob. ſeq. & Silu. homic. 3. q. 4. vers. 3. Niſi aduerterit periculum mortis ſecuturæ Sayr. vbi ſu pra num. 20. Neque incidit, qui mutilat, &c. ob defenſionem rerum alter, non valens defendere, c. interfeciſti de homic. vbi dicitur, Te tuaq; defendendo Sot. vbi ſupra ar. 8. Couar. p. 3. parag. vn. nu. 6. Caiet. 2. 2. q. 64. ar. 7. Ad intelligentiam d. c. Interfeciſti V. Decium in l. Vt vim num. 30: & ſeq. ff. de iuſt. & iur. & Barbos. ad d. c. Interfeciſti, & licèt Anchar. & Pan. ibi negent pro ſola rerum defenſione poſſe furem occidi, per tex. cit. qui copulatiuè loquitur. Falluntur tamen, quia non eſſet irregularis occidens in defenſionem vitæ; niſi ſimul eſſet defenſio rerum. intelligendus eſt ergo text. diſiunctiuè Vide Rotā coram Card. Mantica decis. 249. Intellige, ſi res ſit non parui momenti Valent. to. 3 diſp. 5. q. 8. p. 4. q. 3. Sayr. vbi ſupra optimè Suar. vbi ſupra ſect 2. Azor. p. 3. lib. 2. c. 16. q 10. Eſſe irregularem docent Pan. in c. Sicut dignum de homic. num. 14. S. Ant. p. 3. tit. 24. c. 2. parag. 3 Silu. bellū 2. num. 12. Arag. 2. 2. q. 64 art. 8. Nau. c. 27. num 3. Salon. vbi ſupra, vers. An occidens inuaſorem concl. 1. Niſi fur armis ſe defendat, ne capiatur Couar. vbi ſup. Tolet. lib. 1. c. 80. vers. 3 qui id intelligit tantummodo de laicis. Nam Clericos docet fieri irregulares. Mihi magis placet prior ſententia. Idem intelligendum eſſe in defenſione honoris docet Doct. cit.

3 Occidens, aut mutilans parantem inſidias, quando aliter vitam tueri non poteſt, niſi præueniendo, non eſt irregularis Couar. vbi ſupra P. Nau. num: 350. Sot. de iuſt lib. 5. q. 1. ar. 8 Sayr. num. 3 cit. contra Nau. de homic. cons. 31. & in man. c. 15 num. 3. V. infra ver. Homic. num. 8.

4 Carens vſu rationis, vt furioſus, infans, dormiens, non incidit ſi occidat Clē. ſi furioſus de homic. Puer, ſi ſit doli capax ante ſeptennium, incidit. Pan. in c. 1. de delic puer. num. 4 Couar. in Clem. cit. p. 3. initio nu. 5. Angel. irreg. 1. parag. 20. Nau. de cognat. ſpir. cons. 2. & in Man. c. 27. num. 230. Sayr. tamen vbi ſupra num. 20. alijs cit. docet non eſſe irregularem. addens ex multorum ſententia, etiam maiorem ſeptennio ante pubertatem, ſi hominē occidat, neſciens quid faciat, nec doli capax, non effici irregularem. Ebri-

5 Ebrius non incidit Ang ver. ebrietas num. 3. Caſt. de leg. pœn. c. 14. Nau. & Couar. vbi ſupra. Contrarium docent Silu. homic. 3. q. 4. vers. 5. Maiol. de irreg. lib. 5. c. 48. initio. Tab. ver. Ebrietas num. 9. parag. 8. & verum puto cum Nau. vbi ſup. Sayr. num. 35. Cord. lib. 1. qq. q. 26. dub. 1. ſi culpa ſua ſit ebrius, & ante ebrietatem aduertit ſe in ebrietate ſolitum arma capere, & alios lædere, niſi diligentiam adhibuerit, ne periculum ſequeretur.

6 Irregularis non eſt faciens opus licitum, ad quod caſualiter ſequitur mors ſi debitam adhibuit diligentiam. c. Ad audientiam, & quatuor ſeqq. de homic. S. Th. 2. 2 q. 64. ar. vlt. Sot. de iuſt. lib. 5. q. 2 ar. 9. Silu. homic. 2 initio, S. Ant. p. 3. tit. 28 c. 2. parag. 4. Couar. p. 2 parag. 4. num. 1 Nec qui dat cauſam propinquam. oportet enim id quod ſit natura ſua dirigi ad deformationem eiuſmodi eſt adiudicare morti, accuſare, teſtificari, iudicare reum iudicis denique aliquid facere. vnde mors aut mutilatio accelleretur S. Ant. vbi ſupra parag. 5. Nau. c. 27. num. 252. & de homic. cons. 20. At ſecundum Cai. 2. 2. q 64. ar. 8. & Azor. p 3. lib. 2. c. 14. not. 3. ſufficit, vt ſit intentum in ſe, vel in cauſa aliqua, ex qua ſemper, vel frequenter, vel in pluribus ſolet euenire homicidium.

7 Accuſans, teſtificans, indicans, &c. etiam ſi ſit Clericus, non incidit ſi præmittatur proteſtatio de punitione citra ſanguinem, vbi res ſit in proprium præiudicium, & ſi crimen non ſit dignum morte, alioqui incideret, c. Prælatis de homic. in 6. Nau. vbi ſupra num. 217. Immo licet accuſator, certò ſciat reum occidendum, non incidit, vt ex c. Poſtulaſti. & c. tua nos parag. vlt. de homic. docent Suar. de cenſur. diſp. 47. ſect. 2. num. 8. Felin. in d. c. Poſtulaſti, citato Io. And.

8 Aduocatus reum iniuſtè defendens, ob quod actor pœna tallionis condemnatus eſt, ſi interueniat deformatio, eſt irregularis ſecundum Nau. c. 27. num. 222. Ang. homic. 5. num. 1. At ſecundum Salon. 2. 2 q. 71. ar. 3 contr. 1. ad 6. non eſt irregularis, quia huiuſmodi irregularitas non reperitur in iure de Aduocato, V. Anchar. in c. 1. de poſtul. num. 7.

9 Si feras ligna, quibus aliquis comburitur, modo in ignem non mittas, non incidis B. Med. in ſum. lib. 1. c. 11. parag. 10. in fi. Rectius tamen alij docent, quod ſi comburendus erat viuus, & illa ligna cooperata ſit ad mortem, incidit, ſic S. Ant. vbi ſupra parag. Homicidium opere Ang. irreg. 1. num. 18. Silu. homic. 3 q. 7. vers. 10. Nau. vbi ſup. Tolet. lib. 1. c. 82. nu. 6.

10 Confeſſarius interrogatus à Iudice, an hic reus homicidij ſit decapitandus, reſpondere poteſt, homicidiam pœna mortis ſecundum legis puniri, neque incurrit irregularitatem: & negare poteſt abſolutionem Iudici nolenti condemnare, & exequi Sayr. lib. 6 c. 18. num. 25 & ſeq. Roder. lib. 1. ſum. c. 170. concl 3. Alij tamen, vt Tolet lib. 1. c. 81. vers. 6. S. Ant. vbi ſupra parag. 2. initio, Pan. in c. ex literis de exceſſ. Præl. Ang. irreg. 1. parag 4. Silu homic. 3. q. 5. vers. 4. dicunt, quod ſi caſus imminet de præſenti, & ex ſuo conſilio generali, vel ſpeciali ſequatur mors, ſit irregularis. Priorem ſententiam tamquam veriorem tuetur Suar. de cenſur. diſp. 47. ſect. 1 nu. 8. quia ſic [in genere reſpondendo] non terminatè mouit Iudicē ad cōdemnandū hunc in particulari

11 Non eſt irregularis inſtituens Iudicent, vt faciat iuſtitiam, etiam in particulari c. 3. Ne Clir. vel Mon. in 6. S. Ant. p. 3. tit. 29. c. 2. vers. Verbo antem Ang. homic. 1. nu. 10. Silu. hemic. 3 q. 5. Couar. vbi ſup. parag. 5. nu. 8 Nec denuncians crimen, quod non meretur pœnā mutilationis, c. Poſtulaſti de homic. Nec qui dat alteri arma ad ipſius dantis defenſionem; ſecus ſi ad proximi defenſionē, etiam non valentis alter ſe defendere Nau. c. 27. nu. 212. Sayr. lib. 6. c. 17. nu. 14. Nec qui ortatur in bello iuſto c. Vt pridē, & ſeq. 23. q. 8. Fel. in c. pen. de homic. Couar. vbi ſup. parag. 3. nu. 2 S. Ant. p 3 tit. 28. c. 2. parag. 6. Etiā ſi inde ſequatur mors. Nau. vbi ſup nu. 215. & de homic: cōſil. 4. & dub. ſeq. Neq; qui occidit, vel mutilat agreſſorē Patris, Matris, aut alterius cōſanguinei, vel proximi innocentis, aliter eorum mortem vitare non valens Cou,

p. 3.

p. 3. parag vn. num. 5. & valde probabile dicit Sayr. vbi ſupra num. 21. licèt contraria ſit communis: quia non videtur credibile, vt ego lege charitatis, & naturali tenear proximum defendere, reddendo me inhabilem ad ordines. Nec qui denuntiat crimen quamuis occultum, ſi cedat in damnum Communitatis, & periculum ſit in mora; vt ſi quis machinetur proditionem Ciuitatis, præmiſſa tamen proteſtatione Valent. to. 3. diſp. 3. q. 10. p. 5. vers. ſecundus caſus. Immo cum proteſtatione tenetur ad accuſandum, vt obuietur damno cuiuſcumq; proximi Arag. 2. 2. q. 68. ar. 1. in fi. Cai. 2. 2. q. 33. ar. 7. nec propterea incidet in irregularitatem ſecundum eoſdem. Quòd ſi ommittat proteſtationem vult Roder. in ſum. p. 1. c. 170. num. 12. non effici irregularem, quia ad accuſandum tenetur ſub mortali V. Sayr. vbi ſupra c. 18. dub. 8. Nec qui denuntiat hæreticum, quem ſcit comburendum; nec Inquiſitor, qui eum tradit brachio ſæculari B. med lib. 1. ſum. c. 11. parag. 10. in fi. Ang homic. 1. num. 24. Suar. vbi ſupra à num. 10. etiam ſi cogat Iudicem differentem executionem, vt illum comburat. Felin. in c. Ad abolendam de hæret. num. 7. Maiol. de irreg. lib. 2. c. 9 num 8. & c. 10. num. 5. & lib. 5. c. 88. parag. num. 9. Nec Conſultores S. Officij, etiam in cauſa mutilationis & mortis, Paulus IV. & Pius V. vt refert Pegn. ad Direc. p. 2. com. 20. vbi etiam docet neceſſariam non eſſe proteſtationem ad vitandam irregularitatem, licèt omittenda non ſit; quia communi Eccleſiæ conſuetudine nititur. Nec Clericus accuſatus, qui ſe defendendo petit accuſatorem puniri pœna tallionis etiam ad mortem, præmiſſa proteſtatione, licet propterea accuſator morte plectatur Cou. parag. 5. cit. num. 5. Sayr. vbi ſupra num. 11. Ego verò horum opinionem probare non poſſum Ea enim proteſtatio cum ſit contraria facto maximè intento fruſtranea eſt quomodo enim proteſtatur ſe nolle pœnam ſanguinis, (hæc enim eſt hoc caſu natura proteſtations) ſi petit accuſatorem damnari ad mortem? Pro hac ſententia multa Tolet. lib. 1. c. 82. vbi multis citatis docet proteſtationem ſupponere animum non vindicandi, aliter non eſſe veram proteſtationem. Nec incidit Prælatus habens iuriſdictionem temporalem, & imponens Officiali ſuo, vt ſuper certo delicto inquirat, & faciat iuſtitiam, licèt ſequatur homicidium. c. Epiſcopus, Ne Cler. vel mon. in 6.

12 Papa dando Clerico poteſtatem præliandi, hoc ipſo tollit irregularitatem Pan. in c. 2. de vit. & hon. cler. num. 5. Couar. in Clem. ſi furioſus p. 2. parag 3. num. 2 vers. 12. B. Med. vbi ſupra parag. 11. contra S. Ant. vbi ſupra parag. vlt. vers. nota tamen Silu. homic. 3. num. 9 licet per ſeipſum occidat, aut mutilet. Molin. de iuſt. trac. 2. diſp. 110. V. Sayr. vbi ſupra c. 19. num. 14.

13 Vocans ſocium, vt ſe ab inuaſore defendat; ſi hunc ſocius occidat, vocans non efficitur irregularis; eſt enim neceſſaria defenſio Nau. c. 17. num. 212. vers. ſecundò ſequitur, & de homic. cons 12 num. 2. Sayr vbi ſupra Suar. diſp. 45. ſect. 3.

14 Non eſt irregularis, qui reum Iudici indicat, aut eius interſignia tradit, eſt enim cauſa remota, c. Tua nos, parag. Ad vlt. de homic. Intellige de eo, à quo fuit ſpoliatus; & ſi ea interſignia dedit, agens ciuiliter ad recuperationem rerum ſuarum proteſtando nolle vindictam. Fel. in d. c. Tua, in fi. Tolet. lib. 1. c. 82. aut ſi ea interſignia non ſunt ſufficientia ad conuincendum, non indicata perſona furis Ban. in d. c. Tua num. 8. Couar. parag. 5. cit. num. 1.

15 Occidens ſe defendendo, cum poſſet fugere, non eſt irregularis, ſi fuga illi erat dedecori Sot. de iuſt. lib. 5. q. 1. ar. 8. Arag. 2. 2. q. 64. ar. 8. dub. 2. Si tamen aliter ſaluari non poterat Couar. vbi ſupra p. 3. parag. vn. num. 4 quia quod ſine magna infamia euitari nõ poteſt, moraliter eſt ineuitabile, & propter ea nõ cõpræhẽditur ſub Clem. ſi prorſus Marchin. de ord. trac. l. p. 9. c. 5. diffic. 3 Sil. bel'ũ 2. q. 7. Clericus ſi poteſt fugere, nõ excuſatur Pan in c. Sicut dignũ, de homic. & in c. 2. de vit. & hon. cle.

Niſi

Niſi fuga illi eſſet periculoſa Cou. vbi ſupra Fel. in d. c. Suſcepimus. Silu. homic. 1. q. 9. vers. 3. & homic. 3. q. 4. vers. 2. Nau. de homic. conſil. 6.

16 Infligens vulnus non mortale excuſatur, ſi inde culpa medici, aut regiminis moriatur c. Exhibitit de homic. iuncta glo. ver. conueni. Cai. 2. 2. q. 64. ar. 8. vbi Salon. contr. 1. concl. 2. Nau. c. 27. num. 223. contra Couar. p. 2. parag. 2. num. 9. V. Dianam, & plures ab eo citatos p. 4. trac. 2. reſol. 10.

10 Non eſt irregularis faciens leges de puniendis delictis; quia in certam perſonam non animaduertit Silu. homic. 3. q. 7. vers. 9.

18 Qui vertit infirmum, qui propterea citius moritur præter eius intentionem, non eſt irregularis; niſi fuerit notabiliter negligens Nau. c. 27. num. 229. Sot. vbi ſupraar. 9. Idem de medicante affirmat Nau. vbi ſupra, & com. Idem de cuſtodiente, qui petenti infirmo vinum dat, vel aliquid huiuſmodi, ſi certum non eſt eum propterea mortuum eſſe, & ille hoc præuidere non potuit: & niſi ſit euidens culpa, vel diſſoluta negligentia. Et, ſi habet conſcientiam, deponere debet ad conſiliu m boni viri: niſi dediſſet contra expreſſum medici præceptum, quia tunc non excuſaretur Ang. homic. 2. parag. 14. V. Caiet. ar. 8. cit.

19 Non incidit, qui conſilium dat moriendi pro virtute, pro fide. Anchar. in c. Ad audientiam num. 13. de homic. Silu. homic. 1. q. 8. vers. 8. S. Ant. p. 3. cit. 28. c. 2. parag. 2. Couar. p. 2. parag. 5. num. 6. Nec Clericus conſulens Principi, vt pro certo crimine mortis legem ferat. c. Peſſimam in fi. & ibi glo. 23. q. vlt. glo. in c. Ex literis de exceſſ. Præl. ver. conſuluit. Neque qui alios hortatur pro defenſione ſuæ Eccleſiæ. c. Vt pridem, 23. q. 8. glo. in c. Clericum diſt. 50.

20 Clericus clamans vt defendat res ſuas ſibi furto ſublatas, irregularis eſt, ſi ſequatur mors, aut mutilatio Couar. vbi ſupra num. 3. Silu. homicidium 2. q. 17. Intellige ſi ea intentione clamauit, aut credere debuit ſuperuenientes deformaturos, aut Iudici deformandum tradituros Nau. c. 27. num. 236. Roder. in ſum. p. 1. c. 127. num. 4.

21 Non eſt irregularis, qui aliquem ad patibulum aſſocians, caſu impellit iumentum quo ille vehitur, licet mors tantillum accelleretur Sot. de iuſt. lib. 5. q. 1. ar. 9. Secus de eo, qui hortatur condemnatum, vt admoueat caput ad ſtipitem, aſcendat ſcalas, aut aliud faciat, quo accelleretur deformatio Nau. num. 217. vers 13. S. Ant. vbi ſupra parag. 5. Sayr. lib. 6. c. 16. num. 3.

22 Non eſt irrregularis Sacerdos, qui de mandato Epiſcopi conduxit armatos pro cuſtodia caſtri, ſi exurgente pugna multi moriantur Graff. alios referens p. 2. lib. 3. c. 6. num. 5. V. Tolet. lib. 1. c. 81. nu. 14. & ſeq.

23 Clericus in ſacris exercens chirurgiam per inciſionem vel aduſtionem, morte ſecuta ſit irregularis, licet adhibeat neceſſariam diligentiam Diana plures referens p. 4. trac. 2. reſol. 23. contrarium tamen dicens eſſe probabile, & ſatis patet ex c. Tua nos, de homic. V. etiam Sayr. de cenſur. lib. 7. c. 6. à num. 7. ad 11. Intelligunt autem, & rectè, textum in d. c. Tua, quando ſit cauſa pietatis, & vrgente neceſſitate, vt tempore peſtis, quando alius haberi non poteſt. Barbos. ad tex. cit cum alijs ibi relatis.

24 Iudex proferens ſententiam ſanguinis, eiuſq; Aſſeſſor, qui dictauit ſententiam, & quilibet alius miniſter, qui ſententiam exequitur, aut ſententiæ formam extendit, aut legit in iudicio, & Notarius illam ſcribens, qui ſignat ſcriptam ab alio, aut ſigillat, aut teſtium depoſitiones ſcribit, aut legit, quando pro tali occiſione, aut mutilatione publicantur; & alij omnes, qui Iudicem de cauſa informant, ſecuta morte, vel mutilatione ſunt irregulares. Idem de ſcribente, vel tranſcribente ſententiam, tamq; Officiales iuſtitiæ, & de dictante literas, quibus iubetur fieri deformatio Com. vt pluribus cit. docet Sayr. vbi ſupra num. 4.

25 Solus

25 Solus Papa diſpenſat in prædictis irregularitatibus. Epiſcopus tamen diſpenſat ſuper ea quæ naſcũtur ex homicidio iuſto; non enim eſt homicidium voluntarium, de quo Trid. ſeſſ. 24. c. 6. vbi dicitur de homicidio ex delicto Nau. c. 27. num. 240. Contrarium tamen poſtea docuit de homic. cons. 39. Item Roder. de regul. to. 1. q. 24. ar. 8. & to. 2. q. 105. ar. 2. eandem facultatem concedens Generalibus Religionum.

IRREGVLARITATES EX DELICTO EX DEFORMATIONE ILLICITA

1 QVI mentis compos poſt baptiſmum viuum hominem illicitè deformat Nau c. 27. num. 119. & de conſang. cons. 12. num. 8. Et occidens, aut mutilans diſt. 10. & de homic per multa cap. glo. in Clem. ſi furioſus de homic. Sayr. lib. 7. c. 1. num. 5. Et qui dat cauſam propinquam, glo. in c. De cetero, ver. cauſam de homic. Ex qua ſcilicet fere ſemper, vel frequenter, vel in pluribus ſolet ſe qui homicidium Cai. 2. 2. q. 64. art. 8. Azor. p. 3. lib. 2. c. 14. not. & ducens vbi ſit hoſtis Nau. num. 221. & Conſulens, mandans, rogans, c. Sicut dignum parag. vlt. de homic. Couar. in Clem. Si furioſus p. 2. parag. 2. Niſi reuocet perſuadens contrarium, aut monens alterum, vt caueat Pan. in c. Ad audientiã de homic. Silu homic. 1. q. 7. vers 3. & q. 8. vers. 6. Si tamẽ reuocans cõſiliũ putabat, id ſufficere non erit irregularis, licèt ſequatur homicidium S. Ant p. 3. tit. 28. c. 2. parag. 2. Sayr. vbi ſupra c. 3. num. 6. aſſerens de com. Mandans fit irregularis, niſi reuocet mandatum tacitè, vel expreſſè Nau. num. 222. Et, ſi mandatarius non acceptauerit mandatum, poſtea tamen mutata voluntate occidat, inſcius id eſſe contra mandantis intentionem, mandans fit irregularis Maiol lib. 5. c. 48. parag. 2. num. 3. Suar. de cenſur. diſp. 44. ſect. 3. num. 9. Item licèt reuocauerit mandatum, & facti pœnitens ſit, ſi antequam innotuerit reuocatio, quia non potuit; quia v. g. mandatarius longe diſtat, homicidium ſit ſecutum Sayr. multis cit. lib. 7. c. 2. num. 13. V. Excom. reſer. num. 11. Item ſi mandatarius ideo occidatur, Silu. homic. 1. q. 7. vers. 4. Sayr. num. 12. & concedit Anchar. in c. Ad audientiam de homic. num. 11. Si mandauit, aut conſilium præbuit ad occidendum in loco, vel tempore periculoſo alias non, quia ille non debuit tranſgredi fines mandati V. Sayr vbi ſupra c. 3. num. 3. Mutilans dicitur qui abſcindit, non qui debilitat. hic enim non incurrit Nau. vbi ſupra Roder. in ſum. lib. 1. c. 69. num. 1. In iure enim non eſt inducta irregularitas, niſi ob occiſionem, vel mutilationem Sayr. lib. 6. c. 15. num. 6. Tolet. lib. 1. c. 71. num. 3. Non mutilat verò, qui priuat aliquem viſu, ſi non eruit oculum c. Si euangelica diſt. 55. Salon. q. 65. ar. 1. contr. 3. concl. 4. Ricc. p. 2. decis. 90. Add. ad Capell. Tholos. q. 208. licèt alij, quos refert Sayr. contrarium aſſerant, ſed minus verè.

2 Occidens fœtum, ſi probabile eſt fuiſſe animatum, cenſendus eſt irregularis c. Sicut ex litterarum de homic. S. Ant. p. 2. tit. 7. c. 8. parag. 1. Et in dubio an fuerit animatus, debet ſe cenſeri irregularem. Pan. in d. c. Sicut num. 7. Animatur mas 40. diebus, fœmina 80. glo. in ſum. d. 5. V. ver. Homicidium num. 9. & excom non reſer. num. 30. Sayr. vbi ſupra dub. 4.

3 Fauens in bello iniuſto, etiam ſine armis, ſi quis occidatur, eſt irregulari Nau. c. 27. num. 224. Pan. in c. Petitio, de homic. Diſpenſat autem Epiſcopus, ſi talis non deformauit, c. 1. & 2. de cler. pugn. in duel. Silu. Bellum 1. q. 3.

4 Si quis depræhenſus in adulterio, ſe defendendo occidit: aut ſi ob id vir occidat vxorem, volunt eſſe irregularem Silu. homic.

homic. 3. q. 4. vers. 3. Nau. c. 15. num. 7. & c. 27. num. 138. & de homic. conſil. 31. & duob. ſeq. Rectius alij negant, quia tale homicidium non ſequitur per ſe, & neceſſario ex adulterio ſed occaſionaliter; nec adulter ideo amiſit ius naturale tuendi vitam ſuam, etiam cum occiſione inuaſoris. Sot. de iuſt. lib. 5. q. 1. ar. 9. Couar. vbi ſupra parag. 4. num. 9. vers. 3. Caſtr. de lege pœn. lib. 2. c. 14. vers. Hic tamen admoneo. Salon. 2. 2. q. 64. ar. 8. contr. 3. vers. An qui auxilium, &c. & ar. 7. contr. 1. conclus. 2. Leſſ. lib. 2. c. 9. dub. 15. num. 3. Roder. in ſum. lib. 1. c. 177. num. 2. vers. 4. Sayr. lib. 6. c. 17. num. 18. & ſic refertur in addit. ad Nau. de homic. conſil. 35. ſic ſenſiſſe ſacram Pœnitentiariam, & Greg. XIII. Limitant Tolet. lib. 1. c. 78. vers. quando verò, & Sayr. vbi ſupra num. 20. Niſi adulter aduerterit periculum mortis ſubſecuturæ. Idem Roder. vbi ſupra Suar. de cenſur. diſp. 45. ſect. 6. num. 7.

5 Qui malitioſè impedit conſilio, aut per vim volentem defendere innocentem, ſecuta morte eſt irregularis; quia contra iuſtitiam facit. Niſi bono animo amicum diuerterit, ne periculis ſe obijciat. S. Ant. p. 3. tit. 28. c. 2. parag. 1. Sayr. lib. 7. c. 4. num. 8. Suar. vbi ſupra ſect. 4. num. 3. Qui verò non impedit volentem occidere, licèt malitioſè id faciat, non fit irregularis, ſi non tenebatur ex iuſtitia, ſed tantum ex charitate Suar. ibidem. Et qui domus ſuæ fores claudit, & ideo fugiens occiditur, ſi malitioſe clauſit, vt ille occideretur, fit irregularis Maiol. de irreg. lib. 5. c. 50. num. 3. vers. Ex prædictis.

6 Qui iubet percutere, ſine deformatione, ſi hæc ſequatur, eſt irregularis, c. fi. de homic. in 6. Sed diſpenſat Epiſcopus Nau. c. 27. num. 240. & de homic. cons. 27. Sayr. vbi ſupra c. 7. num. 8. Et qui non contradixit volentibus ſua cauſa deformare, c. Petrus de homic. Et qui approbat ſuo nomine factam deformationem Silu. homic. 1. q. 7. vers. 5. Felin. in c. Sicut dignum de homic. num. 8. Nau. c. 27. num. 233. Hoc vltimum meritò negant Ang homic. 2 nu. 7. Hoſt. in ſum. de homic. parag. Quia pœna feriatur Couar. in Clem. Si furioſus p. 2. parag. 1. nu. 4. Sayr. lib. 7. c. 4. nu. 17. quia regula illa Ratihabitio de reg. iur. in 6. verificatur quoties ſpecifica deciſio minimè requiritur, vt hic. Nam irregularitas non incurrit niſi in caſibus in iure expreſſis, c. Is qui de ſent. exc. in 6. Nullibi tamen reperitur expreſſum, ratihabitionem inducere irregularitatem. Sic etiam docent Roder. in ſum. lib. 1. c. 178. Tolet. lib. 1. c. 83. num 1. Suar. diſp. 84. ſect. 3. nu. 24.

7 Irregularitas ex delicto incurritur etiam ex culpa veniali Cai. in ſum. ver. Irregularitas & 2. 2. q. 64. ar. 8. & ibi Arag. dub. 2. concl. 4. Rectius tamen negant alij; quia pœna eſt, cum ſit ex delicto; non eſt autem imponenda tam grauis pœna, niſi ob peccatum mort. cum ſine contemptu non inducatur irregularitas. Sot. de iuſt. lib. 5. q. 5. ar. 9. Nau. c. 27. num. 251. Suar. to. 3. diſp. 31. ſect. 6. dub. 6. Salon. 2. 2. q. 64. ar. 8. contr. 3. vers. quæ negligentia. Sayr. lib 6. c. 5 num, 5.

8 Non ſufficit dare operam rei illicitæ, niſi ex natura ſua ſoleat eſſe cauſa deformationis propinqua, ſufficienter directa reſpectu talis effectus, Nau. c. 27. nu. 211. & de homic. cons. 20. Sufficit verò, ſi res illa genere ſuo eſſe ſoleat cauſa homicidij, aut periculoſa Sot. vbi ſupra q. 1. ar. 9. Couar. vbi ſupra parag. 4. nu. 10 Caſtr. de leg. pœn. lib. 2. c. 14. Salon. vbi ſupra vers. An qui adhibuit V. Tolet. lib. 1. c. 70. 81. & 82. Sayr. lib. 7. c. 5. & Cai. 2. 2. q. ar. 8. cit. Suar. to. 4. diſp 82. ſect. 3.

9 Inter dantem operam rei licitæ, & eum, qui illicitæ, hoc diſtat quod ille ſi adhibuit debitam diligentiam excuſatur ab irregularitate; hic verò ſi res ſit periculoſa, incidit c. Lator, c. Dilectus filius, c. Ex litteris 1. & 2. c. Significaſti c. Ioannes, & c. fin. de homic. c. Hi qui, & duob. ſeqq. diſt. 52. Limitant Couar. vbi ſupra p. 2. parag. 4. num. 10. vers. ignus Suar. de cenſur. diſp. 45. ſect. 6. num. 14. quando actus ille illicitus natura ſua ordinatus eſt ad mortem, aut mutilationem.

Quare inferunt Clericum dantem operam venationi prohibitæ, ſi omnem adhibuit diligentiam, non incurrere irregularitatem; quia non eſt illi prohibita quia mala; ſic enim, & laico eſſet prohibita. Excipe tamen modum venandi periculoſum Cou. loc. cit. V. Cord. lib. 2. qq. q. 26. Azor. p. 3. lib. 2. c. 14. not. 5. Sanchez in ſum. lib. 1. c. 16. num. 3.

10 Mandans homicidium fieri in perſonam vnius, ſi committatur in perſonam alterius, non incurrit irregularitatem ex homicidio voluntario Cong. Concilii.

11 Cum petitur diſpenſatio irregularitatis ob homicidium, non eſt neceſſe exprimere occiſum fuiſſe ſacerdotem. eſt enim qualitas omnino extrinſeca, & nil ad irregularitatem faciens. Sanchez de matr. lib. 8. diſp. 21. num. 12. quicquid in contrarium aſſerat Rader. in ſum. p. 1. c. 174. num. 10.

12 Cum irregulari ex homicidio caſuali diſpenſat Epiſcopus ad ordines minores, & beneficium ſimplex, & ad retinendum Curatum prius obtentum Nau. c. 27. num. 240. vers. 4. Pan in c. 2. num. 3. de cler. pugn. in duel. B. Med. in ſum. lib. 1. c. 11. parag. 12. Et, ſi ſit occultum, diſpenſat etiam ad ſacros per Trid. ſeſſ. 24. c. 6. Ibi enim conceditur diſpenſatio ab irregularitate ex delicto occulto, excepta ea, quæ ex homicidio voluntario, cuiuſmodi non eſt caſuale V. Suſpenſio num. 19. Appellatione homicidij voluntarij, de quo Trid. intelligitur homicidium illicitum, & prohibitum quinto Decalogi præcepto, quod per inſidias, & ex propoſito fit. Quare homicidium, cuius irregularitas eſt Papæ reſeruata, debet eſſe illicitum, intentum ac volitum in ſe. ſic Diana p. 4. trac. 2. reſol. 72. vbi quod v. homicidium dicatur voluntarium, neceſſe eſt, vt ad ſit voluntas directa, & expreſſa in illo perpetrando, nec ſufficere, ſit voluntarium in cauſa, Poteſt etiam cum ſe caſtrante, putante id licitum, vt in ſuſcepto miniſtret, non tamen in altari, c. Significauit, de corp. vitia. Et cum mutilante occulto, non enim eſt homicidium Suar. de cenſur. diſp. 44. ſect. vlt. in fi.

13 Prælati regulares abſoluere poſſunt ſuos ſubditos in foro conſcientiæ, etiam ſi homicidium ſit voluntarium, & ex propoſito, modò ſit occultum Roder. in Bull. cruc. parag. 9. num. 125. & ſeq. & de regul. to. 1. q. 24. ar. 12. Sorb. ver. Abſolutio quoad fratres.

14 Irregularis ex homicidio an penſione priuetur, negatiuam multis probat Marchin. de ordine trac. 1. par 8. c. 5. num. 8. & ſeqq. contra Nau. de homic cons. 44. Paris de Reſign. Sayr. de cenſur. & alios.

EX ORDINIS
ABVSV

V. Ordo Religio. Suſpenſio.

1 QVI ordinatur ſciens, aut ſcire debens ſe impedimentum maiori excommunicatione, ſuſpenſione, interdicto Silu. ver. irregularitas q. 2. & 13. vers. 3. Nau. c. 17. num. 241. Tolet. lib. 1. c. 46 nu. 1. qui id intelligunt etiã de min. ord. Sed verius videtur ſuſpenſum, & interdictum non fieri irregularem per ſolam ſuſceptionem, ſed requiri, vt ſolemniter exerceat: quia in iure non inuenitur expreſſa irregularitas in hoc caſu, niſi in excommunicato c. 1. De eo, qui furt. ord. ſuſc. & c. Cum illorum, de ſent. exc. Sayr. lib. 7. c. 10. num. 12. Epiſcopus diſpenſat, ſi delictum ſit occultum, per Trid. aut ſi talis ingrediatur religionem, c. 2. de qui fort. ord. ſuſc. Poteſt etiam Abbas cum ſuis monachis c. 1. eo tit. Alios caſus vide apud Suar. de cenſur. diſp. 40. ſect. 4.

2 Item qui eodem die accipit cum minoribus Subdiaconatum c. 2. cit. Niſi excuſet conſuetudo Nau. c. 22. num. 71. & c. 27. num. 241. vers. 4. Et qui eodem die accipit duos ſacros c. Literas, & c. Dilectus de temp. ord. Ang. ver. Irregularitas num. 22. Nau. d. num. 241. Epiſcopus

pus diſpenſat, vt in prius ſuſceptis miniſtret: Vt verò ad maiores aſcendat, non poteſt, niſi religionem ingrediatur c. 2. cit. Ang. & Nau. vbi ſupra.

3 Ordinatus à denuntiato excommunicato, ſuſpenſo, interdicto, ſimoniaco, hæretico Ang. vbi ſupra num. 30. Silu. eo. q. 7. Nau. d. num. 241. quia executionem conferre non poteſt, qui eam non habet c. Gratiam 1. q. 1. & de excommunicato eſt tex. in c. fi. de Ord. ab ep. qui rem. Alij tamen putant huiuſmodi eſſe ſuſpenſum, non tamen irregularem, niſi impropriè, peccare tamen mort. à talibus recipiendo ordines. Sic glo. in c. fi. cit. ver. Excommunicatis per c. Ordinationes 9. q. 3. Alter. de ſuſp. diſp. 9. c. 3. Sayr. lib. 7. c. 10. num. 17. Intellige excommunicatum, &c. iuxta extrau. Ad euitanda. Ab alijs enim ordinatus etiam ſcienter, non fit irregularis.

4 Solemniter, & ſeriò vtens ordine ſacro, quem non habet, eſt irregularis, c. 1. de cler. non ord. Silu. vbi ſupra q. 12. Ang. num. 38. Etiam ſi abſq; intentione faciendi verum miniſterium Suar. vbi ſupra num. 27. Hanc irregularitatẽ incurrit etiam laicus Nau. vbi ſup. Sil. q. 27. contra Ang. loco cit. Quare Clericus cantans Epiſtolã ſolemniter cum Manipulo, Et ſubdiaconus cum ſtola cantans Euangelium, fiunt irregulares, vt pluribus cit. docet Sayr. lib. 7. c. 10. num. 2. & ſeq.

5 Laicus abſoluens non fit irregularis S. Ant. p. 3. tit. 13. c. 1. Silu. confeſſor 1. in princ. Vict. in ſum. num. 144. Sayr. vbi ſupra num. 6. & duob. ſeq. Rectius tamen alij volunt eſſe irregularem; quia ſolemniter exercet actum ordinis presbyteralis, quem non habet Sic Sot. in 4. d. 18. q. 4. ar. 1. Nau. c. 27. num. 242. in fi. Valent. to. 4. diſp. 7. q. 3. p. 1. Suar. to. 3. diſp. 31. ſect. 4. in fi. & to. 4. diſp. 32. ſect. 7. & de cenſur. diſp. 4. ſect. 4. num. 10.

6 Excommunicatus maiori, ſuſpenſus, vel interdictus ſcienter faciens officia diuina, & ſcienter exercens actum ordinis ſacri, quem habet efficitur irregularis Sayr. lib. 7. c. 9. num. 1. & eſt caſus in c. Si quis 4. 11. q. 4. Suar. de cenſur. diſp. 41. ſect. 3. Aut qui dat auctoritatem, cum is, qui dat, aut ipſe ligatus ſit: requiritur verò contemptus Nau. vbi ſupra num. 244. Silu. q. 13. Id tamen non verificari in laico, ſed in ſolo Epiſcopo volunt glo. in Clem. II. de priuil. & exceſſ. priuil. ver. etiam celebrarẽ Anchar. ibi num. 4. Pan. in c. Illud, de cler. excom. contra Nau. d. num. 244. extendentem ad Superiorem laicum. Immo Tolet. lib. 1. c. 67. num. 5. docet Nec Epiſcopum effici irregularem, cum non inueniatur in iure, & hic non ſit actus ordinis, ſed iuriſdictionis, propter quam nemo fit irregularis. idem ſentit Roder. de regul. to. 2. q. 109. ar. 4. vers. quantum ad tertiam. Excuſat autem ignorantia probabilis, Silu. vbi ſupra vers. 5. Nomine diuinorum officiorum intellige actum annexum ordini clericali, vt ſacramenta miniſtrare, miſſam celebrare, legere Epiſtolam vel Euangelium publice in Eccleſia; benedicere aquam, oleum, fructus, &c. cum precibus, & ceremonijs ab Eccleſia inſtitutis; ſolemniter benedicere coniuges, Suar. vbi ſupra ſect. 2. num. 19. Solemniter dicere collectas in Choro Nau. c. 27. num. 163. Et audire peccata, licèt non abſoluas Comitol. reſp. mor. lib. 6. q. 48. & exercere ſolemniter actum minorum ordinum, ſecundum Inn. & com. in c. fi. de exceſſ. Præl. vbi Pan. num. 5. & ſequitur Nau. vbi ſupra Suar. de cenſur. diſp. 42. ſect. 2. Silu. ver. Irreg. q. 13. vers. 1. Anchar. & Franc. in c. Medicinalis de ſent. exc. in 6. Cuius tamen contrarium docent S. Ant. p. 3. tit. 28. c. 19 in princ. Couar. in c. Alma p. 3. parag. 8. num. 9. vers. 10. Nau. de ſent. exc. cons. 44. num. 4. Roder. in ſum. p. 1. c. 168. num. 8. Sayr. alios referens c. 8. cit. num. 4. Secus eſt cum alijs litanias canere modò ſine cruce, ſuperpelliceo, & ordine procedendi; baptizare ſine ſolemnitate vt laicus; canere Epiſtolam, & exercere actus minorum ordinum vt laicus. Immo, & cum alijs canere etiam in choro Nau. loco cit. Niſi pſallat ſicut prius facere conſueuerat, ideſt quaſi in officio ſuo agens, in quocumq; officio cantando, & in quibuſcumq; horis; quia tunc fieret irregularis glo. in d. c. Cum

medicinalis ver. Sicut prius, & ibi Anchar. & Franc. Silu. vbi ſupra verſ. 4. Tolet. lib. 1 c. 72. ſolus Papa diſpenſat Silu. & Nau. vbi ſupra Ang. num. 22. V. Alter. de ſuſp. diſp. 10. lib. 1. c. 2.

7 Celebrans, vel miniſtrans ſolemniter contra ceſſationem à diuinis, non efficitur irregularis, glo. in c. Si canonici, ver. ceſſare de off. ord. in 6. & com. vt pluribus cit. docet Sayr. de cenſur. lib. 5. c. 17. num. 9. non enim eſt expreſſa in iure.

8 Transgreſſor cenſuræ Eccleſiaſticæ iuſtæ in foro exteriori, ſed iniuſtæ ſimpliciter, quià ex falsa cauſa, licet publicè, & cum ſcandalo contemnat, vt quia publicè celebrat, peccat quidem mortaliter, non tamen efficitur irregularis Cai. 2. 2. q. 70. ar. 2. ad 2. & to. 1. opuſc. trac. 19. ad 2. Aliter. to. 1. diſp. 2. lib. 3. c. 1.

9 Suſpenſus ab ingreſſu Eccleſiæ, ſi in ea celebret, aut in cæmeterio, fit irregularis; ſecus ſi extra. c. Is cui de ſent. exc. in 6. Pan. in c. Cum dilectus de conſuet. num. 20. aut in Oratorio non fundato auctoritate Epiſcopi, nec deſignato in perpetuum pro celebratione Nau. c. 27. num. 170. glo. in d. c. Is cui, ver. in ea Couar. in cap. Alma p. 2. parag. 1. nu. 3 Alter. diſp 4 c. 4. & diſp. 6. c. 3.

10 Suſpenſis ab Officio prædicandi, ſi prædicet fit irregularis ſecundum Nau. c. 27. num. 163. vers. 8. Alij tamen negant, & meritò, vt Ang. ſuſpenſio 3. num. 8. Maiol. de irreg. lib. 3. c. 19. num. 21. Silu. ver. ſuſpenſio q. 5. Sayr. lib. 4. c. 16. num. 20. & ſeq. Peccat quidem grauiter, & eſt excommunicatus per Clem. Cupientes parag. Quibus de poen. non tamen fit irregularis Alter de ſuſpens. diſp. 6. c. 3. Quia tamen dicta Clem. non generaliter loquitur, tu dic vt ſupra Excom. non reſer. num. 22.

11 Suſpenſus à iuriſdictione eam exercendo non fit irregularis Nau. c. 27. nu. 160. quia vt docent communiter Doct. Irregularitas non incurritur, niſi per ſolemne exercitium, aut ſuſceptionem diuinorum.

12 Suſpenſus à Pontificalibus, ſi in eis celebret, non fit irregularis, Silu. vbi ſupra, S. Antoni. 3. tit. 27. c. 4. vers. Si eſt ſuſpenſus ab officio Pan. in c. Cum dilectus de conſuet. Cou. vbi ſupra p. 1. parag. 1. vers. 2. licèt Ang. ver. ſuſpenſio 3. num. 3. Nau. num. 163. contrarium ſentiant. Si nomine Pontificalium intelligatur apparatus, vt mitra, Pallium, &c. vera eſt prima ſententia, quia hæc non ſunt diuina officia, nec de ſubſtantia celebrationis: Si verò intelligantur munera Ponficium propria, vt ordines conferre, Eccleſias, & Virgines conſecrare, vera ſecunda opinio: ſunt enim hæc diuina officia, & propria Ordinis Epiſcopalis Alter. vbi ſupra vers. Item ob eandem cauſam Sayr. lib. 4. c. 16. à num. 24. ad 29.

13 Suſpenſus ab Epiſcopali officio, ſi exerceat Sacerdotale, non fit irregularis Silu. vbi ſupra Sayr. lib. 4. c. 4. num. 14.

14 Suſpenſus ab Ordine inferiori prohibetur exercere actum non ſolum illius ordinis, ſed etiam omnium ordinum ſuperiorum Ang. ſuſpenſio 3. num. 3. Pan. in cap. Vel non eſt compos de temp. ord. num. 5. Silu. ver. ſuſpenſio nu. 5. Alter. c. 3. cit. vers. Immo ſuſpenſus in ſimpliciter. Niſi in ſententia addatur dictio taxatiua, tantum, tantummodo, &c. Sayr. vbi ſupra c. 3. nu. 6. Hæc tamen regula intelligenda eſt, vt non poſſit ſic ſuſpenſus exercere actus ſuperiorum ordinum ſine peccato non autem quoad irregularitatem hæc enim non repetitur iure inducta in hoc caſu. Et qui dicit aliquem irregularem, caſum legis adducere debet Maiol. lib. 1 c. 2. num. 2. relato Dionys de Perus in c. Is qui de ſent. exc. in 6.

15 Non eſt irregularis ſuſpenſus à Confeſſore, aut alio non habente iuriſdictionem, glo. in d. c. Is qui, ver. in iure S. Ant. p. 3. tit. 28. c. 1. parag. 1. Ang. vbi ſupra nu. 2. Silu. ver. irreg. q. 26. Nau. c. 27. num. 151. Nec qui appellauit à declaratione excommunicationis dubiæ Nau. de ſent. exc. cons. 9. num. 5. & 9 Aut ante ipſam ſententiam, c. Cum contingat de off. deleg. c. Per tuas, de ſent. exc. in ant. & c. Solet & c. Venerabilibus parag. ſed ſi ex cauſa eo. in 6.

16. Ordinatus ſimoniacè, ſi interim miniſtret,

niſtret, ſit irregularis à ſolo Papa diſpenſabilis Sixt. V. in Bulla in c. Sanctum, & ſalutare. V. Suſpenſi ipſo iure num. 9.

17 Parochus excommunicatus non toleratus aſſiſtens matrimonio non ſit irregularis, quia non exercet actum ordinis ſacerdotalis. poſtulatur enim eius præſentia, vt qualitas perſonæ ad maiorem fidem. Secus in ſolemni benedictione coniugum Suar. de cenſur. diſp. 11. ſect. 2. nu. 18. & ſeq.

EX ITERATO BAPTISMO

V. ſuſpenſio.

1 SCienter ſe rebaptizari ſinens, c. Afros diſt. 98. c. Qui in qualibet 1. q. 7. c. Qui bis, & c. Eos quos de conſecr. d. 4. Pan. in c. 1. de Apoſtat. Excuſat probabilis ignorantia Couar. in Clem. Si furioſus p. 1. initio nu. 8. Nau. c. 27. nu. 246. & probabile dubium c. Paruulos, & trib ſeq. de conſecr. diſt. 4. S. Ant. p. 3. tit. 28. c. 6. parag 3. Silu. ver. Irreg. q. 4 Suar. to. 3. diſp. 31 ſect 6. Intellige ignorantiam facti; nam iuris non excuſat Tolet. lib. 1. c. 65. num. 2. Excuſat etiam qui ſe permittit exterius baptizari, cum intentione non ſuſcipiendi ſacramentum, ſed ſolum ſe liberādi ab aliquo timore, vel aliquid ſimile: requiritur enim formalis rebaptizatio Et multò minus incurrit, qui recipit ſecundum baptiſma, cum intentione conditionata, ſi fortè primum baptiſma non fuit validum Suar. de cenſur. diſp. 42 ſect. 1. num. 1. Item ſit irregularis rebaptizanti miniſtrans, ſi crimen eſt publicum c. 2. de apoſtat. Bis baptizans non eſt irregularis, niſi crimen ſit notorium: tunc enim incurrit propter notorietatem; eſt enim graue ſcelus, cap. Rebaptizare de conſecr. d. 4. Tolet. lib. 1. c. 64. vers. 4. Pan. vbi ſupra num. 1. Silu. vbi ſupra Suar. dub. 3. Communior tamen opinio contrarium docet incurri ſcilicet ſiue crimen ſit publicum, ſiue occultum, differre tamen, quòd cum occulto diſpenſat Epiſcopus vt aſcendat; cum publico verò ſolus Papa, ſic Sot. in 4. d. 3. q. vn. ar. 9. in ſi. Ang. irreg 1. num. 24. Sayr lib. 7. c. 8. dub. 2. & alij Si tamen religionem ingrediatur, poteſt Epiſcopus etiam cum publico, vt ex cit. c. 2. notant Doct. cit.

2 Baptizans, ſub intelligendo ſi non es baptizatus, nō eſt irregularis Nauar. vbi ſup. vers 2. Suar. vbi ſupra Niſi ſciat eſſe baptizatum Vict in ſum. nu. 35. Catechiſmus Rom. de Baptiſmo. V. Maiol. lib. 3. c. 14. num. 5.

3 Adultus, ſi ab hæreticis baptizetur, efficitur irregularis, & numquam ordinatur, c. Qui in qualibet 1. q. 7. Quid ſi conſtitutus in mortis articulo alium non haberet à quo baptiſma ſuſciperet. Ego certè excuſarem.

4 Solius baptiſmi iteratione incurritur irregularitas Ang. vbi ſupra Silu. q. 4. cit. Couar. d. num. 8. vers. ſed, & illud Caſtr. de lege pœn lib. 1 c. 7. docum. 3. Sot. in 4. d. 7. q. vn ar 5. Tolet. vbi ſupra nu 3. fuſè Suar. de cenſur. diſp. 42 ſect. 4. quia in iure nō decernitur irregularitas niſi iterantibus baptiſmum: non ergo extendenda ad alia ſacramenta imprimentia characterem. Quare ſine fundamento aſſerunt S. Ant. vbi ſupra Nau. c. 27. num. 247. & Maiol. vbi ſupra c. 15. etiam iterantes Chriſma, & ordinem eſſe irregulares:

EX INTERDICTI VIOLATIONE

1 QVI celebrat, cum ſit interdictus c. Is cui, de ſent. exc. in 6. aut in Eccleſia interdicta ſcienter c. Is qui, parag. is verò eo. Secus ſi in Eccleſia polluta, aut coram exc. mai. d. c. Is qui, 1 Sot. in 4. d. 13. q. 2. ar. 3 Suar. to. 3. diſp. 83. ſect. 4. in ſi. V. Sayr. lib. 5. c. 16. num. 29. Vel ſi ſit ceſſatio ſine interdicto Nau. c. 27. num. 243. Cou. in c. Alma p. 2. parag. 2. num. 4. vers. Ad quæſtionem. Et in hac diſpenſat Papa ad aſcendendum: Epiſcopus verò, vt ſuſceptis vtatur Nau. vbi ſupra.

2 Cele-

Digitized by Google

2 Celebrans tempore interdicti generalis non ſeruati à Matrice non eſt irregularis Cou. vbi ſupra num. 3. vers. hæc autem irregularitas Sayr. lib. 5. c. 17. num. 9. arg. Clem. 1. de ſent. exc.

3 Violans poſitum à ſe interdictum ligatur; niſi ſit Papa, Silu. Interd. 6. q. 1. & in ſimili de excommunicatione docet multis cit. Sayr. lib. 2. c. 15. num. 12. & ſeq.

4 Prohibitio Iudicis ſub excommunicatione, ne quis celebret, non eſt interdictum Silu. ver. Irregularitas q. 13. vers. 2.

5 Baptizans in Eccleſia ſpecialiter interdicta non eſt irregularis Ang. interd. d. num. 27 Silu. interd. 5. q. 6. vers. Fallit tamen Nau. c. 27. num. 178. Couar. vbi ſupra num. 7. Sayr. lib. 5. c. 7. num. 4.

EX PECCATO NOTORIO

V. Hereticus. Infamia. Occultum.

1 NOtorius fornicator, & concubinarius eſt irregularis Nau. c. 26. num. 76. & de cohab. cler. & mul. cons. 2. Intellige, ſi celebret ante poenitentiam, cum ſit ipſo iure ſuſpenſus c. Præter hoc d. 32. Et ſolus Papa diſpenſat, ſi celebret ante pœnitentiam Nau. d. num. 76. Alij tamen docent id verum eſſe de iure antiquo; Canones tamen illos iam non eſſe in vſu; ita vt illi, niſi poſt monitionem, & Iudicis ſententiam, ſeu ſuſpenſionem, irregularitatem non incurrant ſic Vict. in ſum. q. 93. de Euchar. Sot. in 4. d. 1. q. 5. ar. 6. circa Med. Sayr plures referens lib. 2. c. 12. num. 20. & lib. 7. c. 12. num. 21. addens ſuſpenſionem illam antiq; can. non eſſe (qui- ... amplius in vſu, ratione tamen enor- ... notorietatis delicti vere irregu- V. Conc. Trid. ſeſſ. 25. de refor. c. 14. vbi Cong. Concil. docet, Clericum notorium concubinarium ipſo iure ſuſpenſum eſſe, V. etiam ſupra Suſpenſi ipſo iure num. 1. & Alter. de ſuſp. diſp. 15.

2 Notatus crimine enormi, & depoſitione digno eſt irregularis, c. Ex tenore, & c. fi. de temp. ord. & inducente infamiam, ſi illa ſequatur, c. laici, d. 33. glo. in c. Infamibus, de reg. iur. in 6 Tolet. lib. 1. c. 56. Quæ autem perſonæ ſint infames, notat c. Infames 6. q. 1.

3 Enorme eſt homicidium voluntarium, vel caſuale cum culpa. Simonia in ordine, & beneficio Silu. ver. crimen q. 2. Et Sodomia Alter. pluribus cit. vbi ſupra c. 3.

4 Notorium eſt triplex 1. Vel quando crimen confeſſum eſt à reo in iudicio, vel quando per ſententiam Iudicis: Vel quando ita eſt manifeſtum, & patens, vt nulla poſſit tergiuerſatione celari S. Ant. p. 3. tit. 29. c. 6. parag. 7. Silu. ver. irregul. q. 14. cuius ſcilicet teſtis eſt populus, & inficiationi non eſt locus c. fi. de temp. ord. & c. Tua nos, & c. fi. de cohab. cler. & mul. Nau. c. 25. num. 73. Et cum mulierem de incontinentia ſuſpectam, & diffamatam tenet & per ſuum Superiorem monitus, ipſam cum effectu non dimittit, c. Si quiſquam. c. Clericos, & c. Si autem de cohabit. cler. & mul. Leo X. in concordatis inter Sedem Apoſt. & Regem franciæ, & eſt in ordine 16.

5 Crimina depoſitione digna ſunt adulterium, & alia carnis peccata illo grauiora. Homicidium, Blaſphemia, Periurium, Sacrilegium maleficium, Hæreſis, Simonia, Concubinatus diù continuatus, fornicatio longa; ſtuprum, Inceſtus etiam cum filia ſpirituali Pan. in c. At ſi Clerici, de iudic. Nau. c. 27. num. 248. Falſum teſtimonium, c. fi. de temp. ord. Et quod de hæreſi dictum eſt, intellige etiam de Apoſtaſia: Nam non modò hæreticus exterior eſt irregularis c. Qui in aliquo d. 50. ſed etiam qui à fide quouis modo defecit Tolet. lib. 1. c. 64. Amplia ad filios, & Nepotes ex linea paterna hæreticorum, & apoſtatarum; etiam ſi parentum crimina non fuerint

rint

ſint imitati: & ad eorum Credentes, fautores, & defenſores, c. Statutum 2. de hæret. Qui autem hi ſint vide Tol. lib. 1. c. 20. & Sayr. lib. 3. c. 15. & ſupra Excom. Bullæ num. 1. filij tamen huiuſmodi hæreticorum, &c. Si Patres emendati, & incorporati Eccleſiæ fuerint, facta pœnitentia, eamuè ſubire parati iam non manent irregulares: licèt eorum Patres maneant irregulares; propter crimen commiſſum, c. ſtatutum cit. fusè Sanchez in ſum. lib. 2. c. 27.

6 Nullum crimen quantumuis enorme, ſi occultum ſit, inducit irregularitatem niſi à iure ſpecialiter impoſita ſit, vt in homicidio, Nau vbi ſupra, eſſerens ſic declaraſſe Greg. XIII. tex. optimus in c. fi. de temp. ord. & docent idem Nau eo. tit. cons. 40. Sayr. vbi ſupra num. 14. Immo ſecundum Roder. de regal. to. 1 q 24 ar. 11. Et Caſtr. de leg. poen. lib. 2. c. vlt. vers Tertia principalis concluſio. Neque homicidium omnino occultum, quod ſcilicet nulla ratione poteſt in iudicio probari, neq; in aliorum notitiam venire, niſi ex propria occiſoris confeſſione. Hæc tamen opinio communiter reprobatu, vt ait Sayr. lib. 7. c. 1. num. 6. Suar. de cenſur. diſp. 41. ſect. 2. num 6. & diſp. 44. in fi. Cord. lib. 1. qq. q. 35. & idem Roder. ſibi contrarius in ſum. p. 1 c. 179. num. 3.

7 Schiſmaticus non purus eſt irregularis Maiol. de irreg. lib. 5. c. 46. & ſolus Papa diſpenſat Pegn. ad Direct. p. 2. commet. 75. rela Bart. & Imol. Eſt autem ſchiſmaticus non purus, qui licet aliam Eccleſiam ſibi non conſtituat præter Romanam, quam credit veram eſſe, cuiuſq; caput eſſe Romanum Pontificem: at per actum ſolum voluntatis, ſeu per actum externum ſe ſubtrahit ab eius obedientia ex aliqua animi paſſione. Item quando duo, pluresùe de Papatu contendunt, ſeq; pro ſummo Pontifice gerunt Sayr. lib. 3. c. 5. in fi. V. Sanchez in ſum. lib. 2. c. 36.

LIBER SEPTIMVS

Varia ordine Alphabetico

A

1 ACTIO ſemel extincta amplius non reuiuiſcit, c. Quæsit, de conſecr. d. 4. glo. fin. in c. Ex inſinuatione, de ſimon.

2 Actus factus contra legem prohibibentem, & illi actui omnino reſiſtentem non valent, vt profeſſio omiſſa ante 16. annum, quia lex annullat Nauar. de regul. cons. 25. Azor. multis relatis p. 1. lib. 5. c. 16. q. vlt. V. l. Non dubium C. de legib.

3 Ad ſubſtantiam actus vbi aliqua requiruntur, non tenet actus, niſi illa ſeruentur; licet ex neceſſitate illa ſolemnitas ſeruari non poſſit. Vnde neceſſitas non facit deficere ſolemnitatem ſubſtantialem, Pan. in c. Debitum de baptis. V. eundem in c. Non minus de immun. Eccl. num. 19. & ſupra ver lex num. 28.

4 Aedificare potes in tuo, etiam cum alterius nocumento, non tamen id intendendo. Non potes autem quod tibi non prodeſt, & alteri nocet. Silu. ver. ædificium. V. Iaſon. in l. Dotis cauſa ff. ſol. matr. à num. 48.

5 Annus in fauorabilibus ſufficit incæptus, in odioſis perfectus, Hoſt. in ſum. de

Digitized by Google

Prælatos religionum in capitulo generali, aut Prouinciali ex cauſa diſpenſare poſſe cum illegitimis ad Dignitates, modò non in ea religione, in qua eius Pater profeſſus viuit. Ad ordines verò etiam ſacros ipſo facto legitimatur per ſolemnem profeſſionem in religione approbata Nau. c. 27. num. 201. Silu. ver. illegitimus q.6.& alij plures quos refert Saya. lib. 6. c. 19. num. 3. Sanchez in ſum. lib. 5. c. 5. num. 9. vbi num. 10. quòd etiam tollitur irregularitas quoad ordinis iam ſuſcepti vſum. V. Sayr. lib. 7. c. 13. num. 8.& duob. ſeq. Reuiuiſcit tamen irregularitas profeſſione per Superiorem annullata Ricc. in ſua prax. reſol. 351. Immò etiam per tranſitum ad aliam Religionem, quia indiget noua diſpenſatione Barbos. ad c. 1. de fil. præsb. num. 6. & alij ibi relati, quoad Prælaturas ſcilicet.

7 Legitimatio facta à Laica poteſtate nihil prodeſt promouendo ad ordines, aut Dignitates Eccleſiaſticas; cum non poſſit tollere irregularitatem Reginald. lib. 30. tract. 2. c. 7. num. 72. S. Ant. p. 3. tit. 28. c. 4. parag. 1. in fi.

8 Legitimatus à Papa poteſt ſacros ordines ſuſcipere, & curata beneficia obtinere. Diſpenſatus tamen ad ſacros ordines, non poteſt curata beneficia obtinere Couar. epit. p. 2. c. 8. parag. 8. num. 5. Molin. de iuſt. tract. 2. diſp. 173. vers. Diſpenſatus à Sum. Pont. V. Anchar. in c. 1. de fil. præsb. in 6. & ſupra ver. Interpr. num. 77.

9 Cum Hermaphrodito, qui magis eſt eſt vir, quem fœmina diſpenſat ſolus Papa Nau. c. 27. num. 203.

10 Circa irregularitatem ex defectu ætatis debitæ ſolus Papa diſpenſat, vt quis ante illam ordinetur, & exerceat. Epiſcopus verò, vt exerceat impleta ætate, modò ante illam non exercuerit Sayr lib. 6. c. 12. num. 13. contra glo. in Clem. Generalem, ver. anno, de æta. & qual. Nau. vbi ſupra Si tamen vitium ſit occultum, diſpenſat Epiſcopus tam in ſuſpenſione, quàm in irregularitate incurſa, quia, v. g. exercuit ante ætatem, per Concil. Trid. ſeſſ. 24. de reform. c. Liceat. Sayr. lib. 7. c. 10. num. 36. V. eundem lib. 4. c. 14. num. 13. & ſupra, ver. Suſpenſi ipſo iure num. 2.

EX DEFECTV ANIMÆ.

1 Irregularis eſt illiteratus c. ſi. de æta. & qual. in ant. & c. ſi. de temp. ord. in 6. Eſt autem illiteratus, qui ignorat prima grammaticæ rudimenta d. c. ſi. de æta Epiſcopus tamen diſpenſat, ſi aliquod principium grammaticæ habuerit, & ſit ſpes in futurum addiſcendi Barbos. ad cit. c. ſi. Quæ vero ſcientia in vnoquoq; ordine requiratur, vide Conc. Trid. ſeſſ. 23. c. 4. 5. 12. 13. & 14. de refer. Et quomodo probetur illiteratura, vide d. c. ſi. de æta. & ibi Pan. num. 2.

2 Neophitus, ideſt nouiter conuerſus, c. 1. d. 48. & c. vn. d 57. Quando autem poſſit ordinari, relinquitur arbitrio Epiſcopi Cou. in Clem. ſi furioſus, p. 1. parag. 2. num 7. concl. 3. Tol. lib. 1. c. 59. num. 6. Sayr. lib. 6. c. 13. num. 21. & ſeq. V. Sanch. in ſum. lib. 2. c. 28. q. 2.

3 Hæreticus exterior, & Apoſtata quãtumuis occulti, ſunt irregulares, vt pluribus cit. docet Sanchez in ſum. lib. 2. c. 25. num. 2. vbi num 6. extendit ad fictos hæreticos. Azor. tamen p. 1. lib. 8. c. tt. q vlt. & c. 21. q. 8. vult non extendi, ſi occulti ſint. V. ver. Hæreticus, & Irreg. ex peccato notorio, num. 5.

EX DEFECTV LIBERTATIS.

1 Seruus niſi manumittatur, aut conſentiat Dominus irregularis eſt, tota diſt. 54. & toto tit. de ſeruis non ord. S. Tho. ſuppl. q. 39. ar. 3 Nau. c. 27. num. 203. Si ordinetur Domino ſciente, & contradicente, ſeruus remanet, & reſtituitur Domino, etiam ſi Sacerdos factus ſit, ſecundum aliquos, per c. Ex antiquis d. 54.

Si verò

Si verò ſciente, & non contradicente Domino, tunc ſtatim liber efficitur, c. ſi ſeruus ſciente ea. diſt. non diſtinguendo ad quem ordinem fuerit promotus Io. And. in c. 2. de ſeru. non ord. & ibi Pan. vers Secundus caſus, vbi alios refert. Si autem Domino ignorante, ſed Epiſcopo, vel præſentatore ſciente ſeruitutem; tunc ille quidem efficitur liber: ſed Epiſcopus vel præſentator dabit Domino duos ſeruos, c. ſi. ſeruus abſente diſt. 54. &c. Per venerabilem, Quifil. ſint legit. Et, ſi non habeat vnde ſoluat, reſtituitur Domino, vt infra. Si vero Domino, ac Epiſcopo, vel præſentatore ignorantibus, vt quia ſeruus fugiens Dominum ſuum, qualibet calliditate, vel fraude ſe fecit ordinari, deponitur, & reſtituitur, ſiue ordinatus ſit ad ſacros, ſiue ad minores, c. De ſeruorum, de ſeru. non ord. iuncto c. Ex antiquis, & c. frequens diſt. 54. Alij tamen d intelligunt de ordinato tantum ad min. Diaconus det Vicarium pro ſe; aut ſi non habet, ipſe reddatur d. c. Ex antiquis. Eodem priuilegio gaudet Subdiaconus, c. miramur, de ſeru. non ord. Si eſt Sacerdos, ſtatim fit liber, ſed amiſſione peculij mulctatur d. c. Ex antiquis: aut, ſi peculium non habet, ſeruiat Domino in diuinis offic js c. frequens cit. Si factus eſt Monachus, poſt triennium Dominus non repetit, ſed manet liber, c. Si ſeruus ſciente diſt. 34. V. ver. Religio num. 15.

2 Obligati ad ratiocinia, ſiue publica, ſiue priuata, donec ceſſet obligatio c. vn. de oblig. ad ratio. Si tamen de facto ordinentur, poſſunt exercere: non enim prohibentur Sayr lib. 6. c. 14. num. 6. V. glo. in d. c. vn. ver. ratiocinia.

3 Curiales ordinari non poſſunt c. 1. 2. & 3. diſt. 51. Eſt autem Curialis, qui quacumq; de cauſa ſæculari Curiæ obligatus eſt ſiue in perpetuũ, ſiue ad tempus; ſiue honeſtum, ſiue inhoneſtum munus exercuerit; & ſiue ex vi iuramenti, pacti, aut ſtipendij in aliquo officio Guriæ ſæcularis maneat. Si honeſta exercuerit, ordinari poteſt, poſtquam à Curia fuerit liberatus Tolet. lib. 1. c. 55.

4 Vxoratus niſi conſentiente vxore; & profitente religionem, aut ſaltem de incontinentia non ſuſpecta, ordinari non poteſt c. Cum ſis, & c. Vxoratus, de conuers. coniug. Ordinatus tamen recipit characterem, ſed caret executione Silu. matr. 8. q. 12. vers. 3. V. Anchar. & Pan. in d. c. Coniugatus, & Extrau. Antiquæ Io. XXII. vbi quod neq; ſoluto matrim. poteſt in ſuſcepto ordine miniſtrare nec ad ſuperiores aſcendere, nec ad beneficium, aut officium Eccleſiaſtici cum promore.

EX DEFECTV BONAE FAMAE

1 INfamis ſiue infamia iuris, ſiue infamia facti, eſt irregularis c. Laici diſt. 33. c. Infames 6. q. 2. Quid autem ſit vtraq; infamia, & quomodo tollatur; vide infra lib. 7. ver. infamia, & Irreg. ex peccato notorio.

2 Contrahens matrimonium cum ſerua eſt irregularis, quia efficitur infamis c. Si quis viduam 2. diſt. 34. deſumptum ex can. Apoſt c. 18. glo. ibi, ver. ancilla, & in c. 1. ver. legem 29. q. 2. Nau. in man. c. 27. num. 196. vers. quarto dico Silu. ver. irregul. q. 16. dicto 2. Sanchez alios referens de matr. lib. 7. diſp. 19. num. 20. Qui omnes idem docent de contrahente cum meretrice, vel ioculatrice, vt eſt caſus in d. c. Si quis viduam.

3 Condemnatus ad triremes non efficitur infamis infamia iuris, & ideo poteſt ad ordines promoueri Ricc. alios referens to. 1. decis. 119.

EX DEFECTV

PERFECTAE LENITATIS

EX DEFORMATIONE

LICITA.

V. Clericus

1 LIcitè occidens, aut mutilans poſt Baptiſmum, c. Si quis viduam diſt. 50. Pan. in c. Gaudemus de diuort. Nau. de conſang. 12. num. 8. Hominem viuum Nau. c. 27. num. 210. Membro habente officium diſtintum, cuiuſmodi non eſt dignitas, dens, &c. glo. in c. 3. de homic. in 6. Pan. in c. De Diacono, qui Cler. vel. vou. num. 10. Couar. in Clem. Si furioſus p. 3. initio num. 8. Nau. vbi ſupra Tolet lib. 1 c. 71. num. 5. Contrarium docet Cai. 2. 2. q. 65. ar. 1. Sot. de iuſt. lib. 5. q. 2. ar. 1. & concedunt Silu. homic. 3. q. 3. vers. 4. & alij citati à Couar. Si mutilentur illi digiti, ſine quibus Sacerdos quis eſſe non poteſt, vel polex, &c. Verior prima opinio, quam etiam tenent Alter. to. 1. diſp. 10. lib. 5. c. 9. dub. 5. & Sayr lib. 6. c. 15. num. 13 & ſeqq. cum ibi relatis.

2 Mutilans curando morbum, non eſt irregularis, c. Si quis à Medicis, & trib. ſeqq. diſt. 55. aut ad defenſionem neceſſasiam propriæ vitæ Clem. vn. de homic. vel integritatis corporis. Cord. in d. Clem. q. 3. Salon. 2. 2. q 64. art. 8. contr. 2. concl. 1. P. Nau. de reſt. lib. 2. c. 3. num. 345. & 368. Sayr. vbi ſupra c. 17. num. 3. Silu. vbi ſupra vers. 1. Aut ne recipiat vulnus graue, aut deformem Salon. cit. Suar. de cenſur. diſp. 46. ſect. 2. num. 6. Etiam ſi culpa ſua in id diſcrimen inciderit Sot. vbi ſupra q. 1. ar. 9. Couar. vbi ſupra p. 2. parag. 4. num. 9. vers. 3 contra Nau. c. 15 num. 7. c. 27. num. 238. & de homic. cons. 31. & duob. ſeq. & Silu. homic. 3. q. 4. vers. 3. Niſi aduerterit periculum mortis ſecuturæ Sayr. vbi ſupra num. 20. Neque incidit, qui mutilat, &c. ob defenſionem rerum alter, non valens defendere, c. interfeciſti de homic. vbi dicitur, Te tuaq; defendendo Sot. vbi ſupra ar. 8. Couar. p. 3. parag. vn. nu. 6. Caiet. 2. 2. q. 64. ar. 7. Ad intelligentiam d. c. Interfeciſti V. Decium in l. Vt vim num. 30. & ſeq. ff. de iuſt. & iur. & Barbos. ad d. c. Interfeciſti, & licèt Anchar. & Pan. ibi negent pro ſola rerum defenſione poſſe furem occidi, per tex. cit. qui copulatiuè loquitur. Falluntur tamen, quia non eſſet irregularis occidens in defenſionem vitæ; niſi ſimul eſſet defenſio rerum. intelligendus eſt ergo text. diſiuntiuè Vide Rota coram Card. Mantica decis. 249. Intellige, ſi res ſit non parui momenti Valent. to. 3 diſp. 5. q. 8. p. 4. q. 3. Sayr. vbi ſupra optimè Suar. vbi ſupra ſect. 2. Azor. p. 3. lib. 2. c. 16. q. 10. Eſſe irregularem docent Pan. in c. Sicut dignum de homic. num. 14. S. Ant. p. 3. tit. 24. c. 2. parag. 3 Silu. bellũ 2. num. 12. Arag. 2. 2. q. 64 art. 8. Nau. c. 27. num 3. Salon. vbi ſupra, vers. An occidens inuaſorem concl. 1. Niſi furarmis ſe defendat, ne capiatur, Couar. vbi ſup. Tolet. lib. 1. c. 80. vers. 3 qui id intelligit tantummodo de laicis. Nam Clericos docet fieri irregulares. Mihi magis placet prior ſententia. Idem intelligendum eſſe in defenſione honoris docet Doct. cit.

3 Occidens, aut mutilans parantem inſidias, quando aliter vitam tueri non poteſt, niſi præueniendo, non eſt irregularis Couar. vbi ſupra P. Nau. num. 350. Sot. de iuſt lib. 5. q. 1. ar. 8 Sayr. num. 3 cit. contra Nau. de homic. cons. 31. & in man. c. 15 num. 3. V. infra ver. Homic. num. 8.

4 Carens vſu rationis, vt furioſus, infans, dormiens, non incidit ſi occidat Clé. ſi furioſus de homic. Puer, ſi ſit doli capax ante ſeptennium, incidit. Pan. in c. 1. de delic puer. num. 4 Couar. in Clem. cit. p. 3. initio nu. 5. Angel. irreg. 1. parag. 20. Nau. de cognat. ſpir. cons. 2. & in Man. c. 27. num. 230. Sayr. tamen vbi ſupra num. 20. alijs cit. docet non eſſe irregularem. addens ex multorum ſententia, etiam maiorem ſeptennio ante pubertatem, ſi hominẽ occidat, neſciens quid faciat, nec doli capax, non effici irregularem. Ebri-

5 Ebrius non incidit Ang ver. ebrietas num. 3. Caſt. de leg. pœn. c. 14. Nau. & Couar. vbi ſupra. Contrarium docent Silu. homic. 3. q. 4. vers. 5. Maiol. de irreg. lib. 5. c. 48. initio. Tab. ver. Ebrietas num. 9. parag. 8. & verum puto cum Nau. vbi ſup. Sayr. num. 35. Cord. lib. 1. qq. q. 26. dub. 1. ſi culpa ſua ſit ebrius, & ante ebrietatem aduertit ſe in ebrietate ſolitum arma capere, & alios lædere, niſi diligentiam adhibuerit, ne periculum ſequeretur.

6 Irregularis non eſt faciens opus licitum, ad quod caſualiter ſequitur mors ſi debitam adhibuit diligentiam c. Ad audientiam, & quatuor ſeqq. de homic. S. Th. 2. 2 q. 64. ar. vlt. Sot. de iuſt. lib. 5. q. 2 ar. 9. Silu. homic. 2 initio, S. Ant. p. 3. tit. 28 c. 2. parag. 4. Couar. p. 2 parag. 4. num. 1 Nec qui dat cauſam proprinquam. oportet enim id quod ſit natura ſua dirigi ad deformationem cuiuſmodi eſt adiudicare morti, accuſare, teſtificari, indicare reum iudicis denique aliquid facere. vnde mors aut mutilatio accelleretur S. Ant. vbi ſupra parag. 5. Nau. c. 27. num. 252. & de homic. conſ. 20. At ſecundum Caī. 2. 2. q 64. ar. 8. & Azor. p 3. lib. 2. c. 14. not. 3. ſufficit, vt ſit intentum in ſe, vel in cauſa aliqua, ex qua ſemper, vel frequenter, vel in pluribus ſolet euenire homicidium.

7 Accuſans, teſtificans, indicans, &c. etiam ſi ſit Clericus, non incidit ſi præmittatur proteſtatio de punitione citra ſanguinem, vbi res ſit in proprium præiudicium, & ſi crimen non ſit dignum morte, alioqui incideret, c. Prælatis de homic. in 6. Nau. vbi ſupra num. 217. Immo licet accuſator, certò ſciat reum occidendum, non incidit, vt ex c. Poſtulaſti. & c. tua nos parag. vlt. de homic. docent Suar. de cenſur. diſp. 47. ſect. 2. num. 8. Felin. in d. c. Poſtulaſti, citato Io. And.

8 Aduocatus reum iniuſtè defendens, ob quod actor pœna tallionis condemnatus eſt, ſi interueniat deformatio, eſt irregularis ſecundum Nau. c. 27. num. 222. Ang. homic. 5. num. 1. At ſecundum Salon. 2. 2 q. 71. ar. 3 contr. 1. ad 6. non eſt irregularis, quia huiuſmodi irregularitas non reperitur in iure de Aduocato. V. Anchar. in c. 1. de poſtul. num. 7.

9 Si feras ligna, quibus aliquis comburitur, modo in ignem non mittas, non incidis B. Med. in ſum. lib. 1. c. 11. parag. 10. in fi. Rectius tamen alij docent, quod ſi comburendus erat viuus, & illa ligna cooperata ſit ad mortem, incidit, ſic S. Ant. vbi ſupra parag. Homicidium opere Ang. irreg. 1. num. 18. Silu. homic. 3 q. 7. vers. 10. Nau. vbi ſup. Tolet. lib. 1. c. 82. nu. 6.

10 Confeſſarius interrogatus à Iudice, an hic reus homicidij ſit decapitandus, reſpondere poteſt, homicidiam pœna mortis ſecundum legis puniri, neque incurrit irregularitatem: & negare poteſt abſolutionem Iudici nolenti condemnare, & exequi Sayr. lib. 6 c. 18. num. 25 & ſeq. Roder. lib. 1. ſum. c. 170. concl 3. Alij tamen, vt Tolet lib. 1. c. 81. vers. 6. S. Ant. vbi ſupra parag. 2. initio, Pan. in c. ex literis de exceſſ. Præl. Ang. irreg. 1. parag 4. Silu homic. 3. q. 5. vers. 4. dicunt, quod ſi caſus imminet de præſenti, & ex ſuo conſilio generali, vel ſpeciali ſequatur mors, ſit irregularis. Priorem ſententiam tamquam veriorem tuetur Suar. de cenſur. diſp. 47. ſect. 1 nu. 8. quia ſic in genere reſpondendo] non terminatè mouit Iudicē ad cōdemnandū hunc in particulari

11 Non eſt irregularis inſtituens Iudicem, vt faciat iuſtitiam, etiam in particulari c. 3. Ne Clir. vel Mon. in 6. S. Ant. p. 3. tit. 29. c. 2. vers. Verbo antem Ang. homic. 1. nu. 10. Silu. hemic. 3 q. 5. Couar. vbi ſup. parag. 5. nu. 8 Nec denuncians crimen, quod non meretur pœnā mutitationis, c. Poſtulaſti de homic. Nec qui dat alteri arma ad ipſius dantis defenſionem; ſecus ſi ad proximi defenſionē, etiam non valentis alter ſe defendere Nau. c. 27. nu. 212. Sayr. lib. 6. c. 17. nu. 14. Nec qui ortatur in bello iuſto c. Vt pridē, & ſeq. 23. q. 8. Fel. in c. pen. de homic. Couar. vbi ſup. parag. 3. nu. 2 S. Ant. p. 3 tit. 28. c. 2. parag. 6. Etiā ſi inde ſequatur mors. Nau. vbi ſup nu. 215. & de homic. cōſil. 4. & dub. ſeq. Neq; qui occidit, vel mutilat agreſſorē Patris, Matris, aut alterius cōſanguinei, vel proximi innocentis, aliter eorum mortem vitare non valens Cou,

p. 3.

p. 3. parag. vn. num. 5. & valde probabile dicit Sayr. vbi ſupra num. 21. licèt contraria ſit communis: quia non videtur credibile, vt ego lege charitatis, & naturali tenear proximum defendere, reddendo me inhabilem ad ordines. Nec qui denuntiat crimen quamuis occultum, ſi cedat in damnum Communitatis, & periculum ſit in mora; vt ſi quis machinetur proditionem Ciuitatis, præmiſſa tamen proteſtatione Valent. to. 3. diſp. 3 q. 10. p. 5. vers. ſecundus caſus. Immo cum proteſtatione tenetur ad accuſandum, vt obuietur damno cuiuscumq; proximi Arag. 2. 2. q 68. ar. 1. in fi. Cai. 2. 2. q. 33. ar. 7. nec propterea incidet in irregularitatem ſecundum eoſdem. Quòd ſi ommittat proteſtationem vult Roder. in ſum. p. 1. c. 170. num. 12. non effici irregularem, quia ad accuſandum tenetur ſub mortali V. Sayr. vbi ſupra c. 18. dub. 8. Nec qui denuntiat hæreticum, quem ſcit comburendum; nec Inquiſitor, qui eum tradit brachio ſæculari B. med lib. 1. ſum. c. 11. parag. 10. in fi. Ang homic. 1. num. 24. Suar. vbi ſupra à num. 10. etiam ſi cogat Iudicem differentem executionem, vt illum comburat. Felin. in c. Ad abolendam de hæret. num. 7. Maiol. de irreg. lib. 2. c. 9 num 8. & c. 10. num. 5. & lib. 5. c. 88. parag. num. 9. Nec Conſultores S. Officij, etiam in cauſa mutilationis, & mortis, Paulus IV. & Pius V. vt refert Pegn. ad Direc. p. 2. com. 20. vbi etiam docet neceſſariam non eſſe proteſtationem ad vitandam irregularitatem, licèt omittenda non ſit; quia communi Eccleſiæ conſuetudine nititur. Nec Clericus accuſatus, qui ſe defendendo petit accuſatorem puniri pœna tallionis etiam ad mortem, præmiſſa proteſtatione, licet propterea accuſator morte plectatur Cou. parag. 5. cit. num. 5. Sayr. vbi ſupra num. 11. Ego verò horum opinionem probare non poſſum Ea enim proteſtatio, cum ſit contraria facto maximè intento fruſtranea eſt quomodo enim proteſtatur ſe nolle pœnam ſanguinis, (hæc enim eſt hoc caſu natura proteſtations) ſi petit accuſatorem damnari ad mortem? Pro hac ſententia multa Toler. lib. 2. c. 82. vbi multis citatis docet proteſtationem ſupponere animum non vindicandi, aliter non eſſe veram proteſtationem. Nec incidit Prælatus habens iuriſdictionem temporalem, & imponens Officiali ſuo, vt ſuper certo delicto inquirat, & faciat iuſtitiam, licèt ſequatur homicidium. c. Epiſcopus, Ne Cler. vel mon. in 6.

12 Papa dando Clerico poteſtatem præliandi, hoc ipſo tollit irregularitatem Pan. in c. 2. de vit. & hon. cler. num. 5. Couar. in Clem. ſi furioſus p. 2. parag 3. num. 2 vers. 12. B. Med. vbi ſupra parag. 11. contra S. Ant. vbi ſupra parag. vlt. vers. nota tamen Silu. homic. 3. num. 9 licet per ſeipſum occidat, aut mutilet. Molin. de iuſt. trac. 2. diſp. 110. V. Sayr. vbi ſupra c. 19. num. 14.

13 Vocans ſocium, vt ſe ab inuaſore defendat; ſi hunc ſocius occidat, vocans non efficitur irregularis; eſt enim neceſſaria defenſio Nau. c. 17. num. 212. vers. ſecundò ſequitur, & de homic. cons. 12 num. 2. Sayr vbi ſupra Suar. diſp. 45. ſect. 3.

14 Non eſt irregularis, qui reum Iudici indicat, aut eius interſignia tradit, eſt enim cauſa remota, c. Tua nos, parag. Ad vlt. de homic. Intellige de eo, à quo fuit ſpoliatus; & ſi ea interſignia dedit, agens ciuiliter ad recuperationem rerum ſuarum proteſtando nolle vindictam. Fel. in d. c. Tua, in fi. Toler. lib. 1. c. 82. aut ſi ea interſignia non ſunt ſufficientia ad conuincendum, non indicata perſona furis Ban. in d. c. Tua num. 8. Couar. parag. 5. cit. num. 1.

15 Occidens ſe defendendo, cùm poſſet fugere, non eſt irregularis, ſi fuga illi erat dedecori Sot. de iuſt. lib. 5. q. 1. ar. 8. Arag. 2. 2. q. 64. ar. 8. dub. 2. Si tamen aliter ſaluari non poterat Couar. vbi ſupra p. 3. parag. vn. num. 4 quia quod ſine magna infamia euitari nō poteſt, moraliter eſt in euitabile, & propter ea nō cōpræhēditur ſub Clem. ſi prorſus Marchin. de ord. trac. 1. p. 9. c. 5. diffic. 3 Sil. bellū 2. q. 7. Clericus ſi poteſt fugere, nō excuſatur Pan in c. Sicut dignū, de homic. & in c. 2. de vit. & hon. cle.

Niſi

Niſi fuga illi eſſet periculoſa Cou. vbi ſupra Fel. in d. c. Suſcepimus. Silu. homic. 1. q. 9. vers. 3. & homic. 3. q. 4. vers. 2. Nau. de homic. conſil. 6.

16 Infligens vulnus non mortale excuſatur, ſi inde culpa medici, aut regiminis moriatur c. Exhibitit de homic. iuncta glo. ver. conueni. Cai. 2. 2. q. 64. ar. 8. vbi Salon. contr. 1. concl. 2. Nau. c. 27. num. 223. contra Couar. p. 2. parag. 2. num. 9. V. Dianam, & plures ab eo citatos p. 4. trac. 2. reſol. 10.

10 Non eſt irregularis faciens leges de puniendis delictis; quia in certam perſonam non animaduertit Silu. homic. 3. q. 7. vers. 9.

18 Qui verrit infirmum, qui propterea citius moritur præter eius intentionem, non eſt irregularis; niſi fuerit notabiliter negligens Nau. c. 27. num. 229. Sot. vbi ſupra ar. 9. Idem de medicante affirmat Nau. vbi ſupra, & com. Idem de cuſtodiente, qui petenti infirmo vinum dat, vel aliquid huiuſmodi, ſi certum non eſt eum propterea mortuum eſſe, & ille hoc præuidere non potuit: & niſi ſit euidens culpa, vel diſſoluta negligentia. Et, ſi habet conſcientiam, deponere debet ad conſiliu m boni viri: niſi dediſſet contra expreſſum medici præceptum, quia tunc non excuſaretur Ang. homic. 2. parag. 14. V. Caiet. ar. 8. cit.

19 Non incidit, qui conſilium dat moriendi pro virtute, pro fide. Anchar. in c. Ad audientiam num. 13. de homic. Silu. homic. 1. q. 8. vers. 8. S. Ant. p. 3. cit. 28. c. 2. parag. 2. Couar. p. 2. parag. 5. num. 6. Nec Clericus conſulens Principi, vt pro certo crimine mortis legem ferat. c. Peſſimam in fi. & ibi glo. 23. q. vlt. glo. in c. Ex literis de exceſſ. Præl. ver. conſuluit. Neque qui alios hortatur pro defenſione ſuæ Eccleſiæ. c. Vt pridem, 23. q. 8. glo. in c. Clericum diſt. 50.

20 Clericus clamans vt defendat res ſuas ſibi furto ſublatas, irregularis eſt, ſi ſequatur mors, aut mutilatio Couar. vbi ſupra num. 3. Silu. homicidium 2. q. 17. Intellige ſi ea intentione clamauit, aut credere debuit ſuperuenientes deformaturos, aut Iudici deformandum tradituros Nau. c. 27. num. 236. Roder. in ſum. p. 1. c. 127. num. 4.

21 Non eſt irregularis, qui aliquem ad patibulum aſſocians, caſu impellit iumentum quo ille vehitur, licet mors tantillum accelleretur Sot. de iuſt. lib. 5. q. 1. ar. 9. Secus de eo, qui hortatur condemnatum, vt admoueat caput ad ſtipitem, aſcendat ſcalas, aut aliud faciat, quo accelleretur deformatio Nau. num. 217. vers 13. S. Ant. vbi ſupra parag. 5. Sayr. lib. 6. c. 16. num. 3.

22 Non eſt irregularis Sacerdos, qui de mandato Epiſcopi conduxit armatos pro cuſtodia caſtri, ſi exurgente pugna multi moriantur Graff. alios referens p. 2. lib. 3. c. 6. num. 5. V. Tolet. lib. 1. c. 81. nu. 14. & ſeq.

23 Clericus in ſacris exercens chirurgiam per inciſionem vel aduſtionem, morte ſecuta fit irregularis, licet adhibeat neceſſariam diligentiam Diana plures referens p. 4. trac. 2. reſol. 23. contrarium tamen dicens eſſe probabile, & ſatis patet ex c. Tua nos, de homic. V. etiam Sayr. de cenſur. lib. 7. c. 6. à num. 7. ad 11. Intelligunt autem, & rectè, textum in d. c. Tua, quando fit cauſa pietatis, & vrgente neceſſitate, vt tempore peſtis, quando alius haberi non poteſt. Barbos. ad tex. cit cum alijs ibi relatis.

24 Iudex proferens ſententiam ſanguinis, eiuſq; Aſſeſſor, qui dictauit ſententiam, & quilibet alius miniſter, qui ſententiam exequitur, aut ſententiæ formam extendit, aut legit in iudicio, & Notarius illam ſcribens, qui ſignat ſcriptam ab alio, aut ſigillat, aut teſtium depoſitiones ſcribit, aut legit, quando pro tali occiſione, aut mutilatione publicantur; & alij omnes, qui Iudicem de cauſa informant, ſecuta morte, vel mutilatione ſunt irregulares. Idem de ſcribente, vel tranſcribente ſententiam, tamq; Officiales iuſtitiæ, & de dictante literas, quibus iubetur fieri deformatio Com. et pluribus cit. docet Sayr. vbi ſupra num. 4.

25 Solus

homic. 3. q. 4. vers. 3. Nau. c. 15. num. 7. & c. 27. num. 138. & de homic. conſil. 31. & duob. ſeq. Rectius alij negant, quia tale homicidium non ſequitur per ſe, & neceſſario ex adulterio ſed occaſionaliter; nec adulter ideo amiſit ius naturale tuendi vitam ſuam, etiam cum occiſione inuaſoris. Sot. de iuſt. lib. 5. q. 1. ar. 9. Couar. vbi ſupra parag. 4. num. 9. vers. 3. Caſtr. de lege poen. lib. 2. c. 14. vers. Hic tamen admoneo. Salon. 2. 2. q. 64. ar. 8. contr. 3. vers. An qui auxilium, &c. & ar. 7. contr. 1. conclus. 2. Leſſ. lib. 2. c. 9. dub. 15. num. 3. Roder. in ſum. lib. 1. c. 177. num. 2. vers. 4. Sayr. lib. 6. c 17. num. 18. & ſic refertur in addit ad Nau. de homic. conſil. 35. ſic ſenſiſſe ſacram Poenitentiariam, & Greg. XIII. Limitant Tolet. lib. 1. c. 78. vers. quando verò, & Sayr. vbi ſupra num. 20. Niſi adulter aduerterit periculum mortis ſubſecuturæ. Idem Roder. vbi ſupra Suar. de cenſur. diſp. 45. ſect. 6. num. 7.

5 Qui malitioſè impedit conſilio, aut per vim volentem defendere innocentem, ſecuta morte eſt irregularis; quia contra iuſtitiam facit. Niſi bono animo amicum diuerterit, ne periculis ſe obijciat. S. Ant. p. 3. tit. 28. c. 2. parag. 1. Sayr. lib. 7. c. 4. num. 8. Suar. vbi ſupra ſect. 4. num. 3. Qui verò non impedit volentem occidere, licèt malitioſè id faciat, non fit irregularis, ſi non tenebatur ex iuſtitia, ſed tantum ex charitate Suar. ibidem. Et qui domus ſuæ fores claudit, & ideo fugiens occiditur, ſi malitioſe clauſit, vt ille occideretur, fit irregularis Maiol. de irreg. lib. 5. c. 50. num. 3. vers. Ex prædictis.

6 Qui iubet percutere, ſine deformatione, ſi hæc ſequatur, eſt irregularis, c. fi. de homic. in 6. Sed diſpenſat Epiſcopus Nau. c. 27. num. 240. & de homic. cons. 27. Sayr. vbi ſupra c. 7. num. 8. Et qui non contradixit volentibus ſua cauſa deformare, c. Petrus de homic. Et qui approbat ſuo nomine factam deformationem Silu. homic. 1. q. 7. vers. 5. Felin. in c. Sicut dignum de homic. num. 8. Nau. c. 27. num. 233. Hoc vltimum meritò negant Ang homic. 2 nu. 7. Hoſt. in ſum. de homic. parag. Quia poena feriatur Couar. in Clem. Si furioſus p. 2. parag. 1. nu. 4. Sayr. lib. 7. c. 4. nu. 17. quia regula illa Ratihabitio de reg. iur. in 6. verificatur quoties ſpecifica deciſio minimè requiritur, vt hic. Nam irregularitas non incurrit, niſi in caſibus in iure expreſſis, c. Is qui de ſent. exc. in 6. Nullibi tamen reperitur expreſſum, ratihabitionem inducere irregularitatem. Sic etiam docent Roder. in ſum. lib. 1. c. 178. Tolet. lib. 1. c. 83. num 1. Suar. diſp. 84. ſect. 3. nu. 24.

7 Irregularitas ex delicto incurritur etiam ex culpa veniali Cai. in ſum. ver. Irregularitas & 2. 2. q. 64. ar. 8. & ibi Arag. dub. 2. conol. 4. Rectius tamen negant alij; quia poena eſt, cum ſit ex delicto; non eſt autem imponenda tam grauis poena, niſi ob peccatum mort. cum ſine contemptu non inducatur irregularitas. Sot. de iuſt. lib. 5. q. 5. ar. 9. Nau. c. 27. num. 252. Suar. to. 3. diſp. 31. ſect. 6. dub. 6. Salon. 2. 2. q. 64. ar. 8. contr. 3. vers. quæ negligentia. Sayr. lib 6. c. 5 num, 5.

8 Non ſufficit date operam rei illicitæ, niſi ex natura ſua ſoleat eſſe cauſa deformationis propinqua, ſufficienter directa reſpectu talis effectus, Nau. c. 27. nu. 211. & de homic. cons. 20. Sufficit verò, ſi res illa genere ſuo eſſe ſoleat cauſa homicidij, aut periculoſa Sot. vbi ſupra q. 1. ar. 9. Couar. vbi ſupra parag. 4. nu. 10 Caſtr. de leg. pæn. lib. 2. c. 14. Salon. vbi ſupra vers. An qui adhibuit V. Tolet. lib. 1. c. 70. 81. & 82. Sayr. lib. 7. c. 5. & Cai. 2. 2. q. ar. 8. cit. Suar. to. 4. diſp 82. ſect. 3.

9 Inter dantem operam rei licitæ, & eum, qui illicitæ, hoc diſtat quod ille ſi adhibuit debitam diligentiam excuſatur ab irregularitate: hic verò ſi res ſit periculoſa, incidit c. Lator, c. Dilectus filius, c. Ex litteris 1. & 2. c. Significaſti c. Ioannes, & c. fin. de homic. c. Hi qui, & duob. ſeqq. diſt. 52. Limitant Couar. vbi ſupra p. 2. parag. 4. num. 10. vers. ignus Suar. de cenſur. diſp. 45. ſect. 6. num. 14. quando actus ille illicitus natura ſua ordinatus eſt ad mortem, aut mutilationem.

pus diſpenſat, vt in prius ſuſceptis miniſtret: Vt verò ad maiores aſcendat, non poteſt, niſi religionem ingrediatur c. 2. cit. Ang. & Nau. vbi ſupra.

3 Ordinatus à denunciato excommunicato, ſuſpenſo, interdicto, ſimoniaco, hæretico Ang. vbi ſupra num. 30. Silu. eo. q. 7. Nau. d. num. 241. quia executionem conferre non poteſt, qui eam non habet c. Gratiam 1. q. 1. & de excommunicato eſt tex. in c. fi. de Ord. ab ep. qui ren. Alij tamen putant huiuſmodi eſſe ſuſpenſum, non tamen irregularem, niſi impropriè; peccare tamen mort. à talibus recipiendo ordines. Sic glo. in c. fi. cit. ver. Excommunicatis per c. Ordinationes 9. q. 3. Alter. de ſuſp. diſp. 9. c. 3. Sayr. lib. 7. c. 10. num. 17. Intellige excommunicatum, &c. iuxta extrau. Ad euitanda. Ab alijs enim ordinatus etiam ſcienter, non fit irregularis.

4 Solemniter, & ſeriò vtens ordine ſacro, quem non habet, eſt irregularis, c. 1. de cler. non ord. Silu. vbi ſupra q. 12. Ang. num. 38. Etiam ſi abſq; intentione faciendi verum miniſterium Suar. vbi ſupra num. 27. Hanc irregularitatẽ incurrit etiam laicus Nau. vbi ſup. Sil. q. 27. contra Ang. loco cit. Quare Clericus cantans Epiſtolã ſolemniter cum Manipulo, Et ſubdiaconus cum ſtola cantans Euangelium, fiunt irregulares, vt pluribus cit. docet Sayr. lib. 7. c. 10. num. 2. & ſeq.

5 Laicus abſoluens non fit irregularis S. Ant. p. 3. tit. 13. c. 1. Silu. confeſſor 1. in princ. Vict. in ſum. num. 144. Sayr. vbi ſupra num. 6. & duob. ſeq. Rectius tamen alij volunt eſſe irregularem; quia ſolemniter exercet actum ordinis præsbyteralis, quem non habet Sic Sot. in 4. d. 18. q. 4. ar. 1. Nau. c. 27. num. 242. in fi. Valent. to. 4. diſp. 7. q. 3. p. 1. Suar. to. 3. diſp. 31. ſect. 4. in fi. & to. 4. diſp. 32. ſect. 7. & de cenſur. diſp. 4. ſect. 4. num. 10.

6 Excommunicatus maiori, ſuſpenſus, vel interdictus ſcienter faciens officia diuina, & ſcienter exercens actum ordinis ſacri, quem habet efficitur irregularis Sayr. lib. 7. c. 9. num. 1. & eſt caſus in c. Si quis 4. 11. q. 4. Suar. de cenſur. diſp. 11. ſect. 3. Aut qui dat auctoritatem, cum is, qui dat, aut ipſe ligatus ſit: requiritur verò contemptus Nau. vbi ſupra num. 244. Silu. q. 13. Id tamen non verificari in laico, ſed in ſolo Epiſcopo. volunt glo. in Clem. II. de priuil. & exceſſ. priuil. ver. etiam celebrare Anchar. ibi num. 4. Pan. in c. Illud, de cler. excom. contra Nau. d. num. 244. extendentem ad Superiorem laicum. Immo Tolet. lib. 1. c. 67. num. 5. docet Nec Epiſcopum effici irregularem, cum non inueniatur in iure, & hic non ſit actus ordinis, ſed iuriſdictionis, propter quam nemo fit irregularis. idem ſentit Roder. de regul. to. 2. q. 109. ar. 4. vers. quantum ad tertiam. Excuſat autem ignorantia probabilis, Silu. vbi ſupra vers. 5. Nomine diuinorum officiorum intellige actum annexum ordini clericali, vt ſacramenta miniſtrare, miſſam celebrare, legere Epiſtolam vel Euangelium publicè in Eccleſia; benedicere aquam, oleum, fructus, &c. cum precibus, & ceremonijs ab Eccleſia inſtitutis; ſolemniter benedicere coniuges, Suar. vbi ſupra ſect. 2. num. 19. Solemniter dicere collectas in Choro Nau. c. 27. num. 163. Et audire peccata, licèt non abſoluas Comitol. reſp. mor. lib. 6. q. 48. & exercere ſolemniter actum minorum ordinum, ſecundum Inn. & com. in c. fi. de exceſſ. Præl. vbi Pan. num. 5. & ſequitur Nau. vbi ſupra Suar. de cenſur. diſp. 42. ſect. 2. Silu. ver. Irreg. q. 13. vers. 11. Anchar. & Franc. in c. Medicinalis de ſent. exc. in 6. Cuius tamen contrarium docent S. Ant. p. 3. tit. 28. c. 1. in princ. Couar. in c. Alma p. 2. parag. 8. num. 9. vers. 10. Nau. de ſent. exc. conſ. 44. num. 4. Roder. in ſum. p. 1. c. 168. num. 8. Sayr. alios referens c. 8. cit. num. 4. Secus eſt cum alijs litanias canere modò ſine cruce, ſuperpelliceo, & ordine procedendi; baptizare ſine ſolemnitate vt laicus; canere Epiſtolam, & exercere actus minorum ordinum vt laicus. Immo, & cum alijs canere etiam in choro. Nau. loco cit. Niſi pſallat ſicut prius facere conſueuerat, ideſt quaſi in officio ſuo agens, in quocunq; officio cantando, & in quibuſcunq; horis; quia tunc fieret irregularis glo. in d. c. Cum

niſtret, fit irregularis à ſolo Papa diſpenſabilis Sixt. V. in Bulla in c. Sanctum, & ſalutare. V. Suſpenſi ipſo iure num. 9.

17 Parochus excommunicatus non toleratus aſſiſtens matrimonio non fit irregularis, quia non exercet actum ordinis ſacerdotalis. poſtulatur enim eius præſentia, vt qualitas perſonæ ad maiorem fidem. Secus in ſolemni benedictione coniugum Suar. de cenſur. diſp. 11. ſect. 2. nu. 18. & ſeq.

EX ITERATO BAPTISMO

V. ſuſpenſio.

1 SCienter ſe rebaptizari ſinens, c. Afros diſt. 98. c. Qui in qualibet 1. q. 7. c. Qui bis, & c. Eos quos de conſecr. d. 4. Pan. in c. 1. de Apoſtat. Excuſat probabilis ignorantia Couar. in Clem. Si furioſus p. 1. initio nu. 8. Nau. c. 27. nu. 246. & probabile dubium c. Paruulos, & trib ſeq. de conſecr. diſt. 4. S. Ant. p. 3. tit. 28. c. 6. parag 3. Silu. ver. Irreg. q. 4 Suar. to. 3. diſp. 31. ſect. 6. Intellige ignorantiam facti; nam iuris non excuſat Tolet. lib. 1. c. 65. num. 2. Excuſat etiam qui ſe permittit exterius baptizari, cum intentione non ſuſcipiendi ſacramentum, ſed ſolum ſe liberādi ab aliquo timore, vel aliquid ſimile requiritur enim formalis rebaptizatio Et multò minus incurrit, qui recipit ſecundum baptiſma, cum intentione conditionata, ſi fortè primum baptiſma non fuit validum Suar. de cenſur. diſp. 42. ſect. 1. num. 1. Item fit irregularis rebaptizanti miniſtrans, ſi crimen eſt publicum c. 2. de apoſtat. Bis baptizans non eſt irregularis, niſi crimen ſit notorium: tunc enim incurrit propter notorietatem; eſt enim graue ſcelus, cap. Rebaptizare de conſecr. d. 4. Tolet lib. 1. c. 64. vers. 4. Pan. vbi ſupra num. 1. Silu. vbi ſupra Suar. dub. 3. Communior tamen opinio contrarium docet incurri ſcilicet ſiue crimen ſit publicum, ſiue occultum differre tamen, quòd cum occulto diſpenſat Epiſcopus vt aſcendat; cum publico verò ſolus Papa, ſic Sot. in 4. d. 3. q. vn. ar. 9. in fi. Ang. irreg 1. num. 24. Sayr lib. 7. c. 8. dub. 2. & alij Si tamen religionem ingrediatur, poteſt Epiſcopus etiam cum publico, vt ex cit. c. 2. notant Doct. cit.

2 Baptizans, ſub intelligendo ſi non es baptizatus, nō eſt irregularis Nauar. vbi ſup. vers 2. Suar. vbi ſupra Niſi ſciat eſſe baptizatum Vict in ſum. nu. 35. Catechiſmus Rom. de Baptiſmo. V. Maiol. lib. 3. c. 14. num. 5.

3 Adultus, ſi ab hæreticis baptizetur, efficitur irregularis, & numquam ordinatur, c. Qui in qualibet 1. q. 7. Quid ſi conſtitutus in mortis articulo alium non haberet à quo baptiſma ſuſciperet. Ego certè excuſarem.

4 Solius baptiſmi iteratione incurritur irregularitas Ang. vbi ſupra Silu. q. 4. cit. Couar. d. num. 8. vers. ſed, & illud Caſtr. de lege pœn lib. 1 c. 7. docum. 3. Sot. in 4. d. 7. q. vn ar. 5. Tolet. vbi ſupra nu 3. fusè Suar. de cenſur. diſp. 42 ſect. 4. quia in iure nō decernitur irregularitas niſi iterantibus baptiſmum: non ergo extendenda ad alia ſacramenta imprimentia characterem. Quare ſine fundamento aſſerunt S. Ant. vbi ſupra Nau. c. 27. num. 247. & Maiol. vbi ſupra c. 15. etiam iterantes Chriſma, & ordinem eſſe irregulares.

EX INTERDICTI VIOLATIONE

1 QVI celebrat, cum ſit interdictus c. Is cui, de ſent. exc. in 6. aut in Eccleſia interdicta ſcienter c. Is qui, parag. is verò eo. Secus ſi in Eccleſia polluta, aut coram exc. mai. d. c. Is qui. Sot. in 4. d. 13. q. 2. ar. 3. Suar. to. 3. diſp. 83. ſect. 4. in fi. V. Sayr. lib 5. c. 16. num. 29. Vel ſi ſit ceſſatio ſine interdicto Nau. c. 27. num. 243. Cou. in c. Alma p. 2. parag. 2. num. 4. vers. Ad quæſtionem. Et in hac diſpenſat Papa ad aſcendendum: Epiſcopus verò, vt ſuſceptis vtatur Nau. vbi ſupra.

2 Cele-

Digitized by Google

rint imitati: & ad eorum Credentes, fautores, & defenſores, c. Statutum 2. de hæret. Qui autem hi ſint vide Tol. lib. 1. c. 20. & Sayr. lib. 3. c. 15. & ſupra Excom. Bullæ num. 1. filij tamen huiuſmodi hæreticorum, &c. Si Patres emendati, & incorporati Eccleſiæ fuerint, facta pœnitentia, eamuè ſubire paratiiam non manent irregulares: licèt eorum Patres maneant irregulares, propter crimen commiſſum, c. ſtatutum cit. fusè Sanchez in ſum. lib. 2. c. 27.

6 Nullum crimen quantumuis enorme, ſi occultum ſit, inducit irregularitatem niſi à iure ſpecialiter impoſita ſit, vt in homicidio, Nau vbi ſupra, eſſerens ſic declaraſſe Greg. XIII. tex. optimus in c. fi. de temp. ord. & docent idem Nau eo. tit. conſ. 40. Sayr. vbi ſupra num. 14. Immo ſecundum Roder. de regul. 10. 1. q 24 ar. 11. Et Caſtr. de leg. pœn. lib. 2. c. vlt. vers Tertia principalis concluſio. Neque homicidium omnino occultum, quod ſcilicet nulla ratione poteſt in iudicio probari, neq; in aliorum notitiam venire, niſi ex propria occiſoris confeſſione. Hæc tamen opinio communiter reprobatu, vt ait Sayr. lib. 7. c. 1. num. 6. Suar. de cenſur. diſp. 41; ſect. 2. num 6. & diſp. 44. in fi. Cord. lib. 1. qq. q. 35. & idem Roder. ſibi contrarius in ſum. p. 1. c. 179. num. 3.

7 Schiſmaticus non purus eſt irregularis Maiol. de irreg. lib. 5. c. 46. & ſolus Papa diſpenſat Pegn. ad Direct. p. 2. commet. 75. rela Butr. & Imol. Eſt autem ſchiſmaticus non purus, qui licet aliam Eccleſiam ſibi non conſtituat præter Romanam, quam credit veram eſſe, cuiuſq; caput eſſe Romanum Pontificem: at per actum ſolum voluntatis, ſeu per actum externum ſe ſubtrahit ab eius obedientia ex aliqua animi paſſione. Item quando duo, pluresùe de Papatu contendunt, ſeq; pro ſummo Pontifice gerunt Sayr lib. 3. c. 5. in fi. V. Sanchez in ſum. lib. 2. c. 36.

LIBER SEPTIMVS

Varia ordine Alphabetico

A

1 ACTIO ſemel extincta amplius non reuiuiſcit, c. Quærit, de conſecr. d. 4. glo. fin. in c. Ex inſinuatione, de ſimon.

2 Actus factus contra legem prohibibentem, & illi actui omnino reſiſtentem non valent, vt profeſſio omiſſa ante 16. annum, quia lex annullat Nauar. de regul. conſ. 25. Azor. multis relatis p. 1. lib. 5. c. 16. q. vlt. V. l. Non dubium C. de legib.

3 Ad ſubſtantiam actus vbi aliqua requiruntur, non tenet actus, niſi illa ſeruentur; licet ex neceſſitate illa ſolemnitas ſeruari non poſſit. Vnde neceſſitas non facit deficere ſolemnitatem ſubſtantialem, Pan. in c. Debitum de bapris. V. eundem in c. Non minus de immun. Eccl. num. 19. & ſupra ver lex num. 28.

4 Aedificare potes in tuo, etiam cum alterius nocumento, non tamen id intendendo: Non potes autem quod tibi non prodeſt, & alteri nocet. Silu. ver. ædificium. V. Iaſon. in l. Dotis cauſa ff. ſol. matr. à num. 48.

5 Annus in fauorabilibus ſufficit inceptus, in odioſis perfectus, Hoſt. in ſum. de

in ſu. Cai. vbi ſupra. Prohibere etiam tenentur, & quantum commodè poſſunt, impedire alia flagitia, vt ſtupra, adulteria, cruciatus innocentium, & templorũ ſpoliationes Molin. vbi ſupra. V. eundem diſp. 121.

9 Licet in bello iuſto vti opera infidelium S. Ant. p. 3. tit. 4. c. 2. parag. 7. Roder. vbi ſupra c. 126. concl. 4. Armill. ver. bellum nu. 41. Niſi bellum nobiſcum habeant actiuè aut paſſiuè, & non imminente neceſſitate Silu. bellum 1. q. 8. vers. aut ratione ſcandali, aut periculi ſanctæ fidei Molin. diſp. 112. Licet etiam iuuare infideles contra alios infideles Molin. ibid. V. Dominic. Pueronem in Bull. Coen. c. 7. à num. 8. ad

10 Licitum eſt, inimicum exercitum, aut Ciuitatem, cum qua iuſtum geritur bellum in depopulationem dare, vel ſuccendere, ſi aliter capi non poteſt, licet multi innocentes cum nocentibus occidantur, quia non directè occiduntur Cord. lib. 1. qq. q. 38. dub. 2. Silu. vbi ſupra q. 10. dicto 3. Vict. vbi ſupra num. 38. Sot. de iuſt. lib. 5. q. 1. ar. 6. & trib. ſeq. Azor. vbi ſupra q. 13.

11 Dum res dubia eſt, non poteſt alter Principem poſſidentem priuare, fusè Molin. diſp. 103.

12 Milites noſtri temporis non gaudent priuilegijs militaribus antiquis Pan. in c. In noſtra de procur. num. 8. Silu. ver. miles. Gaudent tamen circa teſtamenta condenda, cum ſunt in bellica expeditione Molin. diſp. 129.

13 Iniuriam Deo factam ab vno Regno per idololatriam, aut hæreſim poteſt alterum bello vlciſci. de quo plenius per S. Ant. p. 3. tit. 22. c. 5. parag. 8. Silu. ver. Papa num. 7. Caſtr. de iuſt. hæret. pun. lib. 2. c. 14. Quod tamen intellige quando aliquod Regnum defecit à fide catholica per idololatriam, aut hæreſim: aliàs falſum videtur Imperatorem, aut ipſummet Papam poſſe propter peccata, etiam pugnantia cum ipſa natura, ipſis bellum inferre, ſi ſubditi non ſint, vt docent Molin. diſp. 106. Vict. de Indis. p. 1. num. 40. Couar. in reg. Peccatum p. 2. parag. 10. nu. 4. & 5. V. Sot. in 4. d. 5. q. vn. ar. 10.

14 Vaſſalli non tenentur ad bellum proprijs expenſis, niſi aliud ſit conuentum S. Ant. p. 3. tit. 4. c. 2. parag. 3. vers. Idem Dominus Silu. bellum 1. q. 3. vers. 9.

15 In bello repentino etiam Clerici tenentur ad cuſtodiam Vrbis, c. Peruenit, & ibi Pan. de immun. Eccl.

16 Epiſcopus accedere non poteſt ad bellum ſeculare ſine licentia Papæ S. Ant. vbi ſupra parag. 10. Silu. bellum 3. q. 2. prohibitum enim eſt c. Reprehenſibilis, & c. Quo caſu 23. q. 8. vt rectè notauit Molin. diſp. 108. vers. An verò intereſſe poſſint.

17 Capti bello iuſto poſſunt fugere Cou. vbi ſupra parag. 11. num. 6. ſi ad ſuos reuertantur. Idem lib. 1. var. reſol. c. 2. nu. 10. Ban. 2. 2. q. 40. ar. 1. dub. 1. Azor. p. 2. lib. 2. c. 34. q. 3. & p. 3. lib. 2. c. 7. q. 20. Et modò Dominis perſequentibus vi non reſiſtant. Leſſ. lib. 2. c. 5. dub. 5. V. ver. Dominium num. 24.

18 Non licet bellum indicere offerenti ſatisfactionem pro iniuria, & damnis, ac expenſis, ſi offerantur ante conflictum. Cai. ver. bellum 1. vers. 3. Silu. ver. bellum 1. q. 4. vers 2. Molin. alios referens diſp. 103.

19 Poteſt miles redemptionem exigere pro capto in bello iuſto etiam Chriſtiano Couar. vbi ſupra, Vict. de iur. bel. num. 42.

20 Qui præſumuntur bona fide pugnaſſe non poſſunt à victoribus occidi, Molin. diſp. 122. concl. 4.

21 Milites ſine auctoritate prædas agentes, aut occidentes tenentur reſtituere Ban. vbi ſupra Roder. in ſum. lib. 1. c. 128. Silu. vbi ſupra q. 10. Vict. num 53.

22 Licitum eſt bellum contra infideles offendentes Chriſtianos, vel prædicationem impedientes S. Tho. 2. 2. q. 10. ar. 8. Couar. vbi ſupra parag. 10. num. 3. Azor. p. 1. lib. 8. c. 24. q. 3.

23 Mobilia capta bello, etiam ſi excedant compenſationem damnorum, non ſunt reſtituenda Vict. vbi ſupra nu. 51. Immò & immobilia retineri poſſunt nomine punitionis Molin. diſp. 117.

24 Res immobilis in bello capta reſtituenda priori Domino, non verò res mobilis, ſecundum aliquos. Alij tamen docent vtramque reſtituendam eſſe Couar. vbi ſupra parag. 11. num. 6. Alij volant ſtandum eſſe legibus, ſi quæ circa huiuſmodi ſancita ſunt aut legitimæ conſuetudini Nau. de reſt. ſpol. cons. vlt. Molin. diſp. 118.

25 Bello iuſto ablata ab eo, qui bello iuſto rapuerat, non ſunt reſtituenda: ſecus, ſi ab eo, qui bello iniuſto. Repeti tamen poſſunt expenſæ factæ in recuperatione; item merces, induſtriæ, &c. Molin. vbi ſupra.

26 Belli Dux accipiens ſtipendia militum, quos non habet: vel cum proprios famulos arma induunt tamquam milites, cum non ſint, qui eorum ſtipendij partem ſibi retineat, peccat mort. & reſtituere tenetur, licet Princeps id ſciat, & taceat; cum non ideo cenſeatur conſentire Molin, diſp. 116. Mercado de reſt. c. 15. num. 4. Roder. in ſum. p. 1. c. 157. num. 1. vbi num. 6. idem docet cum Dux Oppidi defenſionem iubetur centum milites ponere, & quinquaginta tantum ponit, aliorum ſtipendia ſibi accipiens; tunc enim tenetur reſtituere ſtipendia illa quinquaginta; & damna etiam, ſi quæ ipſis Oppidanis ab inimicis inferantur. Et Molin. vbi ſupra docet iniuſtè agere huiuſmodi Duces, cum in itinere pretium accipiunt, ne milites aliquò diuertant, quo hoſpitij cauſa recta diuertendum erat. Item cum ſibi, vel alteri tria, aut quattuor chirographa ad varias domos accipiunt, vt ab eis pretium accipiunt ne ibi hoſpitentur; ſunt enim hæc contra iuſtitiam.

1 BLASPHEMARE ex conſuetudine, & inaduertenter, ſed non curando cauere peccata, mortale eſt Silu. ver. blaſphemia q. 4. Non tamen ſi ita faciat, vt ſi aduerteret, non faceret Cai. ver. blaſphemia, Nau. c. 12. num. 84.

2 Blaſphemiæ omnes ſunt eiuſdem ſpeciei Cai. loco cit. & 2. 2. q. 13. ar. 1. ad 2.

3 Dicere Renego Deum per indignationem, blaſphemia eſt B. Med. in ſum. lib. 1. parag. c. 14. Et dicere, per vitam Dei. Sayr. cla. reg. lib. 6. c. 13. num. 10.

4 Audiens blaſphemare Deum tenetur corripere Nau. vbi ſupra num. 83.

5 Blaſphemia hæreticalis illa eſt, quæ contra articulos fidei directè profertur, vt Abnego Deum, Non credo in Deum. Renego fidem, vel Crucem Domini, vel Chriſma, vel puritatem B. V. Direct. Inquis. p. 2. q. 41. & ibi Pegna coment. 66. Sayr. vbi ſupra, & hæ ſolæ ſpectant ad iudicium Inquiſitionis, ibidem V. Couar. in c. Quamuis pactum p. 1. parag. 7.

6 Verba pœnæ adiuncta Bullæ Pij contra blaſphemantes Deum, aut B. V. & Sanctos pro prima vice, intelligi debent de prima vice punitionis, non de prima blaſphemia Ricc. p. 2. decis. 221.

7 Blaſhemia conſiſtit in dicendo aliquid quod Deo non conuenit: vel negando aliquid quod Deo conuenit: vel Creaturæ attribuendo quod ſoli Deo conuenit, vel Deo, aut ſanctis iniuriam irrogando Cai. ver. blaſphemia V. iuramentum, num. 13. & Sanch. in ſum. lib. 2. c. 32.

C

CHARITAS.

V. Baptiſmus. Eleemoſina. Oratio. Peccatum. Reſtitutio. Scandalum Superior.

1 Diligendi Parentes magis quam filij, & Vxor. & hoc ratione obiecti; ſecundum quod magis diligimus quod habet maiorem rationem boni. At contra dicendum ratione coniunctionis, & ex parte ipſius diligentis; cum Pater amet filium tamquam aliquid ſui exiſtentem S. Tho. 2. 2. q. 26. ar. 9. & duob. ſeq. Silu. ver. Charitas q. 2. Diligendus eſt etiam magis

gis Pater, quam mater S. Tho. ar. 10. cit.

2 In articulo neceſſitatis potius Patri quam filius prouidendum. Silu. ver. Eleemoſinā q. 2. & ver. filij q. 22. V. ſupra ver. filij num. 26.

3 Cum proximus eſt in extrema neceſſitate ſalutis ſpiritualis, nec eſt alia via qui velit, aut poſſit ſufficienter prouidere, tenemur etiam cum noſtræ vitæ periculo illi ſuccurrere. Prælatus verò, tenetur etiam citra extremam neceſſitatem Valent. to. 3. diſp. 3. q. 4. p. 3. Azor. p. 2. lib. 12. c. 15. q. 3. contra Sot. de teg. memb. 1. q. 2. concl. 6. Qui autem caſus ſint extremæ neceſſitatis, & qui non, vide apud Valent. lib. 1. qq. q. 26.

4 Cum proximus patitur damnum temporale, & cum poſſit, non vult ſe tueri, nemo tenetur ſaltem ſub mortali, illi ſuccurrere Suar. to. 4. diſp. 15. ſect. 5.

5 Inimico teneris ſubuenire in neceſſitate. Extra eam verò non teneris ei oſtendere particularia ſigna dilectionis S. Tho. 2. 2. q. 25. ar. 9 Silu. ver. Charitas q. 5. Si tamen ſit ſcandalum teneris alioqui Cai. d. ar. 9. Lopez inſt. p. 1. c. 53. Et cum ſalutat reſalutare Tolet. lib. 4. c. 10. Ban. ar. 9. cit. dub. 2. Et cum veniam petit, remittere. Cai. 2. 2. q. 28. ar. 8. Non tamen ſatisfactionem Tolet. vbi ſupra Roder. in ſum. c. 17. & com. Signa rancoris remota, quæ non ingerunt de odio argumentum, vt ſubtractio familiaritatis, ſeruitiorum aliquorum, & huiuſmodi, licet retinere, ſiue ante, ſiue poſt ſatisfactionem, ſi fiant non malo animo, ſed pro ſua, & alterius pace S. Ant. p. 2. tit. 2. c. 2. parag. 3. Silu. vbi ſupra q. 6.

6 Teneris proximum etiam inuitum à mortis periculo liberare. c. Ipſa pietas parag. Si duo 29. q. 4. Non tamen cum proprio periculo Nau. c. 24. num. 23. Teneris etiam eius ignorantiam vincibilem tollere. Sot. de iuſt. lib. 5. q. 1. ar. 8. Et in neceſſitate ponere vitam pro anima illius, & pro vita bona temporalia Nau. Azor. & Cord. vbi ſupra contra Sot. de teg. ſecr. q. 2. cit. Item ſubuenire grauibus eius damnis, ſi alius non ſubuenit, & tu potes ſine tuo magno damno Nau. vbi ſupra num. 21. Non teneris tamen iuſtè damnatum pecunia redimere. Quod ſi redimas, potes recipere in ſeruum perpetuum. Idem num. 17.

7 Non teneris adire morientem peſtilentia aut morbo contagioſo infectum, niſi ſit in extrema vitæ ſpiritualis neceſſitate conſtitutus; aut ſis eius Parochus, aut Prælatus, Nau. vbi ſupra num. 10. in fi.

8 Carnis vitio agitato, ita vt continere nequeat, poſſum conſulere, vt ineat matrimonium, licèt voto caſtitatis aſtrictus ſit. Ang. matr. 3. impedi. 5. in fi. Silu. matr. 7. q. 5. verſ. 9. quod tamen Sanchez de matr. lib. 7. diſp. 11. num. 19. rectè intelligit, quando ille ita malo inhæret, vt nec diſpenſationem petere, nec à venereis deſiſtere vellet: alioqui non licet conſulere matrimonium; cum illi per diſpenſationem facilè occurri poſſit.

9 Potes optare malum alicui pro bono eius ſpirituali, vel etiam ob bonum Reipublicæ, etiam ſi ſit damnandum Sot. de iuſt. lib. 10. q. 1. ar. 1. Et gaudere de eius morte ob bonum inde ſecutum c. 15. num. 10. & in c. Inter verba concl. 6. num. 11.

10 Licet permittere aliquem cadere in peccatum, vt corrigatur, vel moneatur emendetur, quando aliter emendari non poteſt Sot. de teg. decr. memb. 1. q. 2. concl. 4. Nau. c. 17. num. 13. V. infra ver. Peccatum num. 10.

COLLEGIVM faciunt tres, Congregationem duo, Populum decem, Glo. in c. 1. de elect. & ibi Pan. Silu. ver. Collegium. Poteſt autem Collegij, & Vniuerſitatis ius in vno manere, ibidem, & glo. in c. Gratum, ver. pauciores, de poſtul. An Collegium eſſe poſſit ſine Capite, vide Felin. in c. Ex literis num. 5. de conſtit.

COMEDERE

V. Ieiunium.

EDere carnes humanas, aut edendas dare ſine magna neceſſita-

ſe, mortale eſt Nau. c. 23. num. 122. in magna verò neceſſitate licet; modò non occidas Caiet. 2. 2. q. 148. ar. 2. Tolet. de pecc. mort. c. 69.

2 Edere vſq; ad vomitum ex intentione non eſt mortale Caiet. in ſum. ver. gula. Nau. vbi ſupra nu. 129. contra Ang. ver. Immunditia, & Silu. ver. gula nu. 2. maximè ſi id fiat ex conſilio medicorum S. Tho. 2. 2. q. 148. ar. 6. ad 2. S. Ant. p. 2. tit. 6. c. 4. parag. 6. Quòd ſi id faciat ſolum, vt iterum comedat, mortale eſt Tabien. & Armil. ver. immunditia Sebaſt. medic. ſum. Peccat. p. 2. q. 9

CONCESSVM intelligitur quod non eſt prohibitum Ang. & Silu. ver. Conceſſum. Et conceſſum ſimpliciter, videtur conceſſum ſine temporis præfinitione. Pan. in c. ſi. de ſec. nuptiis num. 2.

CONSILIVM ſequi tenetur, qui iubetur facere de conſilio, ſi vel ille particeps ſit officij, aut non ſit integri iudicij, vt pupillus, &c. Silu. ver. Conſilium q. 2. Secus ſi iubetur petere, c. Cum olim de arbitri. Niſi ab alio tamquam Collega, & officij participe petendum ſit: quo caſu non eſt differentia inter conſilium, & conſenſum, vt alios referens docet Sanchez in ſum. lib. 2. c. 4. num. 6. & lib. 6. c. 8. num. 81. Vnde infert in receptione Nouitij teneri Superiorem ſequi conſilium maioris partis conuentus tamq; collegarum, & officij participum. Quòd ſi is, cuius conſilium petendum eſt, ac ſequendum, non vult dare, aut eſt abſens poteſt ad actum procedi, ſi periculum eſt in mora. Item ſi eſt mortuus. Secus ſi arctauit ſe ad petendum in extremitate temporis: quia tunc non valet actus ſine conſilio geſtus. Pan. in c. Ex parte, de conſti. à num. 3. & in Cum in veteri de elect. nu. 5.

COPVLATIVA aliquando reſoluitur in disiunctiuam, de quo Pan. in c. Ex parte de reſcrip. num. 6. & ſeq. Felin. ibidem à num. 24. vt quando ponitur inter incompatibilia l. Si Titio ff. de Vſu, & Vſufructu. Et inter duo, quæ ſimul vera eſſe non poſſunt, vt Valeat iure teſtamenti, & codicilli Azor p. 1. lib. 5. c. 27. q. 2. Rota in vna Meliten. Baiulatus coram Dunozetto 27. Nou. 1607. Et cum inter duo æquè principalia, reſoluitur in alternatiuam, & ibi Pan. de vit. & hon. cler. Oldard. in cali. 10. Bullæ cœnæ q. 3. num. Et cum ponitur inter duo, quorum alterum eſt ſequela, & effectus alterius, & ſignificat idem, quod (id eſt) Pan. in c. Monaſteria num. 4. de vita, & hon. cler. Archid. ibidem num. 5. Vt Gratum dict. 59. Et cum plura narratiuè narrantur, quæ de iure non ſunt neceſſaria: quo caſu copulatiua reſoluitur in disiunctiuam, c. Cum ſecundum de præbendis, vbi Pan. num. 1. & num. 2. ponit lex, quæ contra Electum opponi poſſunt, quarum vnaquæq; ſufficit. V. Felin. in c. Ex parte 1. de reſcrip. vbi de copulatiua fusè tractat. & Barboſ. de dictioni. num. 93.

CORRECTIO

V. Suar. to. 4. diſp. 15. ſect. 5. à num. 26.

1 CORripere teneris peccantem, cum certum eſt peccatum eſſe mortale, aut veniale periculoſum, & credis non nocituram tuam correptionem, poſſiſque ſine tuo magno damno corripere Nau. c. 24. num. 12. Et, ſi ille peccat ex ignorantia: aut ſi tu ſis eius Prælatus, teneris etiam cum tuo magno damno Sot. de teg. ſecr. memb. 2. q. 2. concl. 7. Et cum periculo etiam propriæ vitæ, ſi credis ſine tua correptione non emendandum. Nau. vbi ſupra num. 23. Sot. concl. 6. B. Med. in ſum. lib. 1. c. 14. parag. 6. Roder. in ord. iudic. c. 11. concl.

2 Tenetur quis corripere, cum credit profuturam correptionem S. Tho. 2. 2. q. 33. ar. 2. ar. 2. Sot. vbi ſupra concl. 4. & com. Secus ergo, ſi non ſperas emendationem Nau. vbi ſupra num. 24. aut ſi credis ſine tua correptione emendandum Caiet. ver. Correctio fraterna. Sot. vbi ſupra concl. 3.

3 Qui non eſt Prælatus non tenetur corripere, niſi in quantum obligat charitas,

S. Tho.

S. Tho. vbi ſupra ar. 4. S. Ant. p. 2. tit. 9. c. 6. S. Ant. vbi ſupra concl. 2. q. 3.

4 Errantem in re communiter ignota non teneris corripere, niſi fit in damnum tertij Nau. in c. Si quis autem, de pœnit. d. 7. num. 71. Couar. in 4. p. 2. c. 6. parag. 10. num. 15. Roder. vbi ſupra c. 9. num. 4.

5 Publicè peccantem tenetur corripere etiam qui non eſt Superior Sot. vbi ſupra q. 3. concl. 9.

6 Ommittere correptionem communiter eſt veniale S. Aug. de Ciuit. Dei lib. 1. c. 9. Sot. vbi ſupra q. 5. cõcl. 9. S. Ant. vbi ſupr.

7 Prælato præcipienti denunciare ante correptionem putant Ang. ver. denunc. parag. 10. & Nau. c. Inter verba concl. 6. perfecta num. 384. obediendum eſſe, ſi intelligat de ſecreta denunciatione. Alij tamen contra ſentiunt, vt Silu. ver. correctio q. 8. S. Tho. 2. 2. q. 33. ar. 7. ad 5. Sayr. clau. reg. lib. 11. c. 4. num. 13. docentes huiuſmodi præceptum intelligendum eſſe, ſaluo ordine charitatis fraternæ, contra quem ſi Prælatus expreſſè præcipiat, peccare mort. ipſum, & denunciantem.

8 Prælato diſcreto licere ante correctionem denunciare, docet Ricard. in 4. diſt. 19. ar. 4. q. 1. Rectius id negant alij vt Sot. de teg. ſecr. memb. 2. q. 4. dub. 3. B. Med. lib. 1. c. 14. parag. 16. fusè Sayr. c. 4. cit. plurimos referens.

9 Peccatum infectiuum, vt hæreſis, proditio, denunciandum non præmiſſa correctione S. Tho. ar. 7. cit. ad 5. & quol. 1. ar. 16. in reſp. Niſi certò putetur emendandum per correptionem Farin. alijs cit. de hæreſi q. 197. num. 39. Delrius magic. lib. 5. ſect. 4. vers. ſexto tenentur. Idem cum eſt in damnum tertij Silu. ver. denunciatio q. 4. Sot. vbi ſupra dub. 2. Nau. c. 18. à num. 30. & c. 25. num. 33. & de accus. cons. 2. B. med. vbi ſupra, & com.

10 Ommittenda denunciatio cum non ſperatur correctio, niſi crimen ſit perniciosum; & ex huiuſmodi ommiſſione alijs detur libertas ad peccandum Sot. q. 4. cit. concl. 6. & ibi Cordub. affirmans eſſe communem.

11 Filius non tenetur denunciare Patrem, nec è contra, niſi ſit cauſa fidei, vt ſi Pater ſit hæreticus Pegna ad Direct. p. 2. com. 15. vel niſi ſit crimen læſæ maiest. humanæ Azor. alios referens p. 2. lib. 2. c. 3. V. Salon. 2. 2. q. 70. ar. 1. contr. 2. concl. 3. Nau. c. Inter verba, concl. 6. num. 429.

CVRIOSITAS tunc eſt peccatum mortale, quando vis ſcire id cuius notitia inducit ad periculum peccandi; aut ſi vis ſcire à Dœmone, Silu. & Ang. ver. Curioſitas Nau. c. 23. num. 24. Plura vide apud Leſſ. lib. 4. c. 4. dub. 11. Sanchez de matr. lib. 9. diſp. 46. Tolet. de ſept. pec. mort. c. 12.

D.

1 DOEMONEM alloqui in arte magicis vanè, & curioſè eſt veniale Silu. ver. adiurare q. 7.

2 Colloqui, & agere cum Dœmone vt cum hoſte licet: non autem ab eo accipere beneficium. Sot. de iuſt. lib. 8. q. 3. ar. 2.

DENVNCIATIO.

V. Correctio.

DISCERE.

V. Curioſitas. Fides. Oratio. Præceptũ

1 DOCTOR per viginti annos publicè legens efficitur Illuſtris Bartol. & Bald. in prohemio Digeſt, & com vt teſtatur Ias. in l. Quæcumq; de off. eius, cui mand. eſt iuriſd. num. 11. licet ipſe contrarium ſentiat.

2 Docere publicè ſacram ſcripturam in peccato mortali notorio, mortale eſt, Nau. c. 25. num. 55. B. med. in ſum. lib. 1. c. 18. parag. 10. Ang. ver. interrogatio parag. 34. & ver. prædicare parag. 7. S. Ant. p. 3. tit. 5. c. 2. parag. 10. vers. 5.

3 Docturus etiam grammaticam prius tenetur facere fidei profeſſionem. Idē promouendus ad Dignitatem, gradum, &c. & Rector,

Rector, & Cancellarius futurus. Pius 4. conſt. 8. in nouo Bullar.

4 Gradum petere principaliter ad honorem, vel vtilitatem non eſt mortale Silu. ver. Doctor q. 4. Nau. vbi ſupra. Gradus datus aperè ſufficienti valet ſine examine Pan. in c. Conſtitutis 2. de appell. num. 4 c. Nullus ordinetur diſt. 24. Ias. in l. 1. ff. de liber. & poſthum. num. 26. Niſi tamen eſſet pro forma Dec. in d. c. Conſtitutis, vt in licentia Doctoratus Ias. ibidem Mandos. in reg. 24. q. 3. & in promouendo ad Curam animarum Bull. Pij. V. in c. In conferendis, &c. quam habes apud Quarant. ver. benef. paroch. collat. cum ibi annot. Cong. conc. V. Sanchez de matr. lib. 8. diſp. 17 num. 12.

6 Regularis ductorus ſcripturam extra monaſterium, prius ab Epiſcopo approbandus Concil. Trid. ſeſſ. 5. c. 1. de refor.

1 DOMICILIVM eſt vbi familia, uel aſſidua conuerſatio Ang. & Silu. ver. Domicilium vel habitatio cum intentione manendi Nau. de temp. ord conſil. 2. & de fil. præsb. cons 6. Rota tamen, vt refert Soc. in c. fi. num. 25. de for. comp. vult præter animi declarationem, vt domum emerit; alioqui ad coniecturas confugiendum vt docet Pan. in d. c. fi, vt ſi aliquò cum omnibus rebus ſuis ad habitandum vadit: & qui habitat vbi eſt maior pars bonorum: aut habitatio decennij cum animo perpetuò manendi l. 1. C. de incol. & hic efficitur Ciuis, Vrſil. ad Afflic. decis. 384. & ſecundum Grammat. decis. 87. ſufficit ſi habeat domicilium, ideſt vxorem; & familiam. Quod tamen circa Clericum intellige, ſi velit prima tonſura initiari; aut quattuor min. & Subdiaconatum accipere. Nam ſi ſit ſubdiaconus ordinatus ab Epiſcopo Originis ad titulum beneficij requirentis reſidentiam, vel ad titulum patrimonij pro vtilitate, vel neceſſitate Eccleſiæ, & alibi transferat domicilium, non poteſt ordinari ad Diaconatum, & Præsbyteratum ab Epiſcopo domicilij inconſulto primo Epiſcopo, an ad huc duret cauſa, ob quam fuit ordinatus: tunc enim ad eundem remitti debet, vt inſeruiat Eccleſiæ, cui fuit aſcriptus. Quarant. ver. Ordo, vers. Circa tertium Vgol. de pot. Ep. c. 26 parag. 2. num. 3. Poteſt autem quis habere plura domicilia, vt cum in pluribus locis æquè habitat, v. g. æſtate in hoc, hieme in alio: aut cum quis habet plura, beneficia requirentia reſidentiam Pan. in c. Poſtulaſti de for. comp. num. 4. Ricc. plurimis relatis in prax. Ep. decis. 305. Quare ordinatus ab Epiſcopo vnius domicilij, poteſt ab alio ad Superiores ordinari ſecundum Pan. in c. Cum in diſtribuendis, de temp. ordin.

2 Clericus habet domicilium, vbi habet reſidentiam Ang. & Silu. vbi ſupra.

3 Scholaris non habet domicilium in loco ſtudij; nec illius ordinarius eſt Epiſcopus loci ſtudij Silu. vbi ſupra num. 3. Nau. de temp. ord. cons. 3. in fi.

1 DVBIVM eſt cum neutri parti aſſentitis, quia rationes in vtramq; partem æqualiter mouent Ang. & Silu. ver. dubium.

2 Scrupulus eſt aſſenſus ex leuibus coniecturis S. Ant. p. 1. tit. 3. c. 10 parag. 9.

3 In dubio circa perſonas ſequi oportet meliorem partẽ. Sed circa res veriorem S. Tho. 2. 2. q. 89 ar. 4. ad 2. Vbi verò verſatur periculum animæ, tutior pars eſt eligenda, niſi ſit notabiliter minus probabilis Silu. vbi ſupra q. 2. Quando verò agitur de vitando aliquo damno, aut de adhibendo remedio, dubia ſunt in deteriorem partem accipienda; non quidem iudicando proximum eſſe improbum, ſed iudicando ita exterius conuenire, ſibiq; & illi cauendum, ac ſi dubia eſſet probitas S. Tho. 2. 2. q. 60. ar. 4. ad 3. Leſſ. lib. 2. c. 29. dub. 4. num. 42.

4 Quod probabili ratione, & auctoritate creditur, non dicitur dubium Itaq; potes illud ſequi, licet ſit minus tutum Nau. in c. Si quis autem, de poenit. diſt. 7. à num. 34. & de poenit. & rem. cons. 10. In moralibus, ſufficit certitudo ex probabilibus Silu. ver. opinio q. 1 in fi. Et opinio grauis auctoris Inn. in c. Per tuas de ſimon. Nau. de conſang. cons. 10. & in man. 27. num. 284.

284. quod tamen Sayr. cum alijs ab eo relatis cla. reg lib. 1 c. 5. intelligunt de indoctis Doctos enim teneri ſequi communiorem.

15 Cum ſunt probabiles rationes inter Doctores graues, potes alterutram ſequi, Silu. vbi ſupra. De Dubio, ſcrupulo, &c. ſuſius in trac. de caſib. conſc. initio

6 Dubium ſcrupulorum deponendum eſt ex conſilio boni, ſeu docti viri; aut ratione probabili. Itemq; cum dubitatur, an ſit ſcrupulus Silu. ver. Scrupulus.

7 Agens contra ſcupulum, ſequendo quod credit eſſe licitum, non peccat Nau. in d. c. Si quis autem num. 64. Et ſufficit ſequi rationem probabilem Silu. vbi ſupra q. 3. vers. 5.

8 Vtile, & ſanctum eſt ſcrupuloſis frequenter contra ſuos ſcrupulos agere, tutiorem partem ommittendo Nau. vbi ſupra num. 65. V. B med. lib 2. c. 17. Sanchez in ſum. lib. 1. c. 10. q. vlt.

DVELLVM

V. Excommunicatio.

1 DVellum, aliàs Monomachia, eſt pugna duorum facta ad alicuius rei probationem. Vel vniuerſalius, Eſt ſingularis pugna à duobus ſponè ſuſcepta Silu. ver. Duellum initio.

2 Domini temporales, quicumq; ſint, qui in terris ſuis locum ad duellum conceſſerint. Item patrini, certantes, ſpectantes, procurantes, conſilium tam in iure; quam in facto dantes, aut alia quacumq; ratione ad id quemquam ſuadentes ſunt ipſo facto excommunicati Conc. Trid. ſeſſ. 25. c. 19. de refor. Quæ omnia Greg. XIII. in extrau. cit. extendit ad duellum priuatum, ſine patrinis, vel locis, ſine loci ſecuritate, aut literis, ſiue chartulis: & Dominos, ſi huiuſmodi duellum permiſerint, aut quantum in ſe eſt, non prohibuerint; & mandantes inſtigantes, conſilium, auxilium, vel fauorem dantes; aut equos, arma, pecuniam, commeatum, & alia ſubſidia ſcienter ſubminiſtrantes: aut ex compoſito ſpectatores, vel ſocios quouis modo ſe præbentes etiam ſi illi, qui ad locum deſtinatum pugnaturi acceſſerunt, impediti pugnam non commiſerint, ſi per ipſos non ſteterit, &c. Spectatores intelligit Leſſ. lib. 4. c. 4. num. 83. qui in publico ſe exhibent, & ſua præſentia duellum cohoneſtant, non qui caſu aliquo ex occulto ſpectant. Pius IV. extendit etiam contra ſcribentes chartas prouocatorias, aut illas duplicantes, aut de illis ſe intromittentes. Alias extenſiones vide in Bulla Clem. VIII. quæ incipit Illius vices 1592. relata à Sayro de cenſur. lib. 3. c. 3 r.

3 Non incidunt qui calore iracundiæ ſe inuitant ad duellum, & ad locum accedunt, & pugnant: ſecus ſi animo deliberato Ioſeph ludou. apud Cyned. ad Decretal. collect. 117. in fi. Nec milites in caſtris pugnantes: vel alij ob priuatas inimicitias ſeipſos ad pugnandum inuitantes; etiam ſi euaginatis gladijs alter alterum interficiat: qui hic non eſt aſſignatio temporis, & loci. Nec obuiam ſe habentes diffidauerunt in tali loco, nullo aſſignato tempore, & ſtatim eò acceſſerunt: vtrumq; enim requiritur per Greg. XIII. V. Azor. p. 3. lib. 2. c 5. qui c. 6. addit pœnas contra duellantes non habere locum, vbi pugna fit ſolum odij, & vindictæ ac diffidij cauſa, ſed tantum quando fit ex condicto gratia probandæ veritatis, aut criminis purgandi: ſic enim ſtrictè accipi duellum. Contrarium tamen multis probat Sanchez in ſum. lib. 2. c. 39. num. 14. Nempe leges Pontificias intelligi de quocumq; duello.

4 In duellis ſolemnibus non incurritur excommunicatio, niſi ſecuto effectu Graff. de caſ. reſer. lib. 1. cap. 7. num. 8.

5 In duello verò priuato ex Bulla Greg. XIII. ſufficit acceſſus ad locum etiam ſi impediti non pugnauerint; modò per ipſos non ſtetuerit, &c. Quare ſi huiuſmodi duellantes, dum ad locum deſtinatum pergerent ab incæpto itinere fuerunt impediti, ne accederent, non incidunt, quia vtrumq; copulatiuè requiritur. Incidunt tamen in Bullam Clem. VIII. ſecundum Graff. vbi ſupra num. 26. Verius tamen

tamen ex verbis Bullæ cit. contrarium videtur dicendum in primo caſu, vt etiam colligit, & concludit Comitol. reſp. mor. lib. 6. q. 18. num. 8. Nam illa verba Et ſi illi, qui ad locum deſtinatum, &c. ſi per ipſos non ſteterit, &c. ſequenter, ac immediatè poſita ſunt poſt extenſionem Bullæ ad Dominos, ſocios, &c. non igitur extendenda, cum ſimus in pœnis, c. In pœnis, & in c. Odia de reg. iur. in 6. requiritur igitur in duellantibus pugna Hoſt. in c. 1. de cler. pugn. in duel. Nec ſufficit peruenisse ad actum propinquum Pan. in c. 1. de eo, qui mitt. in poſſ. cauſa rei ſeru. & in c. Adoleſcens de ſponſal. num. 2. Incidunt tamen comitantes; niſi opera illorum inhibita fuerit pugna, & vere pugnatum non ſit, vt patet ex Bulla Greg. Sanchez vbi ſupra num. 13.

6 Si ex duellantibus altera tantum pars ad locum pugnæ acceſſerit, non incidit in Excommunicationem Greg. XIII. quę cum pluraliter loquatur, vtriuſq; partis acceſſum requirit Comitol. vbi ſupra num. 7.

7 Priuilegiati, vt poſſint abſoluere à caſibus Sedi Apoſt. reſeruatis, abſoluere non poſſunt duellantes intra terminos Concilij Trid. & Greg. XIII. In alijs verò caſibus poſſunt Congreg. ſuper regular. 1602. 26. Nouemb.

8 An ignominioſum ſit recuſare duellum? Negant Iaſ. in l. Ex hoc iure ff. de iuſt. & iur. à num. 31. & vol. 2. conſ. 144. Sot. de iuſt. lib. 5. q. 1. ar. 8. Sanchez in ſum. lib. 2. c. 39. num. 9. Etiam acceptatum Dec. in c. Eccleſia S. M. de conſtit. num. 31.

9 Duellum acceptare ad vitandam ignominiam, quia ſcilicet reputaretur vilis, & degeneris animi, eſt malum pernicioſum ex ſuo genere Cai. 2. 2. q. 95. ar. 8. Leſſ. lib. 2. c. 9. dub. 12. Salon. 2. 2. q. 64. ar. 3. contr. 3. V. Azor. p. 3. lib. 2. c. 5. & ſeq. Sayr. cla. reg. lib. 7. c. 13. à num. 11. Reginal. lib. 21. c. 7. Sot. & Sanch. vbi ſupra.

E

1 EBRIETATIS periculo probabili ſe exponens peccat mort. S. Tho. 2. 2. q. 150. ar. 2. Leſſ. lib. 4. c. 3. dub. 3.

2 Alterum ſcienter inebriare mortale eſt S. Tho. vbi ſupra ar. 1. ad 3. Nau. c. 23. num. 121. Niſi iuſta cauſa excuſet, vt ad impediendum aliquod graue malum paratum ſiue contra ſe, ſiue contra alium, maximè Remp. quod alia ratione impediri non poſſit. Leſſ. vbi ſupra dub. 4. num. 33.

3 Ebrietas ſi eſt neceſſaria ſanitati, & nullum periculum ſequitur, licita eſt S. Tho. ar. 2. cit. ad 3. Cai. ver. Ebrietas Silu. eo. q. 3. Nau. c. 23. num. 119. Leſſ. dub. 3. cit. num. 13.

4 Ebrietas inculpabilis excuſat à peccatis in ebrietate commiſſis, ſunt enim inuoluntaria. Culpabilis verò, ſiquidem ipſa peccata ſunt, præuiſa, quia ſolitus eſt talia peccata committere, excuſat quidem à tanto, quia ſunt minus voluntaria, non tamen à toto, quia voluntaria ſunt in ſua cauſa. Non præuiſa excuſantur à ſuis ſpeciebus, ſed aggrauant ebrietatis peccatum, vt potè illius mali effectus Cai. vbi ſupra, & S. Tho. 2. 2. q. 150. ar. ar. 4. Sanchez in ſum. lib. 1. 16. à num. 40. Si ebrius occidat, cum antea potuerit, & debuerit præuidere, vel quia probabiliter putauit id mali euenturum, nec adhibuit diligentiam vt caueret, tenetur reſtituere P. Nau. lib. 2. c. 1. dub. 8. V. Azor. p. 1. lib. 7. c. 33. q. 5. & trib. ſeq.

1 ELEEMOSYNAM dare teneris in extrema neceſſitate ex ſuperfluis naturæ tuæ, & tuorum S. Tho. 2. 2. q. 31. & in graui neceſſitate ex ſuperfluis ſtatus, ibidem ad 3. Silu. ver. eleemoſyna q. 1. in fi. Nau. de orat. c. 20. num. 20. Couar. 3. var. reſ. c. 14. num. 5. Sot. de iuſt. lib. 5. q. 3. ar. 4. Cai. to. 1. opuſc. trac. 5. & com. V. Conrad de contrac. q. 19. concl. 3. In magna neceſſitate conſtituto non ſubuenire, cum com-

commodè poſſis, mortale eſt; niſi probabile ſit ab alio ſubueniendum Nau. in man. c. 24. num. 9. aut occurſurum alium, cui melius ſit eleemoſynam dare Silu. vbi ſupra Conrad. q. 19. cit. in fi.

2 Extrema neceſſitas dicitur alioqui perituri, niſi ſuccurratur Sot. vbi ſupra, Nau. num. 4. & cum apparent ſigna probabilia futuræ neceſſitatis extremæ, niſi ſubueniatur, nec apparet, nec in promptu eſt, qui ſubueniat S. Tho. & Cai. vbi ſupra.

3 Non dicitur habere ſuperfluum ſtatus, qui theſaurizat ad acquirendum ſtatum, quo dignus eſt Nau. c. 23. num. 74. & c. 24. num. 6. Cai. 2. 2. q. 32. ar. 5. ad 2.

4 Nemo tenetur quærere quis egeat, S. Ant. p. 2. tit. 1. c. 24. parag. 3. Nau. nu 9. cit. niſi ſit Epiſcopus, aut Superior Tolet. de pecc. mort. c. 35. in fi.

5 Beneficiarij non erogantes in pauperes quod ſibi ſupereſt de beneficij fructibus peccant mort. contra charitatem Pan. in cap. Cum ab omni num. 6. de vit. & hon. cler. & alij, quos plena manu congerit Azor. p. 2. lib 7. c. 8. q 1. pro prima ſententia, cui etiam ipſe ſubſcribit q. 2. vers. mihi itaq; Commendatarij verò, quibus Abbatiæ, & Prioratus commendantur, mortaliter peccant contra iuſtitiam: quare tenentur ad reſtitutionem. Ea enim conditione illis donantur huiuſmodi Commendæ, vt præter portionem, quam miniſtris Eccleſiæ deſeruientibus, & Eccleſiæ fabricæ debent, quartam partem in vſus pauperum contribuant, Azor. p. 2. lib. 12. c. 11. & c. 8. ſupra cit. vbi fusè de hac materia; & ex S. Bernardi Epiſt. 2. ad Falconium, & ex iure canonico id probat. Excipit tamen Commendas militares, cum huiuſmodi milites non ſint habendi inter Clericos beneficiarios.

6 Poteſt quis pro ſuſtentanda perſona Eccleſiæ, & Reip. maximè neceſſaria ſubtrahere ſibi, & ſuis neceſſaria naturæ S. Tho. vbi ſupra ar. 6. Conrad. vbi ſupra concl. 10. in fi. Immo tenetur, Tolet. vbi ſupra c. 34.

7 Tenetur quis etiam cum vitæ periculo ſubuenire Reipublicæ pereunti Sot. de iuſt. lib. 5. q. 1. ar. 7. Arag. 2. 2. q. 64. ar. 6.

8 Nemo tenetur pro vita pauperum totum ſtatum exponere S. Tho. vbi ſupra.

9 In extrema neceſſitate ſufficit mutuare, aut commodare, aut locare, &c. Nec opus eſt donare etiam ei qui tunc alibi non habet vnde ſoluat ſecundum Nau. c. 17. nu. 61. & c. 24. num. 4. & de redd. Eccl q. 2. mon. 4. Couar. in reg. Peccatum p 2. parag. 1. nu. 4. Contrarium affirmant Silu. ver. furtum q. 5. Sot. de iuſt. lib. 4. q. 7. ar. 1. ad 4. qui id intelligunt de rebus vſu conſumptibilibus. in alijs enim concedunt non transferri dominium. Idem ſi talis alibi habet, vnde ſoluat Roder. lib. 1. ſum. c 50. Tolet. de pecc. mort. c. 36. Et certè Nau opinio videtur ſuſtineri non poſſe: Nam alioqui nullum extaret præceptum de eleemoſyna: hæc enim dicit liberam dationem, non verò mutuationem Azor. p. 3. lib. 4. c. 39 diffic. 2. & p. 2. lib. 12. c. 9. q. 1. vbi dicit Nau. opinionem eſſe improbabilem. & q. 2. docet non ſatisfieri præcepto eleemoſynæ mutuando V. Pan. in c. Si vero num. 6. de iureiur.

10 Faciens eleemoſynam de rebus reſtitutioni obnoxijs, tenetur poſtea cum poterit tantumdem creditori reſtituere. Io. Med. de eleem. q. 5

11 Extremè indigens poteſt aliena rapere, nec tenetur reſtituere, cum ad pinguiorem fortunam venerit; modò tunc omnia conſumpſerit. Doct. cit. contra Nau. c. 17. num. 60. V. ver. furtum num. 6. & ver. reſt. c 2. num. 10.

12 Non potens ex ſuo ſubuenire, poteſt ad id aliena rapere S. Tho. 2. 2. q. 66. ar. 7. ad 3. Silu. ver. furtum q. 5. vers. 1. Sot. de iuſt. lib. 5. q. 3. ar. 4. V. Conrad. vbi ſupra vers. tertium dictum:

13 Laudabile eſt, non tamen neceſſarium ſubuenire pauperi alioqui ob inopiam peccaturo Sot. vbi ſupra. Eſſe neceſſarium docent Tolet. vbi ſupra c. 33. & 35. Io med. de reſt. q. 2. parag. Ad 2.

14 Qui tenetur dare eleemoſynam poteſt cogi per Iudicem Pan. in c. 1 de empt. nu. 8. & in c. Cum cauſam de elect. glo. in

c. Sicut, ver. eſurientium d. 47. Couar. 3. var. res c. 14. num. 5. Silu. ver. Eleemoſyna q. vlt Arag. 2. 2. q. 66. ar. 7. Nau de redd. Eccl. q. 2. mon. 6.

15 Eleemoſynam poteſt facere Vxor, ſi eſt conſuetudo, etiam viro prohibente, fortè ne immoderatas, faciat: Nam ſi verè credit illum nolle, debet abſtinere. Item ſi vir eſt inſanus, aut abſens poteſt dare quantum ille præſens, & ſanus ſolet. Item de paraphernalibus, niſi ſit ſtatutum, aut conſuetudo prohibens. Item pro viri ſalute ſpirituali, vel corporali, aut ſi, cum ille tenetur, non vult dare. Item cum ipſa familiam gubernat. Item cum eius maritus certum quid pro eius victu aſſignauit. Item ſi ſufficientem dotem attulit, poteſt de eo, quod opera ſua lucratur. Item ſi extrema neceſſitas occurrat: aut ſi dat quod damnum non affert. Silu. vbi ſupra q. 5. vers. 5. Nau. c. 17. num. 153. Tolet. vbi ſupra c. 29. in fi.

16 Etiam Religioſus dare poteſt extremè egenti Nau. de regul. com 2. num. 28. Et cum eſt extra monaſterium in ſtudio, aut itinere; & de datis ad ſuſtentationem. Idem num. 8. Silu. vbi ſupra, & donario 1. q. 1. vers. 5. Item ſi bona adminiſtrat: aut de licentia Superioris ſaltem præſumpta Tho. 2. 2. q. 32. ar. 7 ad 1.

17 Filiusfam. poteſt ex peculio caſtrenſi, aut quaſi: aut de ſibi datis ad iter, ſtudium, &c. Nau. c. 17. num. 157. Item de voluntate præſumpta Patris, aut ſi habet adminiſtrationem. S. Tho. vbi ſupra ad 3. Silu. q. 1. cit. vers 4. Ang. eo parag. 6.

18 Seruus poteſt quantum credit Domino placere, v. g. in neceſſitate, qua ille tenebatur, & cum diſpenſat, & de ijs quæ damnum notabile Domino non afferunt. Silu. vbi ſupra vers. 3.

19 Obligatus voto ad eleemoſynam, ſatisfacit dando extremè egenti Sanchez in ſum, lib. 1. c. 14. num. 7.

F

FAMA

V. Infamia. Iudicium. Matrimonium. Miſſæ auditio.

1 FEſtum non poteſt Princeps, aut Ciuitas indicere S. Ant. p. 2. tit. 9. c. 7. parag 1. Silu. ver. Dominica num. 2. Azor. p. 2. lib. 1. c. 26. q. 5. & 7. Suar. de relig. to. 2. trac 2. lib. 2. c. 12. niſi contrarium habeat vſus.

2 Feſtum non poteſt Epiſcopus indicere ſine conſenſu populi, & Cleri cap. vlt. de fer. & c. 1. de conſecr. d. 3. S. Ant. loco cit. in princ Silu. vbi ſupra q. 1. Niſi contrarium habeat conſuetudo Suar. vbi ſupra c. 11. à num. 14. Azor. p. 2. lib. 1. c. 26. q. 2.

3 Feſta ab Epiſcopo præcepta obſeruanda etiam à Religioſis exemptis Conc. Trid. ſeſſ. 25. regul. c. 12. Non tamen ad Octauas Cong. Rituum.

4 Ad feſta maiorum voto, aut iuramento inſtituta tenetur populus Nau. c. 12. num. 74. vers. 3. Roder. in ſum. lib. 1. c. 122. num. 1. Si non ratione voti, cuius obligatio non excedit perſonam vouentis, ſaltem ex vi contractus, & promiſſionis Roder. lib. 2. ſum. c. 99 num. 13. Sayr. cla. reg lib. 7. c. 3. & conſuetudinis receptæ Azor. vbi ſupra, & p. 2. lib. 11. c. 15. q. 14. V. Sanchez in ſum. lib. 4. c. 15. q 2.

5 Proceſſus Iudiciales in feſto facti etiam de conſenſu partium, ſunt nulli, niſi fiant ex neceſſitate, aut pietate, c. Conqueſtus de fer. & ibi Pan. num. 2. Quare excuſantur Iudices ruſticorum ius dicentes diebus feſtis, eo quòd alijs diebus neq; Iudices, neq, teſtes ſuppetunt: aut ne pauperes ſuos dies operarios amittant Nau. vbi ſupra num. 13. Reginald. lib 19. num. 44. Azor. p. 2. lib. 2. c. 26. q. 10. Cai. ver. feſtorum uiol.

6 Licitum eſt in die feſto docere, & illa omnia facere, quæ pertinent ad ſalutem

PUERI

proprij corporis, & proximorum, & ad damnum rerum vitandum S. Tho. 2. 2. q. 122. ar. 4. ad 3. Item piſcari certum genus piſcium, quod certis tantum diebus aduenit, & citò diſcedit, c. Licet de fer. Nau. vbi ſupra num. 11. & concedit Silu. ver. Dominica q. 5. in fi. modò in ſiat ob lucrum; de quo vide Suar. vbi ſupra c. 28. Eius tamen limitationis mentionem non faciunt Ang. ver. feria num. 34. Cai. & alij. & d. c. licet moderatur vt Eccleſijs, & Chriſti pauperibus honeſta lucri portio detur. Item vendere eo die neceſſaria Cai. ver. In feſto prohibita. Et iter agere audita miſſa Nau. vbi ſupra num. 6. Cai. ver. In feſto licita. Item pulſare citharas, & ſimilia inſtrumenta etiam ob lucrum Nau. num. 14. contra Silu vbi ſupra. Et deſcribere etiam ob lucrum B. Med. in ſum lib. 1. c. 14. parag. 8. Roder. lib. 1. c. 122. num. 2. Suar. vbi ſupra cap. 25. Sayr. cla. reg. lib. 2. c. 2. num 14. Ob lucrum tamen non licere docent Cai. 2. 2. q. 122. ar. 4. vers. ad 2. dub. Ang. vbi ſupra parag. 31. Nau. & Silu. vbi ſupra Sot de iuſt. lib. 2. q. 4. ar. 5. Azor. vbi ſupra, & id cenſeo probabilius. Licèt etiam Nundinæ ex conſuetudine ſcitæ, & toleratæ Cai. in ſum. ver. In feſto licita. intellige audita miſſa Nau. num. 8. Molendina excuſantur tolerata conſuetudine; Piſtrina verò neceſſitate. Idem num. 9. Azor. p. 2. lib. 1. cap. 26. & ſeq.

7 Excuſat à violatione feſti iuſtus metus, pietas, vtilitas publica, vitatio damni corporis, vel animæ Silu. vbi ſupra q. 4. & ſeq. Lucrum, quod alio tempore haberi commodè non poteſt Cai. vbi ſupra Silu. q. 4. cit. Nau. vbi ſupra Et neceſſitas etiã Epiſcopo prohibente. idem Nau. num. 15. De lucro, &c. improbant Suar. vbi ſupra c. 33. & Reginal. lib. 19. num. 51. Excuſat etiam leuitas materiæ a mortali, vt tondere barbam, & capillos capitis ſi breui tempore id fiat; Quantum verò ſit hoc tempus non ſatis conſtat, Alijs circa tertia diei partem: alijs circa horam non integram conſtituentibus. ſic Azor. p. 1 l. b. 1. c. 23 q. 5: Sed primi nimiam videntur dare licentiam, cum nimis præiudicent Eccleſiæ præcepto nec aliqua probabili ratione nitantur. Secundi verò rigoſe nimis reſtringunt: Nam reſpectu totius diei pars vigeſima quarta non videtur nimia. Relinquendum igitur eſſe prudentis arbitrio docet Suar. de relig. lib. 2. c. 31. num. 2.

8 Poſſunt puellæ, occupari diebus feſtis poſt ſuas deuotiones, ad vitandam otioſitatem, aut aliud peccatum Silu. q. 5. cit. vers. 4.

9 Secularis aſſuetus ad opera poteſt modicum laborare ad vitandum otium, aut aliam iniuſtam, aut minus honeſtam actionem Suar. vbi ſupra c. 26. num. 5. in fi.

10 Pictores non excuſantur, quamuis voluptatis, aut etiam addiſcendi gratia pingant: eſt enim ars ex ſuo genere ſeruilis, Suar. vbi ſupra. Hos excuſat Azor. p. 1. lib. 1. c 37. q 6. ſi gratia tantum animi recreandi, aut ſciendi: & ſequitur Barbos ad c. Licet de fer. num. 14. Immo abſolutè excuſant B. Med. inſtruc lib. 1. c. 14. parag. 8. & Ludou. Lopez inſtr. c. 52. quos refert Suar. vbi ſupra dicens hanc controuerſiam ſibi videri valdè dubiam. Ipſe tamen tenet artem pingendi eſſe mechanicam, & ſeruilem, & idcirco prohibitam in die feſto.

11 Lucrum etiam principaliter intentum non facit opus ex non ſeruili ſeruile Cai. ver. in feſto licita in fi. Nau. vbi ſupra num. 5. Sot de iuſt. lib. 2. q. 4 ar. 5. B. med. parag. 8. cit. Roder. vbi ſupra. Alij contra ſentiunt vt Silu. ver. Dominica q. 5. vers. 3. Cai. ſibi contrarius 2. 2 q. 122. ar. 4 vers. Ad 2. dub. Azor. vbi ſupra. Hi tamen duo poſtremi excipiunt ſcriptorem, quòd ſcribendi opus ſit quoddam genus cuius ſint duæ ſpecies vna operis liberalis, altera operis ſeruilis. In alijs verò aſſerunt priorem opinionem eſſe communem. Sed hanc diſtinctionem meritò improbat Suar. vbi ſupra c. 24. & ſeq.

12 Muliones poſſunt iter iam captum continuare, non autem incipere, niſi vrgeat neceſſitas Nau. num. 6 Cai. vbi ſupra.

13 Haſtiludium in die feſto vult eſſe mortale Ang ver. Ludus num. 2. vers 6. Negat Silu. ver. Ludus. In loco ſacro ſemper eſt mortale. Idem.

14 Bellare in die feſto audita miſſa, ſi adſit conſuetudo, non eſt mortale Molin. de iuſt. tract. 2. diſp. 111.

15 Poteſt quis recedere à proprio domicilio, vbi eſt feſtum, in locum, vbi feſtum non eſt, & ibi laborare: nec tenetur prius miſſam audire Sanchez alios referens in ſum. lib. 1. c. 12. num. 31. & ſeq.

16 Negotiari tempore, aut loco ſacro eſt mortale, niſi paruitas, aut maxima neceſſitas excuſet. Silu. ver. Negotium q. 2. Sot. verò de iuſt. lib. 6. q. 2. ar. 2. docet non eſſe mortale, niſi ratione ſcandali, & hoc videtur probabilius.

17 Epiſcopus iniuſtè prohibet alioqui in feſto licita, & ſi excommunicet, nulla erit excommunicatio Nau. c. 13. num. 15. Silu. ver. Dominica q. vlt.

18 Poteſt Epiſcopus in feſto diſpenſare cum cauſa ſubeſt Silu. vbi ſupra q. 3. & Parochus, ſi eſt conſuetudo Sot. de iuſt lib. 2. q 4. ar. 4. ſed tantum ad tempus, & pro ratione imminentis neceſſitatis Suar. vbi ſupra c. 33. num. 2.

19 In feſtis S. Crucis, S. Michaelis de menſe Sept. SS. Innocentium, & S. Silueſtri niſi incidant in dominicam, laicis non eſt mortale operari Eug. 4. vt refert Nau. d. num. 15. & Suar. de relig trac. 2. c. 6. num. 6. & c. 7 in fi. & c. 9 num. 20. Nunc ex decreto Vrbani VIII. feſtum SS. Innoc. & S. Silueſtri ſunt de præcepto.

1 Fidei myſteria, quæ in eccleſia publicè monſtrantur, tenetur quiſque explicitè credere S. Tho. 2. 2. q. 2. ar. 7. Silu. ver. fides q. 3. Habens verò officium docendi tenetur habere explicitam fidem omnium articulorum ibidem Cum verò deeſt, qui doceat, ſufficit credere, quod docet Eccleſia B. med. lib. 1. c. 14. parag. 2. V. Sot. in 4. d. 5. q. vn. ar. 2. Azor. p. 1. lib. 8 c. 16. Director. Inquis. p. 2. q. 12.

2 Negligentia eorum, qui cum poſſint, non diſcunt præcepta Dei, & articulos fidei, peccatum mortale eſt, Cai. in ſum. ver. Ignorantia B. Med. vbi ſupra Et orationem dominicam Ang. & Silu. ver. ſcientia, & præcepta Eccleſiæ Sanch. in ſum. lib. 2. c. 3. num. 14. Item negligentia docendi eos, quos docere tenentur Roder. lib. 1. c. 88. num. 4. & c. 119. num. 6. Ang. & Silu. loc. cit. V. Direct. p. 1. q. 3. & 4. cum ibi not.

3 Fidei profeſſionem qui facere tenentur, vide ſupra ver. Beneficium num. 85.

4 Diſputare de fide ſiue publicè, ſiue priuatim, prohibitum eſt laico ſub excommunicatione, c. Quamquam parag. Inhibemus, de hæret. in 6. Non eſt tamen latæ ſent. vt vult glo. fin. ibi, & Alter. de ſuſpens. diſp 6. c. 3. Farin. de hæres. q. 178. num. 120. intellige ſi ſciat ſibi eſſe prohibitum Nau. c. 11. num. 27. vers 5. & de hæret. conſ. 24. Poteſt autem de licentia Epiſcopi Alter. loc. cit. Si tamen ſit inſignis eruditionis, poteſt diſputare de fide, præſertim in caſu neceſſitatis etiam cum hæreticis Pegna ad Direct. p. 1. q. 10. com. 25. Cai. 2. 2. q 10. ar. 7. Sanch. in ſum. lib. 2. c. 6. Farin. de hæres. q. 178. parag. 1. num. 112.

5 Tenetur quis confiteri fidem, cum id poſtulat Dei, aut proximi charitas S. Tho. 2. 2. q. 3. ar. 2. Silu. ver. fides q. 5. Sanchez in ſum. lib. 2. c. 4.

6 Vti habitu, quo vtentes falſam religionem profitentur, mortale eſt Silu. vbi ſupra, & ver. Infidelitas q. 9. Cai. in ſum. ver. habitus omiſſio.

7 Licet ex cauſa aſſumere habitum infidelium: modò in tali veſte non ſit aliquod ſignum ad diſcernendam ſectam Silu. q. 9. cit. Sanch. vbi ſup num. 17. vbi nu. 19 alijs cit. docet id licitum eſſe, modo tunc non vrgeat neceſſitas, & præceptum externæ confeſſionis fidei, & id fiat ex graui cauſa V. Pegn. ad Direct. Inquis. lib. 1. comment 22. Cai. 2. 2. q. 3. ar. 2. Azor. p. 1. lib. 8. c. 27.

8 Deponere mortis metu habitum, ſeu ſignum Chriſtiani non eſt mortale Ban. 2. 2. q. 3. ar. 2. dub. 2. V. Azor. vbi ſupra.

1 Fœmina poſt partũ poteſt Eccleſiã intrare ex deuotione, vel etiã aliquandiù abſtinere ex reuerentia c. vn. de purif. poſt part.

2 Fœminam nudare pectus ſine mala intentione non eſt mortale Nau. c. 23. num.

c. 23. num. 19. Si patriæ, aut perſonarum præſentium conditio id ferat Silu. ver chorea q. 1. verſ. 4. Azor. p. 3. lib. 3. c. 30. q. 7. Communiter eſt veniale Caiet. ver. ornatus, licèt Ang. eo. parag. 3. dicat non audere excuſare à mortali

FREQVENTATIO inducitur ex duabus vicibus, glo. in c. Monaſteria de vit. & hon. cler. ver. frequentare, & ibi Pan. num. 5. Silu. ver. infamia q. 5. in fi. glo. in parag. fi. Auth. de deſenſ. Ciuit Arbitrabitur bonus Iudex Hoſt. relatus ab Anch. in d. c. monaſteria num. 5.

Gula. *V. Commedere.*

H

HAERESIS

V. Iudicium. Bulla Cœnę. Irreg. ex peccato notorio.

1 HÆreſis eſt error intellectus voluntarius contra aliquam fidei veritatem cum pertinatia, aſſertus ab eo, qui fidem recepit, Sanchez in ſum. lib. 2. c. 7. num. 1.

2 Hæreticus non eſt, neq; excomunicatus, qui facit opus hæretici ſine errore mentis, id eſt pertinacia, Silu. hæreſis 1. nu. 1. Can. de loc. theol. lib. 12. c. 8. Cai. p. 1. q 32 ar. 4. Neq; qui dubitat de fide ſine pertinacia, & complacentia dubij Anchar. in c. 1. de Iudæ. Intellige quando intellectus vtriuſq; partis rationibus perpenſis, pendulus eſt, nullumq; iudicium firmat: quod eſt verè ac formaliter, intellectum dubium manere Si enim ſupra ſuum dubitandi actum reflectitur iudicans illam fidei rem eſſe dubiam aut ſub opinione, eſt verè hæreticus, Sanchez c. 7. cit. num. 12. & ſic intelligendi ſunt alij ibi relati contrarium ſentientes.

3 Hæreticus non eſt excommunicatus, niſi adiungat actum exteriorem, quo errorem ſuum aſſerere intendat. Nau. c. 27. num. 56. Roder. lib. 1. c. 131. num. 1. Neque ſi faciat in confeſſione, vel petendo conſilium Sayr. de cenſur. lib. 3. c. 4. num. 28. & ſeq. Actum exteriorem intellige etiam occultiſſimum, vt ſi ſibi ſoli dixerit, aut ſi ſcripto, vel opere, &c. Nau. vbi ſupra, & in c. Cogitationis, de pœnit. d. 1. num. 10.

4 Licet adire terras hęreticorum, ibiq; manere negotij gratia: modò interrogatus ſe catholicum profiteatur: nec inde diſcedere tenetur, ſi habeat animum non negandi Nau. c. 23. num. 35. & de hæret. conſ. 9. Non enim tenemur vitare hæreticum etiam notorium, niſi ſit etiam denuntiatus excommunicatus Sanchez in ſum. lib. 2. c. 9. nu. 4. & ſeq. V. ſupra Excommunicatio nu. 27. Modò Itali extra Italiam degentes non habitent niſi in ijs locis, vbi liber, & publicus cultus, ſiue vſus Catholicæ religionis exiſtat cæteraquè præſtent, quæ continentur in conſtit. Clem. VIII. quam ad verbum refert Quaranta ver. Hæreticus in fi.

5 An liceat adire templa hæreticorum, ibiq; orare, miſſam, & concionem audire, præſertim iubente Principe, ac magiſtratu hæreticis. Vide Sanchez vbi ſupra c. 4. nu. 26 & ſeq. & Bullam Clem. VIII. 1606. relatam à Suar. cōtra Regem Angl. lib. 6. in prohæm.

6 Hæreticus non priuatur ipſo facto poteſtate ſæculari, c. Qui contra 24. q. 1. Silu. vbi ſupra nu. 14. verſ. quarta hæreſis pœna.

7 Excommunicatio lata ab hæretico non tenet, c. Ait Celeſtinus, & ſeq. 24. q. 1.

8 Hæreticus licitè vtitur bonis ſuis ante condemnationem per ſententiam Silu. vbi ſupra num. 13. Azor. p. 1. lib. 5. c. 7. Sot. de iuſt. lib. 1. q. 7. ar. 4. Nau. c. 23. nu. 66. & com. & eſt hæreditatis, & legati capax de iure com. De quo vide Sanchez in ſum. lib. 2. toto c. 14. Molin. de iuſt. trac 2. diſp. 95. Pegnam ad Direct. Inquiſ, p. 3. ſchol. 151. in noua impreſſ. Vbi quod filij hæreticorum ſuccedunt iure proprio Auis catholicis etiam parentibus viuis, & pluribus cit. docet Sanchez vbi ſupra c. 29 num. 13.

9 Hæreticorum filij eo ipſo deſinunt eſſe ſub patria poteſtate c. Quicumque parag.

24 Res immobilis in bello capta reſtituenda priori Domino, non verò res mobilis, ſecundum aliquos. Alij tamen docent vtramque reſtituendam eſſe Couar. vbi ſupra parag. 11. num. 7. Alij volunt ſtandum eſſe legibus, ſi quæ circa huiuſmodi, ſancita ſunt aut legitimæ conſuetudini Nau. de reſt. ſpol. cons. vlt. Molin. diſp. 118.

25 Bello iuſto ablata ab eo, qui bello iuſto rapuerat. non ſunt reſtituenda: ſecus, ſi ab eo, qui bello iniuſto. Repeti tamen poſſunt expenſæ factæ in recuperatione; item merces, induſtriæ, &c. Molin. vbi ſupra.

26 Belli Dux accipiens ſtipendia militum, quos non habet: vel cum proprios famulos arma induunt tamquam milites, cum non ſint, qui eorum ſtipendij partem ſibi retineat, peccat mort. & reſtituere tenetur, licet Princeps id ſciat, & taceat; cum non ideo cenſeatur conſentire Molin. diſp. 116. Mercado de reſt. c. 15. num. 4. Roder. in ſum. p. 1. c. 157. num. 1. vbi num. 6. idem docet cum Dux Oppidi defenſionem iubetur centum milites ponere, & quinquaginta tantum ponit, aliorum ſtipendia ſibi accipiens; tunc enim tenetur reſtituere ſtipendia illa quinquaginta; & damna etiam, ſi quæ ipſis Oppidanis ab inimicis inferantur. Et Molin. vbi ſupra docet iniuſtè agere huiuſmodi Duces, cum in itinere pretium accipiunt, ne milites aliquò diuertant, quo hoſpitij cauſa recta diuertendum erat. Item cum ſibi, vel alteri tria, aut quattuor chirographa ad varias domos accipiunt, vt ab eis pretium accipiunt ne ibi hoſpitentur; ſunt enim hæc contra iuſtitiam.

1 BLASPHEMARE ex conſuetudine, & inaduertenter, ſed non curando cauere peccata, mortale eſt Silu. ver. blaſphemia q. 4. Non tamen ſi ita faciat, vt ſi aduerteret, non faceret Cai. ver. blaſphemia, Nau. c. 12. num. 84.

2 Blaſphemiæ omnes ſunt eiuſdem ſpeciei Cai. loco cit. & 2. 2. q. 13. ar. 1. ad 2.

3 Dicere Renego Deum per indignationem, blaſphemia eſt B. Med. in ſum. lib. 1. parag. c. 14. Et dicere, per vitam Dei, Sayr. cla. reg. lib. 6. c. 13. num. 10.

4 Audiens blaſphemare Deum tenetur corripere Nau. vbi ſupra num. 33.

5 Blaſphemia hæreticalis illa eſt, quæ contra articulos fidei directè profertur, vt Abnego Deum. Non credo in Deum. Renego fidem, vel Crucem Domini, vel Chriſma, vel puritatem B. V. Direct. Inquis. p. 2. q. 41. & ibi Pegna coment. 66. Sayr. vbi ſupra, & hæ ſolæ ſpectant ad iudicium Inquiſitionis. ibidem V. Couar. in c. Quamuis pactum p. 1. parag. 7.

6 Verba pœnæ adiuncta Bullæ Pij contra blaſphemantes Deum, aut B. V. & Sanctos pro prima vice, intelligi debent de prima vice punitionis, non de prima blaſphemia Ricc. p. 2. decis. 221.

7 Blaſhemia conſiſtit in dicendo aliquid quod Deo non conuenit: vel negando aliquid quod Deo conuenit: vel Creaturæ attribuendo quod ſoli Deo conuenit; vel Deo, aut ſanctis iniuriam irrogando Cai. ver. blaſphemia V. iuramentum, num. 13. & Sanch. in ſum. lib. 2. c. 32.

C

CHARITAS.

V. Baptiſmus. Eleemoſina. Oratio. Peccatum. Reſtitutio. Scandalum Superior.

1 Diligendi Parentes magis quam filij, & Vxor. & hoc ratione obiecti, ſecundum quod magis diligimus quod habet maiorem rationem boni. At contra dicendum ratione coniunctionis, & ex parte ipſius diligentis: cum Pater amet filium tamquam aliquid ſui exiſtentem S. Tho. 2. 2. q. 26. ar. 9. & duob. ſeq. Silu. ver. Charitas q. 2. Diligendus eſt etiam magis

Digitized by Google

gis Pater, quam mater S. Tho. ar. 10. cit.

3 In articulo neceſſitatis potius Patri quam filius prouidendum. Silu. ver. Eleemoſinā q. 2. & ver. filij q. 22. V. ſupra ver. Filij num. 26.

3 Cum proximus eſt in extrema neceſſitate ſalutis ſpiritualis, nec eſt alia via qui velit, aut poſſit ſufficienter prouidere, tenemur etiam cum noſtræ vitæ periculo illi ſuccurrere. Prælatus verò tenetur etiam citra extremam neceſſitatem. Valent. to. 3. diſp. 3. q. 4. p. 3. Azor. p. 2. lib. 12. c. 15. q. 3. contra Sot. de teg. memb. 2. q. 2. concl. 6. Qui autem caſus ſint extremæ neceſſitatis, & qui non, vide apud Valent. lib. 1. qq. q. 26.

4 Cum proximus patitur damnum temporale, & cum poſſit, non vult ſe tueri, nemo tenetur ſaltem ſub mortali, illi ſuccurrere. Suar. to. 4. diſp. 15. ſect. 5.

5 Inimico teneris ſubuenire in neceſſitate. Extra eam verò non teneris ei oſtendere particularia ſigna dilectionis S. Tho. 2. 2. q. 25. ar. 9. Silu. ver. Charitas q. 5. Si tamen ſit ſcandalum teneris alioqui Cai. d. ar. 9. Lopez inſtr. p. 1. c. 53. Et cum ſalutat reſalutare Tolet. lib. 4. c. 10. Ban. ar. 9. cit. dub. 2. Et cum veniam petit, remittere. Cai. 2. 2. q. 28. ar. 8. Non tamen ſatisfactionem Tolet. vbi ſupra Roder. in ſum. c. 17. & com. Signa rancoris remota, quæ non ingerunt de odio argumentum, vt ſubtractio familiaritatis, ſeruitiorum aliquorum, & huiuſmodi, licet retinere, ſiue ante, ſiue poſt ſatisfactionem, ſi fiant non malo animo, ſed pro ſua, & alterius pace S. Ant. p. 2. tit. 2. c. 2. parag. 3. Silu. vbi ſupra q. 6.

6 Teneris proximum etiam inuitum à mortis periculo liberare. c. Ipſa pietas parag. Si duo 23. q. 4. Non tamen cum proprio periculo Nau. c. 24. num. 23. Teneris etiam eius ignorantiam vincibilem tollere. Sot. de iuſt. lib. 5. q. 1. ar. 8. Et in neceſſitate ponere vitam pro anima illius, & pro vita bona temporalia Nau. Azor. & Cord. vbi ſupra contra Sot. de teg. ſecr. q. 2. cit. Item ſubuenire grauibus eius damnis, ſi alius non ſubuenit, & tu potes ſine tuo magno damno. Nau. vbi ſupra num. 21. Non teneris tamen iuſtè damnatum pecunia redimere. Quod ſi redimas, potes recipere in ſeruum perpetuum. Idem num. 17.

7 Non teneris adire morientem peſtilentia aut morbo contagioſo infectum, niſi ſit in extrema vitæ ſpiritualis neceſſitate conſtitutus, aut ſis eius Parochus aut Prælatus, Nau. vbi ſupra num. 10. in fi.

8 Carnis vitio agitato, ita vt continere nequeat, poſſum conſulere, vt ineat matrimonium, licèt voto caſtitatis aſtrictus ſit. Ang. matr. 3. imped. 5. in fi. Silu. matr. 7. q. 9. verſ. 9. quod tamen Sanchez de matr. lib. 7. diſp. 11. num. 19. rectè intelligit, quando ille ita malo inhæret, vt nec diſpenſationem petere, nec à venereis deſiſtere vellet: alioqui non licet ei conſulere matrimonium, cum illi per diſpenſationem facilè occurri poſſit.

9 Potes optare malum alicui pro bono eius ſpirituali, & etiam ob bonum Reipublicæ, etiam ſi ſit ei damnandum Sot. de iuſt. lib. 5. q. 1. ar. 1. Et gaudere de eius morte ob bonum inde ſecutum c. 15. num. 10. & in c. Inter verba concl. 8. num. 11.

10 Licet permittere aliquem cadere in peccatum, vt correptus, vel monitus emendetur, quando aliter emendari non poteſt Sot. de teg. decr. memb. 3. q. 2. concl. 4. Nau. c. 23. num. 13. V. infra ver. Peccatum num. 10.

COLLEGIVM faciunt tres, Congregationem duo, Populum, decem, Gloſ. in c. 1. de elect. & ibi Pan. Silu. ver. Collegium. Poteſt autem Collegij, & Vniuerſitatis ius in vno manere, ibidem, & glo. in c. Gratum, ver. pauciores de poſtul. An Collegium eſſe poſſit ſine Capite, vide Felin. in c. Ex literis num. 5. de conſtit.

COMEDERE

V. Ieiunium.

1 Edere carnes humanas, aut edendas dare ſine magna neceſſita-

re mortale eſt Nau. c. 23. num. 123. in magna verò neceſſitate licet; modò non occidas Cai. 2. 2. q. 148. ar. 2. Tolet. de pecc. mort. c. 69.

2 Edere vſq; ad vomitum ex intentione non eſt mortale Cai. in ſum. vér. gula. Nau. vbi ſupra nu. 129. contra Ang. ver. Immunditia, & Silu. ver. gula nu. 2. maximè ſi id fiat ex conſilio medicorum S. Tho. 2. 2. q. 148. ar. 6. ad 2. S. Ant. p. 2. tit. 6. c. 4. parag. 6. Quòd ſi id faciat ſolum, vt iterum comedat, mortale eſt Tabien. & Armil. ver. immunditia Sebaſt. medic. ſum. Peccat. p. 2. q. 9

CONCESSVM intelligitur quod non eſt prohibitum Ang. & Silu. ver. Conceſſum. Et conceſſum ſimpliciter, videtur conceſſum ſine temporis præfinitione. Pan. in c. ſi. de ſec. nuptiis num. 2.

CONSILIVM ſequi tenetur, qui iubetur facere de conſilio, ſi vel ille particeps ſit officij, aut non ſit integri iudicij, vt pupillus, &c. Silu. ver. Conſilium q. 2. Secus ſi iubetur petere, c. Cum olim de arbitri. Niſi ab alio tamquam Collega, & officij participe petendum ſit: quo caſu non eſt differentia inter conſilium, & conſenſum, vt alios referens docet Sanchez in ſum. lib. 5. c. 4. num. 6. & lib. 6. c. 8. num. 81. Vnde infert in receptione Nouitij teneri Superiorem ſequi conſilium maioris partis conuentus tamq; collegarum, & officij participum. Quòd ſi is, cuius conſilium petendum eſt, ac ſequendum, non vult dare, aut eſt abſens poteſt ad actum procedi, ſi periculum eſt in mora. Item ſi eſt mortuus. Secus ſi arctauit ſe ad petendum in extremitate temporis: quia tunc non valet actus ſine conſilio geſtus. Pan. in c. Ex parte, de conſti. à num. 3. & in Cum in veteri de elect. nu. 5.

COPVLATIVA aliquando reſoluitur in diſiunctiuam, de quo Pan. in c. Ex parte de reſcrip. num. 6. & ſeq. Felin. ibidem à num. 24. vt quando ponitur inter incompatibilia l. Si Titio ff. de Vſu, & Vſufructu. Et inter duo, quæ ſimul vera eſſe non poſſunt, vt Valeat iure teſtamenti, & codicilli Azor p. 1. lib. 5. c. 27. q. 2. Rota in vna Meliten. Baiulatus coram Dongonero 27. Nou. 1627. Et cum inter duo æquè principalia, reſoluitur in alternatiuam c. 1. & ibi Pan. de vit. & hon. cler. Oldard. in cap. 20. Bullæ cœnæ q. 2. num. 32. Et cum ponitur inter duo, quorum alterum eſt ſequela, & effectus alterius, ſignificat idem, quod (id eſt) Pan. in c. Monaſteria num. 4. de vita, & hon. cler. Archid. ibidem num. 3. Vt Gratum dict. 59. Et cum plura narratiuè narrantur, quæ de iure non ſunt neceſſaria: quo caſu copulatiua reſoluitur in diſiunctiuam, c. Cum ſecundum de præbendis, vbi Pan. num. 1. & num. 11. ponit lex, quæ contra Electum opponi poſſunt, quarum vnaquæq; ſufficit. V. Felin. in c. Ex par e 1. de reſcrip. vbi de copulatiua fusè tractat. & Barboſ. de dictioni. num. 93.

CORRECTIO

V. Suar. to. 4. diſp. 15. ſect. 5. à num. 26.

1 COrripere teneris peccantem, cum certum eſt peccatum eſſe mortale, aut veniale periculoſum, & credis non nocituram tuam correptionem, poſſiſquè ſine tuo magno damno corripere Nau. c. 24. num. 12. Et, ſi ille peccat ex ignorantia: aut ſi tu ſis eius Prælatus, teneris etiam cum tuo magno damno Sot. de teg. ſecr. memb. 2. q. 2. concl. 7. Et cum periculo etiam propriæ vitæ, ſi credis ſine tua correptione non emendandum Nau. vbi ſupra num. 23. Sot. concl. 6. B. Med. in ſum. lib. 1. c. 14. parag. 6. Roder. in ord. iudic. c. 11. concl. 6.

2 Tenetur quis corripere cum credit profuturam correptionem S. Tho. 2. 2. q. 33. ar. 2. ar. 2. Sot. vbi ſupra concl. 4. & com. Secus ergo, ſi non ſperas emendationem Nau. vbi ſupra num. 24. aut ſi credis ſine tua correptione emendandum Caiet. ver. Correctio fraterna Sot. vbi ſupra concl. 3.

3 Qui non eſt Prælatus non tenetur corripere, niſi in quantum obligat charitas,

S. Tho.

S. Tho. vbi ſupra ar. 4. S. Ant. p. 2. tit. 9. c. 6. S. Ant. vbi ſupra concl. 2. q. 3.

4 Errantem in re communiter ignota non teneris corripere, niſi ſit in damnum tertij Nau. in c. Si quis autem, de pœnit. d. 7. num. 71. Couar. in 4. p. 2. c. 6. parag. 10. num. 15. Roder. vbi ſupra c. 9. num. 4.

5 Publicè peccantem tenetur corripere etiam qui non eſt Superior Sot. vbi ſupra q. 3. concl. 9.

6 Ommittere correptionem communiter eſt veniale S. Aug. de Ciuit. Dei lib. 1. c. 9. Sot. vbi ſupra q. 5. cõcl. 9. S. Ant. vbi ſupr.

7 Prælato præcipienti denunciare ante correptionem putant Ang. ver. denunc. parag. 10. & Nau. c. Inter verba concl. 6. perfecta num. 384. obediendum eſſe, ſi intelligat de ſecreta denunciatione. Alij tamen contra ſentiunt, vt Silu. ver. correctio q. 8. S. Tho. 2. 2. q. 33. ar. 7. ad 5. Sayr. cla. reg. lib. 11. c. 4. num. 13. docentes huiuſmodi præceptum intelligendum eſſe, ſaluo ordine charitatis fraternæ; contra quem ſi Prælatus expreſſè præcipiat, peccare mort. ipſum, & denunciantem.

8 Prælato diſcreto licere ante correctionem denunciare, docet Ricard. in 4. diſt. 19. ar. 4. q. 1. Rectius id negant alij vt Sot. de teg. ſecr. memb. 2. q. 4. dub. 3. B. Med. lib. 1. c. 14. parag. 16. fusè Sayr. c. 4. cit. plurimos referens.

9 Peccatum infectiuum, vt hæreſis, proditio, denunciandum non præmiſſa correctione S. Tho. ar. 7. cit. ad 5. & quol. 1. ar. 16. in reſp. Niſi certò putetur emendandum per correptionem Farin. alijs cit. de hæreſi q. 197. num. 39. Delrius magic. lib. 5. ſect. 4. vers. ſexto tenentur. Idem cum eſt in damnum tertij Silu. ver. denunciatio q. 4. Sot. vbi ſupra dub. 1. Nau. c. 18. à num. 30. & c. 25. num. 33. & de accus. cons. 2. B. med. vbi ſupra, & com.

10 Ommittenda denunciatio cum non ſperatur correctio, niſi crimen ſit perniciosum; & ex huiuſmodi ommiſſione alijs detur libertas ad peccandum Sot. q. 4. cit. concl. 6. & ibi Cordub. affirmans eſſe communem.

11 Filius non tenetur denunciare Patrem, nec à contra, niſi ſit cauſa fidei, vt ſi Pater ſit hæreticus Pegna ad Direct. p. 2. com. 15. vel niſi ſit crimen læſæ mai. humanæ Azor. alios referens p. 2. lib. 2. c. 3. V. Salon. 2. 2. q. 70. ar. 1. contr. 2. concl. 3. Nau. c. Inter verba, concl. 6. num. 429.

CVRIOSITAS tunc eſt peccatum mortale, quando vis ſcire id cuius notitia inducit ad periculum peccandi: aut ſi vis ſcire à Dœmone, Silu. & Ang. ver. Curioſitas Nau. c. 23. num. 24. Plura vide apud Leſſ. lib. 4. c. 4. dub. 11. Sanchez de matr. lib. 9. diſp. 46. Tolet. de ſept. pec. mort. c. 12.

D.

1 DOEMONEM alloqui in arreptitijs vanè, & curiosè eſt veniale Silu ver. adiurare q. 7.

2 Colloqui, & agere cum Dœmone vt cum hoſte licet: non autem ab eo accipere beneficium. Sot. de iuſt. lib. 8. q. 3. ar. 2.

DENVNCIATIO.

V. Correctio.

DISCERE.

V. Curioſitas. Fides. Oratio. Præceptũ

1 DOCTOR per viginti annos publicè legens efficitur Illuſtris Bartol. & Bald. in prohemio Digeſt, & com vt teſtatur Cas. in l. Quæcumq; de off. eius, cui mand. eſt iuriſd. num. 12. licet ipſe contrarium ſentiat.

2 Docere publicè ſacram ſcripturam in peccato mortali notorio, mortale eſt, Nau. c. 25. num. 55. B. med. in ſum. lib. 1. c. 16. parag. 10. Ang. ver. interrogatio parag. 34. & ver. prædicare parag. 7. S. Ant. p. 3. tit. 5. c. 2. parag. 10. vers. 5.

3 Docturus etiam grammaticam prius tenetur facere fidei profeſſionem. Idē promouendus ad Dignitatem, gradum, &c. & Rector,

284. quod tamen Sayr. cum alijs ab eo relatis cla. reg lib. 1 c. 5. intelligunt de indoctis Doctos enim teneri ſequi communiorem.

5 Cum ſunt probabiles rationes inter Doctores graues, potes alterutram ſequi, Silu. vbi ſupra. De Dubio, ſcrupulo, &c. ſuſius in trac. de caſib. conſc. initio.

6 Dubium ſcrupulorum deponendum eſt ex conſilio boni, ſeu docti viri; aut ratione probabili. Itemq; cum dubitatur, an ſit ſcrupulus Silu. ver. Scrupulus.

7 Agens contra ſcupulum, ſequendo quod credit eſſe licitum, non peccat Nau. in d. c. Si quis autem num. 64. Et ſufficit ſequi rationem probabilem Silu. vbi ſupra q. 3. vers. 5.

8 Vtile, & ſanctum eſt ſcrupuloſis frequenter contra ſuos ſcrupulos agere, tutiorem partem ommittendo Nau. vbi ſupra num. 65. V. B med. lib 2. c. 17. Sanchez in ſum. lib. 1. c. 10. q. vlt.

DVELLVM

V. Excommunicatio.

1 DVellum, aliàs Monomachia, eſt pugna duorum facta ad alicuius rei probationem. Vel vniuerſalius, Eſt ſingularis pugna à duobos ſponte ſuſcepta Silu. ver. Duellum initio.

2 Domini temporales, quicumq; ſint, qui in terris ſuis locum ad duellum conceſſerint. Item patrini, certantes, ſpectantes, procurantes, conſilium tam in iure, quam in facto dantes, aut alia quacumq; ratione ad id quemquam ſuadentes ſunt ipſo facto excommunicati Conc. Trid. ſeſſ. c. 19. de refor. Quæ omnia Greg. XIII. in extrauac. extendit ad duellum priuatum, ſine patrinis, vel ſocijs, ſine loci ſecuritate, aut litteris, ſiue chartulis: & Dominos, ſi huiuſmodi duellum permiſerint, aut quantum in ſe eſt, non prohibuerint; & mandantes inſtigantes, conſilium, auxilium, vel fauorem dantes: aut equos, arma, pecuniam, commeatum, & alia ſubſidia ſcienter ſubminiſtrantes: aut ex compoſito ſpectatores, vel ſocios quouis modo ſe præbentes: etiam ſi illi, qui ad locum deſtinatum pugnaturi acceſſerunt, impediti pugnam non commiſerint, ſi per ipſos non ſteterit, &c. Spectatores intelligit Leſſ. lib. 4. c. 4. num. 83. qui in publico ſe exhibent, & ſua præſentia duellum cohoneſtant, non qui caſu aliquo ex occulto ſpectant. Pius IV. extendit etiam contra ſcribentes chartas prouocatorias, aut illas duplicantes, aut de illis ſe intromittentes. Alias extenſiones vide in Bulla Clem. VIII. quæ incipit Illius vices 1592. relata à Sayro de cenſur. lib. 3. c. 31.

3 Non incidunt qui calore iracundiæ ſe inuitant ad duellum, & ad locum accedunt, & pugnant: ſecus ſi animo deliberato Ioſeph Iudou. apud Cyned. ad Decretal. collect. 117. in fi. Nec milites in caſtris pugnantes: vel alij ob priuatas inimicitias ſeipſos ad pugnandum inuitantes; etiam ſi euaginatis gladijs alter alterum interficiat; qui hic non eſt aſſignatio temporis, & loci. Nec obuiam ſe habentes diffidauerunt in tali loco, nullo aſſignato tempore, & ſtatim eò acceſſerunt: vtrumq; enim requiritur per Greg. XIII. V. Azor. p. 3. lib. 2. c 5. qui c. 6. addit pœnas contra duellantes non habare locum, vbi pugna fit ſolum odij & vindictæ ac diffidij cauſa, ſed tantum quando fit ex condicto gratia probandæ veritatis, aut criminis purgandi: ſic enim ſtrictè accipi duellum. Contrarium tamen multis probat Sanchez in ſum. lib. 2. c. 39. num. 14. Nempe leges Pontificias intelligi de quocumq; duello.

4 In duellis ſolemnibus non incurritur excommunicatio, niſi ſecuto effectu Graff. de cas. reſer. lib. 1. cap. 7. num. 8.

7 In duello verò priuato ex Bulla Greg. XIII. ſufficit acceſſus ad locum, etiam ſi impediti non pugnauerint; modò per ipſos non ſteterit, &c. Quare ſi huiuſmodi duellantes, dum ad locum deſtinatum pergerent ab incæpto itinere fuerunt impediti, ne accederent, non incidunt, quia vtrumq; copulatiuè requiritur. Incidunt tamen in Bullam Clem. VIII. ſecundum Graff. vbi ſupra num. 26. Verius

tamen

Digitized by Google

tamen ex verbis Bullæ cit. contrarium videtur dicendum in primo caſu, vt etiam colligit, & concludit Comitol. reſp. mor. lib. 6. q. 18. num. 8. Nam illa verba Et ſi illi, qui ad locum deſtinatum, &c. ſi per ipſos non ſteterit, &c. ſequenter, ac immediatè poſita ſunt poſt extenſionem Bullæ ad Dominos, ſocios, &c. non igitur extendenda, cum ſimus in pœnis, c. In pœnis, & in c. Odia de reg. iur. in 6. requiritur igitur in duellantibus pugna Hoſt. in c. 1. de cler. pugn. in duel. Nec ſufficit perueniſſe ad actum propinquum Pan. in c. 1. de eo, qui mitt. in poſſ. cauſa rei ſeru. & in c. Adoleſcens de ſponſal. num. 2. Incidunt tamen comitantes; niſi opera illorum inhibita fuerit pugna, & vere pugnatum non ſit, vt patet ex Bulla Greg. Sanchez vbi ſupra num. 13.

6 Si ex duellantibus altera tantum pars ad locum pugnæ acceſſerit, non incidit in Excommunicationem Greg. XIII. quę cum pluraliter loquatur, vtriuſq; partis acceſſum requirit Comitol. vbi ſupra num. 7.

7 Priuilegiati, vt poſſint abſoluere à caſibus Sedi Apoſt. reſeruatis, abſoluere non poſſunt duellantes intra terminos Concilij Trid. & Greg. XIII. In alijs verò caſibus poſſunt Congreg. ſuper regular. 1602. 26. Nouemb.

8 An ignominioſum ſit recuſare duellum? Negant Ias. in l. Ex hoc iure ff. de iuſt. & iur. à num. 31. & vol. 2. cons. 144. Sot. de iuſt. lib. 5. q. 2. ar. 8. Sanchez in ſum. lib. 2. c. 39. num. 9. Etiam acceptanum Dec. in c. Eccleſia S. M. de conſtit. num. 31.

9 Duellum acceptare ad vitandam ignominiam, quia ſcilicet reputaretur vilis, & degeneris animi, eſt malum pernicioſum ex ſuo genere Cai. 2. 2. q. 95. ar. 8. Leſſ. lib. 2. c. 9. dub. 12. Salon. 2. 2. q. 64. ar. 3. contr. 3. V. Azor. p. 3. lib 2. c. 5. & ſeq. Sayr. cla. reg. lib. 7. c. 13. à num. 11. Reginal. lib. 21. c. 7. Sot. & Sanch. vbi ſupra.

E

1 EBRIETATIS periculo probabili ſe exponens peccat mort. S. Tho. 2. 2. q. 150. ar. 2. Leſſ. lib. 4. c. 3. dub. 3.

2 Alterum ſcienter inebriare mortale eſt S. Tho. vbi ſupra ar. 1. ad 3. Nau. c. 23. num. 121. Niſi iuſta cauſa excuſet, vt ad impediendum aliquod graue malum paratum ſiue contra ſe, ſiue contra alium, maximè Remp. quod alia ratione impediri non poſſit. Leſſ. vbi ſupra dub. 4. num. 33.

3 Ebrietas ſi eſt neceſſaria ſanitati, & nullum periculum ſequitur, licita eſt S. Tho. ar. 2. cit. ad 3. Cai. ver. Ebrietas Silu. eo. q. 3. Nau. c. 23. num. 119. Leſſ. dub. 3. cit. num. 13.

4 Ebrietas inculpabilis excuſat à peccatis in ebrietate commiſſis, ſunt enim inuoluntaria. Culpabilis verò, ſiquidem ipſa peccata ſunt præuiſa, quia ſolitus eſt talia peccata committere, excuſat quidem à tanto, quia ſunt minus voluntaria, non tamen à toto, quia voluntaria ſunt in ſua cauſa. Non præuiſa excuſantur à ſuis ſpeciebus, ſed aggrauant ebrietatis peccatum, vt potè illius mali effectus Cai. vbi ſupra, & S. Tho. 2. 2. q. 150. ar. ar. 4. Sanchez in ſum. lib. 1. 16. à num. 40. Si ebrius occidat, cum antea potuerit, & debuerit præuidere, vt quia probabiliter putauit id mali euenturum, nec adhibuit diligentiam vt caueret, tenetur reſtituere P. Nau. lib. 2. c. 1. dub. 8. V. Azor. p. 1. lib. 7. c. 33. q. 5. & trib. ſeq.

1 ELEEMOSYNAM dare teneris in extrema neceſſitate ex ſuperfluis naturæ tuæ, & tuorum S. Tho. 2. 2. q. 31. & in graui neceſſitate ex ſuperfluis ſtatus, ibidem ad 3. Silu. ver. eleemoſyna q. 1. in fi. Nau. de orat. c. 20. num. 20. Couar. 3. var. res. c. 14. num. 5. Sot. de iuſt. lib. 5. q. 3. ar. 4. Cai. to. 1. opuſc. trac. 5. & com. V. Conrad de contrac. q. 19. concl. 3. In magna neceſſitate conſtituto non ſubuenire, cum com-

commodè poſſis, mortale eſt; niſi probabile ſit ab alio ſubueniendum Nau. in man. c. 24. num. 9. aut occurſurum alium, cui melius ſit eleemoſynam dare Silu. vbi ſupra Conrad. q. 19. cit. in fi.

2 Extrema neceſſitas dicitur alioqui perituri, niſi ſuccurratur Sot. vbi ſupra, Nau. num. 4. & cum apparent ſigna probabilia futuræ neceſſitatis extremæ, niſi ſubueniatur, nec apparet, nec in promptu eſt, qui ſubueniat S. Tho. & Cai. vbi ſupra.

3 Non dicitur habere ſuperfluum ſtatus, qui theſaurizat ad acquirendum ſtatum, quo dignus eſt Nau. c. 23. num. 74. & c. 24. num. 6. Cai. 2. 2. q. 32. ar. 5. ad 2.

4 Nemo tenetur quærere quis egeat, S. Ant. p. 2. tit. 1. c. 24. parag. 3. Nau. nu 9. cit. niſi ſit Epiſcopus, aut Superior Tolet. de pecc. mort. c. 35. in fi.

5 Beneficiarij non erogantes in pauperes quod ſibi ſupereſt de beneficij fructibus peccant mort. contra charitatem Pan. in cap. Cum ab omni num. 6. de vit. & hon. cler. & alij, quos plena manu congerit Azor. p. 2. lib 7. c. 8. q 1. pro prima ſententia, cui etiam ipſe ſubſcribit q. 2. vers. mihi itaq; Commendatarij verò, quibus Abbatiæ, & Priora, us commendantur, mortaliter peccant contra iuſtitiam: quare tenentur ad reſtitutionem. Ea enim conditione illis donantur huiuſmodi Commendæ, vt præter portionem, quam miniſtris Eccleſiæ deſeruientibus, & Eccleſiæ fabricæ debent, quartam partem in vſus pauperum contribuant, Azor. p. 2. lib. 12. c. 11. & c. 8. ſupra cit. vbi fusè de hac materia; & ex S. Bernardi Epiſt. 2. ad Falconium, & ex iure canonico id probat. Excipit tamen Commendas militares, cum huiuſmodi milites non ſint habendi inter Clericos beneficiarios.

6 Poteſt quis pro ſuſtentanda perſona Eccleſiæ, & Reip. maximè neceſſaria ſubtrahere ſibi, & ſuis neceſſaria naturæ S. Tho. vbi ſupra ar. 6. Conrad. vbi ſupra concl. 10. in fi. Immo tenetur, Tolet. vbi ſupra c. 34.

7 Tenetur quis etiam cum vitæ periculo ſubuenire Reipublicæ pereunti Sot. de iuſt. lib. 5. q. 1. ar. 7. Arag. 2. 2. q. 64. ar. 6.

8 Nemo tenetur pro vita pauperum totum ſtatum exponere S. Tho. vbi ſupra.

9 In extrema neceſſitate ſufficit mutuare, aut commodare, aut locare, &c. Nec opus eſt donare etiam ei qui tunc alibi non habet vnde ſoluat ſecundum Nau. c. 17. nu. 61. & c. 24. num. 4. & de redd. Eccl q. 26 mon. 4. Couar. in reg. Peccatum p 2. parag. 1. nu. 4. Contrarium affirmant Silu. ver. furtum q. 5. Sot. de iuſt. lib. 4. q. 7. ar. 1. ad 4. qui id intelligunt de rebus vſu conſumptibilibus. in alijs enim concedunt non transferri dominium. Idem ſi talis alibi habet, vnde ſoluat Roder. lib. 1. ſum. c 50. Tolet. de pecc. mort. c. 36. Et certè Nau opinio videtur ſuſtineri non poſſe: Nam alioqui nullum extaret præceptum de eleemoſyna: hæc enim dicit liberam dationem, non verò mutuationem Azor. p. 3. lib. 4. c. 39 diffic. 2. & p. 2. lib. 12. c. 9. q. 1. vbi dicit Nau. opinionem eſſe improbabilem. & q. 2. docet non ſatisfieri præcepto eleemoſynæ mutuando V. Pan. in c. Si vero num. 6. de iureiur.

10 Faciens eleemoſynam de rebus reſtitutioni obnoxijs, tenetur poſtea cum poterit tantumdem creditori reſtituere Io. Med. de eleem. q. 5

11 Extremè indigens poteſt aliena rapere, nec tenetur reſtituere, cum ad pinguiorem fortunam venerit; modò tunc omnia conſumpſerit. Doct cit. contra Nau. c. 17. num. 60. V. ver. furtum num. 6. & ver. reſt. c 2. num. 10.

12 Non potens ex ſuo ſubuenire, poteſt ad id aliena rapere S. Tho. 2. 2. q. 66. ar. 7. ad 3. Silu. ver. furtum q. 5. vers. 1. Sot. de iuſt. lib. 5. q. 3. ar. 4. V. Conrad. vbi ſupra vers. tertium dictum:

13 Laudabile eſt, non tamen neceſſarium ſubuenire pauperi alioqui ob inopiam peccaturo Sot. vbi ſupra. Eſſe neceſſarium docent Tolet. vbi ſupra c. 33. & 35. Io med. de reſt. q. 2. parag. Ad 2.

14 Qui tenetur dare eleemoſynam poteſt cogi per Iudicem Pan. in c. 1 de empt. nu. 8. & in c. Cum cauſam de elect. glo. in

Dddd c. Sicut,

Digitized by Google

c. S cut. ver. eſurientium d. 47. Couar. 3. var. res c. 14 num. 5. Silu. ver. Eleemoſyna q. vlt Arag. 2. 2. q. 66. ar. 7. Nau de redd. Eccl. q. 2. mon. 6.

15 Eleemoſynam poteſt facere Vxor, ſi eſt conſuetudo, etiam viro prohibente forte ne immoderatas, faciat: Nam ſi verè credit illum nolle, debet abſtinere. Item ſi vir eſt inſanus, aut abſens poteſt dare quantum ille præsens, & ſanus ſolet. Item de paraphernalibus, niſi ſit ſtatutum, aut conſuetudo prohibens. Item pro viri ſalute ſpirituali, vel corporali, aut ſi, cum ille tenetur, non vult dare. Item cum ipſa familiam gubernat. Item cum eius maritus certum quid pro eius victu aſſignauit. Item ſi ſufficientem dotem attulit, poteſt de eo, quod opera ſua lucratur. Item ſi extrema neceſſitas occurrat: aut ſi dat quod damnum non affert. Silu. vbi ſupra q. 5. vers. 5. Nau. c. 17. num. 153. Tolet. vbi ſupra c. 29. in fi.

16 Etiam Religioſus dare poteſt extremè egenti Nau de regul. com 2. num. 28. Et cum eſt extra monaſterium in ſtudio, aut itinere; & de datis ad ſuſtentationem. Idem num. 8. Silu. vbi ſupra, & donatio 1. q. 1. vers. 5. Item ſi bona adminiſtrat: aut de licentia Superioris ſaltem præſumpta Th. 2. 2. q. 32. ar. 7 ad 1.

17 Filiusfam. poteſt ex peculio caſtrenſi, aut quaſi: aut de ſibi datis ad iter, ſtudium, &c. Nau c. 17. num. 157. Item de voluntate præſumpta Patris, aut ſi habet adminiſtrationem. S. Tho. vbi ſupra ad 3. Silu. q 1. cit. vers 4. Ang. eo parag. 6.

18 Seruus poteſt quantum credit Domino placere, v. g. in neceſſitate, qua ille tenebatur, & cum diſpenſat, & de ijs quæ damnum notabile Domino non afferunt. Silu. vbi ſupra vers. 3.

19 Obligatus voto ad eleemoſynam ſatisfacit dando extremè egenti Sanchez in ſum, lib. 1. c. 14. num. 7.

F

FAMA

V. Infamia. Iudicium. Matrimonium. Miſſæ auditio.

1 Feſtum non poteſt Princeps, aut Ciuitas indicere S. Ant. p. 2. tit. 9. c. 7. parag 1. Silu. ver. Dominica num. 2. Azor. p. 2. lib. 1. c. 26. q. 5. & 7. Suar. de relig. to. 1. trac 2. lib. 2. c. 12. niſi contrarium habeat vſus.

2 Feſtum non poteſt Epiſcopus indicere ſine conſenſu populi, & Cleri cap. vlt. de fer. & c. 1. de conſecr. d. 3. S. Ant. loco cit. in princ Silu. vbi ſupra q. 1. Niſi contrarium habear conſuetudo Suar. vbi ſupra c. 11. à num. 14. Azor. p. 2. lib. 1. c. 26. q. 2.

3 Feſta ab Epiſcopo præcepta obſeruanda etiam à Religioſis exemptis Conc. Trid. ſeſſ. 25. regul. c. 12. Non tamen ad Octauas Cong. Rituum.

4 Ad feſta maiorum voto, aut iuramento inſtituta tenetur populus Nau. c. 12. num. 74. vers. 3. Roder. in ſum. lib. 1. c. 122. num. 1. Si non ratione voti, cuius obligatio non excedit perſonam vouentis, ſaltem ex vi contractus, & promiſſionis Roder. lib. 2, ſum. c. 99 num. 13. Sayr. cla. reg lib. 7. c. 3. & conſuetudinis receptæ Azor. vbi ſupra, & p. 2. lib. 11. c. 15. q. 14. V. Sanchez in ſum. lib. 4. c. 15. q. 2.

5 Proceſſus Iudiciales in feſto facti etiam de conſenſu partium, ſunt nulli, niſi fiant ex neceſſitate, aut pietate, c. Conqueſtus de fer. & ibi Pan. num. 2. Quare excuſantur Iudices ruſticorum ius dicentes diebus feſtis, eo quòd alijs diebus neq; Iudices, neq; teſtes ſuppetunt: aut ne pauperes ſuos dies operarios amittant Nau. vbi ſupra num. 13. Reginald. lib 19. num. 44. Azor. p. 2. lib. 2. c. 26. q. 10. Cai. ver. feſtorum uiol.

6 Licitum eſt in die feſto docere, & illa omnia facere, quæ pertinent ad ſalutem

proprij corporis, & proximorum, & ad damnum rerum vitandum S. Tho. 2. 2. q. 122. ar. 4. ad 3. Item piſcari certum genus piſcium, quod certis tantum diebus aduenit, & citò diſcedit, c. Licet de fer. Nau. vbi ſupra num. 11. & concedit Silu. ver. Dominica q. 5. in fi. modò in fiat ob lucrum; de quo vide Suar. vbi ſupra c. 28. Eius tamen limitationis mentionem non faciunt Ang. ver. feria num. 34. Cai. & alij. & d. c. licet moderatur vt Eccleſijs, & Chriſti pauperibus honeſta lucri portio detur. Item vendere eo die neceſſaria Cai. ver. In feſto prohibita. Et iter agere audita miſſa Nau. vbi ſupra num. 6. Cai. ver. In feſto licita. Item pulſare citharas, & ſimilia inſtrumenta etiam ob lucrum Nau. num. 14. contra Silu vbi ſupra. Et deſcribere etiam ob lucrum B. Med. in ſum lib. 1. c. 14. parag. 8. Roder. lib. 1. c. 122. num. 2. Suar. vbi ſupra cap. 25. Sayr. cla. reg. lib. 2. c. 2. num 14. Ob lucrum tamen non licere docent Cai. 2. 2. q. 122. ar. 4. vers. ad 2. dub. Ang. vbi ſupra parag. 31. Nau. & Silu. vbi ſupra Sot de iuſt. lib. 2. q. 4. ar. 5. Azor. vbi ſupra, & id cenſeo probabilius. Licèt etiam Nundinæ ex conſuetudine ſcitæ, & toleratæ Cai. in ſum. ver. In feſto licita.. intellige audita miſſa Nau. num. 8. Molendina excuſantur tolerata conſuetudine; Piſtrina verò neceſſitate. Idem num. 9. Azor. p. 2. lib. 1. cap. 16. & ſeq.

7 Excuſat à violatione feſti iuſtus metus, pietas, vtilitas publica, vitatio damni corporis, vel animæ Silu. vbi ſupra q. 4. & ſeq. Lucrum, quod alio tempore haberi commodè non poteſt Cai. vbi ſupra Silu. q. 4. cit. Nau. vbi ſupra Et neceſſitas etiã Epiſcopo prohibente. idem Nau. num. 15. De lucro, &c. improbant Suar. vbi ſupra c. 33. & Reginal. lib. 19. num. 51. Excuſat etiam leuitas materiæ a mortali, vt tondere barbam, & capillos capitis ſi breui tempore id fiat: Quantum verò ſit hoc tempus, non ſatis conſtat, Alijs circa tertia diei partem: alijs circa horam non integram conſtituentibus. ſic Azor. p. 1 lib. 1. c. 13 q. 5: Sed primi nimiam videntur dare licentiam, cum nimis præiudicent Eccleſiæ præcepto nec aliqua probabili ratione nitantur. Secundi verò rigoſe nimis reſtringunt: Nam reſpectu totius diei pars vigeſima quarta non videtur nimia. Relinquendum igitur eſſe prudentis arbitrio docet Suar. de relig. lib. 2. c. 31. num. 2.

8 Poſſunt puellæ, occupari diebus feſtis poſt ſuas deuotiones, ad vitandam otioſitatem, aut aliud peccatum Silu. q. 5. cit. vers. 4.

9 Secularis aſſuetus ad opera poteſt modicum laborare ad vitandum otium, aut aliam iniuſtam, aut minus honeſtam actionem Suar. vbi ſupra c. 26. num. 5. in fi.

10 Pictores non excuſantur, quamuis voluptatis, aut etiam addiſcendi gratia pingant: eſt enim ars ex ſuo genere ſeruilis, Suar. vbi ſupra. Hos excuſat Azor. p. 1. lib. 1. c 37. q 6. ſi gratia tantum animi recreandi, aut ſciendi: & ſequitur Barbos ad c. Licet de fer. num. 14. Immo abſolutè excuſant B. Med. inſtruc lib. 1. c. 14. parag. 8. & Ludou. Lopez inſtr. c. 52. quos refert Suar. vbi ſupra dicens hanc controuerſiam ſibi videri valdè dubiam. Ipſe tamen tenet artem pingendi eſſe mechanicam, & ſeruilem, & idcirco prohibitam in die feſto.

11 Lucrum etiam principaliter intentum non facit opus ex non ſeruili ſeruile Cai. ver. in feſto licita in fi. Nau. vbi ſupra num. 5. Sot de iuſt. lib. 2. q. 4 ar. 5. B. med. parag. 8. cit. Roder. vbi ſupra. Alij contra ſentiunt vt Silu. ver. Dominica q. 5. vers. 3. Cai. ſibi contrarius 2. 2 q. 122. ar. 4 vers. Ad 2. dub. Azor. vbi ſupra. Hi tamen duo poſtremi excipiunt ſcriptorem, quòd ſcribendi opus ſit quoddam genus cuius ſint duæ ſpecies vna operis liberalis, altera operis ſeruilis. In alijs verò aſſerunt priorem opinionem eſſe communem. Sed hanc diſtinctionem meritò improbat Suar. vbi ſupra c. 24. & ſeq.

12 Muliones poſſunt iter iam cæptum continuare, non autem incipere, niſi vrgeat neceſſitas Nau. num. 6 Cai. vbi ſupra.

13 Haſtiludium in die feſto vult eſſe mortale Ang ver. Ludus num. 1. vers 6. Negat Silu. ver. Ludus. In loco ſacro ſemper eſt mortale. Idem.

14 Bellare in die feſto audita miſſa, ſi adſit conſuetudo, non eſt mortale Molin. de iuſt. tract. 2. diſp. 111.

15 Poteſt quis recedere à proprio domicilio, vbi eſt feſtum, in locum, vbi feſtum non eſt, & ibi laborare: nec tenetur prius miſſam audire Sanchez alios referens in ſum. lib. 1. c. 12. num. 31. & ſeq.

16 Negotiari tempore, aut loco ſacro eſt mortale, niſi paruitas, aut maxima neceſſitas excuſet. Silu. ver. Negotium q. 2. Sot. verò de iuſt. lib. 6. q. 2. ar. 2. docet non eſſe mortale, niſi ratione ſcandali, & hoc videtur probabilius.

17 Epiſcopus iniuſtè prohibet alioqui in feſto licita, & ſi excommunicet, nulla erit excommunicatio Nau. c. 13. num. 15. Silu. ver. Dominica q vlt.

18 Poteſt Epiſcopus in feſto diſpenſare cum cauſa ſubeſt Silu. vbi ſupra q. 3. & Parochus, ſi eſt conſuetudo Sot. de iuſt lib. 2. q 4. ar. 4. ſed tantum ad tempus, & pro ratione imminentis neceſſitatis Suar. vbi ſupra c. 33. num. 2.

19 In feſtis S. Crucis, S. Michaelis de menſe Sept. SS. Innocentium, & S. Siluestri niſi incidant in dominicam, laicis non eſt mortale operari Eug. 4. vt refert Nau. d. num. 15. & Suar. de relig trac. 2. c. 6. num. 6. & c. 7 in fi. & c. 9 num. 10. Nunc ex decreto Vrbani VIII. feſtum SS. Innoc. & S. Silueſtri ſunt de præcepto.

1 Fidei myſteria, quæ in eccleſia publicè monſtrantur, tenetur quiſque explicitè credere S. Tho. 2. 2. q. 2. ar. 7. Silu. ver. fides q. 3, Habens verò officium docendi tenetur habere explicitam fidem omnium articulorum ibidem Cum verò deeſt, qui doceat, ſufficit credere, quod docet Eccleſia B. med. lib. 1. c. 14. parag. 2. V. Sot. in 4. d. 5. q. vn. ar. 2. Azor. p. 1. lib. 8 c. 16. Director. Inquis. p. 2. q. 12.

2 Negligentia eorum, qui cum poſſint, non diſcunt præcepta Dei, & articulos fidei, peccatum mortale eſt, Cai in ſum. ver. Ignorantia B. Med. vbi ſupra Et orationem dominicam Ang. & Silu. ver. ſcientia, & præcepta Eccleſiæ Sanch. in ſum. lib. 2. c. 3. num. 14. Item negligentia docendi eos, quos docere tenentur Roder. lib. 1. c. 88. num. 4. & c. 119. num. 6. Ang. & Silu. loc. cit. V. Direct. p. 1. q. 3. & 4. cum ibi not.

3 Fidei profeſſionem qui facere teneantur, vide ſupra ver. Beneficium num. 85.

4 Diſputare de fide ſiue publicè, ſiue priuatim, prohibitum eſt laico ſub excommunicatione, c. Quamquam parag. Inhibemus, de hæret. in 6. Non eſt tamen latæ ſent. vt vult glo. fin. ibi, & Alter. de ſuſpens. diſp 6. c. 3. Farin. de hæres. q. 178. num. 120. intellige ſi ſciat ſibi eſſe prohibitum Nau. c. 11. num. 27. vers 5. & de hæret. cons. 24. Poteſt autem de licentia Epiſcopi Alter. loc. cit. Si tamen ſit inſignis eruditionis, poteſt diſputare de fide, præſertim in caſu neceſſitatis etiam cum hæreticis Pegna ad Direct. p. 1. q. 10. com. 25. Cai. 2. 2. q 10. ar. 7. Sanch. in ſum. lib. 2. c. 6. Farin. de hæres. q. 178. parag. 1. num. 112.

5 Tenetur quis confiteri fidem, cum id poſtulat Dei, aut proximi charitas S. Tho. 2. 2. q. 3. ar. 2. Silu. ver. fides q. 5. Sanchez in ſum. lib. 2. c. 4.

6 Vti habitu, quo vtentes falſam religionem profitentur, mortale eſt Silu vbi ſupra, & ver. Infidelitas q. 9. Cai. in ſum. ver. habitus omiſſio.

7 Licet ex cauſa aſſumere habitum infidelium: modò in tali veſte non ſit aliquod ſignum ad diſcernendam ſectam Silu. q. 9. cit. Sanch. vbi ſup num. 17. vbi nu. 19 alijs cit. docet id licitum eſſe, modo tunc non vrgeat neceſſitas, & præceptum externæ confeſſionis fidei, & id fiat ex graui cauſa V. Pegn. ad Direct. Inquis. lib. 1. comment 22. Cai. 2. 2. q. 3. ar. 2. Azor. p. 1. lib. 8. c. 27.

8 Deponere mortis metu habitum, ſeu ſignum Chriſtiani non eſt mortale Ban. 2. 2. q. 3. ar. 2. dub. 2. V. Azor. vbi ſupra.

1 Fœmina poſt partũ poteſt Eccleſiã intrare ex deuotione, vel etiã aliquandiù abſtinere ex reuerentia c. vn. de purif. poſt part.

2 Fœminam nudare pectus ſine mala intentione non eſt mortale Nau. c.

c. 23: num. 19. Si patriæ, aut perſonarum præſentium conditio id ferat Silu. ver chorea q. 1. verſ. 4. Azor. p. 3. lib. 3. c 30. q. 7. Communiter eſt veniale Caiet. ver. ornatus, licèt Ang. eo. parag. 3. dicat non audere excuſare à mortali

FREQVENTATIO inducitur ex duabus vicibus, glo. in c. Monaſteria de vit. & hon. cler. ver. frequentare, & ibi Pan. num. 5. Silu. ver. infamia q. 5. in fi. glo. in parag. fi. Auth. de defenſ. Ciuit Arbitrabitur bonus Iudex Hoſt. relatus ab Anch. in d. c. monaſteria num. 5.

Gula. *V. Commedere.*

H

HAERESIS

V. Iudicium. Bulla Cœnę. Irreg. ex peccato notorio.

1 Hæreſis eſt error intellectus voluntarius contra aliquam fidei veritatem cum pertinatia, aſſertus ab eo, qui fidem recepit, Sanchez in ſum. lib. 2. c. 7. num. 1.

2 Hæreticus non eſt, neq; excomunicatus, qui facit opus hæretici ſine errore mentis, i. deſt pertinacia, Silu. hæreſis 1. nu. 1. Can. de loc. theol. lib. 12. c. 8. Cai. p. 2. q 32 ar. 4. Neq; qui dubitat de fide ſine pertinacia, & complacentia dubij Anchar. in c. 1. de Iudæ. Intellige quando intellectus vtriuſq; partis rationibus perpenſis, pendulus eſt, nullumq; iudicium firmat: quod eſt verè ac formaliter, intellectum dubium manere Si enim ſupra ſuum dubitandi actum reflectitur iudicans illam fidei rem eſſe dubiam aut ſub opinione, eſt verè hæreticus, Sanchez c. 7. cit. num. 12. & ſic intelligendi ſunt alij ibi relati contrarium ſentientes.

3 Hæreticus non eſt excommunicatus, niſi adiungat actum exteriorem, quo errorem ſuum aſſerere intendat. Nau. c. 27. num. 56. Roder. lib. 1. c. 13 1. num. 1. Neque ſi faciat in confeſſione, vel petendo conſilium Sayr. de cenſur. lib. 3. c. 4. num. 28. & ſeq. Actum exteriorem intellige etiam occultiſſimum, vt ſi ſibi ſoli dixerit, aut ſi ſcripto, vel opere, &c. Nau. vbi ſupra, & in c. Cogitationis, de pœnit. d. 1. num. 10.

4 Licet adire terras hæreticorum, ibiq; manere negotij gratia; modò interrogatus ſe catholicum profiteatur: nec inde diſcedere tenetur, ſi habeat animum non negandi, Nau. c. 23. num. 35. & de hæret. conſ. 9. Non enim tenemur vitare hæreticum etiam notorium, niſi ſit etiam denuntiatus excommunicatus Sanchez in ſum. lib. 2. c. 9. nu. 4. & ſeq. V. ſupra Excommunicatio nu. 27. Modò Itali extra Italiam degentes non habitent niſi in ijs locis, vbi liber, & publicus cultus, ſiue vſus Catholicæ religionis exiſtat, cæteraquè præſtent, quæ continentur in conſtit. Clem. VIII. quam ad verbum refert Quaranta ver. Hæreticus in ſi.

5 An liceat adire templa hæreticorum, ibiq; orare, miſſam, & concionem audire, præſertim iubente Principe, ac magiſtratu hæreticis. Vide Sanchez vbi ſupra c. 4. nu. 26 & ſeq. & Bullam Clem. VIII. 1606. relatam à Suar. cõtra Regem Angl. lib. 6. in prohæm.

6 Hæreticus non priuatur ipſo facto poteſtate ſæculari, c. Qui contra 24. q. 1. Silu. vbi ſupra nu. 14. verſ. quarta hæreſis pœna.

7 Excommunicatio lata ab hæretico non tenet, c. Ait Celeſtinus, & ſeq. 24. q. 1.

8 Hæreticus licitè vtitur bonis ſuis ante condemnationem per ſententiam Silu. vbi ſupra num. 13. Azor. p. 1. lib. 5. c. 7. Sot. de iuſt. lib. 1. q. 7. ar. 4. Nau. c. 23. nu. 66. & com. & eſt hæreditatis, & legati capax de iure com. De quo vide Sanchez in ſum. lib. 2. toto c. 14. Molin. de iuſt. trac 2. diſp. 95. Pegnam ad Direct. Inquiſ, p. 3 ſchol. 151. in noua impreſſ. Vbi quod filij hæreticorum ſuccedunt iure proprio Auis catholicis etiam parentibus viuis, & pluribus cit. docet Sanchez vbi ſupra c. 29. num. 13.

9 Hæreticorum filij eo ipſo deſinunt eſſe ſub patria poteſtate c. Quicumque parag.

parag. fin: de hæret. in 6.

10 Hæreticis obligati, vt Vaſſalli, liberantur obligatione c. fi. de hæret.

11 Filius hæretici non emendati, & Nepos, & hæreticæ filius nullum beneficium, aut officium publicum poteſt conſequi; niſi prædicti eſſent emendati, Eccleſiæ reincorporati, parati ad pœnitentiam c. Statutum 2. de hæret. in 6. Quod intelligendum eſt non de filijs ante hereſim natis, ſed poſt; quod illi non puniantur pœnis patrum vt docet Nau. de hæret. conſ. 23. Vide quæ in ſimili docet Felin. ad c. Prudentiam de off. deleg. num 8. & glo. in c. Iam itaq; ver. reatum, & c. Non imputatur 1. q. 4. Idem cum Nau docet Sanch. vbi ſupra, & c. 28. num. 16. Sed Pegn. ad Direct. p 3. comment. 163. Azor. & Silu. vbi ſupra id intelligunt etiam de natis ante hæreſim Patris.

12 Si filius denuntiat Patrem hæreticum euitat omnes pœnas ſtatutas contra filios hæreticorum Pegna vbi ſupra p 2. c. 14. com. 25. vers. Hoc addiderim, & alij quos refert, & ſequitur Sanchez c. 27. cit. num. 30.

13 Hæreticus eſt, qui dubitat de rebus fidei determinatis ab Eccleſia. Niſi dubitet ex infirmitate, non ex pertinacia Silu. vbi ſupra q. 3. Non eſt autem pertinax, nec hæreticus, qui ignorat ſe contra fidem, & Eccleſiæ determinationem ſentire, etiam ſi ab Epiſcopo, & doctis viris admoneatur: Nam putare poteſt eos falli Can. de loc. theol. lib. 12. c. 9. vers. At quid pertinacia ſit. Sed contrarium ſæpe docet Direct. Inquis, præcipuè p. 2. q. 7. vbi Pegna fusè etiam in ijs quæ explicitè credere non tenetur. Idem comment. 21. & 26. V. Sayr. de cenſur. lib. 3. c. 4. num. 17. Dianam tres opiniones referentem p. 4. trac 7. reſol 36 vers. Sed quia dictum eſt Sanchez, & ab eo cit. in ſum. c. 7. num. 25.

14 Non eſt hæreticus qui ignorat etiam ignorantia craſſa, & ſupina Azor. alios referens p. 2. c. 9. q. 7. & ſeq. Ban. 2. 2. q. 11. ar. 2. Arag. ibi ar. 1. Can. vbi ſupra, Nau. c. 11. num. 22. V. Farin. de hæres. q. 178. parag. 4. & q 179. parag. 3. Sayr. vbi ſupra.

15 Hæreticus omnis eſt etiam ſchiſmaticus, non è contra S. Tho. 2. 2. q. 39. ar. 1. ad 3.

16 Excommunicatus, ſuſpenſus, interdictus, denũciatus, ſi in illis cẽſuris per annũ inſorduerit, contra eum tamquã de hæreſis ſuſpectum procedi poteſt. Concil Trid. ſeſſ. 25. c. 3. de refor. Glo. in c. Excommunicamus 1. ver. condemnantur de hæret. In ſupremo tamen Vrbis Tribunali procedi non ſolet contra huiuſmodi excommunicatum, niſi ſit excommunicatus ex cauſa fidei, vt teſtatur Pegna vbi ſupra comment. 72. Farinac. alijs relatis de hæres q. 92. parag. 2. num. 24. certè Trident. loquitur de quacumque excomm.

17 Confeſſarius in actu Confeſſionis ſollicitãs mulierem ad actus inhoneſtos puniri poteſt, & debet ab Inquiſitore tamquam ſuſpectus de hæreſis Pius IV ad Epiſcopũ Hiſpalenſem. Quod Greg XV. 1622. 30. Aug. approbauit, & confirmauit; & in omnibus Chriſtiani orbis partibus inuiolabiliter obſeruari præcepit. Statuens præterea, & declarans, quod omnes Sacerdotes ſiuè ſæculares, ſiuè Regulares, etiam quomodolibet exempti, ac Sedi Ap immediatè ſubiecti, aut quouis priuilegio muniti, qui perſonas, quæcumq. illæ ſint, ad inhoneſta, ſiuè inter ſe, ſiuè cum alijs quomodolibet perpetranda, in actu ſacramẽtalis confeſſionis, ſiuè ante, ſiue poſt immediatè, ſeu occaſione, vel prætextu confeſſionis huiusmodi, etiam ipſa confeſſione non ſecuta, ſiuè extra occaſionẽ confeſſionis in confeſſionario, aut alio loco quocumque vbi confeſſiones ſacramentales audiantur, ſeu ad confeſſiones audiendas electo, ſimulantes ibidem confeſſiones audire, ſolicitare, vel prouocare tentauerint, aut cum eis illicitos, & inhoneſtos ſermones, ſiue tractatus habuerint, ab Inquiſitoribus grauiter puniantur pro grauitate criminis. Et quòd Confeſſarij ſuos pœnitentes quos nouerint fuiſſe ab alijs, vt ſupra ſollicitatos moneant de obligatione denunciandi ſollicitantes, ſeu tractantes vt ſupra. Qoud ſi facere prætermiſerint, aut pœnitentes docuerint non teneri ad denunciandum

Confeſ.

Confeſſarios ſollicitantes, ſeu tractantes &c. ab Ordinarijs, & Inquiſitoribus pro modo culpæ puniantur. Si ſollicitans ſit emendatus, ſollicitatus id ſciens non tenetur deferre,& ante delationem præmittenda correptio, ſi certa ſit ſpes emendationis Roder. a Chuna q. 3. à num. 31. ad fi.

18 Vtens ſpeculo, vel phiala ad effectum ſciendi futura contingentia, eſt vehementer ſuſpectus de hæreſi Ric. pag. 2. deciſ. 244.

19 Hæreticus eſt ipſo iure priuatus beneficijs c. Vt comiſſi parag. priuandi de hæret. in 6. c. Ad abolendam parag. prætera eo tit. in ant. Pegna vbi ſup. cõment. 162.& idẽ ſtatuerant alij plures Sum. Pont. quos refert Farin. vbi ſupra q. 189. num. 69 & inhabiles redduntur ad alia obtinenda c. Statutum 1. de hæret. in 6. Farin. num. 70. Si tamen pœnitens, & ex toto corde ad fidem redeat ante ſententiam, non priuatur obtentis, nec inhabilis redditur ad obtinenda Gemin. in d. c. Vt comiſſi ver. priuandi num 6. Farin. q. 189. num. 84. Requiritur autem ad priuationem ſententia declaratoria criminis per c. Vt commiſſi cir. & com. Et vt is ſit de hæreſi plene conuictus, vel confeſſus. ſecus de hæreſi ſuſpecto, vel diffamato. Pegna vbi ſupra cõmen. 162. vers. Beneficia verò Sanchez in ſum lib. 2 c. 16 num 14. vbi num. 16. quòd ante ſententiam poſſunt validè beneficia renunciare in alterius fauorem, & num. 5. plurimos refert aſſerentes hæreticos non eſſe ipſo iure priuatos beneficijs, ſed tantum priuandos per ſententiam. Et ipſe docet horum opinionem eſſe probabiliſſimam, ſed contrariam probabiliorem.

20 Hæreticus in articulo, vel periculo mortis abſolutus à Confeſſario ſi ſit accuſatus, vel denunciatus, & abſens tamquã hæreticus condemnatus, ſi conualuerit, non tenetur ſe præſentare. In hoc enim poſtremo, cum huiuſmodi condemnatus non comparendo condemnari ſoleat ad ignem, durum nimis eſſet illum condemnare ad ſubeundam dictam mortem Ricc. p. 5. deciſ. 280.

HOMICIDIVM

V. Iniuria. Iudicium. Peccatũ. Reſtitutio. Tyrannus.

1 HOMICIDIVM voluntarium dicitur, quod eſt intentum in ſe, vel in cauſa adeo propinqua, vt velle hanc ſit velle occidere, vt dare venenum. Secus eſt, ſi ſine intentione occidendi fiat id vnde vt plurimum ſequitur mors, & ſequatur Nau. c. 17. num. 239. & ſeq. Couar. in Clem. ſi furioſus de homic. par. 1. initio Sayrus de cenſur. lib. 7. c. 7. num. 6. Voluntarium propriè, & ſtrictè, eſt intentum per ſe, & directè Tolet lib. 1. c. 71.

2 Occidere hominem bannitum non eſt peccatum, ſi ſit condemnatus ad mortem, & Princeps cuicunq; facultatem faciat illum occidendi Silu. ver. Aſſaſſinus num. 3. Sot. de iuſt. lib. 5. q. 1. ar. 3. Arag. 2. 2. q. 64. ar. 3. in ſi Sayr. cla. reg. lib. 7. c. 11. à num. 10. Aut ſi adſit ſtatutum huiuſmodi facultatem tribuens Pan. in c. Dilecti filij de except. num. 10. Fel. in c. Quæ in Eccleſiarum de conſtit. à num. 3. Iul. clar. parag. Homicidium, vers. Numquid ſtante hoc ſtatuto. Niſi quis occidat extra territorium habentis ſuper illum poteſtatem Silu. homic. 1. q. 3. Felin. & Sayr. vbi ſupra Si tamen timeatur damnum in futurum, vbicumq; occidi poteſt: eſt enim actus neceſſariæ defenſionis. P. Nau. lib. 2. c. 3. num. 231. Filio tamen non licet occidere Patrem, niſi pro defenſione Patriæ Couar. in c. Raynutius de teſtam. num. 9. Pan. in c. 1. de conuers. infid. num. 9.

3 Licite occidis defendendo te, aut alterum Silu. vbi ſupra q. 2. vers. 6. Et latronem, ſi rem tuam magni momenti non potes aliter recuperare, & dum fugit flagrante delicto: Secus, ſi aliquò ſe recepit Sot. vbi ſupra ar. 8.

4 Licitum eſt occidere inuaſorem, licet inuaſus prius cauſam dederit Ban. 2. 2. q. 64. ar. 7. dub. 1. concl. 3. & Sayr. cla. reg lib. 7. c. 10. num. 24. V. Irreg. ex deform. illicita num. 4.

Puella

Digitized by Google

5 Puella pro tuenda virginitate ſua poteſt aggreſſorem occidere quando aliter ſe tueri non poteſt Silu. homic. 1. q. 5. Azor. p. 3. lib. 2. c. 1. q. 18. Roder. in ſum. p. 1 c. 36. & alij ibi cit.

6 Etiam Patrem poteſt quis occidere ſe defendendo Couar. vbi ſupra num. 8. & Regem, Principem, aut alium Reipublicæ maximè vtilem Azor. p. 3 lib. 2. q. 7. Et pro defenſione Patriæ Couar. vbi ſupra, & com. in l. Veluti ff de iuſt. & iur.

7 Occidere pro defenſione rerum ſuarum, licet, iure ciuili dante ad id poteſtatẽ Silu. homic. 1. q. 2. vers 5. & pro defenſione rerum proximi, ipſum adiuuando Silu. bellum 2. q. 7 Azor. p. 3. lib 2. c. 1. q. 12. ſi tamen res illæ ſint magni momenti, nec ſit probabilis ſpes aliter recuperandi S Ant. p. 3. tit. 4. c. 3. parag. 2. Salon. 2. 2. q 64. ar. 7. contr. 2. concl 1. Item pro defenſione alterius caſtitatis Sayr. de cenſur. lib. 7. c. 10. num. 35. & ſeq.

8 Paratum te omnino occidere potes tu prius occidere, quam inuadaris, ſi aliter euadere non potes Sot. vbi ſupra Ias. in l. Vt vim ff. de iuſt. & iur. num. 14. glo. in c. 3. de homic. ver legibus ſæcularibus Couar. in Clem. ſi furioſus p. 3. parag. vn. num 6. Ban. vbi ſupra dub. 4. concl. 2. Roder. lib. primo ſum. c. 136. num. 1. Sayr. vbi ſupra, P. Nau. lib. 2. c. 3. a num. 352. licèt Nau. de homic. cons. 31. & in man. c. 15. num. 3. Sot. & Roder id tantum concedant cum, inuadens decreuit ſtatim occidere Ban. tamen ampliat in caſu, quo aggreſſor fecit aliquam actionem parando inſidias, quas effugere non poſſis, niſi præueniendo, licèt pro tunc quietus ſit: non enim tenetur inuaſus perpetuò ſe domi continere, & Anchar. in c. Maiores de bapt. num. 11. docet præueniri poſſe eum, qui cum armis ſe parat ad offendendum me, licèt nondum offenderit: ſufficit enim quod nocere poſſit & Molin. de iuſt. trac. 3. diſp. 12. in fi. docet licitum eſſe præuenire, quando aliter non patet via euadendi mortem, eiuſuè graue periculum V. Leſſ. lib. 2. c. 9. dub. 8. Salon. vbi ſupra contr. 1. Azor. c. 1. cit. dub. 12. Solæ minæ non ſufficiunt Ias. vbi ſupra Niſi ille ſolitus ſit minas exequi Aret Inſt. de iur. nat. parag. Ius autem gentium nu. 6. vers. Quid ſi quis minatus, &c. Nau. num. 3. cit. quia huiuſmodi minæ inducunt iuſtum metum Pan. in c. 1. de off. Deleg. not. 2. Venientẽ ad te ſtricto gladio potes ſagitta occidere Sot. vbi ſupra.

9 Licet mulieri pregnanti ante fœtus animationem medicinam ſumere ad tuendam propriam vitam etiam cum periculo aborſus Silu. ver medicus q. 4. S. Ant. p. 3. tit. 7. c. 2. parag. 2. Cou. in Clem. Si furioſus p. 2. c. 5. num. 1. vers. Hinc eſt Nau. c. 25. num. 62. Sanch. de matr. lib. 9. diſp. 20. num. 9. Non tamen, ſecundum eundem, id licet ad vitandum periculum vitæ, quod ex partu ſibi imminere experta eſt fœmina; vel famæ, vitæq; iacturam ex criminis detectione. Nec poſt animationem ſecundum eoſdem, & Leſſ. vbi ſupra dub. 10. cuius contrarium docuit Cord. lib. 1. qq q. 38. dub. 1. Primum intellige ſecundum Leſſ. & Couar. indirectè, intendendo ſcilicet ſolam matris ſanitatem: Nam directè intendere aborſum eſſet mortale. In ſecundo verò caſu de fœtu animato; ſi medicus probabiliter iudicet, quod, licèt à tali remedio abſtineat, non poterit fœtus viuus edi in lucem, ſed cum matre omnino morietur, poterit ſanguinem minuere, & alia medicamenta adhibere, vt alterum è duobus ſaluetur P. Nau. lib. 2. c. 3. num. 142. & ſeq. & Sanch. vbi ſupra num. 14. & ſeqq. docet licitum eſſe pregnantis ijs medicinis vti, etiam cum probabili aborſus periculo, vbi omnino eius ſaluti ſunt neceſſaria, etiam vbi æquè ordinantur ad matris ſalutem, ac fœtus necem. Poteſt tamen ipſa mulier non ſumere, & præferre vitam fœtus propriæ vitæ.

10 Licitè occidis innocentem, à cuius tergo aggreſſor tuus ſemper manet, vt eo, velut quodam ſcuto te offendat, ſeq; defendat; ſi vel ille innocens pugnet, aut iuuet, quia ignorantes: aut ſi ceteri noxij aliter coerceri non poſſunt, & alioqui ſis ab aggreſſore occidendus Sot. de iuſt. lib. 5. q. 1. ar. 2. ad 1. Cord. vbi ſupra dub. 2. Silu bellum 1, 10. Vict. de iur. belli num. 38. P. Nau.

vbi ſupra

vbi ſupra num. 145. Non potes tamen impetere innocentem, vt illo ſublato, facilius ſuperes aduerſarium, ſed potes impetere aduerſarium, licet per accidens huiuſmodi innocentem occidas Cord. vbi ſupra Leſſ. dub. 6.

11 Fugientem cum rebus tibi furto ſublatis, ſi aliter eum deprehendere, aut res tuas recuperare nequis, potes ſagitta occidere, Sot. vbi ſupra Silu. excom 6. nu. 6. vers. 9. Negat Couar. vbi ſupra p. 3. parag. vn. num 6. vers. 9.

12 Inuadentem teneris fugere, cui id dedecus non eſt, vt Clerici, & religioſi Sot. vbi ſupra ar. 8. Nau. c. 15. num. 3. & 4. Pan. in c. Olim: 1. de reſt. ſpol. num. 17. Salon. 2. 2. q. 64. ar. 8 contr. 2. concl. 1. Si tamen non fugiat, non peccabit contra iuſtitiam, ſi occidat inuaſorem cum debito moderamine Iul. Clar. aſſerens de com. parag. homic num. 32. Leſſ. vbi ſupra dub. 8. num. 44. erit tamen irregularis ſecundum eos V. Sayr. de cenſur. lib. 6. c. 17. nu. 17. V. Irreg. ex defor. illic. num. 15.

13 Mater, aut nutrix recens infantulum in lectulo, ſi debitas adhibeat cautiones, ne ſuffocetur, ſi caſu accidat mors, non peccat, Cai. 2. 2. q. 64. ar 8. Nau. c. 15. num. 13. præſertim ſi implacabili ās infantis hoc exigit. ibidem.

14 Non licet tibi membrum abſcindere, aliquo minitante mortem, ſi id non facias: offerre tamen potes potius ſecandum Sot. lib. 5. q 1. ar. 7. & q. 2. ar. 1. & q. 6. ar. vlt. Sayr. vbi ſupra c. 9 num. 37. Licere aſſerit Leſſ. c. 9 dub. 14. num. 101.

15 Non teneris ad vitam prolongandam vti cibis optimis, ſed ſufficit, ſi communibus, & naturaliter productis Sot. vbi ſupra ar. 6. ad 1. Couar. 1. var. reſ. c. 2. nu. 10. Pan. in c. Si verò de iureiur. Arag. 2. 2. q. 64. ar. 9. ad 5. Nec teneris vt vitam ſerues, permittere membri abſciſſionem, aut ingentes cruciatus perferre Sot. vbi ſupra q. 2. ar. 1. concl. 3. Arag. loco cit.

16 Qui ex intentione, aut etiam aduertenter ſine tali intentione vitam notabiliter abbreuiat ieiunijs, vigilijs, abſtinentijs, & orationibus, mortaliter peccat. c. Non mediocriter de conſecr. d. 5. S. Tho. 2. 2. q. 147. ar. 1. & ibi Cai. Vict. de temp. num. 12. & de homic. num. 34. Nau. c. 15. num. 12. Si tamen id faciat, vt carnem ſpiritui ſubijciat; aut in pœnitentiam pro peccatis ſuis, licèt aduertat exceſſiſſe, ſi putat benefacere, peccat venialiter Cai. & Couar. vbi ſupra. Idem vbi ignorat nocumentum, ſecundum eoſdem, & P. Nau. lib. 3. c. 22. num. 88. V. Pan in c. Non eſt de regul. num. 3. & Sayr. cla. reg. lib. 7. c. 9. dub. 8.

17 Poteſt Vxor aſſiſtere viro ægroto, etiam cum periculo vitæ; etiam cum non eſt neceſſe aſſiſtere. Arag. vbi ſupra dub. 1. ad 5.

18 Dans inſtrumentum, quo credat, aut credere debeat alium occidendum mortaliter peccat Nau. c. 17. num. 63. Roder. lib. 1. c. 154. num. 7. Diana p. 4. trac. 2. reſol. 11. vbi alios refert, & eſt irregularis. Niſi alius illi minetur mortem, niſi det, Arag. 2. 2. q. 62. ar 5. Et quotieſcumq; iuſta cauſa damnis proportionata viget. Sanch. in ſum. lib. 1. c. 2. num. 18.

19 Licitè conculcas puerum in via, ſi dum fugis in equo, aliter mortē euadere non poteras, nec præuidiſti periculum innocentis: aut ſaltem putabas bona fide te euitaturum Azor. p. 3. lib. 2. c. 3. q. 18. & ſic intelligendi Cord. lib. 1. qq q. 38. dub. 2. & 3. Sanch. de matr. lib. 7. diſp. 96. num. 15. Duard. in B. ll. cœ. can. 7. q. 36. à num. 44. contrarium docentes.

HONOR.

V. Dominium.

HOnorem, & laudem appetere ſolum, quia debentur, non eſt peccatum Nau. c. Inter verba concl. 5. nu. 46.

I

Ieiunium. *V. Diſpenſatio.*

1 IEiunium duplex naturale, & Eccleſiaſticum. Naturale, eſt per- Eeee fecta

fecta abſtinentia à cibo, potu, medicina. Eccleſiaſticum, eſt voluntaria abſtinentia à cibo, iuxta Eccleſiæ ritum Tolet. lib. 6. c. 8.

2 Ieiunium Vigiliæ Pentecoſtes eſt de præcepto ob generalem Eccleſiæ conſuetudinem Silu. ver. Ieiunium num. 5. Caiet. eo. parag. Dies ieiunij, & 2. 2. q. 147. art. 5. Gloſſa in c. Noſſe, diſt. 76 Nau. de obſeru. ieiunij conſ. 2. in nou. Azor. p. 1. lib. 7. c. 24. in fi. Leſſ. lib. 4. c. 2. dub. 9. num. 67. licèt Ang. ver. ieiunium num. 7. dicat verius videri, quòd ſit de præcepto, per c. De ieiunio diſt. 76. Verè tamen ex tota illa diſt. id non colligitur, ſed potius contrarium.

3 Tenetur quis ad ieiunia loci vbi reperitur Pan. in c. Conſilium de obſer. ieiun. num. 6. Nau. c. 23. num. 15. & c. 23. num. 149 idem affirmans de feſtis, quod Tolet. lib. 6. c. 5. in fi. limitat, niſi ibi ſit per modum tranſeuntis. Nunc tamen voluit S. Ant. p. 2. tit. 6. c. 2. parag. 2. & Silu. ver. ieiunium q. a teneri ad ieiunia patriæ ſuæ. Sed Nau. vbi ſupra Pan. in c. A nobis 1. de ſent. exc. num. 11. & ibi Felin, Couar. 4. var. res. c. 20. & alij, quos refert, & ſequitur Sanch. aſſerens de com. lib. 3. de matrim. diſp. 18. num. 18. Leſſ. lib. 4. c. 2. dub. 8. id negant Azor. verò p. 2. lib. 1 c. 26. q. 9. docet, quod ſi talis exit è patria citò rediturus, tenetur ad ieiunia, & conſuetudines patriæ ſuæ: Si verò per modum tranſitus, & hoſpitij, non tenetur ad ciborum delectum eius loci, nec ibi Sacrum audire. Ego ſententiam Sanchez tamquã veriorem approbo; quia huiuſmodi leges, & conſuetudines reſpiciunt per ſe, & directè territorium, ac illius mores; & ideo ſubditos non afficiunt, niſi dum ibi exiſtunt. Niſi eodem leges obligent in proprio domicilio num. 38. aut niſi ſint leges iuris com. vſu contrario abrogatæ in proprio domicilio: ad has enim tenentur vbi ſeruantur num. 39. V. Barbos. ad d. c. Conſilium.

4 Vagi tenentur ad ieiunia, & leges loci, vbi reperiuntur, cum nullum habeant domicilium Sanchez in ſum. lib. 1. c. 12. num. 28.

5 Fumus non ſoluit ieiunium S. Tho. 2. 2. q. 174. ar. 6. ad 2. Pan. rubr. de obſer. ieiun. Etiam ſi ſumatur ad ſuſtentationem, idq; quauis hora Nau. c. 21. num. 13. & poteſt aliquid comedi, ne noceat potus Bl. Med. lib. 1. c. 14. parag. 10. Silu. vbi ſupra num. 9. Nec ſoluunt ieiunium ea quæ principaliter ordinata ſunt non ad ſuſtentationem, vt electuaria, etiam ſi ſumatur ex gula Silu. vbi ſupra num. 3. & 10. Niſi ſumantur ex magna quantitate per modum cibi Pitanell. ver. ieiunium parag. 9. S. Ant. vbi ſupra parag. 9. licet Nau. vbi ſupra, Tolet. lib. 6. c. 1. dicant electuaria ſoluere ieiunium, niſi ſumantur per modum medicinæ.

6 Licitum eſt ad ſitim ſedandam, ſumere etiam pluries de illis fructibus, qui magis habent rationem potus, quàm cibi, vt ſunt mala Maſſilica, Medica, &c. Vel etiam de alijs fructibus craſſioribus, dummodo ſuccus tantum exprimatur, Paſqualigus de ieiunio decis. 135. omnino in hac materia conſulendus. Edidit enim opus planè aureum, Doctoris dignitatem ſuſtinens, non ſcribæ morem ſectans.

7 Non ſoluit ieiunium, qui parans cibos prægustat. Pan. Silu. & Nau. vbi ſupra & com.

8 Licitum eſt ientaculum veſpertinum etiam largius ſecundum conſuetudinem patriæ. licet etiam edere panem cum fructibus etiam ad ſuſtentationem Nau. & Tol. vbi ſupra. fusè Silu. ver. ieiunium num. 10. Et nihil refert quid quiſque ſumat, ſi modum non excedit Cai. in ſum. ver. ieiunium c. 1. in fi. Non excedit autem, qui quatuor vncias panis, & paucos fructus etiam diuerſi generis ſumit: habenda tamen ratio regionis, conſuetudinis toleratæ, complexionis, &c. & laboris Azor. p. 1. lib. 7. c. 8. q. 8. Excedit verò, qui notabiliter plus ſumit quarta parte cœnæ, quæ ſufficiunt ad ordinariam cœnam Reginal. lib. 4. c. 14. num. 185.

9 Non eſt mortale manè ſumere ientaculum, & ſerò cænare, etiam ſine rationabili cauſa, Tolet. vbi ſupra Leſſ. lib. 4. c. 2. num. 11. Sine cauſa non licere, volunt Nau. vbi ſupra num. 14. Cai. 2. 2. q. 146. ar. 6. & in ſum. ver. ieiunium c. 1. & alij. hæc tutior; prior tamen probabilis, modò

refecti-

refectiuncula illa ſumatur ad meridiem, vel ſub meridiem Reginal. vbi ſupra num. 186. & mutatio illa fiat cum cauſa, & ſuperioris auctoritate Azor. vbi ſupra q. 6.

10 Si vigilia alicuius Sancti incidat in aliquod feſtum ſolemne, poteſt ieiunium priori die explicari Ang. ver. ieiunium parag. 11. Silu eo q. 7. Cai. eo. c 3. in fi. Panorm. de obſeru. ieiun. num. 10. & in c. Conſilium eo. tit. in princ. not. 2. Qui licèt placeat faciendum eſſe cum Epiſcopi licentia, non tamen dicit eſſe neceſſarium. Ampliant hoc alij ad ieiunium ex voto: qui ſi vouiſti ieiunare vigiliam alicuius ſancti, ſi hæc incidat in diem dominicam, potes ſabbato ieiunare Sanchez in ſum. lib. 4. c. 37. num. 18. V. ver. Votum num. 65.

11 Si Vigilia S. Io. Baptiſtæ incidat in feſto Corporis Chriſti, ieiunandum pridie eius diei, Leo X. vt teſtatur Nau in man. c. 21. num. 11. & nouiſſimè idem decreuit Vrbanus VIII. an. 1638. 13. octob.

12 In ieiunijs extra quadrageſimam licita ſunt oua, & lacticinia, niſi aliud habeat conſuetudo S. Tho. 2. 2. q. 147. ar. 6. ad 3. Silu. vbi ſupra num. 15. B. med parag. 19. cit. Nau. vbi ſupra nu. 15. Azor. p. 1. lib. 7. c. 10. q. 1. Intellige de ieiunijs Eccleſiæ, Nam in his, quæ in pœnitentiam indicuntur à Confeſſario, ſemper licita ſunt oua, & lacticinia. Silu. ibidem.

13. Iter faciens per loca hæreticorum non poteſt ieiunij tempore veſci carnibus, ſi alij cibi ſuppetant; aut ſi hæretici carnes offerant in contemptum Eccleſiæ. Leſſ. lib. 4. c. 2. dub. 5. in fi.

14 Non peccant, qui famulis nolentibus ieiunare cœnam dant, neque qui cibos vendunt violaturis ieiunium, vt Caupones; niſi ea intentione vendant, vt violent. Roder. in ſum. lib. 1. c. 23. num. 4. & ſeq. Contrarium aſſerunt Nau. c. 21. nu. 26. Tolet. lib. 4. c. 5. Azor. p. 1. lib. 7. c. 10. q. 12. quia cooperantur alieno peccato. Niſi putent illos non teneri ad ieiunium, eò quòd ſunt iter facientes, &c. Immo ſecundum eundem Nau. de obſeru. ieiun. conſ. 3. debet Dominus negare cœnam famulis valentibus ieiunare, licet inde reputetur auarus. V. Sanchez in ſum. lib. 1. c. 7. num. 34. & ſeq.

15 Qui in die ieiunij ſemel tantum comedendo, tantum cibi accipiunt ad ingluuiem vſq; vt nullam carnis afflictionem ſentiant, an Eccleſiæ præcepto ſatisfaciant in vtramq; partem diſputat, & in negatiuam magis inclinat Couar. 4. var. reſ. c. 21. num. 11. parag. Ceterum. At Sanchez in ſum. lib. 1. c. 14. num. 4. contrarium docet, quia præceptum implet quoad ſubſtantiam actus, quod ſatis eſt, licet contra intentionem legis agat, quæ eſt vitam hominis componere, & carnem macerare.

16 Inuitare ex cauſa vrbanitatis, aut hoſpitalitatis paratum cœnare, non eſt mortale Cai. 2. 2. q. 147. ar. 4. Nau. c. 20. num. 24. Id tamen alij negant; quia nemo inuitari poteſt ad id, quod ſine peccato præſtare nequit Azor. vbi ſupra q. 12. Leſſ. lib. 4. c. 2. num. 20.

17 Ad ieiunia regularia tenentur profeſſi etiam ante vigeſimum primum annum Silu. ver. ieiunium q. 6. vers. 1. Azor. alios referens p. 1. lib. 7. c. 17. q. 3. vbi aſſerit falſam eſſe opinionem B. Med. qui parag. cit. contrarium docuit.

18 Non ieiunans bona fide, & ſine fraude, credens iuſtam ſibi eſſe cauſam non ieiunandi, non peccat ſaltem mortaliter Nau. c. 20. num. 20. S. Ant. p. 2. tit. 6. c. 2. parag. 2. Cai. 2. 2. q. 147. ar. 3. & in ſum. ver. ieiunium c. 3. parag. ex pietate Siul q. 8 vers 1. Leſſ. vbi ſupra dub. 5. nu. 34. Azor. c. 19. q. 6. Valent. to. 3. diſp. 9. q. 2. p. 5. & com.

19 Qui poteſt veſci carnibus non ideo liberatur à ieiunio Nau num. 22. Io. Med. de ieiunio q. 5. dub. 1. in fi. Contrarium docent Cai. vbi ſupra ar. 8. B. Med. vbi ſupra Azor. c. 10. q. 3. Tolet lib. 6. c. 3. quod limitant Roder. in ſum c. 24. concl. 7. Cord. in ſum. q. 137. Leſſ. dub. 6. in fi. ſi ratione debilitatis naturæ, vel corroborationis conceſſum ſit, non autem ſi quis à piſcibus abhorret, vel putantur nocituri cibi quadrageſimales; tunc enim teneri ieiunare.

20 Sæpius comedens in die ieiunij peccat toties quoties ſecundum Io. Med de

 ieiun,

ieiuni trac. 4. q. de ſum. refect. Couar. 4 var. reſ. c. 29. num. 1 ;. Verius tamen alij docent non peccare ſaltem mort. niſi in ſecunda refectione, niſi adſit nouus contemptus ſic S. Ant. vbi ſupra parag 9 Silu: num. 21. Ang parag 22. Cai ar. 8 cu. Leſſ d. ib. 9 Nau. c. 21. num. 14. Azor. c. 9 q. 2. Tolet. lib. 6. c. 3. num. 5. Comedens cibos vetitos peccat toties, quoties. Nau. num. 15. & alij cit.

21 Finito prandio iterum ex cauſa comedere, v.g. aliquo aduentante, non ſoluit ieiunium Azor. vbi ſupra c. 29. q. 1. B. Med. relato Vict lib. 1 ſum. c. 14. parag 10

22 Qui neſciens eſſe ieiunium mane comedit, tenetur aliquo diei tempore ieiunare Nau. vbi ſupra num. 26 Silu. q. 7 verſ. 2 Leſſ. vbi ſupra num 19.

23 Mortaliter peccat cogens famulos ſine neceſſitate ad opera non ferentia ieiunium Caiet. vbi ſupra ar. 4 Nau. num. 27 verſ. 8 Tolet. c. 5 verſ. 1 Non peccat famulus, vel ancilla menſam ſternens, parans, & miniſtrans cibos Domino nolenti ieiunare, quia munere ſuo fungitur: Nec paret Domino rem non per ſe malam imperanti, ſed indifferentem. Azor. p. 1 lib. 7. c. 20. q. 11.

24 Etiam die dominico licet ex cauſa iuſta ieiunare, modò ſine ſcandalo, Silu. vbi ſupra num. 6 Nau. loco cit. Ang. ver. ieiunium parag. 23 Io. Med. de ieiun. q 10 Adde, modo non ex aliquo errore, aut contumacia, quaſi improbando Eccleſiæ conſuetudinem Sanch. in ſum. lib. 2 c. 37 num. 12 Azor. p. 1 lib. 7 c. 27 q. vlt. & alij. V. S. Tho. 2 2 q. 147 ar. 5 ad 3 & ſupra verſ. Votum num. 69

25 Puero ante vſum rationis poſſunt dari carnes in die ieiunij Cai. 2 2 q. 147 ar. 8 Roder. lib. 1 c. 13 concl. 1 Cord. in ſum. q. 60 Azor. c. 17 q. 3 Negat Tolet. lib. 6 c. 3 num. 4 Sed verior prima ſententia, quam alios referens ſuſtinet Sanchez in ſum. lib. 1 c. 12 num. 9 quia hi nullis legibus aſtringuntur, qua ratione nu. 16 docet poſſe miniſtrari amentibus, præcipuè ſi perpetui ſint.

26 Ieiunia laicorum ab Eccleſia non præcepta non obligant Clericos, nec Clericorum Excuſant Regulares, Silu. ver. ieiunium q. 2 verſ. 1. S. Ant. p. 2 lib. 6 c. 2 parag. 2 Azor. c. 30 q. 2 V. Votum num. 49

27 Excuſantur à ieiunijs primo minores viginti vno annis completis S. Tho vbi ſupra ar. 4 Pan rubr. de obſer. ieiun. num. 7 & com. Etiam ſi facta ſufficienti diligentia adhuc dubitet an expleuerit Sanch de matr. lib. 2 diſp. 41 num. 31 Secundo Senes poſt 70 an. Silu. vbi ſupra num. 15 Azor. c. 28 q. 4. Alij tamen docent nullam eſſe determinatam ætatem, cum alij alijs citius fiant impotentes: communiter tamen ſexagenarios non teneri Cai. in ſum. ver. ieiunium c. 3 Armill eo num. 3 B. Med. vbi ſupra Nau. c. 21 num. 15 Sanch. vbi ſupra lib. 7 diſp. 32 num. 17 & Pius V. vt refert Graff. de arbitr. confeſſ. lib. 2 c. 27 num. 12. declarauit viuæ vocis oraculo ſexagenarios non teneri ad ieiunia Eccleſiæ. Tertio Grauidæ, & lactantes Caiet. ar. 4 cit. & cō. nō tamē poſſunt comedere carnes niſi timeatur nocumētū fœtus. &c. Diana to 4. trac. 4. reſol. 126. Quarto Debiles iudicio medici timorati Quinto Non habētes cibū ab iuſtū prandiū Sexto Concionatores, Docentes ex debito, qui munus ſuum præſtantes, ſimul commodè ieiunium ſeruare non poſſunt Azor. vbi ſupra c. 29. q. 1 Et qui alioqui notabile damnum incurrerent Septimo Excuſat etiam maius bonum, vt opus miſericordiæ, peregrinatio vtilior ieiunio, aut præcepta, aut ex voto, quæ differri nequit Silu. vbi ſupra q. 9 Cai. loco cit. Octauo Audientes confeſſiones, ſi id facere non poſſunt ieiunantes Nau. vbi ſupra num. 16. Nono Artificium laborioſum Silu. vbi ſupra verſ. 2 aſſerens ſic conceſſiſſe Eug. 4. Decimo Officium Curſorum, ſi id exigit ſuum currere præteritum, aut futurum Silu. vbi ſupra verſ. 3. Vndecimo Itinerantes etiam animi gratia, vt ad videndam amicam, & ludentes, ſi ex his redduntur inhabiles ad ieiunium, quamuis peccauerint mort. id aggrediendo B. Med. vbi ſupra, ſi præuidere potuerunt inde futurum impedimentum ieiunio Roder. 1 c. 15 concl. 9 Azor. p. 1 lib. 7. c. 17 in fi. V. Sanchez in ſum. lib. 3 c. 15. *Duodecimo* Muliones

Aga.

Digitized by Google

Agaſones, & toto die pedibus iter agentes ſi neceſſitate iter ſuſcipiant, nec in alium diem commodè differre queunt, excuſantur à ieiunio S. Tho. 2.2. q. 147. ar. 4 ad 3. Azor. p. 1. lib. 7. c 18 q 9.

28 Sartores & qui veſtes faciunt; & huiuſmodi artifices non excuſantur Tolet. lib. 6. c. 4. vers Secunda cauſa Leſſ. lib 4. cit. num. 43. qui tamen videtur Sutores excuſare, quod eorum ars ſit laborioſa, vt etiam excuſant Ledeſm. in 4. p. 2. q. 17. & Azor c. 17. cit. qui præterea excuſat argentarios, aurifices, textores, pelliones, fullones, lanarios, cementarios, & funarios per declarationem Eugen. 4 Non verò ſartores, pictores, barbitonſores, & Aduocatos, Scolaſticos, & Scribas? An qui in die ieiunij ex priuilegio poteſt comedere oua, & lacticinia, poſſit etiam ſimul veſci piſcibus, Duas opiniones refert Azor. p 1. lib. 7. c. 10. q. 5. Ipſe affirmatiuam tamq; probabiliorem amplectitur.

29 Excuſat cauſa reddendi debitum coniugi & Vxorem, ne diſpliceat ob macilentiam, aut pallorem, Cai. in ſum ver. ieiunium c. 3. & 2. 2. q. 147. ar. 3. aut vt viri odium, aut ſcandalum vitet. Silu. vbi ſupra num. 25. Nau c. 21. num 19. Panor. rubr. de obſer. ieiun. num. 8. Cai. d. ar. 3. Niſi fortè maritus hæreticus id faceret in contemptum Eccleſiæ Leſſ vbi ſupra num. 47. Excuſatur etiam fœmina nubilis, ſi ex ieiunio deformis efficiatur, quò multò difficilius nubet Sanch. de matr. lib. 9. diſp. 3. num. 12.

30 In dubio an poſſis ieiunare, conſulendus Medicus, aut Confeſſarius; aut petenda diſpenſatio ab Epiſcopo, vel Parocho, Silu. vbi ſupra num. 20. Nau. c. 21. num. 20

31 Natiuitate Chriſti incidente in ſexta feria non poteſt veſci carnibus qui voto, aut regula impeditur, c. fi. de obſer. ieiun. vbi Archar. & Pan. Sayr. cla. reg. lib. 8. c 8. dub. 4. Sanchez in ſum. lib. 4. c. 11. à num. 59. Azor. p. 1. lib. 7. c. 15. q. 3. in fi. V. verb. Votum num. 64.

32 Poteſt in ieiunio ex cauſa diſpenſare Parochus abſente Epiſcopo, & circa Regulares proprius Prælatus Nau. vbi ſupra num. 16. Cai. c 3 cit.

33 Diſpenſatio ad comedendum oua in die ieiunij extenditur ad lacticinia Sanchez de matr. lib. 8. diſp 1 in fi. Sed non ad carnes Silu. ver. ieiunium num. 16.

34 Priuilegiatus vt poſſit comedere, oua, & lacticinia tempore ieiunij, non poteſt eiſdem veſci diebus ieiunij indicti per Iubilæum, ſi eius per tres leges ſpontè ſenſerit Nau. de obſer. ieiun. cons 1. contra B. Med in ſum lib 1. c. 14 parag. 10 Seruanda conſuetudo regionis, & populi Azor. p. 1. lib. 7. c 10. q. 2. Amplia etiã in adoleſcente, hic enim tenetur ieiunare, ſi iubilæum conſequi vult Azor. vbi ſupra c 17 q. 3.

35 Anticipans notabiliter conſuetam horam prandij ſine iuſta cauſa peccat mortaliter S. Ant. p 2 tit 6. c 2 parag 10. Silu vbi ſupra num. 13. Cai 2. 2. q. 147. ar. 7. Couar. 4. var. res. c. 10 num 14. in fi. Nau. vbi ſupra num 26. licet Ang ver. ieiunium parag. 2. Tolet vbi ſupra c. 3. Leſſ c. 2. cit. dub. 1. alios referens contrarium doceant Anticipat autem notabiliter, qui per horam integram: qui verò per ſemihoram, venialiter peccat Azor. p. 1. lib. 7. c. 8. q. 4.

36 In ieiunijs iniunctis ab vno Confeſſore poteſt alter etiam æqualis diſpenſare S. Ant. vbi ſupra in princ. Silu. num. 19. in fi.

37 Epiſcopus poteſt ex cauſa transferre vigiliam in alium diem Caiet. ver. ieiunium c. 2. in fi. Ang. vbi ſupra parag. 1. Azor. c. 29 q. 5.

38 Dies ieiuniorum incipiunt à media nocte præcedente ad mediam noctem ſequentem Nau vbi ſupra num. 12. Silu. q 10. vers 3. Tolet. lib. 6. c. 1. Azor. c. 26. in fi.

IMPOSSIBILE dicitur iuridice, quod non poteſt fieri iuſtè c. Sanè 1 24. q 2. aut honeſtè, c. Faciat homo 22. q 1. aut commodè, c. Catinenſis Eccleſia diſt 61. & quod non ſine magna difficultate, Silu. ſelt. 5. q 4. & quod non ſine diſpenſatione Pan. in c. Quod Dei, de ſtatu mon. num 8. quando videlicet Princeps diſpenſare non ſolet, vt multis probat Monet. de commut. vlt. vol c. 4. num. 248.

Digitized by Google

248. Et quod per auxilium extraordinarium aliquando fit. Innoc. in c. Paſtoralis de cauſa poſſeſſ. Mandos. in reg. 32. q. 32. num. 12. & quod alius a Principe facere non poteſt Bald. in c. Niſi ſpecialis num. 11. de off. lega. Et quod eſt contra bonos mores, glo. in c. Ad audientiam, ver. habere non poteſt, de ſponſal. V. Barbos. ad c. Nemo poteſt de reg. iur. in 6.

INDIGNATIO nolentis audire, vel videre eum, cui iraſcitur, communiter eſt venialis, Silu. & Ang ver. indignatio, niſi ratione ſcandali, vt quia denegat loqui, vel reſpondere in caſu, cum tenetur de præcepto, ſecundum eoſdem.

INFAMIA.

V. Reſtitutio. Confeſſor.

1 INfamia eſt læſæ dignitatis qualitas, vita, & moribus reprobata Silu. ver. infamia.

2 Triplex eſt infamia, facti, Iuris ciuilis, & Iuris canonici. Infamia facti prouenit ex communi bonorum, & grauium virorum opinione ob factum, &c. & incurritur aliquando à crimine, vt proxima cauſa: aliquando ab alio quia v. g. repulſus fuit à teſtamento, vel filius verbis turpibus fuit inſtitutus; & generaliter quoties apud bonos infamatur quis ex facto: & hic repellitur à Dignitatibus c. Infamibus de reg. iur. in 6. & à teſtimonio in criminalibus Pan. in c. Teſtimonium de teſtib. Et ab ordinibus c. Omnipotens Deus, de accus. & promotum ſuſpendit c. Super eo de elect. Tollitur autem per contrarium factum Pan. in c. Ex diligenti de ſimo. num. 6.

3 Infamia iuris ciuilis incurritur multis modis, quos vide apud Silu. vbi ſupra q. 5.

4 Infamiam iuris canonici incurrunt Vſurarij publici, & exigentes vſuras vſurarum; & qui contrahunt cum duabus ſimul; & Mimi, ioculatores, hiſtriones, & alij multi, qui numerantur c. Infames 3. q. 7. & c. Infames 6. q. 1. Et qui ſuis culpis ad ordines promoueri non poſſunt, c. Omnes 1. 6 q. 1.

5 Non efficitur quis infamis confeſſione delicti in iudicio, niſi ſit condemnatus; non enim confeſſus habetur pro condemnato Pan. in c. At ſi Clerici, de iudic. num. 27. Ang. ver. infamia parag. 6. Silu. eo q. 7. Secus de conuicto c. 1. de except.

6 Non fit infamis qui litigat per procuratorem, ſi condemnetur, glo. in c. Cum te, de re iud. ver infamia Silu. & Ang. vbi ſupra. Intellige de infamia iuris: nam ita condemnatus non effugit infamiam facti, glo. in l. furti parag. Si quis alieno ff. de his, qui not. infam. Felin. in d. c. Cum te num. 2.

7 Infamia iuris tollit ordinis executionem, & repellit etiam à promouendo, Pan. in c. Licet Heli, de ſimon. num. 19. Silu. vbi ſupra q. 10. Diſpenſat autem ſolus Papa directè; indirectè verò Epiſcopus, vt cum diſpenſat in caſibus ſibi à iure permiſſis v. g. in adulterio, Silu. vbi ſupra q. 11. Amplia etiam circa regulares: hi enim ſi iuris infamiam contraham, vt ſi de crimine nefando condemnati ſunt, promoueri non poſſunt, nec in ſuſceptis miniſtrare ſine ſum. Pont. diſpenſatione Roder de regul. to. 1. q. 24. ar. 6. Miranda man. Præl. pa 2. q. 8. ar. 5.

8 Suſpicans de depoſitione, ſi ante ſententiam reſignet, euitat infamiam. Pan. vbi ſupra.

6 Cũ infami de facto, ideſt ob notoriũ crimen graue diſpenſat Epiſcopus, ſufficit etiam pœnitentia, & vitæ emendatio Nau. c. 25. num. 77. id tamen an verè ſufficiat, vide Pan. in c. Teſtimonium de teſtib. num. 1.

INFI-

INFIDELIS.

V. Bellum. Iudæus.

1. DAns, aut vendens infideli, quæ ſeruiunt ad vſum ſuorum ſacrificiorum peccat mort. Cai. in ſum ver. infidelitas. S. Tho. 22. q. 169. ar. 2. ad. 4. Secus, ſi alia det non ad malum finem Silu. ver. infidelitas q. 4. Nau. de Iudæ. cons. 2. etiam ſi talibus illi abutantur. ibid.

2. Infidelis peccans contra legem naturæ, & contra ius Diuinum, poteſt per Iudicem Eccleſiaſticum puniri Io. And. & com. in c. Gaudemus, de diuort. Ang. vſura 2. ſparag. 14. Silu. vſura 9. q. 22.

3. Tradens infideli timore mortis libros Sacros ad comburendum, mortaliter peccat S. Aug. epiſt. 164. & 171.

4. An liceat Principibus Chriſtianis bellum inferre Infidelibus propter infidelitatem, & alia peccata. vide Molin. de iuſt. trac. 2. diſp. 106.

INFIRMVS.

V. Eleemoſyna. Homicidium.

1 NOn eſt condemnādus de mortali, qui pharmaco vti non vult, cum vix eſſe poſſit certitudo perid recuperandam ſanitatem. Vict. de temp. n. 1.

2 Aeger, qui ſine ſummo labore, & quaſi cruciatu edere non poteſt, excuſatur à mortali non comedendo, præſertim ſi ſit exigua ſpes vitæ, reputatur enim quædā impoſſibilitas Vict. vbis.

3 Poteſt fœmina præferre pudicitiam medicinæ, v. g. nolle oſtendere Medico pudenda, neglecta ſanitate Nau. in c. Si cui de pœnit. diſt. 1. n. 13. Nemo enim tenetur admittere curationem, à qua non minus abhorret, quàm ab ipſo morbo, vel morte Leſſ. lib. 4. c. 3. dub. 8.

4 Licet recuſare medicinam ob animæ vtilitatem, ſi non eſt mortis periculum Nau. vbis.

INGRATITVDO ex contemptu beneficij ex genere ſuo eſt mortalis, niſi beneficium ſit minimum. S. Tho. 22. q. 107. ar. 3. Cai. ver. ingratitudo.

INIVRIA.

V. Homicidium. Infamia. Reſtitutio.

1 ETiam Clericis licet, ſi opus ſit repellere iniuriam percutiendo Silu. ver iniuria, q. 4. Ang. eo parag. 5.

2 Non tenetur quis remittere ſatisfactionē iniuriæ. ſed tantū rancorem animi rancorem. S. Tho. 2. 2. q. 25. ar. 9. Pan in c. 1. de malef. n. 7. & in capitulo conqueſtus de foro comp. n. 3. glo. in c. Si quis contriſtatus diſt. 90. & in c. Prælatis de homic. ver. emendam. Nec abſolutio neganda eſt iniuriam paſſo ob id ſolum, quod nolit aduerſarium alloqui, ſi ceſſet ſcandalum. Nau. de pœnit. & remiſ. cons. 5. n. 4. Cai. 2. 2. q. 25. ar. 9. Nec tenetur remittere proſecutionē iniuriæ, modò non ad vindictā faciat, ſed bono fine, ſcilicet vt ille reprimatur à malis, in quibus aſſueſceret, ſi non puniretur. vel vt alij à malo abſtineant Abulen. in c. 42. Geneſ. q. 2. & in c. 6. Matt. q. 115. tenentur n. nolle vindictam priuatam, nec publicam, niſi quando bonum publicum, aut recta ratio aliud poſtulat. Leſſ. lib. 2. c. 37. dub. 4. n. 19. Intellige quando inimicus petit reconciliationem ex animo, non fictè, ſaltem fortè ſecundum Abul. vbis V. Silu. ver. charitas q. 6.

3 Cum actio iniuriæ ſi pertinet ad Superiorem, vt Maritum, Patrem, Dominum, Prælatum, ſubditus remittere non poteſt Nau. c. 14. n. 25.

4 Si duo ſe inuicem offendunt æqualiter, debet prior petere reconciliationem, alioqui qui grauius, offendit Nau cit.

5 Licet vti improperio, aut verberibus cauſa correctionis S. Tho. 2. 2. q. 72. ar. 2. ad 2. Sot. de iuſt. lib. 5. q. 9. ar. 2. concl. 2.

concl. 2.

6 Contumelia inter mulierculas, & homines infimæ ſortis nō ſemper eſt mortalis, cùm illis non ſoleat adhiberi fides, Sot. vbis.

7 Contumelia eſt grauior detractione S. Tho. 2. 2. q. 73. ar. 3. ad 2. Vtraq; verò grauior eſt ſuſurratio, quia læditur amicitia S. Tho. q. 74. ar. 2.

8 Collegium regulare poteſt remittere iniuriam factã ſuo monacho, etiam eo nolente. Secus eſt de collegio Clericorum Sæcularium, glo. in c. Parochianos de ſent. exc. ver. in Monachos, Nau. in c. Vulgaris de pœnit. d. 1. n. 2. Solus igitur Superior, aut Prælatus ſæcularis remittere non poteſt iniuriã ſubdito factã, pertinet n. ad ipſum iniuriarum, quando iniuria ipſum ſolum tangit, non Eccleſiam, alàs ad Eccleſiam offenſam, ſicut pertinet actio iniuriarum ita, & remiſſio. Anchar. citato Innoc. in c. Contingit 1. de ſent. exc. Prælatus verò regularis an ſolus poſſit remittere, non ſatis conſtat. nam Doct. communiter dicunt ad Abbatem quidem ſpectare, ſed non explicant, an cum conſenſu Monaſterij, Sic multis cit. Sanchez in ſum. lib. 6. c. 12. n. 6. At Farinac. alios referens in pract. crim. to. 1. de accus. q. 13. n. 26. docet ad ſuperiorem, & Monaſterium coniunctim ſpectare. V. ſupra ver. Religio de vor obed. n. 50. & Farinac. conſ. 30. n. 27. Nau. de regul. com. 2. n. 65. Boich. ad cit. c. Parochianos n. 3. Felin. in c. Cum dilecta de reſcrip. n. 15. Ricc. decis. 80. n. 4. & alios quos refert, & ſequitur Barbos. ad. c. Cum deſideres n. 10. de ſent. exc.

9 Non tenetur quis ſemper ferre contumeliam ad reprimendam audaciam; aut ne alioqui aliorum profectus impediatur S. Tho. 2. 2. q. 72. ar. 3. Sil. ver. contumelia q. 6. Sot. vbis.

10 Non facit iniuriam, qui vocat ſ furem, aut homicidium eum, qui talis eſt, animo accuſandi, aut denunciandi, aut vt à teſtimonio, aut beneficio repellat: vtitur enim iure ſuo Ang. ver. iniuria parag. 1. Sil. eo. q. 2. Quæ dicatur iniuria grauis leuis enormis V. Silu. abſol. 4. initio.

INSIGNIA poteſt quiſq; ſumere quæ velit, modò id fiat ſine alterius præiudicio. Pan. in c. Dilecta de exceſſ. Ptæl. n. 4. & ſeq. Silu. ver. Inſignia. Ang. eo. parag 1.

IVDAEVS

V. Peccatum.

1 NOn licet Chriſtiano cum Iudæo in balneo eſſe c. Nullus 28 q. 1. Intellige quando Chriſtianus ſimul accederet cum Iudæo, vel propter Iudæum: eſſet enim tunc acceſſus ex cauſa familiaritatis, quæ propriè hic interdicitur. Secus ſi neceſſitas cogat, vt cauſa infirmitatis, aut etiam cauſa ſolius recreationis, dummodo catholicus non accedat cum iudæo, vel propter Iudæum, nec in eo balneo familiarem ſe exhibeat Barbos, alios referens ad cit. c. Nullus. Item non licet cũ Iudæo cohabitare, nec eo medico vti, c. Nullus cit. Hoc vltimum intellige citra neceſſitatem, quando vel adeſt alius medicus, & æquè peritus pro illa infirmitate Silu. ver. Iudæus n. 2. vers 4. Ang. eo n. 4. Sanchez in ſum. p. 1. lib. 2. c. 31. n. 8. qui id etiam concedit in primo caſu, ſi neceſſitas cogat.

2 Licet emere à Iudæis medicinas præparatas, modo Iudæus illam ægro non exhibeat; & à Iudæo donatam accipere; & è contra licet Chriſtiano vendere & donare medicinam Iudæis, ſed non exhibere, niſi cauſa pietatis Sanchez. vbis n. 9. & ſeq.

3 Iudæorum azima etiam ſeorſim comedere, mortale eſt, c. Nullus cit. quo id prohibetur laicis ſub pœna excommunicationis, & Clericis ſub pœna depoſitionis Silu. vbis. vers. 3. Arg. eo parag. 1. qui limitant dicta in duobus caſibus, Primò quãdo quis illis prædicat, & alij cibi non habentur Secũdò in neceſſitate, & comeditur non vt azima, ſed vt ſimplex panis. V. Caiet. ver. Iudæorum conuerſatio.

4 Ceſſante periculo, non eſt mortale conuerſari cum Iudæis in rebus prohibitis

S. Tho.

S. Tho. 2. 2. q. 10. ar. 9. Silu. tamen vbi ſupra q. 2. dicto 5. Ang. eo. num. 8. & alij volunt eſſe mortale, & concedit Sanchez vbi ſupra num. 26 in ijs caſibus, quæ quaſi continuam conuerſationem, aut nimiam familiaritatem inducunt: vt cohabitare, famulari illis domeſticè in quibuſdam miniſterijs, eos in publicis officijs tolerare iuxta c. Nullus diſt. 54. & c. Cum ſit. & c. Ex ſpeciali de Iudæ. & præficiens eſt ſacrilegus, & excommunicandus c. Conſtituit 17. q. 4. in fi. Poteſt tamen Rex ſuos redditus Iudæis vendere, modò deputetur Chriſtianus ad eoſdem redditus exigendos Barbos. ad d. c. Ex ſpeciali. In reliquis verò ſecus; niſi adſit contemptus, aut ſubuerſionis periculum. Arag. verò 2. 2. q. 12. ar. 9. Excuſat à mortali, niſi adſit periculum ſubuerſionis ob nimiam familiaritatem: aut niſi fidei dignitati derogetur. Nec poteſt Epiſcopus diſpenſare, vt fidelis cum Iudæo in prohibitis communicet, ſed ſolus Papa. ſic multi, quos refert, & ſequitur Sanchez vbi ſupra num. 29. & docet Pan. in c. Sicut de Iudæ.

5 Peccat mort. Chriſtianus Iudæum ad ſua conuiuia recipiens, aut eius conuiuijs intereſſens c. Omnes 28. q. 1. vbi Vgo, quem refert, & ſequitur Ang. vbi ſupra dicit id verum eſſe, quando illi cibos diſcernunt. ſic etiam Azor. p. 1. lib. 8. c. 21. q. 3. At Silu. vbi ſupra vers. 2. alios referens, docet ſimpliciter eſſe prohibitum etiam vbi Iudæi cibos non diſcernunt; cum prohibitionis cauſa ſit vitatio nimiæ familiaritatis. Verum in d. c. Omnes potius habetur ratio delectus ciborum. Sanchez vbi ſupra num. 26. excipit miſſos ad Iudæorum conuerſionem: hi enim cum illis manducare poſſunt, vt familiaritate contracta facilius conuertantur. eſt caſus in c. Quamuis laudabile, de Iudæ. Chriſtiano non licet à Iudæo accipere eos cibos, quos ipſi deſcernunt, & abijciunt, vt poſtea abſq; vllo Iudæorum commercio ijs veſcatur. id enim prohibetur per canones, ne Iudæi Chriſtianis Superiores eſſe videantur Azor. p. 1. lib. 8. c. 21. q. 3.

6 Iudæus non poteſt eſſe Doctor, niſi inter Iudæos Silu. ver. Iudæus num. 7. vers. 3. citato Bart. in l. vlt. C. de Iudæ. Idem tenet Pan. in c. Iudæi, de teſtib. in fi. & in c. Quanto num. 1. de magiſtr. & in c. 1. de Iudæ nu. 1. vbi quod de rigore non debet Iudæus intrare ſcholas cum Chriſtianis; quia ibi contrahitur conſortium, & quædam cohabitatio: ſed de conſuetudine ſeruatur contrarium. quod tamen Silu. vbi ſupra dicit non procedere in ſcholis theologorum, quia ſunt velut prædicatores quidam: & Theologi ſunt firmiores in fide.

7 Iudeo non licet habere Chriſtianum in ſeruum: eiuſq; ſeruus ſi baptizetur, fit liber nullo pretio dato, c. 1. & 2. de Iudæ. Intellige, ſi ſit vernaculus, id eſt in ſeruitute natus: aut ſi infidelis exiſtens fuerit emptus ad ſe: vtiliter: aut ſi ad mercationem, intra tres menſes non fuerit expoſitus ad vendendum, c. Fraternitatem cum ſibi. bus ſeqq. diſt. 54. Idem de Pagano, & hæretico docet Molin. de iuſt. tr. 2 diſp. 39. vers. Quartus, per l. Deo nobis parag. His ita C. de epiſc. & cler.

8 Peccat mort. Chriſtianus ſeruiens Iudæis in eorum domibus c. Iudæi 2. de iudæ. & Chriſtianæ mulieres Iudæorum pueros in eorum domibus nutrientes, c. Ad hæc, & c. Et ſi, eo tit. & Azor. vbi ſupra q. 9. & alij docent id eſſe prohibitum etiam extra domum, & Silu. vbi ſupra q. 2. vers. 3. & Arg. eo. parag. 4. concedunt, quando ex hoc nimia familiaritas, & conuerſatio contrahitur; aliàs licere extra domum. V. Sanchez vbi ſupra num. 26.

9 Iudæi prohibendi ſunt ædificare nouas Synagogas, non autem antiquas reficere c. Iudæi 13 de Iudæ. non tamen ampliores magnificentiores, & ornatiores reddere c. conſuluit eo. tit. V. diſt. 54. per tot. & modò per ſe ipſi perficiant, non autem opera Chriſtianorum. Azor p. 1. lib. 8. c. 21. q. 1. Nec feſta ſua celebrare c. Sicut eo. vbi Glo. in ver. bonas, dicit non eſſe moleſtandos Iudæos in ſuis feſtiuitatibus, niſi id facerent in opprobrium Chriſtianorum.

9 Iudæus ante baptiſmum probandus per quadraginta dies, c. Ne quod abſit de conſecr. d. 4. Niſi vrgeat neceſſitas c. Iudæi ea diſt. S. Tho. p. 3. q. 68. ar. 3.

10 Iudæo conuerſo relinquuntur bona ſua Extr. 1. de Iudæis. Si ſit iuſtè quæſita Pau. in c. Iudæi, 2. eo. tit. Ang. vbi ſupra num. 30. Silu. eo. q. 6. vers. 8.

11 Iudæi compelli debent per Iudices reſtituere vſuras per negationem communionis cum Chriſtianis, c. Poſt miſerabilem, & c. Quanto, de vſur. Nau. c. 17. nu. 71. Silu. ver. Iudæus q. 4. vers. 10. Io. Med. de vſur. q. 2. vers. Ad d. c. Quanto.

12 Princeps condens ſtatutum, quo iubentur Chriſtiani ſoluere Iudæis vſuras promiſſas, peccat mort. Silu. vſura 9. q. 22. Ang. vſura 2. parag. 14. Azor. p. 1. lib. 8. c. 22. q. 13. Secus ſi tantum neget Chriſtiano contra Iudæum actionem ad vſurarium reſtitutionem: modò ſtatuto, lege, aut præcepto non imperet; ne coram Eccleſiaſtico iudice repetantur, Azor. vbi ſupra Silu. vſura 7. q. 11.

13 Poteſt Princeps non recognoſcens Superiorem auctoritate propria iuſta de cauſa, ſine participatione lucri vſurarum, permittere vſuras exerceri à Iudæis in ſuis terris cum capitulis, & conditionibus honeſtis Nau. de vſur. cons. 33. & duob. ſeqq. Et iuſtè cogere Chriſtianos ad ſeruanda dicta pacta, & ad ſoluendas vſuras permiſſas, & promiſſas cons. 33. cit. num. 7. Azor. p. 1. lib. 5. c. 17. q. 3. vers. tertio obijcitur. vbi addit in locis, vbi ius canonicum moribus vtentium receptum eſt, in excommunicationem incidere magiſtratus, Iudices, Principes ſtatuta condentes, vel dictantes, & miniſtri ſcribentes ea ſtatuta, quibus iubetur, vt Vſuræ ſoluantur, aut ne ſolutæ repetantur, aut ne reſtituantur iuxta Clem. vn. de Vſur. Immo Petr. Royz in decis. Lituan. decis 5. nu. 308. & cõmunior, vt habetur in annot. ad Nau. cons. 33. cit. docet nullũ Principẽ præter Papã poſſe Iudæis publicè fœnerandi poteſtatẽ facere, etiã ſi populi vtilitas, & neceſſitas id poſtulent. Nau. tamen opinio conſuetudine approbata eſt, cierte, & non contradicente Sum. Pont. V. Cyned. ad Decretal. collect. 30. Iaſ. in l. 1. C. de ſum. Trin. pr. lect. à num. 54. & in 2. lect. à num. 32. Anchar. cons. 53. Theſaur. decis. 97. Conrad. de contrac. q. 25. & trib. ſeqq. Farinac. fragm. crim. p. 1. à num. 667. littera I.

1 IVDICIVM temerarium dicitur, quod de alicuius peccato, aliouè infami malo ex leuibus indicijs concipitur. Sunt autem huius iudicij tres gradus ex S. Tho. 2. 2. q. 60 ar. 3. Primus, cum ex leuibus indicijs de bonitate alicuius dubitare incipit. Secundus cum pro certo malitiam alterius æſtimat ex leuibus indicijs. Tertius cum Iudex ex ſuſpicione procedit ad aliquam condemnandum.

2 Iudicium temerarium de peccato alterius, qui id non curat, non eſt mortale Sot. de iuſt. lib. 3. q. 4. ar. 3.

3 firmiter credens graue malum de proximo, putando tamen fortè ſe decipi, non peccat mort. Cai. in ſum. ver. Iudic. temer. & 2. 2. ar. 2. cit. Nec ſuſpicari; eſt enim id putare cum dubio B. Med. lib. 1. ſum. c. 14. parag. 37. Niſi ſuſpicetur de honeſtiſſima perſona rem grauiſſimam, Sot. vbi ſupra Nec iudicare malum ex probabilibus ſignis Sayr. cla. reg. lib. 12. c. 3. num. 11. Certo vero putare nil, aut ferè nil dubitando ex leuibus indicijs; mortale eſt in re graui S. Tho Cai. Sot. vbi ſupra, & com. Leſſ. lib. 2. c. 29. num. 29. regulam aſſignat ad cognoſcendum, an fuerit ſuſpicio, an iudicium certum. Dum quis, inquit, ita iudicat, vt ſi rogetur, an habeat pro certo, ſit reſponſurus ſibi certum, aut quaſi certum videri, tunc iudicium firmum eſt. Si verò reſponſurus ſit, ſe non eſſe moraliter certum, ſe facile poſſe in ea re falli; tunc eſt ſolum ſuſpicio.

4 Iudicium temerarium tunc eſt peccatum mortale, cum iudicat perſonam v. g. peccaſſe mortaliter. Secus vbi non iudicando perſonam, iudicat tantum factum, & opus Caiet. in ſum. & B. Med. vbi ſupra, S. Tho. q. 60. cit. ar. 4. ad 2. Nau. rubr. de iudic. num. 14. Secus item ſi malum non ſit graue:

graue: aut non aduertit ſigna eſſe inſufficientia, nec de hoc dubitat, Leſſ. lib. 2. c. 29. dub. 3.

5. Iudicare temerariè de perſona graui aut religioſa etiam in minutioribus, ſi notabiliter lædant, vt Regularem non curare de ceremonijs, &c. eſt peccatum mortale Sot. & Sayr. vbi ſupra.

Plura de iudicio temerario vide apud Doct. cit. & Leſſ. vbi ſupra dub. 2. 3. & 4.

L

1 LITTERAS alienas aperiens, & legens mortaliter peccat, niſi ſit Superior, aut faciat ratihabitione; aut inaduertenter; aut ſi litteræ habeantur pro derelictis; aut ſint aduerſarij, à quo ſibi timet; aut ad obuiandum iniuſto malo corporali, aut ſpirituali Silu. ver. ſalſarius q. 11. Ang. eo. parag. 2. S. Ant. p. 2. tit. 1. c. 22. parag. 5. aut ſis Gubernator tempore belli; & niſi aperias ex curioſitate, & non eſt damnum notabile, nec eius periculum probabile Nau. c. 18. num. 53. & in c. Sacerdos de pœnit. d. 6. à num. 11. & in c. Inter verba, concl. 6. num. 19. Quod ſi ex huiuſmodi apertione ſequatur damnum, tenetur aperiens reſtituere, vt ſi aduerſario oſtendit P. Nau. de reſt. lib. 3. c. 1. nu. 341. V. B. Med. in ſum. lib. 1. c. 14. parag. 36. Quaracia ver. Caſus reſeru. num. 12. Leſſ. lib. 2. c. 12. num. 134. & duob. ſeq.

2 Litteris Cardinalis non creditur in præiudicium tertij, immo nec ipſi Cardinali id ore proprio affirmanti Pan. vol. 2. cons. 18. num. 2. & in c. Sicut de ſent. exc. num. 5. Felin. in c. Ad eminentiam eo. tit. num. 2. & in d. c. Sicut num. 3. Si tamen non agatur directè de præiudicio tertij, creditur, Pan. d. num. 5. Et ſi teſtetur de commiſſis à Papa ſibi, vel alijs per eum deferendis, & ſint ſolita concedi Nau. de teſtam. cons. 6. num. 8. & ſeq. Et aſſerenti ſe legatum in his quæ veniunt generaliter in delegatione, licet non oſtendat litteras Fel. in c. Quod ſuper his, de fid. inſtr. num. 10. & ibi Pan. num. 5. Vide Extrau. Iniunctæ de elect. inter com.

LVXVRIA

V. Curioſitas, Peccatum.

1 INceſtus eſt cum Cognatis, & affinibus intra quartum gradum Com. Si tamen affinitas contracta ſit ex illicita copula, non erit inceſtus niſi in ſecundo gradu Conc. Trid. ſeſſ. 24. c. 4. de refor. matr. Eſt etiam inceſtus cum religioſis profeſſis, & cum ordinatis in ſacris; & fornicatio in loco ſacro, & cum filia ſpirituali Nau. c. 16. num. 3. & de hæret. cons. 2. Hoc tamen poſtremum negant Rodrig. in ſum. lib. 1. c. 209. concl. 1. Azor. p. 3. lib. 3. c. 9. q. 5. Niſi intelligatur de filia ſpirituali ex Baptiſmo, & confirmatione; quia nulla contrahitur ſpiritualis cognatio cum filia confeſſionis. V. ſupra ver. Confeſſio num. 49.

2 Non eſt adulterium cognoſcere alterius ſponſam de futuro Con. in 4. p. 2. c. 1. num. 8. Nec qui cum huiuſmodi ſponſa peccauit tenetur eam circumſtantiam confiteri. Idem num. 14. Hoc tamen vltimum non videtur tutum: fit enim ſponſo grauiſſima iniuria Lopez inſtr. p. 1. c. 29. parag. Ad hæc liber. P. Ledeſm. de matr. q. 43. ar. 1. dub. vlt. Rebell. de oblig. p. 2. lib. 4. q. 8. num. 9. Molin. de iuſt. trac. 3. diſp. 93. nu. 8. & probabile putat Azor. p. 3. lib. 3. c. 4. q. 6. & concedit Sanch. de matr. lib. 1. diſp. 2. num. 6.

3 Stuprum intelligitur, ſi fœmina ſit virgo, non autem mas. Caiet. 2. 2. q. 154. ar. 6. ad 2. dub. Suar. de pœnit. diſp. 2. ſect. 4. circumſt. 1. V. ver. Confeſſio num. 58.

4 Sodomia eſt cum duo eiuſdem ſexus commiſcentur, etiam fœminæ S. Tho. 2. 2. q. 154. ar. 11. Et cum duo diuerſi ſexus commiſcentur in vaſe non naturali Cai. in ſum. ver. Sodomia. De pœnis contra ſodom. V. l. Cum vir. C. ad l. Iul. de adult. Auth.

Vt non luxur. contra nat. Inſtit. de publ. iudic. paragr. item lex Iulia, & Bull. Pij V.

5 Non eſt ſacrilegium fornicatio in loco non deputato ad res ſacras, licet ibi ſit altare ad faciendum aliquando ſacrum, non enim eſt locus ſacer. Pan. in c. Inter dilectos de donat. num. 8.

6 Vbi vir ſemine intra vas emiſſo ſe retrahit, antequam vxor ſeminauerit, putat Sanchez de matr. lib. 9. diſp. 17. num. 12. poſſe vxorem ſe tactibus prouocare donec ſeminet; quod illa prouocatio ſit perfectio actus coniugalis. Ego verò de veritate huius opinionis ſatis dubito, cum ſit ſingularis, eiuſq; rationes non ſint concludentes.

7 Fœmina oppreſſa non tenetur clamare, aut opprimentem lædere, nec reſiſtere membris: ſufficit enim non conſentire, nec ad peccatum ſe aptare Sot. de iuſt. lib. 5. q. 1. ar. 9. Nau. c. 16. num. 1. Et ſi metu tacet non conſentiens, non peccat mort. Sot. cit.

8 Oſculum, & tactus ad delectationem carnalem inter non coniuges ſunt peccata mort. Nau. vbi ſupra nu. 10. verſ. 8. S. Ant. p. 2. tit. 5. c. 1. Tactus tamen verendorum alterius ſexus ſupra veſtes ex ioco, non eſt mortalis Sanchez vbi ſupra diſp. 46. num. 11. Nec tactus manuum fœminæ, premere pedem, vel brachium vellicare, digitos contorquere: ſunt enim tactus tam leuiter turpes, vt excuſentur à mortali propter leuitatem materiæ, etiam ſi intendatur delectatio ex illis conſurgens. Idem num. 17. V. ſupra de pecc. mor. & ven. Inter coniuges non eſt mortale licet non intendant peruenire ad copulam, modò non ſit periculum pollutionis Caſ. in ſum. ver. matrimonij vſus. Vict. in ſum. num. 277. Tolet. lib. 7. c. vlt. Nau. vbi ſupra num. 41. Quod verum eſt primo quoties copula interdicitur coniugibus ob circunſtantiam extrinſecam, quæ per ſe neutrum coniugem arcet ab vſu matrimonij, vt ſi illicita ſit copula propter notabile ſalutis, vel abortus periculum, aut huiuſmodi. Secundo quando copula interdicitur ratione præcepti eccleſiæ, vt propter ſuperuenientem affinitatem. Item cum impotentia ſuperuenit matrimonio contracto. Tertio quando alter, vel vterq; vouiſſet tantum debitum non petere. Secus verò ſi interdicitur debiti petitio, eo quod coniux dubitet de valore matrimonij: aut quando ratione voti non licet reddere, nec petere: quia vouens abſolutè caſtitatem tenetur in quantum poteſt ab illis omnibus abſtinere, quæ caſtitati aduerſantur Sanchez vbi ſupra diſp. 44. à num. 19. Inter ſponſos licere oſcula, & tactus non impudicos, ſi abſit periculum pollutionis, docet Nau. vbi ſupra num. 12. & ſeq. Sed id meritò impugnat Rebell. p. 2. lib. 3. q 19. ſect. 2. Niſi fiant cauſa ſolius beneuolentiæ aut ex leuitate iocoſa: Nam ſi ex libidine, ſunt mortalia. & idem docet Sanchez in ſum. p. 1. lib. 5. c. 6. nu 12.

9 Si præter intentionem dum Coniuges congredi conantur, ex naturæ feſtinatione alter, vel vterq; extra ſemen effundat, non peccant Sanch. de matr. lib. 9. diſp. 17. num. 14. Item excuſantur, cum ſe oſculantur, & tangunt, amplectuntur ad mutuum amorem indicandum, & fouendum, quando non nimia voluptas adeſt, ſed tamquā indicia amoris exercentur, repreſſo exceſſu libidinis inſurgentis; licet præuideant pollutionem inde ſecuturam. Idem diſp. 45. num. 38.

10 Contactus partium verendarum, ſi fiat non cauſa voluptatis carnalis, ſed ſolius curioſitatis, ſi abſit periculum pollutionis, per ſe non eſſe peccatum mort. cauendam tamen huiuſmodi curioſitatem propter periculum docet Leſſ. lib. 4. c. 3. dub. 8. num. 61. Ego verò cenſeo cauendam eſſe non tantum ob periculum pollutionis ſed etiam ob periculum moroſæ delectationis, quæ in eo caſu vix vitari poteſt, ſi ſit contactus partium alterius ſexus. De quo vide Sanchez lib. 9. diſp. 46. num. 12. Dicitur autem moroſa delectatio non ob temporis moram, licet ab eo nomen acceperit, ſed ex eo, quod ex plena animi deliberatione deſcendit; ita vt delectatio moroſa ſit eadem, quæ delectatio deliberata Azor. p. 1. lib. 4. c. 5. q. 5. V. eundem cap. 6. & Sayr. clau. reg. lib. 8. c. vlt.

11 Nemo

11 Nemo tenetur opus bonum relinquere ob periculum pollutionis, ſi non eſt periculum conſenſus S. Ant. p. 2. tit. 6. c. 4. Cai. in ſum. ver. pollutio Nau. c. 16. num. 7.

12 Non eſt mortale optare pollutionem in ſomnis ad releuandam naturam aut ſedandã tentationem, modò non detur cauſa S. Ant. vbi ſupra c. 5. Silu. & Ang. ver. pollutio Nau. vbi ſupra. Nec ob eam cauſam præterita gaudere, Silu. ibidem Tolet. lib. 5. c. 13. Sayr. cla. reg. lib. 8. c 5. num. 15. Leſſ lib. 3. c. 4. num. 14. num. 105. Eſſe peccatum docent Sot. in 4. diſt. 12. q 1. ar. 7. B. Med. 1. 2. q. 74. ar. 5. & 6. Valent. to. 3. diſp 9. q. 3. p 3. Azor p. 3 lib. 3. c. 24 q. 4. Ego tamen veriorem puto priorem ſententiam.

13 Non peccat mort. illa edens, vnde credatur ſecutura pollutio, ſi non intendatur Ang. Silu. & S. Ant. vbi ſupra Nau vbi ſupra num. 8. Leſſ. num. 107.

14 Pollutio inuoluntaria, ſi non placet, non eſt peccatum mort. Nau. c. 16. nu. 17. & com. Nec quæ accidit ſemiexperrecto, quia non eſt integrum iudicium Silu. vbi ſupra, Azor. c. 24 cit. q. 6. Nec ea, quæ incipit in ſomno, & perficitur in vigilia perfecta, ſi deſit conſenſus, & cohiberi non poſſit Tolet. vbi ſupra Azor. q. 5. Nau. num. 8. cit. Immo non tenetur cohibere, ſed ſufficit non complacere Sayr. vbi ſupra nu. 23. Nec ea quæ ex tactu licito, & neceſſario, vt ex amplexu iuxta patriæ conſuetudinem: ex tactu à Chirurgo cauſa medicinæ: ex ſeſricatione ob magnum pruritum in partibus inſidelium, & huiuſmodi; licet ex his præter intentionem ſequatur pollutio etiam præuiſa Sanchez de matr. lib. 9. diſp. 45. à num. 38.

15 Poteſt quæuis fœmina, aut mas ob turpem vſum ſui corporis pretium accipere Nau. c. 17. num. 40.

16 Non poteſt mulier expellere ſemen viri, etiam ſi corruptum ſit, & in venenoſam qualitatem tranſierit, Sanch. in ſum. lib. 5. c. 6. num. 12. in fi. corrigens quod prius in contrarium dixerat de matr. lib. 9. diſp. 17. num. 19.

M

1 MAledicere non optando malum, non eſt mortale Nau. c. 23. num. 117.

2 Maledicere brutis quatenus hominis ſunt, eſt mortale, alioqui veniale Silu. ver. maledictio q. 2. Ang. eo. parag. 2. Idem dic: de maledicentibus irrationabilibus quatenus hominis ſunt, vel quatenus ſunt effectus Dei Sayr. cla. reg. lib. 12. c. 5. à num. 18.

3 Maledicere filijs, commendando eos dœmoni ſine intentione, non eſt mortale. Non excuſantur autem à mortali ex eo, quod ſtatim illos pœniteat Sayr. vbi ſupra num. 11. V. eundem lib. 7. c. 5.

Malefico parato vti non licet ad diſſoluendum maleficium Silu. ver. maleficium q. 8. ver. Hiſpræmiſſis Nau. c. 11. num. 29. Sot. in 4. diſt. 34. q. 1. ar. 3. Cai. in ſum. ver. maleficium, & com. vt teſtatur Azor. lib. 2. p. 2. c. 17. q. 9. aſſerens cum Nau. & Silu. loc. cit eſſe mortale à tali petere, cum non poſſit maleficium licitè alio maleficio ſoluere Sanchez de matr. lib. 7. diſp. 95. num. 7. Suar. de relig. to. 1. trac. 3. lib. 2. c. 18. Niſi petenti conſtet maleficum noſſe etiam media licita ad ſoluendum maleficium, licèt petenti conſtet illum medio illicito vſurum. Idem Sanchez num. 11. & diſp. 96. multis cit. docet licere ſignum maleficij deſtrui, & à malefico petere vt deſtruat. Immo, & ab alio malefico petere an ſciat, in quo tale maleficium conſiſtat, non tamen licere ignorantem inducere, vt per artem ſuam inueſtiget. At ſi fortè is addiſcat nouo pacto cum dœmone, vti poſſum ea ſcientia ad deſtruendum maleficij ſignum in commodum meum. V. eundem in ſum lib. 2. c. 41. Cai. to. 2. opuſc. 12. & 2. 2. q. 78. ar. 4. & Suar. de relig. vbi ſupra vbi num. 14. quod ſi maleficus nolit ſoluere medio licito ſibi cognito, poteſt acceptari, vt alio maleficio ſoluat, id enim ſolum eſt permittere vrgente neceſſitate. V. etiam &c.

MARTYR eſt quicumque pro virtute interficitur S. Ant. p. 3. tit. 31. c. 9. Silu. ver. Martyrium. Leſſ. lib. 3. c. 11 num. 28. S. Thom. 2. 2. q. 124. art. 5. & infans ante baptiſmum aquæ in odium Chriſti occiſus Suar. to. 3. diſp. 29. ſect. 1. licet nondum natus, qui ſcilicet cum Matre prægnante pro Chriſto occiditur, Silu. baptiſm: 1. q. 1. citato Palud. vt cum Iudæus filiam à Chriſtiano fœcundatam occidit, aut abortiri facit in odium Chriſti. Idem docet Tolet. lib. 2. c. 22. num. 7.

1 MEDICVS tenetur ſtatim ægrum monere confeſſionis, quòd ſi non confiteatur, non viſitare tertio die; niſi diſtuliſſet confeſſionem de conſilio Confeſſarij. Pius V. ſuper gregem Domini ſufficit verò ſi moneat Parochum, eoſuè, qui eius curam gerunt Cai. in ſum. ver. Medici pec. Quòd ſi nolit confiteri, non ideò deſerendus infirmus, Nau. c. 25. num. 61. Cyned. ad Decretal. collect. 163. num. 5. Ang. ver. Medicus parag. 8. Silu. eo. q. 3. vers. 2. & ſi ideo deſerat, & moriatur, erit irregularis. Sayr. de cenſur. lib. 7. c. 4. num. 5. Intelligunt autem Cai. vbi ſu. Suar. de pœnit. diſp. 35. ſect. 3. & Ang. loco cit. infirmitatem periculoſam. Archid. verò in c. Cum infirmitas, de pœnit. & rem. Silu. vbi s. vers. 3. volunt id ſeruandum eſſe in quacumque infirmitate, licet minimè periculoſa ſaeru. Cherub. ſchol. 2. ad cit. Bullã Pij V. Sed id meritò impugnat Suar. vbi ſupra & Sanchez in ſum. lib. 3. c. 16. num. 7. docet veram eſſe Archid. ſententiam. quando licet infirmitas à principio non ſit periculoſa, iudicat tamen Medicus periculum morale, vt grauior fiat.

2 Medicis tenetur Iudex dare ſuſpenſum pro anatomia Silu. vbi ſuprà q. 9.

3 Medicus tenetur pauperem gratis curare, & medicinam ſoluere, ſi poteſt. Silu. vbi ſu. q. 5. Intellige quãdo nec per ſe, nec per alium magis coniunctũ, aut per eos, qui magis poſſent, valet curari, S. Thom. 2. 2. q. 71. ar. 1. Idem ſi infirmus ſit diues, ex auaritia tamen non vult ſoluere Medico; tunc enim debet Medicus neceſſario facere ſuis expenſis, quæ poſtea repetit ab eo ſano effecto, vel ab hæredibus Ang. vbi ſupra parag. 6. Silu. q. 5. verſ. 2.

4 Medicus accipiens notabiliter plus debito, etiam libenter datũ, tenetur reſtituere Nau. c. 25. num. 63. Et ſi eſt à Communitate Salariatus, ita vt nihil poſſit ab infirmis accipere, licet ſalarium ſit inſufficiens, nihil accipere poteſt, niſi mutatæ ſint rerum conditiones, aut ſi is qui eius opera vtitur ſit ſanus. Silu. vbi ſupra q. 6.

5 Medicus dubitans de aliquo medicamento, an ſit mortaliter noxium, ſi præbeat infirmo, vt experiatur, mortaliter peccat. Nau. vbi ſupra num. 60. Azor. parag. 1. lib. 2. c. 17. q. 11. V. ſupra Conſcientia probabilis num. 22.

6 Medico non tenetur infirmus obedire ſub mortali; niſi vergat in notabile nocumentum ſuum. Anchar. in c. Tua nos de homic. num. 7. Silu. q. 5. Ang. parag. 10.

1 METVS iuſtus, ſeu cadens in conſtantem virum eſt, quo quis probabiliter timet etiam ſuis graue malum S. Thom. ſuppl. q. 47 ar. 2. ad 2. excuſat autem à mortali in his, quæ ſunt iuris poſitiui Silu ver. Metus num. 7. & minor metus excuſat fœminam quã virum, & ſenem, quã iuuenem Sot. de iuſt. lib. 7. q. ar. 2. V. Imped. matr. vers. Vis, & ſuprà de Volunt. &c. num. 5. ad 13, & Barboſ. ad c. ſi iuſtus num. 3. ad 16. de appell.

2 Metus iuſtus excuſat ab obligatione in his, quæ requirunt liberum conſenſum, vt in voto, & matrimonio Pan. in c. Cum locum de ſponſal. num. 2. Silu. vbi ſupra q. 8. V. glo. in c. Abbas, ver. coactus, de ijs quæ vi. &c.

3 Metus minor iuſto, ſi eſt cauſa, ſine qua non ſaltem principalis annullat contractũ m coram Deo Nau. c. 72. num. 51. & de ijs quæ vi, conſ. 3. num. 9. Vide ſupra Imped. matr. vers. Vis.

MORES alicuius inquirendi ſunt in illo loco; in quo ille diùtiùs moratus c. Poſtquam, & c. Scripturæ parag. Per Apoſtolica, de elect. & ibi Pan. & Anchar.

OPINIO.

O

OPINIO

V. Dubium, & de caſib. conſc. §. Conſcientia probabilis.

ORATIO

V. Horæ canonicæ.

1 Orare quis tenetur cum primum peruenerit ad vſum rationis, vel in maxima ſua, vel proximi neceſſitate, cum aliud remedium non apparet, v. g. in grauiſſima tentatione. Item ſuſcepturus aliquod ſacramentum Arag. 2.2.q.83.ar.3: Silu. ver. Oratio q. 8. aut cum videt aliquem ab hoſtibus inuadi Nau. de hor can. c. 3. num. 4. & cum aggreditur opus aliquod periculoſum Io. Med. de orat. q. 1. In primo caſu nulla videtur ratio conuincens; ſufficit enim non peccare, & bonum facere, quod occurrit. Tentationes aliter ſuperantur Nau. vbi ſupra num. 15. Proximus in ſpiritualibus poteſt ſibi eſſe præſidio. In corporalibus neſcitur quem fructum habitura ſit oratio. Valent. to. 3. diſp. 6. q. 2. p. 3. dicit in grauiſſima tentatione, in aggreſſione periculoſi operis,& quando ſe debet ad gratiam præparare, vt viter peccatum eſſe præceptum orandi. & infert eum, qui longo tempore non orauit, aliquando peccaſſe mortaliter omittendo orationem. Quòd ſi quis tunc non aduertit, nec poteſt aduertere, quod neceſſe tunc ſit orare, ſed inuincibiliter obliuiſcitur orationis, non peccabit mort. V. etiam Arag. vbi ſupra Leſſ. lib. 2. c 37. dub. 3. Azor. p. 1. lib. 9. c. 34. q 2.

2 Non mandare memoriæ Pater noſter, Aue maria, Credo, & ea non intelligere peccatum eſt ſaltem graue Nau. vbi ſupra num. 10. Et de ſimbolo, & oratione dominica docent eſſe mortale Regna. ad Direct. p. 1. com. 10. ex multis concil̃ js Alij tamen vt Silu. ver. Scientia verſ. 2: Ang eo. parag. 1. Suar. de relig. to. 2. lib. 3. c 6 Io. med. de orat. q. 10. volunt ſufficere ſcire ſubſtantiam.

3 Orans oratione voluntaria ſi non attendat ex propoſito, peccat venialiter Arag. 2.2. q. 83. ar. 13. verſ. Sed dubitatur Suar. vbi ſupra c. 4. num. 13. Sot. de iuſt. lib. 10. q. 1. ar. 4. concl. 6. & ſeq. Nau. de orat. c. 13. Azor. p. 1. lib. 10. c. 12. q. 11. In oratione verò ex præcepto non ſatisfacit Nau in man. c. 27. num. 97. 105. & ſeq.

4 Orare licet pro morte propria, vel aliorum ad vitanda peccata Nau. de orat. c. 19 num. 77. & c. 20. num. 7.

5 Non ſunt orandæ animæ, quæ ſunt in Purgatorio S. Tho. 2. 2. q. 83. ar. 4. ad 3. Silu. ver. oratio q. 3. verſ. 4. S. Ant. p. 4. tit. 5. c. 8 parag. 2. in fi. Nau c. 20. cit. num. 9. Azor. alios referens vbi ſupra c. 30. q. 4: Contrarium docent Io. Med. de orat. q. 3. Gabr. in can. lect. 58. Arag. vbi ſupra ar. 4. Suar. to. 4. diſp. 47 ſect. 2. num. 9. Prima opinio communis eſt apud Theologos teſte Azor. loco cit.

6 Poteſt quis priuata oratione illum orare, quem credit eſſe in cœlo, vt paruulos. In diuino autem officio ſolos Sanctos canonizatos Azor. p. 1. lib. 9. c. 30. q. 1.

ORNATVS

V. Peccatum.

1 Ornatus licet ad tegendam turpitudinem S. Tho. 2. 2. q. 169. ar. vlt. ad 2. Silu ver. Ornatus q. 1. Ang. eo parag. 4. V. Anchar. repet. in c. Canonum ſtatuta, de conſtit. à num. 142. & in rubr. Ne Cler. vel mon. num. 3.

2 Ornari ad fingendam pulchritudinem non eſt mort. S. Tho. & Silu. vbi ſupra, etiam ſi alius inde ſumat occaſionem peccati mort. Nau. c. 23. num. 18. Leſſ. lib. 4. c. 4. num. 108. Intellige ſi id faciat ex.

causa

ieiuni trac. 4. q. de ſum. refect. Couar. 4 var. res. c. 29. num, 1 ;. Verius tamen alij docent non peccare ſaltem mort. niſi in ſecunda refectione, niſi adſit nouus contemptus ſic S. Ant. vbi ſupra parag 9 Silu: num. 12. Ang parag 22, Cai ar. 8 cu. Leſſ dub. 9. Nau. c. 21. num. 14. Azor. c. 9. q. 2. Toler. lib. 6. c. 3. num. 5. Comedens cibos vetitos peccat toties, quoties. Nau. num. 15. & alij cit.

21 Finito prandio iterum ex cauſa comedere, v.g. aliquo aduentante, non ſoluit ieiunium Azor. vbi ſupra c. 29. q. 1. B. Med. relato Vict lib. 1 ſum. c. 15. parag 10

22 Qui neſciens eſſe ieiunium mane comedit, tenetur reliquo diei tempore ieiunare Nau. vbi ſupra num. 26 Silu: q. 7 vers: 2 Leſſ: vbi ſupra num 19.

23 Mortaliter peccat cogens famulos ſine neceſſitate ad opera non ferentia ieiunium Caiet: vbi ſupra ar. 4 Nau. num. 27 vers: 8 Toler: c. 5 vers: 1 Non peccat famulus, vel ancilla menſam ſternens, parans, & miniſtrans cibos Domino nolenti ieiunare, quia munere ſuo fungitur: Nec paret Domino rem non per ſe malam imperanti, ſed indifferentem. Azor. p. 1 lib. 7. c. 20. q. 11.

24 Etiam die dominico licet ex cauſa iuſta ieiunare, modò ſine ſcandalo, Silu. vbi ſupra num. 6 Nau. loco cit. Ang. ver. ieiunium parag. 23 Io: Med. de ieiun: q 10 Adde, modo non ex aliquo errore, aut contumacia, quaſi improbando Eccleſiæ conſuetudinem Sanch. in ſum: lib. 2 c. 37. num. 1: Azor: p. 1 lib. 7 c. 27 q. vlt. & alij. V. S. Tho. 2 2 q 147 ar. 5 ad 3 & ſupra vers Votum num. 69

25 Puero ante vſum rationis poſſunt dari carnes in die ieiunij Cai. 2 2 q. 147 ar. 8 Roder. lib. 1 c. 13 concl. 1 Cord: in ſum. q. 60 Azor. c. 17 q. 3 Negat Toler. lib. 6 c. 3 num. 4 Sed verior prima ſententia, quam alios referens ſuſtinet Sanchez in ſum. lib. 1 c. 12 num: 9 quia hi nullis legibus aſtringuntur, qua ratione nu. 16 docet poſſe miniſtrari amentibus, præcipuè ſi perpetui ſint.

25 Ieiunia laicorum ab Eccleſia non præcepta non obligant Clericos, nec Clericorum excuſatur Regulares, Silu. ver. ieiunium q 2 vers: 1 S. Ant: p 2 lib. 6 c. 2 parag. 2 Azor. c. 30 q. 2 V. Votum num. 49

27 Excuſantur a ieiunijs primo minores viginti vno annis completis S. Tho vbi ſupra ar. 4 Pan rubr. de obſer. ieiun. num. 7 & com. Etiam ſi facta ſufficienti diligentia adhuc dubitet an expleuerit Sanch de matr. lib. 2 diſp. 41 num. 31 Secundo Senes poſt 70 an: Silu: vbi ſupra num 15 Azor. c. 28 q. 4. Alij tamen docent nullam eſſe determinatam ætatem, cum alij alijs citius fiant impotentes: communiter tamen ſexagenarios non teneri Cai. in ſum. ver. ieiunium c. 3 Armill eo num. 3 B. Med. vbi ſupra Nau. c. 21 num. 15 Sanch. vbi ſupra lib. 7 diſp. 32 num. 17 & Pius V. vt refert Graff. de arbitr. confeſſ. lib. 2 c. 27 num. 12. declarauit viuæ vocis oraculo ſexagenarios non teneri ad ieiunia Eccleſiæ. Tertio Grauidæ, & lactantes Caiet. ar. 4 cit. & cō. nō tamē poſſunt comedere carnes niſi timeatur nocumētū fœtus. &c. Diana to 4. trac. 4. reſol. 126. Quarto Debiles iudicio medici timorati Quinto Non habētes cibū ab iuſtū prandiū Sexto Concionatores, Docentes ex debito, qui munus ſuum præſtantes, ſimul commodè ieiunium ſeruare non poſſunt Azor. vbi ſupra c. 29. q. 1 Et qui alioqui notabile damnum incurrerent Septimo Excuſat etiam maius bonum, vt opus miſericordiæ, peregrinatio vtilior ieiunio, aut præcepta, aut ex voto, quæ differri nequit Silu. vbi ſupra q. 9 Cai. loco cit. Octauo Audientes confeſſiones, ſi id facere non poſſunt ieiunantes Nau. vbi ſupra num. 16. Nono Artificium laborioſum Silu. vbi ſupra vers. 2 aſſerens ſic conceſſiſſe Eug. 4. Decimo Officium Curſorum, ſi id exigit ſuum currere præteritum, aut futurum Silu. vbi ſupra vers. 3. Vndecimo Itinerantes etiam animi gratia, vt ad videndam amicam, & ludentes, ſi ex his redduntur inhabiles ad ieiunium, quamuis peccauerint mort. id aggrediendo B. Med. vbi ſupra, ſi præuidere potuerunt inde futurum impedimentum ieiunio Roder. 1 c. 13 concl. 9 Azor. p. 1 lib. 7. c. 17 in fi. V. Sanchez in ſum. lib. 3 c. 15. Duodecimo Muliones

Aga-

Digitized by Google

Agaſones; & toto die pedibus iter agentes ſi neceſſitate iter ſuſcipiant, nec in alium diem commodè differre queunt, excuſantur à ieiunio D. Tho. 2.2. q. 147. ar. 4 ad 3. Azor. p. 1. lib. 7. c 18. q 9.

28 Sartores & qui veſtes faciunt; & huiuſmodi artifices non excuſantur Tolet. lib. 6. c. 4 vers. Secunda cauſa Leſſ. lib 4. cit. num. 43. qui tamen videtur Sutores excuſare, quod eorum ars ſit laborioſa, vt etiam excuſant Ledeſm. in 4. p. 2. q. 17. & Azor c. 17. cit. qui præterea excuſat argentarios, aurifices, textores, pelliones, fullones, lanarios, cementarios, & funarios per declarationem Eugen. 4 Non verò ſartores, pictores, barbitonſores, & Aduocatos, Scolaſticos, & Scribas. An qui in die ieiunij ex priuilegio poteſt comedere oua, & lacticinia; poſſit etiam ſimul veſci piſcibus, Duas opiniones refert Azor. p 1. lib. 7. c. 10. q. 5. Ipſe affirmatiuam tamq; probabiliorem amplectitur.

29 Excuſat cauſa reddendi debitum coniugi: & Vxorem, ne diſpliceat ob macilentiam, aut pallorem; Cai. in ſum. ver. ieiunium c. 3. & 2. 2. q. 147. ar. 3. aut viri odium, aut ſcandalum vitet. Silu. vbi ſupra num. 25. Nau c. 21. num. 19. Panor. rubr. de obſer. ieiun. num. 8. Cai. d. ar. 3. Niſi fortè maritus hæreticus id faceret in contemptum Eccleſiæ Leſſ vbi ſupra num. 47. Excuſatur etiam fœmina nubilis, ſi ex ieiunio deformis efficiatur, quò multò difficilius nubet Sanch. de matr. lib. 9. diſp. 3. num. 12.

30 In dubio an poſſis ieiunare, conſulendus Medicus, aut Confeſſarius; aut petenda diſpenſatio ab Epiſcopo, vel Parocho, Silu. vbi ſupra num. 20. Nau. c. 21. num. 20

31 Natiuitate Chriſti incidente in ſexta feria non poteſt veſci carnibus qui voto, aut regula impeditur, c. fi. de obſer. ieiun. vbi Archar. & Pan. Sayr. cla. reg. lib. 8. c 8. dub. 4. Sanchez in ſum. lib. 4 c. 11. à num. 59. Azor. p. 1. lib. 7. c. 15. q. 3. in fi. V. verſ. Votum num 64.

32 Poteſt in ieiunio ex cauſa diſpenſare Parochus abſente Epiſcopo, & circa Regulares proprius Prælatus Nau. vbi ſupra num. 21. Cai. c 3 cit.

33 Diſpenſatio ad comedendum oua in die ieiunij extenditur ad lacticinia Sanchez de matr. lib. 8. diſp 1 in fi. Sed non ad carnes Silu. ver. Ieiunium num. 16.

34 Priuilegiatus vt poſſit comedere, oua, & lacticinia tempore ieiunij, non poteſt eiſdem veſci diebus ieiunij indicti per Iubilæum, ſi eius priuilegijs non derogauerit Nau. de obſer. ieiun. cons 1. contra B. Med in ſum lib 1. c. 14 parag. 10 Seruanda conſuetudo regionis, & populi Azor. p. 1. lib. 7. c 10. q. 2. Amplia etiã in adoleſcente, hic enim tenetur ieiunare, ſi iubilæum conſequi vult Azor. vbi ſupra c 17 q. 3.

35 Anticipans notabiliter conſuetam horam prandij ſine iuſta cauſa peccat mortaliter S. Ant. p 2 tit 6. c 2 parag 10. Silu vbi ſupra num. 13. Cai 2. 2. q. 147. ar. 7. Couar. 4. var. res. c. 10 num 14. in fi. Nau. vbi ſupra num 26. licet Ang ver. ieiunium parag. 2. Tolet vbi ſupra c. 3. Leſſ c. 2. cit. dub. 12 alios referens contrarium doceant Anticipat autem notabiliter, qui per horam integram: qui verò per ſemihoram, venialiter peccat Azor. p. 1. lib. 7. c. 12. q. 4.

36 In ieiunijs iniunctis ab vno Confeſſore poteſt alter etiam æqualis diſpenſare S. Ant. vbi ſupra in princ. Silu. num. 19. in fi.

37 Epiſcopus poteſt ex cauſa transferre vigiliam in alium diem Caiet. ver. ieiunium c. 2. in fi. Ang. vbi ſupra parag. 11. Azor. c. 29 q. 5.

38 Dies ieiuniorum incipiunt à media nocte præcedente ad mediam noctem ſequentem Nau. vbi ſupra num. 12. Silu. q 10. vers 3. Tolet. lib. 6. c. 1. Azor. c. 26. in fi.

IMPOSSIBILE dicitur iuridice, quod non poteſt fieri iuſtè c. Sanè 1 24. q. 2. aut honeſtè, c. Faciat homo 22. q. 2. aut commodè, c. Catinenſis Eccleſiæ diſt 61. & quod non ſine magna difficultate, Silu. reſt. 5. q 4. & quod non ſine diſpenſatione Pan. in c. Quod Dei, de ſtatu mon. num 8. quando videlicet Princeps diſpenſare non ſolet, vt multis probat Monet. de commut. vlt. vol c. 4. num. 248.

248. Et quod per auxilium extraordinarium aliquando fit. Innoc. in c. Paſtoralis de cauſa poſſeſſ. Mandos. in reg. 32. q. 31. num. 12. & quod alius à Principe facere non poteſt Bald. in c. Niſi ſpecialis num. 11. de off. lega. Et quod eſt contra bonos mores, glo. in c. Ad audientiam, ver. habere non poteſt, de ſponſal. V. Barbos. ad c. Nemo poteſt de reg. iur. in 6.

INDIGNATIO nolentis audire, vel videre eum, cui iraſcitur, communiter eſt venialis, Silu. & Ang. ver. indignatio, niſi ratione ſcandali, vt quia denegat loqui, vel reſpondere in caſu, cum tenetur de præcepto, ſecundum eoſdem.

INFAMIA.

V. Reſtitutio. Confeſſor.

1 INfamia eſt læſæ dignitatis qualitas, vita, & moribus reprobata Silu. ver. infamia.

2 Triplex eſt infamia, facti, Iuris ciuilis, & Iuris canonici. Infamia facti prouenit ex communi bonorum, & grauium virorum opinione ob factum, &c. & incurritur aliquando à crimine, vt proxima cauſa: aliquando ab alio quia v. g. repulſus fuit à teſtamento: vel filius verbis turpibus fuit conſtitutus; & generaliter quoties apud bonos infamatur quis ex facto: & hic repellitur à Dignitatibus c. Infamibus de reg. iur. in 6. & à teſtimonio in criminalibus Pan. in c. Teſtimonium de teſtib. Et ab ordinibus c. Omnipotens Deus, de accus. & promotum ſuſpendit c. Super eo de elect. Tollitur autem per contrarium factum. Pan. in c. Ex diligenti de ſimo. num. 6.

3 Infamia iuris ciuilis incurritur multis modis, quos vide apud Silu. vbi ſupra q. 5.

4 Infamiam iuris canonici incurrunt Vſurarij publici, & exigentes vſuras vſurarum; & qui contrahunt cum duabus ſimul: & Mimi, ioculatores, hiſtriones, & alij multi, qui numerantur c. Infames 3. q. 7. & c. Infames 6. q. 1. Et qui ſuis culpis ad ordines promoueri non poſſunt, c. Omnes 1. 6 q. 1.

5 Non efficitur quis infamis confeſſione delicti in iudicio, niſi ſit condemnatus; non enim confeſſus habetur pro condemnato Pan. in c. At ſi Clerici, de iudic. num. 27. Ang. ver. infamia parag. 6. Silu. eo q. 7. Secus de conuicto c. 1. de except.

6 Non fit infamis qui litigat por procuratorem, ſi condemnetur, glo. in c. Cum te, de re iud. ver infamia Silu. & Ang. vbi ſupra. Intellige de infamia iuris: nam ita condemnatus non effugit infamiam facti, glo. in l furti parag. Si quis alieno ff. de his, qui not. infam. Felin. in d. c. Cum te num. 2.

7 Infamia iuris tollit ordinis executionem, & repellit etiam à promouendo, Pan. in c. Licet Heli, de ſimon. num. 19. Silu. vbi ſupra q. 10. Diſpenſat autem ſolus Papa directè; indirectè verò Epiſcopus, vt cum diſpenſat in caſibus ſibi à iure permiſſis v. g. in adulterio, Silu. vbi ſupra q. 11. Amplia etiam circa regulares: hi enim ſi iuris infamiam contrahant, vt ſi de crimine nefando condemnati ſunt, promoueri non poſſunt, nec in ſuſceptis miniſtrare ſine ſum. Pont. diſpenſatione Roder de regul. to. 1. q. 24. ar. 6. Mirandaman. Præl. p. 2. q. 8. ar. 5.

8 Suſpicans de depoſitione, ſi ante ſententiam reſignet, euitat infamiam. Pan. vbi ſupra.

6 Cũ infami de facto, ideſt ob notoriũ crimen graue diſpenſat Epiſcopus, ſufficit etiam pœnitentia, & vitæ emendatio Nau. c. 25. num. 77. id tamen an verè ſufficiat, vide Pan. in c. Teſtimonium de teſtib. num. 1.

INFIDELIS.

V. Bellum. Iudæus.

1 DAns, aut vendens infideli, quæ ſeruiunt ad vſum ſuorum ſacrificiorum peccat mort. Cai. in ſum ver. infidelitas. S. Tho. 22. q. 169. ar. 2. ad. 4. Secus, ſi alia det non ad malum finem Silu. ver. infidelitas q. 4. Nau. de Iudæ. cons. 2. etiam ſi talibus illi abutantur. ibid.

2. Infidelis peccans contra legem naturæ, & contra ius Diuinum, poteſt per Iudicem Eccleſiaſticum puniri Io. And. & com. in c. Gaudemus, de diuort. Ang. vſura 2. parag. 14. Silu. vſura 9. q. 22.

3. Tradens infideli timore mortis libros Sacros ad comburendum, mortaliter peccat S. Aug. epiſt. 164. & 171.

4 An liceat Principibus Chriſtianis bellum inferre Infidelibus propter infidelitatem, & alia peccata. vide Molin. de iuſt. trac. 2. diſp. 106.

INFIRMVS.

V. Eleemoſyna. Homicidium.

1 NOn eſt condemnādus de mortali, qui pharmaco vti non vult, cum vix eſſe poſſit certitudo perid recuperandam ſanitatem. Vict. de temp. n. 1.

2 Aeger, qui ſine ſummo labore, & quaſi cruciatu edere non poteſt, excuſatur à mortali non comedendo. præſertim ſi ſit exigua ſpes vitæ, reputatur enim quadā impoſſibilitas Vict. vbi s.

3 Poteſt fœmina præferre pudicitiam medicinæ, v. g. nolle oſtendere Medico pudenda, neglecta ſanitate Nau. in c. Si cui de pœnit. diſt. 1. n. 13. Nemo enim tenetur admittere curationem, à qua non minus abhorret, quàm ab ipſo morbo, vel morte leſſ. lib. 4. c. 3. dub. 8.

4 Licet recuſare medicinam ob animæ vtilitatem, ſi non eſt mortis periculum Nau. vbis.

INGRATITVDO ex contemptu beneficij ex genere ſuo eſt mortalis, niſi beneficium ſit minimum. S. Tho. 22. q. 107. ar. 3. Cai. ver. ingratitudo.

INIVRIA.

V. Homicidium. Infamia. Reſtitutio.

1 ETiam Clericis licet, ſi opus ſit repellere iniuriam percutiendo Silu. ver iniuria, q. 4. Ang. eo parag. 5.

2 Non tenetur quis remittere ſatisfactionē iniuriæ, ſed tantùm animi rancorem. S. Tho. 2. 2. q. 25. ar. 9 Pan in c. 1. de malef. n 7. & in capitulo conqueſtus de foro comp. n. 3. glo. in c. Si quis contriſtatus diſt 90. & in c Prælatis de homic. ver. emendam. Nec abſolutio neganda eſt iniuriam paſſo ob id ſolum, quod nolit aduerſarium alloqui, ſi ceſſet ſcandalum. Nau. de pœnit. & remiſs. cons 3. n. 4. Caj. 2. 2. q. 25. ar. 9. Nec tenetur remittere proſecutionē iniuriæ. modò non ad vindictā faciat, ſed bono fine. ſcilicet vt ille reprimatur à malis, in quibus aſſueſceret, ſi non puniretur. vel vt alij à malo abſtineant Abulen. in c. 42. Genes. q. 2. & in c. 6. Mat. q. 115 tenentur n. nolle vindictam priuatam, nec publicam, niſi quando bonum publicum, aut recta ratio aliud poſtulat. Leſſ lib. 2. c. 37. dub. 4. n. 19. Intellige quando inimicus petit reconciliationem ex animo, non fictè, ſaut ir iſorte ſecundum Abul. vbi s V. Silu. ver. charitas q. 6.

3 Cum actio iniuriarū pertinet ad Superiorem, vt Maritum, Patroni Dominum, Prælatum, ſubditus remittere non poteſt Nau. c. 14. n. 25.

4 Si duo ſe inuicem offendunt æqualiter, debet prior petere reconciliationem, alioqui qui grauius, offendit Nau. cit.

5 Licet vti improperio, aut verberibus cauſa correctionis S. Tho. 2. 2. q. 72. ar. 2. ad 2. Sot. de iuſt. lib. 5. q. 9. ar. 2. concl. 2.

S. Tho. l. 2. q. 10. ar. 9. Silu. tamen vbi ſupra q. 2. dicto 5. Ang. eo. num. 8. & alij volunt eſſe mortale, & concedit Sanchez vbi ſupra num. 26 in ijs caſibus, quæ quaſi continuam conuerſationem, aut nimiam familiaritatem inducunt. vt cohabitare, famulari illis domeſticè in quibuſdam miniſterijs; eos in publicis officijs tolerare iuxta c. Nullus diſt. 54. & c. Cum ſit. & c. Ex ſpeciali de Iudæ. & præficiens eſt ſacrilegus, & excommunicandus c. Conſtituit 17. q. 4. in fi. Poteſt tamen Rex ſuos redditus Iudæis vendere, modò deputetur Chriſtianus ad eoſdem redditus exigendos Barbos. ad d. c. Ex ſpeciali. In reliquis verò ſecus; niſi adſit contemptus, aut ſubuerſionis periculum. Arag. verò 2. 2. q. 12. ar. 9. Excuſat à mortali, niſi adſit periculum ſubuerſionis ob nimiam familiaritatem; aut niſi fidei dignitati derogetur. Nec poteſt Epiſcopus diſpenſare, vt fidelis cum Iudæo in prohibitis communicet, ſed ſolus Papa. ſic multi, quos refert, & ſequitur Sanchez vbi ſupra num. 29. & docet Pan. in c. Sicut de Iudæ.

5 Peccat mort. Chriſtianus Iudæum ad ſua conuiuia recipiens, aut eius conuiuijs intereſſens c. Omnes 28. q. 1 vbi Vgo, quem refert, & ſequitur Ang. vbi ſupra dicit id verum eſſe, quando illi cibos deſcernunt. ſic etiam Azor. p. 1 lib. 8. c. 21. q. 3. At Silu. vbi ſupra vers. 2. alios referens, docet ſimpliciter eſſe prohibitum etiam vbi Iudæi cibos non diſcernunt; cum prohibitionis cauſa ſit vitatio nimiæ familiaritatis. Verum in d. c. Omnes potius habetur ratio defectus ciborum. Sanchez vbi ſupra num. 16. excipit miſſos ad Iudæorum conuerſionem. hi enim cum illis manducare poſſunt, vt familiaritate contracta facilius conuertantur. eſt caſus in c. Quamuis laudabile, de Iudæ. Chriſtiano non licet à Iudæo accipere eos cibos, quos ipſi deſcernunt, & abijciunt, vt poſtea abſque vllo Iudæorum commercio ijs veſcatur. id enim prohibetur per canones; ne Iudæi Chriſtianis Superiores eſſe videantur Azor. p. 1. lib. 8. c. 21. q. 3.

6 Iudæus non poteſt eſſe Doctor, niſi inter Iudæos Silu. ver. Iudæus num. 7. vers. 3. citato Bart. in l. vlt. C de Iudæ. Idem tenet Pan. in c. Iudæi, de teſtib. in fi. & in c. Quanto num. 1. de magiſtr. & in c. 1. de Iudæ nu. 1. vbi quod de rigore non debet Iudæus intrare ſcholas cum Chriſtianis; quia ibi contrahitur conſortium, & quædam cohabitatio: ſed de conſuetudine ſeruatur contrarium. quod tamen Silu. vbi ſupra dicit non procedere in ſcholis theologorum, quia ſunt velut prædicatores quidam: & Theologi ſunt firmiores in fide.

7 Iudæo non licet habere Chriſtianum in ſeruum; eiuſq; ſeruus ſi baptizetur, fit liber nullo pretio dato, c. 1. & 2. de Iudæ. Intellige, ſi ſit vernaculus, idest in ſeruitate natus, aut ſi infidelis exiſtens fuerit emptus ad ſe: vtiliter aut ſi ad mercationem, intra tres menſes non fuerit expoſitus ad vendendum, c. Fraternitatem cum ſtibus ſeqq. diſt. 54. Idem de Pagano, & hæretico docet Molin. de iuſt. tr. 2 diſp. 39. vers. Quartus, per l. Deo nobis parag. His ita C. de epiſc. & cler.

8 Peccat mort. Chriſtianus ſeruiens Iudæis in eorum domibus c. Iudæi 2 de iudæ. & Chriſtianæ mulieres Iudæorum pueros in eorum domibus nutrientes, c. Ad hæc, & c. Et ſi, eo tit. & Azor. vbi ſupra q. 9. & alij docent id eſſe prohibitum etiam extra domum, & Silu vbi ſupra q. 2. vers. 3. & Arag. eo. parag. 4. concedunt. quando ex hoc nimia familiaritas, & conuerſatio contrahitur; aliàs licere extra domum V. Sanchez vbi ſupra num. 20.

9 Iudæi prohibendi ſunt ædificare nouas Synagogas, non autem antiquas reficere c. Iudæi 2. de Iudæ. non tamen ampliores magnificentiores, & ornatiores reddere c. conſuluit eo. tit. V. diſt. 54. per tot. & modò per ſe ipſi perficiant non autem opera Chriſtianorum. Azor. p. 1 lib. 8. c. 22. q. 1. Nec feſta ſua celebrare c. Sicut eo. vbi Glo. in ver. bonas, dicit non eſſe moleſtandos Iudæos in ſuis feſtiuitatibus, niſi id facerent in opprobrium Chriſtianorum.

9 Iudæus ante baptiſmum probandus per quadraginta dies, c. Ne quod abſit de conſecr. d. 4. Niſi vrgeat neceſſitas c. Iudæi ea. diſt. S. Tho. p. 3. q. 68. ar. 3.

10 Iudæo conuerſo relinquuntur bona ſua Extr. 1. de Iudæis. Si ſint iuſtè quæſita Pau. in c. Iudæi, 2. eo. tit. Ang. vbi ſupra num. 30. Silu. eo. q. 6. vers. 8.

11 Iudæi compelli debent per Iudices reſtituere vſuras per negationem communionis cum Chriſtianis, c. Poſt miſerabilem, & c. Quanto, de vſur. Nau. c. 17. nu. 71. Silu. ver. Iudæus q. 4. vers. 10. Io. Med. de vſur. q. 2. vers. Ad d. c. Quanto.

12 Princeps condens ſtatutum, quo iubentur Chriſtiani ſoluere Iudæis vſuras promiſſas, peccat mort. Silu. vſura 9. q. 21. Ang. vſura 2. parag. 14. Azor. p. 1. lib. 8. c. 22. q. 13. Secus ſi tantum neget Chriſtiano contra Iudæum actionem ad vſurarium reſtitutionem: modò ſtatuto, lege, aut præcepto non imperet, ne coram Eccleſiaſtico iudice repetantur, Azor. vbi ſupra Silu. vſura 7. q. 11.

13 Poteſt Princeps non recognoſcens Superiorem auctoritate propria iuſta de cauſa, ſine participatione lucri vſurarum, permittere vſuras exerceri à Iudæis in ſuis terris cum capitulis, & conditionibus honeſtis Nau. de vſur. cons. 33. & duob. ſeqq. Et iuſtè cogere Chriſtianos ad ſeruanda dicta pacta, & ad ſoluendas vſuras permiſſas, & promiſſas cons. 33. cit. num. 7. Azor. p. 1. lib. 5. c. 17. q. 3. vers. tertio obijcitur. vbi addit in locis, vbi ius canonicum moribus vtentium receptum eſt, in excommunicationem incidere magiſtratus, Iudices, Principes ſtatuta condentes, vel dictantes, & miniſtri ſcribentes ea ſtatuta, quibus iubetur, vt Vſuræ ſoluantur, aut ne ſolutæ repetantur, aut ne reſtituantur iuxta Clem. vn. de Vſur. Immo Petr. Royz in decis. Lituan. decis 5. nu. 308. & cõmunior, vt habetur in annot. ad Nau. cons. 33. cit. docet nullũ Principẽ præter Papã poſſe Iudæis publicè fœnerandi poteſtatẽ facere, etiã ſi populi vtilitas, & neceſſitas id poſtulent. Nau. tamen opinio conſuetudine approbata eſt, ſciente, & non contradicente Sum. Pont. V. Cyned. ad Decretal. collect. 30. Ias. in l. 1. C. de ſum. Trin. pr. lect. à num. 54. & in 2. lect. à num. 32. Anchar. cons. 53. Theſaur. decis. 57. Conrad. de contrac. q. 25. & trib. ſeqq. Farinac. fragm. crim. p. 2. à num. 667. littera I.

1 IVDICIVM temerarium dicitur, quod de alicuius peccato, alioue infami malo ex leuibus indicijs concipitur. Sunt autem huius iudicij tres gradus ex S. Tho. 2. 2. q. 60 ar. 3. Primus, cum ex leuibus indicijs de bonitate alicuius dubitare incipit. Secundus cum pro certo malitiam alterius æſtimat ex leuibus indicijs. Tertius cum Iudex ex ſuſpicione procedit ad aliquem condemnandum.

2 Iudicium temerarium de peccato alterius, qui id non curat, non eſt mortale Sot. de iuſt. lib. 3. q. 4. ar. 3.

3 firmiter credens graue malum de proximo, putando tamen fortè ſe decipi, non peccat mort. Cai. in ſum. ver. Iudic. temer. & 2. 2. ar. 2. cit. Nec ſuſpicari; eſt enim id putare cum dubio B. Med. lib. 1. ſum. c. 14. parag. 37. Niſi ſuſpicetur de honeſtiſſima perſona rem grauiſſimam, Sot. vbi ſupra Nec iudicare malum exprobabilibus ſignis Sayr. cla reg lib. 12. c. 3. num. 11. Certo verò putare nil, aut ferè nil dubitando ex leuibus indicijs, mortale eſt in re graui S. Tho Cai. Sot. vbi ſupra, & com. Leſſ. lib 2. c. 29. num. 29. regulam aſſignat ad cognoſcendum, an fuerit ſuſpicio, an iudicium certum. Dum quis, inquit, ita iudicat, vt ſi rogetur, an habeat pro certo, ſit reſponſurus ſibi certum, aut quaſi certum videri, tunc iudicium firmum eſt. Si verò reſponſurus ſit, ſe non eſſe moraliter certum, ſe facile poſſe in ea re falli, tunc eſt ſolum ſuſpicio.

4 Iudicium temerarium tunc eſt peccatum mortale, cum iudicat perſonam v. g. peccaſſe mortaliter. Secus vbi non iudicando perſonam, iudicat tantum factum; & opus Caiet. in ſum. & B. Med. vbi ſupra, S. Tho. q. 60. cit. ar. 4. ad 2. Nau. rubr. de iudic. num. 44. Secus item ſi malum non ſit

graue:

Digitized by Google

graue: aut non aduertit ſigna eſſe inſufficientia, nec de hoc dubitat, Leſſ. lib. 2. c. 29. dub. 3.

5 Iudicare temerariè de perſona graui aut religioſa etiam in minutioribus, ſi notabiliter lædant, vt Regularem non curare de ceremonijs, &c. eſt peccatum mortale Sot. & Sayr. vbi ſupra.

Plura de iudicio temerario vide apud Doct. cit. & Leſſ. vbi ſupra dub. 2. 3. & 4.

L

1 LITTERAS alienas aperiens, & legens mortaliter peccat, niſi ſit Superior, aut faciat ratihabitione; aut inaduertenter; aut ſi litteræ habeantur pro derelictis; aut ſint aduerſarij, à quo ſibi timet; aut ad obuiandum iniuſto malo corporali, aut ſpirituali Silu. ver. ſalſarius q. 11. Ang. eo. parag. 1. S. Ant. p. 2. tit. 1. c. 22. parag. 5. aut ſis Gubernator tempore belli; & niſi aperias ex curioſitate, & non eſt damnum notabile, nec eius periculum probabile Nau. c. 18. num. 53. & in c. Sacerdos de pœnit. d. 6. à num. 11. & in c. Inter verba, concl. 6. num. 19. Quod ſi ex huiuſmodi apertione ſequatur damnum, tenetur aperiens reſtituere, vt ſi aduerſario oſtendit P. Nau. de reſt. lib. 3. c. 1. nu. 341. V. B. Med. in ſum. lib. 1. c. 14 parag. 36. Quaranta ver. Caſus reſeru. num. 12. Leſſ. lib. 2. c. 12. num. 134. & duob. ſeq.

2 Litteris Cardinalis non creditur in præiudicium tertij, immo nec ipſi Cardinali id ore proprio affirmanti Pan. vol. 2. cons. 18. num. 2. & in c. Sicut de ſent. exc. num. 5. Felin. in c. Ad eminentiam eo. tit. num. 2. & in d. c. Sicut num. 3. Si tamen non agatur directè de præiudicio tertij, creditur, Pan. d. num. 5. Et ſi teſtetur de commiſſis à Papa ſibi, vel alijs per eum deferendis, & ſint ſolita concedi Nau. de teſtam. cons. 6. num. 8. & ſeq. Et aſſerenti ſe legatum in his quæ veniunt generaliter in delegatione, licet non oſtendat litteras Fel. in c. Quod ſuper his, de fid. inſtrument. 10. & ibi Pan. num. 5. Vide Extrau. Iniunctæ de elect. inter com.

LVXVRIA

V. Curioſitas, Peccatum.

1 INceſtus eſt cum Cognatis, & affinibus intra quartum gradum Com. Si tamen affinitas contracta ſit ex illicita copula, non erit inceſtus niſi in ſecundo gradu Conc. Trid. ſeſſ. 24. c. 4. de refor. matr. Eſt etiam inceſtus cum religioſis profeſſis, & cum ordinatis in ſacris; & fornicatio in loco ſacro, & cum filia ſpirituali Nau. c. 16. num. 3. & de hæret. cons. 2. Noc tamen poſtremum negant Rodrig. in ſum. lib. 1. c. 209. concl. 1. Azor. p. 3. lib. 3. c. 9. q. 5. Niſi intelligatur de filia ſpirituali ex Baptiſmo, & confirmatione; quia nulla contrahitur ſpiritualis cognatio cum filia confeſſionis. V. ſupra ver. Confeſſio num. 49.

2 Non eſt adulterium cognoſcere alterius ſponſam de futuro Con. in 4. p. 2. c. 1. num. 8. Nec qui cum huiuſmodi ſponſa peccauit tenetur eam circumſtantiam confiteri. Idem num. 14. Hoc tamen vltimum non videtur tutum: ſit enim ſponſo grauiſſima iniuria Lopez inſtr. p. 1. c. 29. parag. Ad hæc liber. P. Ledeſm. de matr. q. 43. ar. 1. dub. vlt. Rebell. de oblig. p. 2. lib. 4. q. 8. num. 9. Molin. de iuſt. trac. 3. diſp. 93. nu. 8. & probabile putat Azor. p. 3. lib. 3. c. 4. q. 6. & concedit Sanch. de matr. lib. 1. diſp. 2. num. 6.

3 Stuprum intelligitur, ſi fœmina ſit virgo, non autem mas. Caiet. 2. 2. q. 154. ar. 6. ad 2. dub. Suar. de pœnit. diſp. 2. ſect. 4. circumſt. 1. V. ver. Confeſſio num. 58.

4 Sodomia eſt cum duo eiuſdem ſexus commiſcentur, etiam fœminæ S. Tho. 2. 2. q. 154. ar. 11. Et cum duo diuerſi ſexus commiſcentur in vaſe non naturali Cai. in ſum. ver. Sodomia De pœnis contra ſodom. V. l. Cum vir. C. ad l. Iul. de adult. Auth.

Vt non luxur. contra nat. Inſtit. de publ. iudic. peragi tem lex Iulia, & Bull. Pij V.

5 Non eſt ſacrilegium fornicatio in loco non deputato ad res ſacras, licet ibi ſit altare ad faciendum aliquando ſacrum, non enim eſt locus ſacer. Pan. in c. Inter dilectos de donat. num. 8.

6 Vbi vir ſemine intra vas emiſſo ſe retrahit, antequam vxor ſeminauerit, putat Sanchez de matr. lib. 9. diſp. 17. num. 12. poſſe vxorem ſe tactibus prouocare donec ſeminet: quod illa prouocatio ſit perfectio actus coniugalis. Ego verò de veritate huius opinionis ſatis dubito, cum ſit ſingularis, eiuſq; rationes non ſint concludentes.

7 Fœmina oppreſſa non tenetur clamare, aut opprimentem lædere, nec reſiſtere membris: ſufficit enim non conſentire, nec ad peccatum ſe aptare Sot. de iuſt. lib. 5. q. 1. ar. 9. Nau. c. 16. num. 1. Et ſi metu tacet non conſentiens, non peccat mort. Sot. cit.

8 Oſculum, & tactus ad delectationem carnalem inter non coniuges ſũt peccata mort. Nau. vbi ſupra nu. 10. vers. 8. S. Ant. p. 2. tit. 5. c. 1. Tactus tamen verendorum alterius ſexus ſupra veſtes ex ioco, non eſt mortalis Sanchez vbi ſupra diſp. 46. num. 11. Nec tactus manuum fœminæ, premere pedem, vel brachium vellicare, digitos contorquere: ſunt enim tactus tam leuiter turpes, vt excuſentur à mortali propter leuitatem materiæ, etiam ſi intendatur delectatio ex illis conſurgens. Idem num. 17. V. ſupra de pecc. mor. & ven. Inter coniuges non eſt mortale licet non intendant peruenire ad copulam; modò non ſit periculum pollutionis Caſ. in ſum. ver. matrimonij vſus. Vict. in ſum. num. 277. Tolet. lib. 7. c. vlt. Nau. vbi ſupra num. 41. Quod verum eſt primo quoties copula interdicitur coniugibus ob circunſtantiam extrinſecam, quæ per ſe neutrum coniugem arcet ab vſu matrimonij; vt ſi illicita ſit copula propter notabile ſalutis, vel abortus periculum, aut huiuſmodi. Secundo quando copula interdicitur ratione præcepti eccleſiæ, vt propter ſuperuenientem affinitatem? Item cum impotentia ſuperuenit matrimonio contracto. Tertio quando alter, vel vterq; vouiſſet tantum debitum non petere. Secus vbi interdicitur debiti petitio, eò quod coniux dubitet de valore matrimonij; aut quando ratione voti non licet reddere, nec petere: quia vouens abſolutè caſtitatem tenetur in quantum poteſt ab illis omnibus abſtinere, quæ caſtitati aduerſantur Sanchez vbi ſupra diſp. 44. à num. 19. Inter ſponſos licere oſcula, & tactus non impudicos, ſi abſit periculum pollutionis, docet Nau. vbi ſupra num. 12. & ſeq. Sed id meritò impugnat Rebell. p. 2. lib. 3. q. 19. ſect. 2. Niſi fiant cauſa ſolius beneuolentiæ aut ex leuitate iocoſa: Nam ſi ex libidine, ſunt mortalia. & idem docet Sanchez in ſum. p. 1. lib. 5. c. 6. nu. 12.

9 Si præter intentionem dum Coniuges congredi conantur, ex naturæ feſtinatione alter, vel vterq; extra ſemen effundat, non peccant Sanch. de matr. lib. 9. diſp. 17. num. 14. Item excuſantur, cum ſe oſculantur, & tangunt, amplectuntur ad mutuum amorem indicandum, & fouendum, quando non nimia voluptas adeſt, ſed tamquã indicia amoris exercentur, repreſſo exceſſu libidinis inſurgentis; licet præuideant pollutionem inde ſecuturam. Idem diſp. 45. num. 38.

10 Contactus partium verendarum, ſi fiat non cauſa voluptatis carnalis, ſed ſolius curioſitatis, ſi abſit periculum pollutionis, per ſe non eſſe peccatum mort. cauendam tamen huiuſmodi curioſitatem propter periculum docet Leſſ. lib. 4. c. 3. dub. 8. num. 62. Ego verò cenſeo cauendam eſſe non tantum ob periculum pollutionis ſed etiam ob periculum moroſæ delectationis, quæ in eo caſu vix vitari poteſt, ſi ſit contactus partium alterius ſexus. De quo vide Sanchez lib. 9. diſp. 46. num. 12. Dicitur autem moroſa delectatio non ob temporis moram, licet ab eo nomen acceperit; ſed ex eo, quod ex plena animi deliberatione deſcendit; ita vt delectatio moroſa ſit eadem, quæ delectatio deliberata Azor. p. 1. lib. 4. c. 5. q. 5. V. eundem cap. 6. & Sayr. clau. reg. lib. 8. c. vlt.

11 Nemo

Digitized by Google

11 Nemo tenetur opus bonum relinquere ob periculum pollutionis, ſi non eſt periculum conſenſus S. Ant. p. 2. tit. 6. c. 4. Cai. in ſum. ver. pollutio Nau. c. 16. num. 7.

12 Non eſt mortale optare pollutionem in ſomnis ad releuandam naturam aut ſedandã tentationem, modò non detur cauſa S. Ant. vbi ſupra c. 5. Silu. & Ang. ver. pollutio Nau. vbi ſupra. Nec ob eam cauſam præterita gaudere, Silu. ibidem Tolet. lib. 5. c. 13. Sayr. cla. reg. lib. 8. c 5. num. 15. Leſſ lib. 3. c. 4. num. 14. num. 105. Eſſe peccatum docent Sot. in 4. diſt. 12. q 1. ar. 7. B. Med. 1. 2. q. 74. ar. 5. & 6. Valent. to. 3. diſp 9. q. 3. p 3. Azor p. 3 lib. 3. c. 24 q. 4. Ego tamen veriorem puto priorem ſententiam.

13 Non peccat mort. illa edens, vnde credatur ſecutura pollutio, ſi non intendatur Ang. Silu. & S. Ant. vbi ſupra Nau vbi ſupra num. 8. Leſſ. num. 107.

14 Pollutio inuoluntaria, ſi non placet, non eſt peccatum mort. Nau. c. 16. nu. 17. & com. Nec quæ accidit ſemiexperrecto, quia non eſt integrum iudicium Silu. vbi ſupra, Azor. c. 24 cit. q. 6. Nec ea, quæ incipit in ſomno, & perficitur in vigilia perfecta, ſi deſit conſenſus, & cohiberi non poſſit Tolet. vbi ſupra Azor. q. 5. Nau. num. 8. cit. Immo non tenetur cohibere, ſed ſufficit non complacere Sayr. vbi ſupra nu. 13. Nec ea quæ ex tactu licito, & neceſſario, vt ex amplexu iuxta patriæ conſuetudinem: ex tactu à Chirurgo cauſa medicinæ: ex refricatione ob magnum pruritum in partibus inſidelium, & huiuſmodi; licèt ex his præter intentionem ſequatur pollutio etiam præuiſa Sanchez de matr. lib. 9. diſp. 45. à num. 38.

15 Poteſt quæuis fœmina, aut mas ob turpem vſum ſui corporis pretium accipere Nau. c. 17. num. 40.

16 Non poteſt mulier expellere ſemen viri, etiam ſi corruptum ſit, & in venenoſam qualitatem tranſierit, Sanch. in ſum. lib. 5. c. 6. num. 12. in fi. corrigens quod prius in contrarium dixerat de matr. lib. 9. diſp. 17. num. 19.

M

1 MAledicere non optando malum, non eſt mortale Nau. c. 23. num. 117.

2 Maledicere brutis quatenus hominis ſunt, eſt mortale, alioqui veniale Silu. ver. maledictio q. 2. Ang. eo. parag. 2. Idem dic: de maledicentibus irrationabilibus quatenus hominis ſunt, vel quatenus ſunt effectus Dei Sayr. cla. reg. lib. 12. c. 5. à num. 18.

3 Maledicere filijs, commendando eos dœmoni ſine intentione, non eſt mortale. Non excuſantur autem à mortali ex eo, quod ſtatim illos pœniteat Sayr. vbi ſupra num. 11. V. eundem lib. 7. c. 5.

Malefico parato vti non licet ad diſſoluendum maleficium Silu. ver. maleficium q. 8. ver. Hiſ præmiſſis Nau. c. 11. num. 29. Sot. in 4. diſt. 34. q. 1. ar. 3. Cai. in ſum. ver. maleficium, & com. vt teſtatur Azor. lib. 2. p. 2. c. 17. q. 9. aſſerens cum Nau. & Silu. loc. cit. eſſe mortale à tali petere, cum non poſſit maleficium licitè alio maleficio ſoluere Sanchez de matr. lib. 7. diſp. 95. num. 7. Suar. de relig. to. 1. trac. 3. lib. 2. c. 18. Niſi petenti conſtet maleficum noſſe etiam media licita ad ſoluendum maleficium, licèt petenti conſtet illum medio illicito vſurum. Idem Sanchez num. 11. & diſp. 96. multis cit. docet licere ſignum maleficij deſtrui, & à malefico petere vt deſtruat. Immo, & ab alio malefico petere an ſciat, in quo tale maleficium conſiſtat; non tamen licere ignorantem inducere, vt per artem ſuam inueſtiget. At ſi fortè is addiſcat nouo pacto cum dœmone, vti poſſum ea ſcientia ad deſtruendum maleficij ſignum in commodum meum. V. eundem in ſum lib. 2. c. 41. Cai. to. 2. opuſc. 12. & 3. 2. q. 78. ar. 4. & Suar. de relig. vbi ſupra vbi num. 14. quod ſi maleficus nolit ſoluere medio licito ſibi cognito, poteſt acceptari, vt alio maleficio ſoluat, id enim ſolum eſt permittere vrgente neceſſitate. V. etiam &c.

Mar-

MARTYR eſt quicumque pro virtute interficitur S. Ant. p. 3. tit. 31. c. 9. Silu. ver. Martyrium. Leſſ. lib. 3. c. 11 num. 28. S. Thom. 2. 2. q. 124. art. 5. & infans ante baptiſmum aquæ in odium Chriſti occiſus Suar. to. 3. diſp. 29. ſect. 1. licet nondum natus, qui ſcilicet cum Matre pregnante pro Chriſto occiditur, Silu. bapttiſm: 1. q. 1. citato Palud. vt cum Iudæus filiam à Chriſtiano fœcundatam occidit, aut abortiri facit in odium Chriſti. Idem docet Tolet. lib. 2. c. 22. num. 7.

1 MEDICVS tenetur ſtatim ægrum monere confeſſionis, quòd ſi non confiteatur, non viſitare tertio die; niſi diſtuliſſet confeſſionem de conſilio Confeſſarij. Pius V. ſuper gregem Domini ſufficit verò ſi moneat Parochum, eoſuè, qui eius curam gerunt Cai. in ſum. ver. Medici pec. Quòd ſi nolit confiteri, non ideò deſerendus infirmus, Nau. c. 25. num. 61. Cyned. ad Decretal. collect. 163. num. 5. Ang. ver. Medicus parag. 8. Silu. eo. q. 3. vers. 2. & ſi ideo deſerat, & moriatur, erit irregularis. Sayr. de cenſur. lib. 7. c. 4. num. 5. Intelligunt autem Cai. vbi ſu. Suar. de pœnit. diſp. 35. ſect. 3. & Ang. loco cit. infirmitatem periculoſam. Archid. verò in c. Cum infirmitas, de pœnit. & rem. Silu. vbi s. vers. 3. volunt id ſeruandum eſſe in quacumque infirmitate, licet minimè periculoſa fuerit. Cherub. ſchol. 2. ad cit. Bullã Pij V. Sed id meritò impugnat Suar. vbi ſupra & Sanchez in ſum. lib. 3. c. 16. num. 7. docet veram eſſe Archid. ſententiam, quando licet infirmitas à principio non ſit periculoſa, iudicat tamen Medicus periculum morale, vt grauior fiat.

2 Medicis tenetur Iudex dare ſuſpenſum pro anatomia Silu. vbi ſupra q. 9.

3 Medicus tenetur pauperem gratis curare, & medicinam ſoluere, ſi poteſt. Silu. vbi ſu. q. 5. Intellige quãdo nec per ſe, nec per aliũ mag. coniunctũ, aut per eos, qui magis poſſent, valet curari, S. Thom. 2. 2. q. 71. ar. 1. Idem ſi infirmus ſit diues, ex auaritia tamen non vult ſoluere Medico; tunc enim debet Medicus neceſſario facere ſuis expenſis, quæ poſtea repetit ab eo ſano effecto, vel ab hæredibus Ang. vbi ſupra parag. 6. Silu. q. 5. verſ. 2.

4 Medicus accipiens notabiliter plus debito, etiam libenter datũ, tenetur reſtituere Nau. c. 25. num. 63. Et ſi eſt à Communitate Salariatus, ita vt nihil poſſit ab infirmis accipere, licet ſalarium ſit inſufficiens, nihil accipere poteſt, niſi mutatæ ſint rerum conditiones, aut ſi is qui eius opera vtitur ſit ſanus. Silu. vbi ſupra q. 6.

5 Medicus dubitans de aliquo medicamento, an ſit mortaliter noxium, ſi præbeat infirmo, vt experiatur, mortaliter peccat. Nau. vbi ſupra num. 60. Azor. parag. 1. lib. 2. c. 17. q. 11. V. ſupra Conſcientia probabilis num. 22.

6 Medico non tenetur infirmus obedire ſub mortali; niſi vergat in notabile nocumentum ſuum. Anchar. in c. Tua nos de homic. num. 7. Silu. q. 5. Ang. parag. 10.

1 METVS iuſtus, ſeu cadens in conſtantem virum eſt, quo quis probabiliter timet etiam ſuis graue malum S. Thom. ſuppl. q. 47 ar. 2. ad 1. excuſat autem à mortali in his, quæ ſunt iuris poſitiui Silu ver. Metus num. 7. & minor metus excuſat fœminam quã virum, & ſenem, quã iuuenem Sot. de iuſt. lib. 7. q. ar. 1. V. Imped. matr. vers. Vis, & ſuprà de Volunt. &c. num. 5. ad 13, & Barboſ. ad c. ſi iuſtus num. 3. ad 16. de appell.

2 Metus iuſtus excuſat ab obligatione in his, quæ requirunt liberum conſenſum, vt in voto, & matrimonio Pan. in c. Cum locum de ſponſal. num. 12. Silu. vbi ſupra q. 8. V. glo. in c. Abbas, ver. coactus, de ijs quæ vi. &c.

3 Metus minor iuſto, ſi eſt cauſa, ſine qua non ſaltem principalis annullat contractum coram Deo Nau. c. 22. num. 51. & de ijs quæ vi, conſ. 3. num. 9. Vide ſupra Imped. matr. vers. Vis.

MORES alicuius inquirendi ſunt in loco, in quo ille diuſuit moratus c. Poſtquam, & c. Scripturæ parag. Per Apoſtolica, de elect. & ibi Pan. & Anchar.

O

OPINIO

V. Dubium, & de caſib. conſc. §. Conſcientia probabilis.

ORATIO

V. Horæ canonicæ.

1 ORare quis tenetur cum primum peruenerit ad vſum rationis, vel in maxima ſua, vel proximi neceſſitate, cum aliud remedium non apparet, v. g. in grauiſſima tentatione. Item ſuſcepturus aliquod ſacramentum Arag. 2.2. q. 83. ar. 3: Silu. ver. Oratio q. 8. aut cum videt aliquem ab hoſtibus inuadi Nau. de hor can. c. 3. num. 4. & cum aggreditur opus aliquod periculoſum Io. Med. de orat. q. 11. In primo caſu nulla videtur ratio conuincens; ſufficit enim non peccare, & bonum facere, quod occurrit. Tentationes aliter ſuperantur Nau. vbi ſupra num. 15. Proximus in ſpiritualibus poteſt ſibi eſſe præſidio. In corporalibus neſcitur quem fructum habitura ſit oratio. Valent. to. 3. diſp. 6. q. 2. p. 3. dicit in grauiſſima tentatione, in aggreſſione periculoſi operis, & quando ſe debet ad gratiam præparare, vt vitet peccatum eſſe præceptum orandi. & infert eum, qui longo tempore non orauit, aliquando peccaſſe mortaliter omittendo orationem. Quòd ſi quis tunc non aduertit, nec poteſt aduertere, quod neceſſe tunc ſit orare, ſed inuincibiliter obliuiſcitur orationis, non peccabit mort. V. etiam Arag. vbi ſupra Leſſ. lib. 2. c 37. dub. 3. Azor. p. 1. lib. 9. c. 34. q. 2.

2 Non mandare memoriæ Pater noſter, Aue maria, Credo, & ea non intelligere peccatum eſt ſaltem graue Nau. vbi ſupra num. 10. Et de ſimbolo, & oratione dominica docent eſſe mortale Pegna ad Direct. p. 1. com. 10. ex multis concil jis Alij tamen vt Silu. ver. Scientia vers. 2: Arag eo. parag. 1. Suar. de relig. to. 2. lib. 3. c 6 Io. med. de orat. q. 10. volunt ſufficere ſcire ſubſtantiam.

3 Orans oratione voluntaria ſi non attendat ex propoſito, peccat venialiter Arag. 2. 2. q. 83. ar. 13. vers. Sed dubitatur Suar. vbi ſupra c. 4. num. 13. Sot. de iuſt. lib. 10. q. 1. ar. 4. concl. 6. & ſeq. Nau. de orat. c. 13. Azor. p. 1. lib. 10. c. 12. q. 11. In oratione verò ex præcepto non ſatisfacit Nau in man. c. 27. num. 97. 105. & ſeq.

4 Orare licet pro morte propria, vel aliorum ad vitanda peccata Nau. de orat. c. 19. num. 77. & c. 20. num. 7.

5 Non ſunt orandæ animæ, quæ ſunt in Purgatorio S. Tho. 2. 2. q. 83. ar. 4. ad 3. Silu. ver. oratio q. 3. vers. 4. S. Ant. p. 4. tit. 5. c. 8 parag. 2. in fi. Nau c. 20. cit. num. 9. Azor. alios referens vbi ſupra c. 30. q. 4: Contrarium docent Io. Med. de orat. q. 3. Gabr. in can. lect. 58. Arag. vbi ſupra ar. 4. Suar. to. 4. diſp. 47 ſect. 2. num. 9. Prima opinio communis eſt apud Theologos teſte Azor. loco cit.

6 Poteſt quis priuata oratione illum orare, quem credit eſſe in cœlo, vt paruulos. In diuino autem officio ſolos Sanctos canonizatos Azor. p. 1. lib. 9. c. 30. q. 1.

ORNATVS

V. Peccatum.

1 ORnatus licet ad tegendam turpitudinem S. Tho. 2. 2. q. 169. ar. vlt. ad 2. Silu ver. Ornatus q. 1. Ang. eo parag. 4. V. Anchar. repet. in c. Canonum ſtatuta, de conſtit. à num. 142. & in rubr. Ne Cler. vel mon. num. 3.

2 Ornari ad fingendam pulchritudinem non eſt mort. S. Tho. & Silu. vbi ſupra, etiam ſi alius inde ſumat occaſionem peccati mort. Nau. c. 23. num. 18. Leſſ. lib. 4. c. 4. num. 108. Intellige ſi id faciat ex cauſa

cauſa rationabili, v. g. vt placeat viro; ne reſpuatur ab ijs, qui poſſunt eam vxorem ducere: aut ſi ſciat in generali ſe concupiſcendam: Si verò ſcit in particulari, hunc, aut illum peccaturum mort. concupiſcendo, licèt Cai. 2.2. q.169. ar. 2. ad dub. 3. Armill. ver. Ornatus num. 1. docere videantur non peccare mort. probabilius tamen videtur quod Tribien. ver. ornatus q. 2. Silu. eo. q. 4. vers. Ex quibus Azor. p 3. lib. 3. c. 30. q. 2. aſſerunt, ſcilicet peccare mort. cum ſine incommodo ſuo poſſit alterius peccatum vitare.

3 Ornari ſplendidius, quàm ſtatus ſuus requirat, non eſt mortale; niſi id eſſet in cauſa non ſoluendi debita, aut non præbendi alimenta cui debentur. Nau. c. 23. num. 19.

P

PECCATVM

V. Charitas. Homicidium. Locatio. Mendacium. Scandalum. Venditio.

1 Peccatum eſt actus deuians ab ordine debiti finis, contra regulam naturæ, rationis, vel legis æternæ S. Tho. p. 1. q. 63. ar. 1. & 12. q. 21. ar. 1. Vel, eſt dictum, factum vel concupitum contra legem æternam S. Aug. lib. 2. contra Fauſtum c. 27 ideſt. Eſt actus quo aliquid concupiſcimus, dicimus, vel facimus. Azor. p. 1. lib. 4. c. 1.

2 Peccatum mortale eſt delectari conſenſu ſaltem tacito in peccato mortali cogitato: Secus ſi non plenè aduertas Silu. ver. delectatio q. 1. Nauar. c. 11. num. 12. & c. 16. num. 9. Cai. in ſum. ver. delectatio. Delectari verò de cogitatione, non de re ipſa cogitata, non eſt mortale Cai. ibidem. S. Ant. p. 2. tit. 5. c. 1. parag. 5. Silu. vbi ſupra, vers. 3. Leſſ. lib. 4. c. 3. num. 108. Azor. p. 1. lib. 4. c. 6. q. 4. In benè diſpoſitis communiter non accidit peccatum moroſæ delectationis Cai vbi ſupra in fi. V. Cord. lib. 1. qq. q. 23. dub. 12. vbi docet vtramq; opinionem eſſe probabilem, primam tamen tutiorem, ac magis communem optimè Sanchez in ſum. lib. 1. c. 1 & 2.

3 Velle aliquid, quod eſt mortale, ſub ea conditione ſi non eſſet peccatum, ſi ea conditio omnem malitiam ab actu auferat, non eſt mortale; vt caperem aliena, vel occiderem, ſi non eſſet peccatum Cai. in ſum. ver. cogitatio. Armill. eo. num. 1. Sayr. cla. reg. lib. 8. c. 7. num 28. in fi. licèt Sanch. in ſum. lib. 1. c. 2. num. 23. & ſeq. & Azor. p. 1. lib. 4. c. 6. q. 20. id admittant ſolum in prohibitis ſolo iure poſitiuo, vt comederem carnes in quadrageſima, ſi liceret, non autem in prohibitis iure naturali, quæ ſunt intrinſecè mala, vt occiderem, &c. Niſi hæc licita eſſent in aliquo caſu, aut ſtatu, & conditio apponeretur, ſi ille caſus, aut ſtatus adeſſet: vt ſi deſideret accedere ad non ſuam, ſi eſſet ſua; ſimulq; deſideret eſſe ſuam.

4 Cum quis ſufficienter aduertens malam cogitationem, & periculum, negligit reprimere, videtur tacitè conſentire S. Ant. Silu. Cai. vbi ſupra. Secus ſi non expellat, quia non putat eſſe periculum conſentiendi Nau. c. 12. num. 12. Et in c. Cogitationis de pœnit. d. 1. num. 12. vers. 3 Sanchez alios referens in ſum. lib primo c. 2. nu. 13. niſi adeſſet præuiſum pollutionis periculum, ibidem in fi.

5 Obijcere ſe ex neceſſitate aliqua periculo peccati mort. credendo ſe non peccaturum: aut ex cauſa probabili, proponendo non peccare, non eſt mortale Nau. vbi ſupra. alias peccat, cum implicitè velit peccatum eo ipſo, quod exponit ſe periculo probabili illud committendi; vt de ingrediente domum meretricis cum deliberatione non peccandi, Salon. 2. 2. q. 64. ar. 8. contr. 3. vers. An qui adhibuit. Sanchez de matr. lib. 9. diſp. 45. num. 6. V. B. Med. 1. 2. q. 19. ar. 6. dub. 4. q. 4. Reginald. lib. 4. nu. 331. & ſeq.

6 De

6 De quo, cum factum eſt, licet gaudere, id ante licet optare, Leſſ. lib. 4. c. 3. num. 165. concl. 4.

7 Delectatio moroſa de actu coniugali abſente coniuge eſt mortalis Nau. in c. ſi cui de pœnit. d 1. num. 4. Silu. vbi ſupra q. 2. Azor. p. 1. lib. 4. c. 6. q. 8. & alij plures, quos pro prima ſententia refert Sanchez vbi ſupra diſp. 44. num. 2. Verius tamen alij docent non eſſe mortale, ſi non eſt periculum pollutionis, ſic Cai. in ſum ver. Delectatio, & 1. 2. q. 74. ar. 8. ad 4. S. Ant. p. 2. tit. 5. c. 1. parag. in fi. Tabien. ver. Luxurioſus num. 9. B. Med. 1. 2. ar. 8. cit. dub. 1. Sayr. cla. reg. lib. 8. c. 7. dub. 8. Leſſ. vbi ſupra num. 123. Sanchez diſp. cit num. 3. & alij plures. De Sponſis B. Med. loco cit. dub. 3. referens Vict. docet non peccare mort. ſe delectando in delectatione futuræ copulæ. Sed contrarium docent Sanch. lib. 9. diſp. 47. num. 4 Azor. vbi ſupra q. 7. & alij. De ſolutis communis opinio eſt peccare mort. delectando in copula cogitata, ſi talis v. g. eſſet ſua vxor. De Viduis ſe delectantibus in cogitatione copulæ habitæ, volunt non peccare mort. Silu. ver. delectatio q. 3. Ang. ver. cogitatio num. 3. Valent. to. 2. diſp. 6. q. 4. p. 4. B. Med. vbi ſupra dub. 2. Caiet. ibidem & Opuſc. to. 1. trac. 14. dub. 2. & alij multi. Alij verò vt Sanch. vbi ſupra num. 7. Azor. q. 6. docent peccare mort. ſi cogitent maritalem copulam tamquam præſentem, & ex ea cogitatione excitent delectationẽ in appetitu ſenſitiuo, & in eam conſentiant.

8 Vxoratus incipiens cum vxore actũ ſodomiticum ſine animo ibi perficiendi & conſumans in vaſe naturali, ſecundum Nau. de pœnit. & rem. cons. 7. num. 2. peccat tantum peccato tactus illiciti. Secundum Sanch. lib. 9. de matr. diſp. 17. num. 5. peccat mort. peccato ſodomiæ inchoato. Secundum alios eſt peccatum contra naturam, non tamen ſodomia, ſic ex S. Tho. 2. 2. q. 154. ar. 11. & ibi Cai. Silu. ver. Luxuria q. 1. vers. 3. Azor. p 3. lib. 3. c. 20. q. 1. Marchin. de ord. trac. 1. c. 8. c. 4. num. 3.

9 Facere ex iuſta cauſa id, quod ſcias eſſe alteri occaſio peccati mort. non eſt mortale: ſecus ſi ſine iuſta cauſa: vt mulier, quæ ſine cauſa illi ſe conſpiciendam exhibet, quem credit ex eius aſpectu mortaliter peccaturum Silu. ver. ſcandalum q. 2. Nau. c. 14. num. 30. & c. 6. num. 13. & in c. Conſideret, parag. Animaduertere de pœnit. d. 5. num. 6. S. Ant. p 3. tit. 7. c. 4. parag 4. vers. ſcandalum occaſionatiuum Azor. p. 1. lib. vlt. c. ult. & quæ ſe veſtit, fucat, ornat. &c. Nau. vbi ſupra ſi ſit ornatus ſuperfluus, & aduertat eſſe alijs occaſionem ruinæ, Silu. ver. ornatus, vers. Ex quibus patet. V. Sanch. in ſum. lib. 1. c. 6. num. 17.

10 Licite permittitur occaſio peccandi, v. g. puero furandi, vt depræhenſus & punitus abſtineat Nau. c 24. num. 13. & in c. Inter verba concl. 6. perfecta numero 624. Sot. de teg. ſecr. memb. 2. q. 2. concl. 4. Cord. in ſum q. 5. coroll. 4. P. Nau. lib. 3. c. 4. num. 126. & ſeq. Sanch. de matr. lib. 10 diſp. 12. num. 52. Non tamen licet præbere occaſionem: quia id eſt non ſolum permittere, ſed cooperari, & poſitiuè concurrere.

11 Cooperari per accidens peccato proximi poteſt excuſari neceſſitate, vel vtilitate Nau. c. 14. num. 27. & ſeq. vt qui mutuum petit ab Vſurario, quem ſcit ſine vſuris non mutuaturum. & qui petit à Curato mortali peccato infecto vt filium ſuum baptizet, licet ſciat illum miniſtraturum ſine pœnitentia.

12 Non eſt mortale aliquid licitum facere, licet ſcias aliquem in genere peccaturum Nau. vbi ſup. num. 37. Nec etiam ea facere, quibus poſſunt homines bene & malè vti, licet plures malè vtantur. Idem num. 43. vers. 23. & in cap. Negotium de pœnit. d. 5. num. 8. S. Tho. 2. 2. q. 169 ar. 2. ad 4.

13 Facere quod ex natura ſua inducit ad peccatum mort. v. g. reuelare pudenda coram altero ſexu, mortale eſt; niſi iuſta cauſa excuſet; vt Medico Nauar. c. 14 numero 36. Item velle videre nudam perſonam alterius ſexus. Idem

in c. Inter verba concl. 6. num. 9. & in ma. c. 23. num. 30. Niſi aſpectus ſit ex ſola curioſitate tam breui tempore, vt non detur occaſio magnæ commotionis in corpore; vel ſi ratione ætatis puerilis, aut ſenilis, aut frigidæ complexionis ceſſet periculum, Sanchez vbi ſupra diſp. 46. num. 24. Item legere libros amatorios, & laſciuos, ſi ſibi, aut alteri ſit cauſa, aut ſaltem periculum moroſæ delectationis. Item pingere turpia, vt Venerem detectis pudendis Sanchez vbi ſupra num. 44. & in ſum. lib. 1. c. 7. num. 39.

14 Non peccat famulus adiuuans concubinam ſe ornantem Nau. c. 20. num. 6. Nec famula aperiens oſtium adultero: aut eam ad domum amaſij comitans, aut lectum ſternens, in quo ſunt peccaturi: aut litteras deferens; aut inuitans ad cœnam hæra iubente, modo diſpliceat peccatum Nau. de pœnit. & rem. cons. 4. & 5. concurrit enim tantum ad ſubſtantiam operis indifferentis, & ad obſequium ſuæ hæræ debitum præſtandum Azor. p. 2. lib. 12. c. 18. q. 8. V. Roder. in ſum. lib. 1. c. 204. num. 5. & Sanch. in ſum. lib. 1. c. 7. num. 12. & ſeqq. Secus de conferente munera Concubinæ Iudicis, vt pro ipſo intercedat, quia eſt turpem amorem fouere. Sanchez ibidem num. 38. Naldus in ſum. ver. Amaſius num. 2.

15 Permitti poſſunt peccata, vt vitentur grauiora Nau. c. 14. num. 40. Licèt etiam volenti adulterari cõſulere, vt potius fornicetur Cai. in ſum. ver. Tyrannus. fusè Sanchez de matr. lib. 7. diſp. 11. num. 15. & in ſum. lib. 1. c. 10. q. 2. V. Conrad. de contrac. diſp. 26. corol. 1. & 2. Ang. vſura 2. parag. 14. Non tamen licet facere peccatum etiam leuiſſimum ad vitandum peccatum alienum etiam grauiſſimum c. 2. diſt. 14. & ibi glo. ver. periculoſiſſimè Suar. to. 4. diſp. 3. ſect. vlt. num. 7. Sanch. diſp. 11. cit. num. 27. Sot. de iuſt. lib. 6. q. 1. ar. 3. vers. Ex his ergo. Si enim eſſet id mihi licitum, & ſecundum rectam rationem, iam non eſſet in me peccatum: repugnat enim aliquid eſſe ſecundum rectam rationem faciendum, & eſſe peccatum. Sic etiam Pan. in c. Super eo num. 3. de vſur. V. ver. mendacium num. 7.

16 Non licet facere, aut reficere id, cuius vſus principalis eſt peccatum mort. vt Synagogas Iudæorum Nau. vbi ſupra num. 32. V ver. Iudæus num. 8.

17 Mortaliter peccat, qui proximo grauiter nocet, ſi potuit, aut debuit aduertere Com. Item non vitans id, quo credit, aut credere debet, ſe raro ſine mortali peccato vſurum Nau. c. 3. num. 14.

18 Committere non potes te ipſum periculo peccandi pro ſalute proximi S. Tho. quol. 3. ar. 9. ad 3. Roder. lib. 1. ſum. c. 12. concl. 1. Sanchez vbi ſupra num. 27. limitat tamen vt ſupra num. 5.

19 Non eſt abſoluendus, qui non vitat occaſionem, quæ ferè omnes ſui ſimiles facit peccare mort. Nau. vbi ſupra Cord. in ſum. q. 4. V. Cai. ver. periculum pecc. Nec balneorum magiſter, qui nudas mulieres per nudos miniſtros lauari mandat Nau. de pœn. & rem. cons. 7.

20 Mulier vim paſſa poteſt virile ſemen expellere, ſi id faciat incontinenti: Niſi ſit ſponſa de præſenti, etiam tempore bimeſtri ſibi à iure conceſſo ad ingrediendum religionem: aut alia fœmina per metum cognita; quia copula fuit voluntaria, & cum peccato Sanch. lib. 2. de matr. diſp. 22. num. 17. Sponſus tamen peccat mort inferens vim ſponſæ de præſenti intra illud bimeſtre Sot. in 4. d. 27. q. 1. ar. 4. vers. Quid autem iuris. Sanch. vbi ſupra P. ledeſm. de matr. q. 6. ar. 1. V. ſupra, Debitum coniug. num. 11.

21 Quomodo liceat vti peccato alterius ad id parati, Vide Cai. to. 2. opuſc. 12. & 2. 2 q. 78. ar. 4. Sanch. in ſum. lib. 1. c. 7. & ſupra ver. maleficium.

PRAEDICARE.

V. ordo. Prælatus. Suſpenſio. Vanagloria.

1 NVllus prædicare præſumat contradicente Epiſcopo Concil.

Digitized by Google

cil. Trid. ſeſſ. 24. c. 4. de refor.

2 Regularis non prædicet etiam in Eccleſijs ſui ordinis Epiſcopo contradicente Trid. vbi ſupra. Nec ſine licentia ſui Superioris: & in Eccleſijs ſui ordinis petita ab Epiſcopo benedictione: & in alijs non ſine licentia Epiſcopi, & ſui Superioris Trid. ſeſſ. 5. c. 2. Primum dictum intelligit Roder de regul. to. 3. q. 32. ar. 1. quando Epiſcopus ipſe vult prædicare, aut coram ſe prædicari iuxta Clem. Dudũ de ſepult. V. eundem ar. 6. & Sorb. ver. Prædicare annot. 2. Poteſt verò dare licentiam etiam Curatus caſualiter, 1. in tranſitu. Anchar. in c. excommunicamus 1. de hæret. parag. Quia verò, & alij Prælati inferiores in eorum Eccleſijs, quando perſona aliàs eſſet approbata ad officium prædicandi. Ad Epiſcopum autem ſpectat dare generalem licentiam prædicandi per totam Diœceſim, non ad alium Pan. in d. c. excommunicamus num. 12. vbi ſchol. Belentzin.

3 Prædicare ſine legitima licentia, mortale eſt, d. parag. Quia verò. Item prædicare inutilia, vt ſpeculatiuas quæſtiones Philoſophorũ, poetas gentiles &c. excedendo notabiliter Cai. in ſum ver. Prædic. pec. Item mentiri ſcienter in fide, aut moribus: aut miraculis, aut Sanctorum hiſtorijs: ſecus in alijs, niſi forte ob magnum ſcandalum. Cai. loc. cit. Nauar. c. 26. numero 141.

4 Detrahens in concione Prælatis Eccleſiæ quaſi nominando, mortaliter peccat Clem. 1. parag. 2. de priuil. vbi glo. ver. detrahant. Nau. c. 27. num. 142. cap. Cum ex iniuncto de hæret.

5 Peccat mort. laicus prædicans ſine licentia, c. Sicut in vno, de hæret. vbi Pan. Dare autem licentiam laico, aut fœminæ non poteſt Epiſcopus Armill. ver. Prædicatio. Niſi in defectum ſacrorum hominum Sayr. de cenſur. lib. 4. c. 16. num. 22. Alter. de ſuſpenſ. diſp. 6. c. 3. & tom. 1. lib. 1. diſp. 10. c. 3.

6 Prædicans in mortali peccato, peccat mort. Cai. vbi ſupra, & 2. 2. q. 187. ar. 1. & p. 3. q. 64. ar. 7. in reſp. ad 1. Etiam ſi peccatum ſit occultum, ſi deſit contritio Ang. ver. prædicare parag. 7. Nau. c. 25. num. 141. Alij tamen, vt Silu. ver. Correctio q. 16. Roder. in ſum. lib. 2. c. 24. concl. 3. Suar. to. 3. diſp. 16. ſect. 3. docent non peccare mort. ſi ſit occultum peccatum. & hoc magis placet.

7 Prædicans principaliter ob gloriam, aut pecuniam non peccat mort. Nauar. vbi ſupra & c. 23. num. 15. contra Ang. ver. honor parag. 7. & ver. Vanagloria parag. 1. quem male reprehendit Silu. ver. Vanagloria q. 2. dicens tunc eſſe mortale quando in ea ponitur vltimus finis. Ang. verò dicit principaliter: & hoc eſt ibi ponere vltimum finem.

8 Vti iocis in ſacra concione graue peccatum eſt, ut ex S. Ambr. 1. offic. c. 23. notauit Leſſ. lib. 4. c. 4. n. 96 verſ. 3.

9 Quis teneatur ad ſumptus Prædicatori. V. Conc. Trid. ſeſſ. 24. c. 4. de refor. Vgol. de poteſt. Epiſc. c. 32. parag. 3. Barbos. de auct. Epiſc. p. 3. alleg. à num. 11.

1 PROTESTATIO contraria facto non releuat, vbi actus ille, cui v. g. conſenſio, directè aduerſatur iuri meo in futurum; & proteſtatio directè aduerſatur facto, 1. conſenſui, qui eſt circa rem indiuiſibilem, qualis eſt ius pignoris: ſecus vbi actus ille directè non aduerſatur, vel non inuoluit tempus futurum, vel poteſt habere plures effectus; quo caſu præiudicat tantum illi actui, non autem in futurum. Monet. de commut. vlt. vol. c. 8. num. 772. & 814. Item quando proteſtatio eſt contra ſubſtantiam facti, vel rei, ſuper qua fit. & vbi proteſtatio per contrarium factum directè obuiat ſuæ proteſtationi; quod eſt propriè tunc, quando proteſtatio, & factum non ſe ſimul compatiuntur; niſi id faceret iuſta de cauſa glo. in c. Cum. M. de conſtit. ver. ſine præiudicio.

2 Proteſtatio animi declaratoria operatur, vt actus dubij eã ſequentes intelligantur ſecundum illam Nau. afferens de com. de regul. cons. 34. num. 3. De Proteſtatione multa congerit Felin. in d. c. Cum M. &c.

PROXIMVS.

V. Charitas.

Q

1 QVÆSTORES eleemoſynarum nulli admittendi Concil. Trid. ſeſſ. 21. c 9. Non prohibentur tamen, qui collectas eleemoſynas in pios vſus erogant Cong. Concil. Neq; qui ſine Indulgentiarum publicatione petat pro ſe, aut hoſpitalibus Nau. de pœnit. & rem. cons. 33. Roder. in ſum. lib. 1. c. 211. num. 4. Neque Fratres, S. Antonij, quibus poſt Concilium id conceſſum eſt à ſede Ap. Cong. Concil.

R

1 RATIHABITIO. Ratum habere eſt approbare, & quouis modo declarare rem ab alio geſtam ſibi placere, & gratam, atque acceptam habere l. Quo enim parag. 1. ff. Rem rat. hab.

2 Duobus autem modis poteſt quis rem ab alio geſtam ratam habere. Primo, actu interiori, ſed exterius nullo ſigno exprimendo, & hæc non afficitur pœnis ſiue excommunicationis, ſiue cuiuslibet legis humanæ, peccat tamen mortaliter ſic ratum habens. Secundo cum aliquo ſigno exteriori comprobat. & commendat factum: idque vel verbis, vt laudando delinquentem; vel factis, vt in ſuam familiam recipiendo, occultandoq; ne capiatur à miniſtris iuſtitiæ, accomodando pecunias, vt diſcedere valeat; & alijs beneuolentiæ ſignis declarando rem geſtam ſibi gratam fuiſſe. Et hæc ratihabitio vtrouis modo fiat, præter peccatum, afficitur pœnis legum. Requiritur autem ad veram ratihabitionem, primo, v delictum commiſſum ſit nomine illius qu ratum habet c. Ratum, de reg. iur. in 6 Nam conſenſus in præteritum factum alie num, vt alienum eſt, non eſt ratihabitio. Intellige id procedere quoad alterius, no quoad ipſius ratificantis præiudicium v per l. Mater C. de rei vendic. & alios do cet Monet. de commut. vlt. vol. c. 8. nu 795. Secundo, vt opus factum commendetur, & comprobetur, & ſignis illud pl cuiſſe declaretur. V. Reginal. lib. 1 nu 218.

3 Ratihabitio tunc æquiparatur mar dato, cum res ſolo mandato agi potera & facta eſt tuo nomine, aut tua cauſa. Vnde ſi quis iuriſdictionem exerceat nom ne Iudicis, non poteſt ratum haberi, qu quæ facti ſunt, & ſolemnitatem requiru rata haberi non poſſunt Silu. ver. conſenſus q. 5. vers. 5. Ang. ver. conſentire para 4. Item quando res facta eſt eo tempor quo ipſe facere potuiſſet. quare ſi quis i fantis nomine alterum occidit, non pot ille factus adultus ratum habere Nau. c. a num. 33. Silu. homicid. 1. q. 7. vers. Pan. in c. 1. de conuers. infid. num. 1 Tolet. lib. 1. c. 32. V. ver. reſtitutio para Conſentiens. Item quandò res fit eo te pore, quod requirebatur. Vnde ſi muli ratam habeat occiſionem mariti, pot cum occiſore contrahere, niſi aliud ob ſtet, quia machinatio requiritur ante fa ctum, & ſic certo tempore; quare no poteſt trahi, ad tempus retro Anchar. i c. Laudabilem de conuers. infid. num vbi Pan. num. 10. Item cum res per al explicari poteſt, alias non poteſt quis ra habere, vt in adulterio, & huiuſmodi bien. excom. 5. num. 43. Vide c. Ra bitionem cum not. per glo. de reg. iur.

4 Ratihabitio retrotrahi dicitur p in his, quæ à principio valida ſunt ſub ſtialiter, irritari tamen poſſunt propte fectum alicuius ſolemnitatis accident Secundò, quando ea, quæ à principio la ſunt, poſſunt eſſe dependentia, & expectantia futurum euentum; vt ſorte omnes contractus humani.

quan

quando præteritus actus, quamuis validus non fuerit, neque in futurum pendeat, poteſt per alterius voluntatem poſtea declarari quaſi de nouo fieri: & tunc poteſt ratihabitio dici confirmare quod factum erat, quamuis potius de nouo faciat: nec tunc retrotrahitur, niſi voluntas ſit ad hoc efficax, & hoc ipſum exprimat, & declaret, Suar. to. 4. diſp. 26. ſect. 1. in fi. V. Anchar. in c. Ratihabitionem de reg. iur. in 6. Alter. to. 1. lib. 5. diſp. 12. c. 6. Regulariter autem ratihabitio, aut conſenſus poſt actum à principio nullum nihil operatur, Mandos. in reg. 24. q. 4. num. 6. per l. Vſusfructus ff. de ſtipul. ſeru. Glo. tamen in c. 1. de regul. in 6. docet actũ à principio nullum ratificari poſſe virtute noui conſenſus vt ex nunc, non vt ex tunc, quod eſt tertium dictum Suar.

RESPVBLICA tota puniri poteſt pro peccato Principis, licet omnes ſint innocentes: imputatur enim ei, quod facit Princeps ab ea inſtitutus. Vict. de poteſt ciu. num. 12. Pan. in c. Non eſt, num. 4. de ſponſal.

1 REPRÆSALIÆ non licent niſi eo modo, quo bellum. Sunt autem Repræſaliæ poteſtas capiendi, & detinendi aliena, collata à Principe, vel Ciuitate in compenſationem damni, vel iniuriarum Silu ver. repræſaliæ num 3.

2 Si læſus nõ poteſt aliter res ſuas recuperare, accipere poteſt ab innocentibus, cum auctoritate tamen ſui Principis. Ex qualibet enim parte Reipublicæ poteſt accipi ſatisfactio, Principe eius non curante fieri. Vict. vbi ſupra.

3 Iniuſtæ ſunt, ſi plus accipiatur, quàm ſint damna; &c. Vel ſi accipiantur res Clericorum. hi enim exempti ſunt à repræſalijs: vel ſi accipiantur perſonæ Cai. in ſum. ver. Repræſalia.

S

1 SACRILEGIVM eſt cum ſit iniuria rei ſacræ in eo, ad quod eſt ſanctificata Armil. ver. Sacrilegium parag. 1. Caiet. eo.

2 Sacrilegium eſt furari reliquias etiam ex deuotione Silu. ver. reliquiæ q. 2. Ang. eo. parag. 2.

3 Furari in Eccleſia rem, quæ non eſt Eccleſiæ, eſt ſacrilegium c. Quiſquis 17. q. 4. Silu. & Cai. vbi ſupra Nau. c. 17. num. 97. V. ver. confeſſio, num. 46.

4 Cultui diuino adiungere cantilenam prophanam, & turpem mortale eſt. Excuſat autem ignorantia eos qui cantant vana non turpia, putantes id ſibi licere Cai. in ſum. ver. Organorum vſus.

1 SCANDALVM mortale eſt, cum re mala, vel habente mali ſpeciem occaſionem præbes alterius ruinæ, ſi id intendas, vel res ex ſe ad id inducat S. Tho. 2. 2. q. 43. ar. 1. ad 4. Cai. ver. ſcandalum.

2 Ob ſcandalum poſſunt Prælati temporalia bona ſibi commiſſa dimittere, ſcilicet pro bono pacis Silu. ver. Scandalum q. 4. Si tamen ſint bona Eccleſiaſtica, non poſſunt S. Tho. vbi ſupra ar. 8.

3 Nihil ad ſalutem neceſſarium ommittendum eſt ob ſcandalum S. Tho. vbi ſupra ar. 7. Silu. q. 3. Ang. eo. parag. 5.

4 Ob ſcandalum alterius ex malitia non eſt ommittendum opus bonum. Si autem ex ignorantia, aut infirmitate, vel occultandum, vel differendum, quouſq; reddita ratione ſcandalum ceſſet. quòd ſi adhuc durat, non omittendum S. Tho. d. ar. 7. Couar. in reg. Peccatum p. 1. num. 4. vers. ſecundo ſubinfertur. Quid ſit peccare ex ignorantia, V. ſupra de volunt. & inuol. num. 16. & ſeqq.

5 Si alij falſo putant te eſſe excommunicatum, non debes cum eorum ſcandalo in feſto miſſam audire S. Ant. p. 3. tit. 14. c. 73. in fi. Couar. in c. Alma p. 1. parag. 7. num. 7. parag. Ceterum, & num. 4. cum.

SCRVPVLVS.

V. Dubium.

SECRETVM.

V. Confeſſor. Iudicium. Iuramentum Reſtitutio.

1 SEcretum alterius non teneris te gere cum magno tuo damno Roder. in ſum. lib 2. c. 53. concl. 5.

2 Secretum tibi commiſſum, ſi non conſtet nulli præiudicare, nec Prælato præcipienti reuelandum S. Tho. 2. 2. q. 70. ar. 1. ad 2. Silu. ver. Teſtis q. 8. vers. 2. Azor. p. 3. lib. 13. c fi. Arag. ar. 1. cit. Item Silu. ver. Secretum V. ver. Excommunicatio num. 59.

1. SORTES dicuntur, quando aliquid eo fine agitur, vt eius euentu ſpectato, innoteſcat aliquid occultum, v. g. quid cui competere debeat S. Tho. 2. 2. q. 95. art. 8. Leſſ. lib. 2. c. 43. dub. 9. initio. V. Sanch in ſum. lib. 2. c. 35. à num. 38. ad 89.

2 In iudicijs vbi iura ſunt omnino paria, diuidenda res, ſi poteſt, etiam per ſortes, glo: in c. Licet cauſam, ver: vti poſſidetis, de probat. & in cap. In noſtra, ver. aduerſa de teſtib.

3 Tempore peſtis, aut perſecutionis Eccleſiæ licet ſortibus eligere qui Parochi, Clerici, aut religioſi, Medici, & miniſtri manere debeant in loco perſecutionis, aut peſte infecto, vt alijs ſubueniant. S. Tho. 2. 2. q. 95. ar. 8. Item cum inter æquè pauperes eroganda eſt eleemoſyna S. Aug. lib. 1. de doctr. Chriſt. relatus à S. Tho. loco cit. Item cum plures ſunt æquè rei, neq; expedit omnes punire; vt in militijs, licet ſorte excipere quis necandus Leſſ. lib. 2. c. 43. dub. 9. num. 58. Item tempore tempeſtatis, quando alleuiandæ nauis causa, ne omnes pereant, neceſſe eſt aliquos homines in mare proijcere tunc enim ex omnium conſenſu licet ſortiri quis proijciendus ſit. Mart. Delrius lib. 4. diſquis. magic. c. 4. q. 1. Immo etiam illo inuito Sanch in ſum. lib. 2. c 38. num. 62.

4 Sortes in temporalibus licitæ ſunt: in Electionibus verò Eccleſiaſticis illicitæ c. fi. de ſortileg Silu. ver ſuperſtitio q. 9. Niſi fortè ad litem beneficiariam dirimendam, quando ratio commodior iniri non poteſt. Leſſ. vbi ſupra num. 58. in fi. Sed id fieri non poteſt ſine auctoritate illius Eccleſiaſtici Iudicis, cuius eſt titulum conferre, & conſenſu vtriuſq; litigantis Suar. de relig. to. 1. lib. 2. de ſuperſt. c. 12. num. 12. & duob. ſeqq. Sanchez vbi ſupra num. 70.

5 Officia licet ſecularia non ſunt ſorte diſtribuenda, niſi plures ſint æquè idonei, aut ferè pares: tunc enim ſortes non improbantur Leſſ. vbi ſupra.

6 Conſultoriæ ſortes regulariter ſunt illicitæ. niſi quando humanum conſilium non ſuppetit: tunc enim licet Diuinum auxilium per ſortes implorare Silu. vbi ſupra Cai. 2. 2. q. 95. ar. 8. Leſſ. vbi ſupra num. 60.

SVBROGATVM ſapit naturam eius, cuius loco ſubrogatur l. Si grege legato ff. de lega 1. & l. vn: C. de rei vxor. act. Intellige primo quantum ad id quod per ſe, & intrinſecè pertinet ad ſubrogationem non verò quoad qualitates extrinſecas, quæ à lege, & voluntate extrinſeca proueniunt, vt ex. g. materia ſubrogata in voto debet neceſſariò eſſe apta ad Dei cultum, & cadere ſub religionis obligatione, quæ ſunt intrinſeca ſubrogationi: non autem ſicut prior eſt reſeruata, ita & poſterior; hoc enim eſt ſubrogationi extrinſecum proueniens à voluntate Superioris reſeruantis Sanchez in ſum. lib. 4. c. 40. num. 46. Intellige Secundo in ſola fauorabili, & lata interpretatione, quæ in odioſis non habet locum. Intellige Tertio quoad naturam primæuam eius rei, cui ſubrogatur, non autem quoad naturam accidentalem. Et natura primæua votorum eſt, vt ſubdantur Epiſcopi diſpenſationi: niſi ſuperueniat accidentaria Pontificis reſeruatio, Idem de matr. lib. 8. diſp. 9. num. 20.

1 SVPERSTITIO eſt falſa religio, ideſt vitioſus cultus veri vel falſi numinis Azor. p. 1. lib. 9. c. 11. q. 1.

2 Superſtitio cultus ſuperflui, ideſt cum præter Eccleſiæ morem ponitur religio in quibuſdam circumſtantijs, vel rebus in quibus non eſt ponenda, vt in numero, colore, ſitu, v. g. tot ſint candelæ non plures, tot orationes dicantur non plures; cera ſit alba, non flaua, communiter non videntur eſſe plus quam peccatum veniale, cum ex bona intentione fiant. Nau. c. 11. num. 24. Tolet. lib. 4 c. 14. Caiet. ver. Superſtitio Leſſ. lib. 2. c 43. dub. 9. nu 5. ſecurius tamen tenendum quod mortale.

3 Chiromantia naturalis, quæ pars eſt phyſiognomiæ, non omnino reprobanda, ſi intra limites ſe contineat, vtendo ſcilicet ſignis, quæ ſunt in manu tamquam effectibus, ex quibus aliquo modo colligi poteſt corporis diſpoſitio, & temperamentum, cui ſolent animi inclinationes accommodari. ſic alijs cit. Suarez de relig. trac. 3. lib 2. c. 11. num. 14.

De ſuperſtitione, eiuſq; ſpeciebus, & vnaquaq; illarum, præter Doct. cit. Vide S. Tho. 2. 2. q. 96. ar. 2. ad 1. c. Illud 26. q 1. Silu. ver. Maleficium, & ver. Superſtitio. Ang. & ſummiſtæ eo. Nau. de ſent. exc. cons. 52. Sayr. cla. reg. lib. 4. c. 4. Azor. p. 1. lib. 9 à c. 11. ad 27. Suar. toto lib. 2. cit. Sanch. in ſum: lib. 2. à c. 37. ad 42.

4 Pocula amatoria fabricantes, ſi interueniant ſacramenta, vel ſacramentalia, ſunt de hæreſi ſuſpecti, alioqui ſunt ſuperſtitioſi Ricc. in ſua Praxi. crim. de hæreſi decis. 67. vers. Pocula. V. Azor. vbi ſupra. c. 26.

T

1 TEmpus decem annorum dicitur longum Pan. in c. Propter de loca num. 17. & in c. Quærelam ne Præl. vic. ſuas num. 6. V. glo. in Clem. 1. de reb. Ecc. non al. ver. ad tempus modicum. Triginta, aut quadraginta dicitur longiſſimum Silu. præſcriptio 1. q. 7. Sexaginta annorm dicitur antiquum Gratian. diſcepſor. c. 969. num. 7.

2 Vbi in aliqua diſpoſitione certum tempus non apponitur, in fauorabilibus perpetuum intelligitur, c. Quia circa de priuil. in ant. & c. Si cui nulla de præben. in 6. & multis probat moneta de commut. vlt. vol. c. 8. num. 334. & ſeq. Quando verò certum apponitur, ad rei ſubſtantiam, & formam pertinere videtur: & ideo tranſacto eo tempore, etiam vnica die, mora purgari non poteſt Azor. p. 2. lib. 6. c. 27. q. 16.

3 In litteris gratioſis ex quibus immediatè oritur ius gratiæ inſpicitur tempus gratiæ, c. Cum cui, de præben. n. 6. In reſcriptis verò ad lites tempus præſentationis, quia iſtæ litteræ ab exercitio accipiunt perfectionem, iuxta c. Duobus de reſcrip. in 6. Bald. in c. Capitulum S. M. de reſcrip. V. Pan. in c. Dilectus num. 7. de præben. & in d. c. Capitulum, de num. 3. vbi Felin. n. 9. & 15.

4 Cum certum aliquod tempus iure requiritur, id debet eſſe continuum Sanchez in ſum. lib. 5. c. 4. num. 31. V. Alienatio num. 7.

V

VANAGLORIA

V. Prædicare.

1 GLoria, laus, & fama de bono, & ob bonum finem, quantum quiſque meretur, deſiderari poſſunt Nau. c. Inter verba concl. 5. num. 46.

2 Res quantumuis ſacras principaliter ob vanam gloriam efficere, vt ſacramenta miniſtrare, vel recipere, ſacrum celebrare, peccatum veniale eſt Silu. ver. Vanagloria q. 2. in fi Nau. in man. c. 12. num. 13. verſ. Quare peccat. Neq; enim tam grauis iniuria rebus ſacris infertur, vt pœna æterna

digna

Vt non luxur. contra nat. Inſtit. de publ. Iudic. paragr. item lex Iulia, & Bull. Pij VI

5 Non eſt ſacrilegium fornicatio in loco non deputato ad res ſacras, licet ibi ſit altare ad faciendum aliquando ſacrum, non enim eſt locus ſacer. Pan. in c. Inter dilectos de donat. num. 8.

6 Vbi vir ſemine intra vas emiſſo ſe retrahit, antequam vxor ſeminauerit, putat Sanchez de matr. lib. 9. diſp. 17. num. 12. poſſe vxorem ſe tactibus prouocare donec ſeminet; quod illa prouocatio ſit perfectio actus coniugalis. Ego verò de veritate huius opinionis ſatis dubito, cum ſit ſingularis, eiuſq; rationes non ſint concludentes.

7 Fœmina oppreſſa non tenetur clamare, aut opprimentem lædere, nec reſiſtere membris: ſufficit enim non conſentire, nec ad peccatum ſe aptare Sot. de iuſt. lib. 5. q. 5. ar. 5. Nau. c. 16. num. 1. Et ſi metu tacet non conſentiens, non peccat mort. Sot. cit.

8 Oſculum, & tactus ad delectationem carnalem inter non coniuges ſunt peccata mort. Nau. vbi ſupra nu. 10. verſ. 8. S. Ant. p. 2. tit. 5. c. 1. Tactus tamen verendorum alterius ſexus ſupra veſtes ex ioco, non eſt mortalis Sanchez vbi ſupra diſp. 46. num. 44. Nec tactus manuum fœminæ, premere pedem, vel brachium vellicare, digitos contorquere: ſunt enim tactus tam leuiter turpes, vt excuſentur à mortali propter leuitatem materiæ, etiam ſi intendatur delectatio ex illis conſurgens. Idem num. 17. V. ſupra de pecc. mor. & ven. Inter coniuges non eſt mortale licet non intendant peruenire ad copulam, modò non ſit periculum pollutionis Caſ. in ſum. verſ. matrimonij vſus. Vict. in ſum. num. 277. Tolet. lib. 7. c. vlt. Nau. vbi ſupra num. 41. Quod verum eſt primo quoties copula interdicitur coniugibus ob circunſtantiam extrinſecam, quæ per ſe neutrum coniugem arcet ab vſu matrimonij, vt ſi illicita ſit copula propter notabile ſalutis, vel abortus periculum, aut huiuſmodi. Secundo quando copula interdicitur ratione præcepti eccleſiæ, vt propter ſuperuenientem affinitatem? Item cum impotentia ſuperueniat matrimonio contracto. Tertio quando alter, vel vterq; vouiſſet tantum debitum non petere. Secus verò interdicitur debiti petitio, eo quod coniux dubitet de valore matrimonij, aut quando ratione voti non licet reddere, nec petere: quia vouens abſolutè caſtitatem tenetur in quantum poteſt ab illis omnibus abſtinere, quæ caſtitati aduerſantur Sanchez vbi ſupra diſp. 44. à num. 19. Inter ſponſos licere oſcula, & tactus non impudicos, ſi abſit periculum pollutionis, docet Nau. vbi ſupra num. 12. & ſeq. Sed id meritò impugnat Rebell. p. 2. lib. 3. q. 19. ſect. 2. Niſi fiant cauſa ſolius beneuolentiæ aut ex leuitate iocoſa: Nam ſi ex libidine, ſunt mortalia. & idem docet Sanchez in ſum. p. 1. lib. 5. c. 6. nu. 12.

9 Si præter intentionem dum Coniuges congredi conantur, ex naturæ feſtinatione alter, vel vterq; extra ſemen effundat, non peccant Sanch. de matr. lib. 9. diſp. 17. num. 14. Item excuſantur, cum ſe oſculantur, & tangunt, amplectuntur ad mutuum amorem indicandum, & fouendum, quando non nimia voluptas adeſt, ſed tamquã indicia amoris exercentur, repreſſo exceſſu libidinis inſurgentis; licet præuideant pollutionem inde ſecuturam. Idem diſp. 45. num. 38.

10 Contactus partium verendarum, ſi fiat non cauſa voluptatis carnalis, ſed ſolius curioſitatis, ſi abſit periculum pollutionis, per ſe non eſſe peccatum mort. cauendam tamen huiuſmodi curioſitatem propter periculum docet Leſſ. lib. 4. c. 3. dub. 8. num. 61. Ego verò cenſeo cauendam eſſe non tantum ob periculum pollutionis ſed etiam ob periculum moroſæ delectationis, quæ in eo caſu vix vitari poteſt, ſi ſit contactus partium alterius ſexus. De quo vide Sanchez lib. 9. diſp. 46. num. 12. Dicitur autem moroſa delectatio non ob temporis moram, licet ab eo nomen acceperit, ſed ex eo, quod ex plena animi deliberatione deſcendit; ita vt delectatio moroſa ſit eadem, quæ delectatio deliberata Azor. p. 1. lib. 4. c. 5. q. 5. V. eundem cap. 6. & Sayr. clau. reg. lib. 8. c. vlt.

11 Nemo

11 Nemo tenetur opus bonum relinquere ob periculum pollutionis, ſi non eſt periculum conſenſus S. Ant. p. 2. tit. 6. c. 4. Cai. in ſum. ver. pollutio Nau. c. 16. num. 7.

12 Non eſt mortale optare pollutionem in ſomnis ad releuandam naturam aut ſedandã tentationem, modò non detur cauſa S. Ant. vbi ſupra c. 5. Silu. & Ang. ver. pollutio Nau. vbi ſupra. Nec ob eam cauſam præterita gaudere, Silu. ibidem Toler. lib. 5. c. 13. Sayr. cla. reg. lib. 8. c 5. num. 15. Leſſ lib. 3. c. 4. num. 14. num. 105. Eſſe peccatum docent Sot. in 4. diſt. 12. q 1. ar. 7. B. Med. 1. 2. q. 74. ar. 5. & 6. Valent. to. 3. diſp 9. q. 3. p 3. Azor p. 3 lib. 3. c. 24 q. 4. Ego tamen veriorem puto priorem ſententiam.

13 Non peccat mort. illa edens, vnde credatur ſecutura pollutio, ſi non intendatur Ang. Silu. & S. Ant. vbi ſupra Nau vbi ſupra num. 8. Leſſ. num. 107.

14 Pollutio inuoluntaria, ſi non placet, non eſt peccatum mort. Nau. c. 16. nu. 9. & com. Nec quæ accidit ſemiexperrecto, quia non eſt integrum iudicium Silu. vbi ſupra, Azor. c. 24 cit. q. 6. Nec ea, quæ incipit in ſomno, & perficitur in vigilia perfecta, ſi deſit conſenſus, & cohiberi non poſſit Toler. vbi ſupra Azor. q. 5. Nau. num. 8. cit. Immo non tenetur cohibere, ſed ſufficit non complacere Sayr. vbi ſupra nu. 13. Nec ea quæ ex tactu licito, & neceſſario, vt ex amplexu iuxta Patriæ conſuetudinem, ex tactu à Chirurgo cauſa medicinæ, ex refricatione ob magnum pruritum in partibus infidelium, & huiuſmodi; licèt ex his præter intentionem ſequatur pollutio etiam præuiſa Sanchez de matr. lib. 9. diſp. 45. à num. 38.

15 Poteſt quæuis fœmina, aut mas ob turpem vſum ſui corporis pretium accipere Nau. c. 17. num. 40.

16 Non poteſt mulier expellere ſemen viri, etiam ſi corruptum ſit, & in venenoſam qualitatem tranſierit, Sanch. in ſum. lib. 5. c. 6. num. 12. in fi. corrigens quod prius in contrarium dixerat de matr. lib. 9. diſp. 17. num. 19.

M

1 MAledicere non optando malum, non eſt mortale Nau. c. 23. num. 117.

2 Maledicere brutis quatenus hominis ſunt, eſt mortale, alioqui veniale Silu. ver. maledictio q. 2. Ang. eo parag. 2. Idem dic: de maledicentibus irrationabilibus quatenus hominis ſunt, vel quatenus ſunt effectus Dei Sayr. cla. reg. lib. 12. c. 5. à num. 18.

3 Maledicere filijs, commendando eos dœmoni ſine intentione, non eſt mortale. Non excuſantur autem à mortali ex eo, quod ſtatim illos pœniteat Sayr. vbi ſupra num. 11. V. eundem lib. 7. c. 5.

Malefico parato vti non licet ad diſſoluendum maleficium Silu. ver. maleficium q. 8. ver. His præmiſſis Nau. c. 11. num. 29. Sot. in 4. diſt. 34. q. 1. ar. 3. Cai. in ſum. ver. maleficium, & com. vt teſtatur Azor. lib. 2. p. 2. c. 17. q. 9. aſſerens cum Nau. & Silu. loc. cit. eſſe mortale à tali petere, cum non poſſit maleficium licitè alio maleficio ſoluere Sanchez de matr. lib. 7. diſp. 95. num. 7. Suar. de relig to. 1. trac. 3. lib. 2. c. 18. Niſi petenti conſtet maleficum nolle etiam media licita ad ſoluendum maleficium, licèt petenti conſtet illum medio illicito vſurum. Idem Sanchez num. 11. & diſp. 96. multis cit. docet licere ſignum maleficij deſtrui, & à malefico petere vt deſtruat. Immo, & ab alio malefico petere an ſciat, in quo tale maleficium conſiſtat, non tamen licere ignorantem inducere, vt per artem ſuam inueſtiget. At ſi forte is addiſcat nouo pacto cum dœmone; vti poſſum ea ſcientia ad deſtruendum maleficij ſignum in commodum meum. V. eundem in ſum lib. 2. c. 41. Cai. to. 2. opuſc. 12. & 2. 2. q. 78. ar. 4. & Suar. de relig. vbi ſupra vbi num. 14. quod ſi maleficus nolit ſoluere medio licito ſibi cognito; poteſt acceptari, vt alio maleficio ſoluat; id enim ſolum eſt permittere vrgente neceſſitate; V. etiam &c.

MARTYR eſt quicumque pro virtute interficitur S. Ant. p. 3. tit. 31. c. 9. Silu. ver. Martyrium. Leſſ. lib. 3. c. 11 num. 28. S. Thom. 2. 2. q. 124. art. 5. & infans ante baptiſmum aquæ in odium Chriſti occiſus Suar. to. 3. diſp. 29. ſect. 1. licet nondum natus, qui ſcilicet cum Matre pregnante pro Chriſto occiditur, Silu. baptiſm. 1. q. 1. citato Palud. vt cum Iudæus filiam à Chriſtiano fœcundatam occidit, aut abortiri facit in odium Chriſti. Idem docet Tolet. lib. 2. c. 22. num. 7.

1 MEDICVS tenetur ſtatim ægrum monere confeſſionis, quòd ſi non confiteatur, non viſitare tertio die; niſi diſtuliſſet confeſſionem de conſilio Confeſſarij. Pius V. ſuper gregem Domini ſufficit verò ſi moneat Parochum, eoſuè, qui eius curam gerunt Cai. in ſum. ver. Medici pec. Quòd ſi nolit confiteri, non ideò deſerendus infirmus, Nau. c. 25. num. 61. Cyned. ad Decretal. collect. 163. num. 5. Ang. ver. Medicus parag. 8. Silu. eo. q. 3. vers. 2. & ſi ideo deſerat, & moriatur, erit irregularis. Sayr. de cenſur. lib. 7. c. 4. num. 5. Intelligunt autem Cai. vbi ſu. Suar. de pœnit. diſp. 35. ſect. 3. & Ang. loco cit. infirmitatem periculoſam. Archid. verò in c. Cum infirmitas, de pœnit. & rem. Silu. vbi ſ. vers. 3. volunt id ſeruandum eſſe in quacumque infirmitate, licet minimè periculoſa Iacet. Cherub. ſchol. 2. ad cit. Bullã Pij V. Sed id meritò impugnat Suar. vbi ſupra & Sanchez in ſum. lib. 3. c. 16. num. 7. docet veram eſſe Archid. ſententiam, quando licet infirmitas à principio non ſit periculoſa, iudicat tamen Medicus periculum morale, vt grauior fiat.

2 Medicis tenetur Iudex dare ſuſpenſum pro anatomia Silu. vbi ſupra q. 9.

3 Medicus tenetur pauperem gratis curare, & medicinam ſoluere, ſi poteſt. Silu. vbi ſu. q. 5. Intellige quando nec per ſe, nec per alios magis coniunctos, aut per eos, qui magis poſſent, valet curari. S. Thom. 2. 2. q. 71. ar. 1. Idem ſi infirmus ſit diues, ex auaritia tamen non vult ſoluere Medico; tunc enim debet Medicus neceſſario facere ſuis expenſis, quæ poſtea repetit ab eo ſano effecto, vel ab hæredibus Ang. vbi ſupra parag. 6. Silu. q. 5. verſ. 2.

4 Medicus accipiens notabiliter plus debito, etiam libenter datũ, tenetur reſtituere Nau. c. 25. num. 63. Et ſi eſt à Communitate Salariatus, ita vt nihil poſſit ab infirmis accipere, licet ſalarium ſit inſufficiens, nihil accipere poteſt, niſi mutatæ ſint rerum conditiones, aut ſi is qui eius opera vtitur ſit ſanus. Silu. vbi ſupra q. 6.

5 Medicus dubitans de aliquo medicamento, an ſit mortaliter noxium, ſi præbeat infirmo, vt experiatur, mortaliter peccat. Nau. vbi ſupra num. 60. Azor. parag. 1. lib. 2. c. 17. q. 11. V. ſupra Conſcientia probabilis num. 22.

6 Medico non tenetur infirmus obedire ſub mortali; niſi vergat in notabile nocumentum ſuum. Anchar. in c. Tua nos de homic. num. 7. Silu. q. 5. Ang. parag. 10.

1 METVS iuſtus, ſeu cadens in conſtantem virum eſt, quo quis probabiliter timet etiam ſuis graue malum S. Thom. ſuppl. q. 47 ar. 2. ad 1. excuſat autem à mortali in his, quæ ſunt iuris poſitiui Silu ver. Metus num. 7. & minor metus excuſat fœminam quã virum, & ſenem, quã iuuenem Sot. de iuſt. lib. 7. q. ar. 1. V. Imped. matr. vers. Vis, & ſupra de Volunt. &c. num. 5. ad 13, & Barboſ. ad c. ſi iuſtus num. 3. ad 16. de appell.

2 Metus iuſtus excuſat ab obligatione in his, quæ requirunt liberum conſenſum, vt in voto, & matrimonio Pan. in c. Cum locum de ſponſal. num. 12. Silu. vbi ſupra q. 8. V. glo. in c. Abbas, ver. coactus, de ijs quæ vi. &c.

3 Metus minor iuſto, ſi eſt cauſa, ſine qua non ſaltem principalis annullat contractum coram Deo Nau. c. 3. col. num. 51. & de ijs quæ vi, conſ. 3. num. 9. Vide ſupra Imped. matr. vers. Vis.

MORES alicuius inquirendi ſunt in illo loco, in quo ille diuſius moratus c. Poſtquam, & c. Scripturæ parag. Per Apoſtolica, de elect. & ibi Pan. & Anchar.

O

OPINIO

V. Dubium, & de caſib. conſc-
§. Conſcientia probabilis.

ORATIO

V. Horæ canonicæ.

1 ORare quis tenetur cum primum peruenerit ad vſum rationis, vel in maxima ſua, vel proximi neceſſitate, cum aliud remedium non apparet, v. g. in grauiſſima tentatione. Item ſuſcepturus aliquod ſacramentum Arag. 2.2.q.83.ar.3: Silu. ver. Oratio q. 8. aut cum videt aliquem ab hoſtibus inuadi Nau. de hor can. c. 3. num. 4. & cum aggreditur opus aliquod periculoſum Io. Med. de orat. q. 11. In primo caſu nulla videtur ratio conuincens; ſufficit enim non peccare, & bonum facere, quod occurrit. Tentationes aliter ſuperantur Nau. vbi ſupra num. 15. Proximus in ſpiritualibus poteſt ſibi eſſe præſidio. In corporalibus neſcitur quem fructum habitura ſit oratio. Valent. to. 3. diſp. 6. q. 2. p. 3. d cit in grauiſſima tentatione, in aggreſſione periculoſi operis,& quando ſe debet ad gratiam præparare, vt vitet peccatum eſſe præceptum orandi. & infert eum, qui longo tempore non orauit, aliquando peccaſſe mortaliter omittendo orationem. Quòd ſi quis tunc non aduertit, nec poteſt aduertere, quod neceſſe tunc ſit orare, ſed inuincibiliter obliuiſcitur orationis, non peccabit mort. V. etiam Arag. vbi ſupra Leſſ. lib. 2. c 37. dub. 3. Azor. p. 1. lib. 9. c. 34. q 2.

2 Non mandare memoriæ Pater noſter, Aue maria, Credo, & ea non intelligere peccatum eſt ſaltem graue Nau. vbi ſupra num. 10. Et de ſimbolo, & oratione dominica docent eſſe mortale Pegna ad Direct. p. 1. com. 10. ex multis concilijs Alij tamen vt Silu. ver. Scientia vers. 2: Ang eo. parag. 1. Suar. de relig. to. 1. lib. 3. c 6 Io. med. de orat. q. 10. volunt ſufficere ſcire ſubſtantiam.

3 Orans oratione voluntaria ſi non attendat ex propoſito, peccat venialiter Arag. 2.2. q. 83. ar. 13. vers. Sed dubitatur Suar. vbi ſupra c. 4. num. 13. Sot. de iuſt. lib. 10. q. 1. ar. 4. concl. 6. & ſeq. Nau. de orat. c. 13. Azor. p. 1. lib. 10. c. 12. q. 11. In oratione verò ex præcepto non ſatisfacit Nau in man. c. 27. num. 97. 105. & ſeq.

4 Orare licet pro morte propria, vel aliorum ad vitanda peccata Nau. de orat. c. 19 num. 77. & c. 20. num. 7.

5 Non ſunt orandæ animæ, quæ ſunt in Purgatorio S. Tho. 2. 2. q. 83: ar. 4. ad 3. Silu. ver. oratio q. 3. vers. 4. S. Ant. p. 4. tit. 5. c. 8 parag. 2. in fi. Nau c. 20. cit. num. 9. Azor. alios referens vbi ſupra c. 30. q. 4: Contrarium docent Io. Med. de orat. q. 3. Gabr. in can. lect. 58. Arag. vbi ſupra ar. 4. Suar. to. 4. diſp. 47 ſect. 2. num. 9. Prima opinio communis eſt apud Theologos teſte Azor. loco cit.

6 Poteſt quis priuata oratione illum orare, quem credit eſſe in cœlo, vt parulos. In diuino autem officio ſolos Sanctos canonizatos Azor. p. 1. lib. 9. c. 30. q. 1.

ORNATVS

V. Peccatum.

1 ORnatus licet ad tegendam turpitudinem S. Tho. 2.2. q. 169. ar. vlt. ad 2. Silu ver. Ornatus q. 1. Ang. eo parag. 4. V. Anchar. repet. in c. Canonum ſtatuta, de conſtit. à num. 142. & in rubr. Ne Cler. vel mon. num. 3.

2 Ornari ad fingendam pulchritudinem non eſt mort. S. Tho. & Silu. vbi ſupra, etiam ſi alius inde ſumat occaſionem peccati mort. Nau. c. 23. num. 18. Leſſ. lib. 4. c. 4. num. 108. Intellige ſi id faciat ex cauſa

cauſa rationabili, v. g. vt placeat viro; ne reſpuatur ab ijs, qui poſſunt eam vxorem ducere: aut ſi ſciat in generali ſe concupiſcendam: Si verò ſcit in particulari, hunc, aut illum peccaturum mort. concupiſcendo, licèt Cai. 2.2. q.169. ar.2. ad dub. 3. Armill. ver. Ornatus num. 1. docere videantur non peccare mort. probabilius tamen videtur quod Tribien. ver. ornatus q. 2. Silu. eo. q.4. vers. Ex quibus Azor. p 3. lib. 3. c. 30. q. 2. aſſerunt, ſcilicet peccare mort. cum ſine incommodo ſuo poſſit alterius peccatum vitare.

3 Ornari ſplendidius, quàm ſtatus ſuus requirat, non eſt mortale; niſi id eſſet in cauſa non ſoluendi debita, aut non præbendi alimenta cui debentur. Nau. c. 23. num. 19.

P

PECCATVM

V. Charitas. Homicidium. Locatio. Mendacium. Scandalum. Venditio.

1 PEccatum eſt actus denians ab ordine debiti finis, contra regulam naturæ, rationis, vel legis æternæ S. Tho. p. 1. q. 63. ar. 1. & 1. 2. q. 21. ar. 1. Vel, eſt dictum, factum vel concupitum contra legem æternam S. Aug. lib. 2. contra Fauſtum c. 27 ideſt. Eſt actus quo aliquid concupiſcimus, dicimus, vel facimus. Azor. p. 1. lib. 4. c. 1.

2 Peccatum mortale eſt delectari conſenſu ſaltem tacito in peccato mortali cogitato: Secus ſi non plenè aduertas Silu. ver. delectatio q. 1. Nauar. c. 11. num. 12. & c. 16. num. 9. Cai. in ſum. ver. delectatio. Delectari verò de cogitatione, non de re ipſa cogitata, non eſt mortale Cai. ibidem. S. Ant. p. 2. tit. 5. c. 1. parag. 5. Silu. vbi ſupra, vers. 3. Leſſ. lib. 4. c. 3. num. 108. Azor. p. 1. lib. 4. c. 6. q. 4. In benè diſpoſitis communiter non accidit peccatum moroſæ delectationis Cai vbi ſupra in fi. V. Cord. lib. 1. q. q. 23. dub. 12. vbi docet vtramq; opinionem eſſe probabilem, primam tamen tutiorem, ac magis communem optimè Sanchez in ſum. lib. 1. c. 1 & 2.

3 Velle aliquid, quod eſt mortale, ſub ea conditione ſi non eſſet peccatum, ſi ea conditio omnem malitiam ab actu auferat, non eſt mortale; vt caperem aliena, vel occiderem, ſi non eſſet peccatum Cai. in ſum. ver. cogitatio. Armill. eo. num. 1. Sayr. cla. reg. lib. 8. c. 7. num 28. in fi. licèt Sanch. in ſum. lib. 1. c. 2. num. 23. & ſeq. & Azor. p. 1. lib. 4. c. 6. q. 20. id admittant ſolum in prohibitis ſolo iure poſitiuo, vt comederem carnes in quadrageſima, ſi liceret. non autem in prohibitis iure naturali, quæ ſunt intrinſecè mala, vt occiderem, &c. Niſi hæc licita eſſent in aliquo caſu, aut ſtatu, & conditio apponeretur, ſi ille caſus, aut ſtatus adeſſet: vt ſi deſideret accedere ad non ſuam, ſi eſſet ſua; ſimulq; deſideret eſſe ſuam.

4 Cum quis ſufficienter aduertens malam cogitationem, & periculum, negligit reprimere, videtur tacitè conſentire S. Ant. Silu. Cai. vbi ſupra. Secus ſi non expellat, quia non putat eſſe periculum conſentiendi Nau. c. 11. num. 12. Et in c. Cogitationis de pœnit. d. 1. num. 12. vers. 3. Sanchez alios referens in ſum. lib primo c. 2. nu. 13. niſi adeſſet præuiſum pollutionis periculum, ibidem in fi.

5 Objcere ſe ex neceſſitate aliqua periculo peccati mort. credendo ſe non peccaturum: aut ex cauſa probabili, proponendo non peccare, non eſt mortale Nau. vbi ſupra. alias peccat, cum implicitè velit peccatum eo ipſo, quod exponit ſe periculo probabili illud committendi; vt de ingrediente domum meretricis cum deliberatione non peccandi, Salon. 2. 2. q. 64. ar. 8. contr. 3. vers. An qui adhibuit. Sanchez de matr. lib. 9. diſp: 45. num. 6. V. B. Med. 1. 2. q. 19. ar. 6. dub. 4. q. 4. Reginald. lib. 4. nu. 331. & ſeq.

6 De quo, cum factum eſt, licet gaudere, id ante licet optare, Leſſ. lib. 4. c. 3. num. 165. concl. 4.

7 Delectatio moroſa de actu coniugali abſente coniuge eſt mortalis Nau. in c. ſi cui de pœnit. d. 1. num. 4. Silu. vbi ſupra q. 2. Azor. p. 1. lib. 4. c. 6. q. 8. & alij plures, quos pro prima ſententia refert Sanchez vbi ſupra diſp. 44. num. 2. Verius tamen alij docent non eſſe mortale, ſi non eſt periculum pollutionis, ſic Cai. in ſum ver. Delectatio, & 1. 2. q. 74. ar. 8. ad 4. S. Ant. p. 2. tit. 5. c. 1. parag. in ſi. Thabien. ver. Luxurioſus num. 9. B. Med. 1. 2. ar. 8. cit. dub. 1. Sayr. cla. reg. lib. 8. c. 7. dub. 8. Leſſ. vbi ſupra num. 123. Sanchez diſp. cit num. 3. & alij plures. De Sponſis B. Med. loco cit. dub. 3. referens Vict. docet non peccare mort. ſe delectando in delectatione futuræ copulæ. Sed contrarium docent Sanch. lib. 9. diſp. 47. num. 4 Azor. vbi ſupra q. 7. & alij. De ſolutis communis opinio eſt peccare mort. delectando in copula cogitata, ſi talis v. g. eſſet ſua vxor. De Viduis ſe delectantibus in cogitatione copulæ habitæ, volunt non peccare mort. Silu. ver. delectatio q. 3. Ang. ver. cogitatio num. 3. Valent. to. 2. diſp. 6. q. 4. p. 4. B. Med. vbi ſupra dub. 2. Caiet. ibidem & Opuſc. to. 1. trac. 14. dub. 2. & alij multi. Alij verò vt Sanch. vbi ſupra num. 7. Azor. q. 6. docent peccare mort. ſi cogitent maritalem copulam tamquam præſentem, & ex ea cogitatione excitent delectationē in appetitu ſenſitiuo, & in eam conſentiant.

8 Vxoratus incipiens cum vxore actū ſodomiticum ſine animo ibi perficiendi & conſumans in vaſe naturali, ſecundum Nau. de pœnit. & rem. conſ. 7. num. 2. peccat tantum peccato tactus illiciti. Secundum Sanch. lib. 9. de matr. diſp. 17. num. 5. peccat mort. peccato ſodomiæ inchoato. Secundum alios eſt peccatum contra naturam, non tamen ſodomia, ſic ex S. Tho. 2. 2. q. 154. ar. 11. & ibi Cai. Silu. ver. Luxuria q. 1. vers. 3. Azor. p. 3. lib. 3. c. 20. q. 1. Marchin. de ord. trac. 1. c. 8. c. 4. num. 3.

9 Facere ex iuſta cauſa id, quod ſcias eſſe alteri occaſio peccati mort. non eſt mortale: ſecus ſi ſine iuſta cauſa; vt mulier, quæ ſine cauſa illi ſe conſpiciendam exhibet, quem credit ex eius aſpectu mortaliter peccaturum Silu. ver. ſcandalum q. 2. Nau. c. 14. num. 30. & c. 6. num. 13. & in c. Conſideret, parag. Animaduertere de pœnit. d. 5. num. 6. S. Ant. p. 3. tit. 7. c. 4. parag. 4. vers. ſcandalum occaſionatiuum Azor. p. 2. lib. vlt. c. ult. & quæ ſe veſtit, ſucat, ornat. &c. Nau. vbi ſupra ſi ſit ornatus ſuperfluus, & aduertat eſſe alijs occaſionem ruinæ, Silu. ver. ornatus, vers. Ex quibus patet. V. Sanch. in ſum. lib. 1. c. 6. num. 17.

10 Licite permittitur occaſio peccandi, v. g. puero furandi, vt deprahenſus & punitus abſtineat Nau. c. 24. num. 13. & in c. Inter verba concl. 6. perfecta numero 614. Sot. de reg. ſecr. memb. 2. q. 2. concl. 4. Cord. in ſum q. 5. coroll. 4. P. Nau. lib. 3. c. 4. num. 126. & ſeq. Sanch. de matr. lib. 10 diſp. 12. num. 52. Non tamen licet præbere occaſionem: quia id eſt non ſolum permittere, ſed cooperari, & poſitiuè concurrere.

11 Cooperari per accidens peccato proximi poteſt excuſari neceſſitate, vel vtilitate Nau. c. 14. num. 27. & ſeq. vt qui mutuum petit ab Vſurario, quem ſcit ſine vſuris non mutuaturum. & qui petit à Curato mortali peccato infecto vt filium ſuum baptizet, licet ſciat illum miniſtraturum ſine pænitentia.

12 Non eſt mortale aliquid licitum facere, licet ſcias aliquem in genere peccaturum Nau. vbi ſup. num. 37. Nec etiam ea facere, quibus poſſunt homines bene & malè vti, licet plures malè vtantur. Idem num. 43. vers. 23. & in cap. Negotium de pœnit. d. 5. num. 8. S. Tho. 2. 2. q. 169 ar. 2. ad 4.

13 Facere quod ex natura ſua inducit ad peccatum mort. v. g. reuelare pudenda coram altero ſexu, mortale eſt; niſi iuſta cauſa excuſet; vt Medico Nauar. c. 14 numero 36. Item velle videre nudam perſonam alterius ſexus. Idem

in c. Inter verba concl. 6. num. 9. & Roman. c. 23. num. 30. Niſi aſpectus ſit ex ſola curioſitate tam breui tempore, vt non detur occaſio magnæ commotionis in corpore; vel ſi ratione ætatis puerilis, aut ſenilis, aut frigidæ complexionis ceſſet periculum, Sanchez vbi ſupra diſp. 46. num. 24. Item legere libros amatorios, & laſciuos, ſi ſibi, aut alteri ſit cauſa, aut ſaltem periculum moroſæ delectationis. Item pingere turpia, vt Venerem detectis pudendis Sanchez vbi ſupra num. 44. & in ſum. lib. 1. c. 7. num. 39.

14 Non peccat famulus adiuuans concubinam ſe ornantem Nau. c. 16. num. 6. Nec famula aperiens oſtium adultero: aut eam ad domum amaſij comitans, aut lectum ſternens, in quo ſint peccaturi: aut litteras deferens; aut inuitans ad cœnam hæra iubente, modo diſpliceat peccatum Nau. de pœnit & rem. cons. 4. & 5. concurrit enim tantum ad ſubſtantiam operis indifferentis, & ad obſequium ſuæ hæræ debitum præſtandum Azor. p. 2. lib. 12. c. 18. q. 8. V. Roder. in ſum. lib. 1. c. 204. num. 3. & Sanch. in ſum. lib. 1. c. 7. num. 12. & ſeqq. Secus de conferente munera Concubinæ Iudicis, vt pro ipſo intercedat, quia eſt turpem amorem fouere. Sanchez ibidem num. 38. Naldus in ſum. ver. Amaſius num. 2.

15 Permitti poſſunt peccata, vt vitentur grauiora Nau. c. 14. num. 40. Licet etiam volenti adulterari cōſulere, vt potius fornicetur Cai. in ſum. ver. Tyrannus. fusè Sanchez de matr. lib. 7. diſp. 11. num. 15. & in ſum. lib. 1. c. 10. q. 2. V. Conrad. de contrac. diſp. 16. corol. 1. & 2. Ang. vſura 2. parag. 14. Non tamen licet facere peccatum etiam leuiſſimum ad vitandum peccatum alienum etiam grauiſſimum c. 2. diſt. 14. & ibi glo. ver. periculoſiſſimè Suar. to. 4. diſp. 3. ſect. vlt. num. 7. Sanch. diſp. 11. cit. num. 27. Sot. de iuſt. lib. 6. q. 1. ar. 3. vers. Ex his ergo. Si enim eſſet id mihi licitum, & ſecundum rectam rationem, iam non eſſet in me peccatum: repugnat enim aliquid eſſe ſecundum rectam rationem faciendum, & eſſe peccatum. Sic etiam Pan. in c. Super eo num. 3. de vſur. V. ver. mendacium num. 7.

16 Non licet facere, aut reficere id, cuius vſus principalis eſt peccatum mort. vt Synagogas Iudæorum Nau. vbi ſupra num. 32. V ver. Iudæus num. 8.

17 Mortaliter peccat, qui proximo grauiter nocet, ſi potuit, aut debuit aduertere Com. Item non vitans id, quo credit, aut credere debet, ſe rarò ſine mortali peccato vſurum Nau. c. 3. num. 14.

18 Committere non potes te ipſum periculo peccandi pró ſalute proximi S. Tho. quol. 3. ar. 9. ad 3. Roder. lib. 1. ſum. c. 12. concl. 1. Sanchez vbi ſupra num. 27. limitat tamen vt ſupra num. 5.

19 Non eſt abſoluendus, qui non vitat occaſionem, quæ ferè omnes ſui ſimiles facit peccare mort. Nau. vbi ſupra Cord. in ſum. q. 4. V. Cai. ver. periculum pecc. Nec balneorum magiſter, qui nudas mulieres per nudos miniſtros lauari mandat Nau. de pœn. & rem. cons. 7.

20 Mulier vim paſſa poteſt virile ſemen expellere, ſi id faciat incontinenti: Niſi ſit ſponſa de præſenti, etiam tempore bimeſtri ſibi à iure conceſſo ad ingrediendum religionem: aut alia fœmina per metum cognita; quia copula fuit voluntaria, & cum peccato Sanch. lib. 2. de matr. diſp. 22. num. 17. Sponſus tamen peccat mort inferens vim ſponſæ de præſenti intra illud bimeſtre Sot. in 4. d. 27. q. 1. ar. 4. vers. Quid autem iuris. Sanch. vbi ſupra P. ledeſm. de matr. q. 6. ar. 1. V. ſupra Debitum coniug. num. 11.

21 Quomodo liceat vti peccato alterius ad id parari, Vide Cai. to. 2. opuſc. 12. & 2.2 q. 78. ar. 4. Sanch. in ſum. lib. 1. c. 7. & ſupra ver. maleficium.

PRAEDICARE.

V. ordo. Prælatus. Suſpenſio. Vanagloria.

1 Nullus prædicare præſumat contradicente Epiſcopo Concil.

cil. Trid. ſeſſ. 24. c. 4. de refor.

2 Regularis non prædicet etiam in Eccleſijs ſui ordinis Epiſcopo contradicente Trid. vbi ſupra. Nec ſine licentia ſui Superioris: & in Eccleſijs ſui ordinis petita ab Epiſcopo benedictione: & in alijs non ſine licentia Epiſcopi, & ſui Superioris Trid. ſeſſ. 5. c. 2. Primum dictum intelligit Roder de regul. to. 3. q. 32. ar. 1. quando Epiſcopus ipſe vult prædicare, aut coram ſe prædicari iuxta Clem. Dudũ de ſepult. V. eundem ar. 6. & Sorb. ver. Prædicare annot. 2. Poteſt verò dare licentiam etiam Curatus caſualiter, i. in tranſitu. Anchar. in c. excommunicamus 1. de hæret. parag. Quia verò, & alij Prælati inferiores in eorum Eccleſijs, quando perſona alias eſſet approbata ad officium prædicandi. Ad Epiſcopum autem ſpectat dare generalem licentiam prædicandi per totam Diœceſim, non ad alium Pan. in d. c. excommunicamus num. 12. vbi ſchol. Belentzin.

3 Prædicare ſine legitima licentia, mortale eſt, d. parag. Quia verò. Item prædicare inutilia, vt ſpeculatiuas quæſtiones Philoſophorũ, poetas gentiles &c. excedendo notabiliter Cai. in ſum ver. Prædic. pec. Item mentiri ſcienter in fide, aut moribus: aut miraculis, aut Sanctorum hiſtorijs: ſecus in alijs, niſi forte ob magnum ſcandalum. Cai. loc. cit. Nauar. c. 26. numero 141.

4 Detrahens in concione Prælatis Eccleſiæ quaſi nominando, mortaliter peccat Clem. 1. parag. 2. de priuil. vbi glo. ver. detrahant. Nau. c. 27. num. 142. cap. Cum ex iniuncto de hæret.

5 Peccat mort. laicus prædicans ſine licentia, c. Sicut in vno, de hæret. vbi Pan. Dare autem licentiam laico, aut fœminæ non poteſt Epiſcopus Armill. ver. Prædicatio. Niſi in defectum ſacrorum hominum Sayr. de cenſur. lib. 4. c. 16. num. 22. Alter. de ſuſpenſ. diſp. 6. c. 3. & tom. 1. lib. 1. diſp. 10. c. 3.

6 Prædicans in mortali peccato, peccat mort. Cai. vbi ſupra, & 2. 2. q. 187. ar. 1. & p. 3. q. 64. ar. 7. in reſp. ad 1. Etiam ſi peccatum ſit occultum, ſi deſit contritio Ang. ver. prædicare parag. 7. Nau. c. 25. num. 141. Alij tamen, vt Silu. ver. Correctio q. 16. Roder. in ſum. lib. 2. c. 24. concl. 3. Suar. to. 3. diſp. 16. ſect. 3. docent non peccare mort. ſi ſit occultum peccatum. & hoc magis placet.

7 Prædicans principaliter ob gloriam, aut pecuniam non peccat mort. Nauar. vbi ſupra & c. 23. num. 15: contra Ang. ver. honor parag. 7. & ver. Vanagloria parag. 1. quem male reprehendit Silu. ver. Vanagloria q. 2. dicens tunc eſſe mortale quando in ea ponitur vltimus finis. Ang. verò dicit principaliter: & hoc eſt ibi ponere vltimum finem.

8 Vti iocis in ſacra concione graue peccatum eſt, ut ex S. Ambr. 1. offic. c. 23. notauit Leſſ. lib. 4. c. 4. n. 96 verſ. 3.

9 Quis teneatur ad ſumptus Prædicatori. V. Conc. Trid. ſeſſ. 24. c. 4. de refor. Vgol. de poteſt. Epiſc. c. 32. parag. 3. Barbos. de auct. Epiſc. p. 3. alleg. 1 num 11.

1 PROTESTATIO contraria facto non releuat, vbi actus ille, cui v. g. conſenſio, directè aduerſatur iuri meo in futurum; & proteſtatio directè aduerſatur facto, i. conſenſui, qui eſt circa rem indiuiſibilem, qualis eſt ius pignoris: ſecus vbi actus ille directè non aduerſatur, vel non inuoluit tempus futurum, vel poteſt habere plures effectus; quo caſu præiudicat tantum illi actui, non autem in futurum Monet. de commut. vlt vol. c. 8. num 172. & 814. Item quando proteſtatio eſt contra ſubſtantiam facti, vel rei, ſuper qua fit. & vbi proteſtatio per contrarium factum directè obuiat ſuæ proteſtationi; quod eſt propriè tunc, quando proteſtatio, & factum non ſe ſimul compatiuntur; niſi id faceret iuſta de cauſa glo. in c. Cum. M. de conſtit. ver. ſine præiudicio.

2 Proteſtatio animi declaratoria operatur, vt actus dubij eã ſequentes intelligantur ſecundum illam Nau. aſſerens de com. de regul. cons. 34. num. 3. De Proteſtatione multa congerit felin. in d. c. Cum M. &c.

PROXIMVS.

V. Charitas.

Q

1 QVÆSTORES eleemoſynarum nulli admittendi Concil. Trid. ſeſſ. 21. c 9. Non prohibentur tamen, qui collectas eleemoſynas in pios vſus erogant Cong. Concil. Neq; qui ſine Indulgentiarum publicatione petat pro ſe, aut hoſpitalibus Nau. de pœnit. & rem. conſ. 33. Roder. in ſum. lib. 1. c. 211. num. 4. Neque Fratres S. Antonij, quibus poſt Concilium id conceſſum eſt à ſede Ap. Cong. Concil.

R

1 RATIHABITIO. Ratum habere eſt approbare, & quouis modo declarare rem ab alio geſtam ſibi placere, & gratam, atque acceptam habere l. Quo enim parag. 1. ff. Rem rat.hab.

2 Duobus autem modis poteſt quis rem ab alio geſtam ratam habere. Primo, actu interiori, ſed exterius nullo ſigno exprimendo, & hæc non afficitur pœnis ſiue excommunicationis, ſiue cuiuslibet legis humanæ, peccat tamen mortaliter ſic ratum habens. Secundo cum aliquo ſigno exteriori comprobat, & commendat factum: idque vel verbis, vt laudando delinquentem; vel factis, vt in ſuam familiam recipiendo, occultandoq; ne capiatur à miniſtris iuſtitiæ, accomodando pecunias, vt diſcedere valeat; & alijs beneuolentiæ ſignis declarando rem geſtam ſibi gratam fuiſſe. Et hæc ratihabitio vtrouis modo fiat, præter peccatum, afficitur pœnis legum. Requiritur autem ad veram ratihabitionem, primo, vt delictum commiſſum ſit nomine illius qui ratum habet c. Ratum, de reg. iur. in 6. Nam conſenſus in præteritum factum alienum, vt alienum eſt, non eſt ratihabitio. Intellige id procedere quoad alterius, non quoad ipſius ratificantis præiudicium vt per l. Mater C. de rei vendic. & alios docet Monet. de commu. vlt. vol. c. 8. num 795. Secundo, vt opus factum commendetur, & comprobetur, & ſignis illud placuiſſe declaretur. V. Reginal. lib. 1 num. 218.

3 Ratihabitio tunc æquiparatur mandato, cum res ſolo mandato agi poterat, & facta eſt tuo nomine, aut tua cauſa. Vnde ſi quis iuriſdictionem exerceat nomine Iudicis, non poteſt ratum haberi, quia quæ facti ſunt, & ſolemnitatem requirunt rata haberi non poſſunt Silu. ver. conſenſus q. 5. vers. 5. Ang. ver. conſentire parag. 4. Item quando res facta eſt eo tempore, quo ipſe facere potuiſſet. quare ſi quis infantis nomine alterum occidit, non poteſt ille factus adultus ratum habere Nau. c. 17. num. 33. Silu. homicid. 1. q. 7. vers. 5. Pan. in c. 1. de conuers. infid. num. 10. Tolet. lib. 1. c. 32. V. ver. reſtitutio parag. Conſentiens. Item quando res fit eo tempore, quod requirebatur. Vnde ſi mulier ratam habeat occiſionem mariti, poterit cum occiſore contrahere, niſi aliud obſtet, quia machinatio requiritur ante factum, & ſic certo tempore; quare non poteſt trahi, ad tempus retro Anchar. in c. Laudabilem de conuers. infid. num. 8. vbi Pan. num. 10. Item cum res per alium explicari poteſt, alias non poteſt quis ratum habere, vt in adulterio, & huiuſmodi Tabien. excom. 5. num. 43. Vide c. Ratihabitionem cum not. per glo. de reg. iur. in 6.

4 Ratihabitio retrotrahi dicitur primò in his, quæ à principio valida ſunt ſubſtantialiter, irritari tamen poſſunt propter defectum alicuius ſolemnitatis accidentalis. Secundò, quando ea, quæ à principio nulla ſunt, poſſunt eſſe dependentia, & quaſi expectantia futurum euentum; vt ſunt ferè omnes contractus humani. Tertio

quando

quando præteritus actus, quamuis validus non fuerit. neque in futurum pendeat, poteſt per alterius voluntatem poſtea declarari quaſi de nouo fieri: & tunc poteſt ratihabitio dici confirmare quod factum erat, quamuis potius de nouo faciat: nec tunc retrotrahitur, niſi voluntas ſit ad hoc efficax, & hoc ipſum exprimat, & declaret, Suar. to. 4. diſp. 26. ſect. 1. in fi. V. Anchar. in c. Ratihabitionem de reg. iur. in 6. Alter. to. 1. lib. 5. diſp. 12. c. 6. Regulariter autem ratihabitio, aut conſenſus poſt actum à principio nullum nihil operatur, Mandos. in reg. 24. q. 4. num. 6. per l. Vſusfructus ff. de ſtipul. ſeru. Glo. tamen in c. 2. de regul. in 6. docet actū à principio nullum ratificari poſſe virtute noui conſenſus vt ex nunc, non vt ex tunc, quod eſt tertium dictum Suar.

RESPVBLICA tota puniri poteſt pro peccato Principis, licèt omnes ſint innocentes: imputatur enim ei, quod facit Princeps ab ea inſtitutus. Vict. de poteſt ciu. num. 12. Pan. in c. Non eſt, num. 4. de ſponſal.

1 REPRÆSALIÆ non licent niſi eo modo, quo bellum. Sunt autem Repræſaliæ poteſtas capiendi, & detinendi aliena, collata à Principe, vel Ciuitate in compenſationem damni, vel iniuriarum Silu. ver. repræſaliæ num 3.

2 Si læſus nō poteſt aliter res ſuas recuperare, accipere poteſt ab innocentibus, cum auctoritate tamen ſui Principis. Ex qualibet enim parte Reipublicæ poteſt accipi ſatisfactio, Principe eius non curante fieri. Vict. vbi ſupra.

3 Iniuſtæ ſunt, ſi plus accipiatur, quàm ſint damna, &c. Vel ſi accipiantur res Clericorum. hi enim exempti ſunt à repræſalijs: vel ſi accipiantur perſonæ Cai. in ſum. ver. Repræſalia.

S

1 SACRILEGIVM eſt cum ſit iniuria rei ſacræ in eo, ad quod eſt ſanctificata Armil. ver. Sacrilegium parag. 1. Caiet. eo.

2 Sacrilegium eſt furari reliquias etiam ex deuotione Silu. ver. reliquiæ q. 2. Ang. eo. parag. 2.

3 Iurari in Eccleſia rem, quæ non eſt Eccleſiæ, eſt ſacrilegium c. Quiſquis 17. q. 4. Silu. & Cai. vbi ſupra Nau. c. 17. num. 95. V. ver. confeſſio, num. 46.

4 Cultui diuino adiungere cantilenam prophanam, & turpem mortale eſt. Excuſat autem ignorantia eos qui cantant vana non turpia, putantes id ſibi licere Cai. in ſum. ver. Organorum vſus.

1 SCANDALVM mortale eſt, cum re mala, vel habente mali ſpeciem occaſionem præbes alterius ruinæ, ſi id intendas, vel res ex ſe ad id inducat S. Tho. 2. 2. q. 43. ar. 1. ad 4. Cai. ver. ſcandalum.

2 Ob ſcandalum poſſunt Prælati temporalia bona ſibi commiſſa dimittere, ſcilicet pro bono pacis Silu. ver. Scandalum q. 4. Si tamen ſint bona Eccleſiaſtica, non poſſunt S. Tho. vbi ſupra ar. 8.

3 Nihil ad ſalutem neceſſarium ommittendum eſt ob ſcandalum S. Tho. vbi ſupra ar. 7. Silu. q. 3. Ang. eo. parag. 5.

4 Ob ſcandalum alterius ex malitia non eſt ommittendum opus bonum. Si autem ex ignorantia, aut infirmitate, vel occultandum, vel differendum, quouſq; reddita ratione ſcandalum ceſſet. quòd ſi adhuc durat, non omittendum S. Tho. d. ar. 7. Couar. in reg. Peccatum p. 1. num. 4. vers. ſecundo ſubinfertur. Quid ſit peccare ex ignorantia, V. ſupra de volunt. & inuol. num. 16. & ſeqq.

5 Si alij falſo putant te eſſe excommunicatum, non debes cum eorum ſcandalo in feſto miſſam audire S. Ant. p. 3. tit. 14. c. 73. in fi. Couar. in c. Alma p. 1. parag. 7. num. 7. parag. Ceterum, & num. 4. cit.

Seru.

SCRVPVLVS.

V. Dubium.

SECRETVM.

V. Confeſſor. Iudicium. Iuramentum Reſtitutio.

1 SEcretum alterius non teneris te gere cum magno tuo damno Roder. in ſum. lib 2. c. 53. concl. 3.

2 Secretum tibi commiſſum, ſi non conſtet nulli præiudicare, nec Prælato præcipienti reuelandum S. Tho. 2. 2. q. 70. ar. 1. ad 2. Silu. ver. Teſtis q. 8. vers. 2. Azor. p. 3. lib. 13. c fi. Arag. ar. 1. cit. Item Silu. ver. Secretum V. ver. Excommunicatio num. 59.

1 SORTES dicuntur, quando aliquid eo fine agitur, vt eius euentu ſpectato, innoteſcat aliquid occultum, v. g. quid cui competere debeat S. Tho. 2. 2. q. 95. art. 8. Leſſ. lib. 2. c. 43. dub. 9. initio. V. Sanch in ſum. lib. 2. c. 35. à num. 38. ad 89.

2 In iudicijs vbi iura ſunt omnino paria, diuidenda res, ſi poteſt, etiam per ſortes, glo: in c. Licet cauſam, ver: vti poſſidetis, de probat. & in cap. In noſtra, ver. aduerſa de teſtib.

3 Tempore peſtis, aut perſecutionis Eccleſiæ licet ſortibus eligere qui Parochi, Clerici, aut religioſi, Medici, & miniſtri manere debeant in loco perſecutionis, aut peſte infecto, vt alijs ſubueniant. S. Tho. 2. 2. q. 95. ar. 8. Item cum inter æquè pauperes eroganda eſt eleemoſyna S. Aug. lib. 1. de doctr. Chriſt. relatus à S. Tho. loco cit. Item cum plures ſunt æquè rei, neq; expedit omnes punire; vt in militijs, licet ſorte excipere quis necandus Leſſ. lib. 2. c. 43. dub. 9. num. 58. Item tempore tempeſtatis, quando alleuiandæ nauis cauſa, ne omnes pereant, neceſſe eſt aliquos homines in mare proijcere tunc enim ex omnium conſenſu licet ſortiri quis proijciendus ſit. Mart. Delrius lib. 4. diſquis. magic. c. 4. q. 1. Immo etiam illo inuito Sanch in ſum. lib. 2. c 38. num. 62.

4 Sortes in temporalibus licitæ ſunt: in Electionibus verò Eccleſiaſticis illicitæ c. fi. de ſortileg Silu. ver ſuperſtitio q. 9. Niſi fortè ad litem beneficiariam dirimendam, quando ratio commodior iniri non poteſt. Leſſ. vbi ſupra num. 58. in fi. Sed id fieri non poteſt ſine auctoritate illius Eccleſiaſtici Iudicis, cuius eſt titulum conferre, & conſenſu vtriuſq; litigantis Suar. de relig. to. 1. lib. 2. de ſuperſt. c. 12. num. 12. & duob. ſeqq. Sanchez vbi ſupra num. 70.

5 Officia licèt ſecularia non ſunt ſorte diſtribuenda, niſi plures ſint æquè idonei; aut ferè pares: tunc enim ſortes non improbantur Leſſ. vbi ſupra.

6 Conſultoriæ ſortes regulariter ſunt illicitæ. niſi quando humanum conſilium non ſuppetit: tunc enim licet Diuinum auxilium per ſortes implorare Silu. vbi ſupra Cai. 2. 2. q. 95. ar. 8. Leſſ. vbi ſupra num. 60.

SVBROGATVM ſapit naturam eius, cuius loco ſubrogatur l. Si grege legato ff. de lega 1. & l. vn: C. de rei vxor. act. Intellige primo quantum ad id quod per ſe, & intrinſecè pertinet ad ſubrogationem non verò quoad qualitates extrinſecas, quæ à lege, & voluntate extrinſeca proueniunt, vt ex. g. materia ſubrogata in voto debet neceſſariò eſſe apta ad Dei cultum, & cadere ſub religionis obligatione, quæ ſunt intrinſeca ſubrogationi: non autem ſicut prior eſt reſeruata, ita & poſterior; hoc enim eſt ſubrogationi extrinſecum proueniens à voluntate Superioris reſeruantis Sanchez in ſum. lib. 4. c. 40. num. 46. Intellige Secundo in ſola fauorabili, & lata interpretatione, quæ in odioſis non habet locum. Intellige Tertio quoad naturam primæuam eius rei, cui ſubrogatur, non autem quoad naturam accidentalem. Et natura primæua votorum eſt, vt ſubdantur Epiſcopi diſpenſationi: niſi ſuperueniat accidentaria Pontificis reſeruatio, Idem de matr. lib. 8. diſp. 9. num. 20.

Digitized by Google

1 SVPERSTITIO eſt falſa religio, ideſt vitioſus cultus veri vel falſi numinis Azor. p. 1. lib. 9. c. 11. q. 1.

2 Superſtitio cultus ſuperflui, ideſt cum præter Eccleſiæ morem ponitur religio in quibuſdam circumſtantijs, vel rebus in quibus non eſt ponenda, vt in numero, colore, ſitu, v. g. tot ſint candelæ non plures, tot orationes dicantur non plures; cera ſit alba, non flaua, communiter non videntur eſſe plus quam peccatum veniale, cum ex bona intentione fiant. Nau. c. 11. num. 24. Tolet. lib. 4 c. 14. Caiet. ver. Superſtitio Leſſ. lib. 2. c 43. dub. 9. nu 5. ſecurius tamen tenendum quod mortale.

3 Chiromantia naturalis, quæ pars eſt phyſiognomiæ, non omnino reprobanda, ſi intra limites ſe contineat, viendo ſcilicet ſignis, quæ ſunt in manu tamquam effectibus, ex quibus aliquo modo colligi poteſt corporis diſpoſitio, & temperamentum, cui ſolent animi inclinationes accommodari. ſic alijs cit. Suarez de relig. trac. 3. lib 2. c. 11. num. 14.

De ſuperſtitione, eiuſq; ſpeciebus, & vnaquaq; illarum, præter Doct. cit. Vide S. Tho. 2. 2. q. 96. ar. 2. ad 1. c. Illud 26. q 1. Silu. ver. Maleficium, & ver. Superſtitio. Ang. & ſummiſtæ eo. Nau. de ſent. exc. cons. 52. Sayr. cla. reg. lib. 4. c. 4. Azor. p. 1. lib. 9 à c. 11. ad 17. Suar. toto lib. 2. cit. Sanch. in ſum. lib. 2. à c. 37. ad 42.

4 Pocula amatoria fabricantes, ſi interueniant ſacramenta, vel ſacramentalia, ſunt de hæreſi ſuſpecti, alioqui ſunt ſuperſtitioſi Ricc. in ſua Praxi. crim. de hæreſi decis. 67. vers. Pocula. V. Azor. vbi ſupra. c. 26.

T

1 TEmpus decem annorum dicitur longum Pan. in c. Propter de loca num. 17. & in c. Querelam ne Præl. vic. ſuas num. 6. V. glo. in Clem. 1. de reb. Ecc. non al. ver. ad tempus modicum. Triginta, aut quadraginta dicitur longiſſimum Silu. præſcriptio 1: q. 7. Sex aginta annorum dicitur antiquum Gratian. diſcep. for. c. 969. num. 7.

2 Vbi in aliqua diſpoſitione certum tempus non apponitur, in fauorabilibus perpetuum intelligitur, c. Quia circa de priuil. in ant. & c. Si cui nulla de præben. in 6. & multis probat moneta de commut. vlt. vol. c. 8. num. 334. & ſeq. Quando verò certum apponitur, ad rei ſubſtantiam, & formam pertinere videtur: & ideo tranſacto eo tempore, etiam vnica die, mora purgari non poteſt Azor. p. 2. lib. 6. c. 27. q. 16.

3 In litteris gratioſis ex quibus immediatè oritur ius gratiæ inſpicitur tempus gratiæ, c. Cum cui, de præben. n 6. In reſcriptis verò ad lites tempus præſentationis, quia iſtæ litteræ ab exercitio accipiunt perfectionem, iuxta c. Duobus de reſcrip. in 6. Bald. in c. Capitulum S. M. de reſcrip. V. Pan. in c. Dilectus num. 7. de præben. & in d. c. Capitulum, de num. 3. vbi Felin. n. 9. & 15.

4 Cum certum aliquod tempus iure requiritur, id debet eſſe continuum Sanchez in ſum. lib. 5. c. 4. num. 31. V. Alienatio num. 7.

V

VANAGLORIA

V. Predicare.

1 GLoria, laus, & fama de bono, & ob bonum finem, quantum quiſque meretur, deſiderari poſſunt Nau. c. Inter verba concl. 5. num. 46.

2 Res quantumuis ſacras principaliter ob vanam gloriam efficere, vt ſacramenta miniſtrare, vel recipere, ſacrum celebrare, peccatum veniale eſt Silu. ver. Vanagloria q. 2. in fi Nau. in man. c. 12. num. 13. verſ. Quare peccat. Neq; enim tam grauis iniuria rebus ſacris infertur, vt pœna æterna digna

Vt non luxur. contra nat. Inſtit. de publ. Iudic. paragr. Item lex Iulia, & Bull. Pij V.

5 Non eſt ſacrilegium fornicatio in loco non deputato ad res ſacras, licet ibi ſit altare ad faciendum aliquando ſacrum, non enim eſt locus ſacer. Pan. in c. Inter dilectos de donat. num. 8.

6 Vbi vir ſemine intra vas emiſſo ſe retrahit, antequam vxor ſeminauerit, putat Sanchez de matr. lib. 9. diſp. 17. num. 12. poſſe vxorem ſe tactibus prouocare donec ſeminet; quod illa prouocatio ſit perfectio actus coniugalis. Ego verò de veritate huius opinionis ſatis dubito, cum ſit ſingularis, eiuſq; rationes non ſint concludentes.

7 Fœmina oppreſſa non tenetur clamare, aut opprimentem lædere, nec reſiſtere membris: ſufficit enim non conſentire, nec ad peccatum ſe aptare Sot. de iuſt. lib. 5. q. 1. ar. 5. Nau. c. 16. num. 1. Et ſi metu tacet non conſentiens, non peccat mort. Sot. cit.

8 Oſculum, & tactus ad delectationem carnalem inter non coniuges ſunt peccata mort. Nau. vbi ſupra nu. 10. verſ. 8. S. Ant. p. 2. tit. 5. c. 1. Tactus tamen verendorum alterius ſexus ſupra veſtes ex ioco, non eſt mortalis Sanchez vbi ſupra diſp. 46. num. 14. Nec tactus manuum fœminæ, premere pedem, vel brachium vellicare, digitos contorquere: ſunt enim tactus tam leuiter turpes, vt excuſentur à mortali propter leuitatem materiæ, etiam ſi intendatur delectatio ex illis conſurgens. Idem num. 17. V. ſupra de pecc. mor. & ven. Inter coniuges non eſt mortale licet non intendant peruenire ad copulam, modò non ſit periculum pollutionis Caſ. in ſum. ver. matrimonij vſus. Vict. in ſum. num. 277. Tolet. lib. 7. c. vlt. Nau. vbi ſupra num. 41. Quod verum eſt primo quoties copula interdicitur coniugibus ob circunſtantiam extrinſecam, quæ per ſe neutrum coniugem arcet ab vſu matrimonij, vt ſi illicita ſit copula propter notabile ſalutis, vel abortus periculum, aut huiuſmodi. Secundo quando copula interdicitur ratione præcepti eccleſiæ, vt propter ſuperuenientem affinitatem? Item cum impotentia ſuperuenit matrimonio contracto. Tertio quando alter, vel vterq; vouiſſet tantum debitum non petere. ſecus vbi in terdicitur debiti petitio, eò quod coniux dubitet de valore matrimonij, aut quando ratione voti non licet reddere, nec petere: quia vouens abſolutè caſtitatem tenetur in quantum poteſt ab illis omnibus abſtinere, quæ caſtitati aduerſantur Sanchez vbi ſupra diſp. 44. à num. 19. Inter ſponſos licere oſcula, & tactus non impudicos, ſi abſit periculum pollutionis, docet Nau. vbi ſupra num. 12. & ſeq. Sed id meritò impugnat Rebell. p. 2. lib. 3. q 19. ſect. 2. Niſi fiant cauſa ſolius beneuolentiæ aut ex leuitate ioco ſa: Nam ſi ex libidine, ſunt mortalia. & idem docet Sanchez in ſum p. 1. lib. 5. c. 6. nu 12.

9 Si præter intentionem dum Coniuges congredi conantur, ex naturæ feſtinatione alter, vel vterq; extra ſemen effundat, non peccant Sanch. de matr. lib. 9. diſp. 17. num. 14. Item excuſantur, cum ſe oſculantur, & tangunt, amplectuntur ad mutuum amorem indicandum, & fouendum, quando non nimia voluptas adeſt, ſed tamquam indicia amoris exercentur, repreſſo exceſſu libidinis inſurgentis; licet præuideant pollutionem inde ſecuturam. Idem diſp. 45. num. 38.

10 Contactus partium verendarum, ſi fiat non cauſa voluptatis carnalis, ſed ſolius curioſitatis, ſi abſit periculum pollutionis, per ſe non eſſe peccatum mort. cauendam tamen huiuſmodi curioſitatem propter periculum docet Leſſ. lib. 4. c. 3. dub. 8 num. 61. Ego verò cenſeo cauendam eſſe non tantum ob periculum pollutionis ſed etiam ob periculum moroſæ delectationis, quæ in eo caſu vix vitari poteſt, ſi ſit contactus partium alterius ſexus. De quo vide Sanchez lib. 9. diſp. 46. num. 12. Dicitur autem moroſa delectatio non ob temporis moram, licet ab eo nomen acceperit, ſed ex eo, quod ex plena animi deliberatione deſcendit; ita vt delectatio moroſa ſit eadem, quæ delectatio deliberata Azor. p. 1. lib. 4. c. 5. q. 5. V. eundem cap. 6. & Sayr. clau. reg. lib. 8. c. vlt.

11 Nemo

11 Nemo tenetur opus bonum relinquere ob periculum pollutionis, ſi non eſt periculum conſenſus S. Ant. p. 2. tit. 6. c. 4. Cai. in ſum. ver. pollutio Nau. c. 16. num. 7.

12 Non eſt mortale optare pollutionem in ſomnis ad releuandam naturam aut ſedandã tentationem, modò non detur cauſa S. Ant. vbi ſupra c. 5. Silu. & Ang. ver. pollutio Nau. vbi ſupra. Nec ob eam cauſam præterita gaudere, Silu. ibidem Tolet. lib. 5. c. 13. Sayr. cla. reg. lib. 8. c 5. num. 15. Leſſ lib. 3. c. 4. num. 14. num. 105. Eſſe peccatum docent Sot. in 4. diſt. 12. q 1. ar. 7. 8. Med. 1. 2. q. 74. ar. 5. & 6. Valent. to. 3. diſp 9. q. 3. p 3. Azor p. 3 lib. 3. c. 24 q. 4. Ego tamen veriorem puto priorem ſententiam.

13 Non peccat mort. illa edens, vnde credatur ſecutura pollutio, ſi non intendatur Ang. Silu. & S. Ant. vbi ſupra Nau. vbi ſupra num. 8. Leſſ. num. 107.

14 Pollutio inuoluntaria, ſi non placet, non eſt peccatum mort. Nau. c. 16. nu. 17. & com. Nec quæ accidit ſemiexperrecto, quia non eſt integrum iudicium Silu. vbi ſupra, Azor. c. 24 cit. q. 6. Nec ea, quæ incipit in ſomno, & perficitur in vigilia perfecta, ſi deſit conſenſus, & cohiberi non poſſit Tolet. vbi ſupra Azor. q. 5. Nau. num. 8. cit. Immo non tenetur cohibere, ſed ſufficit non complacere Sayr. vbi ſupra nu. 13. Nec ea quæ ex tactu licito, & neceſſario, vt ex amplexu iuxta Patriæ conſuetudinem, ex tactu à Chirurgo cauſa medicinæ, ex fricatione ob magnum pruritum in partibus inſidelium, & huiuſmodi; licèt ex his præter intentionem ſequatur pollutio etiam præuiſa Sanchez de matr. lib. 9. diſp. 45. à num. 38.

15 Poteſt quæuis fœmina, aut mas ob turpem vſum ſui corporis pretium accipere Nau. c. 17. num. 40.

16 Non poteſt mulier expellere ſemen viri, etiam ſi corruptum ſit, & in veneroſam qualitatem tranſierit, Sanch. in ſum. lib. 5. c. 6. num. 12. in fi. corrigens quod prius in contrarium dixerat de matr. lib. 9. diſp. 17. num. 19.

M

1 MAledicere non optando malum, non eſt mortale Nau. c. 23. num. 117.

2 Maledicere brutis quatenus hominis ſunt, eſt mortale, alioqui veniale Silu. ver. maledictio q. 2. Ang. eo parag. 2. Idem dic de maledicentibus irrationabilibus quatenus hominis ſunt, vel quatenus ſunt effectus Dei Sayr. cla. reg. lib. 12. c. 5. à num. 18.

3 Maledicere filijs, commendando eos dœmoni ſine intentione, non eſt mortale. Non excuſantur autem à mortali ex eo, quod ſtatim illos pœniteat Sayr. vbi ſupra num. 11. V. eundem lib. 7. c. 5.

Malefico parato vti non licet ad diſſoluendum maleficium Silu. ver. maleficium q. 8. ver. His præmiſſis Nau. c. 11. num. 29. Sot. in 4. diſt. 34. q. 1. ar. 3. Cai. in ſum. ver. maleficium, & com. vt teſtatur Azor. lib. 2. p. 2. c. 17. q. 9. aſſerens cum Nau. & Silu. loc. cit eſſe mortale à tali petere, cum non poſſit maleficium licitè alio maleficio ſoluere Sanchez de matr. lib. 7. diſp. 95. num. 7. Suar. de relig. to. 1. trac. 3. lib. 2. c. 18. Niſi petenti conſtet maleficum noſſe etiam media licita ad ſoluendum maleficium, licèt petenti conſtet illum medio illicito vſurum. Idem Sanchez num. 11. & diſp. 96. multis cit. docet licere ſignum maleficij deſtrui, & à malefico petere vt deſtruat. Immo, & ab alio malefico petere an ſciat, in quo tale maleficium conſiſtat, non tamen licere ignorantem inducere, vt per artem ſuam inueſtiget. At ſi fortè is addiſcat nouo pacto cum dœmone, vt poſſum ea ſcientia ad deſtruendum maleficij ſignum in commodum meum. V. eundem in ſum lib. 2. c. 41. Cai. to. 2. opuſc. 12. & 2. 2. q. 78. ar. 4. & Suar. de relig. vbi ſupra vbi num. 14. quod ſi maleficus nolit ſoluere medio licito ſibi cognito, poteſt acceptari, vt alio maleficio ſoluat, id enim ſolum eſt permittere vrgente neceſſitate. V. etiam &c.

Mar-

MARTYR eſt quicumque pro virtute interficitur S. Ant. p. 3. tit. 31. c. 9. Silu. ver. Martyrium. Leſſ. lib. 3. c. 11 num. 28. S. Thom. 2. 2. q. 124. art. 5. & infans ante baptiſmum aquæ in odium Chriſti occiſus Suar. to. 3. diſp. 29. ſect. 1. licet nondum natus, qui ſcilicet cum Matre pregnante pro Chriſto occiditur, Silu. baptiſm. 1. q. 1. citato Palud. vt cum Iudæus filiam à Chriſtiano fœcundatam occidit, aut abortiri facit in odium Chriſti. Idem docet Tolet. lib. 2. c. 22. num. 7.

1 MEDICVS tenetur ſtatim ægrum monere confeſſionis, quòd ſi non confiteatur, non viſitare tertio die; niſi diſtuliſſet confeſſionem de conſilio Confeſſarij. Pius V. ſuper gregem Domini ſufficit verò ſi moneat Parochum, eoſuè, qui eius curam gerunt Cai. in ſum. ver. Medici pec. Quòd ſi nolit confiteri, non ideò deſerendus infirmus, Nau. c. 25. num. 61. Cyned. ad Decretal. collect. 163. num. 5. Ang. ver. Medicus parag. 8. Silu. eo. q. 3. vers. 2. & ſi ideo deſerat, & moriatur, erit irregularis. Sayr. de cenſur. lib. 7. c. 4. num. 5. Intelligunt autem Cai. vbi ſu. Suar. de pœnit. diſp. 35. ſect. 3. & Ang. loco cit. infirmitatem periculoſam. Archid. verò in c. Cum infirmitas, de pœnit. & rem. Silu. vbi ſ. vers. 3. volunt id ſeruandum eſſe in quacumque infirmitate, licet minimè periculoſa ſit. Cherub. ſchol. 2. ad cit. Bullā Pij V. Sed id meritò impugnat Suar. vbi ſupra & Sanchez in ſum. lib. 3. c. 16. num. 7. docet veram eſſe Archid. ſententiam, quando licet infirmitas à principio non ſit periculoſa, iudicat tamen Medicus periculum morale, vt grauior fiat.

2 Medicis tenetur Iudex dare ſuſpenſum pro anatomia Silu. vbi ſupra q. 9.

3 Medicus tenetur pauperem gratis curare, & medicinam ſoluere, ſi poteſt. Silu. vbi ſu. q. 5. Intellige quādo nec per ſe, nec per aliū mag is coniunctū, aut per eos, qui magis poſſent, valet curari, S. Thom. 2. 2. q. 71. ar. 1. Idem ſi infirmus ſit diues, ex auaritia tamen non vult ſoluere Medico; tunc enim debet Medicus neceſſario facere ſuis expenſis, quæ poſtea repetit ab eo ſano effecto, vel ab hæredibus Ang. vbi ſupra parag. 6. Silu. q. 5. verſ. 2.

4 Medicus accipiens notabiliter plus debito, etiam libenter datū, tenetur reſtituere Nau. c. 25. num. 63. Et ſi eſt à Communitate Salariatus, ita vt nihil poſſit ab infirmis accipere, licet ſalarium ſit inſufficiens, nihil accipere poteſt, niſi mutatæ ſint rerum conditiones, aut ſi is qui eius opera vtitur ſit ſanus. Silu. vbi ſupra q. 6.

5 Medicus dubitans de aliquo medicamento, an ſit mortaliter noxium, ſi præbeat infirmo, vt experiatur, mortaliter peccat. Nau. vbi ſupra num. 60. Azor. parag. 1. lib. 2. c. 17. q. 11. V. ſupra Conſcientia probabilis num. 22.

6 Medico non tenetur infirmus obedire ſub mortali; niſi vergat in notabile nocumentum ſuum. Anchar. in c. Tua nos de homic. num. 7. Silu. q. 7. Ang. parag. 10.

1 METVS iuſtus, ſeu cadens in conſtantem virum eſt, quo quis probabiliter timet etiam ſuis graue malum S. Thom. ſuppl. q. 47 ar. 2. ad 2. excuſat autem à mortali in his, quæ ſunt iuris poſitiui Silu ver. Metus num. 7. & minor metus excuſat fœminam quā virum, & ſenem, quā iuuenem Sot. de iuſt. lib. 7. q. ar. 1. V. Imped. matr. vers. Vis, & ſuprà de Volunt. &c. num. 5. ad 13, & Barboſ. ad c. ſi iuſtus num. 3. ad 16. de appell.

2 Metus iuſtus excuſat ab obligatione in his, quæ requirunt liberum conſenſum, vt in voto, & matrimonio Pan. in c. Cum locum de ſponſal. num. 12. Silu. vbi ſupra q. 8. V. glo. in c. Abbas, ver. coactus, de ijs quæ vi. &c.

3 Metus minor iuſto, ſi eſt cauſa, ſine qua non ſaltem principalis annullat contractū in curam Deo Nau. c. 3. ſol. num. 51. & de ijs quæ vi, conſ. 3. num. 9. Vide ſupra Imped. matr. vers. Vis.

MORES alicuius inquirendi ſunt in illo loco, in quo ille diutius moratus c. Poſtquam, & c. Scripturæ parag. Per Apoſtolica, de elect. & ibi Pan. & Anchar.

OPINIO

Digitized by Google

O

OPINIO

V. Dubium, & de caſib. conſc. §. Conſcientia probabilis.

ORATIO

V. Horæ canonicæ.

1 ORare quis tenetur cum primum peruenerit ad vſum rationis, vel in maxima ſua, vel proximi neceſſitate, cum aliud remedium non apparet, v. g. in grauiſſima tentatione. Item ſuſcepturus aliquod ſacramentum Arag. 2.2.q.83.ar.3. Silu. ver. Oratio q. 8. aut cum videt aliquem ab hoſtibus inuadi Nau. de hor can. c. 3. num. 4. & cum aggreditur opus aliquod periculoſum Io. Med. de orat. q. 11. In primo caſu nulla videtur ratio conuincens; ſufficit enim non peccare, & bonum facere, quod occurrit. Tentationes aliter ſuperantur Nau. vbi ſupra num. 15. Proximus in ſpiritualibus poteſt ſibi eſſe præſidio. In corporalibus neſcitur quem fructum habitura ſit oratio. Valent. to. 3. diſp. 6. q. 2. p. 3. dicit in grauiſſima tentatione, in aggreſſione periculoſi operis,& quando ſe debet ad gratiam præparare, vt vitet peccatum eſſe præceptum orandi. & infert eum, qui longo tempore non orauit, aliquando peccaſſe mortaliter omittendo orationem. Quòd ſi quis tunc non aduertit, nec poteſt aduertere, quod neceſſe tunc ſit orare, ſed inuincibiliter obliuiſcitur orationis, non peccabit mort. V. etiam Arag. vbi ſupra Leſſ. lib. 2. c 37. dub. 3. Azor. p. 1. lib. 9. c. 34. q. 2.

2 Non mandare memoriæ Pater noſter, Aue maria, Credo, & ea non intelligere peccatum eſt ſaltem graue Nau. vbi ſupra num. 10. Et de ſimbolo, & oratione dominica docent eſſe mortale Pegna ad Direct. p. 1. com. 10. ex multis concil. ij Alij tamen vt Silu. ver. Scientia vers. 2. Ang. eo. parag. 1. Suar. de relig. to. 1. lib. 3. c 6 Io. med. de orat. q. 10. volunt ſufficere ſcire ſubſtantiam.

3 Orans oratione voluntaria ſi non attendat ex propoſito, peccat venialiter Arag. 2.2. q. 83. ar. 13. vers. Sed dubitatur Suar. vbi ſupra c. 4. num. 13. Sot. de iuſt. lib. 10. q. 1. ar. 4. concl. 6. & ſeq. Nau. de orat. c. 13. Azor. p. 1. lib. 10. c. 12. q. 11. In oratione verò ex præcepto non ſatisfacit Nau in man. c. 27. num. 97. 105. & ſeq.

4 Orare licet pro morte propria, vel aliorum ad vitanda peccata Nau. de orat. c. 19 num. 77. & c. 20. num. 7.

5 Non ſunt orandæ animæ, quæ ſunt in Purgatorio S. Tho. 2. 2. q. 83. ar. 4. ad 3. Silu. ver. oratio q. 3. vers. 4. S. Ant. p. 4. tit. 5. c. 8 parag. 2. in fi. Nau c. 20. cit. num. 9. Azor. alios referens vbi ſupra c. 30. q. 4. Contrarium docent Io. Med. de orat. q. 3. Gabr. in can. lect. 58. Arag. vbi ſupra ar. 4. Suar. to. 4. diſp. 47 ſect. 2. num. 9. Prima opinio communis eſt apud Theologos teſte Azor. loco cit.

6 Poteſt quis priuata oratione illum orare, quem credit eſſe in cœlo, vt paruulos. In diuino autem officio ſolos Sanctos canonizatos Azor. p. 1. lib. 9. c. 30. q. 1.

ORNATVS

V. Peccatum.

1 ORnatus licet ad tegendam turpitudinem S. Tho. 2. 2. q. 169. ar. vlt. ad 2. Silu. ver. Ornatus q. 1. Ang. eo parag. 4. V. Anchar. repet. in c. Canonum ſtatuta, de conſtit. à num. 142. & in rubr. Ne Cler. vel mon. num. 3.

2 Ornari ad fingendam pulchritudinem non eſt mort. S. Tho. & Silu. vbi ſupra, etiam ſi alius inde ſumat occaſionem peccati mort. Nau. c. 23. num. 18. Leſſ. lib. 4. c. 4. num. 108. Intellige ſi id faciat ex cauſa

6 De quo, cum factum eſt, licet gaudere, id ante licet optare, Leſſ. lib. 4. c. 3. num. 165. concl. 4.

7 Delectatio moroſa de actu coniugali abſente coniuge eſt mortalis Nau. in c. ſi cui de pœnit. d 1. num. 4. Silu. vbi ſupra q 2. Azor. p. 1. lib. 4. c. 6. q. 8. & alij plures, quos pro prima ſententia refert Sanchez vbi ſupra diſp. 44. num. 2. Verius tamen alij docent non eſſe mortale, ſi non eſt periculum pollutionis, ſic Cai. in ſum ver. Delectatio, & 1. 2. q. 74. ar. 8. ad 4. S. Ant. p. 2. tit. 5. c. 1. parag. in fi. Thabien. ver. Luxurioſus num. 9. B. Med. 1. 2. ar. 8. cit. dub. 1. Sayr. cla. reg. lib. 8. c. 7. dub. 8. Leſſ. vbi ſupra num. 123. Sanchez diſp. cit num. 3. & alij plures. De Sponſis B. Med. loco cit. dub. 3. referens Vict. docet non peccare mort. ſe delectando in delectatione futuræ copulæ. Sed contrarium docent Sanch. lib. 9. diſp. 47. num. 4 Azor. vbi ſupra q. 7. & alij. De ſolutis communis opinio eſt peccare mort. delectando in copula cogitata, ſi talis v. q. eſſet ſua vxor. De Viduis ſe delectantibus in cogitatione copulæ habitæ, volunt non peccare mort. Silu. ver. delectatio q. 3. Ang. ver. cogitatio num. 3. Valent. to. 2. diſp. 6. q. 4. p. 4. B. Med. vbi ſupra dub. 2. Caiet. ibidem & Opuſc. to. 1. trac. 14. dub. 2. & alij multi. Alij verò vt Sanch. vbi ſupra num. 7. Azor. q. 6. docent peccare mort. ſi cogitent maritalem copulam tamquam præſentem, & ex ea cogitatione excitent delectationẽ in appetitu ſenſitiuo, & in eam conſentiant.

8 Vxoratus incipiens cum vxore actũ ſodomiticum ſine animo ibi perficiendi & conſumans in vaſe naturali, ſecundum Nau. de pœnit. & rem. conſ. 7. num. 2. peccat tantum peccato tactus illiciti. Secundum Sanch. lib. 9. de matr. diſp. 17. num. 5. peccat mort. peccato ſodomiæ inchoato. Secundum alios eſt peccatum contra naturam, non tamen ſodomia, ſic ex S. Tho. 2. 2. q. 154. ar. 11. & ibi Cai. Silu. ver. Luxuria q. 1. vers. 3. Azor. p 3. lib. 3. c. 20. q. 1. Marchin. de ord. trac. 1. c. 8. c. 4. num. 3.

9 Facere ex iuſta cauſa id, quod ſcias eſſe alterij occaſio peccati mort. non eſt mortale, ſecus ſi ſine iuſta cauſa: vt mulier, quæ ſine cauſa illi ſe conſpiciendam exhibet, quem credit ex eius aſpectu mortaliter peccaturum Silu. ver. ſcandalum q. 2. Nau. c. 14. num. 30. & c. 6. num. 13. & in c. Conſideret, parag. Animaduertere de pœnit. d. 5. num. 6. S. Ant. p 3. tit. 7. c. 4. parag 4. vers. ſcandalum occaſionatiuum Azor. p. 2. lib. vlt. c. ult. & quæ ſe veſtit, fucat, ornat. &c. Nau. vbi ſupra ſi ſit ornatus ſuperfluus, & aduertat eſſe alijs occaſionem ruinæ, Silu. ver. ornatus, vers. Ex quibus patet. V. Sanch. in ſum. lib. 1. c. 6. num. 17.

10 Licite permittitur occaſio peccandi, v. g. puero furandi, vt depræhenſus & punitus abſtineat Nau. c 24. num. 13. & in c. Inter verba concl. 6. perfecta numero 624. Sot. de reg. ſecr. memb. 2. q. 2. concl. 4. Cord. in ſum q. 5. coroll. 4. P. Nau. lib. 3. c. 4. num. 126. & ſeq. Sanch. de matr. lib. 10 diſp. 12. num. 52. Non tamen licet præbere occaſionem: quia id eſt non ſolum permittere, ſed cooperari, & poſitiuè concurrere.

11 Cooperari per accidens peccato proximi poteſt excuſari neceſſitate, vel vtilitate Nau. c. 14. num. 27. & ſeq. vt qui mutuum petit ab Vſurario, quem ſcit ſine vſuris non mutuaturum. & qui petit à Curato mortali peccato infecto vt filium ſuum baptizet, licet ſciat illum miniſtraturum ſine pænitentia.

12 Non eſt mortale aliquid licitum facere, licet ſcias aliquem in genere peccaturum Nau. vbi ſup. num. 37. Nec etiam ea facere, quibus poſſunt homines benè & malè vti, licet plures malè vtantur. Idem num. 43. vers. 23. & in cap. Negotium de pœnit. d. 5. num. 8. S. Tho. 2. 2. q. 169 ar. 2. ad 4.

13 Facere quod ex natura ſua inducit ad peccatum mort. v. g. reuelare pudenda coram altero ſexu, mortale eſt: niſi iuſta cauſa excuſet; vt Medico Nauar. c. 14 numero 36. Item velle videre nudam perſonam alterius ſexus. Idem

Gggg in

Digitized by Google

in c. Inter verba concl. 6. num. 9. & ſum. c. 23. num. 30. Niſi aſpectus ſit ex ſola curioſitate tam breui tempore, vt non occurat occaſio magnæ commotionis in corpore; vel ſi ratione ætatis puerilis, aut ſenilis, aut frigidæ complexionis ceſſet periculum, Sanchez vbi ſupra diſp. 46. num. 24. Item legere libros amatorios, & laſciuos, ſi ſibi, aut alteri ſit cauſa, aut ſaltem periculum moroſæ delectationis. Item pingere turpia, vt Venerem detectis pudendis Sanchez vbi ſupra num. 44. & in ſum. lib. 1. c. 7. num. 39.

14 Non peccat famulus adiuuans concubinam ſe ornantem Nau. c. 20. num. 6. Nec famula apetiens oſtium adultero: aut eam ad domum amaſij comitans; aut lectum ſternens, in quo ſunt peccaturi: aut litteras deferens; aut inuitans ad cœnam hæra iubente, modo diſpliceat peccatum Nau. de pœnit & rem. cons. 4. & 5. concurrit enim tantum ad ſubſtantiam operis indifferentis, & ad obſequium ſuæ hæræ debitum præſtandum Azor. p. 2. lib. 12. c. 18. q. 8. V. Roder. in ſum. lib. 1. c. 204. num. 5. & Sanch. in ſum. lib. 1. c. 7. num. 12. & ſeqq. Secus de conferente munera Concubinæ Iudicis, vt pro ipſo intercedat, quia eſt turpem amorem fouere. Sanchez ibidem num. 38. Naldus in ſum. ver. Amaſius num. 2.

15 Permitti poſſunt peccata, vt vitentur grauiora Nau. c. 14. num. 40. Licèt etiam volenti adulterari cōſulere, vt potius fornicetur Cai. in ſum. ver. Tyrannus. fusè Sanchez de matr. lib. 7. diſp. 11. num. 15. & in ſum. lib. 1. c. 10. q. 2. V. Conrad. de contrac. diſp. 26. corol. 1. & 2. Ang. vſura 2. parag. 14. Non tamen licet facere peccatum etiam leuiſſimum ad vitandum peccatum alienum etiam grauiſſimum c. 2. diſt. 14. & ibi glo. ver. periculoſiſſimè Suar. to. 4. diſp. 3. ſect. vlt. num. 7. Sanch. diſp. 11. cit. num. 27. Sot. de iuſt. lib. 6. q. 1. ar. 3. vers. Ex his ergo. Si enim eſſet id mihi licitum, & ſecundum rectam rationem, iam non eſſet in me peccatum: repugnat enim aliquid eſſe ſecundum rectam rationem faciendum, & eſſe peccatum. Sic etiam Pan. in c. Super eo num. 3. de vſur. V. ver. mendacium num. 7.

16 Non licet facere, aut reficere id, cuius vſus principalis eſt peccatum mort. vt Synagogas Iudæorum Nau. vbi ſupra num. 32. V ver. Iudæus num. 8.

17 Mortaliter peccat, qui proximo grauiter nocet, ſi potuit, aut debuit aduertere Com. Item non vitans id, quo credit, aut credere debet, ſe rarò ſine mortali peccato vſurum Nau. c. 3. num. 14.

18 Committere non potes te ipſum periculo peccandi pro ſalute proximi S. Tho. quol. 3. ar. 9. ad 3. Roder. lib. 1. ſum. c. 12. concl. 1. Sanchez vbi ſupra num. 27. limitat tamen vt ſupra num. 5.

19 Non eſt abſoluendus, qui non vitat occaſionem, quæ ferè omnes ſui ſimiles facit peccare mort. Nau. vbi ſupra Cord. in ſum. q. 4. V. Cai. ver. periculum pecc. Nec balneorum magiſter, qui nudas mulieres per nudos miniſtros lauari mandat Nau. de pœn. & rem. cons. 7.

20 Mulier vim paſſa poteſt virile ſemen expellere, ſi id faciat incontinenti: Niſi ſit ſponſa de præſenti, etiam tempore bimeſtri ſibi à iure conceſſo ad ingrediendum religionem: aut alia fœmina per metum cognita; quia copula fuit voluntaria, & cum peccato Sanch. lib. 2. de matr. diſp. 22. num. 17. Sponſus tamen peccat mort. inferens vim ſponſæ de præſenti intra illud bimeſtre Sot. in 4. d. 27. q. 1. ar. 4. vers. Quid autem iuris. Sanch. vbi ſupra P. Ledeſm. de matr. q. 6. ar. 1. V. ſupra. Debitum coniug. num. 11.

21 Quomodo liceat vti peccato alterius ad id parati, Vide Cai. to. 2. opuſc. 12. & 2.2 q. 78. ar. 4. Sanch. in ſum. lib. 1. c. 7. & ſupra ver. maleficium.

PRAEDICARE.

V. ordo. Prælatus. Suſpenſio. Vanagloria.

1 NVllus prædicare præſumat contradicente Epiſcopo Concil.

cil. Trid. ſeſſ. 24. c. 4. de refor.

2 Regularis non prædicet etiam in Eccleſijs ſui ordinis Epiſcopo contradicente Trid. vbi ſupra. Nec ſine licentia ſui Superioris: & in Eccleſijs ſui ordinis petita ab Epiſcopo benedictione: & in alijs non ſine licentia Epiſcopi, & ſui Superioris Trid. ſeſſ. 5. c. 2. Primum dictum intelligit Roder de regul. to. 3. q. 32. ar. 1. quando Epiſcopus ipſe vult prædicare, aut coram ſe prædicari iuxta Clem. Dudū de ſepult. V. eundem ar. 6. & Sorb. ver. Prædicare annot. 2. Poteſt verò dare licentiam etiam Curatus caſualiter, 1. in tranſitu. Anchar. in c. excommunicamus 1. de hæret. parag. Quia verò, & alij Prælati inferiores in eorum Eccleſijs, quando perſona aliàs eſſet approbata ad officium prædicandi. Ad Epiſcopum autem ſpectat dare generalem licentiam prædicandi per totam Dioecеſim, non ad alium Pan. in d. c. excommunicamus num. 12. vbi ſchol. Belentzin.

3 Prædicare ſine legitima licentia, mortale eſt, d. parag. Quia verò. Item prædicare inutilia, vt ſpeculatiuas quæſtiones Philoſophorū, poetas gentiles &c. excedendo notabiliter Cai. in ſum ver. Prædic. pec. Item mentiri ſcienter in fide, aut moribus: aut miraculis, aut Sanctorum hiſtorijs: ſecus in alijs, niſi forte ob magnum ſcandalum. Cai. loc. cit. Nauar c. 26. numero 141.

4 Detrahens in concione Prælatis Eccleſiæ quaſi nominando, mortaliter peccat Clem. 1. parag. 2. de priuil. vbi glo. ver. detrahant. Nau. c. 27. num. 142. cap. Cum ex iniuncto de hæret.

5 Peccàt mort laicus prædicans ſine licentia, c. Sicut in vno, de hæret vbi Pan. Dare autem licentiam laico, aut fœminæ non poteſt Epiſcopus Armill. ver. Prædicatio. Niſi in defectum ſacrorum hominum Sayr. de cenſur. lib. 4. c. 16. num. 22. Alter. de ſuſpenſ. diſp. 6. c 3. & tom. 1. lib. 1. diſp. 10. c. 3.

6 Prædicans in mortali peccato, peccat mort. Cai. vbi ſupra, & 2. 2. q. 187. ar. 1. & p. 3. q. 64. ar. 7. in reſp. ad 1. Etiam ſi peccatum ſit occultum, ſi deſit contritio Ang. ver. prædicare parag. 7. Nau. c. 25. num. 141. Alij tamen, vt Silu. ver. Correctio q. 16. Roder. in ſum. lib 2. c. 24. concl. 3. Suar. to. 3. diſp. 16. ſect. 3. docent non peccare mort. ſi ſit occultum peccatum. & hoc magis placet.

7 Prædicans principaliter ob gloriam, aut pecuniam non peccat mort. Nauar. vbi ſupra & c. 23. num. 13: contra Ang. ver. honor parag. 7. & ver. Vanagloria parag. 1. quem male reprehendit Silu. ver. Vanagloria q. 2. dicens tunc eſſe mortale quando in ea ponitur vltimus finis. Ang. verò dicit principaliter: & hoc eſt ibi ponere vltimum finem.

8 Vti iocis in ſacra concione graue peccatum eſt, vt ex S. Ambr. 1. offic. c. 23. notauit Leſſ. lib. 4. c. 4. n. 96 verſ. 3.

9 Quis teneatur ad ſumptus Prædicatori. V. Conc. Trid. ſeſſ. 24. c. 4. de refor. Vgol. de poteſt. Epiſc. c. 32. parag. 3. Barboſ. de auct. Epiſc. p. 3. alleg. à num 11.

1 PROTESTATIO contraria facto non releuat, vbi actus ille, cui v. g. conſenſio, directè aduerſatur iuri meo in futurum; & proteſtatio directè aduerſatur facto, 1. conſenſui, qui eſt circa rem indiuiſibilem, qualis eſt ius pignoris: ſecus vbi actus ille directè non aduerſatur, vel non inuoluit tempus futurum, vel poteſt habere plures effectus; quo caſu præiudicat tantum illi actui, non autem in futurum Monet. de commut. vlt vol. c. 8. num 772. & 814. Item quando proteſtatio eſt contra ſubſtantiam facti, vel rei, ſuper qua fit. & vbi proteſtatio per contrarium factum directè obuiat ſuæ proteſtationi; quod eſt propriè tunc, quando proteſtatio, & factum non ſe ſimul compatiuntur; niſi id faceret iuſta de cauſa glo. in c. Cum. M. de conſtit. ver. ſine præiudicio.

2 Proteſtatio animi declaratoria operatur, vt actus dubij eā ſequentes intelligantur ſecundum illam Nau. aſſerens de com. de regul. cons. 34. num. 3. De Proteſtatione multa congerit felin. in d. c. Cum M. &c.

PROXIMVS.

V. Charitas.

Q

1 QVÆSTORES eleemoſynarum nulli admittendi Concil. Trid. ſeſſ. 21. c 9. Non prohibentur tamen, qui collectas eleemoſynas in pios vſus erogant Cong. Concil. Neq; qui ſine Indulgentiarum publicatione petat pro ſe, aut hoſpitalibus Nau. de pœnit. & rem. conſ. 33. Roder. in ſum. lib. 1. c. 211. num. 4. Neque Fratres S. Antonij, quibus poſt Concilium id conceſſum eſt à ſede Ap. Cong. Concil.

R

1 RATIHABITIO. Ratum habere eſt approbare, & quouis modo declarare rem ab alio geſtam ſibi placere, & gratam, atque acceptam habere l. Quo enim parag. 1. ff. Rem rat. hab.

2 Duobus autem modis poteſt quis rem ab alio geſtam ratam habere. Primo, actu interiori, ſed exterius nullo ſigno exprimendo, & hæc non afficitur pœnis ſiue excommunicationis, ſiue cuiuslibet legis humanæ, peccat tamen mortaliter ſic ratum habens. Secundo cum aliquo ſigno exteriori comprobat. & commendat factum: idque vel verbis, vt laudando delinquentem; vel factis, vt in ſuam familiam recipiendo, occultandoq; ne capiatur à miniſtris iuſtitiæ, accomodando pecunias, vt diſcedere valeat; & alijs beneuolentiæ ſignis declarando rem geſtam ſibi gratam fuiſſe. Et hæc ratihabitio vtrouis modo fiat, præter peccatum, afficitur pœnis legum. Requiritur autem ad veram ratihabitionem, primo, vt delictum commiſſum ſit nomine illius qui ratum habet c. Ratum, de reg. iur. in 6. Nam conſenſus in præteritum factum alienum, vt alienum eſt, non eſt ratihabitio. Intellige id procedere quoad alterius, non quoad ipſius ratificantis præiudicium vt per l. Mater C. de rei vendic. & alios docet Monet. de commut. vlt. vol. c. 8. num 795. Secundo, vt opus factum commendetur, & comprobetur, & ſignis illud placuiſſe declaretur. V. Reginal. lib. 1 num. 218.

3 Ratihabitio tunc æquiparatur mandato, cum res ſolo mandato agi poterat, & facta eſt tuo nomine, aut tua cauſa. Vnde ſi quis iuriſdictionem exerceat nomine Iudicis, non poteſt ratum haberi, quia quæ facti ſunt, & ſolemnitatem requirunt rata haberi non poſſunt Silu. ver. conſenſus q. 5. vers. 5. Ang. ver. conſentire parag. 4. Item quando res facta eſt eo tempore, quo ipſe facere potuiſſet. quare ſi quis infantis nomine alterum occidit, non poteſt ille factus adultus ratum habere Nau. c. 27. num. 33. Silu. homicid. 1. q. 7. vers. 5. Pan. in c. 1. de conuers. infid. num. 10. Tolet. lib. 1. c. 32. V. ver. reſtitutio parag. Conſentiens. Item quando res fit eo tempore, quod requirebatur. Vnde ſi mulier ratam habeat occiſionem mariti, poterit cum occiſore contrahere, niſi aliud obſtet, quia machinatio requiritur ante factum, & ſic certo tempore; quare non poteſt trahi, ad tempus retro Anchar. in c. Laudabilem de conuers. infid. num. 8. vbi Pan. num. 10. Item cum res per alium explicari poteſt, alias non poteſt quis ratum habere, vt in adulterio, & huiuſmodi Tabien. excom. 5. num. 43. Vide c. Ratihabitionem cum not. per glo. de reg. iur. in 6.

4 Ratihabitio retrotrahi dicitur primò in his, quæ à principio valida ſunt ſubſtantialiter, irritari tamen poſſunt propter defectum alicuius ſolemnitatis accidentalis. Secundò, quando ea, quæ à principio nulla ſunt, poſſunt eſſe dependentia, & quaſi expectantia futurum euentum, vt ſunt ferè omnes contractus humani. Tertio

quando

quando præteritus actus, quamuis validus non fuerit, neque in futurum pendeat, poteſt per alterius voluntatem poſtea declarari quaſi de nouo fieri: & tunc poteſt ratihabitio dici confirmare quod factum erat, quamuis potius de nouo faciat: nec tunc retrotrahitur, niſi voluntas ſit ad hoc efficax, & hoc ipſum exprimat, & declaret, Suar. to. 4. diſp. 26. ſect. 1. in fi. V. Anchar. in c. Ratihabitionem de reg. iur. in 6. Alter. to. 1. lib. 5. diſp. 12. c. 6. Regulariter autem ratihabitio, aut conſenſus poſt actum à principio nullum nihil operatur, Mandos. in reg. 24. q. 4. num. 6. per l. Vſusfructus ff. de ſtipul. ſeru. Glo. tamen in c. 1. de regul. in 6. docet actū à principio nullum ratificari poſſe virtute noui conſenſus vt ex tunc, non vt ex tunc, quod eſt tertium dictum Suar.

RESPVBLICA tota puniri poteſt pro peccato Principis, licet omnes ſint innocentes: imputatur enim ei, quod facit Princeps ab ea inſtitutus. Vict. de poteſt ciu. num. 12. Pan. in c. Non eſt, num. 4. de ſponſal.

1 REPRÆSALIÆ non licent niſi eo modo, quo bellum. Sunt autem Repræſaliæ poteſtas capiendi, & detinendi aliena, collata à Principe, vel Ciuitate in compenſationem damni, vel iniuriarum Silu ver. repræſaliæ num 3.

2 Si læſus nō poteſt aliter res ſuas recuperare, accipere poteſt ab innocentibus, cum auctoritate tamen ſui Principis. Ex qualibet enim parte Reipublicæ poteſt accipi ſatisfactio, Principe eius non curante fieri. Vict. vbi ſupra.

3 Iniuſtæ ſunt, ſi plus accipiatur, quàm ſint damna; &c. Vel ſi accipiantur res Clericorum. hi enim exempti ſunt à repræſalijs: vel ſi accipiantur perſonæ Cai. in ſum. ver. Repræſalia.

S

1 SACRILEGIVM eſt cum fit iniuria rei ſacræ in eo, ad quod eſt ſanctificata Armil. ver. Sacrilegium parag. 1. Caiet. eo.

2 Sacrilegium eſt furari reliquias etiam ex deuotione Silu. ver. reliquiæ q. 2. Ang. eo. parag. 2.

3 Iurari in Eccleſia rem, quæ non eſt Eccleſiæ, eſt ſacrilegium c. Quiſquis 17. q. 4. Silu. & Cai. vbi ſupra Nau. c. 17. num. 97. V. ver. confeſſio, num. 46.

4 Cultui diuino adiungere cantilenam prophanam, & turpem mortale eſt. Excuſat autem ignorantia eos qui cantant vana non turpia, putantes id ſibi licere Cai. in ſum: ver. Organorum vſus.

1 SCANDALVM mortale eſt, cum re mala, vel habente mali ſpeciem occaſionem præbes alterius ruinæ, ſi id intendas, vel res ex ſe ad id inducat S. Tho. 2. 2. q. 43. ar. 1. ad 4. Cai. ver. ſcandalum.

2 Ob ſcandalum poſſunt Prælati temporalia bona ſibi commiſſa dimittere, ſcilicet pro bono pacis Silu. ver. Scandalum q. 4. Si tamen ſint bona Eccleſiaſtica, non poſſunt S. Tho. vbi ſupra ar. 8.

3 Nihil ad ſalutem neceſſarium ommittendum eſt ob ſcandalum S. Tho. vbi ſupra ar. 7. Silu. q. 3. Ang. eo. parag. 5.

4 Ob ſcandalum alterius ex malitia, non eſt ommittendum opus bonum. Si autem ex ignorantia, aut infirmitate, vel occultandum, vel differendum, quouſq; reddita ratione ſcandalum ceſſet. quòd ſi adhuc durat, non omittendum S. Tho. d. ar. 7. Couar. in reg. Peccatum p. 1. num. 4. vers. ſecundo ſubinfertur. Quid ſit peccare ex ignorantia, V. ſupra de volunt. & inuol. num. 16. & ſeqq.

5 Si alij falſo putant te eſſe excommunicatum, non debes cum eorum ſcandalo in feſto miſſam audire S. Ant. p. 3. tit. 14. c. 73. in fi. Couar. in c. Alma p. 1. parag. 7. num. 7. parag. Ceterum, & num. 4.

1 SVPERSTITIO eſt falſa religio, ideſt vitioſus cultus veri vel falſi numinis Azor. p. 1. lib. 9. c. 11. q. 1.

2 Superſtitio cultus ſuperflui, ideſt cum præter Eccleſiæ morem ponitur religio in quibuſdam circumſtantijs, vel rebus in quibus non eſt ponenda, vt in numero, colore, ſitu, v. g. tot ſint candelæ non plures, tot orationes dicantur non plures; cera ſit alba, non flaua, communiter non videntur eſſe plus quam peccatum veniale, cum ex bona intentione fiant. Nau. c. 11. num. 24. Tolet. lib. 4 c. 14. Caiet. ver. Superſtitio Leſſ. lib. 2. c. 43. dub. 9. nu 5. ſecutius tamen tenendum quod mortale.

3 Chiromantia naturalis, quæ pars eſt phyſiognomiæ, non omnino reprobanda, ſi intra limites ſe contineat, viendo ſcilicet ſignis, quæ ſunt in manu tamquam effectibus, ex quibus aliquo modo colligi poteſt corporis diſpoſitio, & temperamentum, cui ſolent animi inclinationes accommodari. ſic alijs cit. Suarez de relig. trac. 3. lib. 2. c. 11. num. 14.

De ſuperſtitione, eiuſq; ſpeciebus, & vnaquaq; illarum, præter Doct. cit. Vide S. Tho. 2. 2. q. 96. ar. 2. ad 1. c. Illud 26. q. 1. Silu. ver. Maleficium, & ver. Superſtitio. Ang. & ſummiſtæ eo. Nau. de ſent. exc. cons. 52. Sayr. cla. reg. lib. 4. c. 4. Azor. p. 1. lib. 9 à c. 11. ad 27. Suar. toto lib. 2. cit. Sanch. in ſum. lib. 2. à c. 37. ad 42.

4 Pocula amatoria fabricantes, ſi interueniant ſacramenta, vel ſacramentalia, ſunt de hæreſi ſuſpecti, alioquin ſunt ſuperſtitioſi Ricc. in ſua Praxi. crim. de hæreſi decis. 67. vers. Pocula. V. Azor. vbi ſupra. c. 26.

T

1 TEmpus decem annorum dicitur longum Pan. in c. Propter de loca num. 17. & in c.. Querelam ne Prȩl. vic. ſuas num. 6. V. glo. in Clem. 1. de reb. Ecc. non al. ver. ad tempus modicum. Triginta, aut quadraginta dicitur longiſſimum Silu. præſcriptio 1. q. 7. Sex aginta annorum dicitur antiquum Gratian. diſcep. for. c. 969. num. 7.

2 Vbi in aliqua diſpoſitione certum tempus non apponitur, in fauorabilibus perpetuum intelligitur, c. Quia circa de priuil. in ant. & c. Si cui nulla de præben. in 6. & multis probat moneta de commut. vlt. vol. c. 8. num. 334. & ſeq. Quando verò certum apponitur, ad rei ſubſtantiam, & formam pertinere videtur: & ideo tranſacto eo tempore, etiam vnica die, mora purgari non poteſt Azor. p. 2. lib. 6. c. 27. q. 16.

3 In litteris gratioſis ex quibus immediatè oritur ius gratiæ inſpicitur tempus gratiæ, c. Cum cui, de præben. in 6. In reſcriptis verò ad lites tempus præſentationis, quia iſtæ litteræ ab exercitio accipiunt perfectionem, iuxta c. Duobus de reſcrip. in 6. Bald. in c. Capitulum S. M. de reſcrip. V. Pan. in c. Dilectus num. 7. de præben. & in d. c. Capitulum, de num. 3. vbi Felin. n. 9. & 15.

4 Cum certum aliquod tempus iure requiritur, id debet eſſe continuum Sanchez in ſum. lib. 5. c. 4. num. 31. V. Alienatio num. 7.

V

VANAGLORIA

V. Prædicare.

1 GLoria, laus, & fama de bono, & ob bonum finem, quantum quiſque meretur, deſiderari poſſunt Nau. c. Inter verba concl. 5. num. 46.

2 Res quantumuis ſacras principaliter ob vanam gloriam efficere, vt ſacramenta miniſtrare, vel recipere, ſacrum celebrare, peccatum veniale eſt Silu. ver. Vanagloria q. 2. in fi Nau. in man. c. 12. num. 13. verſ. Quare peccat. Neq; enim tam grauis iniuria rebus ſacris infertur, vt pœna æterna digna

digna ſit. Niſi ea laus in damnum tertij cederet; vt ſi v. g. iactaret ſe bonum medicum, Confeſſarium, Aduocatum, cum non eſſet, quo caſu, ſi quod damnum intulit, tenetur reſtituere Nau. loco cit Cai. in ſum. ver. iactantia Azor. p. 1. lib. 4. c. 13. q. 5. Sanch. in ſum. p. 1. lib. 1. c. 3. concl. 1.

1 VERBERARE poſſunt Parentes, Domini, & Pedagogi per ſe, vel per alium, Sot. de inſt. lib. 5. q. 2. ar. 2.

2 Prælatus poteſt etiam Sacerdotem verberare, & Præceptor, ſi ſit conſuetudo: & Vir Vxorem in grauiſſima neceſſitate Sot. vbi ſupra, leuiter tamen Boich. in c. Quemadmodum de iureiur. num. 2. & ibi Anchar. num. 22. Sanch. de matr. lib. 10. diſp. 18. num. 16. Salon. 2. 2. q. 65. ar. 2. & ibi Arag. Et idem licet circa filios, & familiam, vt docet Sanchez V. ver. filij nu. 15. & ſeq.

3 Prælatus poteſt per laicum verberare religioſum incorrigibilem Silu. ver. percuſſio, Ang. eo. initio.

4 Verberare Epiſcopo non licet ſuis manibus c. Non licet diſt. 86. Arg. & Silu. vbi ſupra.

1 VESTE religioſa maris, aut fœminæ ſi vtatur ſecularis cauſa ludi ſine ludibrio, non peccat mort. Silu. ver. habitus q. 5. Ang. eo. parag 8.

2 Non eſt mortale vti veſte alterius ſexus ob leuitatem. Ex cauſa verò nullum eſt peccatum Silu. ver. fœmina q. 1. Nau. c. 23. num. 22. Si malo fine, eſt excommunicatus, c. Si qua mulier 1. diſt. 30. quod Ang. vbi ſupra parag. 7. dicit ſe non credere: credat tamen; quia ſic verba textus ſumpta ex Concilio Grangrenſi.

VERGINITAS non amittitur ſine ſeminis reſolutione voluntaria etiam extra copulam S. Tho. 2. 2. q. 152. ar. 1. ad 4. & ibi Caiet. Silu. ver. virginitas q. 2. & 3. Azor. p. 3. lib. 3. c. 2. & com. Amittitur etiam ſignaculi fractione, & voluntaria pollutione, vel concubitu apto eam facere, licèt per accidens non ſequatur. Immo & per voluntariam receptionem virilis ſeminis intra vas abſq; ſignaculi fractione, S. Ant. p. 4. tit. 4. c. 8. parag. 4. Et pollutione nocturna, ſi antea ſit volita, aut data ei cauſa per conſenſum: Secus ſi per venialem negligentiam S. Ant. & Silu. vbi ſupra.

V I T A.

V. Eleemoſyna. Homicidium. Infirmus

VSVSFRVCTVS.

V. Debitum. Dominium.

1 VSufructuarius non tenetur ad collectas, quando Vſusfructus eſſet inutilis, ſi illas ſolueret: ſed ad proprietarium ſpectat. Sic multi, quos refert, & ſequitur Surd. de alim. tit. 4. q. 16. num. 13. V. ver. Gabella num. 14.

2 Arbores vi ventorum deiectæ an pertineant ad proprietarium, vel ad Vſufructuarium Vide Gratian. diſcep. for. c. 21.

3 Vſufructuarius tenetur ſatiſdare de vtendo, & fruendo ſalua rerum ſubſtantia, c. vlt. de pigno. in rebus verò mobilibus, quæ vſu conſumuntur, vt pecunia numerata vino, veſtibus &c. quia datur æſtimata, ſatiſdat de tanta pecunia reſtituenda, quanti fuerint æſtimata Reſtituuntur autem cum Vſufructuarius moritur, aut capite minuitur. Inſtit. de Vſufruc. parag. Conſtituit autem. Si ſint duo Vſufructuarij, vno poſſidēte Vſūfructum alteri accreſcit l. 1. parag. pœn. ff. de Vſufructu accreſcendi.

V X O R.

V. Furtum. Locatio. Matrimonium.

1 VXor inops non tenetur virum alere, nec è contra, Sanchez de matr. lib. 9. diſp. 4. num. 27. An teneatur ad debita mariti, ad mutuum, &c. pro ſe alenda, vide ibi num. 28.

2 Vxor peccat mort. nolens ſubdi viro aliquid notabile imperanti, eiuſque iuſtum præceptum non implens; vt cum iubet vana, & ſuperflua, ac mores incompoſitos exuere Nau. c. 14. num. 20. vers. 29. Arag. 2. 2. q. 62. ar. 3. dub. 2. in reſp. ad 2.

CLAV-

Digitized by Google

Clauſulæ apponi ſolitæ in diſpenſationibus tum in S. Pænitentiaria pro foro interno; tum in Dataria pro foro externo

Cum ſuis declarationibus ex P. Thoma Sanchez de matrim. potiſſimum decerptæ.

PRO FORO CONSCIENTIAE

CLAVSVLA PRIMA

A. Diſcreto viro Magiſtro in Theologia, vel Decretorum Doctori. B. ex approbatis ab Ordinario C. ad infraſcripta per latorem præſentium ſpecialiter eligendo.

DECLARATIO.

A. Neceſſarium omnino eſt expediturum has diſpenſationes eſſe verè dicto gradu inſignitum; Nec ſufficit communi errore Doctorem exiſtimari. Aut eſſe Licentiatum. Aut publicè in Academia Ius canonicum, aut Theologiam docere; aut in Iure Cæſareo eſſe Doctorem. Aut Magiſtrorum priuilegijs frui, vt multi Regulares; niſi verè ad magiſterij gradum in aliqua Academia ſint promoti. V: M. Paulum Leon. *in Praxi ad litt. Poenit. p. 1. ver. magiſter.* Regulares tamen participantes priuilegia Mendicantium, etiā nullo gradu inſigniti, ſi alia requiſita habeant, poſſunt exequi, ſi à ſuis Generalibus, vel de eorum licentia ab alijs Superioribus deſignentur, vt docent Roder. *de regul. to. 1. q. 63. ar. 8. & Sanchez de matrim. lib. 8. diſp. 34. num.* 11. Non officit autem ſi literæ à non graduato aperiantur: nam ea qualitas requiritur tantum in exequente. Sanchez *vbi ſupra num.* 12.

B. Sufficit ſi ſemel ſit approbatus, licet occultè eſſet reuocata licentia, ita vt eius reuocationis ſit communis error. Idem quamuis licentia eſſet irrita ob defectum occultum, & communiter ignoratum. Debet autem eſſe approbatus ab ordinario nec ſufficit publicum alicuius Academię teſtimonium. Sufficit vero approbatum eſſe limitatè, v.g. ad confeſſiones mulierum: is enim poteſt etiam à viris eligi; quia in Bulla requiritur tantum gradus magiſterij, & approbatio Ordinarij Sanchez *vbi ſupra Vide* Felin. *in c. Ceterum, de reſcrip. num.* 24.

C. Electo confeſſario, ſi is dicat diſpenſationem eſſe ſubreptitiam, poteſt alium confeſſarium adire, qui in contraria ſit opinione. Imo primus

ille poteſt, re melius conſiderata ipſam diſpenſationem exequi; quãuis, ſi iam diſpoſuit, non poſſit recantare, quia diſpenſatio iam conſumata eſt. Sanchez *vbi ſupra diſp. 27. num.* 40. V. Ricc. *reſolut.* 593.

CLAVSVLA SECVNDA.

Quatenus ſi eſt ita, ac Oratorem ſtimulis carnis adeo agitatum vt maximè dubitet continere poſſe, & propterea de illius incontinentia maximè timendum ſit.

DECLARATIO.

NON ſufficit qualiſcunq; tentatio carnis, nec quodcunq; lapſus periculum, nec timor vnius, aut alterius lapſus; ſed exigitur maximum frequentis lapſus periculum, ita vt ea perſona verè poſſit dici viuere incontinenter. Non tamen exigimus, vt ex mera fragilitate periculum hoc procedat, ſed ſatis eſt ſi vel ex ea, vel ex prauo habitu. Sanchez *vbi ſupra diſp.* 39. *num.* 29.

CLAVSVLA TERTIA.

A. Si ita eſſe per diligentem Oratoris examinationem. B. Ac poſt monita, & conſilia opportuna illi præſtita inueneris.

DECLARATIO.

A. Non requiruntur teſtes, cum ſit in foro conſcientiæ; ſed ſatis eſt, ſi ipſum diſpenſandum examinet ſine iuramento. Immo nec id eſt neceſſarium quando ipſi diſpenſatiuo certa eſt veritas precum, & cauſæ allegatæ. Sanchez *vbi ſupra nu.* 21. Vbi verò Confeſſarius certus non eſt de veritate, ſi diſpenſet non præmiſſa examinatione, nulla eſt diſpenſatio: illa enim examinatio requiritur pro forma. *Idem num.* 26.

B. Significant hæc verba monendum eſſe diſpenſandum, vt ſincere veritatem explicet, ei nuntiando, nullam alioqui fore diſpenſationem. Si tamen id ommittatur, valida nihilominus erit diſpenſatio; non enim requiruntur pro forma; nec ipſe diſpenſans peccabit, ſi in examinatione non deficiat. *Idem vbi ſupra num.* 27.

CLAVSVLA QVARTA.

A. Eundem à propoſiti mutatione abſoluas hac vice in forma Eccleſiæ conſueta; B iniuncta ei pœnitentia ſalutari. Quæ clauſula apponi etiam ſolet in diſpenſatione voti Religionis, & caſtitatis.

DECLARATIO.

A. Non requiritur confeſſio, ſi dicat, in foro conſcientiæ; ſecus ſi in foro pœnitentiæ, etiam ſi diſpenſaturus ſit regularis non graduatus, diſpenſans virtute priuilegiorum. Sanchez *vbi ſupra num.* 29. Roder. *de regul. tom.* 1. *q.* 20. *art.* Nauar. *de priuil. conſ.* 13. *num.* 2.

Cum dicitur, hac vice, non reſtringitur diſpenſatio ad vnicum actum. Nam ſic diſpenſatus ad matrimonium

Digitized by Google

monium, poteſt toties quoties. Sed ſenſus eſt, Pro hac vice tibi conceſſimus facultatem diſpenſandi in eo voto, v. g. & non generalem facultatem. Sanchez *lib. 8. diſp. 31. numero 2.*

Cum dicitur, Votum commutes, ad hoc vt matrimonium tunc contrahere poſſit; vel ad hoc tantũ, vt tunc matrimonium contrahere poſſit, non reſtringitur facultas ad primam vicem tantum; ſed ſenſus eſt, Commuta & diſpenſa tantum ad effectum, vt poſſit matrimonium contrahere, non ad alios effectus *num. 2. cit.* Nunc vero de ſtylo Pœnitentiariæ ſi diſpenſatus ſuperuixerit coniugi, non poteſt aliud matrimonium contrahere ſine noua diſpenſatione.

Cum diſpenſatur in voto ſolemni caſtitatis, ſi adhuc cauſa perſeuerat, poteſt adhuc matrimonium contrahere, ſecus ſi non permaneat cauſa. *ibidem num. 12.*

Si diſpenſatio limitetur ad perſonam, cum qua incundum eſt matrimonium, & cauſa ſe teneat ex parte eiuſdem, vt quia allegatur mulierem eſſe ab eo viro defloratam, & conſequenter, niſi ei nubat, manere infamatam, & ſpe matrimonij deſtitutam; tunc non poteſt cum alia contrahere. Secus ſi cauſa ſe teneat ex parte viri, vt quia ſtimulis carnis agitatur. *Vbi ſupra num. 13.*

B. Cum in litteris diſpenſationis ſtatuuntur opera pœnitentiæ, iniungi omnino debent; niſi per alia verba colligatur remitti arbitrio confeſſoris; vt cum ſubditur, Prout ſecundum Deum ipſius animæ ſaluti expedire indicaueris. Idem *vbi ſupra diſp. 34. num. 32.* Mutari poſſe docet Ricc. *par. 2. deciſ. 255.*

Cum dicitur, ſingulis menſibus, aut quoties tibi videbitur, remittitur arbitrio confeſſarij, an illa confeſſio debeat eſſe menſtrua, an vero minus frequens, non tamen imponere poteſt frequentiorem quam menſtruam. Sanchez *vbi ſupra num. 35.*

Non eſt tamen arbitrarium omittere confeſſiones aliquas ſtatis temporibus faciendas, & aliqua pœnitentiæ opera perpetua, inter quæ ſint aliqua quotidie exercenda. Eſt tamen arbitraria quantitas eorum operum, & illorum frequentia. *Idem vbi ſupra num. 33. & ſeq.*

Si ille ommittat aliquo menſe confiteri, non tenetur altero dupplicare *num. 36.* ſatisfacit autem confeſſare ab Eccleſia præcepta *num. 38.* Non verò confeſſare ex voto, vel pœnitentia *num. 39.*

Arbitrium confeſſarij intellige ſecundum prudentiæ regulas, iuſtas cauſas perpendendo; aliàs non poteſt voluntariè taxare, aut immutare *num. 40.*

Opera verò pœnitentiæ, quæ imponi poſſunt hæc ſunt, vt aliqua die, qua carnibus veſci licet, ab eis abſtineat qualibet hebdomada; aut verò ieiunet, ei ſeſo, aut verberibus carnem ſuam affligat. *num. 41.*

Si diſpenſatio ſit in voto religionis imponat, vt quotidie Litanias, vel ſeptem Pſalmos, vel certum orationum numerum recitet. *ibidem.*

Si in voto caſtitatis, recitet quotidie quinquies orationem dominicam pro animabus Purgatorij, aut eleemoſynam tribuat, aut aliud quodlibet ex operibus miſericordiæ exerceat. *ibidem. V. Monet. de commut. ult. volunt. cap. 7. in fi.*

CLAVSVLA QVINTA.

Agit de dilaniandis literis per Confeſſarium, vbi diſpenſationem expedierit, ſub pœna aliquando excommunicationis. quandoquidem vt ſi parti reddantur, nil illi ſuffragentur.

DECLARATIO.

SI parti reddantur, poſtea verò lacerentur, aut comburantur, incipiunt ex tunc valere.

Verbum illud, ſuffragentur, intellige pro foro externo, vt multis, probat idem Sanchez *lib. 3. de matr. diſp. 29. num.* 11. *&* *lib.* 8. *diſp.* 34. *num.* 42. Quare licet maneant apud partem, non ideo fruſtrantur ſuo effectu.

V. *Diſpenſatio in lege num.* 80.

CLAVSVLA SEXTA.

A. Diſpenſa, vt matrimonium inter ſe ſecretò contrahere valeant. B. Prolem ſuſceptã, ſi quæ ſit, & ſuſcipiendam exinde legitimam decernendo, in foro conſcientię tantum.

DECLARATIO.

A. Licet Ordinarius, aut Parochus nouerint impedimentum, ſi tamen nullus denunciet, poſſunt diſſimulare, & ſic impeditos matrimonio iungere, ſi illis de obtenta diſpenſatione in foro conſcientiæ conſtat Sanchez *lib.* 3. *diſp.* 15. *num.* 14. Immo ſi nullo opponente ipſe contrahens coram Iudice, &c. Notario aſſirmet ſe impeditum, poterit Iudex, & Notarius non ſcribere, illumque admonere, vt taceat, ſeq. corrigat id negando, vtendo æquiuocatione. Et ſi illa confeſſio erat ſcripta, poſſet delere, antequam confitens ſubſcribat; non n. eſt perfectè iudicialis, confeſſio ante ſubſcriptionem Sanchez *vbi ſupra n.* 16.

B. Si diſpenſatio ſit circa impedimentum ante initum matrimonium, legitimando prolem ſuſcipiendam, illa proles verè legitimatur quoad ſpiritualia, & temporalia in foro conſcientiæ tantũ, etiam ſi Pœnitentiaria nihil dixiſſet. eſt n. ea proles ex legitimo matrimonio orta.

Idem de prole nata poſt expeditam diſpenſationem, ſed ante initum matrimonium Sanchez *lib.* 8. *diſp.* 34. *num.* 47. quare in foro conſcientiæ eſt capax ordinum, & cuiuſcunque beneficij. in foro tamen externo ſecus. *num.* 48. *& ſeq.* Si tamen alter parens ignarus impedimenti bona fide contraxit, proles erit quoad omnia in vtroque foro legitima, *c. Ex tenore qui fil. ſint legit.* Pater tamen conſcius impedimenti cenſetur Pater ſpurius, quare filio non ſuccedit. Sanchez *vbi ſupra diſp.* 7 *à num.* 14.

Quando verò nondum inito matrimonio diſpenſatur in impedimento occulto, legitimando prolem ante ſuſceptam, non cenſetur legitima niſi quoad ſpiritualia, etiam in terris ſubiectis Papæ, niſi aliud exprimat, quia non cenſetur diſpenſare in radice matrimonij. Diſpenſare autem in radice matrimonij, eſt diſpenſare in initio ipſius, reuocando impedimentum, quod ipſum irritauit, ac ſi nunquam irritaſſet, efficiendo

ciendo vt diſpenſatio retrotrahatur ad matrimonij initium.

Si verò matrimonio nulliter contracto diſpenſat Pœnitentiaria, ut validè ineatur, legitimando prolem inde ſuſcipiendam, idem dicendum quod in primo caſu.

Quando vero matrimonio inualide contracto, diſpenſatur in foro conſcientiæ, vt validè ineatur, legitimando prolem ante ſuſceptam; ea diſpenſatio non eſt in radice matrimonij. Quare non cenſetur proles legitimata quoad temporalia. Idem cum dicitur, Prolem ſuſceptam, ſi qua ſit, & ſuſcipiendam exinde legitimam decernendo. Idem cum diſpenſatur in matrimonio inualido, concedendo licentiam permanendi, ſeu perſeuerandi in illo: quo caſu neque etiam ad ſpiritualia legitimatur proles. Secus ſi Papa utatur verbo, legitimamus matrimonium: quia hoc nil aliud ſonat quam id matrimonium ratum habere, & approbare, quaſi ab initio abſque aliquo impedimento eſſet contractum: vnde cenſetur in radice matrimonij, & ſic pleniſſimè diſpenſaſſe. Sanchez *vbi ſupra*.

Confeſſario, vel Ordinario diſpenſante in matrimonij impedimento, ſi non explicet, ſe quoque prolem ante ſuſceptam legitimare, ad nihil legitimata manebit Sanchez *diſp. 7. cit. num.* 16. Poteſt tamen deinde vel idem, vel alius confeſſarius, vel ſucceſſor in officio id præſtare *nu.* 17. licèt non potuerit forſan habere effectum, quia alter contrahentium mortuus eſt, antequam applicaretur diſpenſatio, quo caſu valebit diſpenſatio quoad legitimationem, & debet executioni mandari, vt fuit deciſum Romæ *in Rota* 18. *oct.* 1573. *per conſ.* 409. Anchar. quod notandum eſſe dicit Quarant. *ver. matr. diſpenſ. in fi.* propter præiudicium venientium ab inteſtato.

CLAVSVLA SEPTIMA.

Dummodo impedimentum inde proueniens occultum ſit.

DECLARATIO.

Occultum in his Pœnitentiariæ litteris dicitur, quod diſtinguitur cōtra publicum. Quando ſcilicet id impedimentum ab aliquibus ſciatur, & id probari poſſit, dicetur occultum; tunc autem erit publicum, quando non tantum in Ciuitate, ſed etiam in maiori parte Viciniæ, vel Collegij, Monaſterij, aut Parochiæ id notum eſt; modo ſaltem decem perſonæ inueniantur in ea Vicinia, Parochia, &c. Sanchez *vbi ſupra diſp.* 35. *num.* 55.

Et licet res ad forum exterius ſit deducta; ſi tamen abſoluatur etiam iniuſte, & ex falſis teſtibus, adhuc dicetur impedimentum occultum *num.* 57. Idem ſi parti non ſit intimatum delictum, cum n. citatio ſit primus actus iudicij, ea non facta, non dicitur res ad forum exterius deducta *numero* 58. Vide eundem *lib.* 2. *diſp.* 37.

Vt autem res dicatur publica, non ſatis eſt, ſi publicè ſciatur delictum, niſi etiam publicè ſciatur id eſſe impedimentum v. g. publicè ſcitur copula, ex qua orta eſt affinitas, at non publicè ſcitur eſſe impedimentum. Sanchez *lib.* 8. *diſp.* 35. *num.* 56. Vide Suar. *de cenſur. lib.* 4. *diſp.* 41. *ſect.* 3. *num.* 6. Sayr. *de cenſur. lib.* 4. *c.* 17. *num.* 23. Roder. *in ſum. p.* 1. *c.* 166. *num.* 3.

CLAV-

CLAVSVLA OCTAVA.

A. Diſpenſa vt matrimonium inter ſe ſecretò contrahere valeant. B. Latoribus de nullitate prioris matrimonij certioratis, ſed ita caute, vt ſi illa adhuc ignoret latoris delictum, nuſquam detegatur. C. Quodq; diligenter experiantur, an ſine ſcandalo ſeparari poſſint. Quod ſi fieri non poſſit, ſaltem experiantur, an cohabitare poſſint continentes, tamquam frater & ſoror.

DECLARATIO.

A. Sufficit copula affectu maritali. Hæc n. ſignum eſt conſenſus de præſenti. Sanchez *lib.* 2. *diſp.* 37. *num.* 14.

B. Non eſt id neceſſarium; non enim ponitur tanquam conditio pro forma, ſed tantum pro inſtructione cōfeſſarij, vt plurimum enim fieri non poteſt homini manifeſtatio ſine graui periculo ſcandali, & rixarum *lib.* 8. *diſp.* 34. *num.* 61. Quod ſi nullum ſit periculum ſcandali, manifeſtandum: alioqui ſuadendum alteri, vt ſe habeat pro coniuge. *Ibidem* Vide *lib.* 2. *diſp.* 36.

C. Vbi Confeſſori conſtat ex experientia prius ſumpta, vel ex iis, circa quæ ipſos examinat, vel ex alijs circumſtantijs, nullius fore vtilitatis eam experientiam, ſed ſcandala oritura, quod alij putantes eos coniuges, videant coniugalem vitam non agere, ipſiſq; ſit maxima ruinæ & ſcandali occaſio. Videat item, ſi velint tanquā frater & ſoror cohabitare, maximum imminere incontinentiæ periculum prætermittere poteſt hanc experientiæ obligationem *lib.* 8. *diſp.* 34. *num.* 60.

Etiam ſi alter tantum ſciuerit impedimentum; altero ignorante, neceſſaria eſt expreſſio illius ſcientiæ, alioqui ſubreptitia diſpenſatio. Nau. *de conſang. conſ. vlt.* Sanchez *lib.* 8. *diſp.* 25. *num.* 30. qui tamen id intelligit cum diſpenſatur in matrimonio nulliter contracto; ſecus in contrahendo; ſecus item de ſpe facilioris diſpenſationi; hæc enim non exprimenda, ſi ſit ex parte vnius tantum *dicto num.* 30. *& ſeq.* quoad non incurrendas pœnas Concilij, ſecus quoad valorem diſpenſationis ad hanc enim requiritur bona vtriuſq; fides. *d. num.* 30.

PRO FORO EXTERNO

CLAVSVLA PRIMA

Dilecto Filio Epiſcopo .N. vel eius in ſpiritualibus Vicario Generali.

DECLARATIO.

SVfficit Epiſcopus, vel Vicarius alterius contrahentium, ſi diſpenſatio ſit alternatiua, Epiſcopo v. g. Portuēſi vel Sabinenſi. Secus ſi alteri tantum, quia ille ſolus exequitur. Sanchez *de matr. lib.* 8. *diſp.* 35. *num.* 5.

Nomine Officialis intelligitur Vic. generalis Epiſcopi *diſp.* 27. *num.* 29. etiā nondum conſecrati *nu.* 35. & Vicarius capituli ſede vac. *num.* 38. *& ſeq.*

Epiſcopus expedire non poteſt commiſſiones

miſſiones factas ſuo Officiali, etiam eo remoto. Immo idem officialis factus eiuſdem Diœceſis Epiſcopus expedire non poterit, ſi commiſſio fiat in forma ordinaria, vt officiali N. ſecus ſi ſit perſonalis; niſi tranſierit ad ſtatum incompatibilem, *num.* 31.

Idem poterit Vicarius Prælati habentis iuriſdictionem Epiſcopalem, *num.* 34.

Si duo ſint officiales Epiſcopi, alter tamen eſt principalior, hic ſolus exequitur, *ex Clem.* 2. *de reſcriptis, diſp.* 27. *cit. num.* 36. Quòd ſi ambo ſint æquè principales, ille exequitur, cui reſcriptum fuerit præſentatum.

Pronunciato reſcripto ſubreptitio, non poterit Officialis, quamuis ſe deceptum inuenerit, ſe retractare, ſed adeundus Sum. Pont. *num.* 39.

Epiſcopus non poteſt amoto Officiali, alium ad hoc ſpecialiter conſtituere, cum commiſſio ſit facta Vicario generali, *num.* 42.

Subdelegare poteſt Vicarius receptionem teſtium, & informationem pro veritate precum, non verò ipſam diſpenſationem: quia in ea requiritur nudum miniſterium perſonæ, *num.* 43.

CLAVSVLA SECVNDA.

A. Agit de dote feminæ minus competente, quam vir vſq; ad quantitatem debitam augere intendit. B. Item de ſcandalo orituro, ſi non ineatur matrimonium. C. Item de prole habita ex conſanguinea, quam bona fide ſuſcepit; & de pluribus alijs cauſis.

DECLARATIO

SVfficit ſi tertius quiſpiam augeat Nau. *de conſang. conſ.* 15. nec vitiatur diſpenſatio, quòd mendaciter aſſeruerit ſe augere velle. Sanchez *lib.* 8. *diſp.* 35. *nu.* 6. Oportet autem augmentum cum illius fœminæ dote plenam, ac ſufficientē dotem conſtituere iuxta fœminæ qualitatem, vt ex illis verbis, Illius dotem vſq; ad quantitatem ſecundum qualita-
A tem dictæ N. competentem. Secus
ſi clauſula diceret, velle virum augere competentem dotem fœminæ; ea enim verba non important integram quantitatem, quare ſatis eſt, ſi aliqua ex parte augeat, dummodo illa pars ſit alicuius momenti, & digna qualitate fœminæ. *ibidem.*

Sufficit etiam, licet in locis circumui-
B cinis inueniatur vir paris conditionis, cui cum illa dote ſua fœmina nubere poſſit: quia non tenetur extra proprium Oppidum virum quærere, vt declarauit Cong. Concil. Sanchez *vbi ſupra diſp.* 19. *num.* 13. Ricc. *p.* 2. *deciſ.* 175.

Iudicatur autem inæqualitas, non ſola generis, & diuitiarum ratione, ſed
C etiam ex moribus viri, valdè diſpari ætate, & filijs ex alio matrimonio habitis, vel ex ingenij aſperitate tum in viro, tum in fœmina *diſp.* 19. *cit. num.* 15. *& lib.* 4. *diſp.* 26. *à num.* 22.

Item ſufficit incompetentia reſpectu viri, qui vult eam ducere, licet cum dote ſua inueniat virum ſibi æqualem non conſanguineum; vt docent Nau. *in ſum. c.* 22. *num.* 87. Roder. *in ſum. p.* 1. *c.* 237. *num.* 2. licèt Sanchez *diſp. cit. num.* 17. repugnet, quod nulla ibi ſit cauſa pietatis, quæ concurrere debet, vt licita ſit diſpēſatio.

Non dicitur mulier pauper, ac dote carens, ſi nil poſſideat, at parentes diuites habeat; quia obtinet ius ſuccedendi in bona parentum, ac eos

com-

compellendi ad competentem dotem ſtatim illi conſtituendam iuxta ſtatum, & eorum facultates Sanchez *vbi ſupra num.* 21. Quod limita. Primo, niſi fœmina ex Regni ſtatuto careat iure ſuccedendi; nec certa ſit eius legitima; quod liberum ſit parentibus modicum quid filiabus relinquere. Secundo, quando parentum facultates non ſufficiunt ad competentem dotem; niſi diminuatur legitima alijs filijs debita. Tertio, quando fratres, aut alius vult fœminam dotare, ſed nullo præcedente pacto, quo illa ius irreuocabile acquiſierit. Quarto, ſi Parentes bonorum ſuorum parte ſpoliare ſe nequeant, quod ea indigeant ad honeſtam, ſuoq; ſtatui conuenientem vitam *num.* 25. Et quoties legitima conſuetudine receptum eſt, dotem non deberi niſi poſt parentum obitum: niſi omnes eodem modo vxores acciperent: quia tunc nullum dotis nocumentum patitur.

Si mulier ſuis bonis renunciauit eo animo, ut paupertatis titulo facilius diſpenſationem impetraret, non tenet diſpenſatio, cum fiat animo eximendi ſe à lege, contra ſacrorum canonum mentem. Secus ſi alio fine renuntiauit, ſine pacto tacito, vel expreſſo retrocedendi *num.* 26. Idem ſi poſt impetratã diſpenſationem, ſed antequam ei per Ordinarium expediretur, inſtituta eſt hæres, aut legataria maximę quantitatis, & ipſa renuntiatur in fauoré alicuius, cum tunc dicatur acquiſiuiſſe hereditatem, vel legatum. Secus vero ſi abſolutè repudiet, nec valor diſpenſationis ceſſet; id enim non eſt patrimonium diminuere, ſed tantum non acquirere. *num.* 27. vbi idem dicit quandocumque hereditas, vel legatum illi obueniat ſiue ante, ſiue poſtquã Romam miſit: repudiare enim poteſt. Idem ſi multò ante inſtituta ſit hæres, ſed ipſa hoc ignorauit ante contractum matrimonium; vera enim paupertas Pontifici allegata fuit.

Amplia vt ſupradicta locum habeant licet fœmina ob alias etiam cauſas non inueniat virum, quam reſpectu dotis, vt quod ſit prouectæ ætatis, vel filios habeat ex alio matrimonio; vel ſit deformis, aut aliquo crimine infamata, vel ob illud punita. Satis enim eſt verificari defectum dotis. *num.* 29.

B. Solet etiam allegari in matrimonio nondum inito; quando mulier paſſa eſt iacturam famæ ex copula cum conſanguineo habita, vel ex ſuſpecta, frequentique cum ipſo conuerſatione. ad cuius verificationem ſufficit probablis timor *inimicitiatum* inter vtriuſque conſanguineos, vel incontinentiæ, eo quod iuuenes ſint: & quod mulier ratione infamię non poterit competenter nubere, & ita incontinentiæ periculum patietur. *num* 10.

C. Sufficit ſi bona alterius coniugis fide. Et ignorantia impedimentorum, vt diſpenſatio ex taciturnitate non ſit ſubreptitia, ſufficit quæcumque, quæ non ſit magna temeritas. In expreſſione verò allegata tamquam cauſa facilioris diſpẽſationis, requiritur iuſta, & probabilis ignorantia. *diſp.* 25. *num.* 28

CLAVIS

CLAVSVLA TERTIA.

Depoſita per te omni ſpe cuiuſcunq; pecuniæ, aut præmij etiam ſpontè oblati. Quod ſi occaſione dictę diſpenſationis exigere, aut oblatum recipere temerè prǫſumpſeris, excommunicationis latæ ſẽtentiæ pœnam incurras.

V. ſup. pag. 68.

DECLARATIO.

NON incidunt qui ex conſuetudine accipiunt tantum aureum, alteriuſuè quantitatis pro receptione teſtium ad verificandam precũ veritatem. Sunt enim hæc præmia laborum, non autem remunerationis pretium, aut munus. *diſ.* 35. *num.* 10. *& ſeq.*

Incidit verò Delegatus, ſi recipiat eſculenta, & poculenta, quæ paucis diebus conſumi poſſunt. Secus ſi finita delegatione, & omnino expedita diſpenſatione munera recipiat, ceſſat enim iam cauſa prohibitionis. *num.* 12. *&* 14.

Accipiẽs huiuſmodi munera licèt incidat in excommunicationem, & peccet mort. contra prohibitionem, non tamen tenetur reſtituere; non enim imponitur onus reſtitutionis. *num.* 13.

CLAVSVLA QVARTA

A. Si per informationem preces veritate niti repereris. B. ſuper quo conſcientiam tuam oneramus.

DECLARATIO.

A. Sufficit extraiudicialis informatio *diſp.* 35. *num.* 15. *lib.* 8. Quare non indiget Notario, & teſtibus iuratis. Immo ſi notoria eſſet veritas precũ; aut aliunde Iudici de ea conſtaret, nulla opus eſſet informatione. ſatis enim Iudicis conſcientiæ factum eſt. Quòd ſi ignarus abſq; informatione diſpenſaret, nulla eſſet diſpenſatio *num.* 16. Vide eundem *diſp.* 17. *num.* 12. *eodem lib. & diſp.* 33. *lib.* 3.

B. Per hæc verba non eligitur induſtria perſonæ. quare huiuſmodi Delegatus poteſt ſubdelegare. Ricc. *p.* 2. *decis.* 270.

CLAVSVLA QVINTA

Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, cęteriſque contrarijs quibuſcunq; non obſtantibus.

DECLARATIO.

SVfficienter derogatur decreto Concilij Tridentini.

CLAVSVLA SEXTA.

Vt matrimonium inter ſe ſeruata forma Concilij Tridentini contrahere valeant, diſpenſa.

DECLARATIO

NON continet diſpenſationem omnino conſumatam, ſed mandatum diſpenſandi, quare ſi matrimonium ineatur ãtequam officialis diſpenſet, inualidum omnino erit

Sanchez l. & 8. *diſp.* 33. *nu.* 18. Vide *declar. in c.* 5. *ſeſſ.* 24. *de refor. matr. pag.* 124. & Sanchez *de matr. lib.* 4. *diſp.* 37. *num.* 9.

Per hanc clauſulam non tollitur facultas Ordinario diſpenſandi in denunciationibus. Immo ſi facta diſpenſatione, ſine illis matrimonium ineatur, validum omnino erit, modò coram Parocho, & teſtibus; hæc enim ſunt de eſſentia, non illæ. neq; hæc commiſſio immutat modum, & formam à Concilio traditam. *diſp. cit. num.* 19.

Si matrimonium prius irritum iterum publicè ineatur, iterum etiam præmittendæ denunciationes; niſi paulò ante in prior matrimonio inualido eſſent præmiſsæ. *num.* 20.

CLAVSVLA SEPTIMA

Dummodo propter hoc ipſa N. rapta non fuerit.

DECLARATIO.

DOctores intelligunt de ſolo raptu cauſa ineundi matrimoniũ. Congregatio verò Concilij extendit etiã ad raptum ex alia cauſa. V. Sanchez *lib.* 7. *diſp.* 13. & *lib.* 8. *diſp.* 25. *nu.* 17.

Valet matrimonium initum cum tertio, qui raptus cauſa non fuit, licet ideò rapta fuerit, *diſp.* 13. *cit. num.* 6.

Ad raptum requiritur traductio mulieris de loco ad locum, *ex Trid. ibi* Quandiu ipſa in poteſtate raptoris manſerit, non tamen requiritur copula *num.* 7. & *ſeq.*

Sufficit ad incurrendum pænas, ſi rapiatur etiam meretrix, aut alia cuiuſuis ſtatus, *num.* 14.

Non comprehenduntur abducentes fœminam volentem, licèt poſtea mutet voluntatem, etiam ignorantibus, immo & inuitis parentibus *num.* 9. & 13. contra Nau. *de ſponſal. cons.* 13. *alias de raptor. cons.* 3.

Nec ſi importunis precibus, aut pretio vel dono. *num.* 11. & *ſeq.* Nec rapientes propriam ſponſam de futuro: hic enim rapiens iure com. à pœna excuſatur. *num.* 15.

CLAVSVLA OCTAVA.

Prolem ſuſcipiendam exinde legitimam decernendo.

DECLARATIO.

DIC: *vt ſupra de diſpenſatione in foro conſcientiæ, clauſula* 6.

CLAVSVLA NONA.

Ipſi ex certis rationabilibus cauſis eorum animum mouentibus cupiunt inuicem matrimonio copulari. quæ clauſula apponi ſolet in diſpenſationibus ſine cauſa.

DECLARATIO.

HÆ cauſæ non ſunt verificandæ, quod Superior gratiam largiatur, non ſpecificando cauſas.

Et verba illa, De præmiſſis te diligenter informes, referuntur non ad cauſas, ſed ad impedimentum allegatum, Sanchez. *lib.* 8. *diſp.* 35. *num.* 14.

CLAVSVLA DECIMA.

Quodi

Digitized by Google

Quod ipſi, qui ex principalioribus Ciuitatis exiſtunt,&c. Vel, Cupiunt exponentes prędicti, aſſerentes ſe ex principalioribus Ciuitatis exiſtere.

DECLARATIO.

PRiori modo non eſt verificanda: quia ea contrahentium qualitas refertur verè narrando, & nō per modum cauſæ, vel conditionis. Secus de poſteriori modo, cum ibi explicetur qualitas inter cauſas, ex quibus conceditur diſpenſatio, *diſp. 35. citat. num. 25.*

Sufficit autem ipſos contrahentes eſſe potentes, ac valdè diuites, licèt non ſint nobiles, vt declarauit Sixtus V. an. 1587. & refert Sanchez *lib. 8. diſp. 19. num. 6.* ſe vidiſſe.

CLAVSVLA VNDECIMA

Dummodo copula non interuenerit.

DECLARATIO.

INtelligenda hæc Clauſula iuxta naturam diſpenſationis conceſſæ. Si enim in foro externo concedatur, intelligitur dummodo ea copula non conſtet in foro externo. Si vero in foro conſcientiæ, intelligitur quamuis ſit occulta. Et in primo caſu, ſi taceatur copula occulta, non erit ſubreptitia diſpenſatio; ſecus in poſteriori. Secus itē ſi contrahentes narraſſent Pontifici, ſe non habuiſſe copulam, idq; narraſſet Pont. in diſpenſatione. Sanchez. *lib. 8. diſp. 25. num. 12. & ſeq.* vbi cum alijs illud addit, eam clauſulam non importare conditionem, ſed modum quendam. Vide *Riccium, & ab eo cit. deciſ. Archiep. p. 4. deciſ.* 33.

CLAVSVLA VLTIMA.

Si copula habita fuit ſpe facilioris diſpenſationis.

DECLARATIO.

EXprimenda, niſi ea ſpes concepta fuerit ex parte vnius tantum. Sanchez. *vbi ſupra num. 31.*

AD validitatem diſpenſationis in vtroque foro oportet cauſas expreſſas eſſe veras tempore datæ literarum, alioqui ſubreptitia; *c. Quia circa exemplum de reſcript. Et c. Si eo tempore, eo tit.* cum alijs allegatis per Monet. de commut. vlt. vol. c. 8. *num.* 406. *& ſeq.*

DECRETA
SACRAE REGVLARIVM CONGREGATIONIS

Pro reſolutione controuerſiarum inter Regulares Ciuitatis Mediolani, & eiuſdem Ciuitatis Archiepiſcopum. die 2. Iulij 1587.

LIceat Regularibus in eorum proprijs Eccleſijs, & intra ſepta ſuorum Monaſteriorum Euchariſtię Sacramẽtum proceſſionaliter circumferre, & ſuper altare publicè adorandum exponere, ex quauis publica ſiuè priuata cauſa.

Eleemoſynę in Eccleſijs Regularium, & in eorum cõcionibus ad Monaſteriorum Eleemoſynarumvè ſuarum collectæ diſpoſitioni ſuorũ liberè maneant. Quæ verò ad aliorum locorum, ſeu perſonarum neceſſitates ſubleuandas ad eorum cõciones colligentur, in eos erogentur, eiſue diſtribuantur perſonis, & locis, quæ Ordinarij iuſſu, & mandato in concionibus commendata fuerint, ita tamen quod cogi non poſſint extraneos commendare.

Regularibus concionatoribus in eorũ propriis Eccleſijs cõcionandi hora à quoquã non pręſcribatur, ſed liberũ ſit eiſdem quandocumque officium prædicationis peragere.

Liberum ſit hęredibus defuncti, vnum pluraué officia pro defunctis in Eccleſijs regularium celebrari facere: nec non tot ex regularibus eiuſdem conuentus euocare, quot eis videbitur.

Parochi à regularibus, in quorum Eccleſijs Parochianum ſepeliri continget, non plus portione quæ ipſis iure, ſeu conſuetudine debita, quæ quarta nuncupatur, exigant.

Si corpora mortuorum ſepelienda in Eccleſijs Monialium Regularibus ſubiectarum deferantur, Parochis non liceat corpora ad Eccleſias prædictas deferre, niſi de conſenſu eiuſdem Monaſterij Superioris, ſeu Confeſſarij, qui tunc præſens aderit. Hæredes autem minimè adſtringantur regulares, quibus Monaſterium ſubeſt, ad funus euocare.

In Miſſæ Sacrificio is ſeruetur ritus in omnibus Eccleſijs Sanctimonialiũ, qui hucuſq; ſeruari conſueuit, ita vt vbi Ambroſianus, non Romano, vbi Romanus, non Ambroſiano ritu à quopiam celebretur.

Licentiam concionandi regularibus in Eccleſiis, quę ſui Ordinis nõ ſunt,

Ordi-

Ordinarius cõcedat, vt ſibi magis expediens videbitur, & Concionator ea obtenta, in Eccleſia ſibi aſſignat, abſq; vlteriori Rectoris licẽtia munus ſuum liberè exerceat. Qui vero non in particulari Eccleſia ſed liberè concionandi licentiam obtinuerit, in tota Dioeceſi, nulla vlterius licentia petita à Rectoribus liberè cõcionari valeat. Rectore vero cõtradicẽte, niſi Ordinarius aliud iuſſerit, non prædicet.

Concionatoribus verò approbatis à ſuis Superioribus liceat in quibuſcunq; Eccleſijs ſui ordinis concionari Epiſcopo non contradicente.

Ad publicas proceſſiones tantum regulares accedere iuxta formam Concilij Trid. compelli poſſint, ad alias verò, quæ Mediolani ab vniuerſo Clero ſeculari fieri conſueuerunt, vt spontè accedant hortentur.

Regulares ad forum Ordinarij non trahantur, niſi in caſibus à Tridentina ſynodo, Conſtitutionibuſuè Pontificijs permiſſis.

In cauſis regulariũ tã corã Ordinario quã corã Cõſeruatore, aut alio quouis Iudice delegato ſeruetur tam per Iudices ipſos, Conſeruatoresuè, quam notarios conſtitutio Pontificia ea de re edita. In reliquis attendatur tenor litterarum conſeruatorialium; ita tamen vt Conſeruatores ſemel electi mutari non poſſint, niſi per Capitulum Prouinciale, eorumdemq; nomina infra menſem à die electionis Ordinarijs indicare debeant, prout à Congregatione Interpretum Sacri Conc. Trid. declaratum fuit. qui deniq; Conſeruatores, cum vti ſuſpecti recuſantur, non procedant, niſi ex præſcripto Conc. Trid. ſeſſ. 14. c. 5. de reform.

Curam animarum in Eccleſijs regularium exercẽtes tam regulares quam ſeculares, Ordinarij iuriſdictioni ſubſint in concernentibus curam animarum, & ſacramentorum adminiſtrationem tantum iuxta formam Sacri Conc. Trid.

Ordinarij neminem regularium ad ordines promoueant, niſi litteras teſtimoniales ſui Superioris de vita & moribus obtulerint.

Regulares, qui ad confeſſiones audiendas idonei generaliter ab Ordinarijs eorumue examinatoribus reperti, & approbati fuerint generaliter quoq; & indiſtinctè, abſq; aliquà limitatione temporis certorumuè locorum, aut generis perſonarum admittantur in dioeceſi propria. De cęteris verò, qui non adeo idonei reperiuntur, ſi petierint ſe admitti, arbitrio Ordinariorum relinquitur, ipſos cum limitata facultate, prout eiſdem Ordinarijs magis expedire videbitur, probare, & admittere. Qui autem in domibus proprijs laicorum ex cauſa confeſſiones audierit, ſtatim Parochum admonere teneatur, & fidem auditæ confeſſionis pro medico aduenienti relinquere, &c. Idem poſtea declarauit eadem S. Congregatio approbantibus Greg. 15. & Vrbano 8.

Sign. Frater Michael Bonellus Card. Alexandrinus V. Bullam Pij V. incip. *Romanenſi.* 1571.

LAVS DEO.

Digitized by Google

LIBVRNI,

In Officina Bonfiliana MDCLI.

Apud Hæredes Dominici Minaſchi

Superiorum permiſſu.

Digitized by Google

CLAVSVLA QVINTA.

Agit de dilaniandis literis per Confeſſarium, vbi diſpenſationem expedierit, ſub pœna aliquando excommunicationis. quandoquidem vt ſi parti reddantur, nil illi ſuffragentur.

DECLARATIO.

SI parti reddantur, poſtea verò lacerentur, aut comburantur, incipiunt ex tunc valere.

Verbum illud, ſuffragentur, intellige pro foro externo, vt multis probat idem Sanchez *lib. 3. de matr. diſp. 29. num.* 11. & *l b. 8. diſp. 34. num.* 42. Quare licet maneant apud partem, non ideo fruſtrantur ſuo effectu.

V. Diſpenſatio in lege num. 80.

CLAVSVLA SEXTA.

A. Diſpenſa, vt matrimonium inter ſe ſecretò contrahere valeant. B. Prolem ſuſceptã, ſi quæ ſit, & ſuſcipiendam exinde legitimam decernendo, in foro conſcientię tantum.

DECLARATIO.

A. Licet Ordinarius, aut Parochus nouerint impedimentum, ſi tamen nullus denunciet, poſſunt diſſimulare, & ſic impeditos matrimonio iungere, ſi illis de obtenta diſpenſatione in foro conſcientiæ conſtat Sanchez *lib. 3. diſp.* 15. *num.* 14. Immo ſi nullo opponente ipſe contrahens coram Iudice, & Notario aſfirmet ſe impeditum, poterit Iudex, & Notarius non ſcribere, illumque admonere, vt taceat, ſeq. corrigat id negando, vtendo æquiuocatione Et ſi illa confeſſio erat ſcripta, poſſet delere, antequam confitens ſubſcribat; non n. eſt perfectè iudicialis confeſſio ante ſubſcriptionem Sanchez *vbi ſupra n.* 16.

B. Si diſpenſatio ſit circa impedimentum ante initum matrimonium, legitimando prolem ſuſcipiendam, illa proles verè legitimatur quoad ſpiritualia, & temporalia in foro conſcientiæ tantũ, etiam ſi Pœnitentiaria nihil dixiſſet. eſt n. ea proles ex legitimo matrimonio orta. Idem de prole nata poſt expeditam diſpenſationem, ſed ante initum matrimonium Sanchez *lib. 8. diſp.* 34. *num.* 47. quare in foro conſcientiæ eſt capax ordinum, & cuiuſcunque beneficij. in foro tamen externo ſecus. *num.* 48. & *ſeq.* Si tamen alter parens ignarus impedimenti bona fide contraxit, proles erit quoad omnia in vtroque foro legitima, *c. Ex tenore qui fil. ſint. legit.* Pater tamen conſcius impedimenti cenſetur Pater ſpurius, quare filio non ſuccedit. Sanchez *vbi ſupra diſp.* 7. *à num.* 14.

Quando verò nondum inito matrimonio diſpenſatur in impedimento occulto, legitimando prolem ante ſuſceptam, non cenſetur legitima niſi quoad ſpiritualia, etiam in terris ſubiectis Papæ, niſi aliud exprimatur, quia non cenſetur diſpenſare in radice matrimonij. Diſpenſare autem in radice matrimonij, eſt diſpenſare in initio ipſius, reuocando impedimentum, quod ipſum irritauit, ac ſi nunquam irritaſſet, efficiendo

ciendo vt diſpenſatio retrotrahatur ad matrimonij initium.

Si verò matrimonio nulliter contracto diſpenſat Pœnitentiaria, ut validè ineatur, legitimando prolem inde ſuſcipiendam, idem dicendum quod in primo caſu.

Quando vero matrimonio inualide contracto, diſpenſatur in foro conſcientiæ, vt validè ineatur, legitimando prolem ante ſuſceptam; ea diſpenſatio non eſt in radice matrimonij. Quare non cenſetur proles legitimata quoad temporalia. Idem cum dicitur, Prolem ſuſceptam; ſi qua ſit, & ſuſcipiendam exinde legitimam decernendo. Idem cum diſpenſatur in matrimonio inualido, concedendo licentiam permanendi, ſeu perſeuerandi in illo. quo caſu neque etiam ad ſpiritualia legitimatur proles. Secus ſi Papa utatur verbo, legitimamus matrimonium: quia hoc nil aliud ſonat quam id matrimonium ratum habere, & approbare, quaſi ab initio abſque aliquo impedimento eſſet contractum; vnde cenſetur in radice matrimonij, & ſic pleniſſimè diſpenſaſſe. Sanchez *vbi ſupra*.

Confeſſario, vel Ordinario diſpenſante in matrimonij impedimento, ſi non explicet, ſe quoque prolem ante ſuſceptam legitimare, ad nihil legitimata manebit. Sanchez *diſp. 7. cit. num.* 16. Poteſt tamen deinde vel idem, vel alius confeſſarius, vel ſucceſſor in officio id præſtare *num.* 17. licèt non potuerit forſan habere effectum, quia alter contrahentium mortuus eſt, antequam applicaretur diſpenſatio, quo caſu valebit diſpenſatio quoad legitimationem, & debet executioni mandari, vt fuit deciſum Romæ *in Rota* 18. *oct.* 1573. *per conſ.* 409. Anchar. quod notandum eſſe dicit Quaran. *ver. matr. diſpenſ. in fi.* propter præiudicium venientium ab inteſtato.

CLAVSVLA SEPTIMA.

Dummodo impedimentum inde prouenienſ occultum ſit.

DECLARATIO.

OCcultum in his Pœnitentiariæ litteris dicitur, quod diſtinguitur cōtra publicum. Quando ſcilicet id impedimentum ab aliquibus ſciatur, & id probari poſſit, dicetur occultum; tunc autem erit publicum, quando non tantum in Ciuitate, ſed etiam in maiori parte Viciniæ, vel Collegij, Monaſterij aut Parochiæ id notum eſt; modo ſaltem decem perſonæ inueniantur in ea Vicinia, Parochia, &c. Sanchez *vbi ſupra diſp.* 35. *num.* 55.

Et licet res ad forum exterius ſit deducta; ſi tamen abſoluatur etiam iniuſte, & ex falſis teſtibus, adhuc dicetur impedimentum occultum *num.* 57. Idem ſi parti non ſit intimatum delictum, cum n. citatio ſit primus actus iudicij, ea non facta, non dicitur res ad forum exterius deducta *numero* 58. Vide eundem *lib.* 2. *diſp.* 37.

Vt autem res dicatur publica, non ſatis eſt, ſi publicè ſciatur delictum, niſi etiam publicè ſciatur id eſſe impedimentum v. g. publicè ſcitur copula, ex qua orta eſt affinitas, at non publicè ſcitur eſſe impedimentum. Sanchez *lib.* 8. *diſp.* 35. *num.* 56. Vide Suar. *de cenſur. lib.* 4. *diſp.* 41. *sect.* 3. *num.* 6. Sayr. *de cenſur. lib.* 4. *c.* 17. *num.* 23. Roder. *in ſum. p.* 1. *c.* 166. *num.* 3.

CLAV-

CLAVSVLA OCTAVA.

A. Diſpenſa vt matrimonium inter ſe ſecretò contrahere valeant. B. Latoribus de nullitate prioris matrimonij certioratis, ſed ita caute, vt ſi illa adhuc ignoret latoris delictum, nuſquam detegatur. C. Quodq; diligenter experiantur, an ſine ſcandalo ſeparari poſſint. Quod ſi fieri non poſſit, ſaltem experiantur, an cohabitare poſſint continentes, tamquam frater & ſoror.

DECLARATIO.

A. Sufficit copula affectu maritali. Hæc n. ſignum eſt conſenſus de præſenti. Sanchez *lib.* 2. *diſp.* 37. *num.* 14.

B. Non eſt id neceſſarium; non enim ponitur tanquam conditio pro forma, ſed tantum pro inſtructione cõfeſſarij: vt plurimum enim fieri non poteſt homini manifeſtatio ſine graui periculo ſcandali, & rixarum *lib.* 8. *diſp.* 34. *num.* 61. Quod ſi nullum ſit periculum ſcandali, manifeſtandum: alioqui ſuadendum alteri, vt ſe habeat pro coniuge. *ibidem* Vide *lib.* 2. *diſp.* 36.

C. Vbi Confeſſori conſtat ex experientia prius ſumpta, vel ex iis, circa quæ ipſos examinat, vel ex aliis circumſtantiis, nullius fore vtilitatis eam experientiam, ſed ſcandala oritura, quod alij putantes eos coniuges, videant coniugalem vitam non agere, ipſiſq; ſit maxima ruinæ & ſcandali occaſio. Videat item, ſi velint tanquã frater & ſoror cohabitare, maximum imminere incontinentiæ periculum prætermittereq; poteſt hanc experientiæ obligationem *lib.* 8. *diſp.* 34. *num.* 60.

Etiam ſi alter tantum ſciuerit impedimentum; altero ignorante, neceſſaria eſt expreſſio illius ſcientiæ, alioqui ſubreptitia diſpenſatio. Nau. *de conſang. conſ. vlt.* Sanchez *lib.* 8. *diſp.* 25. *num.* 30. qui tamen id intelligit cum diſpenſatur in matrimonio nulliter contracto: ſecus in contrahendo: ſecus item de ſpe facilioris diſpenſationis: hæc enim non exprimenda, ſi ſit ex parte vnius tantum *dicto num.* 30. & *ſeq.* quoad non incurrendas pœnas Concilij, ſecus quoad valorem diſpenſationis ad hanc enim requiritur bona vtriuſq; fides *d. num.* 30.

PRO FORO EXTERNO

CLAVSVLA PRIMA

Dilecto Filio Epiſcopo .N. vel eius in ſpiritualibus Vicario Generali.

DECLARATIO.

SVfficit Epiſcopus, vel Vicarius alterius contrahentium, ſi diſpenſatio ſit alternatiua, Epiſcopo v. g. Portuẽſi vel Sabinenſi. Secus ſi alteri tantum, quia ille ſolus exequitur. Sanchez *de matr. lib.* 8. *diſp.* 35. *num.* 5.

Nomine Officialis intelligitur Vic. generalis Epiſcopi *diſp.* 27. *num.* 29. etiã nondum conſecrati *nu.* 35. & Vicarius capituli ſede vac. *num.* 36. & *ſeq.*

Epiſcopus expedire non poteſt commiſſiones

miſſiones factas ſuo Officiali, etiam eo remoto. Immo idem officialis factus eiuſdem Dioeceſis Epiſcopus expedire non poterit, ſi commiſſio fiat in forma ordinaria, vt officiali N. ſecus ſi ſit perſonalis; niſi tranſierit ad ſtatum incompatibilem *num.* 31.

Idem poterit Vicarius Prælati habentis iuriſdictionem Epiſcopalem, *num.* 34.

Si duo ſint officiales Epiſcopi, alter tamen eſt principalior, hic ſolus exequitur, *ex Clem. 2. de reſcriptis, diſp. 27. cit. num.* 36. Quòd ſi ambo ſint æquè principales, ille exequitur, cui reſcriptum fuerit præſentatum.

Pronunciato reſcripto ſubreptitio, non poterit Officialis, quamuis ſe deceptum inuenerit, ſe retractare, ſed adeundus Sum. Pont. *num.* 39.

Epiſcopus non poteſt amoto Officiali, alium ad hoc ſpecialiter conſtituere, cum commiſſio ſit facta Vicario generali, *num.* 42.

Subdelegare poteſt Vicarius receptionem teſtium, & informationem pro veritate precum, non verò ipſam diſpenſationem: quia in ea requiritur nudum miniſterium perſonæ *num.* 43.

CLAVSVLA SECVNDA.

A. Agit de dote feminæ minus competente, quam vir vſq; ad quantitatem debitam augere intendit. B. Item de ſcandalo orituro, ſi non ineatur matrimonium. C. Item de prole habita ex conſanguinea, quam bona fide ſuſcepit; & de pluribus alijs cauſis.

DECLARATIO

SVfficit ſi tertius quiſpiam augeat Nau. *de conſang. conſ.* 15. nec vitiatur diſpenſatio, quòd mendaciter aſſeruerit ſe augere velle. Sanchez *lib. 8. diſp.* 35. *nu.* 6. Oportet autem augmentum eum illius foeminæ dote plenam, ac ſufficientẽ dotem conſtituere iuxta foeminæ qualitatem, vt ex illis verbis, Illius dotem vſq; ad quantitatem ſecundum qualitatem dictæ N. competentem. Secus ſi clauſula diceret, velle virum augere competentem dotem foeminæ; ea enim verba non important integram quantitatem, quare ſatis eſt, ſi aliqua ex parte augeat, dummodo illa pars ſit alicuius momenti, & digna qualitate foeminæ. *ibidem.*

A Sufficit etiam, licet in locis circumuicinis inueniatur vir paris conditionis, cui cum illa dote ſua foemina nubere poſſit: quia non tenetur extra proprium Oppidum virum quærere, vt declarauit Cong. Concil. Sanchez *vbi ſupra diſp.* 19. *num.* 13. Ricc. *p. 2. decis.* 175.

Iudicatur autem inæqualitas, non ſola generis, & diuitiarum ratione, ſed etiam ex moribus viri, valdè diſpari ætate, & filijs ex alio matrimonio habitis, vel ex ingenij aſperitate tum in viro, tum in foemina *diſp.* 19. *cit. num.* 15. & *lib.* 4. *diſp.* 26. *à num.* 22.

Item ſufficit incompetentia reſpectu viri, qui vult eam ducere, licet cum dote ſua inueniat virum ſibi æqualem non conſanguineum, vt docent Nau. *in ſum. c.* 22. *num.* 87. Roder. *in ſum. p.* 1. *c.* 237. *num.* 2. licèt Sanchez *diſp. cit. num.* 17. repugnet, quod nulla ibi ſit cauſa pietatis, quæ concurrere debet, vt licita ſit diſpenſatio.

Non dicitur mulier pauper, ac dote carens, ſi nil poſſideat, at parentes diuites habeat; quia obtinet ius ſuccedendi in bona parentum, ac eos com-

CLAVSVLA TERTIA.

Depoſita per te omni ſpe cuiuſcunq; pecuniæ, aut præmij etiam ſpontè oblati. Quod ſi occaſione dictę diſpenſationis exigere, aut oblatum recipere temerè pręſumpſeris, excommunicationis latæ ſẽtentiæ pœnam incurras.

V. ſup. pag. 68.

DECLARATIO.

NON incidunt qui ex conſuetudine accipiunt tantum aureum, alteriuſuè quantitatis pro receptione teſtium ad verificandam precũ veritatem. Sunt enim hæc præmia laborum, non autem remunerationis pretium, aut munus. *diſ. 35. num. 10. & ſeq.*

Incidit, verò Delegatus, ſi recipiat eſculenta, & poculenta, quæ paucis diebus conſumi poſſunt. Secus ſi finita delegatione, & omnino expedita diſpenſatione munera recipiat, ceſſat enim iam cauſa prohibitionis. *num. 12. & 14.*

Accipiẽs huiuſmodi munera licèt incidat in excommunicationem, & peccet mort. contra prohibitionem, non tamen tenetur reſtituere; non enim imponitur onus reſtitutionis. *num. 13.*

CLAVSVLA QVARTA

A. Si per informationem preces veritate niti repereris. B. ſuper quo conſcientiam tuam oneramus.

DECLARATIO.

A. Sufficit extraiudicialis informatio *diſp. 35. num. 15. lib. 8.* Quare non indiget Notario, & teſtibus iuratis. Immo ſi notoria eſſet veritas precũ; aut aliunde Iudici de ea conſtaret, nulla opus eſset informatione. ſatis enim Iudicis conſcientiæ factum eſt. Quòd ſi ignarus abſq; informatione diſpenſaret, nulla eſset diſpenſatio *num. 16.* Vide eundem *diſp. 17. num. 12. eodem lib. & diſp. 33. lib. 3.*

B. Per hæc verba non eligitur induſtria perſonæ, quare huiuſmodi delegatus poteſt ſubdelegare. Ricc. *p. 2. decis. 270.*

CLAVSVLA QVINTA

Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, cęteriſque contrarijs quibuſcunq; nõ obſtantibus.

DECLARATIO.

SVfficienter derogatur decreto Concilij Tridentini.

CLAVSVLA SEXTA.

Vt matrimonium inter ſe ſeruata forma Concilij Tridentini contrahere valeant, diſpenſa.

DECLARATIO.

NON continet diſpenſationem omnino conſumatam, ſed mandatum diſpenſandi. quare ſi matrimonium ineatur antequam officialis diſpenſet, inualidum omnino erit

Iiii i Sanchez

Digitized by Google

Sanchez l. 8. *diſp.* 33. *nu.* 18. Vide *declar.* 14 *c.* 5. *ſeſſ.* 24. *de refor. matr.* *pag.* 194. & Sanchez *de matr.* *lib.* 8. *diſp.* 37. *num.* 9.

Per hanc clauſulam non tollitur facultas Ordinario diſpenſandi in denunciationibus. Immo ſi facta diſpenſatione, ſine illis matrimonium ineatur, validum omnino erit, modò coram Parocho, & teſtibus; hæc enim ſunt de eſſentia, non illæ. neq; hæc commiſſio immutat modum, & formam à Concilio traditam. *diſp. cit. num.* 19.

Si matrimonium prius irritum iterum publicè ineatur, iterum etiam præmittendæ denunciationes; niſi paulò ante in prior matrimonio inualido eſſent præmiſsæ. *num.* 20.

CLAVSVLA SEPTIMA

Dummodo propter hoc ipſa N. rapta non fuerit.

DECLARATIO.

DOctores intelligunt de ſolo raptu cauſa ineundi matrimoniũ. Congregatio verò Concilij extendit etiã ad raptum ex alia cauſa. V. Sanchez *lib.* 7. *diſp.* 13. & *lib.* 8. *diſp.* 25. *nu.* 17.

Valet matrimonium initum cum tertio, qui raptus cauſa non fuit, licet ideò rapta fuerit, *diſp.* 13. *cit. num.* 16.

Ad raptum requiritur traductio mulieris de loco ad locum, *ex Trid. ibi* Quandiu ipſa in poteſtate raptoris manſerit, non tamen requiritur copula *num.* 7. & *ſeq.*

Sufficit ad incurrendum pœnas, ſi rapiatur etiam meretrix, aut alia cuiuſuis ſtatus. *num.* 14.

Non comprehenduntur abducentes fœminam volentem, licèt poſtea mutet voluntatem, etiam ignorantibus, immo & inuitis parentibus *num.* 9. & 13. contra Nau. *de ſponſal. conſ.* 13. *al. as de raptor. conſ.* 3.

Nec ſi importunis precibus, aut pretio vel dono. *num.* 11. & *ſeq.* Nec rapientes propriam ſponſam de futuro: hic enim rapiens iure com. à pœna excuſatur. *num.* 15.

CLAVSVLA OCTAVA.

Prolem ſuſcipiendam exinde legitimam decernendo.

DECLARATIO.

DIC, *ut ſupra de diſpenſatione in foro conſcientiæ, clauſula* 6.

CLAVSVLA NONA.

Ipſi ex certis rationabilibus cauſis eorum animum mouentibus cupiunt inuicem matrimonio copulari. quæ clauſula apponi ſolet in diſpenſationibus ſine cauſa.

DECLARATIO.

HÆ cauſæ non ſunt verificandæ, quod Superior gratiam largiatur, non ſpecificando cauſas.

Et verba illa, De præmiſſis te diligenter informes, referuntur non ad cauſas, ſed ad impedimentum allegatum; Sanchez *lib.* 8. *diſp.* 35. *num.* 14.

CLAVSVLA DECIMA,

Quod

Quod ipſi, qui ex principaliori-
bus Ciuitatis exiſtunt, &c. Vel,
Cupiunt exponentes prędicti,
aſſerentes ſe ex principaliori-
bus Ciuitatis exiſtere.

DECLARATIO.

PRiori modo non eſt verificanda: quia ea contrahentium qualitas refertur verè narrando, & nō per modum cauſæ, vel conditionis. Secus de poſteriori modo, cum ibi explicetur qualitas inter cauſas, ex quibus conceditur diſpenſatio, *diſp. 35. citat. num. 25.*

Sufficit autem ipſos contrahentes eſse potentes, ac valdè diuites, licèt non ſint nobiles, vt declarauit Sixtus V. an. 1587. & refert Sanchez *lib. 8. diſp. 19. num. 6.* ſe vidiſſe.

CLAVSVLA VNDECIMA

Dummodo copula non interue-
nerit.

DECLARATIO.

INtelligenda hæc Clauſula iuxta naturam diſpenſationis conceſsæ. Si enim in foro externo concedatur, intelligitur dummodo ea copula non conſtet in foro externo. Si vero in foro conſcientiæ, intelligitur quamuis ſit occulta. Et in primo caſu, ſi taceatur copula occulta, non erit ſubreptitia diſpenſatio; ſecus in poſteriori. Secus item ſi contrahentes narraſſent Pontifici, ſe non habuiſſe copulam, idq; narraſset Pont. in diſpenſatione. Sanchez. *lib. 8. diſp. 25. num. 12. & ſeq.* vbi cum alijs illud addit, eam clauſulam non importare conditionem, ſed modum quendam. Vide *Riccium, & ab eo cit. deciſ. Archiep. p. 4. deciſ. 38.*

CLAVSVLA VLTIMA.

Si copula habita fuit ſpe facilio-
ris diſpenſationis.

DECLARATIO.

EXprimenda, niſi ea ſpes concepta fuerit ex parte vnius tantum. Sanchez. *vbi ſupra num. 31.*

AD validitatem diſpenſationis in vtroque foro oportet cauſas expreſsas eſse veras tempore datæ literarum, alioqui ſubreptitia, *c. Quia circa exemplum de reſcript. Et c. Si eo tempore, eo tit.* cum alijs allegatis per Moner. de commun. vtr. vol. c. 8. num. 406. & ſeq.

DECRETA

SACRAE REGVLARIVM CONGREGATIONIS

Pro reſolutione controuerſiarum inter Regulares Ciuitatis Mediolani, & eiuſdem Ciuitatis Archiepiſcopum. die 2. Iulij 1587.

Liceat Regularibus in eorum proprijs Eccleſijs, & intra ſepta ſuorum Monaſteriorum Euchariſtię Sacramẽtum proceſſionaliter circumferre, & ſuper altare publicè adorandum exponere, ex quauis publica ſiuè priuata cauſa.

Eleemoſynę in Eccleſijs Regularium, & in eorum cõcionibus ad Monaſteriorum, Eleemoſynarumvè ſuarum collectæ diſpoſitioni ſuorũ liberè maneant. Quæ verò ad aliorum locorum, ſeu perſonarum neceſſitates ſubleuandas ad eorum cõciones colligentur, in eos erogentur, eiſue diſtribuantur perſonis, & locis, quæ Ordinerij iuſſu, & mandato in concionibus commendata fuerint, ita tamen quod cogi non poſſint extraneos commendare.

Regularibus concionatoribus in eorũ propriis Eccleſijs cõcionandi hora à quoquã non pręſcribatur, ſed liberũ ſit eiſdem quandocumque officium prædicationis peragere.

Liberum ſit heredibus defuncti, vnum pluraue officia pro defunctis in Eccleſijs regularium celebrari facere: nec non tot ex regularibus eiuſdem conuentus euocare, quot eis videbitur.

Parochi à regularibus, in quorum Eccleſijs Parochianum ſepeliri continget, non plus portione quæ ipſis iure, ſeu conſuetudine debita, quæ quarta nuncupatur, exigant.

Si corpora mortuorum ſepelienda in Eccleſijs Monialium Regularibus ſubiectarum deferantur, Parochis non liceat corpora ad Eccleſias prædictas deferre, niſi de conſenſu eiuſdem Monaſterij Superioris, ſeu Confeſſarij, qui tunc præſens aderit. Hæredes autem minimè adſtringantur regulares, quibus Monaſterium ſubeſt, ad funus euocare.

In Miſſæ Sacrificio is ſeruetur ritus in omnibus Eccleſijs Sanctimonialiũ, qui hucuſq; ſeruari conſueuit, ita vt vbi Ambroſianus, non Romano, vbi Romanus, non Ambroſiano ritu à quopiam celebretur.

Licentiam concionandi regularibus in Eccleſijs, quę ſui Ordinis nõ ſunt, Ordi-

Ordinarius cõcedat, vt ſibi magis expediens videbitur,& Concionator ea obtenta, in Eccleſia ſibi aſſignat,abſq; vlteriori Rectoris licētia munus ſuum liberè exerceat. Qui vero non in particulari Eccleſia ſed liberè concionandi licentiam obtinuerit, in tota Diœceſi, nulla vlterius licentia petita à Rectoribus liberè cōcionari valeat, Rectore vero cōtradicēte,niſi Ordinarius aliud iuſſerit, non prædicet.

Concionatoribus verò approbatis à ſuis Superioribus liceat in quibuſcunq; Eccleſijs ſui ordinis concionari Epiſcopo non contradicente.

Ad publicas proceſſiones tantum regulares accedere iuxta formam Concilij Trid. compelli poſſint, ad alias verò, quæ Mediolani ab vniuerſo Clero ſeculari fieri conſueuerunt, vt ſponte accedant hortentur.

Regulares ad forum Ordinarij non trahantur, niſi in caſibus à Tridentina ſynodo, Conſtitutionibuſuè Pontificijs permiſſis.

In cauſis regulariũ tã corã Ordinario quã corã Cōſeruatore,aut alio quouis Iudice delegato ſeruetur tam per Iudices ipſos, Conſeruatoreſuè, quam notarios conſtitutio Pontificia ea de re edita. In reliquis attendatur tenor litterarum conſeruatorialium; ita tamen vt Conſeruatores ſemel electi mutari non poſſint, niſi per Capitulum Prouinciale, eorumdemq; nomina infra menſem à die electionis Ordinarijs indicare debeant, prout à Congregatione Interpretum Sacri Conc. Trid. declaratum fuit. qui deniq; Conſeruatores, cum vti ſuſpecti recuſantur, non procedant, niſi ex præſcripto Conc. Trid. ſeſſ. 14. c. 5. de reform.

Curam animarum in Eccleſijs regularium exercētes tam regulares quam ſeculares, Ordinarij iuriſdictioni ſubſint in concernentibus curam animarum, & ſacramentorum adminiſtrationem tantum iuxta formam Sacri Conc. Trid.

Ordinarij neminem regularium ad ordines promoueant, niſi litteras teſtimoniales ſui Superioris de vita & moribus obtinuerint.

Regulares, qui ad confeſſiones audiendas idonei generaliter ab Ordinarijs eorumue examinatoribus reperti, & approbati fuerint generaliter quoq; & indiſtinctè, abſq; aliqua limitatione temporis certorumuè locorum, aut generis perſonarum admittantur in diœceſi propria. De cæteris verò, qui non adeo idonei reperiuntur, ſi petierint ſe admitti, arbitrio Ordinariorum relinquitur, ipſos cum limitata facultate, prout eiſdem Ordinarijs magis expedire videbitur, probare, & admittere. Qui autem in domibus proprijs laicorum ex cauſa confeſſiones audierit, ſtatim Parochum admonere teneatur, & fidem auditæ confeſſionis pro medico aduenienti relinquere, &c. Idem poſtea declarauit eadem S. Congregatio approbantibus Greg. 15. & Vrbano 8. Sign. Frater Michael Bonellus Card. Alexandrinus V. Bullam Pij V. *incip. Romanenſi.* 1571.

LAVS DEO.



LIBVRNI,

In Officina Bonfiliana M D C L I.

Apud Hæredes Dominici Minaſchi

Superiorum permiſſu.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google